Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

ADAGIORVM OPVS

DES. ERASMI ROTERODAMI, EX POSTREMA AVTORIS RECOGNITIONE.

Accessit huic editioni Index nouus, Lectori quæcunque notatu digna in hoc opere tractantur commonstrans.



LVGDVNI APVD SEBASTIANVM GRYPHIVM,

M. D. LVI.

BIBLIOTECA MUNICIPAL MADRID


47708

Ayuntamiento de Madrid

ADAGIORVM OPVS

DES. ERASMI ROTERODAMI, EX POSTREMA AVTORIS RECOGNITIONE.

Accessit huic editioni Index nouus, Lectori quaecunque notatu digna in hoc opere tractantur commonstrans.



LVGDVNI APVD SEBASTIANVM GRYPHIVM,

M. D. LVI.

BIBLIOTECA MADRID

47708

Ayuntamiento de Madrid

Par
11

DES. ERASMVS ROT.

Perfacile eſt, aiunt, prouerbia ſcribere cuiuis.
Haud nego, ſed durum eſt ſcribere Chiliadas.
Qui mihi non credit, faciat licet ipſe periclum.
Mox fuerit ſtudijs æquior ille meis.

Ayuntamiento de Madrid

DES. ERASMVS ROTE-
RODAMVS PHILOLOGIS
OMNIBVS S. D.



IIVXTA uetus prouerbium, omni in re modus eſt optimus, par erat & in colligendis prouerbijs adhibere modum: eſt enim optimarum quoq; rerum, ſi minus ſatietas, certe modus quidam. Multis itaque de cauſis ſtatueram ab hoc ſtudij genere poſthac feriari: uel quòd argumenti natura ſic infinita, ut nihil egerit qui hoc agat ne quid omnino prætermittat, præſertim uetuſtis autoribus qui hactenus delituerunt in lucem emergentibus: uel quòd tantum operæ ſit huic impenſum negotio, ut citius metuendum exiſtimarem, ne lector copiam pertæſus clamaret, ohe iam ſatis eſt, quàm aliquam deſideraret acceßionem: uel quod hæc ætas ac mens, iam profecto non eadem, ab huiuſmodi literis abhorrens, magis ad ea raperetur, quibus uel immori nec indecorum ſit, nec inutile: uel quòd perpenderem hoc genus floſculos ac gemmas quibus eruditi ſcripta conſueuerunt inſignire, pluſculum habere gratiæ, ſi quis eos ſibi ex autoribus non omnino uulgo proſtitutis decerpat, quàm ſi ex protritis huiuſmodi collectaneis deſumat. Quanquam hæc cauſa non deterruit Græcos, quo minus tã multi uiri graues iuxtà ac eruditi, paræmiologias conſcriberent. Apud me quoq; uicit utilitatis ratio, quòd hanc operam plurimum conducere uidebam, quum ad eluendas mendas ex priſcis autoribus, tum ad ſummouendas ſalebras, ad quas ſubinde reſtitabant mediocriter literati. Proinde quòd nunc hanc non exiguam coronidem adiecimus, magis, ne dolo dicam, datum eſt typographorum efflagitationi, quàm animo meo. Facit enim Pyladea quædam amicitia, quæ mihi quondam cum optimo uiro IOANNE Frobenio, nunc cũ patris ſimillimo Hieronymo Frobenio intercedit, & par utriuſque in prouehendis optimis ſtudijs induſtria mirabilis, ut quum interdum illis quædam negare uoluerim, ac fortaſſe debuerim, pernegare quiuerim nihil. Utinam autem hæc laboris portio tantum utilitatis adferat ſtudioſis, quàm mihi parum attulit uoluptatis. Porrò ut nihil horum fuerit, tamen inciuilius parumq; candidum uidebatur, alijs eruditis, ad eiuſdem argumenti tractationem accinctis nihil facere reliqui, qui uel ingenij uigore, uel induſtria iuuenili, uel copioſiore uoluminum lectione inſtructi, fructum uberiorem ſtudijs allaturi ſunt. Quorum conatibus adeo non eſt animus obſtare, ut uehementer etiam gauiſurus ſim, ſi quis noſtram obſcuret operam. Illud modo lectorem, quod iam pridem admonui, nolim obliuiſci: nequid miretur, ſi in hoc opere quædam occurrent diuerſis temporibus ſcripta: in cauſa ſunt crebræ æditiones, non ſine nouis auctarijs: primum enim huius argumenti guſtum dedimus apud Pariſiorum Lutetiam, per typographum Ioannem Philippum natione Germanum, qui tum officinam habebat in uico diui Marci ad inſigne Trinitatis anno 1500. Menſem non expreßit typographus, ſed epiſtola quam præmiſit Fauſtus Andrelinus habet eiuſdem anni decimumquintum diem Iunij. Hanc æditionem aliquanto poſt æmulatus eſt Iodocus Badius, deinde Matthias Schurerius Argentorati: poſt hæc opus ad iuſti uoluminis magnitudinem adauctum, Venetiæ edidimus apud Aldum Manutium Anno 1508. Aldinam æditionem me inſcio æmulatus eſt Baſileæ Ioannes Frobenius, à quo plus ſepties excuſum eſt idem opus, at nunquam ſine acceßionibus. Quoniam autem hoc ſcripti genus conſtat induſtria hinc atque hinc decerpendi, non ita multum laudis tulerit, qui primus apud Latinos aggreſſus ſit παροιμιολογεῖν, niſi ſi quid pròmereatur, iudicandi tractandiq; dexteritas. Si quis proferet æditionem uetuſtiorem ea quam oſtendi fuiſſe primam, ei lubens

Ayuntamiento de Madrid

hoc laudis tribuero, quod illi non illiberalis cogitatio ante alios uenerit in mentem. Et ſanè mirum eſt, quum apud Græcos tot clariſſimi ſcriptores ex profeſſo tractarint hoc genus, apud Latinos nullum extitiſſe uel è turba Grammaticorum, qui ſimile negotium ſuſciperet, quum mea ſententia Latinorum horti non minus uernent iſtiuſmodi floſculis quàm Græcorum, ſed neſcio quo pacto Græcorum admiratio propenſior effecit, ut Latini ſua uideantur habuiſſe neglectui. Alioqui non uideo quam ob rem Vergilius ſit Homero & Heſiodo poſthabendus, aut Seneca, quiſquis is fuit, Euripidi, aut Plautus & Horatius Ariſtophani. Nam M. Tullius quod ad hanc ſanè rem attinet, longe ſuperat Demoſthenem. Quiſquis igitur hoc primus apud Latinos aggreſſus eſt rem nec illiberalem nec infrugiferam aggreſſus eſt. Iam biennium exierat, ex quo Lutetiæ operis huius guſtum fueram auſpicatus, quum Louanij agens forte ex Hieronymo Buſlidio, qui tum recens ex Italia uenerat, nactus ſum libellum, adagia pollicentem, in eo comperi prouerbia ferè ſeptuaginta, è Latinorum præſertim Philippi Beroaldi commentarijs collecta. contuli annum ac diem. annus erat idem, ſed æditio mea tribus menſibus præceſſerat: & res ipſa ſatis declarabat, neutrum alteri tum fuiſſe notum. ſed ambobus eandem cogitationem incidiſſe in mentem. Itaq; ſi quid refert, quis primus hoc argumentum attentarit, uterque noſtrum primus fuit, ſi primus eſt qui neminem eſt ſequutus. De Latinis loquor. Quod ſi auxit prouerbia, qui plura ædidit, ego nimirum auxi, qui prima ſtatim æditione dedi pluſquam octingenta, quorum bonam partem hauſeram ex fragmentis Diogeniani Græcis. At poſteaquam emiſi tot Chiliadas, cuiuis procliue fuit ſuis collectaneis aliquam acceßionem adiungere, quam profiteatur ex bonis autoribus eſſe decerptam, nec mentiatur tamen: nos enim Chiliadas omnes ex optimis quibuſq; autoribus decerpſimus, diligenti nomenclatura, ſicuti par eſt, indicantes, quid cui feramus acceptum: adeo ut nec Apoſtolium debita laudis portione fraudauerimus, tantum abfuit ut me plumis alienis uenditare uoluerim. Hæc indigna ducerem quæ commemorentur, niſi uiderem hoc à quibuſdam agi ſerio, ut primi hoc exemplum induxiſſe uideantur: ab alijs, ne quid ex meis Chiliadibus uideantur ſumpſiſſe mutuo, ſed rem totam ſuis auſpicijs, ſuoq; Marte cõfeciſſe. Atqui ſi decerpunt ex uetuſtis autoribus quæ produnt, quũ in his reſideat infinita prouerbiorũ copia quæ nos prætermiſimus, quur his præteritis tam multa congerunt à nobis prodita, tam pauca adſerunt nobis intacta? Quur tam raro citant autores à nobis non citatos? Et ſi quid paululum nouent, an credunt illico bene diſſimulatum furtum, ſi ueteribus ollis nouas affigant anſas? Si noſtra non legerunt, qua fronte profitentur ſe nihil habere mecum commune? Si legerunt ac diſſimulandum putant, certe diligentia & dexteritate tractandi perficiendum erat, ne cui ſuboleret fucus. ego ſanè quanquam ita uerſatus uideor in bonis autoribus, ut non magnopere ſit opus ex recentiorum miſcellaneis ſuffurari: tamen nullus eſt hodie literator tam triuialis, quin ſi libellum æderet adagia pollicentẽ, dignaturus ſim eum lectione: quòd uere dictum ſit, nullum eſſe librũ tam malum, unde non aliquid boni poßis decerpere. Nolle legere eos qui tractant argumentũ commune tecum, turpis eſt arrogantiæ: diſſimulare quum legeris, turpioris eſt ambitionis: inficiari beneficium, turpiſſimæ ingratitudinis. Hæc illorum cauſa dixerim potiuſquàm mea. Nam quod ad meum attinet animũ, terq; quaterq; liberũ omnibus eſſe uolo, cudere ac recudere prouerbia ſeu noua uelint ſeu malint uetera. Si id fecerint me infelicius, nihil offecerint meo nomini, ſed admota purpura deterior purpuram meam illuſtrabit potius. Sin felicius, gratulabor communibus ſtudijs, & in his mihi quoque. Nec addubito quin hoc ſeculum plurimos habeat iuuenes, qui me ualeant in hoc ſtadio præcurrere: palma in medio eſt, arripiat qui poteſt. Sed de his plura quàm ſtatueram. Unum eſt in quo mihi fortaßis opus erit lectoris æquitate, quoniam toties ex longis interuallis æditum eſt hoc opus, non arbitror ubique uitatum, ne repetantur eadem. Vale quiſquis es amice lector.

Ayuntamiento de Madrid

DES. ERASMVS ROTE-
RODAMVS AD LECTOREM,
DE DVOBVS INDICIBVS.

INDICEM *Literarium comperi præter omnem ſpem, confuſum ac mutilum, quod ad hæc humilia doctiores ægrè ſeſe demittunt. Ea res quoniam mihi quoque incommoda fuit, adeo ut hac de cauſa, quædam in alienum locum fuerint inſulcienda, deuorauimus & hoc tædij, effecimuſq; ut Index & plenior ſit, & accurate digeſtus iuxta literarum ordinem: nec hoc contenti, quæ obiter incidunt in tractando prouerbio, uel à ſpecie prouerbij non abhorrentia, uel alioquin cognitu digna, adiecimus. Et interdum idem adagium uarijs modis effertur, nonnunquam plura in eundem numerum congero. Ad hoc quoq; conducit hæc diligentia. Porrò ne quid turbet ordo uerborum, diuerſus interdum in titulis operis, & Indice, ſcito me in Indice prouerbij ſenſum ab his uerbis auſpicari, quæ præcipua ſunt ac peculiaria. Eminent autem potiſſimum propria hominum, locorum, animantium, aut rerum uocabula: proximo loco, quod in contextu minime uulgare eſt. Exemplum primi eſt, Obolus Paſetis, Paſetis obolus: ſecundi, Ne temere Abydum, Abydum ne temere eas: &, Non eſt cuiuſuis Corinthum appellere, Corinthum appellere non eſt cuiuſuis: tertij, Bibe elleborum, Elleborum bibe, quarti, Sæpe etiam eſt Olitor ualde opportuna loquutus; & Olitor opportuna loquutus. Quædam in quibus nihil eminebat, bis poſuimus. Hunc ſcopum ſequens non poteris falli, quin quod quæris inuenias. Nec tamen tanta eſt facta uerborum mutatio, quin tenuiter etiam eruditus facilime poſſit agnoſcere prouerbium: nec id tamen factum eſt in admodum multis, nec enim fuit opus.*

Secundus Index, qui ſententiarum congruentiam ſequitur, tumultuaria opera nobis congeſtus fuit olim Venetiæ. Eum ut eſt reliquimus, niſi quòd adiecimus multa quæ deerant. Poterant addi plures tituli: nec pauca ſunt adagia quæ pluribus cõgruant titulis, ueluti, Dolium pertuſum, dici poteſt in auarum, in prodigum, & in obliuioſum, ſed creuiſſet Index in immenſum. Indicauimus multa, quod ſupereſt, ingenijs reliquimus. Ex hoc indice quo plus capias fructus, catalogus titulorum iuxta congruentiam ac pugnantiam ſententiarum digeſtus, erit ſemel atque iterum non indiligenter perlegendus.

INDEX PROVERBIORVM
SECVNDVM ORDINEM ALPHABETI,
CORRECTVS, DIGESTVS, ET LOCVPLETATVS.

A B amicorum conuiuijs non diu abſtinendum 424
Ab Aboriginibus 996
Ab aſino delapſus 280
Ab aſino lanam 182
Ab aſinis ad boues tranſcendere 280
Abdera pulchra Teiorum colon. 550
Abderitica mens 1098
Abderiticum imperium 550
Ab epulo hoc qui poſſum abeſſe 428
Ab equis ad aſinos 280
Ab Eteobutadis ducit genus 814
Abhorrentis, ac deteſtantis 955
Ab Hymetto profectum 100
Abiecit haſtam 489
Abijcere ſcutum 489
Abijciendum procul 1055
Ab impijs egreſſa eſt iniquitas 352
Ab incunabulis. 290
Abijt & taurus in ſyluam 49
Ab ipſa meſſe 1089
Ab ipſo lare 261
ἀβίωτος βίος 662
A bis ſeptem undis 782
Abominandus ſcarabeus 702
A bonis bona diſce 1146
Ab ouo uſque ad mala 558
Abronis uita 573
Abſque baculo non ingreditor 830
Abſque proœmijs & affectibus 816
Abſit clamor in colloquio aut luſu 941
Abſtinenda uis à regibus 957
Ab tranſenna cibum petere 1084
Ab unguibus incipere 1121
Ab uno diagrammate 1050
Abydena illatio 571
Abydum ne temere 306
Abydus, Abydenus 1095
Acalanthis 466
A calce ad carceres 849
Acanthia cicada 192
Acanthida uincit cornix 335
A capite arceſſere 1222
A capite uſque ad calcem 90
ἄκαπνα θύειν 379
Acarnici equi 1019
A carcere 591
A carceribus 253
A carceribus ad metas 872
Acarnanius porcellus 516
Accepta candela 1112
Accerſitum malum 1008
Acciſſare 490
Accuſare deſertum 219
Aceruus bonorum 132
Aceſei & Heliconis opera 615
Aceſias medicatus eſt 615
Aceſſæi luna 221
Aceto perfundere 515
Acetum habet in pectore 514
Achiuos à turre iudicare 783
Achilles 285
Achilles iecit duas teſſeras 664
Achilleum argumentum 285
ἄχνη 579
ἀχρειόγελως 1009
ἄχρι χείλους & ſimilia 671
A Chytropode cibum 238
In Acie nouaculæ 37
A cœlo ad terram 591
A colo non fico 1109
ἀκονιτὶ 218
ἀκροθώρακες 1108
ἀκρόστιχα κύμβαλα 552
ἀκροχειρίζεσθαι 371
Actij & Titij idem ius 598
Acti labores iucundi 505
Actum agere 180
Actum eſt 136
Aculeo infixo fugere 31

Ayuntamiento de Madrid

Acum inueniſſes 903
Acu rem tetigiſti 361
ἀκάρνας ϖόλεμος 813
Adictum iuſiurandum 781
Ad agnatos & gentiles deduc 326
Ad ambas uſque aures 300
Adamantini claui 305
Adamantinus 286
Adamantis tenere 925
Adamußim 223
Ad aquam malus 231
Ad aras 919
Ad arculas ſedere 1218
Ad aſylum confugere 1163
Ad bonam frugem 1074
Ad calcem peruenire 849
Ad clepſydram dicere 181
Ad coronidem uſque 1095
Ad conſilium ne acceſſeris 111
Ad coruos 454
Ad cribrum dicta 1017
Ad Cynoſarges 751
Addere manum 207
ἀδελφίζειν 1179
Ad deorum aures peruenit 614
Ad digituli crepitum 651
A' Deo ficti 1216
Ad ephebum properare 430
Aderit Temeſſæus genius 66
Ad felicem inflectere parietem 126
Ad felicius latus inflectere 126
Ad finem ubi peruenieris, ne uelis reuerti 24
Ad fractam cănis 246
Ad Græcas calendas 220
Ad Herculis columnas 846
Ad hoc nati, ſculpti, facti 1216
Adhortantis ad gloriam 923
Adhuc aliquis deus reſpicit nos 942
Adhuc cœlum uoluitur 1041
Ad id quod erat opus 781
Ad incitas 1128
Adiurantis ſe facturum aliquid 923
Ad libellum debere 1162
Ad menſuram aquam bibunt, citra menſuram offam comedentes 572
Admeti mœnia 602
Adminicula uitæ 958
Admoto capite 1055
Ad nouercæ tumulum flere 343
Adonidis horti 30
Adorato circumactus 28
Adoraturi ſedeant 28
A Dorio ad Phrygium 590
Ad pedem 682
Ad pedes, ad caput 1092
Ad pila ubi uentum 1208
Ad pileum uocare 424
Ad porcellũ da mihi mutuo tres drachmas 872
Ad priſtina præſepia 343
Ad pugnam peracta re 690
Adraſtia Nemeſis 607
Ad reſtim funiculum 845
Ad reſtim redijt 195
Ad ſaga 339
Ad ſatietatem uſque 671
Ad Scolan nec proficiſceris it ſe, nec alterum comitaberis 551
Adſint dij beati 780
Ad ſuum quenque quæſtum, æquum eſt eſſe calidum 903
Aduerſus ſolem ne loquitor 26
Aduerſus ſolem ne meijto 26
Ad unum diſerti 1172
Ad uiuum reſecare 536
Adulatore & amico non potes eodem uti 483
Adulterinus 764. & 818
Ad umbilicum ducere 89
Ad unguem 223
Ad utrumuis paratus 927
Aeacidinæ minæ 1194
Aedibus in noſtris quæ praua aut recta geruntur 261
Aedilitatem gerit ſine populi ſuffragio 734
Aegeum nauiga 744
Aegeum ſcaphula tranſmittere 437
Aeginen. neque tertij neque quarti 445
Aegis uenit 873
Aegina primũ pueros optimos alit 581
Aegyptij centum non tollerent 453
Aegyptij machinarum artifices 614
Aegyptij 708
Aegypti nuptiæ 734
Aegyptius laterifer 453
Aegre quidem, ſed facimus tamen 932
Aegre, ſed tamen contigit 954
Aegroto dum anima eſt, ſpes eſt 536
Aequa concertatio 927
Aequa lance 193. 587
Aequalem tibi uxorem quære 309
Aequales calculi 877
Aequalis æqualem delectat 84
Aequalitas haud parit bellum 1022
Aera lupinis quid diſtent 150
In Aere piſcari, uenari in mari 181
Aes alienum cepe, mulcta allium 810
Aeſopicus graculus 880
Aeſopicus ſanguis 616
Aeſopum terere 604
Aeſtate penulam deteris 405
Aetate prudentiores reddimur 944
Aethiopem dealbas, lauas 177
Aethiopem ex uultu iudico 355
Aethiops non albeſcit 963
Aethna. Athon 1048
Aetnæus cantharus 616
Aetoli 1224
A' fabis abſtineto 23
A' fonte ducere 1222
Afra auis 900
Africa ſemper aliquid noui 900
A' fronte atque à tergo 746
A' fronte præcipitium, à tergo lupi 836
A' fronte ſimul & occipitio 913
A' furijs oriundus 1009
A' gallo candido abſtineas 27
Agamemnonij putei 615
Agamemnonis hoſtia 582
Agas aſellum 919
ἀγαθοδαιμονίᾳ 1113
Agathonia cantio 554
ἀγεωμέτρητ' ἀδὲις εἰσίτω 809
Agi & ferri 905
Agones 1195
Agninis lactibus alligare canem 1177
Agnos canibus obijcere 694
ἄγγοσι καὶ φέρεσι 905
Agricolæ ſemper in nouum annum dies 682
Agrippo ſterilior 587
Agrum imbecilliorem eſſe oportet 1089
Agrum optime colere 899
Agros alienos irrigas tuis ſitientibus 743
Aheneus 287
Aiacis riſus 287
A' ianua aberrare 243
ἀιπάλλειν 993
ἀιδόμαι τῷας 147
ἀιγινᾶία 778
ἀιγυπτιάζειν 850
ἀιξωνικός 1184
Alabandæ fortunatiſſima 455
Alabaſtrus unguenti putet 173
ἀλαοσκοπιὴ 310
A lare ordiri 221
Alas reddere 1154
A laſſo rixa quæritur 248
Alba auis 471
Albæ gallinæ filius 63
Alba faba 209
Alba felicia 209
Albo rete aliena captant bona 902
Album & nigrum nouit 268
Album calculum addere 208
Album panem pinſo tibi 779
Albus an ater ſis neſcio 268
Alcinoi apologus 543. & 1210
Alcinoi menſa 477
Alea extrema 170
Aleam omnem iacere 170
Alcluporum catulos 450
Aliam ætatem alia decent 941
Alia committenda, alia celanda 953
Alia æſtate, alia hyeme 296
Alia dantur, alia negantur 926
Alia Leucon, alia aſinus portat 485
Aliam quercum excute 200
Alia Menecles, alia porcellus loquitur 736
Alia res ſceptrum, alia res plectrum 998
Alia uita, alia diæta 343
Alia uoce pſittacus, alia coturnix loquitur 581
Aliena iacis 200
Aliena inſania frui optimum 304
Alienam metis meſſem 175
Alieno choro pedem inferre 471
Alieno auxilio potentes 917
Alieno ſerox præſidio 916
Alieno periculo cautus 504
Alienis uti ſoleis 1156
Alienos rigas agros tuis ſitientibus 743
Alienum arare fundum 743
Alij ſementem faciunt, alij metent 200

Ayuntamiento de Madrid

Alijs lingua, alijs dentes 779
Alijs proſpiciens, non ſibi 932
A limine ſalutare 370
A linea incipere 253
Alio cœlo natus 113
in Alio mundo 113
Aliorum medicus, ipſe hulceribus ſcatens 575. & 1046
Alios tragœdos prouocat 1171
Aliquid mali propter uic. 44
Aliter catuli longe olent, aliter ſues 332
Aliter cum alijs agendum 930
ἀλιτήριος 1002
Aliud cura 952
Aliud genus remi 631
Aliud in ore, aliud in corde 736
Aliud noctua ſonat, aliud corn. 779
Aliud ſceptrum, aliud plectrum 485
Aliud ſtans, aliud ſedens 808
Alius alijs in rebus præſtantior 938
Allia & fabas ne edas 990
Allium in retibus 1115
Allij caput 914
ἀλλοπρόσαλλος 70
ἀλλοτριοφάγοι 1052
Aloës pluſquam mellis habet 330
Alpha & ω 33
Alpha penulatorum 538
Altera manu fert aquam 1056
Altera manu fert lapidem, altera panem oſtentat 316
Altera nauigatio 831
Altera ſcabit, altera ferit 316
Alter Hercules 295
Alter Ianus 1022
Alterum pedem in cymba Charontis habere 435
Altius Oromedonte 1204
A lupi uenatu 782
Alybantis hoſpitis munera 994
Amæa Azeſiam reperit 645
Amantes ſibi ſomnia fingunt 527
Amantium iræ 757
Amare & ſapere uix deo conceditur 483
Amare amicum, odiſſe hoſtem 528
Amas teipſum, ideo nullus tibi amicus 706
Ama tanquam oſurus, oderis tanquam amaturus 442
ἄμας ἀπάτην 471
Amazonum cantilena 431
Ambabus manibus haurire 347
Ambobus pedibus 243
Ambrones 1137
Ambroſia lendus 738
Ameles angulus 670
Ambulatio iuxta mare 111
Amens conſultor 812
Amens longus 829
Amentatæ haſtæ 1218
Amici mores noueris non oderis 592
Amici procul agentes, non ſunt amici 526
Amicitia æqualis 19
Amicitia quæ deſijt, nunquam uera fuit 442
Amicitia ſtabilium, felicitas temerantium 522
Amicitias immortales eſſe oportet 1074
Amicitiæ perſonam 899
Amicorum communia omnia 18
Amicorum eſt admonere mutuum 929
Amico amicus 127
Amico Hercule 62
Amico optimo homini nihil amicius 1002
Amicos multos habet felicitas 842
Amicos ne cito pares 22
Amicos tragœdos æmulatur 880
Amicus nemo cogendus 928
Amicus neque nullis neque multis 870
Amicus ſalute tenus 808
Amicus uſque ad aras 765
Amicus alter ipſe 19
Amicus certus in re incerta cernitur 1069
Amicus fidus 953
Amicus magis neceſſarius quàm ignis & aqua 481
Amictu cuitare 418
ἀμυηξία 269. & 353
Amor Caunius 773
Amor ex aſpectu naſcitur 108
A mortuo tributum exigere 344
ἄμυσοι 600
ἀμυσολογία 552
Amphictyonum conſeſſus 848
Amphidromiam agis 1013
ἀμφιδαλὴς ἕως 1009
Ampullacea 1185
Amuſſi applica lapidem non contra 574
Amuſſis alba 222
Amyclas perdidit ſilentium 341
Amyris inſanis 500
ἀμυχὶ πίνειν 1013
ἀνάγκη Parcarum mater 505. & 506
Anagyrim commones 157
ἀναιματὶ 218
ἀναπεμπάζειν 914
Anaxyrida oſtentare 828
Anceps euentus rei 940
Ancilla ſemel, nunquam hera 1062
Ancipitis animi 924
Ancipitis conſilij 931
Ancora domus 138
Ancora non uulgari nitendum 1074
Ancora rupta 995
Ancoræ iactum præuertit deus 1026
Ancoris duabus niti bonum 1152
Ancoras tollere 600
Ancoris duabus fultus 36
Andabatæ 343
ἀνδραπαδεῖς 1007
ἀνδραχθεῖς 778
Androclides in ſeditione dux 487
ἀνεμοφόρητα 903
ἀνεμώλια 903
ἀνεψίναγος ἐῶ 777
Angeronia Voluptiæ comes 756
Angina uinaria 1137
Anguillas captare 878
Anguillam cauda tenes 186
Anguſtum & latum 1156
Aniculorum deliramenta 902
ἀνιδρωτὶ 218
Anima & uita 527
Animam debet 382
Animo quicquid ſtatueris non eueniet 738
Animum abijcit 949
Animus bonus in re mala 831
Animus eſt in corijs 905
Animus heptaboëus 990
Animus præſens 951
Animus in pedes decidit 331
Animus in auribus 1080
Annacum plorare 657
Annas clibanum 397. & 963
Annoſa uulpes non c.l. 380
ἄνω ποτὶ ἀμῶν 126
Annoſam arborem tranſplantare 175
Anno ſenior fio 909
Annus eſt 366
Annus producit, non ager 51
Annus ſuperior ſemper melior 861
Anſam quærere, & conſimiles metaphoræ 161
Ante barbam doces ſenes 799
Antehac putabam te habere cornua 800
Ante lentem augere ollam 759
Ante myſteria diſcedere 432
Ante pedes 902
Ante pilos ſapit 799. & 814
Antequam incipias conſulto 521
Ante tubam trepidas 570
Ante victoriam encomium canis 291
Anteuorta & poſtuorta 746
Anthericum metere 182
Anticyras nauiget 325
Antidotum ante uenenum 1039
Antiopæ luctus 819
ἀντιπελαργεῖν 375
Antiquior Codro 1026
Antiquiora chao 663
Antiquiora diphthera loqueris 197
Antiquiores Crono & Titan. 802
Antiquis debetur uenoratio 953
Antronius aſinus 583
Anulum habeo 604
Anulus aureus in naribus ſuis 278
A nuptijs pura 684
Anus bacchatur 343
Anus cothoniſſat 830
Anus eriphus 655
Anus hirciſſans 343
Anus hircum olet 831
Anus ſaltat 655
Anus ſimia ſero quidem 369
Anus ſubſultans multum excitat pulueris 656
Anus uelut equus profundam habebis foſſam ibidem

Ayuntamiento de Madrid

Anus unguento ne utare ibidem
ἄσιν & μέδη 119
ἄοινα συμπόσια 337
ἀπάλαιστοι 1223
ἀπ' ἀκρεφυσίων 1013
A' patella rapere 238
ad Apaturia proficius 823
Aperire ianuam 161. & 876
Aperte, simpliciterq; loqui 946
Aperto pectore 849
Apes apum similes 192
ἀφθογγος & γάμος 399
Aphya in ignem 460
Aphyarum honos 460. & 636
ne inter Apia quidem sunt 402
Apio mollior, aut mitior 283
Apio opus est 720
A' piscibus abstineto 29
Apis hospitem, Sirem amicum nuntiat 654
Apollo quid tibi cecinit 656
Apologus Alcinoi 543. & 210
ἀποδιωκίειν, pro excutere 622
ἀποσκυδίσαι 503. & 1117
ἀπεσκιδίνυσα 532
Apros immittere fontibus 761. & 1010
ἀφλοιος 698
Apta prouincia 927
Apuarum honor 460
Apua uidit ignem 460
Apud aram consultare 822
Apud Campanos plus unguenti, quàm cæteros olei 469
Apud equum & uirginem 1172
Apud simum odorum uaporem spargis 178
Apud matrem maniere 1153
Apud mensam uerecundari n.d. 1197
Apud nouercam queri 1080
A' puro pura defluit aqua 781
ἀπὸ μύνα 385
Aqua aquæ similis 192
Aqua & terra reddamini 1122
Aqua hæret 187
Aquam bibens, nihil boni parias 396
Aquàm è pumice postul. 181. & 662
Aquam igni miscere 1039
Aquam inaniter consumis 181
Aquam infundere cineri 866
Aquam in mortario tundere 437
Aqua præterfluit 777
Aqua strangulat fauces 417
Aquilæ columbam non gignunt 529
Aquila in nubibus 348
Aquilam cornix prouocat 801
Aquila muscas non captat 777
Aquilam uolare doces 186
Aquilam testudo uincit 295
Aquila thripas aspiciens 367
Aquilæ senecta 362
Aquilæ senecta, Corydi iuuenta 363
Aquilam noctuæ comparas 348
A' quinque scopulis desilire in fluctus 777
Arabius tibicen 281
Arabum gazæ 259
Aram neque fidem habet 905
A' radicibus 483
Aranearum telas texere 176
Aranеas eijcere 1037
Arare littus 177
citra Arationem, citraq; sementem 219
Arator nisi incuruus præuaricatur 1088
Aratro iacularis 638. & 1049
Arbelas profectus fies 636
Arbore deiecta quiuis ligna colligit 755
Arbores cadunt post folia 670
Arbor è fructu cognoscitur 335
Arcadas imitans 777
Arcadiam me postulas 777
Arcadicum germen 802
Arcanum celat 959
Arcem ex cloaca facere 1090
Archidamicum bellum 803
Archilochia edicta 474
Archilochi melos 1209
Archilochia patria 474
Archilochum teris 963
Archimedes non posset melius describere 1090
Architæ crepitaculum 637
Arctum anulum ne gestato 22
Arcus tensus rumpitur 1086
Ardens uestis 722
A' remo ad tribunal 835
Arcopagita 336
Arcopagita taciturnior 1179
Argas 232
Argentanginam patitur 276
Argenteis hastis pugnare 637
Argenteus puteus 1115
Argentum accepi, imperium uendidi 1199
Argenti fontes 495
Argi collis 638
Argiua oratio 712
Argiua calumnia 820
Argiui fures 986
Argiuo clypeo dignus 313
Argiuos uides 986
Argiuum clypeum detraxit 663
Argum fallere 218
Aries cornibus lasciuiens 880
Aries nutricationis mercedem persoluit 590
Arietem emittit 495
Arietis ministerium 1111
Ariolari 847
Aristarchus scriptorum 211
Aristylli more 1147
Aristophanis & Cleanthis lucerna 297
Armenti eiusdem 764
Arrepta candela 1112
Arrippe negotij curam 926
Arripienda quæ offeruntur 947
Arrogantia non ferenda 956
Ars, portus miseriæ 282
Artem quæuis alit terra 282
Artem quam quisque norit, &c. 484
Arx 1165
Arx alicuius rei 436
A' sacris abstinendæ manus 943
ἀσαλαμίνιος 798
A' sartagine rapere 238
ἀσκαρδάμυκτος 324
Asciscе ad extremum scientiam 871
A' sexaginta uiris uenio 1113
Asini caput ne laues nitro 805
Asini cauda 1017
Asini lana 182
Asini mandibula 805
Asini mortes 776
Asino fabulam 1120
Asinos non curo 1030
Asino ossa das, cani paleas 844
Asinum in rupes protrudere 1002
Asinum tondes 183
Asinum sub freno currere doces 174
Asinus ad lyram 171
Asinus ad tibiam 996
Asinus apud Cumanos 271
Asinus asino pulcher 1188
Asinus auis 904
Asinus auriculas mouens 171
Asinus balneatoris 1051
si uel Asinus canem mordeat, litem mouebit 340
Asinus compluitur 776
Asinus esuriens fustem negligit 638
Asinus in unguento 206
Asinus in paleas 580
Asinus in pelle leonis 146
Asinus inter apes 206
Asinus inter simias 206
Asinus in rupem 579
Asinus mysteria portans 458
Asinus sedet 851
Asinus stramm. mauult quàm aurum 1146
A' sitiente camelo 782
Asparagi 899
Aspendius citharœdus 416
Aspera uita, sed salubris 955
Aspersisti aquam 777
ἀσπὶς ἀποβλής 369
Aspidis morsus 755
Aspidis telum 755
Aspis à uipera 1078
ἄστυ & πόλεμος 813
A' statuis tributum exigere 344
Astydamas seipsum laudat 640
Assam farinam concupiuit 451
Asseuerantius dicere 947
Assuetudo malorum 949
Assueuit malis 957
A' subeunte portum naui. 782
A te, lite 273
ἀτάνυστος βίος 51
A' teneris unguibus 290 · 240
Athenienſem Athenis laudare haud difficile 439
Athenienſium inconsulta temeritas 321

Ayuntamiento de Madrid

Athenienſis probus, &c. 997
ἀθηρίζειν 1095
Athon 1048
Athos celat latera Lenniæ bouis 782
ἀθυρόγλωττος 827
ἀτιμάγελος 50
ἀτιμαγελᾶν ibidem
Atlas cœlum 58
Atraphaxis mendax 1032
Atrei oculi 648
Atridæ non ſoli amant uxores 1099
Attabas & Numenius con. 763
Attagen 986
Attagenæ nouilunium 1034
Attica bellaria 532
Attica eloquentia 99
Attica fides 315
Attica muſa 334
Attici Eleuſinia 582
Atticus aduena 442
Atticus aſpectus 556
Atticus in portum 380
Atticus lepos 99
Atticus moriens porrigit manum 637
Atticus teſtis 315
Auarus niſi quum moritur nil rectè facit
Audi chelidonem 1016 (1069
Audiens non audit 941
Audi quæ ex animo dicuntur 389
Aues quæris 806
Aſ ueru rapere 238
Augiæ ſtabulum repurgare 539
Augurium optimum 747
Aſ uicinis exemplum habent 1018
Auis alba 471
Auis aſinus 904
Auis è cantu dignoſcitur 1011
Auis ex auibus 1151
Auis uidit 464
Aulœdus ſit, qui citharœdus eſſe non poſſit 506
Auram bonam afflare ſperat 908
Aurea barba dignus 313
Aurea æreis permutare 74
Aurea uerba 721
Aurea pro egregijs ibidem
Aureæ compedes 540
Aureo piſcari hamo 474
Aurei uiri 303
Aureos montes polliceri 347
Aureus in Olympia ſtato 312
Aurem uellere 284
Aures nec habeo, nec tango 863
Auribus arrectis 776
Auribus lupum tenco 197
Auribus ſcalpendis deeſt ocium 496
Auricula infima mollior 283
Auriculam mordicus 1204
Aurificem te futurum credebas 824
Auris Batua 1099
Auris dextra tinnijt 545
Auris ſupina 214
Auro loquente, nihil pollet quæuis oratio 801
Auro habet ſuppactum ſolum 919
Aurum habet Toloſanum 404
Aurum igni probatum 998
Aurum Colophonium 776
Aurum index homini 550
Aurum indice exploratum 998
Aurum ſubæratum 1030
Auſculta & perpende 928
Auſcultandum bene loquenti 1213
Auſtrum perculi 369
Auſtrum floribus 876
Aut abi aut exuere 1133
Aut bibat aut abeat 369
Aut cucurbitæ flore, aut cucurbitam 638
Aut ipſe fuiſti, aut tui ſimillimus 941
Aut manenti uincendum, aut morien-dum 844
Aut minimè aut iucundiſſimè 158
Aut munus animi, aut plus potētiæ 1022
Aut morere aut occide 536
Aut mortuus eſt aut docet lit. 393
Autoritas diuinitus 956
Autor omnium & fons 939
Aut piſcem olet, aut florem 1073
Aut Plato Philoniſſat, aut Philo Plato-niſſat 644
Aut regē aut fatuum naſci oportere 114
Aut terra aut mari 1182
Aut ter ſex, aut tres teſſeræ 519
αὖθις αὖ 372
αὐτοβοεί 600
αὐτοβοᾶν 1140
αὐτόχθονες 336
αὐτολήκυθοι 1051
αὐτόθεν κἀβαλλε 844
Azanea mala 597
ἄζηλος πλοῦτος 798

B

BAbys chorus 634
Baccæ egent oleo 1151
Bacceli ſimilis 231
Bacchæ more 248
Baculum non habens ne ingreditor 830
Bæon malus piſcis 1122
Bæta tum hyeme, tum æſtate bona 902
Bagas ſtas 922
Bagoas 232
Bætilum deuorares 1022
Βαλανοφάγοι 802
Balbinum polypus Agnæ delectat 81
Balbus balbum rectius intelligit 568
Βάλλ' ὅτως 541
Ballio 1168
Balnea Herculana 519
Balneator 248
Balneator ero mihi ipſi 366
Balneis calidis teneri 748
Barathrum 907
Barbam uellere 555
Barba non facit philoſophum 676
Barbati 1186
Barbarus è triuio 423
Barbæ tenus ſapientes 112
Βασιλικῶς, pro magnifice 675
Baſilica facinora 1197
Batalus 232
Βαταλίζειν 232
Batana auris 1099
Βαταιείζειν 917
Βατακάρας 1020
Batti Silphium 452
Battologia 452
Batyclus poculum 1129
Beatum ab omni parte nil 755
Beatus non eſt 1069
Beccoſelenus 828
Bellaria attica 532
Belle narras 392
Bellerophontes literas 620
Bellicum canere 861
Belli initium 718
Bello parta 1053
Bello peracto auxilium 866
Bello peracto machinas adferre 737
Bellum abſque ferro 603
Bellum dulce inexpertis 966
Bellum haud annuntias 737
Bellum Cononi curæ fuerit 800
Bellū haud quaquam lachrymoſum 603
Bellum omnium pater 849
Benedicere animo malo 736
Benefacta male locata 765
Benefacta non occultanda 338
Benefactis penſare delicta 1203
Benefactorum memoria 959
Bene natis turpe eſt male uiuere 1221
Bene ſit 882
Beneuolentia intempeſtiua 295
Beneuolus trucidator 764
Benignior pellace uulpe 1011
Βεργαίζειν 1170
Beſtia beſtiam nouit 1515
Betam gama perſequitur 1158
Betizare 556
Bibe elleborum 324
Bibe mandragoram 1083
Bibe quinque aut treis 491
Bionei ſermones, pro mordacibus 474
Bipedalis 1028
Bipedum nequiſſimus 266
Bis, ac ter quod pulchrum eſt 96
Bis dat qui cito dat 337
Bis gratum quod ultro offertur 361
Bis interimitur qui ſuis armis perit 1006
Bis pueri ſenes 201. & 752
Bis ſeptem plagis Polypus contuſus 595
Bithus contra Bachium 592
Blace inutilior 1001
Blandius alloqui 927
Βλαξ 556
Blitei ibidem
Bochyris 642
Bœotica auris 773
Bœotica cantilena 494
Bœotica ænigmata ibidem
Bœotica ſus 376
Bœotici mores 377
Bœoticum ingenium 494
Bœotiſſare 1209
Bœotis uſticinare 495
Bolis tribus 909

Ayuntamiento de Madrid

Boliti ſoror 461
Βολίτιον pro uili ibidem
Bolui pœnam ibidem
Bolus non eſt relictus 851
Bolus ereptus è faucibus 882
Βομβάλος pro loquaci 617
Bombylius homo ibidem
Βωμολόχος, βωμολοχίνεσθαι 913
Bona cilicon 567
Bona Porſenæ 304
Bonæ fortunæ, ſiue boni genij 250
Bonæ leges ex malis moribus procreantur 393
Bona mixta malis 330
Bona nemini hora eſt 169
Bona nomina fiunt mala ſi nunquam interpelles 424
Bona pericrunt 855
Bona ſpes oſtenſa 856
Bona terræ 739
Boni ad bonorum conuiuia ultro accedunt 385
Boni ingenij 250
Boni paſtoris eſt tondere pecus non deglubere 900
Bonis auibus 62
Bonis beneficit Deus 817
Bonis bona eueniunt 542
Boni uiri lachrymabiles 642
Bonorum uirorum morbus 917
Bonorum glomi 560
Bonorum myrmecia 132
Bonos uiros omnia decent 692
Bonum eſt duabus niti ancoris 1152
Bonum inueni effugiens malum 733
Bonus cantor, bonus cupediarius 574
Bonus dux bonum reddit comitem 341
Bonus è pharetra dies 656
Bonuſq; magnuſq; 241
Borea ceſſante 822
Bos ad ceroma 179
Bos ad lyram 172
Bos alienus ſubinde foras proſp. 192
Bos ad præſepe 429
Bos aduerſus ſeipſum puluerem 185
Bos apud aceruum 175
Bos conſeneſcit 822
Bos expecta aliquando herbam 834
Bos ephippia optat 258
Bos Homolottorum 775
Bos in ciuitate 821
Bos in lingua 276
Bos in quadra argentea 1112
Bos in ſtabulo ibidem
Bos in ſtabulo ſenex 319
Bos laſſus fortius figit pedem 51
Bos lente aut placide 416
Bos marinus 1112
Bos porrecto ultra Taygetō capite 1018
Bos ſenex non lugetur 682
Bos ſeptimus 193
Bos ſub iugum 618
Botrus oppoſitus bot. matureſc. 774
Bouem in faucibus portat 495
Bouem ſi nequeas, aſinum agas 654
Bouem uolentem ducito 992
Boues meos nunquam abegerunt nec equos 650
Boues ſolidi è clibano 735
Boues è clibano 1072
Bouc toto deuorato, in cauda dc. 811
Bouis in tergore deſedit 637
Boues meßis tempus expectantes 775
Boue uenari & ſimilia 136. & 1049
Boui clitellas 196
Βολιμιᾶν 166
Βορράγ 465
Βοῦβοία 775
Brachas oſtendere 828
Braſidas quidem uir bonus 821
Braßicam iurare 605
Breuitas grata 1074
Britannica menſa 479
Bubo canit luſciniæ 1042
in Buccam quicquid uenerit 216
Buccas inflare 324. & 857
Budoro more 773
Bulbos quærit 826
Bulbus nihil profuerit 1015
Bullatæ nugæ 882
Bunas iudex eſt 618
Buthus obambulat ibidem
Βυσσοδομεύω 1008
Byzeni libertas 1009

C

CAballus arare optat 258
Κάβασος 672
Caduer uiuum 533
Cadere cauſa, formula 1216
Cadere in curſu 1223
Cadmea uictoria 660
Cæca dies, & oculata dies 317
Cæcæ diuitiæ 798
Cæca ſpeculatio 319
Cæcias nubes attrahens 213
Cæci præſcriptio 1125
Cæco cum ſpeculo nihil ibidem
uel Cæco appareat 338
Cæcum inſomnium 1030
Cæcus auribus & mente ibidem
Cæcus cæco dux 319
Cæcus dux 812
Cæcus & claudus non intrabunt templum 1079
Cædimus, inq; uicem præbemus crura ſagittis 864
Cœnare me doce 854
Cæneus inuulnerabilis 822
Cænei haſta 1003
inter Cæſa & porrecta 143
κακὸς Deus 296
Caius Caia 102
Calabri hoſpitis xenia 880
Calauriam pro Delo 1026
Calumoboas 1099
Calcar addere currenti 96
Calcar tollere 464
Calceos mutare 1139
Calceus non tollit podagram 1037
Calceū eundē omni pedi inducere 1053
Calceus maior pede 577. & 875
Calciamenta portare 224
Calcibus & pugnis 738
Calculo mordere 907
Calculis omnium 212
Calculos utrinque ponere 209
Calculum reducere ibidem
Calere in frigidis 579
Calicum remiges 1121
Calidam ueruti partem 621
Calidis balneis teneri 748
Calidum & frigidum ex eodem ore efflare 316
Calidum mendacium 1084
Calidum plus ſatis 578
Calidum prandium comediſti 55
Caliga Maximini 38
Caligare in ſole 586
Calliæ defluunt pennæ 1130
Callidum eſſe æquū eſt ad ſuum quemq; quæſtum 993
Callicyrijs plures 769
Callipides 246
Callipygos 1116
Calliphanes 993
Callum ducere 741
Calumnia Argiua 820
Caluum uellis 662
Caluus comatus 381
Caluus quum ſis 1115
Camarinam mouere 56
Camarine loqui 1090
Camelus deſiderans cornua, etiam aures perdidit 842
Camelus ſaltat 643
Camelus uel ſcabioſa complurium aſinorum geſtat onera 363
Campana ſuperbia 1140
Canalicolæ 909
Cancellis circumſeptis 403
Cancer leporem capit 597
Cancri nunquā rectè ingredientur 907
Cancros lepori comparas 336
Cancrum ingredi doces 921
Candidati eloquentiæ 350
Candidorum utrorum nulla utilitas 869
Candidum linum lucri cauſa ducis 780
Candidus ſermo 1136
Canem alens externum præter linum nil habet 806
Canem excoriatam excoriare 515
Canens uitæ palmum 1014
Cane peius & angue odit 692
Canes uenatici 1168
Canere ad myrtum 601
Canere intus 426
Canes timidi uehementius latrant 922
Canibus agnos obijcere 694
Cani cum balneo nihil 173
Cani das paleas, aſino oſſa 843
Canina facundia 545
Caninam pellem rodere 557
Caninum prandium 387
Canis 963
Canis ad cibum 1112

Ayuntamiento de Madrid

Canis aſſuetus corio 540
Canis circum inteſtina ibidem
Canis digna pabulo 596
Canis digna ſede ibidem
ut Canis è Nilo 369
Canis feſtinans cæcos parit catul. 465
Canis in balneo 174
Canis in præſepi 379
Canis in uincula 643
Canem inteſtina guſtaſſe 540
Canis lapidem mordens 385
Canis maſculi infinita cubilia 704
Canis mendico auxilians 1021
Canis pancs ſomnians 962
Canis peccatum ſus dependit 817
Canis per Phratores 880
Canis podicem inſpicere 466
Canis reuerſus ad uomitum 843
Canis ſæuiens in lapidem 1011
Canis tanquam Delum nauigans 772
Caniſtrum caniſtrum uocat 494
Canis uindictam 288
Canis uiuens è magdalia 991
Cannacæ res ſiue more 657
Cantharo aſtutior 772
Cantherium in foſſa 236
Cantherius in porta 216
Cantileuam eandem canis 585
Cantionem Lityerſam canis 833
Cantionem Telamonis canit 820
Cantoris hæſitantia tuſſis 688
Cape nihil, & ſerua bene 1118
Capere deſertam 219
Capere ciuitatem 1076
Capere crines 1184
Capillis trahere 1174
Capillus quoq; umbrã ſuam habet 846
Capite admoto 1055
Capiti ne quid ſuas 747
Capite geſtare 1113
Capitis & inguinis diſcrimen neſcit 626
καπνὸς pro uano pollicitatore 807
Cappa duplex 878
Cappa tria peßima ibidem
Capra ad feſtum 960
Capræ liberæ ab aratro 709
Capram cœleſtem orientem conſpexerunt 960
Capra cœleſtis 228
Capra contra ſeſe cornua 37
Capra gladium 55
Capram portare non poſſum, & imponitis bouem 650
uel Capra mordeat nocentem 340
Capra nondum peperit, hœdus autem ludit in tectis 398
Caprarius in æſtu 623
Capra Scyria 381
Caprea contra Leonem 357
Captantes capti ſumus 380
Caput 438
Caput artis decere quod facias 1068
Caput in trunco 710
Caput ſine lingua 399
Caput ſcabere, & conſimilia 881
Caput tertium 920
Caput uacuum cerebro 825
καρβάζειν 134
Carbone notare 209
Carcini poemata 769
Carcini ſtrobili ibidem
Carcinus quoque in reb. deſperatis 467
καρδαμίζειν 327
καρδαμογλύφοι 417
Cardo rei 38
καρδιοπόνῳ 775
Cares 232. & 708
in Care periculum 232
Cares ite foras 105
Carizare cum Care 88
καρυβαρβῦται 1020
Carico more 1109
Carica muſa 333
Carica ſaltatio 334
Caricum ſepulchrum 1023
Carica uiclima 769
Caricum uinum 1101
Caricus hircus 881
Carne ipſe Delphis immolata ueſcitur 713
Carpathius leporem 447
Carpet Citius aliquis quàm imitabitur 185
Caſcus caſcam ducit 101
Caſeum habens non eget opſonio 835
Caſſa nuce non eruam 311
Caſſa glande 1198
Caſſes rodere 850
Caßioticus nodus 574
καθημερόβιοι 319
κατ' ἀχειρῶν ὕδωρ 1052
κατ' ἀπιᾶν 722
Cataſtrophe fabulæ 90
Catella Melitæa 811
Catone hoc contenti ſumus 1178
Catulæ dominas imitantes 599
Cauam Arabiam ſerere 435
Cauda blandiri 993
Cauda de uulpe teſtatur 555
Caudæ pilos equinæ paulatim uellere 339
Caudam nigram habentia ne guſta 20
Cauda tenes anguillam 186
Cauendũ ab eo, qui ſemel impoſuit 929
Cauendum à potentiore 927
Cauentis clancularias inſidias 122
Cauc thoracem 550
Caunius amor 773
Cauſa cadere 1216
Caute loquacior 872
Cautus enim metuit, &c. 1005
Cecidis & Buphoniorum 1045
Cedro digna 997
Cedendum multitudini 945
Celei ſupellex 1185
Celeritas in malis optima 1211
Celerius quàm Butes 612
Celmis in ferro 770
Cenſoria uirgula 1143
Cenſura dat ueniam coruis, uexat columbas 857
Centaurice 768
Centauris mens non ineſt 707
Centones ſarcire 553
Centro & ſpacio circumſcripta 1128
Centum pluſtri trabes 1037
Cepas edere aut olfacere 772
Cepe tantum ſumpſeris, iam uixe. 862
Cepis iiſdem ueſci 735
Cepis putridi nullus uſus 783
Cepphus parturit 346. & 466
Ceram auribus obdis 1024
κερασβόλῳ 1038
Cera tractabilior 770
Cercopiſſare 635
Cercopum cœtus 634
Cercyræa ſcutica 465
Cerealis cœna 771
Cerebro uacuum caput 825
Cereri ſacrificant 1001
Cerite cera dignus 399
Certamen non accipit excuſationes 810
Certißima paupertas 1086
Certum proſpicio 945
Ceruinus uir 685
Cerulæ miniatulæ 211
Cernus canes trahit 1042
Ceſcon habitas 621
Ceſſare 1219
Ceſtreus iciunat 229
Ceſtum habet Veneris 770
Chærephonti ſimilis 699
Chalcenterus 1105
Chalcidica uxor 715
Chalcidiſſare 772
Chamæleon de ſuo corio ludit 486
Chamæleonte mutabilior 817
Chao antiquiora 663
Charadrium imitans 1154
Charetis pollicitationes 621
Χαριγλωττεῖν 862
Charybdim uitans in Scyllam in. 289
Charybdis 907
Charontis ianua 658
Χαρωνῖται 1225
Chimæra 1102
Χλωαλώπηξ 1155
Χοιροδίκαι 636
Χρεοστονεῖν 629
Chironium uulnus 657
Chius 1014
Chius ad Coum 643
Chius domunum emit 527
Chius riſus 216
Chnaumata omnia 690
Chœnici ne inſideas 20
Chordæ uice 813
Chordas non mouendas mouere 254
Choreæ Ionicæ 216
Choro alieno pedem 471
Chorus inertium 684
Chorus maior & concinentior 239
Χρίσις καὶ κτίσις 1200
Χρυσολόγος 191

Ayuntamiento de Madrid

à Chytropode cibum 238
Cibo opus duraturis in labore 139
Κίβδηλος 764. & 818
Κιβδηλίνδην, κιβδηλία 764
Cibum in matellam ne immittas 24
Cibum è flamma petere 997
Cicada Acanthia 192
Cicada cicadæ chara, formica for. 87
Cicadæ apem comparas 332
Cicadam ala corripuisti 352
Cicada stridet 375
Cicada uocalior 374
Cicadæ humi canent 1208
Cicadis pleni 816
Ciceris emptor 847
Cicernus Bacchus 610
Κιχλίζειν κιχλισμὸς 768
Κιγκλίζειν 624
Cilicij imperatores 768
Cilicium exitium ibidem
Cilicon bona 567
Cilix haud facilè uerum dicit 739
Κιλλικ]ὸς 920
Cimbicon 417
Cimmeriæ tenebræ 605
Cinædo mollior 284
Cinclus 482
Cinerem uitans in prunas incidit 811
Cinnari bonorum direptio 684
Cinyræ opes 752
Circa clepsydram animus 462
Circeo poculo 1167
Circes uirga 317
Circulum absoluere 621
Circulus res mortalium 294
Circumiens in orbem 504
Circumpedes 1167
Circumtondere comam 207
Citeria 637. & 1147
Cissamis Cous 769
Cithara canere non didici 463
Cithara incitat ad bellum 1129
Citis quadrigis 167
Citius quàm formicæ papauer 105
Citius quàm asparagi coquuntur 899
Citius in naui cadens à ligno exciderit 496
Citius Telegoræ donarim 1070
Cito persuadebis si dicas bene 711
Cito sapientes non tuto sapiunt 414
Citra arationem, citra sementem 219
Citra puluerem 218
Citra uinum temulentia 219
Ciuitas non ciuitas 1214
Ciuitates ludimus 768
Clamosior lauro ardente 631
Classicum canere 861
Clauam extorqu. Herculi 1006
Claudiana tonitrua 767
Claudicare utroque 808
Claudi more tenere pilam 767
Claudo uicinus disces claudicare & 774
Claudus optimè uirum agit 689
Claudus sutor 767
Clauc findere ligna, & securi fores aperire 620
Clauis duobus figere 242
Clauo purior 561
Clauus trabalis 359
Clauum clauo pellere 76
Clauum rectum tenere 639
Cleanthis lucerna 298
Κλάτρειάζειν 767
Clematis Aegyptia 38
Clemens lanista 1200
Cleocritus 768
Cleomenes superat cubile 1031
Climacides 1047
Clisthene intemperantior 768
Clisthenem uideo 767
Clypeus iuxta ciuitatem 995
Cnips in loco 766
Coccyce astutior 1025
Cochleare crescet 462
Cochleæ uita 1053
Cocta numerabimus exta 193
Coctum ab alio edere 175
Codrli chœnix 765
Codro antiquior 1026
Codro generosior 660
Codro pauperior 259
Cœlebs expers litium 1014
Cœlo ac terræ loqui 217
Cœlo delapsus 336
Cœlum digito contingere 1033
Cœlum terræ miscere 151
Cœlum territat 534
Cœnæ deorum 758
Cœna dubia 540
Cœna popularis 1190
Cœnare me doce 853
Cœno puram aquam turbans nunquam inuenies potum 620
Cœnum barbaricum 113
Cogi ad bibendum inhumanum 497
Cognati multi felicium 756
Cognatio mouet inuidiam 1150
Cognomina plura exp. hab. 909
Collyrio uno, uel eodem 1058
Colophonem addidit 507
Colophonia ferocitas 420
Colophonium calciamentum 1144
Colophonium aurum 776
Colophonium suffragium 961
Colossi magnitudine 763
Colubrum in sinu fouere 1015
Columba mitior 871
Columba sedens 859
Columna familiæ 138
Columnas rumpere 1035
Comam geris cum sis seruus 683
Commeatus trium dierum 675
Comitia de tuo capite aguntur 875
Cominus atque eminus 169
Cominus cæcutiens 262
Comis mens non inest 771
Comœdia ac Tragœdia ijsdem è literis componitur 836
Commoucre sacra 1669
Communis Mercurius 348
Commune naufragium 1024
Communis tanquam Sisapo 1138
Compedes aureæ 540
Compendiaria res improbitas 984
Complura masculi canis cubilia 704
Compressis manibus 414
Concha dignus 765
Conchas legere 1219
Conciliant homines mala 441
Concinere 155
Concordia 944
Concord. fulciuntur opes etiam exiguæ (931
Coniecturæ uanæ 945
Connæ calculus 462
Conniuere 324
Conon curabit prælia 800
Conos artoxya 1000
Conscientia mille testes 402
Consertis manibus 314
Consessus in talario ludo 1201
Consilium improbi, in extr. 779
Consilia inania inanium 848
Consilij & cursus non idem exitus 469
Consilijs simul & fact. ual. 955
Consilium in melius commutatum 935
Consilium ne adeas inuocatus 111
Consilium res sacra 432
Consulendũ, & cõsilijs parendum 923
Consultor amens 812
Contentionis filum 812
Contemnentis inimicum 930
Contemnentis dicterium 925
Contigit & malis uenatio 566
Conto nauigare 765
Contorquet piger funiculum 183
Contra bouem ne opta 696
Contra duo contraria pugnare difficile est 204
Contrahere supercilium 857
Contrahere uela 1201
Contra ostium 1047
Contra retiarium ferula 585
Contra stimulum calces 139
Contra torrentem niti 765
Contribulis factus serua ordinem 1019
Conturbat omnia 949
Conuentualis 879
Conuiua non conuiua 947
Copiæ cornu 227
Copiæ meæ in arctum nunc cogũtur 39
Copijs nostris 235
Corchorus inter olera 277
Cor calidum in re frigida 1214
Corcyra libera, caca ubi libet 990
Chordas non mouendas moues 254
Cordistæ 380
Coriaceum auxilium 1117
Corinthiari 1033
Corinthia uideris 910
Corinthijs non indignatur Ilium 995
inter Corinthum & Sicyonem 225
Corinthum ire non est cuiuslibet 159
Corinthus & collibus surgit, & uallibus deprimitur 546

Cornea

Ayuntamiento de Madrid

Cornea fibra 287
Cornu ne edito 22
Cornicari 274
Cornicibus uiuacior 255
Cornicum oculos configere 149
Cornix acanthida uincit 335
Cornix aquilam prouocat 81
Cornix cornici configit oculos 149
Cornix scorpium 55
Cornua te habere putabam 654
Cornutam bestiam petis 64
Corœbo stultior 692
Coronam ne carpito 27
Coronam quidem gestans, cæterum siti perditus 460
Corpore effugere 185
Corporis ueſtigiũ in lecto confundito 28
Corpus ſine pectore 399
Correctio dicti 934
Corrigentis quod dictum eſt ab alio 930
Corrumpunt mores bonos colloquia praua 397
Corrupta iudicia 927
Corui luſcinijs honoratiores 1024
Coruus albus 1120
Coruus aquat 763
Coruus hians 274
Coruus ſerpentem 1003
Coruus ſi poßit tacitus paſci 1005
Corybantiari 907
Κορυβαντιᾶς 392
Corycæus dæmon 95.
Corycæus auſcultauit 94
Coryco reluctari 754
Corydalis omnibus oportet criſtam ineſſe 913
Corydi iuuenta 363
Corydus etiam inter indoctos ſonat 487
Corymbos meos necto 784
Κορυφὴ τ λόγυ 507
Corytheo deformior 765
Coßi 1166 Cotem alis 180
Cothoniſſare 1107
Κόθωρ 830
Κωθωνίζειν ἢ κωθωνίζεσθαι 830. & 1108
Κωθωνισμός ibidem
Coturniſſare 768
Coturnix Herculem 61
Cothurno uerſatilior 69
Coturnus ibidem
Crabrones iritare 55
Cradophagus 1110
Crambe bis poſita mors 203
Crambe recocta ibidem
Craſſa Minerua, pingui Miner. 46
Craßiore Muſa 47
Craſſo ditior 256
Crater litium 993
Crater Philotheſius 1129
Crebro iaciens, aliud alias iecceris 89
Crepitu probabis 1016
Crepitus autori ſuo bene olet 818
Creta notare 209
Creta raptus 1061
Cretenſis Cretenſem 88
Cretenſis cum Aegineta ibidem
Cretiza cum Cretenſi ibidem
Cretenſis mare 89
Cretenſes ſacrum 754
Cribro aquam haurire 178
Cribro crebrius 1185
Cribro diuinare 378
Crines capere 1184
Criſonem Himeræum præcurrere 1137
Criſtas detrahere 331
Crobyli iugum 639
Crocodili lachrymæ 553
Cræſo ditior 256
Cræſi pecuniæ teruntium addere 1186
Crono & Titanibus antiquiores 802
Κρονόλογοι 435. & 444
Crotoni comparatæ ciuit. 962
Crotone ſalubrius 546
Crotoniatarum poſtremus reliquorum Græcorum primus 547
Κρυνοχυβολίδαιον 1100
Κρώζειν 238
Crudelis Bacchus 825
Crumena nobilis 659
Crumena te generoſum facit ibidem
Cubito emungere 535
Cubito eodem 388
Cuculus 1087
Cucurbitæ flor. aut cucurbitam 638
Cucurbita ſanior 752
Cucurbitas lipis 444
Cucurrit quiſpiã ne pluuia madeſceret, & in foueam præfocatus eſt 814
Cui iſta arridenti, meis ne gaudeat 912
Cui multum eſt piperis, etiam oleribus immiſcet 804
Cui nullum negotium erat, Harmenæ mœnia addidit 1102
Cui placet obliuiſcitur, cui dolet meminit 273
Cuiuſmodi portento me inuoluit fortuna 688
Culicem colant 963
Culicem elephanti conferre 739
Culleo dignus 1161
Cultro adhæret 720
Cumani ſero ſapiunt 212
Cum amico non certandum æmulatione 954
Cum Care Carizas 87
Cum cane ſimul & lorum 1027
Cum ceſſat borcas 821
Cum Coryco luctari 754
Cum deo quiſque & gaudet & flet 753
Cum Delphis ſacrificauerit, ipſe carnes abſumit 713
Cum dijs non pugnandum 139
Cum dijs pugnare 576
Cum exoßis ſuum rodit pedem 1037
Cumini ſector, cum alijs ſimilibus aliquot 416
Cuminum conuicijs ſeritur ibidem
Cum haſta, cum ſcuto 670
Cum lacte nutricis 290
Cum laruis luctari 98
Cum licet fugere, ne quære litem 637
Cum Minerua manum quoq; moue 234
Cum muſis 779
Cum naufragium feci, bene nauigaui 695
Cum Nibas coccyſſauerit 806
Cum paruula eſt, bona uidetur ſpina 812
Cum plurimum laborauerimus, eodem in ſtatu ſumus 437
Cum principe non pugnandum 946
Cum puluiſculo 674
Cum ramento 1207
Cum ſacco adire 1092
Cum ſarcinis enatare 1089
Cumulus meritorum 132
Cum uterque concedit alteri 915
Cunctatio noxia 1220
Cuniculis oppugnare 1126
Cupreſſum ſimulare 195
Cupidinum crumena porri folio uincta eſt 118
Cura eſſe, quod audis 1005
Curare cuticulam 557
Curatore opus eſt 325
Cur ceſſatum eſt 1055
Curetum os 754
Cur non ſuſpendis te 656
Curre denuo 1207
Currenti calcar addere 96
Currentem incitare 95. & 927
Currus bouem trahit 280
Curſu lampada trado 91
Cuticulam curare 557
Cutem uſque radit 804
Κυαθίζειν 1106
Curru utere, de aſinis nihil laborãs 899
Κύαμος 23
Cyatho non emam 1185
Cyclaminon infodias Halenti 505
Cyclobori uox 766
Cyclopica uita 394
Κύκλῳ περιελθεῖν 1124
Cyclopis donum 162
Cyclopum more 1146
Cydi pœnam debet 766
Cydonis in domo ſemper aliquis 462
Cygnea cantio 98
Cygni canent tacentibus graculis 816
Κύλιξ 23
Cymbalum mundi 1192
Cynoſarges 756
Κυναλώπηξ 860
Κυώπης 356
Cyparißi fructus 1024
Cyprio boui merendam 404
Cyprius bos ibidem
Cyrbes malorum 589
Cyrnia iactura 920
Cyrnia noxa 752
Cyrnia terra ibidem
Cythniæ calamitates 751
Cythonymi probrum ibidem
Cyziceni ſtateres ibidem

Ayuntamiento de Madrid

D

Daedaleum remigium 1199
Dædali alæ 749
Dædali execratio 719
Dædali opera 517
Da lapidi uolam 1151
Da mihi mutuum teſtimonium 307
Danace 921
Danaidum dolium 178
Danda uenia lapſo 958
Dare manus 368
Dares Entellum prouocat 750
Dare uerba 207
Da ſimul & accipe 655
Daſypus carnes deſiderat 230
Date mihi peluim 750
Datidis cantilena 695
Datiſmus 696
Dathus bonorum 132
Datyli dies 560
Dat uenium coruis, uexat cenſura columbas 857
Datum nollem, quod dedi 553
Daulis cornix 879
Dauus ſum non œdipus 134
Dea excogitauit 1162
De alieno liberalis 957
De alieno ludis corio 486
Dea impudentia 749
De allijs loquenti reſpondes de cepis 823
De aſini proſpectu 145
De aſini umbra 141
De calcaria in carbonariam 360
Decempes umbra 831
Decipienti ſemel 1083
Decipula murem cepit 835
Decora teipſum 1009
Decumanum 1169
De curru delapſus 498
Dedecus publicum 922
Dedi malum & accepi 186
De facie noſſe 369
De fece haurire 376
De fera comediſti 615
De filo pendet 367
De fumo ad flammam 1121
De fumo diſceptare 142
De gradu deijcere 158
De grege illo eſt 879
Deinde expergiſcebar 749
De lana caprina 142
De lapide emptus 718. & 750
De lauticijs 934
Delius natator 240
Delphicus gladius 521
Delphinum cauda ligat 186
Delphinum natare doces ibidem
Delphinum ſyluis appingit, fluctibus aprum 557
De manu in manum 655. & 1075
Dementis felicitas 273
Demiſſis auriculis 1113
Demittere ſeſe ad aliorum mediocritatem 932
Demorſos ungues aſpere 681
Demulcere caput 741
Dentale non ineſt illi 964
Dentata charta 879
Dentem dente rodere 605
Dente Theonino rodi 473
Deo fortunæq; committo 935
Deo nemo poteſt nocere 1212
Deo uolente, quiſq; ridet atque flet 753
Deorum cibus 337
Deorum cœtus 993
Deorum concio 1090
Deorum manus 121
De pilo pendet 367
De poſſeſſione deijcere 749
De plauſtro loqui 298
De pulchro ligno uel ſtrangul. 460
De pulmone reuellere 853
De puſillis magna proœmia 816
De reduuia queritur 1161
Deſerere uadimonium 1171
Deſerere locum 632
Deſerta cauſa 218
Deſertam uincere, capere, accuſare ibid.
Deſertum obtueri 1021
De ſportula cœnare 1122
Deſpuere malum 1200
De ſtatu demigrare 1202
Deſtitutus omni auxilio 939
Deſtitutus uentis, remos adhibe 1086
Deteriorum uictoria 239
De toga ad pallium 1078
De tribus capellis dic 737
De tripode 304
De tuo capite aguntur comitia 1002
Deum eſſe, deum facere 215
Deum fallere uolenti multa ſcienda 705
Deum ſequere 466
Deuotionis templum 109
Deus ex machina 58
Deus ex improuiſo apparens ibidem
Deus nullius indigens 695
Deus ollaris 876
Deus ulciſcetur 945
Deus ultro ſubijcit bona 672
Deus unus, amici plures 835
Deus undecunque iuuat, ſi modo propitius 924
Dextera non cuiuis inijcienda 22
Dextero, aut amico Hercule 62
Dextrum pedem in calceo, ſiniſtrum in pelui 748
Διακωδωνίζειν 1180
Diagoras Melius 832
Diametro diſtare 389
Dicendo dicere diſcunt 240
Dictum ac factum 694. & 879
Diem noctibus æquare 389
Dies adimit ægritudinem 566
Dies antiquus 855
Dies bonus è pharetra 657
Dies Datyli 561
Dies nouerca & parens 330
Dies poſterior prioris diſcipulus eſt 329
Difficilia quæ pulchra 318
Difficilis uir 747
Digiti crepantis ſignum 652
Digito monſtrari 388
Digitum non porrexerim 128
Digitum qua proferat 1193
Digitum medium oſtendere 555
Digitum ſtulto ne permittas 842
Digitum tolle 820
Digitum tranſuerſum 190
Digna, indigna & ſimilia 424
Digna canis pabulo 596
Dignum propter quod uadimonium deſeratur 313
Dignus pilo 312
Dignus qui cum in tenebris mices 314
Dij beati adſint 780
Dij facientes adiuuant 234
Dij laboribus uendunt omnia 473
Dij lancos habent pedes 399
Dij omnia poſſunt 1093
Dijs hominibusq; plaudentibus 62
Dij tibi dent tuam mentem 1005
Dij uinctis pedibus 390
Dimidio uitæ nihil differunt felices ab infelicibus 418
Dimidium plus toto 371
Δημοπίθηκοι 859
Diobolares 1164
Diolygium malum 619
Diomedis & Glauci permutatio 73
Diomedea neceſſitas 342
Dionyſium Thraſibulo dicitis eſſe ſimilem 676
Dionyſius Corinthi 64
Dionyſiaci 502
Διονυσιοκόλακες 478
Dionis gry 319
Diphthera antiquiora 197
Diphtheram ſero inſpexit Iup. 392
Dierecti 1201
Diris agere 203
Diſcipuli magiſtris præſtantiores 846
Δὶς διὰ πασῶν 102
Diſcordia fit charior concord. 757
Diſcum quàm philoſophum audire malunt 1219
Diſerte ſaltare 1131
Diſpendio æquale malum lucrum 807
Dithyramborum poëtis inſanior 465
Dithyrambus non eſt, aquã ſi bibat 902
Diu delibera 1019
Diu diſſimulatum aperientis 915
Diuerſarum partium 916
Dies aut iniquus eſt, aut iniqui hæres 358
Dies factus faſtidit lentem 343. & 662
Dies promiſſis 1031
Diuinator ſapiens 514
Diuinitus 753
Diuinitus data 923
Diuinum excipio ſermonem 1076
Diuite uena 518
Diuitiæ non ſemper optimis com. 930
Doceat qui didicit 1211
Docti eódem ludo 665

Doctum

Ayuntamiento de Madrid

Doctum doces & similia 78
Docui te urinandi artem 835
Dodonæum æs 32
Dolia duo 293
Dolia Iouis 756
Doliaris uita 329
in Dolio figulatem artem discere 233
Dolium inexplebile 385
Dolium pertusum 278
Dolium uolutatur 1024
Domestice notus 370
Domesticum dissidium 156
Domesticum malum 945
Domesticum thesaurum calumniari 249
Domesticus testis 493
Domi coniecturam facere 390
Domi habet, domi nascitur ibidem
Domi iudicium 494
Dominus domino, seruus seruo præstat 317
Domi inspicere 370
Domi leones 1086
Domi manendum 943
Domi manere oportet belle fortunatum 736
Domi Milesia 162
Domi nobilis 1168
Domi non esse 1222
Domi pugnare more gallì. 1152
Domum imperfectam ne relinquito 237
Domum redire 552
Domus amica, domus optima 804
Domus optima 956
Domus recta 1068
Donum quodcunque dat aliquis proba 980
Doribus Dorice loqui fas est 1170
Dorica musa 577
Dorice concinere 1173
Dorice loqui 1224
Dormiens nullius rei est 650
Dormiens somnias 813
Dormienti dij conficient 219
Dormientis rete trahit ibidem
Dosones 1089
Δωριάζειν 1224
Δωρισκεῖν 638
Δωρισκηνή 577
Doriphorematis ritu 1071
Drachmæ canit, quatuor desinit 281
Drachmæ grandò 735
Drachmas tres da mihi mutuo ad porcellum 872
Dracò non fit serpens, ni edat serpentem 809
Δρῦς θεῶν ἵππος 1007
Duabus ancoris fultus 36
Duabus sedere sellis 269
Dubia cœna 54
Ductus per phratores canis 880
Dulce & amarum 1193
Dulce bellum inexpertis 966
Dulce pomum quum abest custos 1060
Dulcis cubitus 428
Δυσπόλις 683
Dum clauum rectum teneam 740
Dum uirent genua 1044
Duobus clauis figere 242
Duobus digitis primoribus 1173
Duobus dominis seruire 270
Duobus malis resistere difficile 923
Duobus pariter euntibus 745
Duobus pedibus fugere 242
Duodecim artium 735
Duos fures non alit unus sult. 463
Duos insequēs lepores, neutrū capit 804
Duos parietes de eadem dealbare fidelia 270
Duplex cappa 878
Duplices uiros 736
Dupondij 312. & 854
Durus alloquijs 823
Durus & implacabilis 1051
Dux aut pater facti aut uerbi & 587
Dux cæcus 812
Dux bonus bonum reddit comitem 341

E

EAdem anchora nixus 36
Eadem cera 667
Eadem mensura 46
Eadem oberrare chorda 192
Eadem pensare trutina 193
Eadem per eadem 212
Eadem queri 1179
Eamus Athenas 1098
Ea tela texitur 424
Ebrietas absque uino 119
Ebur atramento candefacere 148
Ecanis podice 1011
Ecantu dignoscitur auis ibidem
Ἐχεμυθία 199
Ἐχιναλώπηξ 598
Echini duo prius amicitiam ineant 558
Echino asperior ibidem
Echinus asper totus 691
Echinus partum differt 558
Ecirculo 1216
Eclibano bones 1072
Ἐκλινίσαι 849
Ἐκπεφλικίσαι 845
Ἐκφυλλοφορῆσαι 1182
Ecrumena nobilis 659
Ecreta raptus 1061
Eculmo spicam conijcere 1008
Edax currus 554
Edax triremis 1178
Edentulus septennis 45
Edentulus uescentiū dentib. inuidet 734
Edolio hauris 450
Edomo in domum 1152
Eduobus tria uides 734
Effœminatorum etiam oratio effœminata 681
Effœta senecta 954
Efontibus haurire 450
Effugi malum, inueni bonum 734
Efimbria de texto iudi. 355
Eflumina cibum petere 991
Egenis in turba uersetur 957
Ἐγκεφάτις ἁμαξα 984
Εἰα εἰά 756
Eidem inhiantes testamento 926
Eiure manum consertum 1216
Electro lucidior 150
Elephanti celerius pariunt 344
Elephanti culicem conferre 739
Elephanti similis 699
Elephantum ex musca facit 366
Elephantum sub alis cuius celes 580
Elephantus Indus haud curat cul. 394
Elephantus non capiat murem 366
Eloquentia Attica 99
Ἑλλάδα & ἑλλάς 560
Ἑλλεβορίζειν 324
Elleborum bibe ibidem
Elucet egregia uirtus 930
Emassilia uenisti 916
Embarus sum 961
Emendus cui imperes 1198
Emere multo quàm rogare 128
Emori risu 1007
Empedoclis simultas 613
Emptor difficilis haud bonum edit obsonium 806
Empusa mutabilior 480
Emulctro bibere 451
Emultis paleis paululum fructus collegi 107
Emunctæ naris 260. & 667
Emungens acrius elicit sanguinem 215
Enassa escam petere 1061
Ἐν τριόμῳ 1176
Ἐν κεφαλαίῳ 438
Encomium ante uictoriam 290
Ἐγκύκλω 304
Endymionis somnium dormis 305
Eneuo cognoscere 1224
Ἐν ὠλένῃ 1130
Eodem collyrio mederi omnibus 1141
Eodem cubito 388
Eodem in ludo docti 664
Epatroclis domo uenit 1054
Epaucis uerbis ingens bonum aut malum 1221
Ἐπαβλια δῶρα 1013
Epelle apparet 836
Ephelleo 1182
Epeo timidior 664
Ephesiæ literæ ibidem
Ephemeri uita 1021
Ἐπικωδωνίζεσθαι 1108
Epimenidium corium 1910
Epimenidis somnus 365
Ἐπιμηθεύς 43
Epiphyllides 1012
Epischythizare 496
Ἐπιδυμόλαπτος 912
Epoculo perforato bibere 818
Epos cum cygnis certat 332
Ἐπλαβόμην 990
Ἐπλάφω 32
Equa Thessalica decernetur 990
Equi dentes inspicere donati 1073
Equis albis præcedere 168

Ayuntamiento de Madrid

Equi generoſi ſenectus 1220
Equi ſenecta 427
Equitandi peritus ne cantet 1164
Equo ſeneſcenti minora cicola admoue
Equum in planiciem 335 (665
Equus ex aſino 664
Equus in quadrigis in aratro bos 484
Equus me portat, alit rex 277
Equus Seianus 404
Equus Troianus 1007
Eraſinades 705
Erecti 1072
Eretrienſium rho 666
Ergini cani 814
Ερημοδίκια 219
Erinnys ex tragœdia 1022
Eriſichthonis Metra mutabilior 812
E᾽ ſchola cantilena 1216
E᾽ ſcopulis enauigaro 744
E᾽ ſcurra diues 536
Εσκιμαλίχοδαι 814
Eſernius cum Pacidiano 592. 1204
ἔαγετε νιῶ μοι 1201
E᾽ ſpecula 1039
E᾽ ſquilla non naſcitur roſa 529
Eſto promus 1021
E᾽ ſublimi me derides 108
Eſurienti ne occurras 1187
Eſurienti leoni prædã exculpere 1205
Et fama fuit, & eras 694
E᾽ Tantali horto fructus colligis 1028
E᾽ terra ſpectas naufragium 1202
E᾽ thymbra non fit lancea 578
Etiam betylum deuorares 1022
Etiam capillus unus hab. umbr. 848
Etiam quercus bacchatur 1023
Etiam ſi Cato dicat 1083
Etiam ſi lupi meminiſſes 654
Et me mater, &c. 1042
Et meum telum cuſpidem habet acuminatam 110
Et poſt malam ſegetem ſerendum 1054
Et prædam & præmium 1178
Et puero perſpicuum eſt 430
Et Scellij filium abominor 1153
Et tribus malis unum 857
Euenit malo male 929
Eucrates 674
Euentus præter expectationem 926
E᾽ ueſtigio 1096
Eundem calceũ omni pedi inducere 1053
Euparyphus ex comœdia 1061
Euripus homo 364
Eurybatizare 109
Eurycles 994
Eurymnus 1008
Exacta uia, uiaticum quærere 826
Ex academia uenis 821
Ex adyto 305
Ex agro, ſiue è rure 869
ἐξαγώνια aliena à re 470
Ex æquo partire 1020
Ex amphitheto bibiſti 1010
Examen uirtutum 132
Ex animo loqui 589
Ex aphæreſeos curare 1201
Ex aſino equus 664
Ex aſpectu naſcitur amor 108
Ex aſtris delapſus 226
Ex bono in bonum 877
Ex cohorte prætoris 1191
Excorias priuſquam mactaris 800
Excubiarum gratia canens 301
Excubias agere aut ditari 716
Excubias agere in Naupacto 109
Excuſationes non accipit certamen 810
Ex diametro oppoſita 389
Execrationes ſerere 1122
Exemplum utile 1213
Ex eodem ore calidum & frigidum efflare 316
Exercitatio domeſt. & umbr. 1215
Exercitatio poteſt omnia 473
Ex fronte perſpicere 533
Ex habitu bonum uirũ præ ſe fert 941
Ex harena funiculũ nectis 182 & 612
Exigit & à ſtatuis farinas 782
Exiguum malum, ingens bonum 582
Exiguum oboli precium 854
Ex Iouis tabulis teſtis 315
Ex ipſo boue lora ſumere 103
Eximere è manu manubrium 994
Exitij nulla ratio 2126
Exitium 455
Ex iure manu conſertum 1216
Ex libro gubernatores 1119
Ex minimis initijs maxima 926
Ex natali emortualem facere. 1178
ἐξονυχίζειν pro exacte expend. 926
ἐξοχᾶσθαι 1181
Exordiri telam 617
Ex ore lupi 642
ἔξωφθ 771
Ex ouo prodijt 159
Ex paleis inanibus triturã facit 648
Ex patre malo nunquã bonus filius 242
Expecta anus 834
Expecta bos aliquando herbam ibidem
Expedit habere plura cogno. 909
Ex perpendiculo 1108
Expertes inuidẽtiæ muſarum fores 109
Ex Phelleo 1182
Ex poteſtate exiſſe 1160
Expuis in cœlum 837
Ex pylo captiui 1009
Ex quercubus & ſaxis nati 337
Ex reliquijs conijcere 388
Ex ſe fingit uelut araneus 1049
Ex ſinu illius 1167
Ex ſtipula cognoſcere 388
Ex ſyngrapha agere 1131
Ex tempore dicere 329
Ex tempore uiuere ibidem
Extis pluit 779
Extra calcem 1108
Extra chorum ſaltare 616
Extra cantionem 470
Extra fumum & undam 1138
Extra lutum pedes habes 108
Extra oleas 460
Extra organum 741
Extra periculum ſtrox 931
Extra publicam uiam ne deſle. 25
Extra quærere ſeſe 575
Extra telorum iactum 156
Extra uiam currere 53 & 755
Extrema extremorum mala 815
Extrema linea 1078
Extrema manu 371
Extremis digitis attingere ibidem
Extremum occupet ſcabies 1041
Extremus actus fabulæ 90
Ex tripode 305
Extritum ingenium 689
Ex tua officina 616
Ex uitibus non amputatis ne libaris dijs 28
Ex umbra in ſolem 108
Ex uno multa facere 432
Ex uno omnia ſpecta 108
Exurere mare 1082

F

FAba cudetur in me 65
Faba alba 209
Faba nummus 1201
Fabam & Salem 845
Fabarum arroſor 1100
Fabas ne comedas 990
Faber compedes quas fecit ipſe geſtet 65
Faber fabro inuidet 87
Faber quum ſis 1038
Fabis abſtineto 23
Fabri fabrilia tractant 234
Fabulæ ſupremum actum addere 90
Facies tua computat annos 617
Faciles partus 1204
Faciunt & ſphaceli im. 110
Facile cum ualemus recta conſilia ægrotis damus 256
Facta iuuenum, conſilia mediocrium, uota ſenum 841
Factum infectum fieri non poteſt 522
Factum tranſactum 1187
Factum ſtultus cognoſcit 42
Falcem poſtulabam 471
Falcem fugito 808
Fallacia alia aliam trudit 176
Falſum probrum 1174
Fama non temere ſpargitur 237
Fama prodit omnia 1209
Famelicus non interpellandus 923
Fame mori miſerum 871
Fames perit interuallo, & optimè perditur 829
Fames & mora bilem in naſum conciunt 667
Fames magiſtra 195
Fames multa docet 1016
Fames Meliæa 366
Fames optimum condimentum 643
Fames Saguntina 366
Famis campus ibidem
Farcire centones 553
Farinæ noſtræ 852
Farinam fugit quicunque molam deuitat

Ayuntamiento de Madrid

tat 809
Farinam nondum coctam inſpergis 800
Farinas exigit à ſtatuis 782
Faſces ſubmittere 331
Faſtigium imponere 89
Faſtuoſus Maximus 107
Fatale uitæ tempus exactum 942
Fatis adictus 949
Fatis imputandum 925
Fato Metelli 1188
Fato non repugnandum 1212
Fatum inculpabile 948 & 952
Fatum immutabile 944
Fatuos non inuenit 299
Fauere linguis 844
Fauſtus exitus 944
Fæcem bibat qui uinum bibit 258
Fele rapacior 107
Feles Tarteſſia 106
Felices quo differant ab infel. 418
Felicia alba 209
Felicibus ſunt & triſtes 284
Felicitas à deo 1022
Felicitas à funibus penſilis 367
Felicitas multos habet amicos 842
Feliciter ſapit qui periculo alieno ſapit
Felicium multi cognati 756 (43
Feli crocoton 107
Felix Corinthus, at ego ſim Teneates
Felix qui nihil debet 651 (580
Feneſtram aperire & ſimiles metaphorę 161 & 876
Feram præturbare 844
Feras, non culp. quod mut. non po. 125
Feri puer 1073
Ferire frontem 1200
Ferociam ſatietas parit 910
Ferreus, aheneus 287
Ferre in capite, oculis, ſinu 1225
Ferre iugum 107
Ferro diuidere 240
Ferrum & flamma 1180
Ferrum ferro acuitur 308
Ferrum natare doces 178
Ferrum tuum nunc in igni eſt 1062
Fertilior ſeges eſt alieno in aruo 258
Feruet olla, uiuit amicitia 196
Ferulæ manum ſubducere 615
Feſtina lente 406
Feſtinantem ultro incitare 96
Feſtiuus ſermo 946
Feſto die ſi quid prodegeris 106
Feſtuca ditior 378
Feſtucam ne moue 812
Feſtucam ex alterius oculo eijcere 363
Feſtum multas habens 962
ut Fici oculis incumbunt 668
Ficos diuidere 417
Ficos uult 492
Fictilis homo 721
Ficulna machæra 303
Ficulna mens ibidem
Ficulnum auxilium ibidem
Ficulnus 302
Ficulnus gladius 668
Ficum cupit 492
Ficum Mercurio 668
Ficus auibus gratæ 992
Ficus ficus, ligonem ligonem uoc. 493
Ficus poſt piſcem 992
Fides rara 808
Fiducia pecunias amiſi ibidem
Fidus amicus 953
Figuli opes 392
Figulus figulo inuidet, faber fab. 519
Filius degenerans 826 (& 87
Filix innaſcitur agris neglectis 700
Filum contentionis tunc erat 812
Filum neuiſti & acu opus eſt 1116
Fimo ſuffitum facis 178
Finem uitæ ſpecta 135
Fixis oculis intueri 687
Flagitiorum turpis exitus 953
Flamma fumo eſt proxima 195
Flammam citius ore preſſeris 580
Flere ad nouercæ tumulum 343
Flet uictus, uictor interijt 603
Flocci non facio, aut flocci facio 311
Flos cinis 1116
Fluctus fluctum excipit 242
Fluuiali ſermone marinam abluit auditionem 802
Fluctus mutus 1101
Fluuio riuulum inducere 743
Fluuius cum mari certas 368
Fluuius non ſemper fert ſecures 1031
Fluuius quæ procul abſunt irri. 743
Focus luculentus in ædibus 959
Fodere non didici 463
Fœdum eſt manſ. diu, uac. red. 675
Fœminæ mortuæ non credendum 705
Fœmina nihil peſtilentius 754
Fœnorum fœnora 758
Fœnum eſſe ibidem
Fœnum habet in cornu 64
Folia cadunt, poſt cadent arbores 119
Folio ficulno tenes anguillam 186
Fons Dodoneus 317
Fontes ipſi ſitiunt 291
Fontibus apros, floribus auſtrum 876
Fontib. omiſſis ſectari riuulos 1215
Foras cares, non amplius anti. 105
Foras famem 566
Fores ſpectare 393
Fores aperire 876
Fores habet tritas ut paſt. caſa 720
Foris habere pedem 597
Formica camelus 207
Formica formicæ chara 87
Formicæ quoq; ſua bilis 573
Formidoloſus 918
Formoſus in oſtio 881
Fors domina campi 1181
Formula cadere 1216
Fortes fortuna adiuuat 95
Fortis in alium fortiorem incidit 965
Fortiorem te uita 629
Fortuna cui port. me inuoluit 688
Fortunæ nouacula 1213
Fortunam præſentem boni conſule 685
Fortuna æſtuaria 875
Fortuna Euripus 365
Fortunam ſui cuiq; mores fingunt 542
Fortuna prorſus aduerſa 926
Fortuna quem nigrum pinxit 112
Fortuna reddit inſolentes 949
Fortunatior Strobilis Carcini 106
Fortun. domi manere oportet 736
Foſſa & uallum 33
In Foueam incidit quam fecit 54
Fractis auribus 1120
Frater uiro adſit 305
Fratrum iræ acerbiſſimæ 92
Freno egere 96
Fricantem refrica 308
Frigidam aquam ſuffundere 390
Frons animi ianua 538
Frons occipitio prior 84
Frons perijt 323
Frontẽ exporrigere. frontẽ cõ. ibidem
Frugi homines omnia recte fac. 475
Fruſto panis 149
Fruſtra canis 185
Fruſtra currit 755
Fruſtra habet qui non utitur 939
Fruſtra Herculi 606
Fruſtra niti, dementiæ eſt 1214
Fruſtratus conatus 927
Fucum facere 207
Fuga tutio 953
Fuge procul à uiro maiore 158 & 829
Fugientem quid inſequeris, præſentem mulge 783
Fugit amantẽ, inſequitur fugientem 573
Fugitiuus 939
Fuimus Troës 360
Fuit & Mandroni ficulna nauis 1079
Fulgur ex pelui 648
Fulmentum lectum ſcandunt 1181
Fumantem naſum urſi ne tentauer. 856
Fumi umbra 538
Fumoſæ imagines 1174
Fumos uendere 137
Fumum fugiens, in ignem incidi 190
Fumus 1154
Funditus, radicitus &c. 1142
Fundum alienum arare 743
Funem abrumpere nimiũ tendendo 215
Funem reducere 364
Fungus 994
Fungus putidus 1195
Funiculum ad lapidem 1157
Funiculum ad reſtim 845
Funiculum miniatum fugiunt 106
Funiculum curarum 215
Funis nihil attraxit 358
Furari littoris harenas 1014
Furari neceſſe uiro eſurienti 856
Furemq; fur cognoſcit, & lupum 518
Fures clamorem 106
Furor fit læſa ſæpius patientia 215
Furtiuæ operæ 424

G

GAlateam & Thetida ſimul amare non potes 807

Ayuntamiento de Madrid

Galerus aut nauis 700
Galerus omnibus oportet cristam inesse 810
Gallum bibere 1134
Gallinacei in morem trepidat 463
Gallonius 1160
Gallorum incusare uentres 722
Gallos quid execas? 746
Gallus insilit 801
Gallus in suo sterquilinio 1044
Gallus submissis alis 464
Gallus antequam iterum cantet 913
Gamma Betam persequitur 1158
Gangamon 1103
Gargara bonorum 1096
Garrire optimus, &c. 637
Gaudium dolori iunctum 958
Gaudium pyrustæ gaudes 798
Gello puerorum amantior 659
Gemmei mores 721
Generosioris arboris statim planta cum fructu est 147
Generosior sparta 668
Genius Oetæus 876
Genio indulgere 556
Genius malus 61
Genu sura propius 155
Genus quum uirent 1044
Genuino mordere 474
Genuinum frangere ibidem
Gerræ 535
Γυγγύης 336
Γυροβοσκεῖν 376
Gigantum arrogantia 964
Gigantum fraterculus 336
Γιγγράειν pro querule loqui 206
Gladiator in harena consilium capit 248
Gladiatorio animo 149
Glaciem scindere 862
Gladio plumbeo iugulare 568
Gladius Delphicus 511
Gladius plumb. in ebur. uag. 279
Gladium acutum auertas 26
Gladium dedisti qui se occideret 743
Gladium ne mulier 579
Glandes mihi coquam 386
Glande cassa 1198
Glandibus uictitantes 820
Glauci ars 659
Glaucus alter 1019
Glaucus comesa herba habitat in mari 999
Glaucus poto melle resurrexit 660
Gleba aruum 639
Glebam quoq; accipit error 303
Glomi pro bonis 806
Glomi bonorum 560
Gloria futuri 965
Glorioſum & apud posteros 940
Glossographores 1091
Gnomon & regula 437
Gordius nodus 359
Gorgonem Perseus aggreditur 1019
Γοργὸν βλέπειν 820
Graculo cum fidibus nihil 172
Graculus Aesopicus 830
Graculus graculo assidet 86
Graculus inter musas 277
Græca fide 315
Græco more 1000
Gralatorius aut testud. grad. 1199
Grata breuitas 1074
Grata nouitas 942
Gratiæ nudæ 638
Gratia gratiam parit 45
Grauiora Sambico patitur 64
Gregalis siue conuentualis 879
Gregis eiusdem ibidem
Gregis nostri 852
Grues lapidem deglutientes 875
Gry 310
Γρῦζειν 310 & 447
Gustu dignoscere 355
Gustum dare ibidem
Gutta uini 1017
Guttam aspergere 2194
Guttam non habet 917
Gygis anulus 70
Γύης 969
Gypsus lacte maceratus 328
Gyrina rana sapientior 427
Γύργαθον φυσᾶς 1009

H

HAbet 992
Habet & musca splenem 842
Habitus uirum bonum indicat 941
Habuisse miserum 306
Hac non egreditur uerbum 269
Hac nos deus ducit 467
Hæc Helena 147
Hæc Iusticia 822
Hæc potior 239
Hæreditas sine sacris 143
Hæret in uado 1034
Hæret in salebra ibidem
Hæsitantia cantoris tussis 688
Halcedonia sunt apud forum 612
Halopanta 1206
Hamaxiæa 778
Hamaxobij 329
Hamus semper pendeat 338
Hanc technam in te ipsum 54
Harenæ copia 304
Harenæ mandas semina 177
Harenam metiris 176
Harena sine calce 516
Harenæ cedere 369
Harmonia iudicibus apta 491
Harmodij cantilena 722
Harpocratem reddidit 997
Hasta caduceum 722
Hastæ & scuto 67
Hastæ amentatæ 1218
Hastam abijcere 349 & 489
Hastas primas iactare 1215
Hastas ministrare 1218
Haud annuntias bellum 737
Haud canit paternas cantiones 722
Haud perficit 945
Haud solide 1132
Haud unquam arcet ostium 461
Hecala pauperior 259
Hecatæ cœna 1070
Hecatæ sacrificant 357
Hedera lasciuior 1176
Hedera post anthisteria 821
Heraclius lapis 221
Herbam dare 368
Herciscere 1218
Herculana balnea 519
Herculana scabies 540
Herculani lecti 1117
Herculanus nodus 358
Herculanus morbus 541
Hercule dextro 62
Herculei labores 724
Hercules contra duos 203
Hercules πρωτοσοφίστης 107
Hercules & simia 843
Herculis columnæ 746
Herc. cothurnos aptare infanti 875
Hercules hospitatur 992
Hercules malorum 625
Herculis quæstus 2194
Heri & nudiustertius 577
Hermionis uice 582
Hermodorus uerba importat 624
Hermiontum officium 612
Hernioſi in campum 2153
Hernioſus usque ad gulam 1011
Heroum filij noxæ 241
Hesiodi senecta 641
Hesperidum mala 1025
Heterognathus es 815
Heteromolia causa 721
Herus omnis seruo monosyllab. 815
Herum nemo bene gerit, nisi seruierit bene 30
Hiberæ næniæ 535
Hic depone 844
Hic Rhodus, hic saltus 802
Hic telam texuit, ille diduxit 2102
Hinc belli initium 847
Hinc illæ lacrymæ 147
Hinnulus leonem 140
Hipparchi murus 1004
Hipparchorum tabula 721
Hippoclides non curat 349
Hippolytum imitabor 874
Hipponene magis 706
Hipponacteum præconium 474
Hircus Caricus 881
Hircum olet anus 831
Hirudo nisi plena non omittit cutem 558
Hirundines sub eodē tecto ne habeas 26
Hirundinum musca 457
Hirundo totos schœnos anteibit 1026
Hirsuto corde homines 510
Hoc age 1199
Hoc calciamentum consuit Histiæus Aristagoras induit 815
Hoc tu mihi dices 1157
Hoc iam & uates sciunt 1148
Hoc municeps aut uicinus nūtiauit 1162

Ayuntamiento de Madrid

Hoc nouerам priuſquam 1040
Hodie nihil ſaccedit 1148
Hodie nullus, cras maximus 1004
Holerum appoſitiones 721
Holitor opportuna loquens 226
Holmus erit mihi cubile 666
Homerici uerſus aliquot prouerbiales 922
Hominum uniuerſa proluit pelagus mala 819
Homini diligenti 1079
Homo bulla 507
Homo fictilis 721
Homo homuni deus 59
Homo homini lupus 60
Homo ſemper contradicens 1116
Homo Thales 904
Homo trium literarum 675
Honos alit artes 338
Honeſti nulla ſatietas 97
Horis omnibus nemo ſapit 542
Horna meßis 999
Horreo ipſo 874
Hoſpes indigenam 837
Hoſpes in tempeſtate aut hyeme moleſtus 604
Hoſpes quiſquis profuturus eſt ueniat 636
Hoſpitibus aliquid relinquito 121
Hoſpitis habenda cura 949
Hoſtimentum eſt opera pro pec. 536
Hoſtes ſemp. tales me inſequen. 655
Hoſtibus eueniat 762
Hoſtis domeſticus 1076
Hoſtis miſeraturus ſi uidiſſet 877
Hoſtis non hoſtis 830
Hoſtium munera non munera 133
Huius non facio 311
Humeris ſuſtinere 1090
Humi hauris 720
Humi ſerpere ibidem
Hyberno puluere, uerno luto 1184
Hydram ſecas 378
Hydra magis uarius 70
Hydriam in foribus 439
Hydrus in dolio 965
Hyems illico erit 1032
Hylam inclamas 180
Hymetia noua, falerna uetera 479
Hypera omiſſa pedem inſequeris. 828
Hyperbereteæ 714
Hyperbolo peior 1032
Hyperi uertigo 654
Hypſea cæcior 143
Hyſtricis ſeta 1022

I

IAcere in fermento 718
Iactantiæ comes inuidia 937
Iactantia turpis 944
Iactare iugum 918
Iaculari ſine ſcopo 385 & 852
Iaculo immiſſo fugere 31
Ιαλεμίζειν 721
Ialemo frigidior ibidem
Ialemo miſerior ibidem
Ιαμβίζειν 1110
à tanua aberrare 243
Ianus alter 1022
Ianuam aperire 161 & 876
Iapeto antiquior 1225
Ibyci equus 1125
Ibyci grues 349
Idem Actij quod Titij 398
Idem pulus 279
Idem trahere iugum 817
Iecit Achilles duas teſſeras & quatuor 664
Ignarium dare 1104
Ignauis ſemper feriæ ſunt 398
Ignaui uertitur color 110
Ignem diſſecare 177
Ignem igni ne addas 77
Ignem ne gladio fodito 22
Ignem palma 719
ne ignifer quidem reliquus eſt factus 383
Igni ferroq; minari 1139
Ignis ad torrem 874
Ignis, mare, mulier, tria mala 470
Ignis non extinguitur igni 806
Iiſdem literis comœdia ac tragœdia componitur 836
Iiſdem numeris 368
Iiſdem ueſcentes cepis 735
Iliade prolixius 1080
Ἰὼ ϖαιὰν 1073
Ilias bonorum 130
Ilias malorum ibidem
Ilico hyems erit 1032
Ilienſis tragœdos conduxit 544
Ilio ſemper mala 990
Illaudatus 686
Ἰλλεαζ 199
Illi iam non ſunt, at qui ſunt, mali 686
Illotis manibus 361
Illotis pedibus ingredi 362
Illò reſpiciens, ſed hic remitte bona 865
Imberbis ſenes doces 799
Imbre terra gaudet 518
Ἡμερόκοιτος 1041
Imis ceris eradere 1036
Imi ſubſellij 918
Imutabor Nepam 1006
I modo, uenare leporem, nunc ltym tenes 871
Immolare boues 775
Immunem uenire 1048
Impari numero ſuperis ſacrific. 24
Imperator bonus & idem robuſtus miles 960
Imperatorum multitudo Cariam perdidit 627
Impete peritum artis 633
Impetere lingua 515
Impoßibilia captas 377
Improbi conſilium in extremum incidit malum 779
Improbitas muſcæ 925
Improbitas compendiaria res 784
In abſurde locutum 922
In acie nouacula 37
In ære meo eſt 289
In aëre piſcari 181
In agro ſurculario capras 1089
In albo eſſe 283
In alia regione eſſe 1222
In alieno foro litigare 487
In alio mundo 113
In angulo 1084
Inanis conatus 923
Inania multa in bellis 705
Inaniter aquam conſumis 180
Inani ſpe flagrat 1024
Inanium inania conſilia 848
In antrum aut legitimum ſtimulum impingis 836
In anulo, dei figuram ne geſtato 27
In apes irruiſti 714
In Aphannis 780
In apio nondum eſt 402
In aqua hæret 187
In aqua ſitire 52
In aqua ſementem facis 177
In aqua ſcribis 178
In arctum cogi copias 37
In arduis cunctanter agendum 1220
In area latitas 837
In armis acciſſat 1020
In aurem dicere 140
In beatam 455
In beato omnia beata 1193
In bello peccare bis 740
In buccam quicquid uenerit 216
In caducum parietem inclinare 617
Incantatione quauis efficacius 1141
In capras ſylueſtres 780
In caput præcipitari 813
In Care periculum 232
Incidit in foueam quam fecit 54
Incita equum iuxta nyſſam 1059
Incitare currentem 927
In clamoſos 914
In cœlo eſſe 226
In cœlum expuit 835
In cœlum iacularis 186
In corijs eſt animus 905
In cotyla geſtaris 714
In craſtinum ſeria 1125
Incudem eandem tundere 374
Incudi reddere 223
In culmo arare 1034
Incus maxima non metuit ſtrepitus 740
In dextram aurem 313
In diem uiuere 229
Indignus qui me uel aſpicias 929
In directum 1201
In diſcrimine apparet qui uir 914
Indoctior Philonide 604
In dolio figularem artem diſcere 234
In dominum adferre dentes 450
Indulgere genio 556
In durum & implacabilem 1051
Induſtriam adiuuat deus 944
Indutus eſt omnem facultatem 830
In eadem es naui 418
In eandem naſſam 428

Ayuntamiento de Madrid

In eaſdem anſas ueniſti 428
In eburna uagina plumbeus gladius 279
In eodem hæſitas luto 186
In eo ipſo ſtas lapide, in quo præco prædicat 718
Inelegantior Libethrijs 249
Inertium chorus 684
Ineſcare homines 587
Ineuitabile fatum 952
In exitium 455
Inexorabilis 928 & 960
Inexploratus homo 572
In fermento iacere 718
Infixo aculeo fugere 31
In flammam man. mit. prud. 865
Inflare buccas 857
Inflige plagam ab aratro 1033
Influit quod exhauritur 502
In folle offerre 1165
In foribus adeſſe 485
In formidoloſum 928
In foro noſtro res uertitur 863
In foro ueritas 1182
In frigidum furnum panes immittere 1114
In fugitiuum 939
In genibus deorum 667
Ingens diſcrimen 946 & 923
Ingens interuallum 1035
Ingens rerum multitudo 923
Ingratitudo uulgi 848
Ingredi Iunonium 991
Inguinis & capitis diſcr. 626
In harena ædificas 178
In harenam deſcendere 369
In herba eſſe 487
In herba luxuries 1219
In herbis 1177
In hoc calciamento pedem habet 1152
In holmo cubabo 666
In horas 219
In idem conſpirare 1102
Iniecta aqua more balneatoris abire 31
Inimicus contemptus 930
In integrum reſtituere 1117
Iniquum petendum, ut æquum feras 499
Initijs mederi præſtat 92
Initio confidens, in facto timidus 820
Initium belli 718
Iniuria ſoluit amorem 1131
Iniurato credere 514
In lapidicinas 426
In laqueo lupus 380
In laqueum inducere 376
In leporinis 1147
In limine deficere 218
In linguam quicquid uenerit 216
In Lipſydrio pugnas 1021
In luto hæſitare 109
In magnis & uoluiſſe ſat eſt 666
In malis celeritas optima 1211
In manibus eſſe 902
In mari aquam quæris 368
In me hæc cudetur faba 65
In mentem quicquid uenerit 216
In morbo conſumat 1104
In nare bilis 677
In nauibus enutritus 1135
In neruum ire 587
In nihil ſapiendo iucundiß. uita 719
In nocte conſilium 468
Innocuus alium aſpiciam, meum habentem malum 694
In numerato 1036
In numerum peruenire 1224
In occipitio oculos gerit 805
In omnia potentes 1041
In omni fabula & Dædali execratio 719
Inopi nullus amicus 757
In orbem circumiens 504
In orci culum incidas 713
In oreatq; oculis 1142
In oſtio formoſus 882
In pace leones 1086
In Panticapæum 814
In parte uel ignem prædetur aliquis 719
In pedes retrocedit 1020
In periculoſo negotio non eſt dormitandum 938
In portu nauigare 52
In portu naufragare 218
In pulicis morſu deum inuocat 818
In puteo conſtrictus 428
In puteo cum canibus pugnare 386
In Pythij templo cacare 1018
In quadrum redigere 376
In quinq; iudicum genib. ſitum eſt 667
In rupes 813
In ſaltu uno duos apros capere 875
Inſana laurus adeſt 543
Inſania aliena frui opt. 504
Inſania non omnibus eadem 965
Inſanire cum inſanientibus 1116
In ſaxis ſeminas 177
Inſcitia confidentiam parit 1081
In ſe deſcendere 262
In ſenem libidinoſum 915
In ſenem ne quod collocaris beneficium 391
In ſimpulo 480
In ſinu gaudere 124
In ſinu manum habere 707
In ſola ſparta expedit ſeneſcere 1008
In ſomnus quæcunq; uidentur 303
In ſpem fruſtratam 922
Inſperabilem uitam uiuis 829
Inſtitutio à puero 769
Intempeſtiua beneuolentia nihil à ſimultate differt 295
In tempore cauenda pœna mali 946
In tenebris ſaltare 356
Inter calicem & os 188
Inter cæſa & porrecta 143
Inter cæcos regnat ſtrabus 836
In tergore bouis deſedit 837
In tergoribus mens eſt 462
Inter Corinthum & Sicyonem 225
Inter indoctos etiam cor. 487
Inter lapides pugnabant 112
Inter manum & mentum 1144
Inter malleum & incudem 37
Inter os & offam 188
Inter pueros ſenex 1018
In terra pauperem ibidem
Inter ſacrum & ſaxum 37
Interſecta muſica 817
Interuallo perit fames, & optimè perditur 829
In toga ſaltantis perſonam ind. 573
Intra labia riſit 1188
Intra pelliculam tuam te contine 264
In tranquillo eſt 458
In tranſcurſu 1058
In traſennam inducere 1084
Intra ſeptimam 714
Intra ſuas præſepes 289
Intra teli iactum 157
Intriſti, exedendum 65
In triuio ſum 96
In tua ipſius harena 874
In tuo luco & fano eſt ſitum 289
Intus canere 426
In regno tuo 289
Intus & in cute 370
In tuum ipſius caput 762
In uado 52
In uenatu perijt 380
In uentrem inſilire 1127
Inueni, non quod pueri in faba 698
In uia ne feces ligna 28
Inuidus uicini oculus 739
In uino ueritas 275
Inuita Minerua 49
Inuitis canibus uenari 295
Inuitos boues plauſt. inducere ibidem
Inuitus Iupiter nouit 714
In ultimas terras 1189
In uoti compotem 930
Inutilior Blace 991
In utramuis dormire aurem 513
Inus dolores 818
In utrumuis dormire oculum 995
Inuulnerabilis ut Cæneus 822
Ioca ſeriaq; 424
Iocandum ut ſeria agas 1146
Ionice, pro laſciue 216
Io pæan. Io triumphe 541
Iouem eſſe credere ſtultitia eſt 693
Iouem lapidem iurare 605
Iouis auribus ſeruare 614
Iouis Corinthus 432
Iouis germen 1193
Iouis lac 1124
Iouis & regis cerebrum 254
Iouis quadrigis 167
Iouis ſandalium 645
Iouis ſuffragium 587
ex Iouis tabulis teſtis 515
Iouis taxilli ſemper feliciter cadunt 123
Iouis tergus 1017
Ipes mali 708
Ἱππομανὲς 759
Ipſa pelle præ te fers 627
Ipſe dixit 688
Ipſe ſemet canit ibidem

Ayuntamiento de Madrid

Ipſe ſibi mali fontem reperit 55
Ipſe ſibi perniciem accerſiuit 914
Ipſi curandum 714
Ipſi teſtudines edite qui cepiſtis 65
Ipſis & Chijs 1154
Ipſis placet 561
Ipſo cratere 1017
Ipſo horreo 874
Iracundior Adria 1111
Ira omnium tardiſſimè ſeneſcit 173
Ire per extentum funem 566
Iratus deus 61
Iritare crabrones 55
Iro pauperior 259
Irriſibilis lapis 381
Iſauricus 768
Ισερ ἴσῳ 1107
Ισόδετον 226
Iſſa 874
Ισθμιάζειν 714
Iſthmum perfodere 1045
Ἢ ταὐτὴ ἐπὶ τᾶς 843
Ita fugias, ne præter caſam 188
Iter infortunatum lepus apparens facit 614
Iterum eundem ad lapidem offendere 191
Iterum atque iterum ad pythum uia 713
Iterum tranquillitatem uideo 458
Ithorus 989
Itidem ut Acheronti 1196
Ithym nunc tenes, modo uenare leporem 872
Ιθύφαλλοι 611
Iubentis aperte loqui 922
Iucunda malorum præteritorum memoria 1162
Iucundiſſima nauigatio iuxta terram 111
Iugulare mortuos 98
Iugum iactare 918
Iugum idem trahere 827
Iunco ſicco 1172
Iungere uulpes 140
Iunonium ingredi 992
Iupiter aliquando pluit, aliquando ſerenus eſt 330
Iupiter inuitus nouit 716
Iupiter non omnibus placet 640
Iupiter orbus 367
Iupiter aquilam delegit 1021
Iupiter quomodo duxerit Iun. nouit 1044
Iuſiurandum adactum 781
Iuſtitiæ oculus 988
Ius in manibus 240
Iuſtitia in ſe uirt. complect. om. 522
Iuſtitia iuſtior 988
Iuſtitia per ſe exigua res 439
Iuſtitia Prienenſis 864
Iuuenta uiribus pollet 93
Iuuenum facta, uirorum conſil. 80
Iuuenari 1004
Iuuenum lanceæ 841
Iuxta cubitum 991
Iuxta cum ignariſſimis 1176
Iuxta fluuium puteum fodit 811
Iuxta Lydium currum pedes 482
Iuxta melam 860
Iuxta nauem 991
Iynge trahor 1094

L

Labda mihi uideris 1003
Labore laborioſius 713
Laborem ſerere ibidem
Labrax Mileſius ibidem
Labores acti iucundi 506
Labor ſenectuti optimum opſonium 210
Labrum mordere 914
Labyrinthus 712
Lacænæ ſolæ uiros pariunt 1026
Λακκόπλοϊ 1095
Lacerat lacertum largi mordax Memmius 374
Lac gallinaceum 228
Lachanizare 556
Laciadæ 713
Lacinia tenere 1220
Lac lacti ſimile 192
Laconicæ lunæ 572
Laconiſmus 452 & 711
Lacryma nil citius areſcit 1160
Lacunam explere 1183
Lædere facilè, mederi difficilè 419
Lampada tradere 91
Lampon iurat per anſerem 993
de Lana caprina 142
Lanam in officinam fullonis 1121
Lanei pedes deorum 339
Lapide empti 718 & 750
Lapidem decoquere 860
Lapidem elixas 176
Lapidem omnem mouere 167
Lapides flere 1218
Lapidi loqueris 185
Lapis Lydius ſiue heraclius 221
Lapſana uiuere 1047
Laqueo ſuo captus eſt 54
Laqueum effugere 1076
Laqueum mandare 555
Laqueus auxiliari uidetur 1013
Laqueus liqueum cepit 801
à Lare ordiri 260
Largitio non habet fundum 384
Lari ſacrificant 356
Larinum uerbum 1153
Λαρυγίζειν 1177
cum Laruis luctari 98
Larus 465
Larus hians 711
Larus in paludibus 874
Larus parturit 346
Laterem lauas 1176
Late uiuens 712
Latini tibicinis more 1222
Latum & anguſtum 1156
Latum unguem & ſimilia 190
Lauares Peliam 713
Laudant ut pueri pauonem 1004
Laudare æquum, capere plus 901
Laudas teipſum 640
Laudiceni 500
Lauerniones 986
Laureolam in muſtacijs quærere 1175
Lauro clamoſior ardente 631
Laurum baculum geſto 64
Laurioticæ noctuæ 659
Lauticiæ 944
Leæna non ſtatuar in machæra 696
Leberide cæcior 143
Leberide nudior 41 & 143
Leberide ſcabroſior 781
Lecytho pinguior 572
Lecythum habet in malis 1151
Legatus non cæditur, neq; uiol. 1117
Leguminum meſſis 731
Lemnia manu 710
Lemniæ bouis latera athos celat 782
Lemnium malum 352
Lens deus 1119
Lente bos 53
Lente gaudere deſij 662 & 734
Lenticulam angulo tenes 854
Lenti unguentum infundere 278
Lentiſcum mandere 317
Leo chordula uinctus 1085
Leonem ex unguibus æſtimare 355
Leonem radere 568
Leonem larua territas 246
Leonem ſtimulas 56
Leonem uidere, hoſtium prælia portendit 874
Leonibus uulpes iungere 348
Leonina ſocietas 304
Leonis catulum ne alas 523
Leonis exuuium me induitis 146
Leonis exuuium ſuper Crocoton 862
Leonis loco murem oſtendis 738
Leonis ſenecta 723
Leonis ueſtigia quæris 999
Leontini ſemper circa pocula 129
Λέπεσθαι, λεπίζεσθαι, λεπίζω 1025
Leporem non edit 421
Lepores duos inſequens, neutrum capit 804
Lepori eſurienti etiam placentæ fici 873
Leporis uita 1035
Lepos Atticus 99
Lepus apparens infortunatum facit iter 718
Lepus dormiens 492
Lepus marinus 421
Lepus pro carnibus 446
Lepus pulpamentum quærit 230
Λεπολογεῖν 911
Λεπολογικῶς 912
Lerna malorum 130
Lerij mali 548
Leſbia regula 224
Leſbiari 915
Leſbijs digna 709
Leſbius cantor 247
Leſbius prylis 919

Ayuntamiento de Madrid

Λέσχας pro nugis 257
Lenile mulſum 328
Leucæus & ſcriptura non idem 860
Leui brachio 168
Leuidenſæ munus 846
Leuiß. rei grauißima pœna 738
Leuißima res oratio 738
Λευκοπατίας 1004
Λευκόπυγοι 430
Lex & regio 873
Lex in manibus 1123
Liba Coalemo 1155
Libera Corcyra, caca ubi libet 990
Liberæ capræ ab aratro 709
Liber non eſt, qui non &c. 1119
Libero lecto nihil iucundius 1203
Libetrijs inclegantior 249
Libya ſemper adfert mali quippiã 902
Libyca fera ibidem
Ligna in ſyluam 291
Lignum ligno adglutinare 328
Lignum tortũ, haud unquam rectũ 709
Ligula non dignus 1000
Limam addere 211
Limen oſtij tetigiſti 801
Limen ſenectæ 710
Λιμοδωξεῖς 909
Lindij ſacrum 570
Lineam ducere 165
Lingere ſalem 1045
Lingua amicus 808
Lingua bellare 710
Lingua his, at illis dentes 779
Lingua iurauit 576
Lingua lapſa uerum di. 275
Lingua non redarguta 1132
Lingua impetere 516
in Linguam quicquid uenerit 216
Lingua præconi 907
Lingua quò uadis? 467
Lingua ſeorſum inciditur 907
Linum candidum lucri cadu. 780
Linum lino nectis 328
Lippis ac tonſoribus notum 257
Lippo oculo ſimilis 469 & 1196
Λῆρος 515
Lis litem ſerit 709 Litæ 273
Litem parit lis, noxa item noxam 340
Litem mouebit, ſi uel aſinus 340
Litem incipere 928
Litem ne quære quum licet fugere 837
Literæ ſiniſtræ 601
Littoris harenas furari 1014
Littore loquacior 684
Littori loqueris 184
Lityerſam cantionem canis 833
Liuor in uiuis 628
Liuor quoque laudaret faciem 217
Locrenſe pactum 574
Locrenſis bos 668
Loculi mendicorum ſemper inanes 703
Locupletum reditus 952
Locuſta bouem prius pariat 451
Λογολάδαλος 518
Loliginis ſuccus 497
Lolio uictitant 415
Longæ manus 75
Longæ regum manus 75
Longe lateq; 375
Longe uicit 955
Longis tibijs canere 215
Longum proœmiũ audiẽdi cupido 1156
Longum uidere iußit 492
Loquax talpa 1108
Loqui neſcit, tacere non poteſt 537
Loripedem rectus derideat 767
Lorum ex ipſo boue ſumere 101
Lorum unà cum cane 1027
Lotum guſtauit 641
Lucernam accendere poßis 1192
Lucernam in meridie adhibet 567
Lucernam olet 297
Lucerna pinguior, & lecytho pinguior 572
Lucerna ſublata, nihil diſcriminis inter mulieres 834
Lucri bonus odor ex re qual. 901
Lucrum pudori præſtat 901
Lucrum cape à ſubeunte naui 782
Lucrum malum æquale diſpendio 807
Lucrum undecunque captant 948
Lumen ſoli mutuas 291
Lunæ radijs non matureſcit botrus 1129
Lunam in tuum malum deducis 762
Lunam detrahere 999
Lupi alas quæris 183
Lupi decas 624
Lupi etiam ſi meminiſſes 654
Lupi illum priores uiderunt 903
Lupi à tergo, præcipit, à fronte 836
Lupi uenatus 782
Lupinum potum 624
Lupis parcere 464
Lupus ante clamorem feſtinat 646
Lupo agnum eripere poſtulant 646
Luporum catulos alere 450
Lupus aquilam fugit 646
Lupus circum puteum chorum agit 481
Lupus hiat 516
Lupus lupum, fur furem cognoſcit 518
Lupus Mileſius 713
Lupus non curat numerum 561
Lupus in fabula 930 & 1079
Lupus ouem prius ducat uxorem 906
Lupus pilum mutat non mentem 801
Luſciniæ deeſt cantio 877
Luſciniæ nugis inſidentes 457
Luſciniæ ſomnus 688
Lutea, pro uilibus 721
Luteus ibidem
Luto lutulentior 1179
Lutum luto purgare 394
Lutum niſi tundatur, non fit urceus 805
Lutum ſanguine maceratum 709
Lux affulſit 645
Lychnobij 1051
Lydi mali, poſt hos Aegyptij 708
Lydio more 709
Λυδίζειν 624
Lydius currus 452
Lydius lapis 221
Lydo non erat negotium 645
Lydorum caricæ 624
Lydum in planiciem prouocat 834
Lydus in meridie 623
Lydus cauponatur ibidem
Lydus oſtium clauſit ibidem
Lynceo perſpicacior 435
Lyſicrates alter 834
Lyſiſtrati diuitias habes ibidem

M

MAchæra tibi eſt, & nobis urbina 682
Machinamentum Megaricum 516
Machinas poſt bellum adferre 737
Macilenta manu pinguem pedem 1036
Macilentior leotrephide 1118
Mactata hoſtia lenior 582
Macula, labes 1184
Maduſa 1173
Mæandri 1189
Mæſonica dicteria 1124
Magadari 1105
Μαγαδίζειν 317
Magdalia canem alens 991
Magis gaudet eo, qui ſenectã exuit 917
Magis ipſe Phryx 658
Magis quàm ſol Heracliti 1135
Magis ſibi placet, quàm Pelcus in machæra 639
Magiſtratum gerens, audi & iuſte & iniuſte 648
Magiſtratus uirum indicat 398
Magna ciuitas, magna ſolitudo 551
Magna de re diſceptatur 940
Magna loqui 472
Magnetis more attrahere 290
Magnetum mala 704
Magnorum fluuiorum nauigabiles fontes 148
Magnum os anni 630
Magnus uerſator in re puſilla 834
Mala attrahens ut Cæcius nubes 213
Mala extrema extremorum 815
Mala auis 631
Mala bona 198
Mala conciliant homines 441
Mala malis 948
Mala proditio 708
Mala ſenium accelerant 958
Mala ultro adſunt 1018
Malcam legens, quæ ſunt domi obliuiſcere 547
Male coniugati 949
Male parta, male dilabuntur 301
Mali bibunt improbitatis fecem 708
Malicia uaria eſt 475
Mali commatis 764
Mali corui malum ouum 350
Mali fontem ſibi reperit 35
Mali principij malus finis 1175
Malis auibus 62
Malis ferire 555
Malis mala ſuccedunt 950
Malis non cedendum 924

Ayuntamiento de Madrid

Malis ter mala 817
Mali thripes, mali ipes 708
Mali uiri honesta oratio 279
Mali uiri munera inutilia 133
Malo accepto stultus sapit 43
Malo asino uehitur 1115
Malo male cuenit 919
Malo nodo malus quæren. cuneus 76
Malorum assuetudo 949
Malorum meminisse 453
Malorum obliuio 926
Malorum panegyris 706
Malorum thesaurus 131
Malo uni obnoxium, &c. 1014
Malua mollior 284
Malum bene conditum ne mo. 56
Malum bono pensatum 952
Malum consilium 78
Malum est bonum 1013
Malum Hercules 707
Malum lucro coniunctum, non est malum 901
Malum lucrum, æquale dispendio 807
Malum malo medicari 76
Malum munus 1024
Malum uas non frangitur 1022
Malus cum malo colliquescit uoluptate 523
Malus ianitor 1016
Malus ne ingrediatur 809
Malus choraules bo. symphon. 1166
Malus nullus hoc scict 819
Mamachuthæ 1056
Manenti uincendum, aut moriendum 843
Manci pera 1101
Mandare laqueum 555
Mandrabuli more res succedit 100
Mandragoram bibere 1083
Mandroni fuit siculna nauis 1080
Manduces 1144
Mannij Ariciæ multi 706
Manibus nihil non fit 904
Manibus pedibusq; 166 & 946
Manica 1047
Maniuoro uinculo 707
Manliana imperia 401
Mansisse diu & uacuum redisse, fœdum est 675
Mansum ex ore dare 1016
Mantica in tergo 263
Manticulari 919
Manubrium è manu eximere 904
Manuari 1095
Manu fingere 573
Manu longa & manu breui tradere 1093
Manum admouenti fortuna est implorandi 483
Manum admouere 1029
Manum de tabula 128
Manum prudens mitt. in flammam 861
Manum ad os apponere 1198
Manus conserere 1218
Manu fingere 573
Manus in sinu habere 707
Manus longæ 830
Manus mulcæ onus le.red. 330
Manus unus infir. pugna ibidem
Manum habere sub pallio 707
Manum non uerterim 128
Manu serendum, non thylaco 745
Manus pretium 1169
Manu utraq; adisse 348
Manus manum fricat 45
Maras 996
Mare aureum 347
Mare bonorum 131
Mare cœlo miscere 131
Mare exhauris 922
Mare inexpugnabile 471
Mare malorum 131
Mare prius uitem tulerit 556
Mare proluit omnia mortaliũ mala 819
Mare salsum esse, è paucis guttis cognoscitur 355
Margites 621
Mari aquam addere 291
Mari è fossa aquam 778
Marinam auditionem fluuiali abluit sermone 802
Maritimi mores 1098
Maritimus quum sis, ne uelis fieri terrestris 843
Mars communis 293 & 1123
Mars haud concutit sua ipsius arma 823
Mars initio laudatus ob filios 865
Mars rex 986
Martem tueri 821. & 916
Marte nostro 235
Martis campus 636
Martis pullus 823
Maschalam tollere 658
Masculum 1188
Massiliam naviges 531
Matellæ immeiere 215
Materiæ probæ probus artifex 865
Matiolæ huius 1025
Matrem sequimini porci 1147
Matris ut capra dicitur 704
Μαστιγίας 619 & 1025
Matulam porrigere 224
Matura satio sæpe decipit, sera semper mala est 366
Maturè fias senex 100
Maturior moro 1116
Maza esuricnti 553
Mazam pinsuit à me pistam 701
Mazam scarabeo 702
Mazi post panem bona 553
Mazonomum cantio 432
Mea est pila 558
Medice cura teipsum 1047
Medicus multorum instar 312
Medicus oratio 761
Medis aliquid relinque 121
Medium ostendere digitum 555
Medius teneris 186
Medullitus 631. & 1206
Medus his non insidiabitur 715
Μέγα πνέειν 472
Μέγα φρονεῖν ibidem
Megarenses neq; tertij, neq; quarti 445
Megarensibus nunquam 869
Megarensium lacrymæ 571
Megarica machina 630
Megaricæ sphinges ibidem
Megaricum machinamentum 516
Megaricus risus 216
Meis auspicijs 1183
Meis telis uulneror 54
Melampygum re incidas 430
Melanione castior 703
Meliacum nauigium 703
Meliæa fames 366
Meliores nancisci aues 631
Melitæus catulus 811
Melitide stultior 1055
Melius nobis est quàm heri 754
Mella poëtica 99
Melle poto Glaucus resurrexit 660
Melle litus gladius 527
Melle temetipsum perungis 703
Mellis medulla 631
Μελλονυμφίαν 1154
Memorem compotorem odi 269
Memorem mones & similia 78
Me mortuo terra misc. incendio 150
Mendacem memorem esse oportet 522
Mendacium utile 1220
Mendax Atraphaxis 1032
Mendici pera non impletur 572
Mendico ne parentes quidem amici sunt 1016
Mendico loculi semper inanes 703
Mendicus etiam plurimum in loco potest 487
Menecles alia, porcellus alia loquitur 736
Menia columna 1167
Mensa communis 231
Mens cœli terræq; regina 1115
Mens cuiq; deus 466
Mense Maio nubunt malæ 264
Mens est in tergoribus 462
Mens læua 958
Mens non ineſt centauris 702
Mens peregrina 872
Mens uidet, mens audit 1070
Mentam belli tempore neq; ferito, neq; edito 453
in Mentem quicquid uenerit 226
Mentis bonæ bona opera 352
Mentiuntur multa cantores 490
Mento trahere 423
Meos corymbos nectio 784
Mercator est 989
Mercator nauiga & expone 1086
Mercenarium præconium 1159
Merces amico constituatur 1145
Mercuriale 1114
Mercurio dextro 1114
Mercurius infans 703
Mercurius non è quouis ligno fingitur 499

Ayuntamiento de Madrid

Mercurius triceps 921
Merrhæ ac Siloam fluuiũa ſeiuncta ſunt 824
Merx ultronea putet 361
Meſſem miſeram metere 910
Meſſana ſeruilior 683
Meſſe tenus propria uiuere 262
Meßis in herba 467
Meßis tempus boues expectantes 775
Metam proſtituere 872
Methyſocotabi 1107
Metiri digitis 1088
Metum inanem metuiſti 524
Metus infimiæ 941
Mica ſalis non ineſt 514
Micam non habet 917
Micare in tenebris 314
Μικρολογεῖν 708
Midæ diuitiæ 236
Midas auriculas aſini 147
Midas in teſſaris conſultor opt. 698
Mihi curæ erit hoc negotium 951
Mihi iſta curæ futura ſunt 962
Mileſia ſtragula 360
Mileſia ſtromata 136
Mileſij quondam ſtrenui 359
Mileſius lupus 713
Militauit cum Eraſmade 705
Milium terebrare 1120
Milium torno ſculpere 704
Miluium adorat 864
Miluus quantum non oberret 864
Mineruæ ſelem 381
Mineruæ ſuffragium 828
cum Minerua manum quoq; moue 234
Minimo prouocare 871
Minis tribus inſ. 12. inputat 544
Minore finire pomœrio 872
Minus de iſtis laboro quàm de ranis paluſtribus 752
Minutula pluuia imbrem parit 119
Minxit in patrios cineres 658
Μυκῶν ἀδίοι 759
Mira de lente 1075
Miſcebis ſacra prophanis 151
Miſerior monomachis 1118
Miſerrimum fame mori 871
Mithragyrtes non daduchus 1149
Mitibr malua 284
Mitior columba 872
Μικρόπολις 809
Mitte in aquam 455
Mittere ſanguinem 1201
Μυάμων 335
Μυησικακῆσαι 453
Moderator negotij 949
Modio demetiar 702
Modis omnibus incitat 925
Modius ſalis abſumendus priuſquàm fidas 420
Modo palliatus, modo togatus 1138
Mœnia ferrea, non terrea 819
Mœnia pro opibus 249
Mœnia Semiramidis 1029
Molam qui uitat, uitat farinam 809
Moleſtus eſt, ſed iam aſſueuimus 698
Moleſtum ſapientem apud ſtultos loqui 702
Moleſtus interpellator uenter 952
Molli brachio, leui brachio 168
Mollior cinædo, pepone malua 284
Molon 854
Momo ſatisfacere & ſimilia 216
Monitor adiuuat 232
Μονόγραμμοι 1046
Monophagi 1097
Monoſyllabus 815
Mons cum monte non miſcetur 806
Monſtrari digito 988
Monſtrum alere 361
Monſtro cui me fortuna imp. 688
Montes frumenti 1181
Montes aureos polliceri 347
Mopſo Niſa datur 394
Morbum morbo addere 77
Mordere frenum 165
Mordere labrum 914
Mordicus auriculam 1204
Mordicus tenere 167
More Carico 1109
More Romano 1160
Mores regioni reſpondent 1027
Moriendum priuſquam &c. 1139
Μορμολύττεσθαι 623
Mors omnibus communis 937
Mors optima rapit, deterrima relinquit 942
Mortalis deus 226
Mortui non dolent 1222
Mortui non mordent 871
Mortuis non conuitiandum 959
Mortuo mederi, ſenem admonere & 866 101
Mortuo uerba facit 184
Mortuo leoni & lepores inſultant 1132
Mortuos rurſus occidere 1212
Mortuo uilior 1208
Mortuos uidens 870
Mortuum flagellas 179
Mortuum unguento perungis 804
Mortuus iacet pedens ibidem
Mort. per ſomnum uacabis curis 990
Morycho ſtultior 677
Moſchus canens Bœoticum 812
Mothonem à remo auſer 776
Mouere calculos 210
Mouere Camarinam 56
Moucbo talum à ſacra linea 40
Mox ſciemus melius uate 40
Muccoſis naribus 667
Mula ubi pepererit 220
Mulcta alium, æs alienum cepe 810
Mulctro bibere 450
Mulgere hircum 140
Muli aſinis quantum præſtant 746
Muli Mariani 1057
Mulierem ornat ſilentium 1006
Mulier imper. & mulier miles 586
Mulieri deſunt uerba 877
Mulieri ne credas, ne mortuæ quidem 705
Mulieris animus 872
Mulieris oculus 831
Mulieris iuſiurandum 269
Mulieris podex 872
Mulier mala 471
Mulier pudica ne ſola ſit uſquam 942
Mulierum exitia 705
Multa cadunt inter calicem ſupremaq; labra 187
Multa dicere & opportuna non eſt eiuſdem 113
Multa docet fames 1016
Multa in bellis inania 705
Multa incredibilia 1150
Multa in medio 1203
Multæ manus onus leuius red. 530
Multæ regum aures, &c. 75
Multæ rotæ uoluentur 1042
Multam ſyluam geſtas 873
Multa noris oportet, quibus deum fallas 705
Multas amicitias ſilentium dirimit 424
Multi diſcipuli præſtantiores magiſtris 846
Multiq; bonique 241
Multi boum ſtimulatores 271
Multi Manij Ariciæ 706
Multis hirundinibus opus eſt 307
Multis ictibus deijcitur quercus 339
Multis paraſangis præcurrere 525
Multi te oderint, ſi teipſum amas 706
Multitudo imperatorum Cariam perdidit 626
Multorum feſtorum Iouis glandes comedit 1016
Muneribus res agitur 927
Muneribus uel dij capiuntur 128
Munerum animus optimus 626
Munerum corruptela 948
Munus Leuidenſe 846
Manus exiguum, ſed opportunum 948
Murem cepit decipula 836
Mure obſtrepente etiam timet 818
Murem pro leone oſtendit 738
Muris circumcurrentibus 1037
Muris in morem 837
Muris interitus 559
Murus aheneus 706
Muſa nunc floret 802
Muſarum apertæ ianuæ 636
Muſarum aues 192 & 1193
Muſæ eiuſdem æmulus 425
Mus albus 627
Mus apud Piſam 520
Mus non ingrediens antrum cucurbitam ferebat 812
Mus non uni fidit antro 1196
Muſcæ 1121
Muſcæ improbitas 935
Muſcæ quoq; ſplen eſt 842
Muſcas depellere 911
Muſcas præteruolitantes metuere 215
Muſco lapis uolut. haud obducitur 832
Muſcum demetere 779

Ayuntamiento de Madrid

Muſicam docet amor 1071
Muſicam neſcio 463
Muſicam ne uities 1025
Muſices occultæ nullus reſpect. 502
Muſice uiuere 502
Muſis iratis 62
Muſis litare 601
Muſis ſocijs 879
uel Mus mord. uirum improbum 339
Muſopratagos 1190
Mus piccum guſtans 520
Muſtelæ ſeuum 165
Muſtelam habes 107
Mutabilior metra Eriſichthonis 811
Muta perſona 398
Mutare ueſtem 1173
Muti citius loquentur 1084
Muti magiſtri 83
Mutuas operas tradunt 307
Mutua defenſatio 931
Mutua defenſio tutiſſima 932
Mutus Hipparchion 648
Mutus magis quàm ſcapha 663
Mutuum fricant ſenes 308
Mutuum muli ſcabunt 307
Mutuum teſtimonium ibidem
Myconius criſpus 417
Myconius caluus ibidem
Myconius uicinus 870
Myconiorum more 1142
Myconius conuiua 417
Myconus una omnia 348
Μύζειν ibidem
Μυκτηρίζειν 314
My facere 310
Μυσσόβας 1188
Mylus omnia audiens 639
Myrmecia bonorum 132
Myrteam coronam ambis 1026
My ſortitus es 1018
Μυσικαφί 1109
Myſorum ac Phrygum termini diſcreti ſunt 549
Myſorum poſtremus 259
Myſorum præda 403
Myſorum ultimus nauig. 259
Μύτης 1109

N

NAcra & Charmione 669
Ναυτιοσορέυειν 1102
Nam illi iam non ſunt, at qui ſunt mali 687
Nannacus 996
Nanus quum ſis, cede 1028
Nare ſine cortice 320
Naribus trahere 422
Naſo ſuſpendere 314
Naſturtium edere 326
Naſturtium obtueri ibidem
Naſus 260
Natare non didici 463
Nati natorum 758
Natum non nouit 269
Naturam expellas furca, tamen uſque recurrit 629
Nauci non facio 311
Naues omnes conuicijs 331
Naufragium commune 1014
Naubus atque quadrigis 167
Nauigare cum deo 437
Nauigare cum felicibus 127
Nauigatio ad menſam 160
Nauigatio iuxta terram 111
Nauigationis ſocius 1213
Nauis annoſa haud quaquam nauigabit per mare 630
Nauis aut galerus 700
Nauis una non uehit 999
Naulum perdere 858
Naufractum tueri 700
Nauſon Naucrati 701
Naxia cos 286
Ne allia comedas & fabas 990
Ne allij quidem caput 914
Ne altero quidem pede 388
Ne Apollo quidem intel. 106
Ne beſtiæ quidem ferre poſſent 1166
Ne bolus quidem relictus 850
Ne bos quidem pereat 1063
Nebulæ in pariete 545
Nebulas diuerberare 870
Nec animans, nec inanime 1102
Nec apud homines nec in mari 1152
Nec caput nec pedes 1197
Nec aures habeo, nec tango 863
Nec ara nec fides 905
Nec catoni quidem crederem 1083
Nec catulus quidē relinquendus ex genere malo 391
Nec cum bonis nec cum malis amicis certandum 516
Nec currimus nec remigamus 1148
Nec deus nec homo 1153
Nec dignus qui me intueatur 919
Nec elephantus ebiberet 1106
Neceſſarium malum 197
Neceſſitas ingens telum 504
Neceſſitas moleſta 1162
Neceſſitas magiſtra 1124
Neceſſitati ne dij quidem reſiſtunt 505
Nec fidei credere 217
Nec in funerali cœna laudandus 628
Nec mulieri, nec grem. cred. 1069
Nec muſicam ſcio 463
Ne contra bouem orta 696
Ne cuiuis dextram iniecceris 22
Nec obolum habet, &c. 140
Nec omnia, nec paſſim, nec ab omnibus 537
Nec propius ferire 619
Nec crepitu quidem digiti dignum 1117
Νεκρὸς ζῶν 998
Nec ſeritur, nec metitur mihi 290
Nec ſibi nec alijs utilis 578
Nec ſi quercus loqueretur 744
Nectaris flos 254
Nec utilis, nec inutilis 801
Nec decima quidem Syracuſanorum pars 547
Ne de lite pronuncies 745
Ne depugnes in alieno negocio 922
Ne dij quidem à morte liberant 944
Ne Exceceſtides quidem uiam inuenerit 611
Ne faſcines 1043
Ne genu quidem flexo 429
Negocium ex ocio 700
Negocium meum non eſt, multum ualeat 702
Negocium non aptum 947
Negocium nō ſuſcipiendum temere 930
Negocium ruminare 914
Ne gry quidem 310
Ne guſtaris quibus nigra eſt cauda 19
Ne guttam quidem 917
Ne incalceatus in montes 1098
Ne in neruum erumpat 607
Ne in pelle quidem 699
Ne inſciens quidem uerum dicit 1174
Ne inter apia quidem ſunt 412
Ne in tonſtrinis quidem 438
Ne intra ueſtibulum quidem 699
Ne Iuppiter quidem omnib. placet 639
Ne libaris dijs, &c. 28
Ne ligula quidem dignus 1000
Ne maior thylaco acceſſio 1019
Ne Mercurio quidem crederem 1114
Nemeſis adeſt 609
Nemeſis in dorſo 767
Nemini fidas, niſi cum quo prius modium ſalis abſumpſeris 420
Nemo bene merito bouem immolauit, præter Pyrrhiam 532
Nemo bene imperat, niſi &c. 30
Nemo cogendus amicus 928
Nemo cogendus officij cauſa 953
Nemo læditur niſi à ſeipſo 869
Nemo malus hoc ſciet 819
Nemo natus 1178
Nemo nos inſequitur 819
Nemo omnibus horis ſapit 542
Nemo quenquam prohibet ire publica uia 847
Nemo ſibi naſcitur 1110
Nemo ſine crimine 542
Ne mouc feſtucam 812
Ne moueto lineam 373
Ne muſca quidem 448
Ne nomen quidem 1042
Neoptolemi uindicta 67
Nepam imitabor 1007
Ne paſſalam quidem 378
Ne patris quidem nomen dicere poſſit 743
Ne per ſomnium quidem 144
Nephalia ligna 700
Nephalium ſacrum ibidem
Nephaſti dies 830
Ne pictum quidem uidit 1084
Ne pudeat artem 1224
Ne puero gladium 569
Ne punctum quidem 1059
Ne præceps fueris ad iurandum 1131
Ne quæras deus eſſe 1151
Ne quære mollia, ne tibi contingant dura

Ayuntamiento de Madrid

dura 611
Neq; cœlum neq; terram attingit 105
Neque compluitur, neque ſole aduritur 580
Neq; cum malis, neque ſine malis 699
Neq; dicta, neque facta 1149
Neq; enim ignari ſumus 958
Neq; intus, neque foris 1078
Neq; Lydorum caricas 1061
Neq; mel neque apes 254
Neq; natare, neque literas 165
Neq; nullis ſis amicus, neq; multis 870
Neq; peſſimus neque primus 1044
Neq; quantum luſciniæ dormiunt 688
Neque terræmotus timet, neque fluctus 1139
Nequicquã ſapit, qui ſibi non ſapit 235
Nequid moueare uerb. ſtrepitu 938
Ne quid nimis 267
Ne quis malus ingreditor 809
Ne quis unquam Megarenſibus 869
Neq; remi neque uenti 832
Ne rebus proſperis mihi uenias 127
Neruis omnibus 166. & 946
Ne ſacrificato ſine farina 28
Neſcis quod ſcis 863
Ne ſi ad Iouis quidem aulam 1192
Ne ſi bos quidem uocem ædat 743
Ne ſpina quidem uulnerabit bon. 869
Neſtorea eloquentia 99
Neſtorea ſenecta 256
Ne temere Abydum 306
Ne tempeſtas quidẽ nocere poteſt 1167
Ne terra quidem iuuit 806
Ne tria quidem. Steſichori noſti 699
Ne ueſtigium quidem 1163
Ne uia quidem eadem cum illo uult ingredi 469
Ne uidit quidem oleum 1042
Ne uities muſicam 1025
Ne uni naui facultates 1041
Ne unquam uiri ſenis 645
Niba coccyſſante 806
Nicoſtrati more 878
Niger infamis 208
Nihil ab elephante differt 699
Nihil ad Bacchum 551
Nihil ad farinas 868
Nihil ad fides 206
Nihil ad Parmenonis ſuem 34
Nihil ad rem 955
Nihil aduerſum 205
Nihil agere 875. & 1219
Nihil aliæ ciuitates ad Crot. 962
Nihil cum amaricino ſui 372
Nihil cocio eſt 1027
Nihil eſt, aut nil curæ eſt 1202
Nihil de uitello 1030
Nihil deſperandum 595
Nihil differs à Chærephonte 699
Nihil dulcius quàm omnia ſcire 1202
Nihil eſt ab omni parte beatum 755
Nihil eſt miſerius quã animus con. 1184
Nihil ex agro dicis 869
Nihil graue paſſus es, niſi ibidem
Nihil homini amico eſt opportuno amicius 1002
Nihil inanius, quàm multa ſcire 1124
Nihil minus expedit, quàm agrum optime colere 899
Nihil poteſt nec addi nec adimi 1137
Nihil proficerit bulbus 1015
Nihil recuſandum quod donatur 938
Nihil ſacri es 318
Nihil ſanum ibidem
Nihil ſimile 1044
Nil intra eſt oleam, nil extra eſt in nuce duri 367
Niobes mala 803
Ni pater eſſes 630
Νηφαλίειν 700
Ni purges & molas, non comedes 698
Niſi crura fracta, &c. 1087
Niſi ſi qua uidit auis 464
Niti contra torrentem 465
Nitor 1215
Nitro caput aſini ne laues 805
Nix alba non eſt 367
Nocte lucidus, interdiu inutilis 1028
Noctes dicsq; 168
Noctua aliud ſonat, aliud cor 779
Noctua inter cornices 205
Noctua uolat 63
Noctuæ Laureoticæ 659
Noctuinum ouum 431
Noctu nauigare 1027
Nocturna pugna 544
Nocuit & nocebit 923
Nodum in ſcyrpo quæris 557
Nodum ſoluere 32
Nolens uolens 139
Nomine tantum notus 369
Nominis paterni oblitus 531
Nominis proprij obliuio ibidem
Non ab Hymetto 1192
Non abijcit animum 949
Non abſque Theſeo 198
Non admodum miſces 1017
Non bene imperat, niſi qui paruerit imperio 30
Non capit ſomnum, niſi hoc aut illud fecerit 908
Non cedendum malis 924
Non certatur de oleaſtro 722
Non Chius, ſed Cius 359
Non contis aut ramulis 1108
Non curat numerum lupus 651
Non decet principem ſolidam dormire noctem 649
Nondũ ſacrificata deuorat 238. & 527
Non è quercu aut ſaxo 1136
Non è quouis lig. fingitur Merc. 577
Non enim ſpinæ 696
Non eras in hoc albo 283
Non eſt amic. qui deſ. 523
Non eſt beatus, eſſe qui ſe neſciat 1068
Non eſt cuiuslibet Corinthum appellere 139
Non eſt curæ Hippoclidi 879
Non eſt Dulyrãbus, ſi bibat aquã 1032
Non eſt eiuſdem, &c. 113
Non eſt laudandus, ne in cœna quidem 628
Non eſt meũ negotiũ, multum ual. 702
Non eſt oleum in lecytho 916
Non filius Achillis 1030
Non habet cui indormiat 1188
Non huc nauigatur à bonis uiris 160
Non idem ſunt ſcriptura & Leucæus 860
Non incedis per ignem 1099
Non inceſt illi dentale 964
Non interpellandus famelicus 923
Non liberat podagra calceus 1037
Non licet bis in bello peccare 746
Non luctu, ſed remedio opus 942
Non magis quàm canem 1199
Non magis quàm lupis parcemus 464
Non mouenda loqui 1212
Non mouenda mones 254
Non nauigamus ad Hippolaitas 1012
Non nauigas noctu 1027
Non noſtrum onus, bos clitellas 696
Non omnes qui habent citharam, ſunt citharœdi 271
Non omnia eueniunt, quæ in animo ſtatueris 738
Non omnia poſſumus omnes 529
Non omnibus contingit 956
Non omnibus dormio 229
Non omnibus ſeruio ibidem
Non omnis fert omnia tellus 1044
Non oportet hoſpitem ſ.h.c. 1159
Non perſuadebis, ne ſi perſuaſeris quidem 640
Non pluit, &c. 576. & 1056
Non pluris quàm ſimias 1078
Non poſſum non dicere 955
Non probantis 912
Non quiduis continget quod opt. 958
Non quiuis ſus hoc ſcict 819
Non ſemper erit æſtas 1037
Non ſine dijs 753
Non ſolũ Atridæ amant uxores 1099
Non ſtatim decernendum 928
Non ſtatim finis apparet 1081
Non ſtatuar leæna in machæra 696
Non ſum diuinus 134
Non ſum ex iſtis Heroibus 578
Non ſuſcipiẽdum negotium temere 930
Non una manu capere 1075
Non ut prior lædam, ſed ut iniuriam retaliem 1012
Non uulgari ancora nititur 1078
Noſce teipſum 265
Noſce tempus 295
Nos decẽ Rhodienſes, decem naues 639
Noſtræ farinæ 852
Noſtris ipſorum alis capimur 250
Notæ eiuſdem 852
Notare ungui & ſimilia 211
Nota res mala, optima 698
Nouacula in cotem 38
Noua hirundo 253
Noua Hymettia, ſalerna uetera 479

Ayuntamiento de Madrid

Noui nummi 1148
Nouercale odium 483
Noui Simonem & Simon me 578
Nouitas grata 942
Nouit hæc Pylea & Tyttygias 640
Nouit mala & bona 958
Nouit quid album, quid nigrum 268
Nouos parans amicos ne obliuiſcere ueterum 812
Nouum cribrum nouo paxillo 1206
Nox humida 869
Nucc caſſa 311
Nucem frangit qui è nuce nucleum eſſe uult 686
Nuces relinquere 201
Nucleum amiſit, reliquit pignori putamina 694
Nudæ gratiæ 638
Nudior paxillo 724
Nudior leberide 41. & 143
Nudo capite 831
Nudo mandas excubias 694
Nudo ueſtimenta detrahere 182
Nudus nec à centum uiris ſpoliari poteſt ibidem
Nudus tanquam ex matre 663
Nugæ Siculæ, Perſolæ 535
Nugæ theatri 1176
Nugas agere 183
Nulla candidorum uirorum utilitas 869
Nullam corporis partem 1183
Nullius coloris 1178
Nullius indigens deus 694
Nullo in numero eſſe 445
Nullo ſcopo iaculari 852
Nullum animal, quod animal 447
Nullum ocium ſeruis 407
Nullus delectus 927
Nullus dies omnino malus 1194
Nullus em. difficil. bonum ed. op. 807
Nullus malus magnus piſcis 528
Nullus ſum 139. & 1211
Numeris Platonicis obſcurius 869
Numero dicis 911
Numerus 498
Numinis ira ineuitabilis 1221
Nummo addicere 1158
Nummum plumbeum non credam 910
Nummus plumbeus 1197
Nunc bene nauigaui, quum naufragium feci 695
Nunc contingat ſeruari ibidem
Nunc dij beati 631
Nunc nicæ in arctum cog. 37
Nuntio nihil imputandum 1214
Nuntius bonus honore dignus 737
Nuntius procul abſit aure 781
Nunc in regionem ueni 695
Nunc ipſa floret muſa 802
Nunc ipſa uiuit ſapientia ibidem
Nunc leguminum meſſis 631
Nunc tuum ferrum in igni eſt 1062
Nunquàm efficies ut recte ingrediantur cancri 907
Nunquàm expugnabit urbem 1076
Nunquàm enim meos boues abegerunt, nec equos 650
Nunquid & Saul inter proph. 438
Nutricis pallium 1207
Nutricum more male 848
Nutu ac renutu 2166
Nymphæ Bacchо conueniunt 489

O

Obedientia felicitatis ma. 1082
Obelo notare 210
Obeliſco dignus 312
ὀβελισκολύχνιον 521
ὀβελίζειν 211
Obliquus curſus 639
Obliuionis campus 691
Obliuio nominis proprij 531
Obolis quatuor non emam 679
Obolum non habet unde reſt. emat 140
Obolo dignus 1178
Obſequium amic. ueritas odiũ par. 690
Obteſtatio ueterum meritorum 947
Ob textoris erratum 1032
Obtorto collo 423. & 1168
Obtrudere palpum 868
Obturbas fruſtra uelut unda 810
Obuijs ulnis 691
Occaſio dea 296
Occaſio premenda 946
Occaſione duntaxat opus improbitati 440
Ocioſus eſto 945
Occipitium oculos habet 803
Occiſionis ala 770
Ocium & cibus alienus 502
Ocium ſeruis nullum 507
Ocnos funem torquet 183
Octipedes 354
Octipedem exci tas 56
Oculata dies 317
Oculatæ manus ibidem
Oculatus teſtis, & auritus teſtis 613
Oculis ac manibus 1177
Oculis ferre & ſimilia 1125
Oculis fixis intueri 688
Oculo utroq; dormire 995
Oculis offundere puluerem 688
Oculis magis habenda fides quàm auribus 73
Oculitus 1206
Oculum excludere 1182
Oculus uicinorum inuidus 1141. & 739
Oculus dexter mihi ſalit 545
ὠκύμοροι 361
Ocyor accipitre 914
Oderint dum metuant 692
Odi memorem compotorem 269
Odi puerulos Præcoci ſapientia 1007
Odit cane peius & angue 692
Odium agreſte 444
Odium nouercale 488
Odium Vatinianum ibidem
O domus anti. quàm diſp. d. d. 1127
Odorari 260
ὁδὸν παρέρχεσθαι 470
Οἰλῆι ποδὸς τ' ἄλφιτα 869
Oedipi imprecatio 292
Oenoê charadram 551
Oeſtro percitus 666
Octeus genius 876
Offa etiam bona poſt panem 553
Officere luminibus 1093
Officium humilius 957
Officium ne collocaris in inuitum 956
Ogygia mala 689
Οἰκότριβες 776
Οἰκεία 805
Οἰμώζειν & ſimilia 391
Οἰνόπλα 389
Οἰόλυκος 1101
Οἰστροπλήγης 666
Olearij uelabrum 918
Oleo incendium reſtinguere 77
Oleo nitidius 1194
Oleo tranquillior 283
Oleum & operam perdidi 178
Oleum in auricula ferre 214
Oleum incendiarium 328
Oleum non eſt in lecytho 918
Oleum uendere 214
Oleum non uidit 1042
Oleum & ſalem oportet emere 868
Oleum camino addere 77
Olitor opportuna loquens 226
Olitorem odi qui radit 901
Oliuam ne comedas 1119
Ollæ amicitia 196
Ollæ fabariæ toryna aureа 396
Ollæ ueſtigium in cinere turbato 25
Olla ipſa legit holera 291
Olla lenticulam attigit 1119
Ollam alere 868
Ollam exornas 179
Ollaris deus 876
Ollas lippire 444
Ollas oſtentare 467
ὅλεχιν, ὁλέσχειν 1210
ὅλμος ἄτολμος 666. & 867
Ominabitur aliquis te conſpecto 1014
Omiſſa hypera, pedem inſequeris 728
Omiſſis fontibus ſectari riuulos 1215
Omiſſis nugis rem experiamur 941
Omitte uatem 692
Omnem facultatem indutus eſt 830
Omnem uocem mittere 1105
Omne æs alienum cepe, &c. 810
Omne tulit punctum 212
Omnes adhibere machinas 1085
Omnes intus 1186
Omnes laqueos effugere 1076
Omnes ſibi melius eſſe malunt quàm alteri 156
Omnia chnaumata 690
Omnia eſculenta obſeſſis 691
Omnia ex ſententia cedunt 935
Omnia idem puluis 279
Omnia non poſſunt omnes 529
Omnia octo 279
Omnia præclara dicis 1157
Omnia præter animam 1161
Omnia potentes 1041

Ayuntamiento de Madrid

Omnia ſecunda, ſaltat ſenex 742
Omnia ſimilia 691
Omnia ſapientibus facilia 691
Omnibus anteuertenda uitæ cura 929
Omnibus armis præſidijſq; deſtitutus 939
Omnibus horis nemo mortalium ſapit 542
Omnibus modis nocens 1222
Omnibus neruis 166. & 946
Omnibus numeris 621
Omnibus unguiculis 168
Omni certamine 953
Omni conatu inuadere 926
Omni deuorato boue, in cauda deficit 811
Omni pede ſtandum 741
Omni telorum genere oppugna. 267
Omni uoce 1085
Omnium horarum homo 152
Omnium quos ſol uidet 1198
Ομότεχνοι 425
Onobatis 1097
Onus nauis 802
Onus tollenti auxiliare. 25
Operam & retiam perdidit 1186
Operarij 1116
Operi incipienti fauendum 1151
Oportet agrum imbecilliorẽ eſſe 1089
Oppedere, & oppedere contra tonitrua 299
Ὄφις 44
Ὀφθάλμαλ 518
Optat ephippia bos piger, optat arare caballus 258
Opta uicino ut habeat, magis autem ollæ 842
Optimum non naſci 511
Optimum obſonium labor ſenect. 810
Optimum quidem aqua 1159
Optimis diuitiæ non contingunt 941
Opus ad opus 1187
Oraculum 305
Oracula loqui 1192
Oratio effœminatorum etiam effœminata 688
Oratio leuiſſima res 738
Oratio pharmacum optimum 761
Oratio magnifica ſed fide ca. 109
Oratio medicus 761
Oratio uitæ ſpeculum 73
Orci culus 715
Orci galea 716
Ordinem deſeree r 632
Oreſti pallium texere 996
Origanum tueri 1107
Ornatus ex tuis uirtutibus 162
Orphica uita 1136
Oſce loqui 1058
Oſculana pugna ibidem
Oſcitãte uno deinde oſcitat & alter 837
Os curetum 654
Os ineſt orationi 1031
Os infrene 827
Oſſa dea 237
Os ſublinere 107
Oſtij limen tetigiſti 801
Oſtiatim 1168
Oſtium mouet Lydus 623
Oſtium obdite prophani 844
Oſtrei in morem 1147
ὀσφακισμὸς 435
ὠτακουςά 74
ὡς τύπῳ εἰπεῖν 910
Ouem lupo commiſiſti 163
Ouis χρυσόμαλ 759
Ouis cultrum reperit 55
Ouium mores 759
Ouium nullus uſus 632
Ouo prognatus eodem 498
Ouum adglutinas 160
Ouum ouo ſimile 192
ὀξυγλυκύ 756

P

Παχυμειρῶς 910
παχυςομία 334
Pactoli opes 258
Paginam utramq; facere 537
παιπάλημα 634
παλίυτεια 859
Palæſtra 1215
παλίμβολον 635
παλίμπαιδες 202
Palinodiam canere 363
Pallio manum tegunt 707
Palmam ferre & ſimilia 120
Palmarium facinus 1169
Palpum obtrudere 868
Palpari in tenebris 911
Palpo percutere 994
Palumbem pro columba 739
Pamphili furtum 1015
Panagæa Diana 689
Pancratice ualere 674
Pandelctias ſententias 997
Panegyris malorum 706
Panem album pinſo tibi 779
Panem ne frangito 27
Panicus caſus 898
Panidis ſuffragium 741
Panis bene confectus 780
Panis fractio 231
Panis lapidoſus 1053
παννύχιον ὕδωρ 649
Pannus lacer 524
πανολεθεία 383
Papæ Myxus 854
Papyri fructus non poſtulat magnam ſpicam 773
παραλδᾶς 647
παρὰ μίλ 470
Paraſangis multis præcurrere 425
Parcarum mater 505
Parentem laudabunt infelices filij 686
Pardi mortem adſimulat 554
Pares cum paribus facilime congregantur 85
Paries dealbatus 867
Parieti loqueris 183
Pari iugo 230
Pari lance 388
Pariter rerum ducere 1154
Parit puella, etiamſi malè adſit uiro 633
Parmula relicta 421
Parni ſcapha 169
Parnetes obolum reperit 636
Paropſis malorum 589
Par pari referre 45. & 110
Parthi quo plus biberint 1181
Partitio non præfocatio 867
Parturiunt montes, naſcetur ridiculus mus 346
Parturit Larus 346
Parturit Cepphus ibidem
Paruo emptas carnes 1029
Paſcetis ſemiobolus 633
Paſpalam non habet 378
Paßim coruos inſequitur 349
Paſtillos Ruffillus olet, Gorgonius hircum 689
Paſtoris boni eſt tondere pecus non glubere 900
Patella dignum operculum 345
Paterni nominis oblitus 530
Paternas cantiones non canit 722
Patria ſua cuiq; iucundiſſima 953
Patriæ funus igni alieno luculentior 82
Patria ibi eſt, ubi bene 488
Patris nomen non nouit 743
Patrem ſuum nemo nouit 704
Patris eſt filius 1019
Patris mali nunquam bonus filius 242
Patrocli occaſio 854
Patroclo ſordidior 815
Patrua lingua 545
Patruum eſſe, patruos ſapere ibidem
Pattæcione calumnioſior 741
Pauciloquus, ſed eruditus 923
Pauone picturatior 70
Pauper diuiti dans, petit 134
Pauper, ſed ingenioſus 957
Paupertas ſap. ſortita eſt 195. & 614
Pauſone mendicior 1032
Paxillo nudior 714
Paxillum paxillo pellere 76
Pax redimenda 734
πᾶυρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λυγίως 711
πανσικάπη 775
Peccare bis in bello non licet 740
Pectore aperto 849
Pecunia abſq; peculio 1091
Pecunia anima 427. & 661
Pecuniæ obediunt omnia 153
Pecuniæ pedibus compenſantur 1098
Pecuniæ uir 661
Pecunia primum quærenda 687
Pecuniarum cupiditas Spartam capiet præterea nihil 649
Pecunioſus damnari non poteſt 1143
Pedaria ſententia 399
Pedem alterum in ſepul. habere 435
Pedem conferre 1077
Pedem ubi ponat, non habet 191
Pedere thus 906

Ayuntamiento de Madrid

Pede tacito 416
Pedetentim ibidem
Pede tuo te metire 263
Pedem dextrum in calceo, ſiniſtrum in pelui 749
Pedens mortuus iacet 803
Pede utroq; ſtandum 641
Pedibus ſedecim ſuperauit 833
Pedibus utriſq; claudicans 879
Pedibus ingredior, natare enim non didici 463
Pedibus in ſententiam diſcedere 628
Pedibus trahere 422
Pediculi Platonis 1189
Pedum uiſa eſt uia 854
Pegaſo uelocior 1016
Peius Babis tibia canit 634
Pelcus in machæra 659
Pelle præ te fers, & ſi non dicas 836
Pellem caninam rodere 557
Pelopis talenta 236
Pellenæa tunica 801
Πέμπελοι 435
Penelopes telam retexere 175
Peniciſſare 816
Pennas nido maiores extendere 264
Penulam æſtate deteris 405
Penulam ſcindere 73
Penſum perſoluere 144
Πεντάπλόα 1109
Pepone mollior 289
Pepones 1003
Per antiquum diem 855
Per anulum medium trahi 343
Perca ſequitur ſepiam 1072
Per crambem 203
Perdere naulum 858
Perdicis crura 464
Perdidiſti uinum, infuſa aqua 489
Pereant amici, &c. 1091
Perendinum uentum prædicere 873
Per enſes, per ignem oportet irrumpere 515
Per extentum funem ire 566
Per fluuium traducere 1103
Perfricare faciem 323
Perfricare os ibidem
Perfrictæ frontis ibidem
Pergræcari 1000
Per haſtæ cuſpidem 336
Per harma aliquid facere 221
Peribis ſi non feceris 1049
Periculo alieno cautus 505
Periculo alieno ſapiens 694
Periculum ne temere ſubeas 948
Periculum proræ ſclis 632
Perierunt bona 855
Per ignem incedis 964
Perijt ſus 1009
Περιφόρητος 988
Peripromata Campanica 1181
Περίτριμμα 988
Per manus tradere 1075
Per nebulam, per caliginem, per ſomnium 145
Per paricrem loqui 829
Perplexus 855
Perplexus, animiq; conſternati 928
Per publicam uiam ne ambules 25
Per ſatyram 1130
Perſici apparatus 259
Perſolæ nugæ 535
Perſonam mauult: quàm faciem 208
Perſpicere ex fronte 533
Perſuadebis cito, ſi bene dicas 712
Perſuadebis minime, ne ſi perſuaſeris quidem 640
Per tenebras quæ apud quercum 451
Peruicacia ſtultitiæ dat pœnas 1113
Pertinax contentio 925
Per tranſennam inſpicere 744
Pertuſum dolium 349. & 385
Φαινοπρόσωπος 441. & 1204
Phalaridis imperium 401
Φαλαεισμὸς ibidem
Φαλλοφόροι 611
Phallus deo 810
Phaniæ ianua 849
Phani oſtium 644
Phaſelitarum ſacrificium 633
Phaſim uſq; nauigauit 549
Φελλίνας 1106
Φαδίτια & alia ſimilia 665
Phicidiſſare 772
Phidiæ ſignum 1214
Φίλαυλοι 156
Philippi gallus 633
Philippide tenuius 1081
Philonide indoctior 604
Philoſophari 1170
Philoteſius crater 1124
Philoxeni non 783
Phocenſium deſperatio 1040
Phocenſium execratio 252
Phoci conuiuium 662
Phœnicia comutatio 655
Phœnice rarior 617
Phœnicum more 655
Phœnicum pacta 854
Phœnice uiuacior 437
Phormionis thori 693
Phrynichi lucta 865
Phrynondas alter 903
Phryges ſero ſapiunt 42
Phrygium mancipium 518
Φρυγᾶς ἄδων 501
Phryx ipſe magis 658
Phryx plagis emendatur 318
Pica cum luſcinia certat 332
Picem mus guſtat 520
Piciſer 1036
Pictura poëſis tacita 744
Pilam tenere more claudi 768
Pila mea eſt 538
Pilum non habet 917
Pili non facio 311
Pilo dignus 311. & 312
Pilos pro lana 332
Pilus in medio 1190
Pingui menſura 1188
Pingui Minerua 46
Pinguis uenter non gignit ſenſum tenuem 868
Pinus in morem 647
Pipere abundans etiam oleribus immiſcet 804
Pyreus non fert uaſa inania 1110
Piſcari in ære 181
Piſcator ictus ſapiet 42
Piſce ſanior 1061
Piſcem aut florem olet 1073
Piſcis magnus nullus malus 528
Piſcem natare doces 867
Piſcibus abſtineto 29
Piſcis eget ſale 1151
Piſcis mutus 199
Piſcis nequam eſt niſi recens 1002
Piſcis primum à capite fœtet 1022
Piſcis repoſitus 113
Piſtilli circumuolutio 433. & 654
Piſtillo caluior 1030
Piſtillo nudior ibidem
Piſtillo retuſius 867
Pitana ſum ibidem
Πίθηκίζειν 912
Pithon formoſus 861
Placidæ 988
Placide bos 416
Platonis numeris obſcurius 869
Plato Philoniſs. Philon Platon. 644
Plaudite uſque 849
Plauſtra bonorum 232
Plauſtra conuiciorum 298
Plauſtri centum ligna 1037
de Plauſtro loqui 298
Plauſtrum percellere 232
Plena manu 422
Plenilunio fiet 221
Plenis uclis 1091
Pleno gradu 1208
Pleno modio 1176
Plumbeo iugulare gladio 568
Plumbeum nummum non credam 919
Plures adorant ſolem orientem 800
Plures thriobolos 271
Plurium calculus uincit 1030
Pluteum cædere 881
Plutus ἄζηλος 302
Plutus timidus 897
πλούσιον με ποιεῖς 391
Poculo eodem bibere 334
Poculo perforato bibere 818
Podex lotionem uincit 402
Poëtæ & pictores liberi 744
Poëta malus pro eleganti med. 835
Poëtam ne tibi feceris inimicum 353
Pollicem premere, aut uertere 322
Pollicentis ſe promiſſ.re præſtit. 922
πολυκοιρανίη 617
Polycrates matrem paſcit 640
Polypi 528
Polypi caput 405
Polypi mentem obtine 68
πολυφιλία 870
Pomarius Hercules 625

Ayuntamiento de Madrid

Pomœrio minore ſinire 871
Πομπέυειν 1171
Πόν@ πόνῳ πόνον φέρει 502
Pontificalis cœna 771
Porcellus Acarnanius 516
Porcum immola 317
Porcus obeſus 867
Porcus Troianus 1190
Porrectis dormire pedibus 314
Porrigere manus 1159
Porſenæ bona 304
Portus miſeriæ ars 282
Porta itineri longiſſima eſt 1090
Poſt acerba prudentior 1032. & 159
Poſt bellum auxilium 868
Poſteriores curæ meliores 237
Poſterioribus melioribus 235
Poſterius dictum 1195
Poſt feſtum uenisti 689. & 361
Poſt folia cadunt arbores 670
Poſt homines natos 1180
Poſt hominum memoriam 1181
Poſtica ſanna 1003
Poſtico diſcedere 1103
Poſt mala prudentior 159
Poſt Marathonem pugna 1025
Poſt Panathenæa 361
Poſt principia 157
Poſt Pythia 361
Poſt rem deuoratam ratio 1196
Præbere uiros 927
Prædiues 931
Præficarum more 1105
Prælio victus non bello 1207
Præmanſum in os inſerere 707
Præmatura mors 938
Præmouere uenatum 844
Præpoſtere 1100
Præſentibus rebus conſulendum 1173
Præſens abeſt 647
Præſentem fortunam boni conſule 686 & 835
Præſentem mulge, quid fugientem inſequeris? 783
Præſtat habere acerbos 1035
Præſtat inuidioſum eſſe quàm mi. 1059
Præſtat uni malo obnoxium eſſe, quàm duobus 1014
Præſtat canem irritare quàm anum 1143
Præter caſam ne fugias 188
Præter Sibyllam leget nemo 1015
Præuertit ancoræ iactum deus 1026
Praxillæ Adonide ſtupidior 681
Preces armatæ 1203
Premenda occaſio 946
Pricnenſis iuſtitia 864
Prima facie, prima fronte 370
Prima felicitatis pars ſapere 1211
Primas ferre 539
Primas iactare haſtas 1215
Primas tenere 1204
Primoribus labijs deguſtare 370
Primum apes abigendæ 1139
Primum aut ultimum quid 473
Primum experienti uenia 364
Primum Mars in filijs laudatus eſt 865
Primũ recte ualere, proxima forma 737
Primus & ultimus 33
Princeps & æqua & iniqua audit 648
Primus ueniens primus molet 704
Princeps ſapit congreſſu ſapientum 862
Princeps indiligens 957
Principatus Scyrius 246
Principes inter ſe noti 948
Principium dimidium totius 91
Principium, medium, finis 1136
Principi obtemperãdũ in omnibus 1214
Principum fauor neceſſarius 947
Prior occupat 943
Priſcis credendum 1186
Prius duo echini amicitiam ineant 458
Prius lupus ouem ducat uxorem 906
Prius oculatus 262
Priuſquàm aſſa ſit farina 800
Prius quàm gallus iterum cecinerit 915
Priuſquàm mactaris, excorias 800
Priuſquàn ſortiaris, communia deuoras 865
Probæ materiæ probus artifex 865
Pro beneficentia Agamemnonem ulti ſunt Achiui 497
Pro bonis glomi 860
Probrum honeſtum 626. & 917
Pro cæco exoculatus eſt 906
Procorum ciuitas 694
Procridis telum 647
Procul ab auribus nuntius ueniat 781
Procul à Ioue 157
Procul à pedibus equinis ibidem
Pro Delo Calauriam 1026
Prodeſſe poteſt qui nocere 947
Prodico doctior 1016
Pro dignitate cuiuſquam 935
Pro eleganti medico malus poëta 835
Profani fores occludite 811
Profundum ſulcum 1011
Prolixius Iliade 1080
Pro malo cane ſuem repoſcis 865
Pro mea uirili 935
Promeri canes 347
Prometheus poſt factum 44
Promus magis quàm condus 556
Pronomi barba 1010
Proœmia magna de parua re 816
Properans nimium, ſerius abſol. 855
Pro perca ſcorpium 597
Propria uineta cædere 261
Proprij nominis obliuiſci 530
Prora & puppis 32
Prorſus ignotus 940
Προστλανεῶσι 802
Protei more 818
Proteo mutabilior 480
Proteruiam fecit 357
Προωτλυεσθ & ſimilia 539
Protinus apparet, quæ plantæ frugiferæ futuræ 1009
Prouinciam capere aut tradere 545
Prouoluitur ad miluios 864
Prudentia coniuncta cum uiribus 923
Prudentia ſenum 825
Pſallium iniecere 1136
Pſaphonis aues 113
Pſeccas aut ros 688
Ψελλὴ ὁ πιπλέυϛ 261
Ψολόεσσα 814
Pſydracia 1092
Pſyra Bacchum 825
Pſyrice facta 403
Πτεφυγίζειν 799
Ptolemaicalis 864
Πτωχαλάζων 263
Publica uia ingredi 747
Publica uia ne ambules 25
Pudebat recuſare, & non audebant ſuſcipere 760
Pudor & metus 937
Pudor in oculis 440
Pudori lucrum præſtat 902
Pueros talis, uiros iurciurando optime falli 806
Puer glaciem 438
Pueri ſeneſq; 1085
Pueris puer, in conſilio ſenex 528
Pueros odi præcoci ſap. 1007
Puero gladium 569
uel Puero perſpicuum 339. & 430
Pugna peracta uenire 690
Pugno tenere 1132
Pugnis & calcibus 738
Pulchre dixti 392
Pulchre fallit uulpem 1073
Pulchrorũ etiã autumn. pulcher eſt 148
Pulchrum ſepulchri elogium 1158
Pullati de pace conſultant 43
Pullus tuus ſemper paruus 633
Pulmo prius ueniſſet 1077
Pulucrem oculis offundere 688
Punica fides 315
Punicis malis omnibus ineſt granum aliquod putre 811
Punctis omnibus 212
Punctis ſingulis ibidem
Puncto non diſcedam 191
Punctum temporis 479
Pura à nuptijs 684
Purgatis auribus 56
Purior clauo 561
Purpura iuxta purpurã dijudicãda 443
Purpura uoracior 525
Purus puram defluit aquam 781
Purus putus 1183
Puſillum puſillo addere 339
Puſillus quantus Molon 854
Putcum fodit iuxta fluuium 811
Putre ſalſamentum amat origanum 525
Πύγαργοι 430
Pygmæorum acrotinia coloſſo adaptare 1005
Pylea & Tyttygias hæc nouit 640
Pylus ante pylum 663
Pyrauſtæ gaudes gaudium 799
Pyrauſtæ interitus 360
Pyrrhandri commentum 798
Πυῤῥιχίζειν 915

Ayuntamiento de Madrid

Pyrrichen oculis præ te ferens 915
Pyrrhias bouem immolauit benemeren-
ti 532
Pythagoreis taciturnior 1034
Pythagoræ ſymbola 20
Pythia & Delia eadem 619
Pythũ uerſus uia iterũ atq; iterum 713

Q

QVadra propria 1206
Quadratus homo 1145
Quæ apud inferos 183
Quæ apud Sagram 350
Quæcunque mentiuntur ſomnia 304
Quæ dantur 1015
Quæ deciderint, ne tollito 27
Quæ diuinitus contingunt 923
Quæ dolent, ea moleſtum eſt contin-
gere 998
Quæ ex antiqua 921
Quæ nocent docent 44
Quæ non poſuiſti, ne tollas 826
Quæ quis in ſe facit 1150
Quære hoſpitem 299
Quærẽdæ facultates, deinde uirtus 687
Quærens obſoniũ, ueſtem perdidi 560
Quæ ſemel ancilla, nunquam hera 1082
Quæ ſero contingunt, ſed magnifica 923
Quæ ſupra nos, nihil ad nos 257
Quæuis terra patria 488
Quæ uncis ſunt unguibus ne nutrias 25
Qualis hera, tales pediſſequæ 1083
Qualis uir, talis oratio 249
Quàm Clinia ex Demetrio 1208
Quàm curat teſtudo muſcam 677
Quàm in tragœdia comici 1199
Quàm facile uulpes pirum com. 857
Quàm quiſque norit artem, in hac ſe
exerceat 484
Quanta uix cœlo capi poßit 1138
Quantum habet 1036
Quantum ex Bacchanalibus 988
Quantum non miluus oberret 864
Quantum pedibus potes 1134
Quarta luna nati 63
Quaſi dies dicta ſit 1170
Quaſi locum in balneis 704
Quaſi millus cani 1057
Quatuor aures habenti auſculta 122
Quatuor obolis non æſtimo 679
Quauis re dignus 313. & 267
Quem mater amictum dedit obſer. 150
Quem fortuna pinxit 112
ex Quercubus ac ſaxis nati 336
Quercum aliam excute 200
Quercus bacchatur 1023
Quercus multis ictibus deijcitur 339
Queruli in amicitia 1031
Qui arat oliuetum 418
Qui bene conijciet, hunc uatem 523
Quibus nec ara nec fides 905
Qui canem alit exterum 806
Qui circa ſalem & fabam 35
Qui continet arcanum 959
Qui conturbat omnia 949
Quicquid in buccam uenerit 226
Quicquid in linguam ibidem
Qui cum contemptu uitæ inuadunt 932
Quid ad farinas 869
Quid ad Mercurium 783
Quid cæco cum ſpeculo 910
Quid diſtent æra lupinis 150
Qui domi compluitur 1029
Quid niſi uictis dolor 596
Quid non fies profect. Arbelas 656
Quid ſi cœlum ruat 214
Quid tandem non efficiat manus 904
Quid tibi Apol. cecinit? 656
Qui eget, in turba uerſetur 957
Qui e nuce nucleum eſſe uult, frangit
nucem 686
Qui ſpuerit in cauernam formicarum
1109
Qui lucerna egent infundunt oleũ 1126
Qui iure perierunt 959
Qui modus equitum 657
Qui mori nolit ante tempus 112
Qui multa rapuerit, pauca ſuffragato-
ribus dederit ſaluus erit 479
Qui multum obfuit 1078
Qui nimium properat, ſerius abſoluit
855
Qui nocere poteſt, idem prodeſſe 945
Qui non litig. cœlebs eſt 1014
Qui non zelat 1119
Quintæ claßis, pro poſtremo 446
Qui obticeſcit 937
Qui omni in re, & in omni tempore
686
Qui paratus ad reſiſtendum 923
Qui parentem laudabit, niſi infelices
filij? 686
Qui per ſe ſufficit 954
Qui primus uen. prim. molet 704
Qui prior læſit 1202
Qui quæ uult dicit 41
Qui ſeſe non habet, Samum habere po-
ſtulat 302
Quiſquis is fuerit 931
Quiſquis tarde uenit ad cœnam 1096
Quoad uixero 940
Quocunque pedes ferent 394
Quod adeſt, boni conſule 955. & 1015
Quod alibi diminutum, exæquatur ali-
bi 932
Quod alijs uitio uertas, ipſe ne feceris
941
Quod alius condiuit coquus, aliter con-
diam 1007
Quodcunq; in ſolum uenit 864
Quod datur accipe 1202
Quod dedi, datum nollem 353
Quod dici ſolet 1152
Quod fieri nequit, ne incipiendum qui-
dem 1214
Quod in animo ſobrij, id in lingua ebrij
433. & 436
Quod in corde ſobrij, in lingua ebrij
275
Quod index auro, id aurum homini 550
Quod in ſolum 1198
Quod non opus eſt, aſſe char. eſt 1062
Quod pulchrum, idem amicum 1131
Quod recte datum eſt 1157
Quod ſcis neſcis 863
Quod utile, honeſtum 1135
Quod uolumus ſanctum eſt 1117
Quod properas, num ad Ephebum 430
Quo ſemel eſt imbuta 539
Quod non tollerent centum Aegypt.
852
Quò terrarum raperis 1222
Quot homines tot ſententiæ 121
Quot ſeruos habemus, totidem habemus
hoſtes 501
Quò tranſgreſſus, &c. 949

R

RAdit uſque ad cutem 804
Ne Ramenta quidem, ne feſtuca
quidem 378
Ramento melior ibidem
Rana cum locuſta 1092
Ranæ aquam 865
Rana Gyrina ſapientior 427
Ranarum more 865
Ranarum paluſtrium maior eſt mihi cu-
ra, quàm rerum iſtarum 752
Rana Scriphia 199
Ranis uinum præminiſtras 498
Rapere à ueru 238
Rapina cotytijs 921
Rapina rerum Cinnari 684
Rara auis 423
Rara fides 808
Ratio quidem apparet, &c. 1161
Reb. turbatis & peßimus in honore 487
Receptui canere 861
Recipere animum 960
Recoquere 223
Rectam inſtas uiam 1194
Rectus loripedem deridet 767
Rectam ingredi uiam 844
Recto pectore 1107
Recurrere ſatius quàm currere ma. 354
Recuſare pudebat, & non audebant ſu-
ſcipere 760
Refingere 223
Refricare cicatricem 260
Refutantis laudem immodicam 922
Regia uaccula 684
Regis cerebrum 254
Regum offenſæ uitandæ 957
Regum aures atq; oculi multi 75
Regum manus longæ ibidem
Reijcientis autorem formidinis 926
Reijcientis culpam 954
Relicta parmula 492
Relinque quippiam & Medis 121
Rem ſuam quiſq; meminit 995
Rem acu tetigiſti 561
Rem factam habere 136
Rem factam ſtultus intelligit 43
Remi & uenti haud ſuff. 832
Remis uelisq; 166
Rem nouam aggredior 959
Remum ducat qui didicit 107

Re opit

Ayuntamiento de Madrid

Re opitulandum, non uerbis 927
Repagula aperire 161
Repartazare 778
Reperire rimam 779
Reperit deus nocentem 598
Reprehenſio cogitationis 927
Rerum omnium uiciſsitudo 996
Res ad Triarios redijt 39
Res Cannacæ 657
Res eſt in cardine 38
Res indicabit 827
Reſecare ad uiuum 536
Reſiſtere paratus 923
Res in noſtro foro uertitur 863
Res palæſtræ & olei 1215
Reſpiciens illo ſed hic remitte bo. 865
Reſpublica uirum docet 1038
Reſpublica nihil ad muſicum 1155
Res ſalua eſt, ſaltat ſenex 641
Res ſacra conſultor 432
Res tuas tibi habeto 1158
Res ubi abeſt, optima eſt opin. 440
Rete albo aliena captas bona 902
Rete hoc nihil attraxit 358
Reti uentos uenaris 179
Rex aut aſinus 851
Rex ſum 851. & 1185
Rex tragicus 585
Radamantheum iudicium 684
Radamanthi iuſiurandum 685
Rhamnuſia Nemeſis 607
Rhamnuſius 854
Rheginis timidior 684
Rhinocerotis naſus 314
Rhodienſes decem, naues decem 639
Rhodiorum oraculum 610
Rhodij ſacrificium ibidem
Rhodus hic, hic ſaltus 802
ῥυπικόνδυλος 1003
ῥίζα 489
Rimam reperire 779
Riſu emori 1004
Riſus Chius 216
Riſus de hoſte iucundiſs. 504
Riſus Ionicus 215
Riſus Megaricus ibidem
Riſum cui iſta pariunt, &c. 913
Riſus Sardonius 837
Riſus ſyncruſius 609
Romanus ſedendo uincit 383
Rore paſcitur 1043
Roſam quæ præterierit, ne quæras iterum 609
Roſam cum anemona confers 609
Roſa non naſcitur è ſquilla 529
Roſas loqui 609
Ros aut pſecas 688
Roſcius 1128
Rotæ multæ uoluentur 1042
Rubidus ſemel, ac decies pallidus 862
Rubo arefacto præfract. 456
Rubo neglecto uitis impetitur 439
Rude donare 350
Rudem accipere ibidem
Rudentem omnem mouere 268
Rudentes & remos cum armis commutauit 803
Rudius ac planius 47
Ruſillus paſtillos olet, Gorgonius hircum 689
Ruminare negotium 914
Rumor publicus non omnino fruſtra eſt 1145
Rupta ancora 995
Ruris fons 615
Rurſum prorſum 152
Rurſus iterum tranquillitatem uideo 458
Rus ciuitas 610
Ruſticanum oratorem ne contempſeris ibidem
Ruta cæſa 1047
Ruta opus eſt 1043
Ρυπικόνδυλος 1003

S

Saburratus 911
Sacer manipulus 1103
Sacer piſcis 1106
Sacra celerius abſoluenda 943
Sacra hæc non aliter conſtant 559
à Sacra linea mouere talum 40
Sacram ancoram ſoluere ibidem
Sacra nihil ſunt 862
Sacra prophanis miſcere 151
Sacrum ſine fumo 379
Saguntina fames 366
Salacones 1209
Salaminia nauis 798
Sale emptum mancipium 301
Sale & aceto 1198
Sale defricare 515
Salem apponito 28
Sal & faba 35
Salem & fabam 845
Salem & caſeum edere 1088
Salem & menſam ne prætereas 231
Sal & menſa 1174
Salem & oleum oportet emere 868
Salem lingere 906
Sale nihil utilius 1171
Salem uehens dormis 301
Sale peruunctus hic adiuuabitur 828
Saliares cœnæ 1174
Salillum animæ 1197
Salis modius abſumendus priuſquam fidas 421
Salis onus unde uenerat, illuc abijt 301
Saliua mercurialis 668
Saliuam imbibere 539
Saliua prima 260
Salſamentum putre anat origanum 525
Salſitudo non ineſt illi 514
Salſuginoſa uicinia 246
Salutetenus amici 808
Saluete equorum filiæ 1149
Sambico grauiora patitur 64
Sambucam citius caloni 852
Samij literati 1094
Samij mores 1095
Samiores flores 683
Samiorum laura 919
Samiorum mala metuis 1004
Samium comatum 920
Sanguine flere 534
Sapere complectitur omnia 522
Sapiens ſua bona ſecum fert 1069
Sapiens non eget 1150
Sapiens diuinat 1110
Sapientia gubernator nauis 1206
Sapientia nunc uiuit 802
Sapientia uino obumbratur 475
Sapientem apud ſtultos loqui moleſtum 702
Sapientibus omnia facilia 691
Sapientes tyranni, ſapientum congreſſu 862
Sapientum octauus 337
Sarcinator ſummum centonem 1207
Sardanapalus 904
Sardi uenales 229
Sardonica tinctura 677
Sardonius riſus 837
Sarone magis nauticus 797
Sarpedonium littus 683
Sarta tecta 1077
Satanas ſatanam 76
Sat cito, ſi ſat bene 415
Satietas ferotium parit 919
Satis quercus 160
Satius eſt initijs mederi quàm fini 91
Satur impera 1044
Saturnalia non ſemper erunt 106
Saturnalia olet 444
Saturnia tempora 572
Saturniæ lemæ 443
Saturni lacrymæ 444
Saturni podex 808
Saxum uoluere 545
Saxum uolutum non obducitur muſco 833
Scapha magis mutus 662
Scapula uirgultea Aegeum tranſ. 436
Scarabeo citius perſuaſeris 1156
Scarabeus citius faciet mel 1141
Scarabeus abominandus 702
Scarabei umbræ 773
Scarabeo nigrior 772
Scarabeo unguentum inuiſum 173
Scarabeus aquilam quærit 882
Scellij filium abominor 1153
Scenæ ſeruire 67. & 229
Σκιαμαχεῖν 1102
Σχοινοβατῶγες 317
Schœnicolæ 1179
Scindere glaciem 862
Scindere penulam 73
Scipioni arundinco inniti 617
Scit quomodo Iupiter duxerit Iunonem 1044
Scolon nec proficiſceris ipſe &c. 551
Scopæ diſſolutæ, ſcopas diſſol. 224
Scopo aberrare 384
Scopum attingere ibidem
Scopo nullo propoſito iaculari 384
Σκορολίζειν 772

Ayuntamiento de Madrid

Scorpium pro perca 597
Scorpius ſub omni lapide 171
Scraptæ 1182
Scrupulum abeunti 32
Scrupulum inijcere 1084
Scurra ſemel, nunquam paterfam. 536
Scutica una omnes impellit 715
Scutum abijcere 489
Scyrius principatus 246
Scytha acciſſans aſinum 491
Scytala triſtis 456
Scytha malus 1175
Scytharum oratio 503
Scytharum ſolitudo 862
Scythica potatio 497
Σκύτη βλέπει 462
Secum uiuere 262
Secundis uentis 569
Secundo æſtu ibidem
Securim inijcere 1170
Sedecim pedibus ſuperauit 833
Sedens aliud quàm ſtans 808
Sedens columba 859
Scianus equus 404
Seipſum uincere 100
Σεισοπυγὶς 482
Seiuncta ſunt Merrhæ ac Siloam fluenta 824
Sellam oleo ne abſterſeris 27
Selliſſare 1045
Semel rubidus, ac decies pallid. 861
Sementem ut feceris, ita metes 333
Seminare in ſaxis 177
Semitam quæris quum adſit uia 1008
Semper affert Libya mali quippiam 890
Semper agricola in nouum annum diues 682
Semper aliquem uirum magnum 1192
Semper aliquis in Cydonis domo 462
Semper Ilio mala 990
Semper me tales hoſtes inſequan. 655
Semper ſimilem ducit deus ad ſimil. 86
Semper ſuperioris anni meliora 861
Semper uirgines furiæ 682
Semiramidis muri 1029
Senecta leonis præſtantior hinnulorum iuuenta 723
Senectuti labor obſonium optim. 810
Senectus ipſa morbus 607
Senectus non ſola uenit ibidem
Senem erigere 821
Senem admonere 101
in Senem ne quod collocaris beneficium 491
Seneſcere in ſola ſparta expedit 1018
Seneſcit bos 821
Seneſco ſemper multa addiſcens 328
Senex libidinoſus 925
Senes mutuum fricant 307
Senex bos non lugetur 683
Senex pſittacus negl. ferulam 101
Senex ſecunda ſaltat 742
Senior anno fio 861
Seni baculus maxillæ 600
Seni puellam ſubijce 861
Senis doctor 100
Senis mutare linguam 101
Senium mala accelerant 958
Senum conſilia 841
Senum prudentia 946. & 960
Sententia utroq; nutans 878
Septa tranſilire 403
Septem conuiuiũ, nouem conuicium 158
Septennis edentulus 458
Sepulchrum uiuum 533
Septimus bos 393
Sequitur perca ſepiam 1072
Sera in fundo parſimonia 476
Serendum & poſt malam ſegetem 1054
Serere ne dubites 93
Serenitati nubem inducit 1046
nec Seritur nec metitur mihi 261
Sermonem diuinum excipio 1076
Sero uenisti 1039
Sero molunt deorum molæ 1058
Sero uenisti ſed in colonum ito 682
Sero ſapiunt Phryges 42
Sero uidit iuſtitiam 1211
Serpens ni edat ſerpentem, draco non fiet 809
Serpentis oculus 373
Seruabis bouem 961
Seruatori tertium 652
Serui dimidio mentis carent 501
Seruilis capillus 500
Seruire ſcenæ 67
Seruire tempori ibidem
Seruorum ciuitas 683
Seruum aut ueho 920
Seruum pecus 150
Seruus Car 233
Seruus cum ſis, comam geris 683
Seruus ſeruo præſtat, dominus domino 517
Seſquipedalia uerba 472
Seuum unde excoquat 918
Sexagenarios de ponte deijcere 202
Sibi canere 426. & 859
Sibi malum reperit 959
Sibi parat malum, qui alteri parat 1145
Sibi placet 82
Sibi pulcher ibidem
Sibi quiſq; amicus eſt 156
Sibi ſapere qui neſcit, fruſtra ſap. 235
Si bouem non poßis, aſinum agas 654
Sibyllæ ſolium 305
Sibylla uiuacior 997
Si caſeum haberem, non deſiderarem opſonium 835
Sicco iunco 1172
Si coruus poßit tacitus paſci 1006
Si crebro iacias, &c. 78
Siculæ nugæ, & Gerræ, Perſolæ nugæ
Siculiſſare 859 (535
Siculus omphacizat 568
Siculus coquus 478
Siculus mare 492
Siculus miles 860
Sicyon arrodẽs uxor lacernã texe 1072
Si deus uoluerit 949
Si dixeris quæuis, audies quæ non uis 42
Signum bonum aut malum 804
Si iuxta claudum habites, diſces 396
Sileni Alcibiadis 785
Silentij tutum præmium 842
Silentium multas amicitias dire. 424
Silentium mulierem ornat 1006
Si leonina pellis non ſatis, &c. 859
Silurus putris in quadra argent. 279
Si meus ille ſtilus fuiſſet 393
Simia barbata ſeu caudata 859
Simia fucata 912
Simia in pelle leonis 147
Simia in purpura 272
Simia non capitur laqueo 384
Simiarum pulcherrima deformis eſt 580
Simia ſimia eſt etiam ſi aurea geſtet inſignia 272
Simile gaudet ſimili 86
Similem ſimili adducit deus 87
Similes captiuis ex Pylo 1009
Similes habent labra lactucas 395
Similior ficu 655
Simonidis cantilenæ 681
Simpulariæ 480
Simul & da & aceipe 655
Simul & dictum & factum 694
Simul & miſertum eſt, & interijt gratia 754
Simulare cupreſſum 295
Sinapi uictitare 1085
Sine canibus & retibus 1153
Sine capite fabula 36
Sine Cerere & Bacc. friget Venus 532
Sine cortice nabis 320
Sine farina ne ſacrificato 28
Sine ope diuina nihil ualemus 944
Sine pennis uolare haud facile 860
Sine riuali diligere 422
Sine ſanguine uincere 603
Sine ſacris hæreditas 143
Sine ut incolumis redeat 1096
Siniſtræ literæ 601
Sinopiſſas 784
Sinui inſpuere 265
Siphniſſare 860
Si quid mali, in Pyrram 762
Si quis iuxta ciuitatem clypeus 995
Siren amicum nunciat, apis hoſpitẽ 654
Siſyphi artes 904
Si tanti uitrum, quanti margaritũ? 1034
Si tibi amicum, nec mihi inimicum 427
Si tibi machæra eſt, & nobis urbina eſt domi 682
Si tu proreta 1175
Si uel aſinus canem momorderit, litem mouebit 340
Si uinum poſtulet, pugnos illi dato 597
Smaragdus in luce obſc. 823
Socratis callus aut Gallus 1205
Soleis alienis uti 1156
Solam orientem plures adorant, quàm occidentem 800
Solæ Lacænæ uiros pariunt 1029
Solem adiuuare ſacibus 1143

Ayuntamiento de Madrid

Solitudo Scytharum 862
Solidos è clibano boues 735
Soli lumen inferre 367
Sol omnium dierũ nondum occidit 270
Solus amat 422
Solus currens uicit 354
Solus ſapit 515
Solus uenter ſupereſt 907
Somnio beatus 304
Somnium 438
Somnium hybernum 1171
Somnium tuum tibi narro 693
Somnum non uidit 1198
Somnus abſit ab oculis 662
Somnus domat famem 614
Sontica cauſa 1184
Somnum non capit 908
Sophocles 500
Sorbere & flare ſimul 488
Sorex ſuo indicio perijt 146
Σωρεὺς ἀμοιρος 435
Sortitione nondum facta communia deuorat 853
Sortem & uſuram perſol. 1128
Soterichi lecti 1049
Spartana diſciplina 532
Spartæ ſerui maxime ſerui 1164
Sparta generoſior 668
Spartam nact. es hanc orna 362
Spem precio emere 134
Spe inani flagrat 1014
Spes fruſtrata 922
Spes tenuis 908
Spes alunt exules 738
Spes bona oſtenſa 956
Spes in labro pyxidis 336
Spes in nobis, in deo exitus 667
Spes ſeruat afflictos 1054
Sphaceli faciunt immunitatem 100
Sphæram inter ſe red. 760
Sphæra per præcipitium 198
Sphondyla fugiens peßime pedit 906
Spicam è culmo conijcere 1008
Spicam magnam non poſtulat papyri fructus 773
Spina cum parua eſt bona uidetur 812
Spinæ 696
Spirat Cæcias 1136
Spithama uitæ 479
Sponde, noxa præſto eſt 267
Spongia corrigere 212
Spongia mollior 283
Sponſi uita 693
Spontanea moleſtia 1069
Squillas à ſepulcro uellas 504
Stadijs centum præcedere 833
Stans aliud quàm ſedens 808
Stateram ne tranſgrediaris 20
Statua taciturnior 1039
Statuam faucibus colas 819
Stellis ſignare 210. & 651
Stentore clamoſior 504
Sterilior agrippo 387
Sterilem ſu idum ne colas 1141
Steſichori ne tria quidem noſti 699
Στιλπῶσαι 1113
Stilla aſſidua cauat lapidem 797
Stilo appetere 212
Stilum uertere ibidem
Stimulatores boũ multi, aratores pauci
Stimulis fodere 1104 (171
Stimulum in foramen non licitum trudere 836
ex Stipula cognoſcere 388
Strabus inter cæcos regnat 836
Stragula ſemper conuoluta habe 27
Strobilus Carcini fortunatior 106
Strumam dibapho tegere 1203
Strychnum bibit 326
Stulticia eſt Iouem putare eſſe 693
Stulto ne permittas digitum 842
Stultus malo accepto ſapit 43
Stultus opportuna loquens 227
Stultus q patre cæſo liberis pepercit 391
Stultus ſtulta loquitur 72
Stupa ſeniculus 693
Suadæ medulla 631
Suadeo quod ipſe facturus eſſem 949
Suade lupis ut inſaniant 1042
Suam quiſq; homo rem meminit 995
Sub aliena arbore fructum 1120
Sub alis quæ fiunt 482
Sub cultro liquit 720
Subditicius es 1030
Subere leuior 534
Suber 808
Suber immerſibile 534
Subito alius 1030
Subiugus homo 1030
Subitum remed. periculi 928
Sublata lucerna nihil intereſt inter mulieres 834
Subligaculũ ſeu brachas oſtentare 828
Sub manu naſci 68
Submißis alis gallus 464
Sub pallio habere manum 707
Sub pollice ducere 770
Subuentanea parit 903
Sub unam Myconum omnia 348
Succiſiua opera 423
Succo ſuo uiuere 677
Sucm iritat 652
Sucm Veneri immolauit 740
Sucm repoſcis pro malo cane 865
Suere capiti malum 747
Suffenus aut Meuius tibi ne ſis 568
Suffragium optimum 1163
Sui cum amaricino nihil 172
Sui diſſimilis 955
Sui tibicen 588
Summam manum addere 89
Summaria indicatura 684
Summa ui defendere 927
Summis ingredi pedibus 1033
Summis labijs 371
Summis naribus olfacere 393
Summis uelis uti 499
Summis unguibus ingredi 461
Summo ãio inhærere, id eſt leuiter 383
Summo digito 371
Summo digito caput ſcalp. 318
Summo pede 1170
Summum cape & medium habebis 499
Summum faſtigium imponere 89
Summum ius, ſumma iniuria 382
Summum ſuere centonem 89
Suo gladio iugulari 53
Suo iumento ſibi malum accerſere 53
Suo ipſius laqueo captus 54
Suo quiſque ſtudio gaudet 931
Super apio certamus 720
Superauit dolum Troianum 1177
Superatus es à gallo quopiam 1020
Supercilium attollere 323
Supercilium ponere ibidem
Supercilium contrahere 857
Supercilium ſalit 1172
Superis impari numero 24
Super te hæc omnia Leparge 1013
Supinus 514
Surculus ſurculum ſerens 1209
Surculum defringere 1210
Surdaſter cum ſurdaſtro litig. 734
Surda teſtimonia 858
Surdo canis fabulam narras 184
Surdo oppedere 176
Surgens è lecto, veſtigium corporis confundito 28
Surſum ac deorſum 152
Surſum uerſus ſacrorum fluminum ſeruntur fontes 125
Sus acina dependes 822
Sus agreſtis ubi peperit, non pluet 576
Sus comeſſatur aut ſaltauit 657
Sus cum Minerua certamen ſuſcepit 48
Sus in uolutabro cœni 1032
Sus Mineruam 47
Suſpendio deligenda arb. 381
Suſpenſa manu 1040
Suſpende te 656
Sus quiuis non hoc ſciet 819
Sus ſui pulcher, aſinus aſino 1188
Sus per roſas 903
Susq;, deq; 151
Sus ſub fuſtem 654
Suſtine & abſtine 629
Suſtollere manus 1139
Sus tubam audiuit 172
Sutorium atramentum 857
ne Sutor ultra crepidam 234
Sutrium ire 1031
Suum cuique pulchrum 80
Suus cuique crepitus bene olet 818
Suus rex reginæ placet 82
Sybariſſare 477
Sybaritæ per plateas 478
Sybaritica calamitas 477
Sybaritica menſa 476
Sybaritica oratio 252
Sybaritici ſermones 1115
Sybari qui mori nolit ante tempus 1121
Συκάβη & ſimilia 525
Sycophanta 524
Sycophantæ morſus inmedicabilis 404
Sydera addere cœlo 1015

Συλλή

Ayuntamiento de Madrid

Συλλαβδίω 231
Syloſontis chalmis 400
Syloſontis opera ampla regio 400
Syluam multam portas 874
Syluæ ligna inferre 291
Syncerum uas incruſtare 148
Syncretiſmus 35
Σύραρ 41. & 143
Syraciſana menſa 478
Syracuſanorum ne decima quidem pars 473
Συρακοσίων δεκάτη ibidem
Syrbenæ chorus 641
Syrorum olera 327
Syrus quum non ſis, ne ſyriſſa 812

T

TAcite ſtomachari 949
Tacito pede 416
Taciturnior Areopagita 1179
Taciturnior Pythagoreis 1035
Tænarium malum 919
Talaria induere 93
Taliagignit bellum 1190
Tales reddimur, qualia ſunt noſtra colloquia 397
Talum reponere 1173
Talpa cæcior 142
Tam in procliui quàm imber 1054
Tam multa quàm ſapiens 1048
Tam perit quàm extrema faba 1056
Tanagræus ectus 1117
Tangere ulcus 260
Tanquam ad aram 1163
Tanquam conchylium diſcerpere 663
Tanquam de narthecio 1092
Tanquam de ſpecula. 1195
Tanquam heros in clypeo excip. 645
Tanquam in phiditijs 665
Tanquam in ſpeculo, tanquam in tab. 413
Tanquam meum nomen, tanquam digitos 560
Tanquam ſuber 867
Tantalicæ opes 236. & 588
Tantali horti 432
Tantali lapis 678
Tantali pœnæ 699
Tantali talenta 236
Tarditas conſilio adiuta 295
Taricus aſſus eſt, ſimulatque uiderit ignem 526
Tarichus boni conſulitur ubi deſunt carnes 554
Tarichus non feret ſe digna 526
Tauricum tueri 909
Taurum tollet, qui uitulum ſuſtulerit 94
Taurus in ſyluam 49
Technam hanc in te ſtruxiſti 54
Tecum habita 262
Teipſum inſpice 1028
Teipſum laudas 640
Teipſum non alens, canes alis 589
Teli 1118
Telam hic texuit, ille diduxit 1102
Telamonis canit cantionem 820
Telegoræ citius donarim 529
Telemachi olla 998
Telluris onus 279
Telenicia echo 1029
Telenicho pauperior 1028
Tellenis cantilenas cane 597
Τελχῖνες 578
Telum ingens neceſſitas 504
Telũ & meum cuſpidem habet acu. 110
Temeſſeus genius 65
Tempeſtas rerum 1203
Tempori pare 467
Temporis punctum 479. & 408
Tempus longum uitiat lapidem 784
Tempus arguit amicum 127
Tempus index morum
Tempus noſce 296
Tempus omnia reuelat 537
Tempus omnium pater ibidem
Tempus omnium ſapientiſſimum ibidẽ
Temulentus dormiens non exci. 878
Tenebræ apud quercum 450
Tenedia bipennis 358
Tenedius homo 986
Tenedius patronus 987
Tenedius tibicen 589
Tenens teneris 380
Teneri calidis balneis 748
Tenuem nectis 679
Tenui filo 628
Tenui uens, tenui canale ibidem
Tenuiter diducis 911
Tenuis ſpes 908
Tentantes ad Troiam peruenerũt Græci 466
Ter 679
Ter abſtergere 265
Ter abſterſis dij dant meliora 323
Terebintho ſtultior 1029
Tergora tueri 462
Termeria mala 66
Terniones apud inferos 687
Terra amat imbrem 518
Terra defoſſum habes 821
Terræ filius 336
Terræ inteſtina 589
Terræ onus 281
Terra, mariq; 168
Terra mihi prius dehiſcat 748
Terram pro terra 496
Terra non profuit 806
Terram uideo 1141
Terra uolat 130
Terreſtria balnea 679
Tertium caput 920
Tertius Cato 237
Teruncium non inſumpſit 311
Teſſeram hoſpitalem confringere 390
Teſta colliſa teſtæ 905
Teſtaceum flagellum 1111
Teſta non fit lutum niſi tundatur 805
Teſta tenax odoris quo primum imbuta 339
Teſtimonia ſurda 858
Teſtis domeſticus 493
Teſtudinem equus inſequitur 1055
Teſtudinem Pegaſo comparas 333
Teſtudines edendæ aut non edendæ 391
Teſtudines ipſi edite, qui ecpiſtis 65
Teſtudines uincunt ſapientiam & uirtutem 559
Teſtudo intra tegumen tuta 805
Teſtudo non curat muſcam 677
Teſtudo leporem citius 335
Teſtulæ tranſmutatio 434
Tethidem & Galateam ſimul amare non potes 806
Tetigit lap. à cane morſum 107
Τετραώτης ἅρμα 122
Te tua, me mea delectant 81
Teuthidum more 1094
Thales pro ſapiente 904
Thaſium infundis 766
Thaſſus bonorum ibidem & 133
Theagenis hecatæum 807
Theagenis pecuniæ 678
Θεὸς ἀνήρ 226
Theocrines tragicus 1029
Theonino dente rodi 474
Thericlei amicus 807
Therſitæ facies 1035
Theſaurus carbones erant 353
Theſaurus cinis ibidem
Theſaurus malorum 131
Theſſila mulier 124
Theſſalorum alæ ibidem
Theſſalorum commentum 123
Θ præfigere 210
Θωπεύειν 993
Θράττειν 1149
Thraces fœdera neſciunt 622
Thracium commentum 383
Thraſybulo Dionyſium dicitis eſſe ſimilem 676
Thrioboli multi, uates pauci 271
Thriorũ complurĩ ſtrepitũ audiui 401
Thripes mali 708
Thunnicum enthymema 622
Thunniſſare 622
Thurium lema 1106
Thus aulicum 138
Thus pedere 901
Θύλακοι 677
Thylaco non ſerendum, ſed manu 745
Thymbra uictitans 1071
Θυμβροφάγοι 578
Thynni more 843
Thyrſigeri multi, Bacchi pauci 270
Tibiam tubæ comparas 332
Tibicen uapulat 1122
Tibicines mente capti 966
Tibicinis uitam uiuis 502
Tibijs apertis 224
Tibijs magnis ſpirat 225
Tibijs longis canere ibidem
Timidi mater non flet 1094
Timidi nunquam ſtatuerunt troph. 603
Timidiores proſpiciente 142
Timidior Piſandro ibidem
ubi Timor, ibi pudor 105
Timidus Plutus 897

Ayuntamiento de Madrid

Tinctura Cyzicena 961
Tinctura Sardonica 677
Tinctas pascere 676
Tiresia cæcior 143
Titanicus aspectus 622
Titanib. & Crono antiquiores 802
Titanas implorat 307
Tithymallus Laconicus 676
Tithoni senecta 256
Titiuillitium 1137
Titio ad ignem 676
Titius 1223
Tollat te qui non nouit 298
Tolle calcar 464
Tolle digitum 820
Tolle tolle mazam scarabeo 701
Tollendæ mali occasio 956
Tollenti onus auxiliare 25
Tollere cristas 331
Tollere cornua ibidem
Tholosanum aurum 404
Tonsoribus omnibus notũ 248. & 257
Toronæo portu surdior 681
Tota erras uia 53
Tota hulcus est 1191
Tota manu 737
Toto cœlo errare 53
Toto organo 742
Toto corpore 168
Toto pectore ibidem
Totum subuertere 739
Trabem baiulans 1149
Trabs in omnibus 1119
Tragicæ execrationes 292
Tragica simia 676
Tragice loqui 472. & 575
Tragicum malum 1029
Tragicum tueri 575
Tragicus rex 586
Trag. agere aut insanire 775
Tragœdias in nugis agere 675
Tragulam inijcere ibidem
Tranquillo quilibet gubernator est 1061
Tranquillum æthera remigas 179
Tranquillum uideo 458
Transuersum agere 675
Transuersum unguem 192
Τρεχέδεπνον 912
Tredecim cubitorum 1187
Trepidas ante tubam 670
Trepidat in morem galli 463
Trefis homo 312
Tria cappa pessima 878
Tria mala 471
ad Triarios res redijt 39
Tris ex curia 799
Tria saluberrima 1055
Tria uides è duobus 734
Tribulis factus serua ordinem 1019
Tribuni ærati 1201
Tribus bolis 909
Tribus minis insumptis, duodecim imputat 544
Tribus uerbis 1038
Tributis potiora 676
Tributum uel à mor. auser. 440
Tricæ, apinæ 93
Triceps Mercurius 921
Τεκνμία 242
Trimestres filij 284
Τείμενα ibidem
Triobolares 312
Trioboli homo ibidem
ex Tripode 305
Triftis litera 1193
Triftis scytale 436
Trium dierum commeatum 675
Trium literarum homo ibidem
Trœzenem nauiges 532
Trochi in morem 1143
Trophæum incruentum 603
Trophonij antrum 299
Trutina eadem pensari 193
Trutina iustius 387
Τρυγόβιοι 1108
Tuam ipsius terram calca 1043
Tua res agitur, quum proximus ardet paries 876
Tuas res tibi habeto 1138
Tu in legione, ego in culina 1196
Tuis coloribus te pingam 162
Tuis uestigijs 1010
Tumultus post bellum 1025
Tunicati 1061
Tunica pallio propior est 155
Turbas me ut unda inaniter 810
Turdo surdior 681
Turdus malum cacat sibi 54
Turpe silere 626
Turpis iactantia 943
Turture loquacior 299
Tußis pro crepitu 255
Tutorem esse alicui 545
Tute hoc intristi, omne &c. 65
Tute lepus es 230
Tuum tibi narro somnium 693
Τύπῳ ἐπεῖν 912
Tyro antiqua 921
Tyrotarichus 1198
Tyria maria 1056
Τυμβογέροντες 435

V

VAcuam abstergere 1028
Vacuam inhabitare 1112
Vale charum lumen 635
Valeat amicus cum inimico 1047
Valeat multum, negotium meum non est 702
Væ uictis 596
Valentes recte consulunt ægrotis 256
Vallum ac fossa 33
Vallus uitem decepit 463
Valere pancratice 674
Vanæ coniecturæ 945
Vapula papyria 1057
Vasis instar 1134
Vas malum non frangitur 1023
Vates optimus qui bene conijcit 523
Vates seccum auferat omen 1189
Vatem onutte 692
Vatinianum odium 488
Vati non conuitiandum 1212
Vatum irritabile genus 358
Vatum genus auarum 1212
Vbi amici, ibi opes 119
Vbi bene es, ibi patria est 488
Vbi cerui abijciunt cornua 584
Vbi cognitum est quod erat oc. 956
Vbi per harma fulgurarit 221
Vbi timor, ibi pudor 105
Vbi tu Caius ego Caia 102. & 1144
Vbi non sis qui fueris, non est quur uelis uiuere 321
Vbi paueris impera 1043
Vbi quis dolet, ibid. & manũ habet 469
Vehementer cupientis 930
Vela uentis permittere 171
Vela uertere, funem reducere 364
Velatis manibus orare 1208
Vel acum inuenisses 903
Vel cæco appareat 238
Vel puero perspicuum ibidem
Vel capra mordeat nocentem 541
Vel hosti miserandus 876
Velitari 1215
Velle suum cuique 122
Vel Megaram usque 1104
Velis equisq; 166
Velocem tardus assequitur 295
Vel mus mordeat improbum 339
Velut è speculo 1039
Velut in cratere ibidem
Venari in mari 181
Venatio datur & malis 566
Venatum præmouere 844
Veneris cestum habent 770
Veneri suem immolauit 740
Veneris lac 254
Venerem iusiurandum 559
Veniat hospes quisquis profuturus est 636
Venia primum experienti 364
Veni in regionem 696
Venimus ad summam lineam 911
Venter auribus caret 674. & 952
Venter pinguis non gignit sensum tenuem 866
Venti auferant 453
Venti campus 583
Ventis tradere 726
Ventis loqueris 182
Ventorum stationes 583
Ventos colis 178
Vento uiuere 1158
Ventum perendinum prædicere 873
Ventrem mihi obijcit 626
Ventre pleno melior consultatio 909
Ventres 672
Ventus neque manere finit, neque nauigare 571
Ventus quocunque tulerit 394
Venus friget sine Cerere & Bac. 531
Vera fronte 1190
Verba importat Hermo. 624
Verba pro farinis 600

Ayuntamiento de Madrid

Verbera lapidem 584
Verbigerari 711
Verbis conceptis peierare 1195
Verbis pugnas, non re 938
Verbis coquinarijs 1155
Verborũ ſtrepitu ne quid moueare 938
Verbotenus amicus 937
Verecundia inutilis uiro egenti 625
Ver ex anno tollere 1082
Ver hycmem ſequitur 559
Veriora ijs, quæ apud Sagram acciderunt 350
Veriſimiliter mentiens 939
Veritas odium, obſequium amicos parit 690
Veritatem aperit dies 538
Veritatis ſimplex oratio 155
Verno luto 1184
Vero uerius 1138
Verrucis offendi qui tubera habet 264
Verſatilis Artemon 957
Verſator mag. in negocio lcui 834
Vertumno inconſtantior 480
Veruecea ſtatua 1199
Veru ſignare 211
Veſpa cicadæ obſtrepens 332
Veſper quid uehat neſcis 270
Veſpertilio 1165
Veſtem mutare 116
Veſte circumferens ignem 1022
Veſtigijs inhærere 1183
Veſtigijs omnibus inquirere 1010
Veſtigium ponere 1186
Veſtis uirum facit 748
Vetera uaticinari 1179
Vetulo cane latrante 123
Via cum adſit ſemitam quær. 1008
Viam qui neſcit in mare, fluuium ſequatur 646
Vias nouit quib. effugit Eucrat. 674
Via exacta uiaticum quærere 826
Viam rectam ingredi 844
Via publica nemo, &c. 847
Via pedum eſt uiſa 854
Vicino opta ut habeat 842
Vicinia ſalſuginoſa 246
Vicinus malus & bonus 44
Vicinus uocandus 526
Viciſſim capimus & capimur 864
Viciſſitudo rerum iucundiſs. 294
Viciſſitudo rerum omnium 293. & 946
Victi non audent hiſcere 1036
Victitant ſucco ſuo 674
Victoria ἐτιγαλὼς 294
Victoria meliorum 239
Victoria non incruenta 926
Victis dolor 596
Victus ſpinoſus 1125
Victus uictorem complectens 369
Vilis cœna non gignit debacchationem 1070
Vincere ſine ſanguine 603
Vinaria angina 1137
Vincula Tyrrhena 1019
Vinculo maniuoro 707
Vinculum Herculanum 359
Vindemiam impune facere 401
Vindicta tarda, ſed grauis 940
Vindicta uelox 1211
Vincta propria cædere 261
Vino inſcribere mulieris iuſiurãdũ 269
Vino repuerascere 428
Vino ſapientia obumbratur 475
Vino uendibili ſuſpenſa hedera nihil opus 601
in Vino ueritas 275
Vinum animi ſpeculum ibidem
Vinum caret clauo 497
Vinum dementat ſapientes ibidem
Vinum equus poctæ 596
Vinum & ueritas 275
Vinum quum adſit, acetum bibit 734
Vinum ſenem etiam uel nolentem ſaltare compellit 497
Vir fugiens haud moratur lyræ ſtrepitum 386
Vir fugiens denuo pugnabit 387
Virgiferos ſequi 646
Virgo primum 856
Virgines ſemper furiæ 682
Virgula cenſoria 1143
Virgula diuina 77
Virgultea ſcaphula Aegæum tranſmittere 437
Viri aurei 303
Viri boni lacrymabiles 642
Vir in diſcrimine apparet 924
Viri duplices 736
Viri infortunati procul amici 673
Viri iureiurando, pueri talis fallendi 806
Viri ſenis uſtaphis calua 670
Viro eſurienti neceſſe furari 856
Viro Lydo negotium non erat 645
Viro malo ne comes uiæ fueris 470
Vir ornat magiſtratum 398
Viros bonos omnia decent 692
Viro ſeni maxillæ baculus 600
Virum improbum uel mus mordeat 339
Virtus æterna 1210
Virtus gloriam parit 1152
Virtus ſimplex 1138
Virtute duce, comite fortuna 1185
Virtutem omnem in ſe complectitur iuſtitia 522
Virtutem omnem explica 1200
Virtutem & ſapientiam uincunt teſtudines 559
Vir uidebatur nauis ſupplicans ſcopulo 856
Vita doliaris 329
Vitæ finem ſpectu 135
Vita & anima 527
Vita macerata 330
Vita molita 1023
Vitæ contemptu inuadunt 932
Vitæ curam antep. omnibus 929
Vita hominis peregrinatio 1191
Vita iucundiſs. in nihil ſapiendo 719
Vitam uiuis inſperatam 829
Vita mortalium breuis 959
Vitandæ potentium offenſæ 957
Vita ſpinoſa 1124
Vita ſponſi 693
Vitelliana cicatrice ſtigmoſus 858
Vitiat lapidem longum tempus 784
Vitioſa nuce non emam 311
Vitilitigator 601
Viua uox 82
Viuere in diem, ex tempore 329
Viuerram tenes 871
Viuit aut mortuus eſt 638
Viuit, incende ignem 674
Viuorum meminiſſe oportet 97
Viuum cadauer 533
Viuum noueris 1195
Viuum ſepulchrum 533
Viuus an mortuus ſit neſcio 269
Viuus fueris uel cepe ſolum accipiens 862
Viuus uidensq; 1035
Vixerunt 360
Vixiſſe ſatius quàm uiuere 513
Vixit dum uixit bene 856
Vltra catalogum 856
Vltra Eurybatum 109
Vltra fuſum uel penſum 256
Vltra Gades 846
Vltra Hyperbolum 1032
Vltra linum 741
Vltra peram ſapere 856
Vltra res Callicratis 670
Vltra uires nihil aggred. 924
Vltro deus ſuppeditat bo. 672
Vltro citroq; 158
Vlulas Athenas 77
Vlyſſes pannos exuit 1050
Vlyſſeum commentum 673
Vlyßis remigium 714
Vmbilicus 1119
Vmbra amici, panis, &c. 370
Vmbræ 33
Vmbra fumi 534
Vmbræ in morem ſequi 910
Vmbræ ſomnium 509
Vmbræ uolitant 515
ne Vmbram quidem eius nouit 369
Vmbram ſuam metuere 214
Vmbram pro corpore 784
Vmbra territus 246
Vnà cum ipſo caniſtro 451
Vnà cum ipſis manipulis 604
Vnà cum templis & aris 1060
Vna domus non alit duos canes 463
Vna hirundo non facit uer 307
Vnà lauabor 647
Vna myconus omnia 548
Vna nauis non uehit 999
Vna pertica 1076
Vna ſcutica omnes impellit 715
Vna uoce 548
Vncis unguib. quæ ſunt ne nutrias 25
Vnctius 1215
Vndarum in ulnis 1101
Vndas numeras 176

Ayuntamiento de Madrid

Vndecunque lucrum captant 948
Vnde excoquat ſeuum 918
Vnedones 97
Vnguem medium oſtendere 555
Vnguento mortuum perungis 803
Vngues arrodere 881
Vngues demorſos ſapit ibidem
Vngui notare 211
Vnguis in hulcere 260
Vnguium, criniumq; præſegmina ne commingito 25
Vnico digitulo ſcalpit caput 317
Vnica filia duos parare generos 270
Vnicum arb. haud alit duos erit. 463
Vni cum duob. non eſt pugnand. 1221
Vni naui ne committas omnia 1041
Vnione ſignare 209
Vnius manus infirma pugna 530
Vnius peccatum totæ ciuitas luit 45
Vno collyrio 1053
Vno die conſeneſcere 814
Vno digitulo 1057
Vno dignus 312
Vno faſce complecti 231
Vno ore 348
Vno tenore 376
Vnum ad unum 468
Vnus contra multos 204
Vnum è tribus malis 857
Vnus deus & plures amici 835
Vnus homo non facit ciuit. 307
Vnus multorum inſtar 929
Vnus uir haud cernit omnia 205
Vnus uir, nullus uir 204
Vocales 1216
Vocatus atque non uocatus deus aderit 501
Vocem omnem mittere 1105
Vociferatio 935
Volam pedis oſtendere 1187
Volare ſine pennis haud facile 860
Volantia ſectari 349
Volaticum iuſiurandum 1020
Volens nolente animo 646
Volentem bouem ducito 992
Voluitur dolium 1024
Voluptas fœda 954
Voracior purpura 525
Vorare harnum 585
Vorſuram ſoluere 381
Votum munificum 671
Voti compos 930
Vrbanus nihil æqui cogitat 815
Vrinandi artem docui te 835
Vrceum in foribus 385
Vrit abſque torre 1041
Vrſus quum adſit veſtigia quæris 385
Vrſi naſum fumantem tentaueris 856
Vſque ad aras amicus 765
Vſque ad rauim 1001
Vſque ad plaudite 849
Vſura ante uſuram 547
Vſura currit citius q̃ Heraclitus 622
Vſuræ nauticæ 1170
Vſus, eſt altera natura 1162
Vtere curru, de aſinis nihil lab. 899
Vterque ambo 1031
Vt canis è Nilo 369
Vt ex bulga matris 1205
Vt fici oculis incumbunt 668
Vt herba ſolſtitialis 1177
Vtilis nec ſibi nec alijs 579
Vti foro 68
Vtinam domi ſim 671
Vtinam male, quemadmodum inueniſti, eijcias ibidem
Vt in uelabro olearij 918
Vt ita loquar 912
Vt lupus ouem 1134
Vt luti baiuli 1148
Vt Phrygius amauit Pierian 1190
Vt nunc ſunt homines 930
Vt poſſumus, quando ut uolumus non licet 320. & 864
Vtramque paginam facit 537
Vtraq; manu adeſſe 347
Vtrem cædis 180
Vtrem mergis uento plenum 823
Vtrem uellis 180
Vtres Thylaci 1104
Vtre territas 246
Vtroque claudicare 808
Vtroque nutans ſententia 878
Vtroque pollice laudare 323
Vtrunque 1014
Vulcanus tibi uaticinatus eſt 535
Vulcanium uinculum 671
Vulgi ingratitudo 948
Vulgus ſuſpicax 952
Vulpe pellace benignior 1011
Vulpes annoſa haud cap. laqueo 380
Vulpes bouem agit 604
Vulpes multa, echinus unum nouit 194
Vulp. haud corrump. muneribus 380
Vulp. non iterum capitur laqueo 571
Vulpes quàm facile pyrum comeſt 857
Vulpi eſurienti ſomnus obrepit 614
Vulpina pellis aſſuenda, ſi leonina non ſufficit 859
Vulpinari cum uulpe 88
Vultur ſi es, cadauer expecta 273
Vultu ſæpe læditur pietas 1160
Vulturis umbra 647
Vxor ſeni ſponſa regina 310

X

Xenocratis calculus 848

Y

Υθλᾶς 185
Υπεμνισμάτιον 1030
Υπεγμαζᾶν 618

Z

Zaleuci lex 714
Ζάθεος 226
Zenone moderatior 400
Zenonium eſt & lentem coquere 1118
Zoili 567
Zonam perdidit 193
Ζοφοροδόρπιδες 912
Zopiri talenta 715
Ζωροποτεῖν 497

FINIS.

LOCI SECVM CONGRVENTIVM ET PVGNANTIVM MATERIARVM.

Numerus columnas ſequentis Indicis demonſtrat.

Diuitiæ 1
Paupertas 1
Munerum corruptela 2
Forma, deformitas 3
Tædium ex iteratione 3
Iteratio citra tædium 4
Moleſti intolerabiles 4
Ingrata ob uetuſtatem 4
Nupera 4
Iteratus error 4
Error in initio 4
Garrulitas 4
Breuiloquentia 5
Clamoſus 5
Rixoſus 6
Taciturnitas illaudata 6
Laudata 6
Infacundia 6
Facundia 6
Munus, non munus 7
Exitium honeſtum 7
Malum immedicabile 7
Induſtria 7
Ignauia, inſcitia 7
Ingratitudo 8
Gratitudo 8
Simulatio, diſſimulatio 8
Libertas, ueritas 9
Seruitus 9
Vanitas 9
Curioſitas & contra 10
Crudelitas 10
Timiditas, ignauia 10
Inanis metus 11
Audacia 11
Fortitudo 11
Cedendum multitudini 12
Liberalitas 12
Tenacitas 12
Hoſpitalitas & contra 12
Profuſio 12
Rapacitas, auaritia 12
Sordes & Parſimonia 13
Perficiendi, abſoluendi 14
Ab initio ad finem 15
Similitudinis & con. 15
Diſſimilitudinis & incongruentiæ 17
Munus aptum & inep. 17
Infortunij, exitij 18
Bonæ fortunæ, copiæ, augurij 19
Malum accerſitum 20
Sera pœnitentia 21
Serum remedium 22
Damnandi 22
Approbandi 22
Iudicandi rectè 22
Alta alijs placent 23
Aberrandi 23

Cæcut

Cæcutientia 23
Perſpicacitas 23
Perſpicuitas 23
Obſcuritas 23
Surditas 24
Attentio & contra 24
Obſecundantis 24
Correctio dicti 24
Commodum interuerſum 24
Impoßibilia 24
Abſurda, indecora, præpoſtera 25
Inanis opera 26
Difficultatis 29
Procliuit. & contrà 29
Nunquam 30
Semper 30
Nuſquam 31
Præfatio beneficij uel officij 30
Malum conduplicatum aut nouatum 30
Malum male uitatum 30
Malum aſſuetum 31
Mali retaliatio 31
Inæqualis penſatio 31
Alibi diminutum, alibi redditum 31
Fruſtrata ſpes 31
Deſperatio 32
Præter ſpem bonum aut malum 32
Malum uertens bene 32
Subiti interuentus 32
Magnifica promiſſa 32
Votum 33
Spes pertinax 33
Excellentia, inæqualitas 33
Differentiæ 34
Æqualitas 35
Vincere & uinci 35
Victoria utrinque 35
Non ſolus ille 35
Securitas & tute. rei 35
Contemptus & uilitatis 36
Dignitatis 38
Proximis utendum 39
Inconſtantiæ, perfidiæ, uerſutiæ 39
Mutandæ ſententiæ 40
Mutati inſtituti 40
Fortunæ commutatio 41
Temperantia 41
Intemperantia, libido 41
Modeſtia moduſq; 42
Arrogant. iactantiaq; 43
Philautia 44
Contrarium Philautiæ 44
Manſuetudo 44
Aſperitas, moroſitas 44
Occaſio 45
Sumptuoſa 45
Frugalitas 45
Luxus & Mollicies 45
Lauticiæ 46
Fames 47
Feſtinationis 47
Feſtinatio præprop. 47
Tarditatis & cuncta. 48
Salubritas 48
Inſalubritas 48
Diuturnum 49
Hæredipetæ 49
Senium præmaturum, aut mors 49
Longæuitas 49
Iuuenta 49
Vita hominis & miſera & breuis 49
Prudentia ſenilis 50
Prudentia 50
Alijs ſapere 50
Prudentia coniuncta u. 50
Inſtans 50
Anceps & dubius 50
Perplexus 51
Decretum 51
In deprehenſos 51
Metus & conſcientia 51
Vinculum inſolubile 51
Vltio malefacti 52
Metus pœnæ 53
Aliena à re 53
Aliena curantis 53
Ad rem pertinentia 53
Acceſſentis 53
Inſidiæ 54
Coniecturæ 54
Calumnia 54
Obtrectatio & ma. 55
Cauſa indefenſa 55
Carpentis ſeipſum 55
Neceſſitas 55
Triſtitia, lætitia 56
Sollicitudo 56
Nuncius lætus 56
Minantis 57
Vehementia, Languor 57
Amor 57
Amicitia 57
Adulatio 58
In delicijs 59
Odium 59
Ira 59
Inuidia, æmulatio 59
Diffidentia 60
Fraus ab amico 61
Diligentiæ 61
Aſſiduitas 61
Indiligentiæ 61
Somnolentia 61
Occupatio, ocium 61
Iuſtitia 62
Iniuſtitia 62
Rigor 62
Vis iniuſta 62
Inculpatus 63
Temeritas 63
Pudor 63
Impudentia 63
Pudicitia 63
Impudicitia 63
Originis 63
Nobilitas, obſcur. 64
Degenerantium in peius 64
Initium laudatum 64
Proficientium in melius 64
Proprij commodi ſtud. 65
Lucrum ex ſcelere 65
Internitio 65
Subitum exitium 65
Totum ut nihil reliqui 65
Obliuio 65
Memoria 66
Elabendi 66
Ex ſeſe 66
Domi uiuere 66
Fœminæ 66
Æquanimitas 66
Solitudo 66
Ignoratio 66
Nouitas 67
Notus 67
Occulta 67
Vices officij 67
Fides & graultas 67
Perfidia 68
Conſilium 68
Cum auxilio, citra auxilium 68
Intempeſtiua, inepta 69
Tempeſtiua 69
Seruire tempori 69
Deprecandi, abomi. 69
Execrandi 70
Ominandi 70
Beneficium corruptum 70
Riſus 70
Deriſio 70
Impoſturæ 70
Fortunata ſtultitia 71
Citra laborem 71
Incitare 71
Diſcriminis 71
Alieno periculo 72
Experientiæ ſeu pericl. 72
Secundæ experientiæ 72
Imperitia 72
Conatus 73
Pertinacia 73
Incertus euentus 73
Ex euentu iudicium 73
Multi 73
In ſtupidos 74
Prælongi 75
Improbi 75
Ingenij mali, & infti. 76
Malus uicinus 76
Aperte & craſſe 76
Raritas 76
Concordia 76
Diſcordia 76
Fuerunt, non ſunt 76
Exilium 77
Acceßio puſilla, aut nimia 77
Focus 77
Vſura 77
Probrum, gloria 77
Munus boni conſu. 77
Libenter 77
Refugium 77
Docilitas 78
Diuitum prærogatiua 78
Repellentis 78
Mira noua 78
Omnia 78
Illecebra mali 78
Exercitatio 78
Contagio morum 79
Commodo magno 79
Tumultus 79
Potentes 79
Magni momenti 79
Scurrilitas 79
Auxilium 79
Bibacitas 79
Honos indigno 79
Maledicentia 80
Nugalia 80
Mixta 80
Paraſiti 80
Puniri pro alio 80
Veneficia 80
Tolerantia 80
Toruitas 80
Fucus 80
Ocium 80

FINIS.

INDEX LOCORVM SECVNDVM SERIEM literarum, quo facilius lector, id quod quærit, inueniat.

A

Aberrandi 23
Ab initio ad finem 15
Abſurda indec. præpo. 25
Acceßio puſilla aut 77
Ad rem pertinentia 53
Adulatio 58
Æquanimitas 66
Æqualitas 35
Alia alijs placent 23
Alibi diminutum, alib. 31
Aliena à re 53
Aliena curantis 53
Alijs ſapere 50
Alieno periculo 72
Amicitia 57
Amor 57

Ayuntamiento de Madrid

Anceps & dubius 50
Aperte & craſſe 76
Approbandi 22
Arrogantia, iactantia 43
Aſperitas, moroſitas 44
Aſſiduitas 61
Attentio & contra 24
Audacia 11
Auxilium infirmum 79
B
Beneficium corruptum 70
Bibacitas 79
Bonæ fortunæ, copiæ augurij felicitatis 19
Breuiloquentia 5
C
Cæcutientia 23
Calumnia 54
Carpentis ſeipſum 55
Cauſa deſperata 55
Cedendum multitudini 11
Citra auxilium 68
Citra laborem 71
Clamoſus 5
Commodo magno emp. 79
Commodum interueniens 24
Conatus 73
Concordia 76
Coniecturæ 54
Conſilium 68
Contemptus & uilitas 36
Contagio morum 79
Contrarium philautiæ 44
Correctio dicti 24
Crudelitas & contra 10
Cum auxilio 68
Curioſitas 10
D
Damnandi 22
Decretum 51
Degenerantium in peius 64
Deprecantis abomi. 69
Deriſio 70
Deſperatio 32
Difficultatis 29
Diffidentiæ 60
Differentiæ 54
Dignitatis 58
Diligentiæ 61
Diſcordia 76
Diſcriminis 71
Diſſimilitud. & incongr. 17
Diuitiæ 1
Diuitum prærogatiua 78
Diuturnum 49
Docilitas 78
Domi uiuere 66
E
Elibendi 66
Error in initio 4
Excellentia, inæqual. 33
Execrandi 70
Exercitatio 78
Ex euentu iudicium 73
Exitium honeſtum 7
Exitium 77
Experientiæ ſeu pericl. 72
Ex ſeſe 66
F
Facundia 6
Fames 47
Feſtinationis 47
Feſtinatio præpo. 47
Fides & grauitas 67
Fœminæ 66
Focus 77
Forma, deformitas 3
Fortitudo 11
Fortunæ commutatio 41
Fortunata ſtulticia 71
Fraus ab amico 61
Frugalitas 45
Fruſtrata ſpes 31
Fuerunt, non ſunt 76
Fucus 80
G
Garrulitas 4
Gratitudo 8
H
Hæredipetæ 49
Honos indigno habit. 80
Hoſpitalitatis & contra. 12
I
Ignauia, inſcitia 7
Ignoratio 66
Impoſſibilia 24
Illecebra mali 78
Imperitia 72
Impoſturæ 70
Improbi 75
Impudentia 63
Impudicitia 63
Inanis metus 11
Inanis opera 26
Inæqualis penſatio 31
Incertus euentus 73
Incitare 71
Inconſtantiæ, perfidiæ, uerſutiæ 39
Inculpatus 63
In delicijs 59
In deprehenſos 51
Indiligentiæ 61
Induſtria 7
Infacundia 6
Infortunij ſiue exitij 18
Ingenij malitia et inſtitutio 76
Ingratitudo 8
Ingrata ob uetuſtatem 4
Initium laudatum 64
Iniuſtitia 62
Inſalubritas 48
Inſidiæ 54
Inſtans 50
In ſtupidos 74
Intemperantia, libido 41
Intempeſtiua & inepta 69
Internitio 65
Inuidia, æmulatio 59
Ira 59
Iteratio citra tædium 4
Iteratus error 4
Iudicandi, recte, ſecus 22
Iuuenta 49
Iuſtitia 62
L
Laceſſentis 53
Lætitia 56
Languor 57
Lautitiæ 46
Libenter 77
Liberalitas 12
Libertas, ueritas 9
Longæuitas 49
Lucrum ex ſcelere 65
Luxus & mollicies 45
M
Magnifica promiſſa 32
Magni momenti 79
Maledicentia 80
Mali retaliatio 31
Malum conduplicatum 30
Malum uertens bene 32
Malum aſſuetum 31
Malum accerſitum ac redditum 20
Malum male uitatum 30
Malum immedicabile 7
Malus uicinus 76
Manſuetudo 44
Memoria 66
Metus & conſcientia 51
Metus pœnæ 53
Minantis 57
Mira noua 78
Mixta 80
Modeſtia, modeſtuſq; 42
Moleſti intolerabiles 4
Multi 73
Munerum corruptela 2
Munus non munus 7
Munus aptum & ineptum 17
Munus boni conſul. 77
Mutandæ ſententiæ 40
Mutati inſtituti 40
N
Neceſſitas 55
Nobilitas, obſcuritas 64
Non ſolum ille 55
Notus 67
Nouitas 67
Nugalia 80
Nunquam 30
Nupera 4
Nuſquam 31
Nuncius lætus 56
O
Obliuio 63
Obſcuritas 23
Obſecundantis 24
Obtrectatio 55
Occaſio 45
Ocium 80
Occulta 67
Occupatio, ocium 61
Odium 58
Ominandi 70
Omnia 78
Originis 63
P
Paraſiti 80
Paupertas 1
Penſatio beneficij 30
Perficiendi, ſiue abſoluendi 14
Perfidia 68
Perplexus 51
Perſpicacitas 23
Perſpicuitas 23
Pertinacia 75
Philautia 44
Potentes 79
Prælongi 75
Præter ſpem bonum 32
Probrum, gloria 77
Procliuitas 29
Proficientium in melius 64
Profuſio 12
Proprij commodi 65
Proximis utendum 59
Prudentia 50
Prudentia ſenilis 50
Prudentia coniuncta uirib. 50
Pudicitia 63
Pudor 63
Puniri pro alio 80
R
Rapacitas, auaritia 12
Raritas 76
Refugium 77
Repellentis 78
Rigor 62
Riſus 70
Rixoſus 6
S
Salubritas 48
Scurrilitas 79
Secundæ experientiæ 72
Securitas & tut. 35
Semper 30
Senium præmaturum 49
Sera pœnitentia 21
Serum remedium 22
Seruire tempori 69
Seruitus 9
Similitudinis & congr. 15
Simulatio, diſſimulatio 8
Solitudo 66
Sollicitudo 56
Somnolentia 61
Sordes & Parſimonia 13
Spes pertinax 33
Stupidi 78
Subitum exitium 65
Subitus interuentus 32
Sumptuoſa 45
Surditas 24
T
Taciturnitas laudata 6
Taciturnitas illaudata 6
Tædium ex iteratione 3

Ayuntamiento de Madrid

Tarditas & cunctatio 47
Temeritas 63
Tenacitas 12
Temperantia 41
Tempestiua 69
Timiditas ignauia 10
Tolerantia 80
Torpitas 80
Totum ut nihil reliqui 65
Tristitia, lætitia 56
Tuta 75
Tumultus 79
V
Vanitas 9
Vehementia languor 57
Veneficia 80
Vices officij 67
Victoria utrinque 35
Vincere & uinci 35
Vinculum insolubile 51
Vis iniusta 62
Vita hominis misera & breuis 49
Vltio maleficti 52
Votum 33
Vsura 77

FINIS

INDEX PROVERBIORVM
IVXTA LOCOS.

1

DIVITIAE

Crœso, Crassodiuitior 258
Midæ diuitiæ 236
Lysistrati diuitias 834
Pactoli opes 219
Cyniræ opes 752
Pelopis talenta 236
Ad ambas usque au. 500
Ne decima quidem 547
Vltra res Calliera. 670
Zopyri talenta 715
Diues aut iniquus 358
Satietas ferociam 910
Octipedes 354
Quantum non miluus 864
Tantali talenta 236
Noctuæ Liureoticæ 659
Dextro Hercule 62
Prædiues 931
Quantum habet quisque 1036
Pecuniæ uir 661
Vnde excoquat 928
Adminicula uitæ 958
Diuitiæ non semper 950
Vestis uirum facit 748
Lysicrates alter 834
Magnum os anni 630
Nullius indigens 694
Euparyphus ex eo. 1061
Atarginæ nouilu. 1034
Arabum gaza e 259
Persici apparatus ibidem
Tantalicæ opes 236
Φαινοπροσωπεῖν 1204
Herculis quæstus 1194
Diuitiæ non semper optimis contingunt 950
Ad pedes, ad caput 1092
Λακκόπλουτοι 1035

PAVPERTAS

Obolum non habet 140
Leberide nudior 41. & 143
Iro, Codro pauperior 259
Nudior paxillo 724
Telenico pauperior 1028
Nudus tanquam ex matre 669
Ne pelle quidem 699
Araneas cijcere 1037
Cum exosis suum ro. ibidem
Macilenta manu ibidem
Pedem ubi ponat 191
Cinclus 482

2

Pastillo nudior 1030
Paupertas sapientiam 195
Pauper, sed ingeni. 957
Multa docet fames 1016
Zonam perdidi 193
Animam debet 382
Saguntina fames 366
Meliæa fames ibidem
Famis campus ibidem
Λιμοδωρεῖς 909
Aquam bibens 596
Non est dithyrambus 1032
Quærendæ facul. 687
Pausone mendicior 1032
Qui eget, in turba 957
Hecalæ pauperior 259
Fames magistra 195
Ad incitas 1128
Centro & spatio circumscripta ibidem
Ne tempestas quidem 1167
Non habet cui indorm. 1158
Omnia præter ani. 1161
Ostiatim 1168
Tunicati 1061
Mendico ne paren. 1016
Bipedalis 1028
Canalicolæ 909
Omnem facultatem 830
Theagenis pec. 678
Cleomenes superat 1031
Certissima pauper 1086

MVNERVM corruptela

Argentanginam patitur 276
Bos in lingua ibidem
Bouem in faucibus 495
Lupi illum priores 303
Malis ferire 535
Muneribus uel dij 128
Virtutem & sapientiam 559
Dorica musa 577
Pecuniæ obediunt 153
Munerum corruptela 948
Muneribus res ag. 927
Argenteis hastis 637
Qui multa rapue. 479
Vulpes haud cor. 380
Corrupta iudicia 927
Faba nummus . . . 1201
Guttam aspergere 1194
Salucte equorum filiæ 1149

3

Pecuniosus damnari non potest 1143

FORMA, DEformitas

Ominabitur aliquis 1009
A furijs oriundus ibidem
Leporem non edit 1025
Myconius caluus 417
Pistillo caluior 1030
Multam syluam gest. 873
Pronomi barba 1019
Trœzenem nauiges 532
Quod pulchrum, idem amicum 1131
Callipygos 1116
Perdicis crura 464
Ex ouo prodijt 159
Pulchrum etiam 148
Simia est simia 272
Thersitæ facies 1035
Corytheo defor. 765
Simiarum pulcher. 180
Μονόγαμμοι 1046

TAEDIVM EX iteratione

Longum procœmium audiendi cupido 1156
Terram uideo 1141
Iterum atque iterum 713
Iterum tranquillitatem 458
Lens deus 1119
Iouis Corinthus 432
Crambe bis posita 203
Eandem tundere inc. 374
Cantilenam eandem 585
Eadem per eadem 222
Hyperi uertigo 654
Date mihi pel. 750
Parni scaphula 169
Sardi uenales 229
Callicyrijs plures 769
Non missura cutem 538
Linum lino nectis 328
Ad restim funiculum 845
Rhodiorum oraculum 610

ITERATIO CItra tædium

Bis terque quod pulchr. 96
Honesti nulla satietas ibidem
Vnedones 97

4

MOLESTI INtolerabiles

Ferire frontem 1200
Lippo oculo si. 469. & 1196
Ne bestiæ quidem 1166
ὁλοίχιν & 1210
Tota hulcus est 1191
Musceæ improbitas 935
Onus nauis 802
Quos non tollerent 853
Aegyptius laterifer ibidem
In culmo arare 1034
Qui conturbat omnia 949
Anno senior 909
Vt fici in oculis 668
ἄγαν καὶ φέρειν 905
Athos celat latera 782
Maniuoro uinculo 707
Aethna, Athon 1048

INGRATA OB uetustatem

Piscis nequam 1202
Piscis repositus 113
Quantum ex Bacchanalibus 988
Antiquiora Diphthera 197
Ab Aboriginum seculo 996
A Nannaco ibidem
Res canniceæ 657
Antiquior quàm chaos 663
Per antiquum diem 855
Pellenea tunica 801

NVPERA

Heri & nudiustertius 577

ITERATVS error

Eadem oberrare 192
Iterum ad lapidem 191
Non licet bis in bel. 746
Vulpes non iterum c. 571
Cauendum ab eo 929
Venia primum expe. 364
Sus in uolutabrum 1032
Canis reuersus ad. 843
Decipienti semel 1083

ERROR IN initio

In limine deficere 218
In portu impingere ibidem
Cantherius in porta ibidem

GARRVLITAS

Architæ crepitus. 637

Ayuntamiento de Madrid

Arabius tibicen 281
Turture loquacior 295
Prolixius Iliade 1080
Cornicari 274
Daulia cornix 879
Hirundinum muſica 457
Luſciniæ nugis inſid. ibidem
Λέσχαι 257
ἄσιτα συμπόσια ibidem
ἄσιτος μέθη 119
In mentē quid uenerit 216
Ad uinum diſerti 1172
Cicadæ humi cantant 1208
Citeria 637. & 1147
Muſarum aues 1092. & 1193
Tam multa quā ſapiens 1148
ἀθυρόγλωσσος 827
Dodonæum æs 32
Caute loquacior 872
Littore loquacior 604
Cicada uocalior 374
Non eſt eiuſdem & multa & opportuna 115
Homo ſemper contradi. 1116
Os infrenc 827
Κερνοχύδολέσχαι 1100
Tanquam ſubet 867
Telenitia echo 1029
Balneator 248
Battologia 452
Moſcus canens Bœ. 812
Si coruus poſſet tacitus paſci 1006
Quicquid in buccā uenerit 226
Quicquid in linguam uenerit ibidem
Citra uinum temulen. 119
Meliacum nauigium 703
Interſecta muſica 817
Lingua quò uadis 467
Leuiſſima res oratio 738
Saburratus 116
Cane Tellenis 597
Farcire centones 553
Sine capite fabula 36

BREVILOquentia

Grata breuitas 1074
Laconiſmus 452. & 711
Tribus bolis 909
Pauciloquus, ſed 923
Minore finire po. 872
Numero dicis 911
Vno fiſce complecti 231
Tribus uerbis 1038
ἐν ἐπιτομῇ 1176

CLAMOSVS

Septem conuiuium 138
Clamoſior lauro 631
Vſque ad rauim 1001
Claudiana tonitrua 767
Apertis tibijs 224
Cyclobori uox 766
Sarpedonium littus 683
Stentore clamoſior 304
In clamoſos 924
Abydena illatio 571
Abſit clamor in colloquio aut luſu 941
Columnas rumpere 1035
Calamo boas 1099
Λαρυγγίζειν 1177

RIXOSVS

Rhodij ſacrificium 610
Spirat Cæcias 1156
Inſana laurus adeſt 543
Lindij ſacrum 570
Litem mouebit 340
Erethrienſium rho. 666
Canina facundia 545
Litem incipere 928
Ne allia comedas 990
Ptolemaica lis 864
Syrbenæ chorus 641
Vltra hyperbolum 1832
Tetigit lapidem à cane morſum 1072

TACITVRNITAS illaudata

Bacchæ more 248
Magis mutus quā piſcis 199
Rana ſeriphia ibidem
Caput ſine lingua 399
Muta perſona 398
Muti magiſtri 83
Ne gry quidem 310
Mutus magis quā ſcapha 663
Mutus Hipparchion 663
Acanthia cicada 192
Reddit Harpo. 997
Statua taciturnior 1039
Taciturnior Pytha 1035
Amyclas perdidit ſil. 341
Doryphorematis ritu 1071
ἐχεμυθία 199
Iunco ſicco 1172

LAVDATA

Silentij tutum præmium 842
Mulierem ornat ſilen. 1006
Alia committēda, alia celanda
Quod ſcis, neſc. 863 (953
Qui obticeſcit 937
In ſinu gaudere 124
Qui continet arcanum 959
Muti citius loquen. 1084
Areopagita taciturnior 1179

INFACVNDIA

Βατταείζειν 917
Canere ad myrtum 601
Ialemo frigidior 721
Peius babys tibia canit 634

FACVNDIA

Attica muſa 334
Lepos Atticus 99
Cygnea cantio 98
Tunc canent cygni 816
Neſtorea eloquentia 99
Nihil ex agro dicis 869
Nunc ipſa uiuit ſapientia 802
Nunc ipſa floret ibidem
Muſarum aues 1092. & 1193
Mella poëtica 99
Incantatione quauis efficacius 1141

MVNVS NON munus

Mali uiri munera inutilia 133
Pauper diuiti dans petit 134
Cyclopis donum 162
Hoſtium munera 133
Malum munus 1024
Cum Delphis ſacri. 713

EXITIVM honeſtum

De pulchro ligno 460
Heracliti ſol 1135
Ne ueſtigium 1163

MALVM IMmedicabile

Chironium uulnus 657
Podex lotionem 402
Aceſias medicatus 615
Non liberat podagra 1057

INDVSTRIA

Dij facientes adiuuant 234
Cum Minerua manum 234
Manum admouenti fortuna eſt implorandā 483
Ni purges & molas 698
Neque mel, neque apes 264
Qui uitat molam ui. 806
Induſtriam adiuuat 944
Manum admouere 1029
Optimum obſonium 810
Lutum niſi tundatur 805
Manu fingere 573
Serere ne dubites 93
Qui arat oliuetum 418
Quid tandem non effi. 904
Probæ materiæ 865
Artem quæuis alit 282
Ex umbra in ſolem 108
Muli Mariani 1057
Manus pretium 1169
Ars, portus miſeriæ 262

IGNAVIA ET inſcitia

Neque eompluitur, neque ſole aduritur 380
Neque natare, neque lit. 165
Ne tria quidem Steſ. 699
Libethrijs inelegantior 249
Barbarus è triuio 423
ἀμυσὶ τὼλνεν 1013
Nec ſibi, nec alijs 578
Claudi more 767
Equi ſenecta 227
Anus uclut equus 656
Ab aſino delapſus 280
ἄμισοι 600
Liberæ capræ 709
Ne Aeſopum quidem 604
Nullam hodie lineam 165
Neglectis urenda filix innaſcitur agris 700
Domi pugn, more galli 1152
Conſertis manibus 314
Supinus ibidem
Ameles angulus 670
Ignauis ſemper feriæ 598
Mulieris podex 872
Qui domi complui. 1029
Ne uidit quidem oleum 1042

INGRATITVDO

Vinum noueris 1195
Vulgi ingratitudo, Hom. uerſus 948
Ale luporum catulos 450
Aries nutricationis 590
Qui canem alit ext. 806
Hirundines ſub eodem 26
Pro beneficentia Aga. 497
Pro perca ſcorpium 597
Nemo bene merito 532
Simul & miſertum 754
In ſenem ne quid ben. 391
Hoſtis non hoſtis 830
Arietis miniſterium 1111

GRATITVDO

Merces amico conſt. 1145
Qui lucerna egent, infundunt oleum 1126
Lingua præconi 907
ἀνὶ πελαργεῖν 375
Pro bonis glomi 860
Syloſontis chlamys 400
Benefactorum mem. 959
Lingua ſeorſum 907
Obteſtatio ucterum 947

SIMVLATIO, diſſimulatio

Salem & fabam 845
Plures triobolos 271
Thyrſigeri multi 270
Multi qui boues 271
Non omnes qui habent citharam ibidem
Aſinus apud Cumanos 271
Flere ad nouercæ tumulū 343
Megarenſium lachry. 571
Acciſſare 490
Hæſitantia cantoris 688
Tuſſis pro crepitu 255
Cretenſis niare 89
Conniuere 324
Simia fucata 912
Simia barbata 859
Sileni Alcibiadis 785
Vulpi eſurienti 614
Audiens non audit 941
Illo reſpiciens 865
Patrocli occaſio 854
Melle litus gladius 327
Altera manu fert 316
Barbætenus ſapiens 112
Alia Lacon, alia aſi. 485
Paries dealbatus 867
Demens felix 273
Charadrium imitans 1134
De reduuia queritur 1161

Ayuntamiento de Madrid

Δημοσθένικοι 859
Πυθικίζειν 912
Non omnibus ſeruio 229
Non omnibus dormio ibidem
Lepus dormiens 392
Mortuus iacet pe. 804
Crocodili lachrymæ 553
Beneuolus trucidator 764
Extra quærere 575
Aeſopicus graculus 880
Aurum ſubæratum 1030
Diu diſſimulatum 915
Simia in purpura 272
Scytha aſinum 491
Ναυκισσορέυειν 1102
Poſtico diſcedere 1103

LIBERTAS, ueritas

Vinum & ueritas 275
Quod in corde ſobrij in lingua ebrij ibidem
Vinũ animi ſpeculum ibidem
Lingua lapſa uerũ dicit ibidẽ
Emendus cui imperes 1198
Libero lecto nil iucun. 1203
Oracula loqui 1192
Vera fronte 1190
Vero uerius 1158
De plauſtro loqui 298
Iubentis aperte loqui 922
Obſequium amicos 690
Byzeni libertas 1009
Aſſeuerantius dic. 947
Non poſſum non di. 955
Et fama fuit & eras 694
Aperte ſimpliciterq; 946
Aperto pectore 849
Veritatis ſimplex 155
Ad cribrum 1017
Curetum os 754
In uino ueritas 275
Ficus ficus 493
Audi quæ ex animo 387
Profundum ſulcum 1011
Os ineſt orationi 1031
Libera Corcyra 990
Liberi poëtæ 744
Ter 679

SERVITVS

Argentum accepi, imperium uendidi 1199
Spartæ ſerui maximè ſerui 1030 (1164
Subiugus homo
Leo chordula uinctus 1085
Samij literati 1094
Cum ſarcinis enatare 1089

VANITAS

Quæ apud inferos 183
Deinde expergi. 749
Cilix haud facilè 739
Cretiſſa cum Cretenſe 88
Mendacem memorem 522
Mentiuntur multa 490
Fumos uendere 137
Somnium 438

10

Ne ſi bos quidem uo. 743
Hiberæ uenæ 335
Epiphyllides 1012
Tantali horti 432
Thus aulicum 138
Haud ſolidæ 1132
In foro ueritas 1102
Ne inſciẽs q̃ dẽ uerũ dicit 1174
Neq; dicta neque facta 1149
Somnium hybernum 1171
ἀνεμώλια 903
ἀνεμοφόρητα ibidem
Alcinoi apologi 543. & 1210
Aniculatum aclua. 92
Aſini mortes 776
Subuentanea parit 903
Cyparißi fructus 1024
Cæcum inſomnium 1030
Callidum mendacium 1084
Ψυδηγάνια 1092
Doſones 1089

CVRIOSITAS

Canes uenatici 1188
Scit quomodo Iunonem duxerit Iupiter 1044
Nihil dulc. q̃ oĩa ſcire 1202
Mylus omnia audiens 630
Nihil inanius quàm ſcire multa 1124
Zenonium eſt & lentem coquere 1118
Corycæus 94
Multæ regum aures 75
Nodum in ſcirpo 557

CRVDELITAS

Manliana imperia 401
Opera Syloſontis ibidem
Phalaridis imperium ibidem
Oĩs herus ſeruo monoſyllab.
Budoro more 773 (815
Lemnia manu 720
Crudelis Bacchus 825
Non magis parcemus 464
Lutum ſanguine 709
Non eſt oleum in le. 916
Boni uiri lachrym. 642

TIMIDITAS

Vmbram ſuam me. 214
Timidiores proſpi. 142
Timidior piſandro ibidem
Epeo timidior 664
Plutus timidus 302
Timidi nunquam ſta. 603
Abiecit haſtam 489
Vel muſcas metuit 215
Rheginis timidior 684
Ante tubam trepidas 570
Ignaui uertitur color 110
In pulicis morſu deũ inuocat
Mulier imper. 566 (818
Ceruinus uir 685
Gallus inſilit 801
Vir fugiens denuo 387
Leonis ueſtigia 999
Initio confidens 820

11

Lingua bellare 710
Cũ adſit urſus ueſtig. quæris
Cum adſit uia 1008 (385
In formidoloſum 928
Nũquã expugnabit urb. 1076
In fugitiuum 939
Ne my quidem facere 310
Γρύζειν 310. & 447
Corinthijs non in. 995
Verbis pugnas 938
Λαυκπατίας 1004
In pedes retrocedere 1002
Myſorum præda 403
Animus in pedes 331
Trepidat in morem 463
Quem mater amict. 150
Nulla candidorum 869
Teuthidum more 1094
Scrupulum injicere 1084
Non incedis per ignem 1099
Domi leones 1086

INANIS METVS

Vmbra territas 246
Vtre territas ibidem
Da lapidi uolam 1151
Mure obſtrepẽte etiam timet
Panicus caſus 898 (818
Metum inanem metui 524
Multa in bellis inania 705
Theagenis hæcatæum 807
Canes timidi uehe. 922
Aſperſiſti aquam 777

AVDACIA

Neque terræmotus timet, neque fluctus 1139
Fortes fortuna adiuuat 95
Animus præſens 951
Animus heptabocus 990
Aqua præterfluit 777
Martis pullus 822
Alter Hercules 285
Achilles ibidem
Achilleum arg. ibidem
Non abijcit animum 949
Ne quid moueare 838
In diſcrimine appa. 914
Non cedendum malis 924
Qui cum contemptu ui. 932
Improbitas muſcæ 925

FORTITVDO

Maſculum 1188
Achilles 285
Achilleum argumentũ ibidẽ
Naxiacos 286
ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τᾶς 843
Adamantinus 286
Aut manenti uinc. 844
Thurium lema 1106
Mœnia ferrea 819
Præbere uiros 927
Reijcientis autorem 926
Inflige plagam 1033
Vnum augurium opt. 747
In lipſydrio pugn. 1021
Solæ lacenæ 1026

12

CEDENDVM multitudini

Ne Hercules quidem 203
Cedendum mul. 945
Extra publicam uiam 25
Plurium calculus 1030
Contra duo contraria pugnare difficile 204
Vnus contra multos ibidem
Vnus uir, nullus uir ibidem
Vni cum duobus nõ eſt 1221

LIBERALITAS

Quod rectè datum eſt 1157
Pingui menſura 1188
Pleno modio 1176
Bis dat qui cito dat 337
Ambabus manibus 347
Ipſo horreo 874
Promus magis 556
Larus in Paludibus 874
Virgo primum 856
Codali chœnix 765
Bona Porſenæ 304
De alieno liberalis 457
Plena manu 422
Communis Mercurius 348

TENACITAS

Auarus niſi cum mol. 1069
Itidem ut Acheronti 1196

HOSPITALITAS

Haud unquam arcet 461
Semper aliquis in cy. ibidem
Hoſpitis habenda cu. 949
Scindere penulam 73
Fores habet tritas 720

PROFVSIO

Calliæ defluunt pennæ 1130
Opus ad opus 1187
Gallorũ incuſare uẽtres 722
Proteruiam fecit 357
Relinque quippiam 121
E` dolio hauris 450
Vnà cum ipſo cane 451
Largitio nõ habet fundũ 364
Ipſo horreo 874
Plena manu 422
Cupidinum crume. 111
Feſto die ſi quid 106
Bello parta 1053
Glaucus alter 1019
Immolare boues 775
Caricum ſepulchrum 1023
Cui multum eſt pi. 804
Non nauigamus 1012
Drachmæ grando 735

RAPACITAS & auaritia

A` mortuo tributũ exig. 344
Laudare æquum, capere plus
Oliuorem odi, qui radicitus herbas excidit (901 ibid.
Malum lucro coniunctum nõ eſt malum ibidem
Lucrum undecunque captant Hom. uerſus 948

Exigit

Ayuntamiento de Madrid

13

Exigit & à ſtatuis 782
Nec omnia,nec paſſ. 537
Lucri bo.odor ex re qualibet
Fabarum arroſor 1100 (901
Mendici pera 572
Mendicorum loculi 703
Larus 465 Feles Tarteſ. 106
Fele rapacior 107
Nondum ſacrificata rap. 238
A' patella ibidem
A' ueru rapere ibidem
A' ſartagine ibidem
Cõmunis tanquã Siſapo 1138
Lacunam explere 1183
Nullã corporis partẽ ibidem
Quot utile honeſtum 1135
Vetera uaticinari 1179
Lauerniones 986
Vnà cum ipſis ma. 604
Cum puluiſculo 674
Lucrum pudori præ. 901
Manticulari 919
Charybdis barath. 907
Megaricæ ſphinges 630
Boni paſtoris eſt tondere pecus 900
Canis circum inteſtina 540
Rapina cotitijs 921
Ne à chytropode 238
Perſæpe ſacra non ſacrificata
Vulturis umbra 647 (238
Voracior purpura 525
Nouit hæc Pylea 640
Edax currus 554
Laudant ut pueri 1004
Atticus moriens porrigit manum 637
Pamphili furtum 1015
Non curat numerum 651
Argui fures 986
Vorare hamum 585
Polypi 528
Ημερόκοιτ& 1041
Candidum linum 780
Nutricum more 848
Pecuniarum cupidi 649
Dolium inexpiebile 385
Larus hians 711
Labrax Mileſius 713
Buthus obambulat 618
Serpens ni edat 809
Priuſquam ſortiaris communia deuoras 865
Bona Porſenæ 304
Partitio non præſoc. 867

SORDES ET parſimonia

Tribus minis inſumptis xij. imputat 544
Cumini ſector 416
Ficos diuidere 417
Nullus emptor uilis bonum edit obſonium 807
E' Patroclis domo 1054
Cochleæ uita 1053

14

Philippide gracilior 1081
Cradophagus 1110
Τgυγόβιοι 1108
Macilẽtior Leotrephide 1118
Immunem uiuere 1048
Lapſana uiuere 1047
Nihil de uitello 1030
Chœnici ne inſideas 20
E' phellco 1182
In uentrem inſilire 1127
Luto lutulentior 1179
Pediculi Platonis 1189
Lingere ſalem 1045
Rore paſcitur 1043
Victitant ſuo ſucco 674
Monophagi 1097
Patroclo ſordidior 815
Nephalium ſacrum 700
Caninum prandium 387
Cereri ſacrificant 1001
Cyprio boui mer. 404
Tolle tolle mazam 701
Pſyrice facta 403
Paruo emptas car. 1029
Pſyra Bacchum 825
Tenuiter diducis 911
Sacrum ſine fumo 379
Nephalia ligna 700
Carica uictima 769
Phaſelitarum ſacri. 633
In ſinu manum habere 707
Lari ſacrificant 356
Ρυπακόδυλ& 1003
Canens uitæ pal. 1014
Tantali pœnæ 699
Conuiua non conuiua 947
Sacra nihil ſunt 861

PERFICIENDI ſiue abſoluendi

Nodum ſolucre 32
Tenedia bipennis 353
Colophonem addidit 307
Colophonium ſuf. 961
Summũ faſtigium impon. 89
Circulum abſoluere 621
Summam manum 89
Supremum fabulæ ibidem
Ad umbilicum ducit 89
Ad coronidem uſque 1095
Seruatori tertium 652
Domum inperfectam ne 237
Omnia octo 279
Si meus ſtilus ille 393
Ad Herculis columnas 846
Ad phaſim uſque 549
Omni deuorato bo. 811
Bellicum cancre, receptui can. 861
Hic telam texuit, ille diduxit 1102
Filũ neu.& acu opus eſt 1115
Summum ſuere centonem 89
Lunæ radijs non matureſcit botrus 1129
Nihil poteſt nec addi nec adi-

15

mi 1137
Quadratus homo 1145
Vltra Gades 846
Claſsicum cancre 861
Rudem accipere 350
Finem uitæ ſpecta 135
Haud perficiet 945
Prouinciam capere 345
Curſu Lampada tradere 91
Sarta tecta 1077

AB INITIO AD FIN.

Ab ipſo lare 261
A' capite ad calcem 90
Prora & puppis 32
Venimus ad ſummum 911
A' carcere 591
Ad calcem perueni 849
A' carceribus 872
Ab ouo uſque ad mala 558
A' linea incipere 253
Ab incunabulis 290
A' teneris unguicul. ibidem
Principium dimidium 91
Caput 438
Quodcunque in ſolum 864
Exordiri telam 617
Scindere glaciem 862
Ea tela texitur 424
Toto organo 742
A' fronte atque à tergo 746
A' cœlo ad terram 591
Ne inter apia quidem 1412
Fores aperire 876
Saliua prima 260
Vſque ad plaudite 849
A' calce ad carceres ibidem
A' carceribus ad metas 872
Ianuam, & feneſtram aperire 161.& 876

SIMILITVDINIS & congruentiæ

De grege illo eſt 879
Noſtræ farinæ 852
Non eras in hoc albo 283
Non ſum ex iſtis heroib. 378
Patris eſt filius 1019
Aphyarũ honos 460.& 636
Terra amat imbrem 318
Scopæ diſſolutæ 224
Vno tenore 376
Boni ad bonorum con. 385
Simile gaudet ſimili 86
Malus cum malo con. 523
Aequalis æqualem 84
Aequalem tibi uxorem 309
Iugum idem trahere 827
Cicada cicadæ chara 87
Ouum ouo ſimile 192
Quam apũ apes ſimiles 192
Non tam aqua ſimul. ibidem
Gregis noſtri 852
Eiuſdem notæ ibidem
Vxor ſeni ſpõſo regina eſt 310
Gregalis 879
Conuentualis ibidem

16

Armenti eiuſdem ibidem
Vno collyrio 1053
Non tam lac lacti ſim. 192
Furemq; fur cognoſ. 518
Semper ſimilem ducit 86
Semper graculus ibidem
Similior ficu. 655
Aut ipſe fu ſti 941
Omnia ſimilia 691
Crobyli iugum 639
Eadem cera 667
Ficum poſt piſces 992
Ouo prognatus eodem 498
Catulæ dominas imi. 599
Similes habent labra 365
Qualis hera,tal.pe. 1083
Aſpis à uipera 1078
Aut piſcem olet aut 1073
Sequitur pere ſepiam ibidem
Arator niſi cuiuus 1088
Patellæ coop.dignum 345
Matellæ immeiere 215
Conto nauigare 765
Olera ipſa olla legit 291
Surdaſter cum ſurd. 734
Caſcus caſcam ducit 101
Omnia idem puluis 279
Omnia ſub unam Myc. 548
Idem Accij quod Titij 398
Atabas conuenerunt 763
Eundem calcem om. 1053
Nauſon Naucrati 701
Noui Simonem & 578
Cretenſis cum Aegineta 88
Cretenſis cum Cret. ibidem
Ver hyemem ſequitur 559
Cretenſis Creten. 88
Chius ad Coum 643
Vulpinari cum uulpe 88
Clauum clauo pellere 76
Cum Care cariſſas 87
Trypes mali 708
Balbus balbum rect. 368
Eſernius cum Paci 592
Bithus contra Bac. ibidem
Non filius Achillis 1050
Ab uno diagrammate ibidem
Eodem in ludo docti 665
Muſæ eiuſdem æmuli 425
Iiſdem ueſcentes cepis 735
Bonus cantor,bo. 374
Mars haud concutit 823
Stultus ſtulta loquitur 72
Inanium inanis conſil. 848
Malo nodo malus cune. 76
Pares cũ parib.facilè con. 85
Formica formicæ chara 87
Vbi tu Caius,ego Caia 102 & 1144
Aſinus aſino, & ſus ſui pulcher 1168
Aut abi aut exuere 1133
Dorib.doric.lq phas eſt 1170
Nouum cribrũ, nouo pixillo
Purus putus 1183 (1206

Veſtig

Ayuntamiento de Madrid

17

Veſtigijs inhærere ibidem
Mons cum monte 806
Mores hominum te. 1027

DISSIMILITVDInis & congruentiæ

Nihil graculo cum ſi. 172
Nihil cũ amaracino ſui ibidẽ
Nihil ad uerſum 205
Nihil ad fides 206
Nihil ad Bacchum 551
Quid cani & balneo 173
Aſinus ad lyram 171
Quid cæco cum ſpeculo 920
Aſinus ad tibiam 996
Aliud noctua ſonat 779
Aliter catuli longe 332
Alia uoce pſittacus 581
Graculus inter mu. 277
Nunquid & Saul inter 438
Syrus cum non ſis 812
Aſinus in unguento 206
Aſinus portans my. 458
Feli crocoton 107
Cibum in matulam 24
Ex diametro op. 389
Alia res ſceptrum 998
Caluus comatus 581
Simia in purpura 272
Leonis exuuium ind. 146
Ne puero gladium 569
In eburnea uagina 279
In lente unguentum 278
Congregare cum leo. 348
Auſer Mothonem 776
Canis in præſepi 379
Seruus cum ſis 683
Extra oleas 460
Extra cantionem 470
Extra organum 741
Quæ ſemel ancilla 1082
In agro ſurculario 1089
Her.κρωκῶτοφόρος 107
Aſinus in pelle leonis 146
Simia in pelle 147
Aſinus auriculas mo. 17
Bos ad lyram 172
Scarabeo ung.inuiſum 173
Alabaſtrus putet huic ibidem
Canis in balneo 174
Tu in legione, ego in culina 1196

MVNVS APTVM aut ineptum

Ranis uinum 498
Non noſtrum onus 696
Negotium non aptum 947
Non è quouis ligno 577
Officium humilius 957
Apta prouincia 927
Nauis annoſa non 630
Putre ſalſamentum 525
Ad pedem 682
Iuxta nauem 991
Pygmæorum acro. 1005
Veneri ſucm 749

18

Bos ſub iugum 618
A deo facili 1216
Ad hoc nati,ſculpti,fa. ibidem

INFORTVNII, ſiue exitij

Aſinus inter ſimias 206
Nouacula in cotem 38
Vita ſpinoſa 1124
Aqua & terra reddamini 1122
Aſinus inter apes 266
In apes induxiſti 714
Tria è curia dicas 799
Ad aquam malus 251
Canis in uincula 643
Mitte in aquam 455
Ad cynoſarges 451
Ad coruos 454
In lapidicinas 426
In puteo cum canibus 386
In beſtam 455
In orci culum 713
Charontis iamua 658
Terreſtria balnea 679
Aurum habet Tolo. 404
Equum habet ſcianũ ibidem
Tragicum malum 1029
Muſtelam habes 107
Cadmea uictoria 660
Fortunatior ſtrobilis 106
Iſſa 874
Mens læua 938
Genius malus 61
Vel hoſti miſerandus 876
Mala ultro adſunt 1018
Per medium anulum 343
E tribus malis 857
Extrema extremorum 805
Ogygia mala 689
Diolygium malum 619
Labore laborioſius 713
Lemnium malum 352
Magnetum mala 704
Malis mala ſuccedunt 930
Tænarium malum 919
Tam perit quàm ex. 1056
Viuus uidensq; 1036
Ilias malorum 130
Lerna malorum ibidem
Semper Ilio mala 990
Sybaritica calamitas 476
Mare malorum 131
Alio relinquente 242
Cyrbes malorum 589
Noctua inter cornices 205
Hodie nihil ſuccedit 1148
Tempeſtas rerum 1203
Malorum theſaurus 131
Malorum panegyris 706
Per tenebras quæ apud quercum 451
Grauiora Sambyco 64
Malo aſino uchitur 1115
Miſerior monomachis 1118
Quæ ex antiqua 921

19

Cuiuſmodi port. 688
My fortitus eſt 1018
Nephaſti dies 830
Seruabis bouem 961
Inus dolores 718
Niobes mala 803
Antiopæ luctus 829
Cythniæ cala. 751
Cyrnea iactura 920
Argi collis 638
Archidamicum bellum 803
Ardens ueſtis 722
Acgypti nuptiæ 734
Militauit cum Eraſi. 705
Qui multum obfuit 1078
Excubias agere in nau. 716
Lepus apparens 362
Minxit in patrios 658
Fortuna prorſus 926
Rupta ancora 995
Commune naufragium 1024
Obedientia fel.mater 1082

BONAE FORTVNæ,copiæ,felicitatis, aut ominis

Aſinus in palcas 580
In uoti compotem 930
Nunc illa aduenit 695
Procridis telum 647
Albæ gallinæ filius 63
Aut piſcem olet 1073
Virgula diuina 71
Gygis anulus 70
Orci galea 716
Secundo æſtu 569
Bonis auibus 62
Omnia ex ſententia 935
Secundis uentis 569
Dactyli dies 560
Dijs hominibusq; plau. 62
Semper feliciter cadunt 123
Sapiens ſua bona 1069
Contingit & malis uenatio
Iecit Achil. 664 (666
Ex aſtris delapſus 226
Θεᾶ ἀνῆ ibidem
ἰσόθε ibidem
Ζάθε ibidem
Mortalis deus ibidem
Ilias bonorum 130
Cumulus meritorum 132
Plauſtra bonorum ibidem
Examen uirtutum ibidem
Virtute duce, fortuna comite 1185
Rex ſum 851. & 1185
Sale & aceto 1198
Sale nihil utilius 1171
Superciliũ ſalit 1172
Tranquillo quilibet 1061
Effugi malum,inue. 714
Inueni non quod 698
Sardi uenales 229
Locupletum reditus 952
Bonorum mare 133

20

Thaſſus bonorum ibidem
Bonorum aceruus ibidem
Horna meſsis 999
Bonorum myrmecia 132
Dathus bonorum ibidem
Gargara bonorum 1096
Bona terræ 739
Ingens rerum m. 923
Bonorum glomi 560
Copiæ cornu 227
Lac gallinaceum 228
Extis pluit 779
Capram cœleſtem 960
Bonæ fortunæ 250
Oculus dexter mi. 545
Bona ſpes oſtenſa 856
Deus undecunq; 924
Lux affulſit 645
Noctua uolat 63
Laureum baculum por. 64
Midas in teſſeris 698
Boues meſsis tempus expectantes 775
Bos apud aceruum ibidem
Bos ad præſepe 429
Fauſtus exitus 944
Quæ diuinitus con. 923
Autoritas diuinitus 956
Felicitas à deo 122
Primum rectè uelere 757
Deum eſſe 226
In cœlo eſſe ibidem
Quæuis terra patria 488

MALVM ACCERſitum,aut retortum

Ilienſis tragœdum 544
Suo iumento ſibi 53
Qui inſpuerit cauernam formicarum 1109
Suo ſibi hunc iugulo 53
Suo ipſius laqueo 54
Suo ipſius indicio 149
Incidit in foueam 54
Captantes capti ſunt 380
In uenatu perijt ibidem
Hanc technam in te, 54
Ex ipſo boue lora 108
Talia gignit bellum 1190
Securim inijcere 1171
Sibi parat malum, qui alteri parat 1149
Nemo læditur niſi à ſcipſo 869
Chius dominum emit 527
Viro Lydo negotium 645
Mala attrahens ut 213
Omnes attrahens ut 291
Ne quid ſuo ſuat ca. 747
Spontanea moleſtia 1069
Arcadiam me poſt. 777
In cœlum expuis 823
In tuum ipſius n. 762.& 1111
Lunam detrahere 999
Eurycles 994
Dares Entellum 750

Ipſe

Ayuntamiento de Madrid

Ipſe ſibi perniciem 914
Accerſitum malum 1008
Atlas cœlum 58
Coruus ſerpentem 1003
Bis interimitur qui 1006
Colubrum in ſinu 1015
Hoſtis domeſticus 1076
Pyrauſtæ gaudes gaud. 799
Capra gladium 55
Prudens in flammam 865
Calidum prandium 55
Malum conſilium 78
Bœotis uaticinare 495
Camelus deſiderat 842
Sibi malum reperit 959
Cœno puram aquam 620
Bellerophontes lit. ibidem
Ale luporum catulos 450
Phoci conuiuium 662
Puer gladiem 468
Turdus ipſe ſibi 54
Tute hoc intriſti 65
Faber compedes ibidem
Ipſe ſibi mali fontem 55
Ipſi teſtudines edite 65
Bos aduerſus ſeipſum 185
Echinus partum diſ. 558
Noſtris ipſorum alis 250
Ocnoë charadram 551
Capra contra ſe cor. 57
Carpathius leporem 447
Calidam ueluti partem 621
Cornix ſcorpium 55
Cornutam beſtiam 64
Cicadam ala corri. 352
Iritare crabrones 55
Octipedem excitas 56
Anigyrim commoues 57
Suem iritat 652
Leonem ſtimulas 56
Fontibus apros im. 876
Leonem radere 368
Malum bene conditum 56
Mouere camarinam ibidem
Pyrauſtæ interitus 360
Ipſa olera olla legit 292
Ipſo cratere 1017
Docui te urinandi 835
Fecem bibat qui uinum 258

SERA POENI-
tentia

Sero ſapiunt Phryges 42
Cumani ſero ſapiunt 212
Malo accepto ſtul. 43
Piſcator ictus ſapiet 42
Factum ſtultus agno. ibidem
Mus piſcem guſtans 520
Poſt acerba pruden. 1032
Sera in fundo parſimonia 476
Quod dedi,datũ nollem 553
Satius eſt recurrere quàm ma
le currere 354
Optimum aliena inſa. 504
Hedera poſt anthi. 821
Poſt bellum auxilium 866

Atqui non eſt apud aram 822
Mortuus mederi 101.& 866

SERVM REME-
dium,aut intempeſtiuum

Satius eſt initijs 92
Sero ueniſti 1039
Poſt bellum auxilium 866
Senem erigere 821
Mortuis mederi 101.& 866
Aquam infundere cineri 866

DAMNANDI

Notari ungue 211
Carbone notare 209
Contra retiarium fer. 585
Ni pater eſſes 630
Calculo mordere 907
Aequales calculi 877
Non probantis 922
Ne nomen quidem 1042
Θ præfigere 210
In abſurde locutum 922
Abijciendum procul 1055
Niger infamis 208
Spongia corrigere 212
Limam addere ibidem
Veru ſignare 211
Ariſtarchus ſcriptorũ ibidem
ὀβελίζειν ibidem
Cærulæ miniatulæ ibidem
Triſtis litera 1193

APPROBANDI

Premere pollicem 322
Album calculum add. 208
Creta notare ibidem
Pedibus in ſententiam diſce-
dere 628
Momo ſatisfacere 216
Omne tulit punctum 212
Punctis ſingulis ibidem
Calculis omnium ibidem
Vnione ſignare 209
Alba felicia ibidem
Alba faba ibidem
Rectam inſtas uiam 1194
Vno ore 348
Ne Iupiter quidem 639
Seruum haud ueho 920
Si tibi amicum 427

IVDICANDI

In quinque iudicum ge. 667
Panidis ſuffragium 741
Sus tubam 172
Auris batana 1099
Coruus albus 1120
Cæci præſcriptio 1125
Quod index auro 550
Lydius lapis 221
Gnomon & regula 437
Emunctæ naris 260.& 667
Tenedius homo 986
Tenedius patronus ibidem
Manum ferulæ ſub. 616
Nouit quid album 268
Nouit mala & bona 958
Purpura iuxta pur. 443

Amuſſis alba 222
Nullus delectus 927
Leſbia regula 224
Naſus 260
Cenſoria uirgula 1143

ALIA ALIIS
placent

Felix Corinthus 580
Quot homines,tot 121
Suum cuiq; pulchrum 80
Balbinum polypus agnæ de-
lectat 81
Suus rex reginæ placet ibidẽ
Sibi pulcher ibidem
Te tua,me mea delectant ibi.
Velle ſuum cuiq; 122
Aſinus aſino, & ſus ſui pul-
cher 1188

ABERRANDI

Extra calcem 1108
Quis aberret 243
Toto cœlo erras 53
Tota erras uia ibidem

CAECVTIENTIA

Lolio uictitant 425
Saturniæ lemæ 443
Cucurbitas lippis 444
Ollas lippire ibidem
Hypſea cæcior 143
Talpa cæcior 142
Cæcior leberide ibidem
Tireſia cæcior ibidem
In canis podicem 466
Cimmeriæ tenebræ 605
Cæca ſpeculatio 319
Cæcus cæco dux ibidem
Neq; cæcum ducem 812
Palpari in tenebris 911
E' duobus tria 734
Pulucrem ocu.off. 688
Nox humida 869

PERSPICA-
citas

ἐν πλάτει 1130
Lynceo perſpicacior 436
Serpentis oculus 373
Odorari & ſimiles 260

PERSPICVITAS

Vel cæco apparet 338
Et pucro perſpicuum 430
Notum lippis ac ton. 257
Tanquam in ſpeculo 513
Rudius ac plinius 47
Electro lucidius 1056
Velut è ſpecula 1039
Archimedes non poterat me-
lius 1090
Mens uidet,mens audit 1070
Candidus ſermo 1136

OBSCVRITAS

Per nebulam 145
Delius natator 240
Numeris Platonicis 869
Dauus ſum non Oedipus 134
Bœoticum ænigma 494

In canis podice 466
Ne Apollo quidem in. 1086
Non ſum diuinus 134

SVRDITAS

Surdior Toronæo 681
Surdior turdo ibidem

ATTENTIO
& contrà

Purgatis auribus 561
Mens peregrina 872
Præſens abeſt 647
Auribus arrect 776
Erecti 1072
Auſculta & perpen. 928
Conſulendum & conſi. 923
Ceram auribus ob. 1024
Hoc age 1199

OBSECVN-
dantis

Ad digituli crepitum 651
Cum utercq; con. 925
Lex & regio 873
Deum ſequere 466
Non ſtatuar leæna 696
Obedientia felicima. 1082
Inſanire cum inſanientib. 1116

CORRECTIO
dicti aut facti

Corrigentis quod dic. 930
Correctio dicti 934
Quæ prætergreſſus 950

COMMODVM
interuerſum

Alij ſementem faciunt 200
Mazam pinſuit à me 701
Palmam præripere 120

IMPOSSI-
bilia

Prius lupus ouem du. 906
Prius duo echini 558
Prius locuſta bouem 451
Mare prius uitem 556
Prius teſtudo leporem 335
Surſum uerſus ſacrorum flu-
minum 115
Fontes ipſi ſitiunt 291
Citius in naui cadens 495
Aquilam teſtudo uin. 295
Terra uolat 130
Citius elephantum ſub ala ce-
les 550
Capram portare 650
Ab aſino lanam 182
Simul ſorbere & flare 483
Sine pennis uolare 860
Impoſsibilia captas 377
Statuam faucibus co. 829
Nunquã efficies ut rec. 907
Sambucam citius 832
Lenticulam angulo te. 834
Ex arena funiculum nectis
183
Aſini cauſa non fic. 1017
Augiæ ſtabulum 539
Veſte circumſers 1022

Lupo

Ayuntamiento de Madrid

25

Lupo agnum eripere 646
Luſciniæ deeſt cantio 877
Quid ſi cœlum ruat 214
Bos porrecto ultra 1017
Nec deus nec homo 1153
Vento uiuere 1158
Scarabeus citius faciet mel 1141
Scarabeo citius perſ. 1156
Mulieri deſunt uerba 877
ABSVRDA, INDEcora, ſeu præpoſtera
Fluuius quæ procul 743
Fruſtra habet 939
Aſinus auis 904
Herculis cothurnos 875
Lumen ſoli mutuas 291
Ranæ aquam 865
Soli lumen 567
Sus Minerum 47
Mercurius infans 703
Sus cum Minerua 48
Pica cum luſcinia cer. 332
Veſpa cicadæ ob. ibidem
Currus bouem trahit 280
Cancer leporem capit 557
Velocem tardus 295
Virgultea ſcaphula 437
Silurus putris in quadra argentea 279
Mali uiri honeſta orat. ibidē
Archilochi melos 1209
Agninis lactibus alligare canem 1177
Diſerte ſaltare 1131
Eodem collyrio mederi omnibus 141
Præpoſtere 1200
Ἀνδράπαιδες 1007
Ante pilos ſapere 799. 814
Odi puer. prec. ſap. 1007
Calceus pede maior 875
Aratro iaculari 938. 1049
Sus ſaltauit 857
Mulgere hircum 140
Iungere uulpes ibidem
Nocte lucidus 1028
Cum aqua fauces ſt. 417
Primas iactare haſtas 1215
Operarij 1216
Omiſſis fontibus conſectari riuulos 1215
In herba luxuries 1219
Tuum tibi narro ſom. 693
Nil intra eſt oleam 367
Iupiter orbus ibidem
Ἡ ξελλὰ ὃ πιπλέυει 250
Iugulare mortuos 98
Mortuum unguento 804
Ad conſilium ne acceſſ. 111
Aduerſum ſolē ne loquitor 26
More carico 1109
Accepta candela 1112
Lanam in officinam ful. 1121
Nec aures ha. nec tan. 863

26

Syncerum uas incru. 148
Iuxta fluuium pu. 811
Per parietem loqui 829
Priuſquam aſſa ſit fi. 800
Prius quàm mactaris ibidem
Prius antidotum quàm 1039
Capra non peper. 598
Anulus aureus 278
In mari aquam quæ. 368
Vmbram ſuam metuere 214
Furari litoris har. 1014
Canem excoriatum ex. 515
Nudo teſtimenta 182
Nudo mandas 694
Caput artis 1068
Gallos quid execas 746
In ære piſcari 181
Piſcem natare doces 867
Lupi alas 183
Boue uenari lepo. 136. 1049
Serenitati nubem 1046
Dum uirent genua 1044
Cerinus canes trahit 1407
Aquam igni miſcere 1038
Faber cum ſis ibidem
Elephantum è muſca 366
Ebur atramento can. 148
Exacta uia uiaticum 826
Qui ſeſe non habet, Samum petit 302
Leonis exuuium ſup. 862
Cantherium in foſſa 236
Ex natali emor. facere 1178
Iocandum ut ſeria agas 147
Poſt rem deuoratam ra. 1196
Trabem baiulans 1149
Solem adiuuare facib. 1143
Tarditas conſilio adiu. 295
Caligare in ſole 586
Teipſum non alens 589
Mari aquam è foſſa 778
Mus non ingrediens 812
Ad menſuram aquam 572
Aliorum med. ip. 575. 146
Anus eriphus 655
Anus ſaltat ibidem
Anus cothoniſat 830
In toga ſaltantis p. 573
Camelus ſaltat 643
Lucernam adhibes 567
Clauc findere lig. 620
Cani das paleas 843
Vulpes bouem agit 604
Ante barbam doces 799
Daſypus carnes 230
Tute lepus es ibidem
Sydera addere cœlo 1015
Culicem colant 963
In pace Leones 1086
Smaragdus in luce 823
INANIS OPERA
Aſinum tondes 183
Ab aſino lanam 182
Vtrem uellis 180
Caluum uellis 662

27

Aethiopem lauas 177
Mortuum flagellas 179
Aquam è pumice po. 181
Mortuo uerba facis 184
Littori loqueris ibidem
Bulbos quærit 826
Aquilam uolare doces 186
Delphinum natare ibidem
Delphinum cauda li. ibidem
Nebulas diuerbe. 870
Aſini caput ne la. 805
De aſini proſpectu 145
Ad fractam canis 246
De fumo diſcep. 142
De aſini umbra 141
Harenam metiris 176
Harenæ mandas ſe. 177
De lana caprina 142
In aqua ſcribis 178
Reti uentos uenaris 179
Ignem diſſecare 177
Iſthmum perfodere 1045
In harena ædificas 178
Paricti loqueris 183
Cribro aquam hau. 176
In aqua ſementem fa. 177
Danaidum dolium 178
Dolium pertuſum 278
Fimo ſuffitum facere ibidem
Bos ad ceroma 179
Ocnos funem 183
Nudus nec à C. uiris 182
Operam & retiam 1185
Sterilem fundum ne co. 1141
Eundem cal. o. pe. ind. 1053
In ſaxis ſeminas 177
Vtrem mergis 823
In aqua ſitire 113
Inter lapides pugnam. 112
Cauam Arabiam fercre 435
Aranearum telas 176
Arare littus 177
E multis paleis 107
Ouum adglutinas 180
Penelopes telam re. 175
Oleum & operam perd. 178
Perijt ſus 1009
Ollam exornas 179
Ollas oſtentare 467
Quid opus erat long. 225
Nihil agere 875. & 1219
Cum dijs non pugnan. 139
Aſinus ſub freno 174
Apud nouercam queri 1080
Ferrum natare doces 178
Cauda tenes anguillam 186
Auſtrum perculi 369
Cui null. neg. er. h. ad. 1102
Σκιαμαχῆν 1103
Milium terebrare 1120
Vacuam inhabitare 1112
In frigidū furnū panem 1114
Corius albus 1120
Lapidi loqueris 185
Linum lino nectis 328

28

Surdo oppedere 176
Laterem lauas 176
Antericum metere 182
Lapidem clixas 176
Surdo canis 184
Vtrem cædis 180
Verberare lapidem 684
Impete peritum artis 633
Laborem ſerere 713
A lupi uenatu 782
Alienum arare fundum 743
Hylam inclamas 180
Hic funus nihil ad. 558
Hydram ſecas 378
Cotem alis 180
Cum coryco luctari 754
Cum dijs pugnare 176
Cum plurimum lab. 207
Cum laruis luctari 98
Canis 963
Vtre territas 246
Senex pſittacus neg. ſer. 101
Mortuo mederi 101. & 866
Senem admonere 101
Vmbra territas 246
Mari aquam addere 291
Inaniter aquam conſumis 181
Vndas numeras 176
In cœlum iacularis 186
In eodem hæſitas lu. ibidem
Voluitur luto dolium 1024
Vlulas Athenas 77
In ſyluam ligna ferre 291
Contorquet piger 185
Tranquillum æthera re. 179
Ventos colis 178
Vento loqueris 1158
Nugas agere 183
Actum agere 180
Aquam in mortario 437
Volantia ſectari 349
Vorſuram ſoluere 381
Saxum uoluere 545
Ex inanibus paleis 648
Fruſtra canis 185
Fruſtra currit 755
Milium torno ſculp. 704
In orbem circumis 504
Obturbas fruſtra 810
Memorem mones 78
Cancrum ingredi do. 921
Apud ſimum odorum 178
Inuitis canibus ue. 295
Inuitos boues plau. ibidem
Contra torrentem ni. 765
Contra ſtimulum cal. 139
Leonem larua terri. 246
Inanis conatus 923
Senis mutare linguam 101
Senis doctor 100
Herculei labores 724
Quaſi ſutrium eant 1051
Aſinus balneatoris 1051
Mare exhauris 922
Exurere mare 1082

Ayuntamiento de Madrid

Phrynici lucta 865
Muscas depellere 911
Aues quæris 806
Humi hauris 720
Excubiarum causa ea. 301
Influit quod exhau. 302
E' Tantali hortis 1028
Dentem dente rodere 605
Oresti pallium texere 996
Γῆγαθον φυσᾶς 1009
Ver ex anno tollere 1082
DIFFICVLTATIS
Non est cuiuslibet Corinthũ adire 159
Nauigatio ad mensam 160
Non huc nauigatur ab honestis uiris 160
Non sus quiuis hoc sciet 819
Difficilia quæ pul. 318
Cum principe non pugnandum 946
Ire per extentum fun. 566
Clauam extorquere 1006
Nemo malus boc s. 819
Non omnibus conting. 965
Aegre sed tamen con. 934
Aegre quidem sed fac. 932
Præter Sibyllam le. 1015
Centum plaustri tra. 1037
Azanea mala 597
Capere prouinciam 545
Capere ciuitatem 1076
Omnes laqueos eff. 1076
Trabs in omnibus 1119
PROCLIVITAS
Currentem incitare 95
Bene plaustrum percu. 232
Aui cinis exemplum 108
In planiciem equum 335
Mustelæ seuum 165
Calcar addere currenti 96
Vna scutica omnes 715
Lydum in planiciem 834
Sphæra per præcipi. 198
Vno digitulo 1057
Suade lupis 1042
In numerato hab. 1036
Tarichus assus est 526
Titio ad ignem 676
Maturior moro 1116
Olla lenticulam atti. 1119
Ignis ad torrem 874
Incitare currentem 927
Quàm facilè uulpes 857
Tã in procliui, q̃ imber 1054
Tanquam de narthe. 1092
Mercator nauiga & expone 1086
Vna pertica 1076
Monitor adiuuat 232
Ignem ne gladio fodito 22
CONTRA
Cantherium in fossa 236
In puteo constrictus 428
Nunc meæ in arctum 37
Inuita Minerua 49
NVNQVAM
Cum Nibas coccyf. 806
Ad Græcas calendas 220
Cum mula peperierit ibidem
Plenilunio fiet 221
Per harma ibidem
Post homines natos 1080
Post hominũ memoriam 1181
SEMPER
Quoad uixero 940
NVSQVAM
Nec apud homines, nec in mari 1152
Vbi cerui abijciũt cornua 584
In aphannis 780
PENSATIO BEneficij, uel officij
Manus manum fricat 45
Botrus oppositus 774
Da mihi mutuum te 370
Senes mutuum fri. 307
Pro Delo Calauriam 1026
Fricantem refrica 308
Ferrum ferro acuitur ibidem
Eodem cubito 388
Eadem mensura 46
Par pari referre ibidem
Hostimentum est ope. 536
Pro bonis glomi 860
Vt sementem feceris 333
Benefactis pensare delicta 1203
MALVM CONduplicatum aut renouatum
Ignem igni 77
Ignis non extinguitur 806
Oleum camino ad. 77
Olco incendium rest. ibidem
Hydram secas 738
Malum malo medica 76
Morbum morbo ad. ibidem
Lutum luto purga. 394
Pro cæco exoculatus 906
Præstat uni malo 1014
Post Maratho.pu. 1025
Lis litem serit 709
De fumo ad flammam 1121
Litem parit lis 340
Est pylus ante pylum 663
Fallacia alia aliam tru. 176
Refricare cicatricem 260
Ilico hyems 1052
Tumultus post bellum 1025
MALVM MALE uitatum
Fumum fugiens ignem 190
Euitata charybdi in scyllam incidi 189
Ne cinerem uitans 811
Cucurrit quispiam 814
MALVM assuetum
Callum ducere 741
Assueuit malis 957
Dies adimit ægritud. 366
Neq; enim igna.su. 958
Nota res mala 198
Vsus est altera nat. 1162
Scarabeo citius persu. 1156
Assuetudo malorum 949
MALI RETAliatio
Neoptolemi uindicta 67
Termeria mala 66
Cedimus, inq; uicem 864
Dedi malum & accepi 185
Qui quæ uult dicit 41
Eodem bibere poculo 334
INAEQVALIS pensatio
Ne uerba pro farina 600
Pro perca scorpium 597
Vmbra pro corpore 784
Palumbem pro columba 739
Pilos pro lana 332
Pro malo cane suem 865
Malum bono pensare 952
Diomedis & Glauci 73
Ad fractam canis 246
Conos artoxya 1000
Si uinum postul.pu. 397
In parte uel ignem 719
ALIBI DIMINVtum, alibi redditum
Claudis optimè 689
Non omnia possumus 529
Facta iuuenum 841
Marinam auditionem fluuiali abluit 802
Quod alibi diminutum 932
Subijce seni iuuenculam 861
Non omnis fert omnia tel. 1044
Senum cõsilia iuuenum f. 841
FRVSTRATA spes
Coruum delusit hiantem 274
Thesaurus carbones 353
Bolus creptus è faucib. 882
Murem ostendit pro. 738
Concupiuit assam 451
Ne per somnium quidem 144
Aliena iacis 200
Larus parturit 346
Cephus parturit ibidem
Parturiunt montes 346
Lupus circum puteum 491
Lupus hiat 516
Aurificem te futurum 624
Quærens obsonium 580
Ne quære mollia 611
Duos insequens lep. 804
Hic funis nihil 538
In spem frustratam 922
Inani spe flagrat 1024
Fluuius non semper fert secures 1031
Spem pretio emere 134
Semper agricola in 682
Cretenses sacrum 754
Nucleum amisi reliq. 694
Præuertit ancoræ 1026
In caducum pa. incli. 617
Fœdum est & mansisse diu uacuumq; redisse 675
Non omnia eueniunt quæ in animo 738
Scipioni arundineo 617
DESPERATIO
Actum est 136
Nullus sum 139. & 1211
Pinus in morem 647
Pericrunt bona 855
Ad restim res redijt 195
Suspendio deligenda 381
Ad porcellum 872
A' quinq; scopulis 777
Omnibus armis pr. 939
Tenuis spes 908
Auram bonam afflare sperat ibidem
PRAETER SPEM bonum, aut malum
Coturnix Herculem 61
Omnia secunda 742
Homo homini deus 59
Deus ex improuiso 58
Mercuriale 1114
Deorum manus 121
Negotium ex ocio 700
Faciunt spaceli im. 110
Euentus præter ex. 926
Mopso Nisa datur 594
Glaucus poto melle 660
Insperabilem uitam ui. 829
Lauares Peliam 713
Subitum remedium 928
Multa incredibilia 1150
MALVM VERtens bono
Nunc bene naui. 695
Laqueus auxil.ui. 1013
Bellum haud qua. 603
SVBITI INteruentus
Mercurius superuenit 1060
Lupus in fab. 930. & 1079
Etiam si lupi memini. 654
MAGNIFICA promissa
Aureus in olympia 312
Aureos montes pol. 347
Solidos è clibano 735
Charetis pollicitat. 621
Album panem pinso 779
Ariolari 847
Επάυλια δῶρα 1020
Modio demetiar 702
Verba impor. Her. 624
Alybantis hospitis 994
Hesperidum mala 1025
Ad pilcum uocare 424

Ayuntamiento de Madrid

33

Cillicon bona 567
Nicoſtrati more 878
Sponde, noxa præſto 267
ἔασόν τε νῦν μοι 1201
Montes frumenti 1180
καπνὸς 878
Theagenis hecateum ibidem

VOTVM

Vtinam conting. mihi 225
Omne æs alienum cepe 810
Votum munificum 671
Alia dantur, alia neg. 926
Canis pancs ſomn. 962
Etiam dormiens ſom. 815
Ne contra bo op. 695
Adoraturi ſedeant 28
Non quiduis contingit quod optaueris 958
Quæcunque in ſom. ui. 304
Qui amant, ipſi 527
Quid non fies 656
Semper ſuperioris 861
Quæcunque mentiuntur ſomnia 304
Harenæ copia ibidem
Voti compos 930

SPES PERTINAX

Aegroto dum anima eſt, ſpes eſt 516
Spes alunt exules 758
Adhuc cœlium uol. 1041
Adhuc aliquis deus 942
Spes ſeruat 1054
Ab ipſa meſſe diſc. 1089
In herbis 1177
Tenuis ſpes 908
Aurã bonã afflare ſperat ibi.

EXCELLENTIA, inæqualitas

Aquilam noctuæ com. 348
Cicadæ apem con. 332
Rana cum locuſta 1092
Officere luminibus 1093
Roſam cum anemona 609
Acanthida uincit cor. 335
Cancros lepori con. 336
Teſtudinem pegaſo 332
Senecta leonis præ. 723
Victoria meliorum 239
Deteriorum victoria ibidem
Chorus maior & concinentior ibidem
Ius in manibus ibidem
Crœſi pecuniæ ter 1186
Optima quidem aqua 1139
Bipedalis 1028
Camelus uel ſcab. 363
Crotoniatarum poſt. 547
Plus apud campanos 469
Aquilæ ſenecta, co. 362
Equis albis præce. 168
Culicem elephanti 739
Multis paraſangis 525
Teſtudinem equus in. 1035
Pica certat cum luſc. 332

34

Nihil ſimile 1044
Bubo canit luſc. ibidem
Si tanti uitrum 1034
Sedecim pedibus 833
Δὶς διὰ πασῶν 102
Tibiam tubæ comp. 332
Quanto aſinis præ. 746
Fluuius cum mari 368
Hirundo totos ſcœnos 1026
Hinnulus leonem 140
Mineruæ ſelem 381
Nihil ad Parme. 34
Poſt leſbium cantorem 246
Longe uicit 953
Nihil aliæ ciuitates 962
Indignus qui illi por. 224
Nec dignus qui me 929
Celmis in ferro 770
Aquila in nubibus 348
Manica 1047
Multi diſcipuli 846
Pedibus trahere 422
Solus ſapit 515
Formica camelus 207
Hercules & ſimia 843
Elucet egregia uir. 930
Nanus cum ſis cede 1208
Hæc potior 239
Corui luſcinijs 1022
Seruus ſer. præſtat 517
Antiquis debetur 953
Acarnici equi 1019
Inter cæcos reg. 836
Qui probus Athen. 997
Vnus multorum inſtar 929
Alabanda fortunata 455
Alpha penulatorum 538
Acceſſi & Heliconis opera 615
Ambroſia alendus 358
Gorgonem aggreditur 1019
Lydius currus 482
Ne caprea cõtra leonem 557
Monſtrari digito 388
Prodico doctior 1016
Quo properas 430
Alius alijs in rebus 938
Non omnia poſſumus omnes 529
Diuinum ſermonem e. 1076
Friuolæ ciuitates reliquæ ad Crotonem 962
Dij omnia poſſunt 1093

DIFFERENTIAE

Δὶς διὰ πασῶν 102
Pilus in medio 1190
Longe, lateq; 345
Quiſquis is fuerit 931
Myſorum ac Phry. 549
Seiuncta ſunt Merræ 824
Quid diſtant æra lu. 150
Ingens interuallum 1035
Ne punctum quidem 1084
Valeat amicus cũ inim. 147
Paſtillos ruſillus 689

35

AEQVALITAS

Aequa concertatio 927
ἴσον ἴσῳ 1107
Pari iugo 230
Pertinax contentio 925

VINCERE, & uinci

Palmam ferre 120
Solus currens 354
Extremum occupet 1041
Inuulnerab. ut Cæ. 822
Αὐτόθεν καταβαλε 844
Dare manus 368
Herbam dare ibidem
Harena cedere 369
Haſtam abijcere 349
Mea eſt pila 358
Quid niſi uictis dolor 596
Victi non audent hi. 1036
Tolle digitum 820
Vita hominis peregrin. 1191

VICTORIA utrinque triſtis

Flet victor 608
Teſta colliſa teſtæ 905
Victoria non incru. 926

NON SOLVS ILLE

Braſidas quidem 821
Multi Manij Ariciæ 706
Multiq; bonique 241

SECVRITATIS & tutæ rei

In tranquillo eſt 458
Ad aſylum confugere 538
Ara 905
Arx 1163
Bonum eſt duabus niti ancoris 1152
Extra fumum & undam 1138
È terra ſpectat naufra. 1202
Mortuo leoni & lepores inſultant 1132
Ne ſi ad Iouis quidem aulam 1192
Primum apes abigendæ 1159
Pugno tenere 1132
Tanquam ad aram 1163
Teſtudo intra tegmẽ tuta 805
In uado 51
Duabus ancoris 36
In portu nauigare 51
Medus his non inſi. 715
Ocioſus eſto 945
Chœnici ne inſideas 20
Thymbra uictitans 1071
Rem factam habere 136
Sarta tecta 1077
Hermionis uice 582
In terra pauperem 1018
Mœnia Semira. 1029
In tuo regno 269
In tuo luco & fano ibidem
Intra ſuas præſepes ibidem
Aliud cura 952
In diem uiuere 329

36

Ex tempore uiuere ibidem
Canis tanquam Delum 773
Porrectis dor. p. 314
In utramuis dormir. 313
Leporis uita 1035
In utrumuis dor. oc. 995
In dextram aurem 313
Halcedonia 612
Vita molita 1025
Equus me portat 276
Extra lutum pedes hab. 100
Extra periculum 931
Procul à pedib. equi 157
Extra telorum iactum 156
Porrò à Ioue atque ſul. 157
Poſt principia 157
Non uulgari ancora 1078
Quid achiuos ex turri 783
Quaſi mullus cani 1057
Mater timidi non flet 1094
Legatus non cæditur neque uiolatur 1117

CONTEMPTVS & uilitatis

Tineas paſcere 676
Homo treſſis 312
Ne crepitu quidem digiti dignum 1117
Concha dignus 765
Ne ligula quidem 1000
Tithymallus luco. 676
Semper me tales ho. 655
Incus maxima 740
Aquila non capit mu. 777
Elephantus non cap. 366
Cœnum barbaricum 1135
Caſſa glande 1198
Diobolares 1164
Fumus 1154
Fungus putidus 1195
Mithragyrtes non daduchus 1149
Nummo addicere 1157
Nummus plumbeus 1197
Non magis quàm canem 1199
Nihil eſt aut nil cur. e. 1202
Aquila thri pas aſpi. 367
Aquilam cornix pro. 801
Aſinus compluitur 776
Susq; deq; 151
Manum non uerterim 128
Quod non eſt opus, aſſe charum eſt 1602
Vapula papyria 1057
Aſinus eſuriens neg. 638
Pili non facio 311
Quam curat teſtudo 677
Nauci non facio 311
Flocci non facio ibidem
Ne teruncium quidem ibidem
Fruſto panis 149
Nec uno dignus 312
Ne nummus quidẽ plumb. 910
Ne umbram quidem 369
Ne allij quidem caput 914

Ayuntamiento de Madrid

37

Ne terra quidem iuuit 806
Ne gutta quidem 917
Ne tamen ea quidem 378
Nimi ſaere eo 318
Nimi ſanum ibidem
Homo triboli 312
Exigaum oboli prec. 834
Ἀνεκλάλητον 1095
Holerum appoſitio 721
Syrorum multa olera 329
Huius non facio 311
Quatuor obolis 679
Triæ, apinæ 93
Nebulæ in pariete 543
Trium literarum homo 675
Vitioſa nuce 311
Etiam corchorus 277
Inter indoctos 487
Mandare laqueum 555
Mediũ oſtendere digitũ ibid.
Minimo prouocare 871
Antehac putabam te habere cornua 800
Non plus is quàm ſi. 1078
Plumbeo iugulare 368
Hoc noueram priuſquã Theognis natus eſt 1040
Locrenſis bos 668
Scarabei umbræ 773
Bos homolottorum 775
Septimus bos 293
Generoſus ex cru. 559
Indignus qui illi calceos 919
Obolo dignus 1178
Vt luti baculi 1148
Titillitium 1138
Scrapiæ 1182
Ficulnæ mens 303
Dupondij 312 & 834
Tribolares 312
Caſſa nuce 311
Ne teruncium quidem inſ. 311
Atagen 986
Sale emptum mancip. 301
De lapide emptus 718
Siculus miles 860
Imi ſubſellij 918
Seruorum ciuitas 683
De fece hauire 376
Caricæ muſa 333
Aſinos non curo 1030
Pomarius Hercules 625
Malum Hercules 707
Leuldenſæ munus 846
Cicernus Bacchus 610
Ollaris deus 876
Soterichi lecti 1049
Cecidis & buphon. 1045
Ficulnus 302
Ficulnus gladius 668
In ſortibus urceum 439
Ficum Mercurio 668
Merx ultronea putet 361
Numerus 498
Telluris onus 279

38

Abominandus ſcarab. 702
Minus de iſtis laboro 732
Indus elephantus 344
Cochlare creſcit 402
Connæ calculus ibidem
Inertium chorus 684
Megarenſes neque 445
Rusticanum oratorem 610
E' flamma cibum petis 991
Myſorum poſtremus 259
Caricus hircus 881
Indoctior philo. 604
Calabri hoſp. xenia 880
Principatus Scyrius 246
Cteris emptor 847
Cubito emungere 535
Canis uiuens mi. 991
Non eſt curæ hippo. 379
Non admodum muſces 1017
Alga uilior 17
Contemnentis inimicum 930
Indignus qui illi matulam porrigat 224
Contemnentis diſterium 915
Tanquam conchilium 663
Tragicus rex 586
Vterque ambo 1031
Βαταχάρας 1020
Pannus lacer 524
Quis uſus cepis 783
Inutilior blace 991
Nec utilis nec inutilis 801
Indignus quem aſpiciat, carm. Hom. 919
Extritum ingenium 689
Barbam uellere 555
Nihil cotio eſt 1027
Non pluris quàm ſimias 1078
Fumi umbra 533
Fulgur ex pelui 648
Oppedere contra to. 299
Dionis gry 319

DIGNITATIS

Canis digna ſede 596
Digna canis pabulo ibidem
Dignus obeliſco 315
Digna cedro 997
Dignus Argiuo 315
Dignum propter quod 314
Dignus qui cum 314
Quauis re dignus 313
Regia uaccula 684
Batti ſilphium 452
Decernetur equa 990
Bos in ciuitate 821
Sapientum octauus 237
Columen familiæ 138
Vtranque paginam ſi. 537
Eſto promus 1021
Iupiter aquilam ibidem
Glaucus comeſa 999
Antiquior Codro 1026
Pro dignitate cu. 935
Myrteam coronam 1026
Omnibus anteuer. 929

39

Cæcus & claudus 1079
Roſcius 1128
Primas tenere 1014
Medic. multorum inſtar 312
Aurea barba d gnus 313
Iniurato credere 314

PROXIMIS utendum

Viam qui noſcit ad ma. 646
Vt poſſumus, quando ut 320
Bona eſt etiam offa 533
Si non adjint carnes taricho contentos eſſe oportet ibid.
Auloedus ſit, qui citharoedus eſſe non poteſt 516
Si boucm non poßis 654
Altera nauigatio 831
Præſentem fortunam 685
Quæ dantur 1015
Præſentem mulge 783
Quod adeſt boni 955
Extrema linea 1078
Quod datur accipe 1201

INCONSTANTIAE perfidiæ, ueriſutiæ

Ventorum ſtatio 583
Panagæa Diana 689
Coturnus 69
Ἀλλοπρόσαλλος 70
Duobus dominis ſeru. 270
Vnica filia duos parere generos ibidem
Chimæra 1202
De ſtatu demigrare 1203
Lacryma nil citius arceſcit 1160
Modo palliatus, modo togatus 1138
Κωκαλώπης 860
Pedibus utriſque claud. 879
Vtroque nutans ſententia 878
Venti campus 583
Φελλίνας 1106
Mutabilior metra 811
Chamæleonte mu. 817
Proteo mutabilior 480
Polypi mentem 68
Mulieris animus 872
Euripus homo 364
Cnips in loco 706
Cothurno uerſatilior 69
Aliud ſtans, aliud ſed. 808
Duabus ſedere ſellis 269
Diuerſarum partium 916
Duos parietes de. 270
Duplices uiros 736
De toga ad pallium 1078
Duodecim artium 735
Theſſalorũ commentum 123
Phœnicum pacta 854
Locrenſe pactum 574
Thracium commentum 383
Hoc calciamentum conſuit Hiſtiæus, Ariſt. ind. 815
Thraces fœdera 612
Quibus nec ara 905

40

Altera manu fert 316
Repariazare 778
Maritimi mores 1098
Lingua iurauit 576
Punica fides 315
Græca fide ibidem
Non idem ſunt ſcriptura 860
Dædali opera 517
Admirabiles in ne. 614
Multa nouit uulpes 194
Magnus uerſator 834
Simus non capitur laq. 384
Volaticum iuſiurandum 1020
Semper adfert libya 890
Semper Africa noui 900
Veriſimiliter men. 939
Lampon iurat per an. 993
Magis uarius quàm hydra 70
Siſyphi artes 904
Pyrrhandri commentum 798
Megaricum machi. 516
Vlyſſeum commentum 673
Vias nouit quibus eff. 674
Libyca fera 900
ἀγυιᾶτιάζειν 850
E' poculo perforato 818
Expedit habere 909
Si leonina pellis 859
Non chius, ſed cius 359
Verſpertilio 1165
Trochi in morem 1143
Fons Dodonæus 317
Μαγαδίζειν ibidem
Vtroque claudicare 808
Protei more 818
Dextrum pedem 748
Multa noris opor. 705
Ex eodem ore frigid. 316
Ex ſe fingit uelut 1049
Obliquus curſus 639
Cantharo aſtutior 732
Cæßiticus nodus 574
Pardi mortem adſi. 534
Spondyla fugiens 906

MVTANDAE ſententiæ

Palinodiam canere 363
Calculum reducere 209
Vertere uela, funem reuertere 364
Conſilium in melius 935
Imutabor nepam 1006
Reprehenſio cogi 927
Talum reponere 1173

MVTATI INſtituti

Nuces relinquere 201
Longum uelare iußi 492
Rudentes & re. 803
Pro eleganti medico 835
De calcaria in car. 660
De toga ad pallium 1078
A' Dorio ad Phrygium 590
Maritimus cum ſis ne uelis fieri terreſtris 843

Subito

Ayuntamiento de Madrid

Subito alius 1050
Vlyſſes pannos exuit ibidem
Sui diſsimilis 955
Ad bonam frugem 1074
Qui multum obſuit 1078
Circeo poculo 1167

FORTVNAE commutatio

Teſtulæ tranſmu. 434
Alia uita, alia diæta 343
Nunc pluit, & claro 283
Cum deo quiſque &c. 753
Ipſa dies quandoque pa. 282
Omnium rerum uiciſsi. 946
Multæ rotæ uol. 1042
Fortuna æſtuaria 875
Res in foro noſtro 863
Flos cinis 1116
Cataſtrophe fabulæ 90
Bene natis turpe eſt male uiuere 1221
Vbi non ſis qui fueris 321
Ad priſtina præſepia 343
A remo ad tribunal. 835
Dionyſius Corinthi. 64
Nemo mortaliũ omnibus horis ſapit 542
Pitana ſum 867
Fors domina campi 1181
Inter manũ & mentum 1144
Multa in medio 1203
Mars communis 293
Circulus res mortal. 294
Victoria ἑτεροκλινὴς ibidem
Quod alius condiuit coquus aliter condiam 1007
Bona nemini ho. eſt 169
Oſculana pugna 1058
Per manus tradere 1075
De manu in mn. 655 1075

TEMPERANTIA

Zenone moderacior 400
Philoſophari 1170

INTEMPERANTIA, libido

Myconius uicinus 870
Vnico digitulo ſcalpit caput
Baceli ſimilis es 221 (317
Hernioſus uſque ad gul. 1011
Batulus 232
Βαταλίζειν ibidem
Tibicinis uitam uiuis 502
Samiorum flores 683
Voluptas fœda 954
Sponſi uita 693
Melle teipſum per. 303
Samiorum laura 919
Samium comatum 920
Sardanapalus 904
Vale charum lumen 635
Leſbijs digna 709
Leſbiari 915
Corinthiari 1033
Lydus in meridie 623
Lydus cauponatur ibidem
Pepones 1003
Lydio more 708
Videre mihi lubda 1003
Adonidis horti 30
Vt Corinthia uideris 902
Agathonia cantio 55
Summo digito ſcabere 318
Chalcidiſſare 772
Phicidiſſare ibidem
Siphniaſſare 860
Αλλοτριοφάγοι 1052
χὴ χειρῶν ὕδωρ ibidem
Αὐτολήκυθοι 1031
κλειτοριάζειν 767
Cliſthenem uideo ibidem
Cleocritus 768
Sinopiſſas 764
Sus per roſas 903
Aries cornib. laſc. 880
Ἱππομανὴς 759
Caprarius in æſtu 623
Quæ ſub alis fiunt 482
E Muſilla uenisti 966
Complura maſculi canis cubilia 704
Σχοινοτρῶγες 317
Lentiſcum mandere 317
Peniciſſare 816
Πτερυγίζειν 799

MODESTIA modusq;

Noſce teipſum 265
In ſe deſcendere 261
Intra tuam pellem te 264
Ter abſtergere 265
Secum uiuere 262
Emungens acrius elicit ſanguinem 215
Furor ſit læſa ſæpe patientia ibidem
Bonus animus læſus grauius multo iraſcitur ibidem
Contrahere uela 1201
In tuum ipſius ſinum 264
Tecum habita 262
Efficimus pro noſtris 293
Manu ferendum non 745
Ita fugias ne præter ea. 188
Demittere ſeſe 925
Arabius tibicen 281
Ne uities muſicam 1025
Nihil minus expedit 899
Ne quid nimis 267
Dimidium plus toto 371
Vbi parueris impera 1043
Domus recta 1068
Neque Lydorum ca. 1061
Neq; peß. neq; primus 1044
Funem abrumpere 215
Ne ſupra pedem cal. 577
Meſſe tenus propr. 262
Iucundiſsima naui 111
Iucunda uiciſsi. rerum 294
Iniquum petendum 499
Sumnum cape, & me. ibidem
Paſtillos rufillus 689
Arcus tenſus rumpitur 1086
Oportet agrum imbecilliorem eſſe quam agricolam 1089

ARROGANTIA, iactantia

Mira de lente 1075
Sine incolumis red. 1096
Arcem è cloaca facere 1900
Gallus in ſuo ſterquil. 1044
Tollere criſtas 331
Attollere ſupercilium 323
Nauphracton tueri 700
Tollere cornua 331
Arrogantia non feren. 956
Sybaritici ſermones 1115
Tuo pede te metire 263
Vltra peram 836
Videberis me uidens plane Martem uidere 821 916
Hamaxiæa 778
Sophocles laudiceni 500
Πτωχαλάζων 263
Altius Oromedonte 1204
Ampullacea 1165
ἀζωνίνεσθαι 1184
Baſilica facinora 1197
Campana ſuperbia 1140
Dea excogitauit 1162
Decumanum 1169
Laureolam in muſtaceis quærere 1175
Palmarium facinus 1169
Periſtromata campanica 1181
Πομπεύειν 1171
Pulchrum ſepulchri elogio 1158
Phaniæ ianua 849
Sybaritæ per plateas 478
Cicadis pleni 816
Ex academia 821
Ingredi Iunonium 991
Summis unguibus 461
Cœlum territat armis 554
Ex uno multa facere 432
Cœlum digito attingere 1031
Iouis ſandalium 645
Imperitus ſubligar 828
Faſtuoſus maximus 107
Tanquam argiuum cly. 663
Homo bombylius 617
De pulmone reuellere 853
Ipſe dixit 588
Auro loquente 801
Ne mihi Suffe. eſſem 568
Pennas nido maiores extendere 264
Ne ſutor ultra crepidam 234
Cænei haſta 1003
Gigantum arrogantia 964
Magis ſibi placet 659
Hic Rhodus, hic ſaltus 802
Atticus in portum 380
Calliphanes 993
Bullatæ nugæ 882
Vino uendibili ſuſpenſa hedera non opus 601
Selliſare 1045
Diuinum excipio ſer. 1076

PHILAVTIA

Non uidemus manticæ quod in tergo eſt 1117
Quod uolumus ſanctũ eſt 1117
Papæ Myxus 854
Amicus tragœdos æmulatur 880
Tragice loqui 472 & 575
Turpis iactantia 943
Ne magna loquaris 471
Argenti fontes lo. 495
Fœnum habet in cornu 64
Colophonia ferocitas 420
Oleum in auricula 214
Fortuna reddit in. 949
Ab Eteobutadis 814
Ne intra ueſtibulum 699
Aut minus animi 1022
Mendax atraphaxis 1032
Verrucis offendi qui tubera habet 264
Oleum uendere 214
Auris ſupina ibidem
Quæ quis ipſe facit 1150
Suum cuique pulchrum 86
Suo quiſque ſtudio 951
Feſtucam ex alieno 363
Suus cuique crepitus 818
Ipſis placet 561
Pedere thus 906
In armis acciſſat 1020
Φίλαυτοι 156
Et me mater 1042
Teipſum laudas 640
Teipſum inſpice 1020
Patriæ fumus 82
Multi te oderint 706
Sine riuali diligere 422

CONTRARIVM philautiæ

Non eſt beatus, eſſe qui ſe neſciat 1068
ἀζυλος πλούτος 798

MANSVETVDO

Mactata hoſtia lenior 582
Auricula infima 283
Sedens columba 859
Spongia mollior 283
Apio mollior ibidem
Oleo tranquillior ibidem
Mitior columba 872
Cera tractabilior 770
Pepone mollior 284
Mitior malua ibidem
Cinædo mollior ibidem

ASPERITAS, moroſitas

Inexorabiles 928 960
Ferreus aheneus 287
Verſatilis Artemon 987

Ayuntamiento de Madrid

Cornea fibra 287
Scytharum oratio 503
Pandeletias ſententias 997
Thymbra uiciitans 1071
Scabroſior leberide 781
Totus echinus aſper 691
Durus alloquijs 823
Echino aſperior 558
Corinthus & colli ſur. & uallibus depr. 546
Etiam quercus 1023
Agamemnonis hoſt. 582
Matiolœchus 1025
Ne moue feſtucam 812
A' laſſo rixa quær. 248
Difficilis uir 747
In durum & impla. 1051
μεραβόλος 1038
Ολόσχοινος 1210
Scytha mulus 1175
περιφόρητος 988
περιτρέμμα ibidem

OCCASIO

Repagula aperire 161
Ianuam aperire ibidem
Capere crines 1184
Occaſio premenda 946
Anſam quærere 161
Eximere è manu 994
Fenestram aperire & ſimilia 161 & 876
Gladium dediſti 743
Tollenda mali oc. 956
Nunc tuum ferrum in igni eſt 1062
Non ſemper erit æſtas 1037

SVMPTVOSA

Hipparchi murus 1004
Cœna popularis 1196
Eaux triremis 1178
In beato omnia beata 1193
Saltares cœnæ 1174

FRVGALITAS

Phormionis thori 693
Acolo non fico 1109
Μυσιαζειν ibidem
Allium in retibus 1115
Oleum ne comedas 1119
Cilices imperatores 768
Vitis doliaris 329
Sicyon arrodens 1072
Tanquam in phiditijs 665
Hecatæ cœna 1070
Thymbra uiciitans 1071
Salem lingere 906
Si caſcum haberem 835
Xenocratis caſcus 955
Aſpera uita, ſed ſa. 955
Salem & caſeum edere 1068

LVXVS ET mollicies

Indulgere genio 556
Vita macerata 330
Curare cuticulam 557
Pontificalis cœna 771
Pergræcari 1000
Semper Leontini iuxta 129
Thericlei amicus 807
Sale perunctus hic 822
E' clibano boues 1072
Theſſalorum alæ 124
Sapientia uino obumbratur 475
Sine Cerere & Bac. 530
Heterognathus 815
Siculiſſare 859
Ficus auibus gratæ 992
Aſini mandibula 805
Choreæ Ionicæ 216
Ionice ibidem
Matrem ſequimini porci 1147
Porcus Troianus 1190
Græco more bibere 315
Decempes umbra 831
Ventres 672
Venter auribus caret 674
Ventrem mihi obijcit 626
Vtres Thylaci 1104
Methyſocottabi 1107
Μύτης 1109
Pireus non fert uaſa inania 1110
Bos in ſtabulo 1112
Herculani lecti 1117
Abronis uita 543
Epiſcythiſſare 496
Sybaritica menſa 476
Syracuſana menſa 478
Vixit dum uixit 855
Nauiges in Maſſiliam 532
Teneri calidis baln. 748
Amazonum cantilena 431
Amphidromiam agere 1013
Ex amphitheto bibere 1010
Maſchalam tollere 658
Vinum ſenem etiam 497
Vinum caret clauo ibidem
Coronam quidem 460

LAVTITIAE

Iouis cerebrum 254
Iouis lac 1124
Deorum cibus 337
Attica bellaria 532
Herculana balnea 519
In cotyla geſtaris 714
Υπαγμαζειν 618
Μαστιαζειν 619 & 1025
De Luxurijs 934
Mollis medulla 631
Optimũ cõdimentũ fames 643
Aſra auis 900
Anima & uita 527
Coturniſſare 768
Dubia cœna 549
Lydorum caricæ 624
Qui poſſum ab hoc 429
Thaſium infundis 766
Nectaris flos 254
Veneris lac ibidem
Cœna popularis 1195
In leporinis 1147
Non ab Hymeto 1142

FAMES

Fames & mora 669
Miſerrimum fame mori 671
Moleſtus interpel. 932
Ceſtreus ieiunat 129
Non interpellandus famelicus 923
Ventre pleno melius 908
Etiam bætilũ deuorares 1022
Manduces 1194

FESTINATIONIS

Nauibus atque qua. 167
Citis quadrigis ibidem
Iouis quadrigis ibidem
Equis albis præce. 167
Talaria induere 93
Citius quàm aſparagi coquantur 899
E' uestigio 1096
Celerius quàm butes 622
Simul & dic. &c. 194
Duobus pedibus 242
In foribus adeſſe 485
Velis equisq; 196
Vir fugiens haud 387
Ocyor accipitre 924
Pegaſo uelocior 1016
Salaminia nauis 798
Parit puella 633
Ignem palma 719
Aphya ad ignem 460
Ne nimium calidum 578
Intra ſeptimam 716
Prius quàm gallus iterum 914
Viuit, incende ignem 674
A' ſubeunte portum 782
Matura ſatio 366
Prior occupat 943
Sacra celerius ab. ibidem
Lupinum potum 624
Vt canis è Nilo 369
Duobus clauis figere 243
Αὐτοβοεὶ 694
Alienis uti ſoleis 1136
Criſonem Imeræum præcurrere 1134
Quantum pedibus potes 1133
Neque remi neque uenti 832

FESTINATIO præpropera

Qui nimium properat 855
Canis feſtinans 465
Ante victoriam 290
Ante lentem augere ol. 759
Aeſtate penulam de. 405
Muſcum demetere 779
Siculus omphaciſ. 568
Præmouere uena. 844
Odi puerulos 1007
Non ſtatim finis 1081
Feſtina lente 406
Citius quàm formicæ papauer 1196
Dædalcum remigium 1199
αὐθράπαυδες 1007
Ante pilos ſapis 799
Imberbis ſenes doces ibidem
Ergini cani 814
Vno die conſeneſcere ibidem

TARDITATIS & cunctationis

Nemo nos inſequitur 819
ἐπιθυμόδρηνος 913
Plenilunio fiet 221
Per harma ibidem
Agones 1196
Gralatorius aut teſtudineus gradus 1199
Μελλονικίαι 1154
Τρεχέδρηνος 912
Romanus ſedendo 383
Feſtina lente 406
Pedetentim 415
Manu ſerendum 745
Placide bos 416
Caudæ pilos eqnæ uellere 339
Tacito pede 416
Non ſtatim decernitur 928
Celerius elephanti 344
Bunas iudex eſt 618
Acceſſæi luna 572
Laconica luna 572
Machinas poſt bellum afferre
Sero ueniſti 1039 (738
Cuculus 1067
Quiſquis tarde uenit 1096
Corvus aquat 763
Profectus ad apa. 825
Poſt feſtum uenisti 361
Callipides 247
Diu delibera 1019
Annus eſt 366
Sic eſt ad pugnam 690
Ad aras 919
Amæa Azeſtum 645
Ζορορροδόζηπιδες 912
Hercules hoſpitatur 992
Expecta bos 834
Expecta anus filium meum te oſculaturum ibidem
Hyperberetæa 714
Inter cæſa porre. 143
Quæ ſero conting. 923
Myſorum ultimus 259
Interuallo perit fames, & optime perditur 824
Summis ingredi pedibus 1033
Pulmo prius ueniſſet 1077

SALVBRITAS

Crotone ſalubrior 546
Cucurbita ſanior 752
Valere pancratice 674
Sanior es piſce 1060
Tria ſaluberrima 1055

INSALVBRITAS

Ισθμιάζειν 714
Qui mori nolit Sybari ante temp

Ayuntamiento de Madrid

tempus 112
Herculanus morbus 541
Herculana ſcabies *ibidem*
Senectus ipſa morb eſt 607

DIVTVRNVM

Et nati natorum 758
Menia columna 1167

HAEREDIPETAE

Si uultur es, cadi. 273
Eidem inhiantes teſtamento 926

SENIVM PRAEmaturum, aut mors

Præſtat canem irritare quàm anum 1143
Vno die conſeneſcere 814
Senium accelerant mala 958
Erigini cani 814
Præmatura mors 926

LONGAE VITAE

Neſtorea ſenecta 256
Vltra penſum ui. *ibidem*
Vltra catalogum 856
Vltra linum 256
Cornicibus uiuacior 255
Heſiodi ſenecta 641
Tithoni ſenecta 256
Phœnice uiuacior 437
Sibylla uiuacior 997
Facies tua computat an. 617
Alterum pedem 435
Viri ſenis aſtaphis 670
Mature fias ſenex 100
Mala ſenium accel. 458
Sexagenarios de ponte 202
Vitiat lapidem 784
Mors optima rapit 942
In ſola ſparta 1026
Fatale uitæ tempus 942
Senex bos non lugetur 682
Viuum cadauer 533
Danace 921
Epimenidium corium 1020
Idem accij quod 398
Viro ſeni maxillæ 600
Effœta ſenecta 954
Limen ſenectæ 710
Seneſcit bos 821

IVVENTA

Iuuenta uiribus pollet 391
Iuuenari 1004

VITA HOMInis miſera & breuis

Homo bulla 508
Spithama uitæ 479
Temporis punctum 509
Optimum non naſci 511
Dimidio uitæ 418
Fictilis homo 721
Stuppa ſeniculus 603
Vita mortalis breuis 959
Ephemeri uita 1021
Vt herba ſolſtitialis 1177
Salillum animæ 1197

PRVDENTIA ſenilis

Vetulo cane latrante 123
Multorum Iouis ſe. 1016
Annoſa uulpes 380
Eum auſculta 122
Τετραώτα ἄκουε *ibidem*
Anus ſubſultans 636
Prudentia ſenum Homerici uerſus 946
Aetate prudentior 944
Sine cortice nabis 320
Senum prudentia 946. 960
Seneſco ſemper ali. 328
Moderator rego 949

PRVDENTIA

Mus non uni fi. antro 1196
A' fronte ſimul 746
Alter Ianus 1022
Sapiens diuinat 1110
Non oportet hoſpitem ſemper hoſpitem eſſe 1159
Homo Thales 904
Acetum habet in pectore 514
Sapiens non eget 1150
In holmo cubabo 666
Perendinum uentum 873
Tanquam de ſpecula 1195
Amyris inſanit 500
Non pluit, &c. 576. 1056
Leſbius prylis 919
Timidi mater non flet 1904
Qui bene conijciet 523

ALIIS SAPERE

Alijs proſpiciens 932
Facilè cum ualemus 256
Quarta luna nati 63

PRVDENTIA coniuncta uiribus

Conſilijs ſimul &c. 954
Prudentia cõiuncta uirib. 933
Imperator bonus & idem robuſtus miles 960

INSTANS

Ante pedes 902
In manibus eſſe 902

ANCEPS ET dubius

Neceſſarium malum 197
Neque cum malis 699
Polypi caput 405
Gaudium dolori iun. 958
Plus aloës 330
Quid primum aut ult. 473
Etiam capillus unus umbram habet 848
Ad utrumuis paratus 927
Vtroque nutans ſen. 878
Volens nolente animo 646
Nolens uolens 139
Mala bona 198
Vnica filia duos 270
Inter pueros ſenex 1018
Aut cucurbitæ flo. 638
Aut Plato philoniſſat 644
Aut oportet trahere 775
Oportet teſtudines 392
Aut mortuus eſt 393
Aut quinque bibat 491
Excubias agere, aut 716
Quocunque pedes 394
In triuio ſum 96
Ancipitis conſilij 931
Ancipitis animi 924
Haſta caduceum 722
Vtrunque 1014
Delphicus gladius 521
Iiſdem è literis 836
Qui nocere poteſt 945
Nauis aut galerus 700
Tertium caput 920
Triceps Mercurius 921
Pſecas aut ros 688

PERPLEXVS

Ventus neque manere 571
Auribus lupum 197
Hæret in uado 1034
Gangamon 1103
In aqua hæret 187
Nunc meæ in arctum 37
In puteo conſtrictus 428
Perplexus 855
Perplexus, ani. conſt. 918
Ne Excceſtides quidem 611
Labyrinthus 712
De gradu deijcere 158
De poſſeßione deij. 794
Peribis ſi non fec. 1049
Nec currimus, nec remigamus 1148
Nec caput, nec pedes 1197

DECRETVM

Murus aheneus 706
Domeſticus teſtis 493
Nullus dies omnino 1194

INDEPREHENSOS

Folio ficulno 186
Medius teneris 186
Decipula murem 835
In laqueos lupus 380
In area latitas 837
In eaſdem anſas 428
Laqueus laqueum 801
Laciadæ 713
Hinc illæ lacrymæ 147
Vbi cognitum eſt 956
Hæc Helena 147
Culleo dignus 1161
Hydrus in dolio 965
Tempus omnia reuel. 537
Cuculus 1087

METVS EX conſcientia

Fures clamorem 106
Lupus aquilam fugit 646
Lupus ante clam. *ibidem*
Conſcientia mille te. 402

VINCVLVM inſolubile

Vulcanium uinculum 671
Herculanus nodus 358

VLTIO MAlefacti

Canis uindictam 288
Ornatus ex ſuis uirt. 162
Reperit deus nocen. 598
Sero Iupiter diph. 392
Semper uirgines furiæ 682
Mali bibunt impro. 708
Sus acina dependens 822
Pluciadæ 988
Hipparchorum tabulæ 721
Habet 842
Longæ regum manus 75
Scarabeus aquilam 882
Promeri canes 547
Ciſſamis Cous 769
Improbi conſilium 779
Ibyci grues 349
Dijſaneos habent 399
Oetæus genius 876
Aderit Temeſ. ge. 66
Adraſtea Nemeſis 607
Ad deorum aures per. 614
Bos laſſus fortius 51
Eucnit malo male 919
Salis onus unde uenerat illuc abijt 301
Habet & muſca 842
Ductus per phratoras 880
Inuitus Iupiter 714
In tergore bouis 837
Ineſt & formicæ 373
Stultus qui patre cæſo liberis pep. 398
Nunc dij beati 631
Super te hæc omnia 1013
Anus ſimia ſero 569
Boliti pœnam 461
Vel capra mordet 341
In me hæc cudetur 65
Ob textoris erratum 1032
Auriculam mordicus 1204
Qui prior leſit 1202
Sortem & uſuram perſoluere 1128
Aeſopicus ſanguis 616
Deus ulciſcetur 945
Flagitiorum turpis 953
Virum improbum 339
Male parta, male 301
Mala proditio 708
Malis ter mala 817
Miſeram meſſem 910
Canis ſæuiens in la. 1011
Canis peccatum 817
Fortis in alium fo. 965
Ne ſpina quidem uul. 869
Sui cuique mores 543
Fumantem naſum 852
Vindicta tarda 940
Vitandæ potentum of. 957
Aſtro iacularis 638. 1049
Dulce pomum 1060
Sero molunt deorum 1058

Ayuntamiento de Madrid

METVS POENAE
Funiculum fugiunt 106
Metus infamiæ 941
Manum de tabula 128
Absque baculo ne 830
Cautus enim met. 1005
In tempore cauendi 946
Samiorum mala 1004
Volam pedis ostende 1187
περιεργίαμα 988
ALIENA A' RE
Nihil ad uersum 205
Nihil ad fides 206
Nihil ad Bacchum 551
Mira de lente 1075
Quid ad farinas 869
Alia Menecles 736
Neq; cœlum,neq; terram 105
Quid ad Mercurium 783
Ego tibi de allijs 824
Falces postulabam 471
Extra chorum saltare 616
Vltra septa transilire 402
Extra oleas fertur 460
Incita equum iuxta 1059
Haud contra hostium
Nihil ad rem 955
Meos corymbos 784
Omussa hypera 728
De curru delapsus 498
Me mortuo terra 150
Mihi istic neque seritur 261
Non luctu sed remed. 942
ἐξοχὰν 1181
Respublica nihil ad musicum 1155
Quàm tragœdia comici 1199
ALIENA CVrantis
Bellum Cononi curan. 800
In alieno choro 487
Ne depugnes in 922
Quæ supra nos 257
Aedibus in nostris quæ praua aut recta 261
Vtere curru,de asinis nihil laborans 899
Stultior Morycho 677
AD REM PERtinentia
Hunc in regionem 695
Ipsum ostij limen 801
Rem acu tetigisti 561
Aedibus in nostris 261
Ipsi curandum 714
Omissis nugis rem 941
Ab unguibus incipe 1121
Pedem conferre 1077
LACESSENTIS
Arietem emittit 495
Cominus atque eminus 169
Non ut prior lædam 1012
Nunquam enim meos 650
Omni conatu in. 926
Pugnis & calcibus 738
Tangere bulcus 260
Temulentus dor. 878
Thunnissare 622
Iritare crabrones 55
Vnguis in hulcere 260
Vt lupus ouem 1134
INSIDIAE
Βυσσοδομεύειν 100
Canis ad cibum 1112
Cauentis clancularias insidias 122
Δέρας ἵππου 1007
Inescare homines 307
Oportet omnibus co. 810
Tragulam inijcere 675
Ab transenna cibum 1084
In transennam indu. ibidem
Pulchre fallit uul. 1073
Cuniculis oppugnare 1126
Punicis malis omnibus granũ aliquod putre inest 811
παλίντροια 389
CONIECTVRAE
Leonem ex ungui. 355
E' fimbria textum ibidem
De gustu cognoscere ibidem
De fructu arborem 355
De facie nosse 369
Aethiopem ex uultu dijudicare 355
Cauda de uulpe ibidem
Ex fronte perspicuum 533
Ex habitu bonum ui. 941
Ex stipula cognoscitur 388
E' culmo spicam 1008
E' cantu dignoscitur 101
Effœminatorum etiam oratio effœminata 681
Stellis signare 210. 85
Obelo notare 210
Vnus homo non facit ciuitatem 307
Multis hirundinib. op. ibidem
Ex uno omnia 108
Domi conecturam 390
Prima facie 370
Cribro diuinare 378
Signum bonum aut 804
Vna hirundo non fa. 307
Omnibus uestigijs 1010
Qui bene conijciet 523
Certum prospicio 945
Rem acu tetigisti 561
Scopum attingere 384
Crepitu probabis 1016
Qualis uir talis oratio 249
E' pelle apparet 836
Vanæ coniecturæ 945
Protinus apparet 1009
Leonem uidere 874
Mortuos uidens 870
Mortuus per somnium 990
CALVMNIA
Sycophanta 524
Theocrines tragicus 1029
Alborete aliena 902
Sycophantæ morsus 404
Argiua calumnia 810
Boliti pœnam 461
Cydi pœnam debet 766
Chius 1014
Pattæcione calum. 741
Crater litium 993
Frustra Herculi 606
Samij mores 1095
Abydeni ibidem
Falsum probrum 1174
Hoc municeps aut uicinus nuntiauit 1162
OBTRECTATIO & maledicentia
Mortui non mordent 87
Mortuis non conui. 959
Cum laruis luctari 98
Iugulare mortuos ibidem
Non impetum lingua 316.
Tuis te pinguem colorib. 162
Sphæram inter se 760
Infixo aculeo 31
Vulgus suspicax 952
Pellem carunam 557
Vuilitigator 601
Zoili 567
Archilochum teris 963
Dente Theonino 473
Carpet citius 185
Genuino modere 474
κρώζειν 238
Dentata charta 879
Hipponacticum præ. 474
Archilochi patria ibidem
Etiam in deorum 992
Archilochia edicta 474
Plaustra conuicijs 298
Naues onustæ con. 331
Morsus aspidis 735
Hystricis seta 1022
CAVSA INDEfensa
Heteromolia causa 721
Deserta causa 218
Ne de lite pronun. 745
Haud impune uin. 491
ἑρμοδιάλα 219
Desertam uincere, capere, accusare ibidem
CARPENTIS seipsum
Domesticum thesaurum 249
Propria uincta cæ. 261
Quò prætergres. 949
NECESSITAS
Necessitas magistra 1124
Nemo cogendus of. 953
Fatum ineuitabile 948
Fatum immutabile 944
Fatis adactus 949
Fatis imputandum 925
Diomedea necessitas 342
Ingens telum necef. 504
Feras,non culpes 173
Quod factum est 522
Transuersum agere 675
Vocatus atq; non uoca. 301
Ne dij quidem à morte liberant 944
Mors omnibus 937
Omnia esculenta 691
Lepori esurienti 873
Viro esurienti ne 856
Adactum iusiurandum 781
Volentem bouem 992
Nemo cogendus am. 928
Officium ne colloc. 936
Necessitas molesta 1162
Vadimonium deserere 1171
Sontica causa 1184
TRISTITIA lætitia
Irrisibilis lapis 581
Sinapi uictitat 1085
Animus habitat in au. 1081
In antro Trophonij 299
Harmodij cantus. 722
Argiuos uides 986
Adneti nenia 602
Anctum annulũ ne gestato 22
Cor ne edito ibidem
Mutare uestem 1173
Ne si ad Iouis quidã aulã 1192
Sustollere manus 1159
Cancre de telamone 820
Lityersim cantionem 833
Tragicum tueri 575
Tauricum tueri 909
Atrei oculi 648
Titanicus aspectus 622
Cepas edere 772
Superatus es à gal. 1020
Tristis scytale 436
Areopagita 356
Erynnis ex tragœdia 1022
Ne sis patruus mihi 545
Frontem exporrigere 323
Magis gaudet 917
Festiuus sermo 946
Contrahere supercil. 857
Sanguine flere 554
Sarone magis nau. 797
SOLICITVDO
Tantali lapis 678
Σκύτη βλέπει 462
Mens est in tergoribus 462
Animus est in eo. 905
Similes uidentur ex 1009
Anctum annulum ne ge. 22
Cor ne edito ibidem
In uia ne feceris 28
NVNTIVS lætus
Haud annuncias 737
Prouolutur ad miliuium 864
Quid tibi Apollo 656
Vulcanus tibi uat. 585
Siren amicum 634

Ayuntamiento de Madrid

MINANTIS
Acactainæ minæ 1194
Ferrum & flamma 1180
Igni ferroq; minari 1139
Et meum telum 110
Si tibi machæra eſt 682
Ὑπνοδόπυξα 824
Complurium thriorum 401
Ollam alere 868
Calcar tollere 464
Qui paratus ad re. 923
Ne mihi uacuam 1028
VEHEMENTIA
languor
Oeſtro percitus 666
Non contis aut ram. 1108
Πυρρίχιζειν 915
Martem tueri 821. & 916
Pyrrichen oculis 915
Vehementer cupien. 930
Manum habere ſub 707
AMOR
Caunius amor 773
Liberorum amantior 370
Iniuria ſolat amorem 1131
Manſum ex ore 1206
Medullitus 631
Omnes intus 1186
Vt lupus ouem 1134
Vt Phrygius amauit 1190
Ceſtum habet Ve. 770
Ex aſpectu naſcitur amor 108
Adamantis tenere 925
Paruus ſemper tuus 638
Aureæ compedes 540
Muſicam docet amor 1071
Capite geſtare 1113
Qui non zelat 1119
E Creta raptus 1061
Iynge trahor 1094
AMICITIA
Amicus non cogendus 928
Amicus fidus 953
Amicitia ſtabilium 522
Ama tanquam oſurus 442
Amantium iræ 757
Amici mores noueris, non oderis 592
Nouos parans ami. 812
Nõ potes Tethidem ſimul & Galateam amare 807
Vnus deus & plu. 835
Neque nulli ſis ami. 870
Ne ciuuis dex. inij. 22
Nemo ſibi naſcitur 1110
Amicorũ cõmunia omnia 18
De manu in ma. 655. 1075
Amicitia æqualitas 19
Amicus amico 127
Amicus magis ne 481
Naæra & Charmione 869
Qui circa ſalem ac fã. 35
Salem & menſam ne. 231
Intempeſtiua benеuol. 295
Præſtat habe. acer. 1035
Non ſunt amici qui 526
Mulcas amicitias 424
Abijt & taurus 49
Vbi amici, ibi opes 129
Vſque ad aras ami. 765
Amicorum eſt mo. 929
Animo ægrotanti me. 761
Αμφιθαλὴς ἐγὼς 1009
In ære meo eſt 289
Syncretiſmus 35
Conciliant homines 441
Cum amico non cer. 934
Queruli in amicitia 1031
Amicus lingua 808
Felicitas multos habet amicos 842
Oculis ferre, in ſinu, in capite 1225
Felicium multi cog. 756
Menſa communis 231
Panis fractio ibidem
Ad felicius latus inflect. 126
Nauigare cum felicibus 127
Tempus arguit amicum ibid.
Ne rebus proſperis mihi uenias ibidem
Feruet olla, uiuit ami. 196
Ex ſinu illius 1167
Χρῆσαι καὶ κτῆσαι 1200
Ipſis & chijs 1154
Vultu ſæpe læditur 1160
Sal & menſa 1174
Phitoteſius crater 1124
Salute tenus amici 808
Πολυφιλία 870
Amicus certus in re incerta cernitur 1069
Ollæ amicitia 196
Viri infortunati procul amici 673
Plures adorant ſolem 800
Ad felicem parietem deflectere 126
Nudæ gratiæ 638
Sapientes tyranni 862
Amicitias immor. 1074
ADVLATIO
Mercenarium præcon. 1169
Saluete equorum filiæ 1149
Verbis coquinarijs 1155
ἀκάλλειν 993
Θωπεύειν ibidem
Χαριγλωττεῖν 861
In oſtio formoſus 881
Pithon formoſus 871
Refutantis laudem 922
Μυοσοβεῖ 1113
Haud quaquam diff. 439
Cura eſſe quod au. 1005
Herculana ſcabies 540
Ficum cupit 492
De fera comediſti 615
Demulcere caput 741
Blandius alloqui 928
Cauda blandiri 993
Præſtat habere 1035
Benignior pellice 1011
Letale muſſum 328
Χρηςόλογος 191
Io Pæan 541
Polycrates matrem 640
Ipſe ſemet canit 588
Magis ipſe Phryx 658
Pulchre dixti 392
Climacides 1047
Gloſſogaſtores 1091
Conſeſſus in talario 1201
Clemens laniſta 1200
Ex cohorte prætoris 1191
Gallonius 1160
IN DELITIIS
Porcellus acarnanius 516
Mus albus 627
Melitæus catulus 811. 1052
ODIVM
Odium agreſte 444
Odium Vatinianum 488
Odium nouercale ibidem
Oderint dum me. 692
Odit cane peius ibidem
Empedoclis ſimultas 613
ἄσπονδος & πόλεμος 813
Archidamicum bellum 803
Cui iſta arrident 912
Ne uia quidem eadem 469
Fratrum inter ſe iræ 92
Ira omnium tardiſſimè ſeneſcit 172
Cui placet obliuiſcitur, cui dolet meminit ibidem
Ate, litæ 273
Et Scelij filium abominor 1153
Non magis quàm canem 1199
Vt lupus ouem 1134
Principum fauor 947
IRA
Lucernam accendere poſſis 1192
In fermento iacere 718
Fluctus mutus 1101
Iracundior Adria 1111
Demiſſis auriculis 1113
Mordere frenum 165
Mordere labrum 914
Tacite ſtomachari 949
INVIDIA, æmulatio
Cognatio mouet inuidiam 1150
Eſurienti ne occurras 1187
Inuidus uicini oculus 739
Figulus figulo 519
Inimicus & inuid. 739
Vnicum arbuſtum 463
Vna domus non alit duos canes ibidem
Zoili 567
Edentulus ueſcen. 734
Expertes inuidentiæ 109
Iactantiæ comes 957
Turpe ſilere 626
Optat ephippia 258
Fertilior ſeges in ibidem
Præſtat inuidioſum 1059
DIFFIDENTIA
Pauper diuiti dans pet. 134
Mali uiri munera inutilia 133
Ne fidei credendum 217
Rara fides 808
Simul & da & accipe 655
Nemuni fidas 420
Fiducia pecunias 808
Confringere teſſeram 390
Non perſuaſeris, etiam ſi perſuaſeris 640
Nec Mercur. quidem crederem 1114
Cæca dies, oculata 317
Oculatæ manus ibidem
Pluris oculatus teſtis unus quàm auriti decem 613
Quot ſeruos habet 501
Hoſtium munera non 133
Homo homini lupus 60
Etiam ſi Cato dicat 1083
Lydus oſtium mouet 623
Tuam ipſius terram 143
FRAVS AB amico
Κύλικα περιλικμᾶν 1124
Vallus uitem 463
Canis mendico 1021
DILIGENTIAE
Adamuſim 223
Thynni more 843
Iuxta molam 860
Ad unguem 223
ἐξονυχίζειν 926
Refingere 223
Recoquere ibidem
Ad libellam debere 1162
Funiculum ad lapidem 1157
Factum tranſactum 1187
Pleno gradu 1208
Somnum non uidit 1198
Pluteum cedere 881
Demorſos ungues ſa. ibidem
ἀναπεμπάζειν 914
In quadrum redi 376
In nocte conſilium 468
Vltro citroq; 151
Ruminare neg. 914
Fixis oculis intueri 687
Τετηνὸν βλέπειν 820
In occipitio oc. gerere 805
Vnum ad unum 468
Incudi reddere 223
Ruris ſons 615
Ithorus 989
Caput ſcabere 881
Ariſtophanis & cle. 297
Olet lucernam ibidem
Non una manu cap. 1075
Metiri digitis 1088

Ayuntamiento de Madrid

Homini diligenti 1079
Arator nisi incur. 1088
Non nauiges noct. 1027
Somnus absit ab oc. 662
Neque quantum lusci. 688
Succisiua opera 423
Vel acum inuenisses 903
Grues lapidem de. 875
Frons occiputio 84
Arripe negotij 926
Mihi curæ 951
Mihi istæ curæ 962
Ex perpendiculo 1108
Folia cadunt, post cadent 119
Transuersum unguem 192
Digitum transuersum 190
Puncto non discedere 191

ASSIDVITAS

Minutula pluuia 119
Assidua stilla caust lapidē 797
Tempus longum uit. lap. 784
Bis septem plagis 595
Dicendo discere di. 240
Latum unguem 190
Nocte dieq; 168
Taurum tollit, qui uitulum tulit 94
Velut umbra sequi 910
Ne altero quidem pede 388
Saxum uolutum non 833
Multis ictibus deijcitur 339
Exercitatio potest omnia 473
Ne genu quidem flect. 429

INDILIGENTIAE

Princeps indiligens 937
Si quis iuxta ciuitatem 995
Malus ianitor 1016
Phani ostium 644
A limine salutare 370
Vt canis è Nilo 369
Per transennam in. 744
Per nebulam, per cali. 145
Moriendum priusquam 1159
Per satyram 1130
Summo pede 1170
In transcursu 1058
Summis labijs degu. 371
Summis naribus olfa. 393
Extremis digitis 371
Primoribus labijs 370
Molli brachio 168
Suspensa manu 1040
Compressis manibus 414
Pulmo prius uenisset 1077

SOMNOLENTIA

Endymionis som. 365
Vltra Epimenidem ibidem
Salem uehens dor. 301
Non decet princip. 649

OCCVPATIO ocium

Nec ad aures quidem 863
Nullum ocium seruis 407
Festum multas habet 962
Vincula tyrrhena 1019

Cum licet fugere 637

IVSTITIA

Aequa lance 193. 387
Radamanthi iudicium 684
Orphica uita 1136
Rectam instas uiam 1194
Virtus simplex 1138
Partitio non præsu. 867
Iustitia in se uirt. 522
Homines frugi 475
Exigua res ipsa iu. 439
Trutina iustius 587
Iustitiæ oculus 988
Iustitia iustior ibidem
Mars rex 986
Bochyris 642
Eidem pensare truti. 193
Rhamnusius 854
Prienensis iustitia 864
Rectam ingredi uiam 844
Dum clauum rectum 740
Ad amussim ap. 223
Ne moueto lineam 373
Ex æquo partire 1020
Aequalitas haud 1022
Quæ non posuisti 826
A sacris abstinendæ 943
Nemo quenquam ire 847
Zeleuci lex 714
Hæc iustitia 822
Dat uenium coruis 857
Quod alijs uitio uer. 941
Vrbanus nihil æq. 815

INIVSTITIA

Stateram ne trasgredaris 20
Malum luerum 807
Fabarum arrosor 1100

RIGOR

Summum ius, summa 382
Exsyngrapha agere 1131
Ad libellam debere 1162
Censoria uirgula 1143
Obtorto collo 423. 1168
Olitorem odi, qui radicitus, &c. 901
Ad uiuum resecare 536
Radit usque ad cut. 804

VIS INIVSTA

ἐκ παϊκάπαιον 813
In rupes ibidem
Ne quis malus ingredior 809
Chordas non mouendas mo. 254
Ferro diuidere 240
Ius in manibus ibidem
Ad saga 1139
Capillus trahere 1174
Cyclopum more 1146
Obtorto collo 423. 1168
Oculum excludere 1182
Prophani fores 811. 744
Leonis catulum ne 523
Lex in manibus 1123
Leonina societas 304
Atticus aduena 442

Centaurice 768
Mars rex 986
Rus ciuitas 610
Hospes indigenam 837
Αγεωμέτρητος 809
Priusquam sortiaris cō. 865
Non mouenda mo. 254
In antrum haud le. 836
Abstinenda uis 937
Cesconhabitas 621
Cyclopica uita 394
Cyrnia terra 752
Martis campus 636
In caput præcipitare 813

INCVLPATVS

Ratio quidem app. 1161
Purior clauo 561
Aurum indice explor. 998
A puro pura desiu. 781
Aurum igni probatur 998
Aurum colophonium 776
Ne Momus quidem id 216

TEMERITAS

Exitij nulla ratio 1126
Ne præ. fueris ad iu. 1131
Oportet remum imp. 108
Quam quisque norit 484
Cœnare me doce 853
Non suscipiendum 930
Illotis manibus 361
Andabatæ 343
Aedilitatem gerit 734
Insitia consiu. parit 1081
Ne incalceatus in m. 1098

PVDOR

Apud mensam uere, ūdari neminem opor. 1197
Pudor in oculis 440
Pudebat recusare 760
Pudor & metus 937
Vere. undia inu. 625
Tinctura Sardonica 677
Tinctura Cyzicena 901
Vbi timor, ibi pudor 105

IMPVDENTIA

Manci pera 1101
Faciem perfricare 323
Dea impudentia 749
Nudo capite 831
Atticus aspectus 356
Lingua non redarg. 1132

PVDICITIA

Hippolytum imita. 874
Melanione castior 703

IMPVDICITIA

Ofce loqui 1058
Onobatis 1097

ORIGINIS

Ex tardigradis asi. 664
Ex quercubus nati 337
Nunquam ex malo 205
Est quilla non nascitur 529
Ex minimis initijs 926
Exiguum malum 582
Bonæ leges ex ma. 393

Initium belli 718
Hinc belli initium 847
Piscis primum à cap. 1022
Ab impijs egressa 352
Mali corui malum 350
Autor omnium 939
Ex tua officina 616
E circulo 1216
Generosioris arb. 147
Magnorum fluminum 148
Hinc illæ lacrymæ 147

NOBILITAS, obscuritas

Virtus gloriam parit 1152
Quanta uix cœlo c. 113
Auis ex auibus 1151
Cymbalum mundi 1192
Διακωδωνίζειν 1020
Domi nobilis 1168
E domo in domum 1152
Fumosæ imagines 1174
In ore, in oculis 1142
Iouis germen 1193
Generosior codro 660
Generosior Sparta 668
Subditicius es 1030
Ne patris quidem 743
Terræ filius 336
Matris ut capra 704
Lychnobij 1051

DEGENERANtium in peius

Seipsum uincere 100
O do. anti. q̄ disp. d. d. 1127
Ab equis ad asinos 280
Mandrabuli more 100
Heroum filij noxæ 241
Haud canit paternas 722
Filius degenerans 926
Quis parentem lau. 686
Accias medicatus 615
Taurum tollat, qui 49
Vt nunc sunt hom. 930
Eamus Athenas 1098

INITIVM laudatum

In hoc calciamen. p. 1152
Operi incipienti fau. 1151
Vestigium ponere 1136
Cum paruula est bo. 812
Primum Aegina 581
Primum Mars in fil. 865

PROFICIENtium in melius

Ab asinis ad boues 280
Dives factus desijt 343. 662
Satis quercus 160
Non enim spinæ 696
Effugi malum, inue. 734
Iuxta cubitum profe. 991
Meliores nanciscī 631
Melius nobis 754
Ex bono in bonum 877
Fuit & mandroni 1079
Hodie nullus, cras 1004
I modo uenare 871

Ayuntamiento de Madrid

PROPRII COMmodi ſtudium
Tunica pallio prop. 155
Intus canere 426
Aſpendius citharæ ibidem
Ne quicquam ſapit 235
Ad ſuum quenque q. 903
Decora teipſum 1007
Anguillas capture 878
Vna Luabor 647
Manum admouere 1029
Vndecunque lucrum 948
Genu ſura propius 155
Omnes ſibi melius 156
Sibi quiſq; amicus eſt ibidem
Simonidis cantil. 681
Mihi ipſi balneum 386
Sibi canere 426. & 859
Aſtutior coccyce 1025
Opta uicino ut ha. 842
Veniat hoſpes 636
Suam quiſque homo 995
Mercator eſt 959
Ciuitates ludimus 768
LVCRVM EX ſcelere
Vſuræ nauticæ 1170
Tributis potiora 676
INTERNITIO
Funditus, radicitus 1142
Ne ignifer quidem 383
Ne bolus quidem 850
Pinus in morem 647
Totum ſubuertere 739
Perdere naulum 858
Cum cane ſimul 1027
Fuimus Troes 360
Qui iure perierunt 959
Omitte uatem 692
SVBITVM exitium
Occaſionis ala 770
Muris interitus 759
Muris in morem 857
Eadem tibi & Pythia & Delia 619
TOTVM VT nihil reliqui
Omnia chnaumata 600
Cum puluiſculo 673
Vnà cum ipſis 604
Vnà cum templis 1060
Ruta cæſa 1047
Cum ramento 1207
Et prædam & præ. 1178
Meandri 1187
Principium, mediũ finis 1136
OBLIVIO
ἀμνηςία 220. & 353
Hac nõ egreditur uerbũ 269
Vino inſcribere mulieris iuſiurandum ibidem
Obliuionis campus 691
Proprij nominis obli. 530
Malorum oblitio 926
Non malorum memi. 453
Odi memorem com. 269
Ex libro gubernat 1119
Vinorum oportet 97
Ventis tradere 826
Olle ueſtigium in cinere 25
Imis ceris eradere 1036
Bibere mandragoram 1083
MEMORIA
Iucunda malorum præteritorum memoria 1162
Stimulis fodere 1104
Fodere latus ibidem
Cubito tangere ibidem
Ignarum dare ibidem
Iucundi acti labo. 505
Quæ dolent, ea mo. 998
Vbi quis dolet, ibi 469
Aurem uellere 284
Tanquam meum nomen 560
ELABENDI
Επερδλιπόμα 845
Εκλιπόμα 849
Caſſes rodere 850
Omnes laqueos effu. 1076
Reperire rimam 779
EX SESE
Domi habet 390
Domeſticum malum 945
Nihil paſſus graue 869
Emere malo quàm rog. 128
DOMI VIVERE
Teſtudo ĩtra tegumẽ tuta 805
Οἰκεία ibidem
Domi manendum 943
Domus amica do. 804
Domus optima 956
FOEMINAE
Fœmina nihil peſt. 954
Ignis, mare, mulier 470
Sublata lucerna 834
Malè coniugati 949
Mulieri ne credas 705
Nec mulieri, nec 1060
Mulierum exitia 705
Mulieris oculus 831
Mulier pudica ne 942
Qui non litigat 1014
Tanquam Chalcidica 715
Theſſala mulier 124
Τπεφλοιομάνη 1030
AEQVANIMITAS
In re mala 831
Magiſtratum gerens 648
Iactare iugum 918
Ad finem ubi peruen. 24
SOLITVDO
Ne muſca quidem 448
Nullum animal ibidem
Scytharum ſolitudo 862
IGNORATIO
Alio cœlo natus 113
Iuxta cum ignariſſ. 1176
Nullius coloris 1178
In alio mundo 113
In alieno foro 487
In tua ipſius harena 874
Albus an ater ſis 268
Non nouit natos 269
Ne pictum quidem no. 1084
Prorſus ignotos 940
Nomine tantum not. 369
Late uiuens 712
NOVITAS
In folle offerre 1165
Nouitas grata, Homericus uerſus 942
Aliud genus remi 631
Qui modus equitum 657
NOTVS
Hoc iam & uates ſciunt 1148
In ore, in oculis 1142
Rumor publicus 1145
Domeſtice notus 370
Intus & in cute ibidem
Principes inter ſe 948
OCCVLTA
Plutus ἀφανὴς 302
Fauere linguis 844
Terra defoſſum 822
Occultæ muſices 302
Qui apud inferos 183
Niſi ſi qua uidit 464
Attici Eleuſinia 582
In tenebris ſaltare 356
Monſtrum alere 561
Muris circumcurren. 1037
Summis ingredi pe. 1033
In aurem dicere 140
Oſtium obdite 844
In ſimpulo 480
In angulo 1084
Admoto capite 1055
Vrit abſque torre 1041
VICES OFFICII
Εγκεῶτις ἄμιλλα 987
Ordinem deſerere 632
Penſum perſoluere 144
Contribulis factus 1019
FIDES ET grauitas
Folium Sibyllæ 305
Ex tripode 304
Bonus magnuſq; 241
Priſcis credendum 1186
Suffragium optimum 1163
Semper aliquem uirum magnum 1192
Oraculum 305
Ex adyto ibidem
Iniurato credere 314
Oratio magnifica ſed fide carens 109
Recto pectore 1107
Legatus non cæditur, neque uiolatur 1117
Ex Ionis tabulis 315
Atticus teſtis ibidem
Attica fides ibidem
Ioucm lapidem iu. 605
Radamanti iuſiu. 685
Viri iureiurando 806
Iouis ſuffragium 587
Amphictyonum con. 848
Pollicentis prom. 922
Dictũ ac factum 694. & 879
Mineruæ ſuffragium 828
Veriora his quæ apud Sagram 350
Oculis magis ha. 73
Domeſticus teſtis 495
Venereum iuſiurandum 559
Dignus qui cum in t. 314
De manu in manum 655
Manu longa ſeu breui 193
PERFIDIA
Verbis cõcept. peierare 1195
Θράσος 1149
Superauit dolum Troianum 1177
Græca fide 315
Punica fides ibidem
Altera ſcabit, altera ferit 216
Μαγαδίζειν 317
Ex eodem ore calidum & frigidum efflare 316
Magadari 1105
Altera manu fert aqu. 1056
Altera manu fert lapid. 316
CONSILIVM
Nihil eſt miſerius 1184
Res ſacra conſultor 432
Suadeo quod ipſe 949
CVM AVXILIO, citra auxilium
Frater uiro adſit 505
Sine ope diuina 944
Ne gladium tollat 198
Non abſque Theſeo ibidem
Duobus pariter 745
Nihil profuerit bul. 1015
Tradunt operas 307
Alieno auxilio po. 927
Alieno ferox præ. 916
Titanas implorat 507
Ancora domus 138
Columna familiæ ibidem
Noſtro Marte 235
Sine cortice 320
Vnus uir nullus 204
Qui per ſe ſufficit 954
Ανεξίνας & ἐ 777
Multæ man. onus 530
Re opitulandum 927
Chordæ uice 813
Viuus fueris 862
Papyri fruclus 773
Copijs noſtris 235
Meis auſpicijs 1193
Porrigere manus 1159
Sine canibus & retib. 1153
Si deus noluerit 949
Pecun. abſque peculio 1091
Summa ui defendere 927
Tanquam heros in cl. 625

Ayuntamiento de Madrid

INTEMPESTIVA & incepta

Saturnalia non ſemper erunt 106

Hercules κρακῶ]εφός & 107

Ibyci equus 1125

In craſtinum ſeria ibidem

Simulare cupreſſum 195

Intempeſtiua bene. 295

In lente unguentum 278

Aeſtate penulam 405

Menſe Maio nub. 264

Mentum belli tempore 433

Roſam quæ præ. 609

Foras Cares, non am. 115

Anus hirciſſans 343

Anus bacchatur ibidem

Feli crocoton 107

Apage hoſpitem 504

Quid de puſillis 816

Tragœdias in nu. 675

Annoſam arborem 175

Ne unquam uiri ſenis 645

In ſenem libidinoſum 925

Moleſtum ſapientem 702

Malum eſt bonum 1023

In pace leones 1086

Mira de lente 1075

TEMPESTIVA

Hyberno pulucre, uerno luto 1184

Hernioſi in campum 1153

Alia æſtate, alia hyeme 296

Καιρὸς deus ibidem

Occaſio dea ibidem

Nunc leguminum 631

Bæta tum hyeme 902

Cum ceſſat Boreas 821

Noſ.e tempus 295

Alium ætatem alia 430

Capra ad feſtum 960

Munus exiguum 948

Audi chelidonem 1016

Oleum & ſalem 868

Iouis tergus 1017

Nihil homini amico 1002

Domi Mileſia 162

Phallus deo 810

Sacra hæc non ali. 559

SERVIRE tempori

Seruire ſcenæ 67

Vti foro 68

Aut bibat, aut abeat 389

Gladiator in harena 248

Polypi mentem ob. 68

Spartam nactus 562

Omnium horarum 152

Sub manu naſci 68

Aut abi, aut exuere 1133

DEPRECANTIS, abominantis

Deſpuere malum 1200

Vates ſecũ auferat omẽ 1189

In capras ſylueſtres 780

Lacon malus piſcis 1122

Si quid mali, in pyr. 762

Procul ab auribus 781

Abhorrentis ac de. 955

Dulcis cubitus 428

Reijcientis culpam 954

Terra mihi prius 748

EXECRANDI

In ultimas terras 1189

Tragicæ execrationes 291

Diris agere 293

Deuotionis templum 109

Oedipi imprecatio 292

Phocenſium execrat. 252

Adiurantis fic. 923

In omni fabula Dædali execratio 719

Ἀποφράδες 830

OMINANDI

Si tu proreta 1175

Bene ſit 882

Cum Muſis 779

Adſint dij beati 780

Mercurio dextro 1114

In morbo conſumat 1104

In tuum ipſius 762

BENEFICIVM corruptum

Perdidiſti uinum 489

Capra Scyria 381

Panis lapidoſus 1953

RISVS

Ionicæ choreæ 216

Ionice ibidem

Intra labia riſit 1188

Riſus Ionicus 215

Riſus Megaricus ibidem

Riſus Chius 216

Riſus Sardonius 837

Aiacis riſus 287

Ἀχεδόγελως 1009

Riſus ſyncriſius 609

Stultior Melitide 1055

Emori riſu 1004

DERISIO

Omnia præclara dic. 1157

Rhinocerotis naſus 314

Μυκτηρίζειν ibidem

E᾽ ſublimi me derides 108

Εσκιμαλίχθαι 814

Naſo ſuſpendere 314

Poſtica ſanna 1003

In eo ipſo ſtas lapi. 718

Loripedem rectus 767

IMPOSTVRAE

Dare uerba 207

Addere manum ibidem

Os ſublinere 107

Obtrudere palpum 878

Fucum facere 207

Circuntondere co. ibidem

Noua hirundo 253

Perſonam mauult quàm faciem 208

In laqueum inducere 376

Obolũ reperit Parnaces 636

Epheſiæ literæ 664

FORTVNATA ſtultitia

Athenienſium incon. 321

In nihil ſapiendo 719

Malum uas non 1022

CITRA LABOREM

ἀκονιτὶ 218

ἀσιδηρωτὶ ibidem

ἀναιματὶ ibidem

Citra ſementem ibidem

Dormienti dij conficiunt 219

Dormientis rete trahit ibidẽ

Citra pulueremꝫ 218

Sub aliena arbore fruct. 1120

Citra arationem 219

Vltro deus ſuppe. 672

INCITARE

Alas reddere 1154

Cithara incitat ad bel. 1129

Claſsicum canere 861

Stimulis fodere 1104

Cubito ſtatem tang. ibidem

Fodere latus ibidem

Aurem uellere 284

Cur ceſſatum eſt 1055

Frigidam aquam ſuf. 390

Modis omnibus incitare 925

Feri puer 1073

Ignarium dare 1104

DISCRIMINIS

Apio eſt opus 710

Sub cultro liquit ibidem

Sus ſub fuſtem 654

In Pythij templo 1018

Vtinam domi ſim 671

Fuge procul à uiro 150.829

Fuga tutior 953

Poſt folia cadunt 670

Nunc contingat 695

De tuo capite 1002

E᾽ canis podice 1011

Aſciſce ad extre. 871

In eadem es naui 418

De pilo pendet 367

Periculum proræ 632

Inter ſacrum & ſaxum 37

A᾽ fronte præcipitium, à tergo lupi 836

Flamma fumo eſt pro. 195

Tua res agitur tunc 876

Per ignem incedis 964

In neruum ire 587

Nocuit & nocebit 913

Inter malleum & incu. 37

In acie nouaculæ ibidem

Res eſt in cardine 38

Enaſſa eſcam petere 1061

Ruta opus eſt 1043

Longæ regum manus 751

Fortiorem te uita 619

Ne uni naui 1041

Vndarum in ulnis 1101

Filum contentionis 812

Οἰόλυκος 1101

Caluus quum ſis 1113

Ouem lupo commit. 163

Obijcere cambus 694

Ne in melampygum 430

Ne temere Abydum 306

Ad ſcolon ne pro. 551

Caue thoracem 550

Aegæum nauigat 744

Ne in neruum crum. 607

A᾽ bis ſeptem undis 782

Ne puero gladium 569

Gladium acutum auer. 26

Perq; enſes, perq; ig. 515

Non certatur de olea 722

Malcam legens 547

Per haſtæ cuſpidem 336

Lepus pro carnibus 446

Ex ore lupi 642

Certamen non acci. 810

Corpore effugere 185

In periculoſo negotio 938

Ingens diſcrimen 925. & 946

ALIENO PERICULO

Coctum ab alio edere 175

De alieno ludis corio 486

Non eſt meum negoc. 702

Alienam metis meſ. 175

Innocuus alium aſpi. 694

EXPERIENTIAE ſeu periclitationis

In Care periculum 232

In dolia figulariam 234

In harenam deſcendere 309

Primas iactare haſtas 1215

Velitarij ibidem

Quanta mus apud 520

Omnem mouere lapidem 167

Pedem conferre 1077

Omnem rudentem mo. 268

Reſp.uirum docet 1038

Omnem iacere aleam 170

Aut ter ſex, aut tr. 519

Rex aut aſinus 851

Vela uentis permit. 171

Deo, fortunæq; com. 935

Res ad triarios red. 39

Sacram ancoram ſol. 49

Mouebo talum ibidem

Sẽper tibi pendeat hamus 358

Fabri fabrilia tractant 234

Aſinus ſedet 851

Rex ſum ibidem

Tentantes ad Troiam 466

Et poſt malam ſegetem 1054

SECVNDAE experientiæ

Poſterioribus meliora 135

Poſteriores curæ m. 237

Danda uenia lapſo 958

Deſtitutus uentis remos adhibe 1086

IMPERITIA

Dulce bellum inexper. 966

Ayuntamiento de Madrid

Pedum uiſa eſt uia 854
Operarij 1216
Vocales ibidem

CONATVS

Omnibus ueruis 946
Aut terra aut mari 1182
Commouere ſacra 1169
Comitus & eminus 169
Manibus pedibuſq;, & neruis omnibus 166. & 946
Omnem uocem mittere 1105
Omni telorum genere 267
Pro mea uirili 935
Remis uelisq; 166
Ancoras tollere 600
Omni pede ſtandum 741
Omni uoce 1085
Toto pectore 168
Cum haſta, cum ſcuto 670
Omni certam. gc. 963
Surſum ac deorſum 152
Rem nouam aggerere 959
Summis uti uelis 499
In magnis & uol. 666
Miſcebis ſacra pro. 151
Mare cœlo miſc. ibidem
Terra mariq; 168
Fruſtratus conatus 927

PERTINACIA

Auriculam mordicus 1204
Alios tragœdos puocat 1171
Oſtrei in morem 1147
Mordicus tenere 167
Toto corpore, omnibus unguiculis 168
Gladiatorio animo 149
Niſi crura fracta fuerit 1087

INCERTVS euentus

Mars cõmunis 292. & 1123
Inter os & offam 188
Multa cadunt inter calicem ſupremaq; lab. 187
In herba eſſe 487
Neſcis quid ſerus uèſper uehat 270
Nullo ſcopo iaculari 852
Anceps euentus 940
Si crebro iacies 78
Sol omnium dierum nondum occidit 270

EX EVENTV iudicium

Mali principij malus finis 1175
Mox ſciemus melius uate 46
Cocta numerabimus 193
Res indicabit 827
Magiſtratus uirũ indicat 398
Rem factam ſtul. cog. 136
Piſcator ictus ſapiet 42
Poſt acerba prudentior & 1022

MVLTI

Non una uehit na. 999
Pueri ſeneſq; 1085

IN STVPIDOS

Ede naſturtium 526
Nihil ab elephãte differs 699
Porcus obeſus 867
ὅλμῳ ἄτολμος 666
Sacer piſcis 1106. & 867
Tanagræus cetus 1117
Mamacuthæ 1056
Loquax talpa 1108
Bos marinus 1112
Nihil differs à Chærephonte 699
Mens non ineſt Cẽtauris 702
Beccefelenus 828
Saturni podex 808
Caput uacuum cere. 825
Margites 521
Rana gyrina ſapientior 427
Ouium nullus uſus 632
Ouium mores 759
Fœnum eſſe 758
Tibicines mente ca. 966
Ne quis unquam Megarenſibus 869
Midas auriculas aſini 147
Fungus 994
Aut regem, aut fatuum naſci oportet 114
Stultior Melitide 1055
Neſcit capitis, &c. 626
Vir uidebatur nauis 856
Terræ inteſtina 589
Larus hians 711
Κορυβαντιᾶν 907
Lucerna pinguior 572
Bœotica ſus 376
Bœoticum ingenium 494
Bœotica cantilena ibidem
Bœotica auris 773
Παλίμπαιδες 202
Aſinus ſtramenta mauult quã aurum 1146
Colophonium calciamentum 1144
In nauibus educatus 1135
Mittere ſanguinem 1201
Vaſis inſtar 1134
Veruecea ſtatua 1199
Tredecim cubitorum 1187
Προσελήνιοι 802
Βαλανοφάγοι ibidem
Antiquiores Crono & Titanibus fuiſtis ibidem
Salſitudo non ineſt il. 514
Bibe elleborum 324
Strychnum bibit 326
Porcum immola 327
Squillas è ſepulchro 504
Minus habet mentis 466
Piſtillo retuſius 867
Embarus ſum 961
Phryx plagis 316
Seruilior Meſſana 683
Stultior Corœbo 692
Stultior Morycho 677
Stupidior Praxillæ 681
Corpus ſine pectore 393
Antronius aſinus 583
Naribus trahere 422
Arcadicum germen 802
Arcades imitans 777
Aſinum in rupes 1002
Feles Tarteſia 106
Stulto ne permittas 842
Non ineſt illi dentale 964
Septennis cum ſit 458
Stultitia eſt lanam 693
Vt Bagas ſtas 921
Deſertum obtueri 1021
Terebintho ſtultior 1019
Cæcus auribus 1030
Bis pueri ſenes 201
Saturniæ lemæ 443
Auris Bataua 1099
Abderitica mens 1098

PRAELONGI

Porcus obeſus 867
Caliga Maximini 38
Clematis Aegyptia ibidem
Amens longus 829
Nullus malus 528
Pinguis uenter 869
Puſillus quantus Molon 854

IMPROBI

Lydi mali 708
Lerij mali 548
Aetoli 1224
Mali commatis 764
Κίβδηλος, id eſt, adulterinus 764. & 818
Bipedum nequiſſimus 286
Tenedius tibicen 589
Phrynondas alter 903
Noui Sim. & Simon me 578
Beſtia beſtiam nouit 1125
Ambrones 1137
Ballio 1168
Βεργαΐζειν 1170
Euribatiſſare 109
Vltra Eurybatum ibidem
Tria cappa peſſi. 878
Duplex cappa ibidem
Βωμολόχος 913
Inexploratus homo 572
Diagoras Melius 832
Non capit ſomnum 908
Lacerat lacertum 374
Lupi decas 624
Cum ſacco adire 1092
Onobatis 1097
Cercopum cœtus 634
Cercopiſſare 635
Αλιτήριος 1002
Ferre iugum 107
Magis impius Hip. 706
Marc proluit omnia 819
Qui omni in re 686
Seruilis capillus 500
Vlyſſis remigium 714
Dij tibi dent tuam men. 1005
Non es laudandus 628
Compendiaria res improbitas 784
Inſania non omnibus 965

INGENII MAlitia, & inſtitutio

Lupus pilum mutat 801
Naturam expellas 629
Lignum tortum 709
Aethiops non albeſcit 963
Qui ſemel ſcurra 536
Podex lotionem uincit 402
Occaſione duntaxat 440
Saliuam imbibere 539
Quo ſemel eſt imbuta ibidem

MALVS VICINVS

Salſuginoſa uicinia 246
Aliqd mali propter uicinũ 44
Si iuxta claudum ha. 346
Omnibus modis nocens 1222

APERTE ET craſſe

Λεπτολογεῖν 911
Παχυμερῶς 910
Λεπτομερῶς 912
ὡς τύπῳ εἰπεῖν, ut ita loquar 910
Præmãſum in os inſerere 707
Craſſa Minerua 46
Craßiore muſa 47

RARITAS

Phœnice rarior 627
Vbi per harma fid. 221
Lac gallinaceum 228
Rara auis 422 Alba auis 471
Noctuinum ouum 431

CONCORDIA

Velut in cratere 1039
Ἀδελφίζειν 1179
Concinere 1055
Dorice concinere 1173
Eadem queri 1179
Pariter remum ducere 1154
Concordia fulciuntur 931
Concordia 944
In idem conſpirare 1102
Mutua defenſatio 931
Mutua defenſio 932
Tradunt operas mutuas 307
Vt in uelabro 918

DISCORDIA

Beta gammam perſequitur 1158
Res tuas tibi habeto ibidem
Bellum omnium pater 849
Domeſticum diſſidium 156

FVERVNT, non ſunt

Stultus oportuna loquutus 227
Nam illi iam non ſunt, at qui ſunt, mali 687
Fuere quondam ſtren. 960
Fuimus Troes ibidem

Omnia

Ayuntamiento de Madrid

77

Omnia bonos ui.de. 692
Sæpe etiam eſt boli. 622
Summaria indicatura 384

EXILIVM

Seruabis bouem 961
Teſtaceum flagellum 1111
Terram pro terra 496

ACCESSIO PVſilla, aut nimia

Cræſi pecuniæ terun. 1186
Piſcis eget ſale 1151
Holerum additamenta 721
Gleba aruum 659
Gutta uini 1017
Ne maior thylaco 1019

FOCVS

Focus luculentus 959

VSVRA

Citius uſura currit 622
Eſt pylus ante pylum 663
Felix qui nihil debet 651
Animam debet 282
Semel rubidus 861

PROBRVM, gloria

ἀποσυλῆσαι 503. & 1117
Fractis auribus 1120
Glorioſum & apud poſteros
Gloria futuri 965 (940
Non omnino temere 237
Sutorium atramentum 857
Scarabeo nigrior 772
Dedecus publicum 922
Cythorymi probrum 151
Cerite cera dignus 399
Hic bonorum uirorum 917
Quem fortuna pinxit 112
Vitelliana cicatrice ſtigmoſum 858
Probrum honeſtum 626. 917
Adhortantis ad gloriam 923
Cur non ſuſpendis te 656

MVNVS BONI conſulendum

Munerum animus 626
Nihil recuſandum 958
Donum quodcunque 989
Arripienda quæ of. 847
Equi dentes inſpicere 1072

LIBENTER

Accepit & glebam erro 503
Obuijs ulnis 691

REFVGIVM

Abdera pulchra 550

78

DOCILITAS

Apertæ muſarum ia. 636
Bos alienus ſubinde 192
Vtinam domi ſim 671

DIVITVM prærogatiua

Felicibus ſunt & trimeſtres liberi 284
Multitudo Impera. 626
Citius Telegoræ do. 1070
Nemo bene iuper 30
Bonus dux bonum reddit comitem 341
Vmbræ 33
Recipere animum 960
Arbore deiecta 755
Viua uox 82
Annus producit 51
Alijs lingua alijs 779
Τέμωνα 284

REPELLENTIS

Aliam quercum excu. 200
Tollat te qui non no. 298
Quære hoſpitem 299
Patuos non inuenit ibidem

MIRA NOVA

Agamemnonij putei 615
Annus clibanum 397
Cyziceni ſtateres 751
Carcini poëmata 769
Cornicum oculos 149
Απ' ἀκροφυσίων 1013
Glauci ars 659
Cercyrea ſcutica 465
Tenui filo 628
Agas aſellum 919
Ad id quod erat opus 781
Magna ciuitas m. 551

OMNIA

Anguſtum & latum 1156
Dulce & amarum 1182
Omnium quos ſol uid. 1198
Nec animãs nec inanime 1102
Loca, feriaq; 424
Pueri ſenesq; 1065

ILLECEBRA MALI

Lotum guſtauit 641
Periculoſum eſt c. 540

EXERCITATIO

Res palæſtræ & olei 1215
Vmbratilis et domeſtica exercitatio ibidem
Nitor ac paleſtra ibidem
E'ſchola cantilena 1216

79

CONTAGIO morum

Ne guſtaris quibus nigra eſt cauda 19
A' bonis bona diſce 1146
Circumpedes 1167
ἐκφυλλοφορῆσαι 1182
Oſcitante uno 837
Corrumpunt mores 397
Si iuxta claudum 596

COMMODO MAgno emptum

Vale carum lumen 635

TVMVLTVS

Tyria maria 1056

POTENTES

Manum ad os appone 1198
Nutu ac renutu 1166
Preces armatæ 1203
In omnia potentes 1041

MAGNI MOmenti

Vel Megaram uſque 1104
Dignum propter quod uadimonium deferatur 313

SCVRRILITAS

Equitandi peritus ne cantet 1164
A' ſexaginta uiris ue. 1113

AVXILIVM

Lunæ radijs non matureſcit botrus 1129
Per fluuium traducere 1103
Sacer manipulus ibidem
Coriaceum auxilium 1117
Ficulnum auxilium 303

BIBACITAS

Angina uinaria 1137
Maduſa 1173
Parthi quo plus biberint plus ſitiunt 1181
Καμηβαρβάλες 1020
Ranarum more 865
Nec elephas ebiberet 1106
Cothoniſſare 1107
Calicum remiges 1121
Κυαθίζειν 1106
Argenteus puteus 1115

HONOS INDIgno habitus

Bos in quadra argentea 1112
Bos ſeptimus 193
Aſinus in pelle leonis 146
Simia purpurata 272

80

Calceos mutare 1139
Fato Metelli 1188
Malus choraules b.ſ. 1166
Strumã dibapho tegere 1203

MALEDICENTIA

Ιαμβίζειν 1110
Στλωιῶσαι 1113
Execrationes ſerere 1122
Mæſonica dicteria 1124
Vltra hyperbolum 1032

NVGALIA

Nugæ theatri 1176
Κρεμνοχυτολήραιον 1100

MIXTA

Πηλαπλόα 1109
Copiæ cornu 227
Centones 553

PARASITI

Muſcæ 1121
Εθελόδιπνοι 95
Olla feruet 196
Myconiorum more 1142
Quadra propria 1206
ἀλλοδιφάγοι 1052
Κατ' ἀχειρῶν ὕδωρ ibidem
Αὐτολάκυθοι 1051

PVNIRI PRO ALIO

Tibicen uapulat 1122
Canis peccatum ſuis dep. 817

VENEFICIA

Manci pera 1101
Theſſala mulier 124

TOLERANTIA

Socratis callus 1205
Chalcenterus 1105
Adamantinus 286

TORVITAS

Non è quercu aut ſa. 1136
Origanum tueri 1107
Martem tueri 821. & 916
Titanicum tueri 622
Areopagita 556

FVCVS

Lecythum habet in malis 1151
Oleo nitidius 1194
Schœnicolæ 1179

OCIVM

Conchas legere 1219
Liber non eſt qui non aliquando nihil agit 1219
Nihil agere 875. & 1219
Ceſſare 1219

INDEX TERTIVS, RERVM NOTATV DIGNARVM, QVAE IN PRIMO INDICE NON HABENTVR.

Βασάνιζον quid 573
Abdera, Abderitæ 1098
Abijcere ſcutũ probroſũ 489
Abominantiũ ſputum 1200
ἀβρὸς ἀβροδιαίτ@ 573
Abſoluere nocentẽ minus malum quàm damnare innocentem 877.
Abydeni calumniatores 306
Abydenorum mores 1095
ἀβυδομόμας quis dictus 1095
Abyſſus quid 131
ἄκαινα uirga 1014
Acanthis auicula 335
Acarnanes populus 1019
Accidentia fluere 990
Accûs ſtultitia 490
Accumbendi mos Græcorum 1156
Aceſſæus nauta 221
Aceſeus Patarenſis 615
Aceſias medicus qualis 615

Ayuntamiento de Madrid

Acetum metaphorice 1198
Achilles qui dici poßint 285
Achillis haſta 405
Achilles qualis 408
Achillæum quid dicatur 1194
ἀχρειόγελως quis 1009
Acuei ordo quid continet 39
ἄκολοι quid 1109
Acriſij fabula 716
ἀκρα[illegible]οπιεῖν 497
ἀκρακώθωνες, ἀκροδώρακες 1106
ἀκροπ:ολιτ[illegible], quid 1033
ἀκρότη[illegible] & ἀκροτεῖν quid 206
Actæonis fabula 450
Actio, orationis uita eſt 82
Adagij etymologia 6
Vide Paroemia
Adagiorum celebritas unde 5
Adagia ſacrorum myſterijs ſimilia 10
Adagiorũ crebritas uitãda 13
Adag. operis cõſcribendi difficultas quãta 727 & inde
Adamantis natura 286
ἀδελφάγ& quis 671
ἄδεια quid 105
ἀδιαφορεῖν 151
ἀδικεῖσθαι, ἀδικεῖν 10
Admetus rex 602
Adoleſcentes indomiti quomodo cicurentur 595
Adoleſcenturire 104
ἀδολεσχία quid 342
Adorandi priſca ratio 28
Adraſti facta 608
Adraſtia, & unde dicta 607. & 608
Adriani factum 308
Adriaticum mare quale 1112
Adulationis ſedes ubi 482
Adulatio quid ibidem
Adulatorum oratio ubi naſcatur 389
Adulatoris ſtimulatio 1050
Adulterij pœna olim 1097
Aduocatorum uiquitas 618
Aetites lapis 895
ἀιάζειν quid 756
ἄικλον conuiuium 665
Aedificationẽ exhaurire fructus 93
ἀιδλὼν qualis auis 335
Aegeus cur ſe præciptauerit de ſaxo 756
Aeginẽſium cum Aetolis pugna 445
Aeginenſibus oraculum redditum 990
Aeginetæ 88
Aeginetæ illuſtres qui 581
Aeginetæ cur Myrmidones dicti 581
ἀιγινοπῶλαι 779
Aegis quid ſignificet 874
Aegyptijs mare, marinæ & quicquid ea tractat inuiſum 29
Aegyptij cur beſtias colucrint 59
Aegyptiorum hieroglyphica
Aemulatio duplex 87 (408
Aenigma quid 7
αἶν& quid & eius uaria cognomina 8
Aeolis regio 259
Aequalitatis proportio 468
Aequilibrium quid 587
Aeſchyli τριλογία 458
Aeſchyli locus caſtig. 773
Aeſchyli mors qualis 687
Aeſchinis dictũ in Demoſt. 83
Aeſchinis cognomen 1036
Aeſchi. locus correctus 1210
Aeſculapio auream barbam quis detraxerit 555
Aeſculapius cur à Ioue occiſus 602
Aeſopo de parãdis opibus cõſulenti quid reſpõſum 225
Aeſopi dictum de Ioui 293
Aeſopi dictum 559
Aeſopus & eius fabulæ 604
Aeſopi interitus & interfectorum ultio 616
Aetas nulla ad diſcẽdum ſera
Aethna mons 1048 (101
Aethnæi qui dicantur 764
Aetoliæ fertilitas unde 228
αὐξ ἀξανία 227
αὐξώνη & Aexonia 1184
Affectus homini cur dati. 415
Affectibus ſeruiẽs ineptus eſt ad imperium 30
Affectuum genera duo 1019
Affectus uocem intendit 1085
Affectus idem in animo, quod pedes in corpore 992
Afrorum ingenium 156
Agamemnon qualis 114.407
Agamemnonis interitus 597
Agamedes Stymphali rex
Agaſonis fabula 234 (300
ἀγαθίδες quid 860
Agathon tibicen 554
ἀγέλαιοι, qui 395
Ageſilai apophth. 886
Agipedes qui 399
Aglaonice Aſtrologiæ perita
Aglaonices iactantia 999
Agoranomis q̃ curanda 1182
Agricolarum innocentia & neceſſitas 344
Agricolis olim nullum genus hominum honoratius 891
Agricolatio à ſue oſtenſa 179
ἄγριον quid 444
Agrippus quid 587
ἀγρυξία quid 1035
Aiax Auguſti delectus 212
Aiax cur inſanus factus 288
Aiacis clypeus 990
Ai: pro equo 455
Alas accidere et addere quid 860
Alabandus, Alabanda 455
ἀλαότερα animalia 466
ἀλάφω 61
Albi, latinis læta 63
Albani populus qualis 395
Albidius helluo 357
Album prætoris 282
Alcameni quid oraculum reſponderit 649
Alceſtis quantum amarit maritum 612
Alcibiades qualis 68
Alcibiadis dictum 209
Alcibiadis Labdaciſmus 250
Alcibiades tibias abiecit 282
Alcibiades Socratis familiaris 464
Alcibiades cur muſicã damnauerit 774
Alcibiadis apophth. 837
Alcibiadis ingenium 988
Alcumiſtarum ſtultitia 475
Aldus Manutius 408 & inde
Aldi inſignia 410
Aldina bibliotheca 731
Alector dux Philippi 633
Ales pro augu. aliquãdo, 531
ἀλέω, ἀλιβάνφ 1002
Aletis fabula 433
ἀληθένφ quid 739
Alctæ factum 503
Alexander Hegius Eraſmi præceptor, & Rod. Agricolæ diſcipulus 174.483
Alexander Magnus Midæ nodum diſſoluit 32
Alexander Mag. qualis 407
Alexãdri Magni factum 353 & 359
Alexander Mag. cur ad Venerem parum ſtrenuus 531
Alex. Magnus quomodo muſicis modis immutatus 591
Alexandri Mag. dictum 541 648.901.1063
Alexandri iudicium de Homeri uerſibus 960
Alexandri Seueri præſtantia 138. & 421
Alexandri Seueri dictũ 479
Alexander archiepiſc. 564
Alexandrinorum ibides 394
Alexidis dictum 416
ἀλαζονίνφ quid 1045
Aliterij qui 1002
Aliterius cur Iuppiter ibidem
ἀλλοπρόσαλλ& 70.270
ἀλλοπρόσαλλ& Mars 70
ἀλοφώτης, ἀλλοφώτης 1206
Alpha quid ſignificet 538
ἀλφ[illegible]οσιτεῖν 553
Amæa, quæ 645
Amalthææ capræ fabula 227
Amaracus quid 172
Amare quando non dicatur amare 1132
ἀμαξηγοί qui 298
ἀμαξιὰα quæ 298
Amazonum mores 689
Ambire unde dictum 504
Ambrones populi 994
Ambroſia quid 738
Ambroſius Leo Nolanus 103 514.914
ἀμελὰς γωνία locus 670
Amicos amicorum communes eſſe debere 18
Amicum quod pulchrum 81
Amicos opibus utiliores 130
Amicorum omnium non eadem ratio 155
Amici uitia quo ferenda 592
Amicus uerus quis 1069
Amicitia laudata Aegyptijs quæ 869
Amicitiæ incõmodi qui 1031
in Amicitijs tripliciter peccari 1064
Ammon quis 453
Amor ebrietati ſimilis 111
Amorem præcedat iudicium 420
Amor unde concilietur 518
Amorem ex aſpectu naſci 831
Amor quantum poßit 1071
Ampeliotæ populus 452
Amoris immoderati uitium 906
ἀμφ[illegible]τερόπλας quid 1170
Amphithetum quid 1010
ἀμυσολογία 600
Amuſsis quid 222. & 1108
Amyclarum deſcriptio 341
Amyridis hiſtoria 50
ἄμυξις potatio 1013
ἀναακάμ-πτοι uenti 213
Anacharſidis dictum 275
Anacharſidis aſperitas 503
Anacharſidis apophthegma 858
Anagyraſios genius 57
Anagyrus quid ibidem
ἀναρχία quam pernicioſa 669
ἀναρχία quid & qualis 627
ἀνάῤῥυσις quid 823
Anaxagoræ dictum 773
Anaxarchus adulatorum omnium abiectiſsimus 235
Anaxarchi modeſtia 266
Anaxarchi adulatio 555
Anaxyris quid 828
Ancæi fabula 187
ἀγκών quid & unde dicatur 428

Ayuntamiento de Madrid

ἀνὴρ σύκινος quis 302
Anareas Alciatus 143.et 206
Androclis Pitenſis dictũ 1151
ἀνεμώλια ouæ 903
ἀνεμώλια quæ 563
Anemone quid 609.& 1043
ἀνέχιοι qui 462
Angelus Politianus 678
Angelos duos ſingulis Theologi ueteres adſcribebãt 61
Angeronia dea 756.& 997
Anglus quidam ciuis Londonienſis quomodo medicum ſefellerit 339
Anima quid 86
Animam debere quid 1161
Animi hominis partes tres 414
Animi diuinitas probat. 968
Animi affectum quæ maxime declarent 1190
Animalia duo domeſtica nunquam manſueſcere 27
Animalium ætates 255
Animalium aliquot deſcriptiones 889
Animal quodcunque laceſſitum uindictam moliri 573
Animantium quæ dijs mactabantur olim 393
Annacos quandiu uixerit 657
Annius Luſcus 1130
Anus Ptolemais 864
Anſa quid 161
Anſas binas cuiq; rei eſſe ibi.
Anſeres quibus ſacri 888
Anteuorta 746
ἀνθέμουσα Samus 683
Anthericus quid 182
Anthermon quis 474
Antiſterion menſis 105
Antiquire dictum 689
Anticyræ duæ 57.& 279
Antigenides tibicẽ 790.1029
Antigenidæ dictum 859
Antigonus rex 339
Antigonus Doſon dictus 1089
ἀντιμυκτηρίζειν quid 314
Antinoi Penelopes proci interitus 168
Antiochi Illuſtris liberalitas 880
Antiochus accipiter dici uoluit
Antiopæ fabula 829 (890
Antipater cur κακαμοβόας dictus 1099
Antiphanis dictum 820
Antiphemo quid reſponderit oraculum 122
Antipolemos Eraſmi, liber qui ſuppreſſus eſt 983
Antiſthenis apophtheg. 741
Antiſtrophon quid 351
Antiſtrophos quid 700
Antonini Imp. odiũ quantum in Getam fratrem 97
M. Antonij & Auguſti geniorum æmulatio 61
Antonij familiaris quid de eo dixerit 369
Antonij & Cleopatræ fœdus 870
Antron ciuitas 583
ἀνθρωπόμορφος radix Mandragoræ 1083
Apelles pictor nobiliß. 234
Apellis pictoris dictum 128
Apellis & Protogenis æmulatio 165
Apellis patientia erga Alexandrum Magnum 465
Apellis pudor 625
ἀπεικάδες dies 830
ἀπεραντολογία quid 1116
Aphannæ locus 780.& 781
Aphya piſciculus 656
ἀφθὰς unde dicatur 585
Apina oppidum 93
Apij olim ſatio & uſus 402
Apius quid Græcis 283
Apluda quid 1108
ἀπεκλέω quid 1187
ἀποδύτης quid 1134
Apollinis nutrices 271
Apollinis fontes duo 359
Apollo cur dictus Lucius ibi.
Apollo imberbis 430
Apollinis exilium 602
Apollo Sibyllæ amore captus 997
Apollinis in ſacris qualis acclamatio 1073
Apologatio, uox parũ latin. 5
Apophthegma quid & quõ differat à paræmia 12
ἀποφράδες dies 830
ἀπόρρηξις quid 851
ἀποδιδῶμι ἀπεχέσειν 901
Apoſtolius Byzantinus 35
Apoſtolius taxatur 805
ἄπρακτος quis 1183
ἄπρατος ibidem
ἀπροσηγορία quid 424
ἀφίκορον quid 698
Aqua præſocationi utilis 418
Aquæ miniſtri in cauſarum actionibus Athenis 252
Aquæ quanta utilitas 461
Aquæ proprium quod 1038
Aqua marina qualis 444
Aquæ marinæ uſus 820
Aquilæ uiſus 348
Aquilas fame mori 362
Aquilæ & teſtudinis fab. 695
Aquilã Rhodo exulare 897
Aquilæ & ſcarabei fab. 893. & 894
Aquilarum genera & naturæ 864 & ſequentibus
Aquila cur Ioui fulmina ſubminiſtrare fingatur 1021
Arabum mos in feriendis fœderibus 605
Aræ religio 1163
Arancarũ genus mirab. 838
Aranei natura 1049
Aratio bubus 40
Arato Theſſalo quid oraculum reſponderit 123
Arator cur incuruus dicatur
Arbelæ multæ 656 (1088
Arcades qualis populus 777. & 803
Arceſilai dictum 1121
ἀρχαῖα quæ 443
ἀρχαϊκῶς pro ſtulte 197
ἀρχεῖον quid 799
ἀρχὴ quid 372
Archias cur ſe ſuſpẽderit 848
Archias qualis ibidem
Archidami dictum in cantorem 374
Archidamus Lacedæmoniorum dux 803
Archidami dictum 835
Archidemus 459
Archimedes Syracuſ. 1090
Archilochi dictum 353
Archilochi mordacitas 474
Archilochus cur à Lacedæmonijs expulſus 490
Archilochi uulpecula 1011
Archilochi antiquitas 1209
Architectus quid agat 1216
Archytas qualis architectus
ἄρπης pro ferro 976 (637
Aries æreus in arce Palladis 880
Arcopagitarum autoritas & iudicia 356
ἄργος quid 751
Argos ciuitas 986
Argiuorũ ingenia 820. ibid.
Argyropylus notatur 85
Argyrrhius dux 1010
Ariolari quid 847
Ariſtagoras Mileſius 163
Ariſtarchus Homeri carmina digeſſit 211
Ariſtarchi obeliſci 312
Ariſtarchæũ Dianæ tẽplũ 64
Ariſtidis damnatio 434
Ariſtidis autoritas 1083
Ariſtippus philoſophus 153
Ariſtippi dictũ 858.& 1150
Ariſtocrates 1153.& 1174
Ariſtodemi dictum 662
Ariſtogiton quis 722
Ariſtophanis locus caſtigatus 321
Ariſtotelis loc. caſtigatus 32. 243.& 868
Ariſtotelem ſua ſcripta mathematicis collationibus obſcuraſſe 47
Ariſtotelis diuitiæ 259
Ariſtot. apophthegma 272
Ariſtotelẽ abſolutiſſime corpus philoſophiæ tradidiſſe 412
Ariſtoteles λόγος πατήρ 587
Ariſtoteles Meliacus 703
Ariſtyllus Poëta, qualis 1147
Arithmeticã cur Lacedæmonẽ ciecerit Lycurgus 809
Ἀζήλεν, quid 798
Armatos cur deos finxerint Laconcs 483
Armis confligere, pluſquam ferinum eſſe 969
ἁρμογὴ quid 1046
Arrideus Macedo 288
Arrogantia cur ſicer morbus dictus 541
Artaphernes dux regis Perſarum 221
Arteinon quid 988
Arti quis primus quæſtum induxerit 681
Artem qui bene tradat 1211
ad Artes quãdo fugiendũ 871
Artis præceptis quomodo inſeruiendum 150
Artium tutela Mineruæ attributa 48
Artium inuẽtor & magiſter quis 1124.& 1125
Artificem quenq; ſuo impenſe opere delectari 61.& 65
Artificij ſimilitudo æmulationem conciliat 87
Artopteſia 398
ἀρτοσιτεῖν 553
Arulator unde dictus 1027
ἀσαλαμίνιος cur Bacchus uocatus 797
ἄσαρκος quid 601
Aſclepiadis dictum 653
ἀσκαριδαμύκλως 348
ἀσκῶ φαλλίζειν & ἀσκοφλαυζίζειν 246
ἀσιλγὲς quid 880
Aſiæ prouinciæ 318
Aſinius Pollio qualis uir 152
Aſinus Cumanus 143.et 264
Aſinum acerrime audire 147
Aſinus Eleuſiniorum ſacrorũ baiulus 438
Aſinus Horatianus 579
Aſinorum ingenium 638
Aſin. quib. abominabilis 892
Aſini qua in parte plus ſapiãt hominibus 1146
ἀσύμβολος quid 1048
Aſparagus quid 899
Aſpectus primus plerunque fallit 370
Aſpandus ciuitas 426
Aſphodelus herba 372
Aſpidis natura 733

Ayuntamiento de Madrid

Aſpidi ius hoſpitalitatis ſeruatum 689
Aſpidis genera & uenena 1078
ἄσπις quid Argiuis 663
Aſſerina locus 987
Aſsis quid 312
Aſsiduitatis uis quanta 797
Aſſuetudo quantum poſsit 693. & 1162
Aſtrorũ obſeruatio ſucceſsit in locum auguriorum 630
Aſtrologi quales hodie 524
Aſtuti unde dicantur 615
Atalantæ fabula 555
Athamas inſanus liberos occidit 718
ἀτερόμονα ſemina 1038
Athenæi locus reſtitutus 170. & 899
Athenis quid Sibylla ſit uaticinata 823
Athenienſes belli quàm pacis cupidiores 42
Athenienſium ſtultitia 302
Athenienſiũ incogitantia & δυσβουλία 321
Athenienſibus oraculum redditum 349
Athenienſium contra Siculos prælium 392
Athenienſes ad quid utebantur nummis 499
Athenienſium cum Thebanis prælium quale 603
Athen. luxus reprehẽſus 643
Athenienſium excubitores 716
Athenienſes quomodo ſummũ in Chios odium teſtati 818
Athenienſiũ populi diſtributio per tribus 880
Athenien. Reip. adminiſtratores quales 881
Athenienſes quales 922
Athenienſium mores 1118
Athenienſium fames 1002
Athenienſes quo ſuũ populum in tribus diſtinxerint 1019
Athenienſes quomodo ad conciones allecti 1148
Athenienſium lex de rebus uenalibus 1182
Athenodori dictum 415
Athos mons 782
Athon mons 1048
Atlantes Reip. 1090
Atlantis fabula 58
Athletæ cur uncti 1042
ἀτιμαγελᾶν quid 30. & 31
ἀτιμάγελος τᾶυρος 31
ἀτενὲς ἐσορᾶν 324
Atraphaxis quid 1033
ἀτραπὸς quid 1008
ἄτυκτον quid 823
Atrũ antiquis inauſpicatũ 64
Attagines aues 1034
Attellanæ tricæ quid 94
Atticum dicendi genus 334
Atticorum mores 336
Attici αὐτόχθονες & τετ-τιγοφόροι 816
Attilij dictum 875
Attentos eſſe quo iubea. 647
Auctionis modus 821
Audacia unde naſcatur 966
Aues quæ colorem mutẽt 70
Auis pro augurio 631
Aues Numidicæ 900
Auium quæ aduncis unguibus ſunt quæ potu utantur 363
Augeas erariũ cõſtruxit 300
Augur ante aciem olim coronatus incedebat 692
Auguria quis inuenerit 517
Augurijs ſucceſsit aſtrorum obſeruatio 631
Auguria ex corporis affectibus 1172
Auguſti & M. Antonij geniorum certamen 61
Auguſti Imp. apophth. 842
Auguſtæ dictum ad Iuſtinianum 1158
Auguſti Imper. dictum 1178. & 1191
Auguſtini opus de Ciuitate dei qui ſuis gloſſematis conſpurcarint 581
Aug. locus correctus 648
Auid. Caſsius Imp. 138. & 68
αὐλὴ quid 799
Aulicorum ſeruitus 540
Aulica uita 185
Auolare, reuolare 93
Aura pro ſpe 908
Aurium ſenſus citius hebetatur quàm oculorum 104
Auris Memoriæ dicata 284
Aures aqua offenduntur, oleo iuuantur 214
Auris tyranni qualis 884
Aurium meatus ſemper patere 1070
Aures cur patulæ 922
Aurium indicia 1113
Aurium mobilitas in animalibus 176
Aurum cur metallis cunctis præferatur 998
αὐθέκαστοι qui 456
αὐτολέκυθοι qui 196
Axiochũ nõ eſſe Platonis 1191
ἄξωνες quid 590
Azaneæ plures 597
Azeſia quæ 645
ἄζηλον quid 798

B

Babylon quo oſtento capta à Dario 220
Babyos cum Apolline contentio 548
Bacchus obliuionis filius 270
Bacchus quomodo apud Heleas mulieres inuocatus 416
Bacchi facies 1028
Bacchi ſimulachrum 678
Bacchana. celebrantiũ mos 56
Bacchius Corinthius 571
Βάκων piſcis 1122
Bæta ueſtis genus 902
Bætylus quid 1022
Bagas quis 921
Bagoæ dictũ in philoſ. 112
Βαγώας quis 232
Βαλανεὺς, βάλανος 387
Balaniſtæ qui 201
Βαλανοφάγοι qui 1110
Balbuties unde, & quotuplex
Βάλλειν 79 (917
Balnea calida cur Herculana dicta 519
Balnea calida cur taxata 748
Balneatores cur garruli 257
Banda pro uictoria 355
Banderus pro principe 456
Baptiſmi uis recondita 768
Barba portus 532
Barbam radere, ſero ne ceptum 1186
Βαρβαροφωνία 334
Barbarus ſeruitutis impatiẽs quo occiderit ſeipſum 402
Βασανίζειν 573
Βάσανος ibidem
Baſsianus Imp. 553
Βατταλίζεσθαι quid 232
Βατὰς & βάτταρα 1020
Βατραχομυομαχίαν unde mutuatus Homerus 888
Βατταρισμὸς quid 918
Battarus quid ibidem
Battus Thebanus ibidem
Battus paſtor 222
Battus, βατταλογεῖν 453
Battus quomodo donatus ibi.
Bataui, populus 1099
Βδέλλα, βδελλίειν 558
Beccus quid Phrygibus 828
Bellaria cornuta 1114
Bellerophontis fabula 602
Belli indicendi mos 496
Belli prima cauſa quæ 650
Bellum quid peperierit 649
Belli quàm temere, & à quibuſcunq; ſuſcipiatur 966
Belli conſuetudo 969 & inde
Belli ſimulachrũ exprimitur
Belli quid & eius incommoda 967 (972. & 973
Bellum ſuſcipientium excuſatio ibidem
Belli iferri Chriſtiano à Chriſtiano quàm indecorũ 974
Bella quomodo priſcis et quomodo nunc gerantur 977
Bellum unde naſcatur hodie inter Chriſtianos 980. 983 & 984
Belli et prælii differũt 1107
Βέμβιξ quid 417. & 1143
Bene nemo non aliquando facit 686
Biblis quantum amarit fratrem ſuum 772
Benefactorũ memoria quanta 1210
Beneficentia nihil homini diuinius 60
Beneficium neminem gratis conferre, & beneficium beneficio prouocari 45
Beneficiorum memoria fragilis 754
Beneficium accipiens perdit libertatem 1199
Benignitas quomodo diſpenſanda 746
Bercnices ſeruatricis tẽplum
Βέργη ciuitas 1170 (764
Beſtias cur Acgyptij coluerint 58
Biãtis dictũ 414. 830. & 1070
Biantis factum 467
Biantis ſententia 442
Biantis integritas 865
Bibacitas ſenibus peculiaris, & cur 363
Bionis mordacitas 474
Bionis dictum 535
Βλαυκλειαν 1002
Blacc piſciculus 1001
Blæſus quis dicatur 250
Blaſphemia quid iuxta Paulũ 791
Βλέπειν pro uiuere 646
Βλίτον & Blitei 556
Bliterus quid Gallis ibidem
Βλωμὸς quid 882
Boli pro bello 386
Bœoti qualis gens 377
Bœotorũ mos immolandi 251
Bœoti quomodo ſacrificent Herculi 625
Bœotorum mores, & unde dicti 774
Βόλβιτον & βόλιτον 461
Bolus quid 910
Bombylius, βομβυλλίδες, & Bombylion quid 617
Bombalio, βομβάλειν ibidem
Βωμακλυματα & βωμολοχλυματα 913
Bonæ deæ ſacra 582
Bonus uir Stoicis qui 792
Bonorũ omnia communia 19
Bonos ferè pauperes eſſe 642
Bona uerè induſtria parat 566
Bona huius uitæ quot 745
Bonorum ordo ſecundũ Ariſtotelem 789

Ayuntamiento de Madrid

Bona ſua noſſe, felicitatis pars maxima 798
Bonum nulli, niſi cum diſpendio alterius 1069
Bona malis miſceri 330
Bos arator 354
Bos a quibus uno die confectus 992
Bos cibi genus 1112
Bos inſigne in numiſmatis didrachmis 78
Bos olim uocabatur numus, & quanti ualuerit 276
Bouem Apollini ſacrum ibidē
Bouis ſimulacrū è farina 393
Bouem humanam edidiſſe uocem 743
Bouem & aſinū cur nō liceat ſub idem iugū mittere 747
Bouem ſolidum quis uorauerit 495
Boues Lariſſæi 1154
Boues quare ualeant 416
Boues ſub oculis cornua habentes 217
Boues ſolus, Homeri 942
Bos pro ſtupido 377
Bottiæi qui 1098
Bracchæ quid 828
Braſidas dux 54
Braſidæ dictum 573
Braſſicæ diuinationem ineſſe 615
Brenni arrogans dictum 596
Breuitatis gratia quāta 1074
Briarei geſta 285
Britones populus 349
Bromus quid 611
Bruno Amerbacchius 733
Βυκέντα unde dicti 139
Bucolico carmini familiaria quæ 15
Βόδια, βέδιδορ, βεδιφοὶ 773
Bulbi natura 1016
Bulga quid 1205. & 162
Bulla quid 230
Bunas quis 618
Bupalus quis 474
Buphonia feſtum 1045
Buſiritarum mores 892
Βυθόλνας cur Hercules 618
Βυθυσία 533
Butæ pictura 623
Butubata quid 311. & 1137
Buxi materies qualis 577
Βώζυγ& ara 570
Byzantium ciuitas 658

C

CΑβαο& pro edace 673
Κάβ& quid ibidem
Κακοδαιμονᾶρ quid 907
Κακοφομία 334
Cadauerum ante ſepulturam ablutio 679
Caddus, Caddiſſatus 991
Caddiſcus, Caddiſcatus ibidem
Cadmæa uictoria quid apud medicos 661
Cæcum amaſſe 108
Cæcos catulos quæ animalia pariant 466
Cæcum quid dicatur 799
Cæcutire, conniuere, hallucinari 441
Cælius Calcagninus 428
Cælius Rhodiginus 21
Cælius Rhodig. taxatur 432
Cœlū antiqs pro deo cultū 28
Cœlum pro regione 53
Cœnæ olim caniſtris inferebantur 451
Cœna olim quibus cibis incepta & quibus finita 559
Cœnarum opiparārum nomina uaria 771
Καῆρος deus 1184
Caia Cecilia qualis mulier 1145
Calabri pyris diuites 880
Calamitoſiſſimum quid 822
Calauria inſula 1026
Caluaria quib. animalib. 399
Calculum parem ponere 46
Calculorum apud priſcos ratio 208. & 209
Calendas nō eſſe Græcis 220
Calicis primi, ſecundi & tertij mixtio olim qualis 653
Calidum pro audaci 1084
Caligula natandi imperitus 165
Caligulæ iudicium de ſtilo Senecæ 316
Callias quis 1130
Callicratcs Cariſtius 670
Callicyrij qui 769
Callipides tragœdus 247
Calliſtratus orator 153
Καλεβάται quid 1199
Calumniæ imago 147
Camarina, palus et frutex 57
Camarinorum familia 1090
Camelus aſſus calidus regi Perſarum appoſitus 735
Campaniæ felicitas 114
Campaniæ luxus 1181
Cancer exuit ſenium 41
Cancri fabula 843
Cancrorū teſtis nauigari 987
Candidati qui 350
Canes quomodo ad gignendū alacriores reddantur 36
Canis marinus, piſcis uocalis 199
Canes aliquot ſuos heros ſeruaſſe, & ſceleratos prodidiſſe 288. & 289
Canes philoſophi 375
Canibus honos habitus à dominis 397
Canum tria genera 812
Canes difficillime excernere 1011
Canes cur infeſti mendicis 1020
Canum uarius uſus, & uaria genera 1052
Canere ad citharam 246
Canere foris, & intus quid 426
Canendi mos in conuiuijs qualis apud antiquos 601
Cantilena pro oratione 185
Cantio pro nuntio 585
Canacas rex 657
Cannacus ſtatuarius ibidem
Cantharus impoſtor 772
Cantharides quid 702
Cantharolethus locus 897
Cantherius quid 218
Καπάνα 778
Caper cur Libero macletur 740
Caperare unde dictum 323
Capius Pararēcho uxoris ſuæ leno 229
Capparus canis, cuſtos templi Aeſculapij 289
Capra omnibus plantis noxia 1089
Capua cum Roma de principatu contendit 1140
Caput rei quid 91. & 1122
Caput unico digito ſcalpere, quale habitum 317
Καβάζειρ, καρβαΐζειρ, καρβανίζειρ 334
Carbonum durabilitas 353
Carbone notari 961
Carcinus Poëta 106
Κάρκιν& quid 768
Κάρδλακες qui 233
Κάρδλαμορ unde dictum 326
Καρδοπῆορ quid 475
Cardopus quid 493
Carduos pro lactucis olim appoſitos fuiſſe 345
Cares 89. & 105
Cares incertæ originis eſſe, & quales ſint 233. 334. & 882
Carica ſaltatio 334
Carminibus traducendis multum ſibi permiſere antiqui 255
Carminum menſuratio per digitos 1088
Carnium eſu quomodo Pythagoras interdixerit 341
Carni ferinæ peculiare quid 615
Carolus Burgundionum Dux 563. & 999
Carolus octauus Galliæ Rex 563
Carthaginenſium puerorum ænigma 1138
Καρύκκη, quid 1062
Καρυκκάζειρ ibidem
Καρυκκεύειρ, καρυκκέυματα, καρυκκία ibidem
Caryca quid & à quibus inuenta 359
Caſnar quid oſcis 101
Caſius mons 574
Caſſiteridæ inſulæ 1022
Caſtoris et Pollucis natiuitas
Κατὰ χεῖρος 196 (132
Καταφαγεῖρ 722
Catilina qualis 900
Catonis nomen quibus conueniat 285. & 24
Catones duo 337
Cato Vticenſis 1178
Catonis maioris de Scipione minore dictum 515
Catonis bibacitas 563
Catonis dictum 357. & 415. 674. & 699. & 1098
Catonis factum 389
Catonis autoritas 1085
Cato Cēſorius quater et quadragies in ius uocatus ſemper eſt abſolutus 782. 607
Catonis Cenſorij dictum 646
Catulus leonem allatrans 332
Catulus Luctatius 1126
Cauponis induſtria 432
Cauſarum actio ad aquæ modum 1172
Cautio triplex in omni actione 1064
Cecides, Poëta dithyrambicus 816. & 1045
Cedri ſuccus qualis 994
Cei magiſtratū inituri epulum populo exhibebant 98
Celeus rex Eleuſinæ 1185
Celtica audacia 149
Centauri 198
Centaurorum iniquitas 768
Centones quid 553
Κένζωνες ibidem
Cephalus quomodo uxorem interemerit 647
Κέπφ& auis 346. & 874
Ceraſtes quid 765
Ceratarum tabellarum uſus apud antiquos 212
Cercopes qui 430. & 634
Cercyræorum ſeditiones 465
Cerebrum capræ comitialibus prodeſſe 343
Cereris ſaxum 381
Cereris & Proſerpinæ templum 382. & 41
Cereris ad Triptolemum dicta 699
Cerites à Rom. ſubacti 399
Cerites tabulæ ibidem
Κέρν&

Ayuntamiento de Madrid

Κέρυξ quid 1109
Ceroma quid 179
Cerui quo cornua abijc. 564
Ceſſare qui dicantur 1219
Cerui pernicitas in curſu 635
Cerui quando auriti & quando ſurdi 776
Ceſcus ciuitas 621
Ceſtius contemptor Ciceronis 487
κεχρειὼς, κεχρέωκε 129
Cestrina Chaoniæ pars ibid.
Chærephon tragicus cur noctua dictus 699
Chalcantis uitis 1144
Χάλκανθος 758
Chalcidenſium uitia 772
Chamæleon qualis 69
Chamælconis natura 817
Chamælcontis paſtus 1158
Chara quæ ſint 1062
Χαράδρα quid 551
Χαραδρεὸς, Χαράδρειος 1134
Chares Athenien. dux 621
Charetis dictum 633
Χάρις, quid ſignificet 317
Charitum deſcriptio 865
Charitas Chriſtiana 60
Charitatem à ſeipſo proficiſci Theologorũ prouerb. 156
Charmani Χελωνοφάγοι 66
Charybdis quæ 187
Chelidon Theolog. 1016. 1026
Χελώνη numiſma 559
Chij ſeruis traditi 527
Chiorum uitia 459. & 1014
Chiorum licentia 990
Chius talorum iactus 643
Chilonis apophtheg. 42
Chilonis Lacedæmonij præcepta 267
Chimeræ interitus 620
Χειροδοχοὶ ueſte 224
Chiron uulneratus 657
Chiron educauit Achillẽ ibid.
Χλαῖνα, quæ ueſtis 405
Χλαῖνα καὶ Χίτων 155
Χνάυμαλα quid 690
Chœnix Pythagorica 113
Chœnix quid 20
Χοῖξ, Χοροπλαθῶ quid 920
Chordarum muſicarum inuentio 102. & 103
Chrematra quid 588
Chryſippum ter elleborum in uita bibiſſe 325
Chryſippi φιλαυτία 515
Cryſippi acumen quale 912
Chryſippi mors 839
Chryſippeum acumẽ pro ſtupido 867
Χρυσόκλειθρα pocula 807
Chryſoſtomi encomium 413
Chriſtus amicitiam cum ſuis poculo conſecrauit 1040
Chriſtiani & mundani diſcrimen 788
Chriſtophorus Fiſcher. 1137
Χρὼν quid 538
κιβδηλεύειν, κιβδηλία & 818 764
Cibi ſemper aliquid reponendum prudenti 113
Cibi ſumẽdi nulli horum præſcriptam quàm regib. 831
Cicadæ natura 352
Cicadæ ubi mutæ 193
Cicadæ Poët. ſymbolum 1208
κάνθαρος quid 666
Ciceronis dicturi quis geſtus fuerit 323
Ciceronis ſcomma 535
Ciceronis filius patri diſſimilis 664
Ciceroni quid Saluſtius obiecerit 1086
Ciceroni nihil addi poſſe 1138
Ciceronis loci caſtigati 161. 229. 233. 697. 884. 1047
Ciconiæ utilitas 1040
Ciconiarum pietas 375
Ciconiæ quomodo ouа ſua fercuent à noctuis 431
Ciconiæ quibus ſacræ 888
κιλίκιοι, κιλικίζειν, & κιλικύειν 668
Cilicum mores quales ibidem 1086. & 1137
Ciliciæ bona pars olim Pamphyliæ attributa. 95
Cilicium quæ ueſtis 668
Cilliontis proditio & interitus 568
Cinnarus leno 684
Cimonis dictum 711
Cimonis fabula 1071
Cinabaris quid 106
Cinerij oratio qualis 1190
Cinædi qui priſcis 284
Cineſias Poëta cur φιλόεν & dictus 1118
Cineſiæ dictum ad Alex. 1122
Κιννάβαρμα 1013
Circe quo Scyllã fecerit 764
Circea radix quæ 1084
Circularis figura 621
Κιρκοφόροι qui 821
Ciuilitas quid & unde 444
Ciuitas ex quibus conſtet 1136
Ciuitatis tutamentũ optimum quod 819
Clißici qui 918
Claua cuius geſtamen. 1193
Claudius Aſſellius 236
Claudius Imp. 1044
Claudij imp. ambitio 1062
Claudus cur cæteris ſalacior 689
Claudi mantica locus 1101
Κλαξ quid 1187
Cleanthes philoſophus quomodo cognominatus 285
Cleomenes dux Athen. 830
Cleon Athenienſis 264
Cleon bos 172
Clepſydræ uſus 181
Clibanus quid 963
Clibanorum inuentio 397
Clibanorum uſus 735
Clypeorum picturæ 462
Clypeus Argiuus qualis 663
Κνίφοι, & κνῖπες 417
Cnips animalculum quale 417
Κοάλεμος quid 1155
Coarmentari 50
Coccyx quæ auis 1097
Κόχλος quid
Κώδων quid 466
Codrus pro patria mortuus 656. & 660
Cogitatiõe nihil ĩſtabilius 365
Κοινόβιον 14
Coitus unde dicatur 107
Coitus quĩ maxime noxius 418
Collegium trilingue Louanienſium 396
Colloquia formant animos 397
κολοκύντα quæ 444
Colores naturales duo 268
Coloßi quid 1005
Columbæ pernicitas 859
Columen quid dicatur 138
Columellæ quid ibidem
Comam ſtupidis circumtondere moris 208
Comam qui aluerit apud Lacones 683
κωμάζειν quid 857
Combe heroina c. liberorum mater 715
Comicorum fabulæ quomodo olim cognoſcebantur 667
Comitia Romanorum 1001
Cõma numiſmatis genus 679
Communia eſſe omnia bonis uiris 14
Communitas Platonis & Pythagoræ ibidem
κῶμος & ſaltatio 915
Comœdiæ ueteris liber. 298
Comœdiarum argumenta unde deſumpta 130
Comœdiã Græcorũ excepto Ariſtophane interiiſſe 727
Comœdice pro ſuauiter 1030
κόμπος, κομπεῖν, κομπάζειν 107
Computus olim in digitis peragebatur 460
Concionari quib. licuerit 842
Concionatoris officium 1105
Concordia qua re contineatur 1022
κόνδυλοι pro plagis 597
Conferre capita quid 1055
Coniecturæ quando locum habeant 714
Coniugium unde dictum 107
Coni quid 1000
κονιᾶν quid 586
Conna quis 462
Connas γεροντοδιδάσκαλος 101
Conon dux 800
Conradus Goclenius 640
Conſcij animi indicium 929
Conſcientiæ quanta uis 403
Conſcientia pectoris teſtis 493
Cõſilia lenta quàm bona 407
Conſilijs dãdis qui idonei 841
Conſilium quando non præcipitandum 1121
Conſtantius delationibus gaudebat 525
Conſtantinopolis 658
Conſuetudinis potentia 396 & 397. & 970
Conſultandi ratio 468
Cõſultatio quid deſideret 908
Contatio quando dãnoſa 1121
Conticinium quid 914
Contrariorũ figuras pleraſq; eſſe prouerbiales 424
Contumeliæ ara 749
Conuitiũ quaſi conuocium 13
Conuitiator ſe laqueo præfocauit 319
Conuiua rogatus ne tarde uenias 912
Conuiuarum quorundam ruſticus pudor 1197
Conuiuiorum citharœdi 398
Conuiuiorũ genera tria 662
Conuiuiorum fabulæ olim 817
Conu. diſtribuẽdorũ mos 863
κῶπαι 803
κῶμος conuiuium 665
Coquos non lædendos 1122
Coquos eſſe dicaces 1124
Coracon locus 454
Corbitæ naues 701
Corchorus herba qualis 277
Cordati pro prudentib. 399
κόρδαξ ſaltatio 915
Corinnæ dictum 740
Corinthi portus, templum Veneris, meretrices 159. 160
Corinthi opulentia 215
Corinthi portus duo 547
Corinthij ſeruos ſexies mille poſſederunt, & cur χοινικομέτρας dicti 15
Corinthiorum luxus 357
Corin. regio qual. 546
Corinthiorum urbs à Romanis euerſa 552
P. Cornelius Ruffinus 198
Cornix qualis auis 237. 335
Cornua ſenſu carere 282
Cornua quando beſtijs pruriant

Ayuntamiento de Madrid

riant 880
Cornua pro fastu. 331
Cornuta bestia quæ 800
Cornutus syllogismus ibidem
Corona ex uirgulis oleaginis cur donata 453
Coronæ principũ quales 1016
Coronea ciuitas 866
κορόνη quid 1095
Coronis quid ibidem
Corpora inanima cur pro dijs habita 59
Corporis humani consid. 967
Corsica q̃ olim Cyrnus 752
Coruus saluator 178
Corui locus 454
Coruinus proprij nois oblitus
Corycon urbs 94 (531
Corydus auicula qualis 711. & 488
κορωνοφόροι Sicyoniorum 527
κώδων, κωδωνίζειν & κωδωνισμός 658. 830. & 1108
Cotabus poculum 1106
Coturnix cur Herculi à Phœnicibus immoletur 61
Coturnix qualis 581
κοτύλη quid 716
Cotytia quid 921
Cous talorũ iactus 461. et 643
Crabro quale animal 56
κράδια quid 1110
κράδη quid 995
Crambe herba 203
M. Crassus 64
Crassi dictum 259
Crassi risus 395
Crater secundus & tertius quibus sacri 19
Crater ἀγαθῆ δαίμονι & 1129
Crater quale poculum 1185
Crater philotesius 1039
Crates Thebanus aurũ in mare abiecit 455
Cratetis dictum 760. & 811
Cratcua Thessalus 288
Cratini timiditas 664
Cressa nota apud Horatium quid 209
Cretensium festum 37
κριθαρίτης panis 34. & 735
Cribra ex qua fiant materia 1017
Crisonis celeritas 1133
Cristæ pro alacritate 331
κριθιᾶν quid 618
Crobylus leno 639
Crocodilus animal homini infensissimum 410
Crœsus Lydorum rex 258
Crœsus Cyrum in se prouocauit 643
Crœsi dictum 658
Crœsum Ephesijs literis in rogo usum fuisse 664
κρόνια & χρόνια 443
κρόνια quid 538
κρονολαῖος 444
Croton quid 346
Crotonis ædificandæ oraculum 989
Crotoniatæ pugiles 963
κρώζειν quid 274
Ctesiphõtis pancratiastæ stultum facinus 140
Cubilia ueterib. qualia 1188
Cubitus quid signif. 1001
Cucurbitæ salubritas 753
Culleus quid 1161
Cumani quales 146
Cumanorum fabula 215
Cupido cur cæcus finga. 441
Cupidinis laudes 112
Cupiditas animi morbus 257
Cura quorum prior, quorum posterior 569
Curatores quib. dentur 326
κυρεῶτις 823
Curiositas quid 262
Curiositas & garrulitas germana uitia 248
Currere quando nautæ dicantur 1148
Currendi per hastas intentatas supplicium 736
Cyathus quale poculum 1185
Cyathus à propinante acceptus quid efficiat 1174
Cybindus auis quæ 889
κύβα quid 520
Cycloborus flu. 766
κυκλοπαιδία 621
Cycnus Neptuni fil. 353
Cydon Corinthius 461
κῦδα, κυδάζειν 766
Cygni quãdo canant 80. 277
κύμβον, κυμβικον 417
κυμινοκύμβικες ibidem
κωνάγχη quid 277
Cyncæ dictum 378
κωνῆ pro galero 701
Cynisca Lyci amasia 49
κωνοβλῶπες qui 356
Cynosbatos quid 1043
Cynosura 852
κνῆβες quid 589
Cyrene δωδεκαμάχαν & 735
κύειν quid significet 240
Cyrnus insula 752. & 910
Cyrus quid Lydis imperarit
Cythnus insula 752
Cyziceni qualis populus 961

D

Dacdalus quomodo Augeæ fures deprehenderit 300
Dædalus quàm artificiosus plastes fuerit 317
Dæmonũ corpora qualia 653
Daiphantus quis 1040
Δάλα quid 676
Damascus ab Hercule præcipitatus 66
Damnatis quid ante supplicii licuerit 799
Dãnatis tria deferri solita 857
Danaidum fabula 383. & 130
Danunt pro dant 1202
Daphita grãmaticus cur cruci suffixus 550
Darij Laudabile factum 373
Dario quis potus suasiss. 644
Darij testimonium de Zopyro 715
Darij dictũ in Histiæum 815
Dasypus quid 230
Datamis prudentia 521
Datis dux regis Persarũ 696.
Datylus quis 561 (221
Dauidis episcopi Traiectensis acutum dictum 942
Debere quàm miserum 651
Debitores olim uincti tradebantur creditoribus 687
Decumana unda 242
Definitionis perfectæ partes quot 3
Defunctos uita ter acclamatos antiquitus 184
Defunctorũ monumenta quomodo coronabantur 720
Defun. cadauera ungendi mos
Deglubere quid 900 (803
Dei appellatio nemini communicanda 60
Deli emporium 1087
Deliciæ olim magnæ in soleis & calceis 1152
Deliniare quid 1046
Delirare quid proprie 185
Delphi quomodo Aesopum tractauerint 616
Delphica umbra 141
Delphica sacra immolãs, ipsis uescebatur 713
Delphini celeritas & natura 490. & 410
Delphinos lædere nefas olim 889
Delphini erga hominem amor ibidem
Demades orator 835
Demetrij dictum 475
Demetrius Scepsius 358
Democratia monarchis inuisa 868
Demonactis dictum 267. 544
Demosthenes Batalus & Argas nominatus 232
Demosthenis ἀργυράγχη 277
Demonsthenis quàm elucubrata fuerit oratio 297
Demosth. φιλάσσις 369
Demosthenes desertor accusatus 632
Demosthenes dux Atheniensium strenuus 701
Demosthenis tergiuersatio
Demosthenis nihil demi posse (747 1138
Dentale quid 964
Dentes quãdo nascantur pueris 439
Dentiscalpia ex quibus 317
Deponzani qui 202
Dercyllidæ legatio 497
Desertoris nomen 632
Despicere unde dictum 108
Detestationes quædam apud ueteres publicæ 109
Δεῦτερος πλοῦς 166
Δευτερολογίαι 539
Δευτεραγωνιςαὶ ibidem
Deus duplex apud Aegyptios
Dij cur felices 60 (59
Deum quid existimarit antiquitas 59
Deos octo esse qui summæ rerum imperent 279
Deorum statuis cur uincula iniecta olim 400
Deus nec iuuari nec lædi potest 726
Deum nec intelligi nec cogitari posse 788
Dij pro principibus 939
Deorũ statuæ cur supinis manibus fingantur 948
Dij ex qua materia ficti 876
Diagramma quid 1050
Dialectices commendatio 1136
Diametrus quid 389
Dianæ fabula 428
Διάζεσθαι 1102
Dibaphon quid 1203
Dicelicta quid 247
Δίκελον ibidem
Dicere ex tempore 329
Dicendi genera uaria diuersis populis 711
Dicturis quid interdictum Athenis 816
Didymus grammaticus Adamantius dictus 286. & 1106
Dierecti qui 1201
Dies cæca & oculata 614
Diem quemuis alicui salutem negotio felicem 1194
Dies festi & sacri qui 19
Dies signandi mos Scythis qualis 657
Digitare 1095
Digiti Minervæ sacri 265
Diligentiam nimiam sæpe nocere 128
Diligentia triplex 418
Diiuculum quid 914
Dimetiens quid 389

Dimid

Ayuntamiento de Madrid

Dimidiati quando dicimur 1009
Dinolochus Comicus 1110
Diobolare quid 679
Diocles ὀλοφάγος 278
Diocles gurges 357
Diogenis execrationes 109
Diogenis apophthegma 279 906. & 1078
Diogenis dictum in ſcorta formoſa 328
Diogenis dictũ in Demoſthenem 388
Diogenis dicta 101. 262. 380. 384. 394. 454. 474. 540. 556. 619. 690. 759. 780. 822. 866. 922
Diogenis factum 333
Diogenis factũ ridiculum 568
Diogenis uita doliaris 329
Diogenes qualis à Plutone iudicatus 1132
Diogenis Cynici mors 1003
Diocletianus Aprũ ſocerum Numeriani occidit 200
Diomedis equæ 342
διομεῖον 1113
Diomus ſacrificium 752
Διόνυχον quid 223
Dionyſius Syracuſanus 282
Dionyſij ad citharœdum reſponſum 45. & 46
Dionyſius tyran. Syracuſarum Corinthi muſicam docuit 64. & 65
Dionyſij tonſor cur in crucem actus 257
Dionyſij carmina 426
Diony. minoris ebrietas 478
Dionyſius Sicul. barbã aureã Aeſculapio detraxit 555
Dionyſij dictũ in Pheræũ 586
Dionyſio ius nigrum faſtidienti quid coquus reſponderit 644. 665
Dionyſij dictum 1018
Diotrephes Hipparchus 1135
Diophanti inſtitutum 715
Diphthera quid 197. 315. 392
Diſceßio quid 628
Diſci luſus qualis 1119
Diſciplinæ cuique peculiaria eſſe uocabula 90
Diſciplinarum liberalium cognitionis quanta uis 964
Diſciplinarum cultores quales olim fuerint 1067
Diſciplin. inclinatio & peruerſa tractatio ibidem
Diſcordiarũ mater quæ 1022
Diues in omni negotio formidoloſior pauper 898
Diuiti iuſto quomodo diuitijs utendum 1066
Diuites qui 259
Diuitum arrogantia 496
Diuini cum eſſent reſponſuri, ſalem & fabam apponebant 35. & 1136
Diuinatio unde inuenta 527
Diuinandum quando in literis 1057
Diuinitatis comites 746
Diuortij forma 493. & 1138
Diuus uir Laconib. quis 226
Δμωῖται Cretenſium 417
Δόκιμοι Athenien. qui 1179
Δόκος quid ſignif. 1119
Docti qui habendi 1148
Dodonæum oraculum 603
Dolia Iouis duo 330
Dolium quid 459
Dolor quid faciat 794
Dolichodromi qui 1133
Domeſticum præconiũ 494
Domini præſentia quantum poſſit 84
Domitianus quo cibo multos ſuſtulerit 421
Domitiani mos 448
Domit. Chalderinus 214
Domus propriæ immunitas quæ 804
Domi quando manendum, & quando non ibidem
Domus ornamẽtũ primũ 959
Donatiſtæ 1116
Dores populus ubi 909
Doricum muſicæ genus maxime probatum 1173
Dormiẽs nullius eſt precij 418
Δωροδόκοι 577
Δωροδοκεῖν 380
Δόρπα quid 823
Doryenion herba 326
Drachma quot obolorũ ſit 78
Drachmæ ſparſio 736
Draconis leges 715
Dracones etiã gratos eſſe 340
Dracõis et aquilæ diſſidiũ 887
Draconis erga nutricium amor 869
Druſus Iureconſultus 319
Δυλόπολις χιλίανδρος 683
Dura in artib. q̃ dicantur 287
Dux Gelriæ 923
Dux qualis quærendus 960
Δυσβολία Athenien. 321
Δυσωπία quid 342
Δυσφόρα quid 480

E

Ebrij quales 275
Ebrij cur loquac. 436
Ebrietatis uis 1137
Ebrietatis remedium 203
Eccleſia quid 790
Eccleſiæ lucrum quod ibidem
Eccleſia ex quibus cõſtet 1136
Eccleſiã ſuam quid eſſe Chriſtus uoluerit 975
Eccleſiæ opes unde natæ, & quantum et obſint 796
Eccleſiæ abuſus 977
ἐμφιλοσοφῆσαι quid 1170
Eccleſiaſticorum ambitio 796
ἔκλυσις quid 1170
Eclipſes Ciceroni familiariſſimæ 697
ἐχεμυθία quid 29. & 199
Echinus duplex 294. & 558
ἐκπεδῶν quid 902
ἐκπρεμνίζειν quid 1142
ἐκτραγωδίζειν quid 575. & 675
ἐκδυγλωττεῖν quid 860
Effœminatorum notæ 317
Effrontes qui 323
ἔγγαρον quid 138
εἰλῶται Laconum 417
εἰλαπίνη quid 662
εἶδος quid 678
Elarotæ 770
Elementa præcipua 1159
Elephantorum partus 344
Elephan. ingenioſitas 699
Elephãtis amor in puellã 869
ἔλλαδος ἔλλας 815
Ellebori uſus & ſpecies 325
ἐλλεβοριᾶν, ἐλλεβορίζειν 325
ἐλλοπιεύειν quid 199
Eleuſinia magna ſacra 298.
Elimata quæ 212 (582
Eloquentiæ ſimij ſtulti 730
ἔλυτρον, ἔλυτρος 381
Emancipati 1160
ἐμβρόχοι qui 376
ἡμιωβόλιον quid 311
ἡμίοπες tibiæ 215
Emiſſarij canes 1168
ἐμμέλεια ſaltatio 915
ἔμμισος 600
Emortualis dies 1178
Empedoclis ingenium 613
ἐμπεδόφυλλος arbor 120
ἐμποδὼν quid 902
Emptitij ſerui 750
Empuſa quid 480
ἐνάλιος 1123
ἐναστίωσις fit duobus modis 16
ἐνιαυτὸς annus 408
ἔγκαφος quid 850
ἐγκοτυλήδες 110
Endymionis fabula 365
Ennij loc. caſtigatus 1127
ἔνοδμος Apollo 666
Entimo quid reſponderit oraculum 122
ἐπαγίζειν quid 874
Epaminondas dux Theb. 649
Epaminondæ dictum 1029
ἐπάυλια quid 1020
Ephemera herba 1177
Ephippium quid 258
Ephorus magiſtratus 163
Ephori quinq; Laconum 1136
Epigenes Sicyonius 552
ἐπιγλωττεῖσθαι quid 316
ἐπιχαλὲς quid 671
Epichyſis quid 480
ἐπικωδωνίζεσθαι 1108
Epicratis barba 1010
Epictetus duobus uerbis humanæ uitæ felicitatem complexus 619
Epicteti lucernula 298
Epitomis autorum quæ gratia debeatur 727
Epicuri philoſophia 1155
Epimenidis ſomnus 1020
Epimenidem de philoſophis uaticinatum eſſe 1148
ἐπιμηδὲς 44
ἐπιφώνημα quid 572
ἐπιφόρημα quid ibidem
Epiſcoporum donationes 714
Epiſcopi quales olim 786
Epiſcopi quales nunc 788
Epiſcopi dignitas quomodo perpendenda 792
Epiſcopi ornamenta 793
ἐπίσκωπος quid 851
ἐπιτέμνειν quid 1176
Epodus quid 700
ἔπος unde dicatur 206
Epulæ lautiores tibicine præcedẽte inferebãtur olim 431
Equas Diomedis homines pro pabulo uoraſſe 343
Equos incitandi modus 390
Equorum ferocia quomodo domatur 422
Equorum laus quæ 416
Equus Troianus 1008
ἔρανος quid 662
Eraſmũ qui iuuarint libros cõmunicando dum Adagiorũ opus conſcriberet 413
Eraſmum qualis oratio delectarit ſemper 730
Eraſmus quomodo tandem è paupertate emerſerit, & per quem 1064
Eraſmi patria 1099
Eraſinades dux 705
Erebinthi cognomẽ unde Baccho 611
Erebinthus ciceris genus 24
Erebus unde dicatur ibidem
Erepta eſſe gratiora 642
ἐρημοδικία quæ ſint 219
Eremodicia ibidem
Erginus quis 814
Erides duæ 603
ἐρέσθαι & ἐρέσζειν 49
Erinacius 558
Eripha uirgo conſenuit 655
Eriſichthon 811
ἐρεθὸς, ἐρέθυλος, ἐρέθαυλος, idem 463
ἑρμῆον quid 1115

Ayuntamiento de Madrid

Eruditio quomodo facile paretur 83
Eruditionem citra laborem non contingere 565
Eruditorum & horum ſtudijs ſuccurrentium ſortem deplorat 726
Erynnes cur uirgines dictæ 682
ἐπιμαλίσαι quid 815
ἐρίφια quid 261
ἔνδια, affectus quales 1030
Eteoclis erga Polynicem perfidia 608
Eteoclis & Polynicis pugna
Etymologici autor (661 carpitur 672
εὐαγγέλιον quid 908
Euangelij prædicatorum quis apparatus 791
Euangelicæ literæ cur plerasq; è uulgo ſumpſerint 963
Euathli cum Protagora præceptore concertatio 351
Eucrates molitor 674
Eudamidæ apophtheg. 834
Euentus ſtultorum magiſter 43. & 961
Euētus cui nō imputādus 740
εὐδαιμία quid 1107
Eunica puella 144
εὐφημεῖν in ſacris 241
Euphorbi paſtoris ſacrificiū 598
εὐφρόνη nox cur 469
εὐδαίμων quid 744
Euripi æſtus creberrimi 875
Euripidis mors 288
Euripidis tautologia 458
Euripides quomodo comitiali morbo liberatus 820
Euripiſtos quis 365
Euritionis inuentum & interitus 959
Eurybatus quis 110
Euryſtheus 198
Euryſthei interitus 455
Exacta diligentia non ſemper ab homine requirenda 958
ἐξάστης quid 694
ἐξανδράματα quid 1092
Exeeceſtidis peregrinationes
Exercitationis uis .1038 (611
Execrationes uariæ 109
Execrationis templum ibid.
Exercitus educendi mos apud Athenien. 716
Ex hara profectum quid 48
Exitium ſubitum unde conijciendum 657
Exordiri quid 617
Exordiri telam Plauto 424
Exorbitare quid 53
Experientia & cognitio quid proficiat 1081
Experiētiā laus ſequitur 666
Expiſcari 475
Extremum quid Latinis 67

F

FAbarum uſus & religio 23. 24. 990. 1101
Fabius Max.cunctator 407
Fabulæ Aeſopicæ olim omnibus notæ 605
Fabulæ protaſis, epitaſis & cataſtrophe 90
Fabulæ in plauſtris actæ 298
Fabularum uaria cognomina eſſe 8
Fabulis quot tibicines priſci adhibuerint 1222
Factum argentum quod 574
Falli dignus qui bis ab eodem eſt falſus 1083
Fama belli ſtare 705
Fames olim uirgis ex ædibus ejecta 366
Familiaritatis conciliatio unde proueniat 85
Farrago quid 1109
Faſtidiū hominū ingenij 942
Faſtum copia gigni 910
Fata uolentem ducunt, nolentem trahunt 1212
Fatua dea 382
Fauere linguis, & Fauentia 844
Fauſtus Andrelinus 479
Fecialis mos in indicēdo bello 495
Feles Veneris 272
Felix quis 960
Felicitas in quibus ſita 523
Felicitas uera in quibus 1145
Felicitas & infelicitas unde naſcantur 418
Felicitas omnis non contingit uni 530
Felicitatis quæ magna pars 685
Felicitatem ſtabilē quæ pollicentur 756
Felicia quæ fataliter fuerunt olim 404
Feriarum apud Chriſtianos abuſus ibidem
Feriæ cur agricolis datæ ibid.
Feriæ ethnicorum 599
Feſtinationis comites qui 415
Feſtum conuiciandi 1113
Feſti Pompeij fragmēta Romæ inueniri 1051
Ferocia comes felicitatis 495
Feronia ſeruorum dea, et eius templum 425
Ferula quid 586. & 616
Ferula pueri cædebantur 269
Ficus morbus 669
Fici folium quale 187
Ficos furantium pœna 532
Fides oculata quæ 614
Fidei templum 315
Fidere nemini inhumanum, omnibus ſtultum 808
Fideiubens pro altero, quid faciat 268
Figara Græca Latinis incognita 561
Figura circularis abſolutiſſima 621
Filios præſtantium uirorum à progenitoribus multum abeſſe 241
Filix herba 700
Fimi quantus & quàm uarius uſus 891
Fingere quibus liberum 744
Fiſcus principum, pertuſum dolium 345
Flaminis dialis puritas 1176
Floces quid 1108
Floccus quid 311
Floralia 106
Florentia ciuitas 985
Fluuij auriferi qui 258
Fœderum adſtrictio 252
Fœdum etiā ætate nitet 448
Fœminæ quid conueniat 587
Formæ quanta gratia 691
Formicarum cœtus cur opulentiam ſignificet ibidem
Formicæ, colore feliū magnitudine luporum 132
Formicas expugnare qui olim tentarint 824
Fortitudo uera qualis 710
Fortunatus ſatis quis 1151
Fortunæ ſorores quæ 543
Fraces quid 1108
Franciſcus Buslidius 563
Fraterculus Italis blandimentum 1179
Frigere quid 531
Frigus obſtare fortitudini 454
Io. Frobenij diligentia & inſignia 414. & 574
Frons Genio ſacra 484
Frons animi ianua 533
Frons pudori ſacra 322
Frontis indicia 1113
Fronte exigua homines eſſe indociles 48
Fruticis natura 1195
Frugi, et bonæ frugi qui 1074
Fucus & Fucare quid 208
Fulgur quomodo Pythici uates obſeruarint 221
Fulguris ignis ſacer 36
Fulica auis 874
Fulmen cur Ioui & regibus attributum 157
Funambuli 366
Fundamenta iacere 89
Fundis Lacedæmonij cur uſi 705
Funeralium mores 628
Fungos in delicijs eſſe 1195
Furfur quid 702
Furiarū habitus tragicus 1022
Furum quæ ars præcipua 416
Furum par nobile 763
Furto parta in medium ponēda eſſe 448
Furor triplex 591
Futurorum præſcientia unde petenda 523
Futurorum nulla certa cognitio 847

G

GAgates lapis 541
Galba Imp. 220
Galba Mœcenati dormiens 229
Galea triremis genus 701
Γαλὴ quid 107
Galeni locus caſtigatus 418 & 709. & 1121
Galleni Imperatoris facetia inpoſtura 67
Galla quid 1184
Gallinæ Africæ 900
Gallicinium quid 914
Gallus auis pugnaciſſ. 823
Gallus adoleſcēs in auem mutatus ibidem
Gallus albus menſi ſacer 27
Gallus domi pugnaciſſ. 1152
Gallus uincens & victus qualis 1020
Galli ubi muti 806
Galli Cybelis ſacerdot. 746
Galli gallinacei natura 290 & 588. 801. & 914
Galericulus quid 208
Γάμος quid 662
Ganges fluuius 258
Γαγγαλεῖ qui 1103
Γαγγαμεῖς qui ibidem
Γαζεμαργοι qui 672
Gauia auis 874
A.Gellij locus caſtigatus 277 & 404. & 686. & 708
Gelon Syracuſanus 1082
Generis claritas 789
Genere coniuncta ſe inuicem delectari 85
Generoſus animus rectius ducitur quàm trahitur 318
Genios binos attribuebat ſingulis antiquitas, ubi multa de genijs 61
Genitura an inſtitutio præualeat 52
Γενναῖοι qui 1019
D. Genouefæ corpus Lutetiæ 1169
Gens cum uento bellum gerens 369
Gētes quæ trib.n.notatæ 878
Genua Miſericordiæ dicata 284

Ayuntamiento de Madrid

284
Genuini dentes qui, & quando emergant 475
Geometria, p æquabilitate 809
Geometriæ quãtus admirator fuerit Pythagoras ibidem
Γεωμετρεῖν ipſum deum ibid.
Gephyrei populus & eorum oraculum 722
Geradæ Laconis apoph. 1017
Γεράρειν quid 1009
Gercyon Aganedis germanus 300
Germani milites conductitij 603
Germani quomodo lætitiam indicent 658
Germanica nobilitas taxatur 357
Germanicæ linguæ proprium 377
Gerron quid 535
Gigantes è terra prognatos 336
Gladiatores qui 1118
Gladiatorum contemptus 603
Gladiatorium quid 592
Glans bellariorum loco in Hiſpanijs 160
Glandibus uictitare quando deſierint homines 160
Glandiarij qui 201
Glaucus Hippolochi 73
Glaucus Scyllæ amator 189
Glauci Cariſtij certamina 1033
Glauci uerſutia 999
Glocire gallinarum 819
Gloria inſignis nõ niſi magnis periculis acquiritur 604
Γλωσσάκομοι qui 711
Γνωμολογία quid 8
Gnomologiæ honor 1146
Gnomon quid 437
Γῶ, capio 1103
Gordiorum mores 872
Gorgonis ſanguis 602
Gorgonis ſorores 717
Γοργὸν unde dictum 820
C. Gracchi dictum 840
in Gradum reponere 159
Græca ling. cur meretrici ambitioſæ comparetur 1069
Græca facere latina quàm difficile 727
Græci quomodo potent 1129
Græcorum uitia 1000
Græc. cũ Troianis bellũ 603
Græcorum librorum quanta inopia 728
Græcorũ iuramẽtũ quod 685
Græcos ſemper perfidos 307
Gralæ quid 1199
Gratia quibus minima reddatur 726
Gratum ut inuenias, etiam ingratos experiundos 1027
Gregales qui 1167
Gregorius Typhernas 534
Gringi Phœnicum 333
Γρίγγα ibidem
Gruum aſtutia 888
Gruum natura 875
Grylli unde dicti 447
Gry quid ſignificet 310
γρύζειν 310
Guilhelmus Motioius & 1142
Guilhelmus Vuaramus 1064
Gutatim donare quid 1194
Gymnaſia tria 751
Γυμνοπαιδικοὶ qui 158
Γύγαθ& quid 1009
Γύπαροι quid 427

H

HAdriani Imperatoris dictum 617
Hæmatites lapis 291
Hæreditas quid antiquis 143
Hæreditatem quinque modis adſtringi ſacris ibidem
Hæretici q hodie dicãtur 791
Halcyon auis 613
Hallucinari, cæcutire, conniuere quid 324
Harena pro functione 369
Harma uicus ubi, & cur ſic dictus 221
Harmene ciuitas 1102
Harmodius quis 722
Harmonia Martis & Veneris filia 774
Harmoniarum ſpecies quot 103. & 104
Harpocratis pictura 997
Haſta Achillis 405
Hebræi pro ſeruis 770
Hebrus fluuius 259
Hecatæ quomodo & quando ſacrificatum 1070
Hederæ natura 1176
Hederæ uſus 821
Hẽricus ſeptimus Angliæ rex 570
Henricus Bergen. epiſc. 973
Heleæ mulieres quomodo Bacchum inuocarint 416
Helenæ pharmacum 946
Heleus 548
Helice 852
Heliogabalus homo effœminatiſſimus 286
Heliogabalus quales conuiuas cœnæ adhibuerit 279
Heliogabali luxus 477
Heliotropium herba 1177
Helleſponti denominatio unde 718. & 665. & 986
Helycon Caryſtius 615
Hemerodromi qui 1133
Hemerodromus cur dicatur ſol à Poëtis ibidem
Hemidrachmium 78
Hemitheon Sybaritæ 476
Heraclidæ Pamphili 799
Heraclitæ ubi primum nautæ extruxerint 109
Heracliti obſcur. 134. 240
Heracliti fletus 642
Heraclitus curſor 622
Hercules 198
Hercules pro Marte 285
Hercules Thebanus 377
Hercules cur Melãpygus uocatus 430. & 431
Hercules quarta luna natus 63
Hercules ui non dolis res alienas abducebat 606
Hercules qui fuerint dicti 285
Hercules hebetis craſſiq; animi
Hercules & Mercurius idem Aegyptijs 574
Herculis ornatus 146
Herc. dictum 318. 484. 1062
Hercules nidore coturnicis ad uitam reuocatus 61
Herculis uoracitas 465
Herculis nauigatio noua 1631
Herculis gymnaſium 751
Herc. conuiuium & ſacra apud Lindum 570
Herculis interitus 723
Herculi cur decimas bonorum priſci uouerint 62
Hermãnus à Noua aqla 1127
Hermicus Luſitanus 1137
Hermon quis 612
Hermodorus Platonis auditor
Herodicus 1105 (624
Herodis Attici apoph. 271
Horodoti loc. caſtig. 400
Heroës qui 653
Heroum ueterum mos 645
Heſiodus Homero antiquior. 114
Heſiodi ſepultura duplex 641
Heſiodi interitus 288
Heſſenorum gens 683
Hiberorum mores 535
Hieroglyphica Aegyptiorum 1408
Hieronymus Aleander 1067
S. Hieronymi laus 733
Himera Siciliæ ciuitas 1133
Hipparchus quid Lacedæmonijs 721
Hipparchion citharœdus 648
Hippobotæ 1012
Hippoclidis ſaltatio & procatio 370. & 1181
Hippocrates ab epiſtolis Mindaro 855
Hippola ciuitas 1012
Hippolaitis Minerua ibidem
Hippolyta Amazonum regina 198
Hippomanis crudelitas in filiam 706
Hippolyti dictum 295
ἱππόδοκος& quid 989
Hipponax qualis poëta 774
Hippygia uxor Pythis 1191
Hirũdo qualis auicula 26. 27
Hirundinis ſtridor 451
Hirũdines quid mõſtrarint 853
Hiſpanorum ſordes 43
Hiſtoria unde dicta 73
ἱστορεῖν quid ibidem
ἱστοδρομεῖν 166
Hiſtiæi Samij inuentum 815
Hiſtoriographorum mos 718
Hoc age, uox in ſacris 28
Hollandiæ laus 1099
Homerus omnis Poëſcos parens 939
Homerus uinoſus 469
Homeri diuinitas 922
Homicidæ quomodo ſuas ueſtes abluerint 782
Homicidis ſolum olim uertendum 259
Homicidis extra ſacrorum ſepta conſiſtendum 699
Homo ſolus ſuo ſtercore offenditur 891
Homo ingratior quàm ulla fera 450
Homo ab homine quomodo diſtinguatur 332
Hominis diuiſio iuxta Paulum 789
Hominis cuiuſq; menſura 263
Hom. imbecillitas 308. 309
Hominis nulla fera perniciosior homine 969
Homine nullum animal uiuacius Ariſtoteli 255
Hoïcs qualiter ab initio uixerint, & quõ inſtituti 449
Homines perpaucorum hominum qui 153
Hominũ peruerſi mores 154
Homines cur deos appellarit antiquitas 226
Homines ex ſermone, uaſa ex tinnitu dignoſcuntur 73
Hominum exiſtimatio & cõtemptus unde 956
Hominũ conditio triplex 578
Homolottorum mos in ſœderibus iungendis 775
Honeſti nulla ſatietas 97
Honor præmium uirtutis 338
In horam uel horas 329
Horarum diſtinctio apud antiquos 181
Horas diei quomodo ueteres notarint 831
Horologiorum uſus 181
Horatij uitium 766
Horti qui Veneri ſacrati 30

Ayuntamiento de Madrid

Horus Aegyptius 409
Hoſpes quando moleſtus 605
Hoſpites aliena plerunq; mirari 113
Hoſpites cedant his quibus cũ conuerſantur 854
Hoſpites qui 1159
Hoſpitij ius ſanctiß. 1174
Hoſtem duobus modis impetimus 169
Hoſtire & redoſtire 536
Hoſtimentum ibidem
Hyampeia rupes 616
Hybreæ rhetoris dictum in Euthydamum 197
Hydra Lernea 378
Hydra ſeptem capitum ubi delituerit, & unde fuerit prognata 130
Hydrus quid 965
Hydrus ingentis magnitudinis ibidem
Hyla adamatus Herculi 180
Hyllus, Herculis filius 964
Hymettus mons 100
Hypanis Fluuius 1021
Hypera quid 818
Hyperbole adagijs eſt peculiaris 16. & 17
Hyperbolus Athenienſis 435 & 741. & 1009. & 1032
Hyperboli artificium 911
Hypocritã Chriſtianum eſſe quantum malum 983
Hyſtrices ubi proueniant potiſſimum 1022
Græca quære in litera. y

I

Iacobus Scotiæ rex 564
Iambe maledica 1110
ἰάμβιλος quis dicatur 1111
Iani bifrontis ſymbolum 746
Iapygia Italiæ pars 1098
Ibyci poëtæ hiſtoria 349
Ichneumõ crocodilo hoſtis 888
Idæi dactyli 770
Idomeneus Cretenſis 88
Iecur ſedes concupiſcentiæ & libidinis 48
ἱερὰ συκὴ, locus 525
ἱερὸν δῆλων ciuitas 683
Ignauiæ exemplum 1029
Ignauis omnia difficilia 1079
Ignis quomodo hominibus à Prometheo allatus 616
Igni nihil iucundius 481
Ignem gladio diſſecare ludi genus 22. & 23
ἰδὲ pro μιᾷ 927
Ilias Homeri 1080
ἴλλεσθαι quid 199
Imbris ac terræ mutuum deſiderium 519
Immunis quid 1048
Impia animalia quæ 375
Improbitatis potentia 691
Impudici indicia 318
Incantamẽta quæ dicãtur 708
Incitæ quid & Inciti 1128
Incommoditas commoditatum comes 255
Indignantium geſtus quis 915
Induſtriæ humanæ uis 473
Infans natus ubi deploretur 513
Infantes ubi hoſpitib. adferantur ſuauiandi 571
Infelicitas comes ſtultitiæ 542
Ingenium hominis quale 472
Ingeniũ magnum nõ eſſe ſine mixtura dementiæ 744
Ingenij uigor qua ætate euaneſcat 202
Ingenio ſuperari uires 339
Ingenia præmatura 1007
Ingenuis Spartanis quid conuenerit, quid non 1164
Inhumani quibus nominibus uocentur 287
Initiandorum ſacrificium 871
Iniuria refecanda, non retexlianda 709
Iniuriam facere, peius quàm pati 80
Iniuriarũ memoria tenax 754
Innocentia ubique tuta 869
Inſaniæ ſpecies multæ 965
Inſanum quid proprie 1047
Inſolentiam eſſe ebrietatẽ 119
Inſtitutio quantum ualeat 152
Intempeſtiuum quoduis iniucundum 195
Interpretum uitia 727
Inuentio rerum in oratione quid 182
Inuidia felicitatis comes 1039
Inuidia in bonas literas unde 1065
Inuidia iter quos oriatur 1150
Inuidiam ſtare extra chorum diuinum 654
Inuidiam in recte facto non poſſe uitari 724
Inuidiæ quæ natura 725
Inuolare quid 1095
Ioachimus Vadianus 551
S. Ioannes Baptiſta 786
Io. Baptiſta Pius taxatur 678
Io. Baptiſta Egnatius 439
Io. Bentiuolus Bononien. 758
Io. Campanus 1083
Ioannes Coletus 397
Ioannes Roffenſis 1067
Ionij XII. ciuitatibus imperauerunt 962
Ionum mollicies & luxus & inuenta 216
Ionica comœdia ibidem
ἴουδοι quid 1093
Ips quid 708
Ira muliebris qualis 121
Iræ regum quales 936
Iracundiores cur ſint ſenes & ægroti 248
Iratus furioſo ſimilis 1212
Irus, Arnæus aliàs 259
Iſchomachus taxatus 870
ἰσοχαλὲς quid 671
ἰσόξοτον quid 231
Iſthmiorum ludorum inſtitutio 718
Iſthmum perfodere qui tentarint 1045
Italica frugalitas 478
ἰθύφαλλοι qui 611, & 810
Ithys quæ auis 871
Imbellius Taurea Campanus
Iudices cur ſine manibus pingantur (236 892
Iudiciorum priſcus mos 181
Iulianus Capella 1108
Iuliani dictum 435
Iulius II. pont. 835
Iulij Cæſ. imperandi cupiditas
Iumentum 56 (506
Iumentum pro plauſtro onerario ibidem
Iunius unde dictus 164
Iuno Acræa 55
Iunonis epitheton 1780
Iupiter Olympius & Soſpitator 652. & 1082
Iupiter Olympius Phidiæ opus 1224
Iupiter in cuculũ uerſus 1044
Iouis conuitia 890
Iouis nutrices 491
Iouis ineptiæ 115
Iouis oraculũ in Dodona 32
Iouis Terminalis lex 254
Iouis oculus ſol Aegyptijs 408
Iurare per haſtam 1003
Iurandi mos olim 765. 1195
Iuramenta uaria 605
Iuſiurandum non temere fiat 1020
Iuriſiurandi genera tria 781
Ius ſummum 382
Iuſtitiæ ſymbolum 988
Iuuenari 88
Iuuenilis uehementia 267
Iuueni pecuniæ adminiſtrationem non eſſe committẽdam 570
Iuuentæ uitia mature uitanda 100
Iuuenta docilis 101
Iuuenta cur audax 966
Iuuẽta ſenilis qd indicet 1007
Iynx filia Echus 1094
ἰξοβόσ & uel ἰξοφάγ turdus 54

L

Λαβὼν χρεῖν, & λαβὼν παρέχειν 161
Laberij dictum 270
Laborem ut cõtinuemus quid faciat 727
Labores catenati 706. 930
Labrax idem qui nobis lupus 278
Lacedæmoniorum reſponſum ad Philippum regem 65
Lacedæmoniorum mos in cõuiuiis excipiendis 269
Lacedæmonij chori cantilena 360
Lacedæmoniorum Reſp. quomodo temperata 632
Lacedæmoniorũ cõuiuia 665
Lacedæmonij quales 711. 922
Lacedæmoniorum ueſtitus color 961
Lacedæmoniorum in ſenes reuerentia quanta 1018
Lacedæmon. fortitudo 1026
Laches quis 744
Λακωνίζειν 711
Laconis cuiuſdam dictum in diuitias 367
Laconis cuiuſdã apoph. 420
Lacones bellaciſſimi homines 916
Laconiſmus 388
Lactes quid 1177
Λακτίζειν quid 139
Lactuca 345
Læna ueſtis 405
Lætamen quid 892
Lamia adamata à Demetrio 1208
Lampades in quibus certaminibus geſtare ſolitum 92
Λαμπαδηχεῖν 91
Lampon quis 993
Λάφυρα quid 1053
Λαφυροπωλεῖν, λαφύκτης 1053
Lapis pro ſtupido homine 185
Lapides pro inutilibus 589
Lapſus primus caſui, iteratus ſtultitiæ tribuitur 192
Lamachi dictum 741
Lapſus omnes humanæ uitæ in tribus conſiſtere 951
Lapus Florent. 991
Largius Memmij riualis 374
Laribus immolata foras efferre nefas 356
Larinus & Larini qui 1153
Larus auis 465. 711. 874
Larus cur Herculi ſacratus 992
Latina lingua cur pudicæ matronæ comparetur 1068
Latine loqui quid 47
Lathyrus ciceris genus 24
Latifundia quæ 864
Latomiæ Syracuſanæ 426
Latonæ fabula 341

Latmus

Ayuntamiento de Madrid

Latmus mons 365
Lauacra diuitũ ac pauperum olim communia 647
Lauerna dea 686
Laus qualis eſſe debeat ibid.
Laudatio uana qd faciat 1065
Laudantium geſtus 323
Laura locus 429
Laura apud Sabinos quid 919
Lureus Atticæ locus 78
Laurcoticæ noctuæ ibidem
Laurios regio 659
Laurum incendendi mos in amatorijs maleficijs 631
Lauri uis medica 64
Leberis quid 41. 142. 781
Lectio eſt colloquium 397
Lecythus quid 1151
Ledæ partus 159
Leges priſcorum quales 338
Legũ cutis ſumma literæ 382
Legis inſtituendæ autor apud Aeginetas mulctabatur 393
Legem naturæ omnibus eſſe communem 931
Legumina oĩa corporib. noxia eſſe, & quis eorum uſus 23
Lema quid et unde dictũ 443
Λῆμα, λῆμμα 1106
Lenocinium pulchras res dehoneſtat 148
Lens legumen uiliſſimum 760
Lenticulæ natura 278
Lentiſcus quid 317
Leo Pont. X. 936
Leon. Arctini lapſus
Leonis Byzantij dictum 767
Leonem quæ terreant 246
Leones in periculis adiutos gratiam referre 340
Leonis gratitudo in benemeritum 889
Leontiũ meretricula in Theophraſtum ſcribere auſa 381
Leotrephides macilentiſſimus 1118
Λέπαργος taurus 1013
Λεπτολογεῖν 142. & 911
Lepus quale animal 230. 446
Leporem mortuum à canibus non attingi 447
Lepus ubi non ſit 447
Leporis ſomnus qualis 392
Leporinæ præſtantia 1147
Leprei cum Hercule certamen 992
Leria inſula 549
Lerna quid 130
Λῆρος quid 165
Λέσχαι quid 1100
Leſbijs cantoribus cur primas dederint Laconcs 247
Leſbiorum uanitas 710
Λεσβιᾶν quid ibidem
Lethe quid ſignificet 24
Letheus fluuius 550
Leuconis factum 485
Leucophryne, Tenedos 987
Leuidenſa quid 846
Lex nutus magiſtratus 83
Lex ſatyra quid 1130
Liberæ ciuitatis liberas linguas etiã debere eſſe 648
Liberi cantiunculis maiorum oblectantur 722
Libertate nihil felicius 114
Libethrij quales 249
Libri muti magiſtri 83
Libya cur monſtra ferat 900
Libyci cymbalorũ harmonia
Λειχάζειν quid 915 (659
Liciæ ſortes 331
Ligurire quid 1206
Λιμοκίμβικες qui 417
Lindus ciuitas 610
Lindius ruſticus ab Hercule deprædatus 570
Lingua quale membrum 467
Lingua quib. olim dabatur in ſacrificijs 970
Lingua cur dentibus obuallata 922
Lina pro retibus 849
Linũ pro decreto ſæculi 742
Lincis ueſtibus ſolæ mulieres utebãtur apud priſcos 780
Λεπτοδυμία quid 777
Lipſydrium locus 1021
Litæ quid 185. & 536
Litera ſalutaris, & triſtis quæ 1193
Literarum ſtudium citra ſocium frigere 205
Literas collapſas uindicare quàm difficile, & cur laudedignum 411
Literæ omni ætati & conditioni utiles 521
Literarũ ordo & dignitas 538
Literis trib. quid notetur 675
Literis quatenus incumbendum 746
Literarũ ſacrarum Sileni 768
Literarum bonarũ uſus 1066
Littora cur ſurda dican. 184
Littorales homines eſſe cæteris inhumaniores 246
Liuij fragmẽtũ cui debe. 1074
Loco mouere, reſtituere in locum 159
Locrenſes fœdifragi 575
Locuſta agreſtis quomodo Græcè dicatur 655
Lod. Cælius Rhodiginus 21
Λόγοι λογίμοιγος quid 724
Lolij natura 427
Longuriones riſus cauſa uocatos prælongos 1187
Londinum unde dictum 610
Loquacitas ſtultitiæ comes 427
Loquendum ut plures, ſapiendum ut pauci 25
Loqui pauca, & probum eſſe cognata ſunt 711
Lotophagorum fabula 642
Lotus quid ibidem
Lucæ boues 450
Lucus pro grandi 1154
Luciani locus caſtigatus 423
Lucilius poëta 474
Lucius cur dictus Apollo. 624
Lucrum gratiſſimũ quod 676
Luculli animoſum dictum 385
Ludouicus Gallorum rex 564
Lunæ ſubiecti qui 214
Lunam qui ſuperſtitioſe obſeruent 221
Lunam quantopere obſeruarint Lacones 572
Lunæ defectus quid Macedonibus incõmodi tulerit 705
Lupus quale animal 380
Lupi interfectorib. quæ olim præmia data 464
Lupi ſitientis mos 481
Lupi prædæ inhiãtis mos 516
Lupus poſt prædã properat
Lupus cur & quando (646 uocẽ homini adimat 1080
Lupus ex coco factus tibicen 843
Lupi fabula 1079
Lupos ſemper rabire 1043
Luſcinia quot diebus cantum ſuum continuet 457
Luſus legẽ qui neſcit abſtineat
Lutetianarum fœmina- (108 rum pronunciatio 772
Luxuries & luxuriare quid
Lycambes Archilo- (1220 chi ſocer 474
Λυκειος & λυκόκτονος, Apollinis cognomen 464
Λύκειον quid & à quo conſtructum 624
Lycurgi canes 52
Lycurgus rhetor 465
Lycus Cyniſcæ amator 49
Lydi ab initio Hetruſci 230
Lydis quid Cyrus imperarit 623
Lydios equitatu præſtare 482
Lydorũ mores 623. 708. et 834
Λυδιάζειν, λυδίζειν 624
Liſandri & Pharnabazi cõmenta 677
Lyſandri apophtheg. 806
Lyſandri dictum 859
Lyſandri frugalitas 1086
Lyſiæ bos Athenis 821
Lyſimachi inſolentia 1033
Lytæ qui 854
Lytierſes quis 833
Λύτρα quid 95

M

Macedones quomodo fœdera faciebant 231
Machæra quid 682
Μαχαίρα, locus & Herculis filia, & palus 455
Macrobius omnium autorum fucus 501
Macte uirtute 541. & 582
Meander picturæ genus 712
Mæſon quid 1124
Μάγαδις & μαγαδίζειν 317
Magadis & magadus 1105
Μαγαδῶνες, μαδίζειν ibidem
Magicam uim ineſſe anulis et uirgis ferendis 70
Magiſtratus lex loquens 84
Magiſtratui gerendo qui idonei 202
Maius unde dictus 164
Magnes qui Heraclius 291
Magnetis natura & ſpẽs ibi.
Magnetes populus 704
Magnitudo finita quæ 409
Malea promontorium 548
Malum omne quomodo irrepat 97
Malũ cõe facilius ferri 1024
Malũ ex nobis proficiſci 1076
Mala conciliant homines 35
Mala uera non licet effugere 1070
Mala ter abſtergendo depellebant antiqui 265
Μάμμη & μαμμάζεσθαι qui 1153
Mancipia unde dicta 501
Mandragoræ uis 1083
Mandron nauicularius fit Imperator 1079
Mane dici unde dicatur 646
Manere in ſua claſſe quid 632
Manlius torquatus 401
T. Manlius 401
Mannius Dianæ lucum conſecrauit 706
Manticulari quid 1095
Manticæ hominis binæ 263
Manticora fera 199
Μάντις herba 203
Munumiſſio apud Athenienſes qualis 500
Manus conſerere quid 314
Man. gracileſcere fame 1036
Μαυλάκας quis 433
Maracus Syracuſanus 776
Marathon locus 1025
Margareta Henrici Anglorũ regis ſoror 564
Margitis ſtultitia 512
Mare cur ſurdum dicatur 681
Maris motus 1101
Mariſca quid & eius ucrmis
Maritorum iniquitas (678 in uxores 705

Ayuntamiento de Madrid

Marius tyrannus gladio quẽ ipſe fabricarat confoſſus 54
C. Marius quomodo ſuos milites tractauerit 1057
Marſias excoriatus 264
Marſyas tibicen 634
Martinus Lutherus 1067
Maſculus non ſolum ſexum ſignificat 1188
Μασχάλη, μασχάλιον 658
Maßilia à Phocenſibus condita 252
Maßiliæ tres 532
Maßilia unde dicta ibidem
Maßilienſium luxus 965
Maßilienſes effœminati 532
Maßiniſſæ laus 1052
Mathematicas diſciplinas eſſe philoſophiæ anſas 162
Materiæ pars uilior ſenſibus patet 787
Materfamiliâs qualis ſit 564
Matriſſare 1133
ματτύα cibus 1025
Maturare quid 407
Mauſoli ſepulchrum 1023
Mauſolea quæ dicantur ibid.
Maximinus Imp. 38. & 391
μάζα quid 619
Maza quomodo fiebat 702
Mecœnates quo parandi 164
μαχανὴ quid 995
Medea qualem ueſtem Iaſonis nuptæ donarit 723
Medicum familia 985
Mediocritas qd præſtet 1138
Mediocritatem quomodo aſſequamur 499
Medius digitus qualis 555
μεγαλόδωρος quis 671
μεγαλόφωνοι qui 504
Megarenſes olim Corinthijs uectigales 432
Megarenſiũ fraudulentia 517
Mel ubi pernicioſiſſimũ 327
Mel atticum & hymettium 99
Melampygus lapis 430
Melãcholici cur manes ſe ſuos uidere putent 214
Melanionis odium in mulieres 703
Melanti principatus 660
Melanuros piſcis 20
μέλη & μελῶσαι 860
Meleager 198
Meleo Pelaſgo quare oraculum redditum 488
Melia ciuitas, & genus arboris 703
Meliſſæ dictum 1114
Melita inſula 1052
Melitidis auxiliũ euerſa iam Troia 738
Melitidis ſtultitia 1056
Melus oppidum 366
Memmius Romanus 374
Memoriæ ademptæ exem. 531
Menades mulieres quæ 1023
Mendaces quid lucrẽtur 299
Mendaces etiam aliquãdo uerum dicere 1174
Mẽdaciũ acriter punitũ 987
Menſa ſacra antiquis 527
Menſes primus & ſecundus quibus ſacri 24
Mentis cõpotes, impotes 1160
Meracum olim poſt cõuiuium inferri ſolitum 231
Mercurius & Hercules apud Aegyptios idem 554
Mercurius ſolenniorum delator Conſtantij 525
Mercu. orationis autor 783
Mercurius primatores, idẽ uiatorum 1114
Mercu. cur inter ſuperos & inferos medius fingat. 448
Mercurius cur triceps fingebatur 921
Mercurij munera 614. 703
Merc. cognomina uaria 909
Mercurij uirga 948
Mercurij magicum ſimulachrum 557
Mercurij ſtatuæ plures 1111
Meretricibus ubi honos maximus 1034
μέρος ἔχειν 244
Merrha locus 824
Meſſenius corde hirſuto 500
Meſſenij cur in ſeruitutẽ acti à Lacedæmonijs 683
Mets quo olim ſignata 374
μεταδόξια quid 1096
Metallorum fodinas quis primus inuenerit 436
μετάπτερον quid 251
Metaphora aſſidua adagiorũ comes 7
Metelli 1188
μέθυ quid 700
Metræ puellæ uarietas 811
Metu exanimatum quendam fabula 342
Meum & non meum in beata rep. non debent eſſe 10
Micare quid 314
μικρολογία 911
Midas Phrygiæ tyrãnus 237
Midas ſtolido animo 115
Midæ currus 32
Midæ cur aſininas aures dederit Phœbus 147
Midæ fabula 526
Midas uermiculus & iactus talorum 698
Milites mercenarij primi qui 932
Milites deteſtatur 736
Milit. Nigri præliaturi pecuniam recip. cõtendabant 193
Militum glorioſ. inſignia 1061
Militia Chriſtianorum qualis 978
Militaris uitæ incõmoda 974
Millus quid 1037
Milonis Crotoniatæ robur et exercitiũ. 97. 495. & 547
μίλτος quid 106
Miluij quando prodeant 864
Miluij quibus ſacri 869
Mindarus Lacedæmoniorum rex 855
Minerua præſes artium
Minerua γλαυκῶπις 381
Minij quãta cura Roma. 1138
Minotaurus quid 712
Minotauri annuum ſacrũ 719
Miremur quæ max. oẽs 749
Mithra Perſis Sol. 279. 1149
Mnamones qui 269
Mnamones Germanici 390
Mnaſea Patrenſis 199
Mnaſea colophonius Salpa dictus 70
Mnemoſynæ ſacrum quale fiebat 700
Modeſtia beneuolentiam allicit 214
Modiperatores qui 269
Modius et μέδιμνος, idẽ 702
Modo non, quid ſignificet 347
Molaris corona 458
Moleſtarũ rerũ nomina 1191
Mollia quæ dicantur in artib. 287
Molonis dictum in Platone 65
Molones duo 855
Moly herba 355
μῶμος quid ſignificet 216
Momus quid in hominũ pectore deſiderarit 849
Momus à dijs arbiter electus
Monachi noſtræ ætatis (217
Monachi mendicantes 982
Monachorum greges taxantur 669
μονὰς, iactus talorum 312
Monetam indices cudi deteriorem 1149
μονοχρώματα picturæ 1046
Monomachiæ apud Piſam 520
μονοσυλλ 347
Monoſyllaba & diſſyllaba nomina quib. conueniant 816
Montium partus fabula 347
Mora qua in re proſit 415 & 829
Mora fructus quando appareant 1116
Morbi animi qui 792
Mores quando formandi 101
Morum pernicies à bello prouenit 968
Moriæ encomium quot dieb. conſcripſerit Eraſ. 467
μορμολύττεσθαι, μορμολύττεσθαι, quid 524. & 1144
Morphnos aquilæ ſpecies 695
Mors omnium beneficiorum optimum 1222
Mortalis nemo perfect. 654
Mortales omnes è terra naſci 336
Mortui ubi cum lætitia efferantur 312. & 313
Mortuos allatrantes quib. cõparentur 98
Mortuos plurimum in ore habere, ominoſum 98
Mortuorum rogo imponendorum mos 331
Mortuorum laudes 628
Moryches Bacchus 677
Moſchus citharœdus 812
Mothon quid 776
Motus uitæ argumentum optimum 83
Moyſi uirga 72
Mugilum uelocitas 295
Mulcta quib. dicebatur 766
Mulæ cur non pariant 220
Mulier quale animal 1007
Mulier affecta ætate bis uirũ requirit 533
Mulieres apud poëtas ſemper male audiuiſſe 954
Mulieres Hollandicæ
Mulieres cur irritabiles 1143
Mulieres omnium fere calamitatum autores 705
Mulierum zelotypia 723
Mulier. morum deſcriptio 319
Mulierum officium 587
Mulierũ quæ in partu adſunt mos 1013
Multiloquentia uitanda 113
Multitudinis licentia pernicioſiſſima 627
Mundi principia tria 809
Mundani & Chriſtiani diſcrimen 789
Munera quæ dijs primo oblata 450
Munerum potentia 801
Munychus & Munychia Diana 961
Murem audire acerrime 147
Mures domeſtici ſolaciſſimi
Mures Aegyptij (627
Murus ferreus in acie qd 706
Muſcam indocilem eſſe ac ſemiferam 27
Muſcæ natura 1122
Muſcæ caninæ morſus 939
Muſica quomodo conſtet & perpendatur 103
Muſica non recipit mediocritatem 393

Muſi

Ayuntamiento de Madrid

Muſices honos apud antiquos & quid ſub hoc nomine comprehendatur 600
Muſica ſcientia qualis 834
Muſicæ harmoniæ quot olim & nunc ſpecies 104.101
Muſicarum harmoniarum diuerſitas & uis 591.590
Muſicos eſſe imbelles 1164
Μυσικώτατος 600
Muſſare unde dictum 310
Muſtela animal inauſpicatum
Mutire quid 310 (107
Mu qualis uox & litera 310
Μύζειν quid ibidem
Μύσσω, μύσις quid 1109
Myconus inſula 1142. 348
Μύλλος quid 639
Μυωνία quid 627
Myopes qui dicantur 415
Μυσσοβεῖν quid 1118
Myſcellus 989
Myſi populus 260
Myſi finitimorum iniurijs obiecti 403
Μυττολεῖν quid 857
Myxus Dianæ ſacerdos 854

N

NL. cuius rei nota 1193
Νάκη quid 311
Naphtha quid 874
Narthecium quid 1062
Νάρθηξ quid 616
Naſſa quid 1060
Naſturtium unde dictum 326
Naſus cui dicatus 314
Natiuitas omnes facit pares 1205
Natiuum non facilè mutatur 963
Natrix quid 966
Naturam numeroſis rebus capi & deliniri 86
Naturam inſtitutioni præferendam 808
Natura quomodo ſua munera largiatur 953
Natura quomodo ab uſu differat 1162
Naturæ uis repugnat ibidem
Naturæ efficacia 1162
Nauci & Naucifacere 311
Ναυκράτης unde dictum 701
Naues duæ Athenis publico uſui deſtinatæ 798
Nauigatio facilis quæ 773
Nauigatio prima quæ 832
Naupactus ciuitas & unde dicta 109
Nauphractum quid 700
Nautæ quando certius nauigant 1027
Nauticum genus ſuo elemento reſpondet 1135
Naxus & Naxium marmor, & ναξίας 287
Νεκροκοίνθια 344
Νῆα quid 803
Nemeſis dea 472
Nemeſis unde dicta 608
Nemo non aliqua in re deſipit
Nepa quid 1006 (965
Neptunus à Minerua uictus
Nero Imp. muſicus 282 (321
Neronis pretioſa piſcatio 475
Neronis ſtatuæ culeum impoſitum fuiſſe 1161
Neronis dictum 302
Neruos incidere quid 860
Neruoſa quæ dicantur 166
Neſſus Centaurus 723
Neſtor bonus conſultor, inutilis bellator 841
Nexi qui dicantur 750
Niba uicus 806
Nicias cunctator 1154
Nicon Thrax 1149
Nigrum pro inauſpicato 64
Nimietas omni in re peccat
Νίλαθη 196 (267
Niuẽ albã negaſſe quẽdã 367
Nobilitas empta, aut nuper nata non magni fit 1131
Nobilitetur quis unde 1152
Nocere uolentes ne tẽtes 636
Noctuæ uolatus ſymbolum 63
Noctua Mineruæ ſacra numiſmati Athenienſium inſculpta 63.78
Noctuæ cur numiſmatis inſculptæ 659
Νομοφύλακες qui 292
Noſtra quæ proprie poſſint dici 1092
Nothi ubi exercebantur 751
Notus uentus 1052
Nouerca mortua priuignum occidit 705
Nouo more factũ Cic. qd 1149
Nox cur commoda flagitijs
Noctis partium dimenſio priſcorum 913
Numæ libri quomodo à carie D. ſeruati annis 998
Numeriani interitus 200
Numero non offendi rationem 105
Numerorum myſteria 24
Numeros impares ad omnia eſſe efficaciores 492
Numiſma Athenienſe quale 276
Nuptæ ſandalijs non utebantur 805
Nupta noua quomodo cincta & diſcincta 358
Nuptiarum antiquæ ceremoniæ 101.734.1145
Nuptiarum poſtero die quæ pompa fiebat olim 1020
Nutrices quot ſingulis dijs antiqui adſcripſerunt 491
Nutu efficere quid 652

O

OBæratum eſſe, & mentiri cohærere 651
ὀβελίζειν 211
Obeſi infames Laconib. 866
Obire pronuncium 304
Oblationis lex 433
Oblationis mater quæ 995
ὀβολοστάτης, ὀβολοστατεῖν 417
Obolus quid 1164
Obolus quibus Athenis ex ærario datus 1179
Obſequium ultroneum ingratum 361
Occaſionis deſcriptio 296
Octauius Auguſtus 260
Octauij Cæſ. iocus 35
Octauij magnanimitas 408
Octauij Cæſ. dictum 475 899.1036
Octo deos eſſe ſummæ rerum præſides 278
Oculis alienis agere 84
Oculis ferre quid 260
Oculos animantium ad ſpeculorum imaginem factos eſſe 513
Oculis amor potiſſimum conciliatur 108
Oculis ineſſe ſedem animi ib.
Oculos qui ſibi effoderint ib.
Oedipus ſuos filios execratus eſt 292
Oedipo ænigma obiectũ 494
Oeneus 198
Oenoẽ uicus 551
Oeſtrum, οἶστρος quid 666
Octa mons 876
οἷον quomodo Latinè 41
οἶστρος quid 631
οἰστροπλήγης, οἰστρηλατεῖν 666
Officina quid 816
Officium eadem uenia ſæpe uel maiori remerendum 46
Offis Romanos olim uicitaſſe 188
Offuciæ quid 208
ὀγκυλίδες, ὠγύλιοι 690
Olei natura 668. 283
Oleum duntaxat cur Homerus ὑγρὸν uocarit ibidem
Olei uſus 1194
ὀλίγη ἄξιον 312
Olla pro ſtupido 1100
Ollus letho datus 98
ὅλμος quid 667
Τὸ ὅλον ἔχειν 244
ὁλόσχοινος quid 1172
Olympus Marſiæ diſcipulus 1179. 1155
ὁμιλικία quid 85
Omnia eidem non adeſſe 758
Omina ex occaſu 1017
Omphales Lydorum reginæ impudicitia 429
Omphax quid Græcis 568
ὀμφαξ 1154
ὄμπνη & Ceres
Onagrorum uenatio 485
ὀνάγρου πλεῖν 813
ὀνάγρια ὀνάγρόσκοποι 750
ὀνάγρόσκοποι, ὀνάγρόπολοι, ὀνάγρόκλῆται, qui 525
ὄνος pro lapide molari 458
ὀνθοι quid 1092
ὄνος pro quid 478
Operæ furtiuæ 424
Opes ingentes uix parari ſine fraude 358
Opes cur parentur 399
Opes quantum noceant eccleſiæ 796
Opinio potior ipſa re 440
Opinio quo firmetur 745
Oppidò pro ualde, unde 1150
Opportunitatis uis quãta 296
Oppoſitio perfectiſſima 389
Opulentia confidentiam parit 496
Opulentia penes quos ſit & quos fugiat 196
Opuntius luſcus 236
Opus eſſe ingenij ſœtum 81
Oraculum ſoluentis quæ pœna 857
Oracula quæ olim præcipua 305
Oracula nulla certiora antiquis quàm Apollinis 122
Oratio cibus eſt animi 24
Orationibus deos lætari maxime 450
Orationis præſtantia ibidem
Ordo rerum inuerſus 789
Ordo in acie quid 39
Oreſtis parẽtale cõuiuiũ 764
Organi muſici cõſtẽtia 742
Origanum herba 515.1106
Origenes cur Adamantius uocatus 1106.266
ὄργυις quid 631
Oromedon mons 1204
Orpheus ubi occiſus 249
Os pro aſpectu 1142
ὄρχος quid 1109
ὀρχοφωλία 756
Oſcitantia quid Latinis 836
Oſcitantem uidens cur etiam oſcitet 836
Oſcorum mores 1058
Oſiris Aegyptiorũ 408.409
Oſſa dea 237
Oſtiatim pro ſingulatim 1168
Oſtraciſmus quid 434
Oſtraciſmo damnati quò exulatum iuerint 961
ὀτακουσαί 147.750

Ayuntamiento de Madrid

Ouium natura quæ 759
Ouum decimum maius cæteris nasci 1169
ὀξεὰ quid 736

P

PActolus fluuius 259
παιπάλη πεπαλᾶν quid
παλαιομάχαδις 317 (635
Palæstra mensura 479
παλάτυρος 921
παλέυειν quid 1073.859
παλίμπαιδες 202
παλινῳδία quid 363
Pallas Athenienſium protectrix 1162
Pallas Polias 615
Palladis cantilena 96
Palmæ natura, & cur victoriæ ſignum 120
Palpare, palpones 869
πάναβρος quis 573
παραλαισία quid 600
Pandeletus ſycophanta 997
Pandectarum locus reſtitutus
Pandoræ fabula 43 (1165
Panegyris quid 706
παρικὸν quid 898
Panidis iudicium de Heſiodo & Homero quale 741
Panionium concilium 962
Panis inuentio 398
Panis genera uaria 700
Pane fœdus inibant Macedones 231
Pane olim amicitia conſecrabatur, & quid Panis diſtributio Chriſtianis 27
Panaria ebrietas quæ 120
Panticapæum urbs 813
παντὸς ἄξιον 312
Papyrius Prætextatus 1057
Papyrij curſoris prudẽs factũ
Papyrus quid 773 (80
παραχορδιεῖν 407
ὁ παρακύπλων ſaxum 342
παραφέρεσθαι quid 169
παράφερνα quæ 1020
παρὰ ποδὶ quid 902
Paraſitorum nomina qualia 488
Paraſitus ad nullam honeſtam functionem aptus 709
Paraſiti facetũ reſponſum 158
Parcarum fuſi 256
Pardalis quale animal 554
παρέγορον quid 424
παρένθεσις quid propriè 383
Paria facere 46
Parietum conſtruẽdorum inuentio 853
Parij fœdifragi 778
Paros inſula ibidem
παρπεῦσαι 167
Parmeno mimus 34
Parnetis inſtitutum 636
Parnus quis 369
Paroemia quid, eius proprium quid & quatenus 6
Paroemiæ quæ optimæ ibidem
Paroemia unde dicta ibidem
Paroemiæ unde nouitas accedat ibidem
Paroemiarũ commendatio & utilitas 8.10 & inde
Paroemia quomodo differat ab his quæ illi uidentur eſſe confinia 7.8
Parrhaſius pictor 552
Parricidium quid & unde dictum priſcis 1161
Parricidarum pœna apud Romanos 455
Parthenia ciuitas 684
Parthos fugere coniecto iaculo 32
Partus legitimi qui 284
Paryphis qualis ueſtis 1061
Paſiphaë regina Cretæ 719
Paſes præſtigiator 533
παστάλη 378.908
Paſtillus quid 689
Paſtinaca piſcis 395
Paterfamiliás diligẽs q̃s 1062
πάθη, affectus quales 1030
Patriæ ſaluti qui ſuam uitam impenderint 656
Patricij antrum in hybernia 300
Patroclus cur haſta Achillis abſtinuerit 937
Patroclus Lerius 549
Pauli Aemylij apophth. 683
Paulus Bombaſius Bononien. 1010 (227
Paulus Canalis
Paulus Catena 614
Paupertas timidos facit 496
Paupertatem ut effugias, quibus opus ſit 539
Pauſon pictor 1032
Pax quid & eius commoda 972.973
Pacem iniquam præferendam bello æquo 980
Pacis ueſtes quæ 1139
Pacem petentium mos 1208
Pectis genus organi 334
Peculium quid 1092
Pecunia unde dicta 276
Pecuniam ut pecunia pariat contra naturam eſt 344
Pecuniæ uis 637
Pecuniæ ſacræ quib. cõmiſſæ olim 1021
Pecunia mortalib. anima 1196
Pedarij ſenatores 399
Pegaſus quid 332
πηγὴ uocis ſignificatio 615
Pelaſgi Attica pulſi quomodo ſe ulti ſint 352
Pelci gladius 659
Peliæ fabula 713
Pellene ciuitas 801
Pellis uictimæ uſus 1018
πηλοφορία 1148
Pelops quomodo Oenomaum ſocerum uicerit 482
Peneſtæ qui 770
πίνιξ quid ſignificet 816
Pentecontorus nauis 445
Pentheus ſero Bacchum eſt ueneratus 43
Penula quid 634
πεπαλὸ 1137
Peplum Palladis Poliadis 615
περᾶν quid 961
Perca piſcis 597
Perdicia Lyciæ pars 331
Perdicis calliditas 845
Periander Corinthius 419
Periandri conatus 473
Pericles ἀγέλας 582
Periclis filij quales 664
Periclis dictum 765.781
Pericles totam Græciam miſcuit 1017
Pericles quales fecerit Athenienſes 1120
Periculum multarum rerum non intelligitur, niſi experientia 966
Periculoſis in rebus duo adhibenda 745
περίδειπνα quæ 628
Perilai taurus æncus 401
Perilli inuentũ in ſuum ipſius caput recidit 67
Periodus Theologis quid 256
περίλημμα quid 311
Pero Vergilij maſtix 577
Perperi fratres 430
Perperi fratres in ſimios uerſi 843
Perpetuum nihil patitur natura 1141
Perſæ cuiuſdam apoph. 275
Perſarum rex quomodo exci tabatur 650
Perſarum mores 873.651
Perſæ quomodo natales celebrent 735
Perſæ quomodo lautum cibũ appellarint 1124
Perſeus Danaës filius 717
Perſona non ſemper in malam partem 899
Perſonati qui 208
Pertexere pro perficere 617
Pertica pro decempeda 1077
Pertinax Imperator 392
Pes nauis quid 243
Pedum metricorum proprietas 541
Pedes intumeſcere frigore 1037
Peti principium quid 654
Petrus Aegidius 349
Petrus Bembus 408
Phæax apud Homerum 714
Phagonis uoracitas 554
Phalaris Leõtinis uictis quomodo imperarit 119
Phalaridis crudelitas 401
Phallus quid 810
Phanæas notatus 339
Phanias quis 849.644
Phanus uſurarius 644
Pharnabazus ſatrapa 457
Phaſelitæ 634
Phaſianus auis 871
Phaſis & Phaſiani 549
Φέλλεν, φέλλος, φελλεῖς, φελλέυειν, φελλόποδες qd 320
Φελλεὺς, φελλέυειν, φέλλος 1107.1182
Φέναξ, φενακίζειν & φεναξιομὸς quid 206
Phenacis ſtoliditas 214
Φενίδια uel φανίδια, ludendi modus 851
Pheræus alex. 586
Φέρειν, φέρος, & φερολόγοι 344
Φιλαυτία fons malorum 156
Φιλαυτία quale uitium 906
Philetæ quàm tenui & leui fuerit corpore 1118
Phidias ſtatuarius 355
Phidiæ opus 609
Φιλεγκλήμονες 525
Philides equiſo 1008
Philippus orator qualis 1215
Philippi Maced. dictum 391 1031
Philippi Maced. apophthegma 699
Philippo regi quale oraculũ redditum 637
Philippus Maximiliani filius Caroli pater 563.510
Φιλεκάνειν quid 698
Φιλοίφης, φίλοιφος 689
Philonides quis 604
Philonis Iudæi eruditio 644
Philonome delatrix 590
Philoſophari quid 328
Φιλοσοφεῖν quid 1170
Philoſophus ſolus imperare poteſt 116
Philoſophorum umbraticum iſtud ſtudium planè inutile 182
Philoſophi legum uallum 33
Philoſophiæ ſtudium inexplicabile 712
Philoxenus poëta cur in lapidicinas truſus 426
Philoxeni paraſitus dictum in alium paraſitum 488
Philtra quæ 505
Phocenſes populi 252

Ayuntamiento de Madrid

Phocea quæ urbs 252
Phocis quæ ibidem
Phoci interitus 662
Phocion Demosthenis argumentorum ſecuris 1171
Phocionis dictum 741
Φοίνιξ 120
Phœnicis raritas 423. 437
Phœnicum cauponatio 655
Phœnicum ingenia 854
Phorci filias ſtatim natas fuiſſe anus 717
Φῶς ἀγαθὸν 646
Φραῦλα, φραυλίαρχος 880
Φρυγιςήριον 142
Φρύδιος quid 301
Phrygius Nelei filius 1191
Phrygum antiquitas 828
Phryne meretrix 1151
Phrynichus quo & cur ab Atheniensib. multatus 464
Phrynichus proditor 865
Phryſiorũ domus quales 461
Φθὰς quis 585
Φθειρίασις morbus 1189
Piaculi cõmiſti expiatio 742
Pictura muta poëſis 84
Picturæ ex ceris coloratis
Picturæ initia progreſſus & nomina (770 1046
Picus Martius 766
Pieres qui 249
Pieria Pythis filia quomodo Mileſios & Myuntios reconciliarit 1191
Pietas quid 267
Pietas in parentes quanta debeat eſſe 1161
Pila quid 1078
Pilæ luſus 760
Pili ubi non proueniant 1205
Pindarus φιλάργυρος 469
Pindarus qui in re Homerum uicerit 509
Πιστολό quid 311. 1137
Piratæ dictum in Alexandrũ Magnum 887
Piræus inſula 961
Piræus portus 1110
Pirithous 198
Piſandri timiditas 341
Piſcium proprium ſilentium, & qui in his uocales 199
Piſcibus cur Aegyptij abſtineant 29
Piſces olim in ſummis delicijs
Piſciũ calliditas 847 (495
Piſces etiam ægrotare 1061
Piſiſtratus tyrannus 110
Piſtoribus quamdiu Roma caruerit 780
Pitana ciuitas 867
Πίθος pro bibace 677
Pittaci apophthegma 309
Pittacus Mitylenæus cur magiſtratum depoſuerit 419
Pittaci oraculum 603
Pittheus Theſei auus 1140
Planus quid ſignificet 299
Πλαταγᾶν quid 1016
Platani foliorum uſus 431
Plato à Diogene morſus 452
Platonis dictum 1019
Platonis ſchola qui excludebantur 809
Platonis locus illuſtratus 58
Platonis ad Dionyſium profectio & continentia 451
Platoni quid familiare 647
Platonem numeris ſuã obſcuraſſe philoſophiam 47
Platonica ſpecus 370
Plauti dicacitas 535
Plauti locus reſtitutus 54 1172. 1173. 1185
Plauti locus 919
Plauto non nouum admiſcere uoces Græcas Latinis 1196
Plebeiorum uindicta 907
Πλησίος φίλτατος qd Græcis 171
Plinij locus dubius 1185
Plinium uoluptatis cauſa frequentibus uti digreßionibus 511
Pluere quando ceſſet 576
Plutarchi locus reſtitutus 23 28. 595
Pluto cur illachrymabilis 642
Plutonis galea 717
Πλούταρ quid 391
Poculum tornatile quis primus inuenerit 807
Poculum philoteſium apud Germanos 1129
Ποδισμὸς ſaltatio 915
Podoniptron quid 749
Pœcilis piſcibus qualis uox 199
Ποικιλόφρων, & ποικιλομήτις 195
Pœmandria ciuitas 1117
Pœnorum dictum 1089
Pœn. origo & potentia 1056
Pœnorũ ingenium quale 315
Poëſis pictura loquens 83
Poëſim non conſtare ſine mendacio & fabula 559
Poëta bonus aut malus 1088
Poëtarum furor 775
Poëtarum concertatio in feſto Lenæo 198
Poëtica non recipit mediocritatem 393
Pogon portus 1026
πόλις quæ non ſit 1214
Pollice fauorem indicari 222
Polyager uxo. ſuæ leno 228
Πολυαρχία quid 627
Polycrates Samiorum Tyrannus 359. 640. 1095
Polycratis apud Samios inſtitutum 429
Polycrati Samiorum tyranno qualc oraculũ redditũ 619
Polycrates Thebanus 169
Polyidos herba 660
Polymneſtor Thrax 1170
Polynicis cum Tydeo pugna
Polypi ſtultitia, & quomodo capiatur (608 528
Polypus quo eſculen. fiat 595
Polypus exoßis 1037
Polypum ſeipſum edere ibid.
Polyrrhene inſula 754
Pompa ludorum ſolenniũ 810
Pompeius dicto tactus 227
Pompei factum 331
Pompei dictum 801
Pompeius Cephum Romam deportauit 346
πόνηρος quis 713
πόνηρος, & πονηρὸς 340
πονηρόπολις 683
Pontificis triumphus & diuitiæ quales debeant eſſe 792
Pontifices potuiſſe errare 980
Pontus cur ἀτρύγετος dictus 556
Populi malitioſi qui 708
Populorum uariorũ uarij mores traduntur 872
Poppyſmata ueterum contra fulgura 199
Porcæ quid 185
Porri natura 111. 112
Porſenæ munificentia erga Romanos 304
Porticus ἐπιφανὴς in olympia 32
Poſidippus Comicus 1116
Poſidonia quæ Trœzen 1026
Poſidonius ſapiens 331
Poſſeßio priſcorum in quibus
Poſthomis 422 (276
Poſthumius Tiburtus 401
Poſtuorta 746
Ποτάμοι locus 368
Potatio cur à Ioue cœpta, & in eo finita olim 653
Potentia quando tyrannis dicatur 790
Potentes unde creſcant 809
Potentiũ cõmercium fugiendũ
Potiones uinum imitantes (829 610. 611
Potare more Græco qd 1129
Præcocia eſſe inutilia 799
Præceptorum efficacia 665
Præficæ mulieres quæ 1024
Prælibandum diuis in conuiuio 527
Præliũ olim nõ cõmittebatur inconſultis auſpicijs 1183
Præliũ et bellũ differũt 1207
Præliorum errata inemendabilia 740
Præſtantia eſſe à ſenſu remota
Præuaricari quid 1088 (788
Praxilla poëtria 681
Præcones habiti ſacri 1117
Præconum lingua 908
Preßius pro exactius 536
Prienenſium & Samiorum prælium 451
Primus pilus quid 39
Primæ claßis, ſortis, notæ, homo, & ſimilia 446
Primitiarum conſecratio 238 & 262
Princeps qualis homo ſit, & quantum in ipſo ſitum 116
Princeps quid docendus, & quid eum deceat 97. 98
Princeps non eſt iniuſta præcipiens 1214
Princeps aut magno orbis bono ſapit, aut magno malo ſtultus eſt 116
Principis animus qual. ſit ibi.
Prin. bona præcipua tria 790
Principem agere quid ibidem
Principẽ quid maximè deceat 649
Principes quales nũc 788. 789
Principum inanes tituli, & inania ſtudia 883. 884
Principum malorũ mos 620
Principum munus quod 563
Principum conſuetudo quibus uitanda 783
Principum commercium fugiendum 158
Principia pro principalibus militibus 157
Prior quid 84
Priſci qui dicantur 1186
Probare quæ ſoleamus 730
Probationum genera 1163
Proceritas nimia male audit
Προχοΐς quid 497 (38
Proci quomodo coronentur
Procles tyrannus 584 (693
Προαυλίσθαι τῶν πολῶν quid 902
Prodici quã acre iudiciũ 1016
Proditio licet inhoneſta ſit, utilis tamen aliquãdo 708
Προεπιπλήττειν quid 18
Proles aliquãdo pro maiorib.
Prolytæ qui 854 (1204
Promerus quis 647
Promethei erga homines ſtudium 449
Προμηθεὺς & προμηθεύεσθαι
Promethei fabula 43 (44
Promiſſa parũ certa eſſe 136
Promus quid 556
Pronomus tibicen 1010
Prophanus quis 791

Ayuntamiento de Madrid

Propinantium olim uox ſolennis quæ 46
Proportiones ĩ uini dilutione
Προπύλαιον quid 679 (491
Prora, πρωρεὺς, πρωρᾶτης, πρωρατένεαδ 1175
Προσαγωγίδες 75.147
Προσέλωοι Arcades 828
Protagoras cũ diſcipulis quomodo egerit 1146
Protagoræ & Euatli concertatio 351
Protei fabula 480
Protogenes unde Apellem cognouerit 1224
Protogenis pict. opus 128
Protogenis & Apellis contentio artificioſa 165
Πρωτολογία 539
Πρωταγωνισταὶ ibidem
Prouerbium quid, &c. Vide Paræmia.
Prouerbijs qui autores ſcripſerint 7. 8
Prouerbiales figuræ 14
Prudentia præpropera periculoſa 414
Prylis Mercurij fil. 919
Πρύλις quid ſignificet ibidem
Pſallium quid 1136
Ψαμμακόσια 176. & 1097
Pſecas quid 119. & 689
Pſella lapis 678
Ψέλλος, ψελλίζεσθαι 1015
Ψευδόπυρα quæ 824
Ψευσμάτια quid 1092
Ψιμύθιον quid 912
Pſittaci auis docilitas 181
Ψωλοὶ 1154
Ψυδρακες, ψυδράκια 192
Pſyra inſula 507.825
Πτεροῤῥυεῖν quid 1130
Πτάσσειν quid 464
Ptolemæi dictum 467
Ptolemæi Philopatoris contumelia in matrem 764
Πτυὰς aſpidis ſpecies 1078
Pudefactis cur aures rubeſcant 441
Pudicitia incomparabilis theſaurus 1135
Pudor inutilis 625
Pudoris & pudoris ruſticani iudicium 323
Puellaris ludus quo amorem expiſcantur 1016
Pueri clypeos in pompis geſtabant olim 313
Pueri Athenis quæ prima dicerint 165
Pueri naſcẽtes quam primum uocem edant 538
Pueros muſicis modis affici 86
Pueros multo paſtu corrũpi
Pugni pro plagis 597 (867
Pullus ſiue πῶλος quid Græcis 634
Pulmonis motus 1077
Pumiliones cur grati 1074
Punctum quid 479
Punctum quid Mathematicis
Putamen quid 1183 (1059
Puteus pro poculo 1115
Putiduli qui dicantur 136
Pygmeorum gens 1005
Pylus ciuitas 1009
Pyli tres quorum ſinguli ſibi uendicabant Neſtorẽ 664
Πύος quid 1147
Pyrauſta quale animal 301
Pyrrhæ duæ 762
Pyrrhæi omnib. exoſi ibidem
Pyrrhichiſtæ qui 916
Pyrrhus quomodo à cane ſeruatus fuerit 288
Pyrrh. aquila dici uoluit 890
Pyrrhi dictum 240
Pyrriche quid 915
Pyrrichius unde dictus 916
Pyſiades Byzantius 1033
Pythagoras quomodo σαρκοφαγίαν interdixerit 342
Pythagoræ factum 555
Pythag. autoritas 588.589
Pythagoræ qd familiare 644
Pythagoras quãtus fuerit admirator geometriæ 809
Pythagoras philoſophiam ad numeros traxit 869
Pythagoræ religio in inſtituendis adoleſcentibus 951
Pythag. ſymbola oraculorum inſtar autorib. celebrata 20
Pythagoræi cur piſcibus abſtinuerint 199
Pythagoricorũ ſilentiũ 1034
Pythag. iuramẽtum & quem numerum uenerentur 685
Pythagorica ſymbola ad paræmiarum naturam accedere 16
Pythes quis 1191
Pythonis interitus 541
Pythus ciuitas 713
Pythiorum ludorum cantus ſpecies quinque 541

Q

Quadruplatores qui 624
Quæſtus ubi ſit 957
Quercus Ioui ſacra 1016
Quercus omnium altiſſimè radices agit 175
Quintiliani locus caſtigatur 129.236.
Quintiliano quid ſtudij fuerit in dicendo 1110
Q. Cepio 404.405
T. Quintius 425
Quirites quando inuocati fuerint à Romanis 507

R

Litera canina 544
Raia quomodo piſces decipiat 295
Ranæ Aegyptiæ 732
Ranæ ubi mutæ 199
Ranunculus herba 838
Raphaël Regius 697
Rationis uis quanta 103
Reip. ſtatus quo ſeruetur 412
Religio quibus reb. debeatur 252
Reliquias ad quæſtum circumferentes 1149
Remedia uera morborum facilia eſſe inuentu 234
Remi umbram Maio menſe apparuiſſe 164
Reprehenſionem ueram pauci libenter audiunt 217
Repudiorum mos 433
Res uſu æſtimandas eſſe 1146
Rei inſtituendæ quid adhibendum 855
Rerum coniunctionis temperantia qualis 861
Rerũ pretioſarum, item uulgarium quæ natura 786
Retexere quid 617
Rex chartaceus 586.1112
Rex tragicus 586
Rex lapis 169
Regis laus quæ 114
Regis ſimulachrũ quod 892
Regi apum cur alæ minores datæ 565
Regem quæ deceant 884
Regis et tyranni diſtinct. ibi.
Regum inter ſe conflictationes quales ſint 905
Regum multorum ſtolida recenſentur facta 114
Regulus orator 285
Rhamnuſia dea 854
Rhamnuſiæ deſcriptio 609
Rheginenſium numiſmati cur leporem inſculpſerit Anaxilas 447
Rhetores ſine geſtu langueſcunt 707
Rhetorice unde ad homines deuenerit, & eius utilitas 449. 450
Rhodij qualis populus 610
Rhodios publicis uotis hirundinem inuitare 253
Rhodope meretricula 691
Rhœæ quid Græcis 904
Rhytus poculum 1106
Richardus Pacæus 1. 260
ῥιψάσπις 369.490
Riſus quis uiro forti indecorus 609
Riſus uaria exẽpla 838.839
Riſus equinus 838
Riſus ſine cauſa quid ſignificet 288
Robur in neruis ſitum 166
Rodolphus Agric. 1075.173
Rodolphi Agricolæ mors 810
Rogo uerbum durũ ingenuis animis 128
Romani quales olim. 1160
Romani quomodo æra corinthia ſuſtulerint 344
Romana fortuna 321
Rom. imperium quo augurio conditum 890
ῥῶπες ῥῶπον 684
Roſæ conditio 609
Rubrica Perſio quid 222
Rudis & Rudiarij 35
Ruffinus citharœdus 648
Ruſticam uitam urbana innocentiorem eſſe 815
Ruſticus cur Stoicorũ ſimius uocatus 859
Ruſtici miſanthropi 444
Ruticellus robuſtiſs. 285
Ρύπος quid 103

S

Sin ę qui mutant 772
Sacerdotũ mos 14.15
Sacerdotum auaritia, & ſacrorum uenditio 345.782
Sacerdotalis dignitatis ſublimitas 346
Sacerdotes quis Athenis inſtituerit 814
Sacrum quid Græcis 318
Sacrum quid ueteribus 1106
Sacrorum ritus 241.462
Sacris abſtinendum 405
Sacramentorum eccleſiæ uis abdita 788
Sacrificare à cœna quibus moris fuerit 992
Sacrificandi dijs mos 1060
Sacrificium Ro. ob partam uictoriam quale 230
Sacrilegus à cane prod. 289
Sacrilegium quid 791
Sagra fluuius 350
Sagum quid 1139
Saguntum 366
Saij populus 489
Sal cur mẽſæ præcipue apponitur 231
Salis uſus 28
Salis honor & uis 36
Sal primũ & communiſſimũ cõdimentũ ciuſq; uſus 514
Sales quid ibidem
Salis natura 868
Sal pulmentarij uice 1045
Sales dentati ne ſint 879
Σαλακωνίζειν, σαλακωνέυειν
Σαλάξαι quid ibid. (1209
Salij ſacerdotes 1174
Saliua & eius uis 539

Saltatio

Ayuntamiento de Madrid

Saltatio Ionica 216
Saltationum aliquot genera & nomina 915
Saluſtius Ciceroni collatus ob muteſcit 443
Sama pro ſupplicio 1005
Same quid ibidem
Sambicus Eleus 64
Sambuca quid 852
Samij ferocitas 229
Samiorum mores 1095
Samiorum & Prienenſium prælium 431
Samiorum flores locus 429
Sammyrion macilentiſs. 1117
Sanctum quod uolumus 82
Sanctus deus Ro. 1145
Sanguiſuga quid 538
Sanitatis argumentum 753
Sapiēs tetragono ſimilis 1024
Sapientis præſtantia 575
Sapiētes Græciæ ſeptem 337
Sarcinator unde dictū 1207
Sarcire & Sarta quid 1078
Sardanapali ſtatua 311
Sardanapali epitaph. 904
Sardanapali ſepulchrum 1117
Sardoæ herbæ uis 837
Sardo inſula 677.840
Sardonica purpura ibidem
Sardonicum mare unde dictū 997
Satietatem & faſtidium quæ pariant 294. 296
Saturnus cur compedibus impeditus 399
Saturni fabulæ 443.444
Saturno quomodo ſacrificatū 538. & 836
Saturnus cur ſaxū deuoraſſe fingatur 784
Saturnalia Rom. 105
Saturnium quid 808
Satyri fabula 316
σκαπάνη, σκάφη 471
σκάφη, σκαφηφόρος 663
Scarabeus quale animal 616
Scarabei & aquilæ fab. 883 & 894
Scarabeorū genus deſcriptio, nobilitas 890. & inde
Scholiorū Eraſ. in D. Hieron. ſcribendorum labor 733
σχοῖνος quid 1026
σχοῖνοι genera tria 1210
Schœnobatæ 1199
Scilla herba 529
Scipionis Aemiliani dictum
Scipionis factum 425 (1057
Scirpus quid 557
Scitum quid dicatur 6
σκνιφ quid 766
σκολιὸν carmen 601
Scolon uicus 551
σκορδαλισμὸς quid 916
Scorpius etiam piſcis 597
Screare quid 1182
Scriptura uox eſt 82
Scripturæ ſacræ profanis diſciplinis contaminatæ 977
Scrupulus quid 1084
σκῦλα quid 1053
Scylla quid 189.190
Scyrus inſula qualis 246
Scytale quid 456
Scytis quis ditiſſimus 103
Scythæ quomodo amicitias concilient 1039
Scythæ quomodo iurēt 59.781
Scythæ gens uaga 862
Scythæ calamitatibus preſſi quid egerint 1117. & 1118
Scytharum reſpōſum ad Darium, item ferocitas 503
Scytharum fœdera quomodo fiant 775
Scytharum conſuetudo in ſignandis diebus 657
Scytharum ingenia 1175
σκυθικὴ ὠδίς 497
σκυτιπιεῖν, & σκυθιςὶ πιεῖν & σκύθης quis ibidem
σκύζεσθαι quid 503
Sectores qui et unde dicti 624
Sedere pro placere 619
Seditionis cauſa quæ 760
Seleucia regio 551
Selis quid 632
σελλίζεσθαι 1045
σελλινίζειν ibidem
σέλλοι & σελλίζειν 680
Semidei qui 653
Senatoriæ dignitatis inſignia 1140
Senecæ oratio qualis 516
Senex moleſta res 682
Senes cur bibaculi 363
Senes quid olere deceat 1146
Senes cur ſemper dubitēt 1133
Senes remota melius uidere quàm propinqua 262
Senib. ubi ſummus honos 965
Senectæ uitia 101
Senecta cur timida 966
Senectutis uitium præcipuum 826
Senectutis incommoda 607
Senectutis ſors quæ 100
Seniū quæ cito accelerent 814
Senio quid 643
Senſus corporis anguſtos eſſe 342.104.105
Senſuum iudicium eſſe fallax 1132
Sepia piſcis qualis 205.269 1094
Septuagenarij ubi Saturno ſacrificati 838
Sepulchri paterni quanta religio 658
Sepulturæ religio apud antiquos 345
Seriphus inſula 199.717
Sermo intempeſtiuus lethale uenenum 762
Sermonis comitas quantum profit 1081
Sermonem ineſſe etiam oculis fronti & uultui 1161
Serpentes quoties in anno ſenectutem exuant 41
Serpentes uinū appetere 965
Serphus quid 573
Sero qui dat, quantū dat 716
Sertorius quomodo Cacitanos uicerit 688
Sertorij ducis exemplum 339
Serui Athenien. 105
Seruorum dimenſum olim 20
Seru. uaria nomina 527.770
Serui in piſtrino laborantes quomodo ligati 774
Seruos abſente domino peccare licentius 84
Seruorum genuinum odium in dominos 501
Seruorum manumiſſio qualis Athenis 500
Seruorū ciuitates multæ 683
Seruitus quæ grauiſſima 507
Seruitus quomodo olim profitebatur 1123
Seruitæ monachi quare ſic dicti 592
Seruitæ diſputatio cum Standicio 593
Serum pop. uiuacitas 256
Seuum uel ſebum quid 918
Sibyllæ mors 997
Sibyllam palmarum foliis oracula inſcripſiſſe 305
σικιννὶς ſaltatio 915.916
Siculi quales 478
Siculorum dicacitas 536.474
Sicyon quid 1072
Sicyon & Sicyonium calciamentum 1144
Sicyonis opulentia 223
σιδηρίτης lapis 221
Silenorum imagunculæ 785
Silenis quos comparet ibidem
Silentium ominoſum 1060
Silentium primum Pythagoricorum dogma 1034
Silentij meta dialecticis quid 1128
Silurus piſcis quis 279.1001
Simia quale animal 205.859 & 1078
Simia pro homuncione 676
Simiā maximè ad hominis ingenium accedere 272
Simiarum φιλαυτία 861
Similia ſimilib. gaudere 84
Similitudo mater benevolentiæ 84. 85
Simones Telchines 378
Simonide auarior 437
Simonidis dictum 744
Simonidis ſententia 842
Simonidis ſcrinia 691
Simpulū, ſimpulatrices 480
Simulationem diuturnam eſſe non poſſe 356
Singula non naſci ad plures uſus 521
Sinope meretrix 1095
Sinope altera impudiciſſima, altera caſtiſſima 784
Sinus quomodo interpretetur
Siphnos inſula 860 (125
Siphniorum libido 860
Siren inſecti genus 654
Siſapo oppidum 1138
Societas & amicitia quàm res neceſſariæ 968
Socratis et Ariſtodemi fabula
Socratis genius 61 (34
Socratis pictura 182
Socratis Platonici mos 376
Socrates ἀγέλαστος 582
Socrates cur non iurarit per deos 685
Socratis aſpectus toruus 909
Socratis iuramentum 993
Socratis dicta 257.262.439 450.488. 554. 614. 644 1146. 1157. 1221
Socratem de primo cratere nunquam bibiſſe 1113
Socratici dæmonij fab. 280
Sol fons omnis luminis 291
Solis ueneratio 800
Sol oculus mundi 1198
de Sole ſententiæ uariæ 1135
Solearum uſus antiquis 1144
Solon quid de athletis Olympiacis ſenſerit 524
Solonis ſtatua 707
Solonis lex 270
Solonis ſententia 271
Solonis dictum 30.64.154 404.418.393.903
Solon pro toto 1133
Soli res quæ dicantur ibidem
Solum uertere quid 496
Somnia ubi non uideantur 524
Somniare, ſperandi genus eſſe 144
Somniemus quæ maximè 962
Somnus quo litere fiat 312
Somno quæ animalia paſcantur 614
Sonticus morbus quis 1184
Sophiſtæ contumelioſi 204
Sophiſtæ Theologi 365
Sophocles unde dictus 501
Sophos olim ſapientiæ myſteria

Ayuntamiento de Madrid

ria inuolucris obtexiſſe 47
Sorices quid differunt à muribus 146
Σορὸς & σωρὸς 132
Sortem alienam miramur, noſtram contemnimus 258
Sortium in iudicijs notæ triplices 1210
Sotadis dictum 836
Soterichus quis fuerit 1049
Sparamixas 275
Spartanorũ exercitium quod 668
Spartanorum deſcriptio 319
Spartanorum perfidia 915
Spatha quid 1077
Spectaculorum inhoneſtorum deteſtatio 1052
Spectrum apud Leſbios 659
Specula fulgur imitantia 646
Speculum artis, & ſpeculum naturæ 513
Speculorum ratio 514
Specus Platonica 370
Sperata facilè credimus 525
Sphacelus eſt ſpaceliſmus 110
Sphæra ludendi quatuor modi 851
Sphinx, & eius ænigma 494
Sphinx quid ſignificarit Aegyptijs 630
Spithamæ menſura 479
Spondere quid, & pro quibus ſpondeamus 267
Sponſa tranſit in cognomen mariti 1145
Sponſi Penelopes 794
Spondyla quale animal 917
Spuendi in admouendis remedijs mos 120
Spuriorum notæ, & cur nothi dicti 743
Σταχάνη quid 587
Stadia curriculorũ qual. 460
Standicij Franciſcani cũ Seruita duellum 593
Staphylus Thaſius 765
Staphylus uini diluendi autor 489
Statera æquitatis ſymbolũ 15
Στέλη quid 915
Στέγανον quis dicatur 1179
Steleum quid 938
Στενολεσχεῖν 142
Stercoris utilitates 891
Sterculcius & Stercutus dij
Steſichorus poëta cæcus factus (892 363
Steſichori poëmata qualia 700
Steſichori ſepulchrum artificioſum 279
Steſichorius numerus ibidem
Stilus quid 394
Stoicam ſectam quis primus inuexerit Athenis 1207
Stoicorum ſapiens 228
Storax qualis uox 1150
Strabonis locus emendatur 66. 534. 1114
Stratonicus citharœdus 234 429.454
Stratonicus citharœdus à mulierecula notatus 281
Stratonici dictum 455.484 528.936.998.1186
Strobili γλυκυβάκχιλοι 106
Strophe quid 700
Στρωματεῖς Origenis 1181
Struma quid 1203
Strychnium herba 316
Studiorum uis ad conciliandam beneuolentiam 968
Stult. pœnæ quid proſint 1213
Stupa quid 693
Stupens membrũ quo curetur
Sturio piſcis 1001 (265
Stymphalorum mores 872
Στιλὰ feſtum 1113
Στιλὸν quid ibidem
Suaſum quid 1184
Suberis natura 868
Subulci non admittebantur in templa Aegyptiorum 173
Suffenus poëta ineptiſs. 568
Suffragia quibus ferre non licuerit 202
Suffragiorum ferẽdorum modus 577.720.587.529
Suidæ locus 643
Sulpitius Galba 218
Sumptus quarum rerum chariſſimus 534
Superciliorum uſus 324
Supernumerarius quis 158
Superuacaneorum nullus uſus
Supinitas quid 314 (1214
Supplicãdi genus maximum apud Scythas quod 837
Sus, quale animal 49
Sus cur Veneri inuiſus 740
Sus agricolationem mõſtraſſe creditur 279
Suis natura 173
Suibus parcunt Iudæi 888
Sutelæ quid 383.476
Sutrium oppidum 1051
Sybaris & Sybaritæ 476 477.478
Sybaritarum mores 216.253 573.1116
συκοφάνται, συκολόγοι 525
Sylla quomodo morſus à ſcurra quodam 709
Scyllæ quid obiectum 358
Syllæ dictum 920
συλλαβίζειν 132. 231
Symbolum quid 804
συμπτώματα 79
Sympuuium 480
σωμάγχη quid 277
σωτήριον quid 1201
Syngrapha quid 1131
σύφαρ quid 41. 781
σύρβα, σύρβη, συρβηνεὺς 641
Syrorum ingenia 327.812 & 1192
Syrracorum mores 873
συσσίτια quæ 665

T

T, quid notarit 210. 1193
Tabulæ legũ apud Athe. 389
Tachæ dictum in Ageſilaum
Tænarus oppidum 919 (347
Tagus fluuius 259
Talentum & talentum magnum quid 236
Tali fabula 838
Talos cuſtos Cretæ 1106
Talorum iactu nihil incertius 79
Talpa ubi nec uiuat nec naſcatur 866
Ταμίαι qui 556
Tanagra ciuitas 1117
Tantali fabula 432
Tantum non quid ſignif. 347
Tarcotellæ morſus qual. 838
Tarichus piſcis 526.554
Tarquinij dictum 49
Tarteſij 106
Tauri epirotici 39
Taurum quadrimum quis humeris ſuſtulerit 495
Ταῦρος ἀτιμάγελος 51
Τάγανον quid 238
Tegea ciuitas 580
Teij populus 550
Telamon quãtopere filij Aiacis mortem fleuerit 820
Telegoras quis 1070
Telemachi dictum 704
Telephus ſolum uertens 260
Τελεσία ſaltatio 915
Tellen quis fuerit 597
Τελχίνειον, τελχικῶδες τελχιτάνδρ, τελχίων 578
Temeritatis quis comes ibid.
Temeſſa aliàs Tempſa 66
Tempeſtas quibus non noceat 1168
Templum execrationis 109
Temporis ſymbolũ apud Aegyptios quale 408
Temulenti opiniones quæ. 275
Temulenti cur loquaces 436
Temulentiæ uitium 1181
Tenedus quæ & unde dicta 987
Tenedij regis numiſma, & lex in adulteros 353
Teneduorũ inſigne quod 353
Tenor quid 376
Tenes rex 987
Terebinthi natura 1029
L. Terentius 425
Termera urbs 67
Ternarius numerus 679
Ternionum honor apud inferos 688
Terpander Leſbius 247
Terra omnium parens 336
Terræ & imbris mutua appetitio 519
Terræ filij qui 336
Terrigenæ fratres 774
Tertullianus Cypriani præceptor 537
Teruntius unde dictus 1186
Teruntiũ quale numiſma 311
Teſſera quid 390
Teſſerarum luſus qualis 40
Teſſerarũ uſus antiquis qualis 320
Teſtamenti No. editio per Eraſmum qualis 1074
Teſtimonia cæca quæ 317
Teſtimonium falſum ſeuere punitum 987
Teſtudo quomodo Ioui reſponderit 804
Teſtudinis inceſſus 335
Teſtudinũ carnes quales 393
Teſtudinum teſtis integi domos 66
Τετ|ιγοφόροι Attici 816
Τετρακῶμος ſaltatio 915
Τέτρακτυς quid 685
Teucri dictum 488
Teutrania regio 260
Θ quid notet 210. 1193
Thaletis dictum de amicorum memoria 98
Thaletis dictũ 257.266. 712
Θαλία quid 700
Thaſus inſula 766
Theagenes καπνὸς 807
Theagenes χλωαλώπηξ 1155
Theagenis athletæ uoracitas 495
Theatrita quæ dicantur 1176
Thebæ quomodo cõditæ 774
Thebanorum feſtiuitates 649
Thebanorũ exercitus pars melior ex quibus fuerit 1103
Thebanorũ artes præcipuæ
Thebanis quale oraculum redditum (1164 495
Theodorus Gaza 49
Θέλγειν quid 578
Themiſtocles cur indoctior habitus 601
Themiſtocles quomodo ſuum fundum commendarit uenalem 1064. & 396
Themiſtoclis apoph. 470
Themiſtoclis dictũ 1007.1031
Theocrines quis 1029
Theocriti Chij dictum 357
Theodori Chij apoph. 871

Ayuntamiento de Madrid

Theodori Gadarei dictum in Tib. Cæsarem 709
Theognis Tragicus 1040
Theologia disciplinarũ omniũ regina 1068
Theonis meretrix quomodo illæsa 643
Theoris nauigium 798
Theophrasti ætas & epitaphium 1085
Theophrasti locus restitutus 51
Theophrasto dicturo quid acciderit 648
Theopompo quid responderit oraculum 649
Theramenes rhetor 70.857
Theretis dictũ in filium 1101
Thericlis figuli inuentũ 807
Θερμὸν quid 578
Thesaurus quid propriè 131
Thessali qualis gens 123
Thessalorũ & Phocensium dissidia (124 1040
Thesæus quibus uiris auxilio fuerit 198
Thesæus alter Hercules cognominatus 285
Thesei duplicia sacrific. 756
Theta quid significarit 210
Timotheus Imp. 219
Θοῖνα, quid 700
Thomas Linacer 1104
Thomas Morus 835
Thorax mons 550
Θώρηξ quid 989
Thraces populus 622.1170
Thraces quomodo mancipia commutabant 301
Thracum uicus 268
Thracum dictum 383
Thraces quomodo natos, & quomodo mortuos prosecuti 512
Thrasybulus xxx. tyrannos sustulit & lex eius 453
Thrasybuli dictum 1094
Thrasilai insania 719
Thrausi qs & qualis populus
Θρέττε quid 1149 (313
Thriæ quid Græcis 272.402
Thrioboli quid 871
Thucydidis quales filij 664
Thurini Verconij supplicium 67.138
Θῶρηξ & θώραξ 1106
Θύλακος, φυλακίζειν 1093
Thylacus quid 1017
Thymbra herba 1071
Thymus herba 735
Thynnos læuo tantum oculo cernere 843
Θωμίζειν 621
Thynnus ibidem
Θυρεπανοικλής 161
Tiberius Cæsar 153. 880. 1193
Tiber. Sempronius Gracchus Sardiniæ domitor 230
Tibiarum usus in luctu 333
Tibiarũ longarum usus 225
Tib. quantus olim usus, & cur eas Alcibiades abiecerit
Tibicines mali 634 (282
Tibicinum mollicies 1010
Tibicinũ munus quondã 588
Timiditas unde nascatur 966
Timiditas omnia tardat 1076
Timocreontis epitaphiũ 281
Timon nusanthropus 584
Timotheus cantor (1048 q'. modis animũ Alexãdri ad bellum incita. 906.591
Timoth. Athenien. Imp. 986
Timothei dictum 960
Titanum fabula 507
Tithoni & Auroræ fab. 256
Tithymallus flos 1077
Tithymallus herba 677
Titillationẽ cur quædam corporis partes sentiant 482
Titiuillitium 311
Titius malus orator, & saltationis genus 1123. 1124
Titormus bubsequa 285
Tmolus fluuius 222
Tædiũ ingenij uigorẽ hebetat
Toga quæ uestis 155 (727
Toga ephebis dabatur apud Romanos 573
Togæ quando usus erat ibid.
Toga Rom. 1078
Tondere pro deludere 536
Tolossa oppidum 404
Tonos quid 1046
Tonsorem quis primus induxerit 1186
Tonsores cur garruli 439
Tonsorũ molesta diligẽtia 536
Topsius luctator 319
Tovona ciuitas 681
Torpedo piscis quo capiatur
Torpedinis æstus 850 (295
Toryna quid 396.462
Totum auferre, tyrannicum: totius dimidium, regũ 371
Tragœdia Luciano indigna 1207
Tragœdiam Latinis præter Senecam intercidisse 727
Tragœdiarũ argumenta unde desumpta 130
Tragicæ execrationes 109
Tragicorum character qualis 575
Τραγικὸς λέγειν quid 676
Traiectiti pecunia quæ 1170
Trãslationes à corporis sensibus, prouerbiales 260.261
Τραπεζεῖς quid 196.1051
Trapezitas ad lunas dare pecunias 220
Τραυλίζειν quid 917
Tr.arij qui 39
Tricæ quid & Tricones 93
Τριχίνικα ἔπη 312
Τριχολία Tyrtæi 360
Tricliniorũ argẽteorum usus
Tricterica festa 989 (1049
Trigla Hecatææ sac. 686.1070
Triobulus 311
Tripolis ciuitas 909
Θρίψ quid 367.708
Thripes uermiculi ibidem
Τρισσίβιοι 1108
Τρισσίππιον quid 666
Triticũ cur in calidis ac frigidis regioni. æque proueniat 51
Τριτολογίαι 165
Τριταγωνισταὶ ibidem
Trochili et rotæ simultas 888
Trœzen cur Posidonia 1026
Troianorũ cum Græcis bellũ
Tripodis oraculi descriptio (603 305
Trophonij fanũ historiaq; 300
Tropus quando transeat in prouerbij speciem 1075
Tubam cur Busiritæ non tulerint 892
Luciam Vestalem cribro aquam tulisse 178
Tunica quæ uestis 155
Turba quauis in re parit confusionem 158
Turcis an bellum inferẽ. 982
Turcæ quo debell ndi ibidem
Turcica bella cur sæpe prætexta sint 983
Turdorum tria genera 54
Tutores quibus dentur 326
Tutorum uulgus quale 848
Τύχη καὶ λιμήν 1119
Tympani sonitus 1193
Typographi quidam taxantur 413
Tyrannis unde oriatur 760
Tyrannus aut ferendus aut non recipiendus 523
Tyrannus cuiusmodi portẽtũ
Tyrij bilingues 736 (419
Tyrocnestis quid signif. 696
Tyrrhenorũ in captiuos crudelitas 1019
Tyrrhenorum superstitio 15
Tyrrhenos fuisse Pythagoricos 342
Tyrtæi institutum apud Lacedæmonios 360
Tyrus ab Alexandro deuastata 911
Tyttygias plagiarius 640

V

Vaccam uno partu sex edidisse uitulos 664
Vacuum in sacris aliquid habere nefas 356
Vadum quid 52
Vannus mysterijs adhibitus olim 1036
Valerius Leuinus Imp. 1058
Varietas ubique delectat 111 294
Vates in bello acie olim præcedebat 692
Vatum est noua dicere 1179
Vaticiniũ per cribrum 378
Veientium cum Romulo bellum 230
Vehementiam quomodo Hebræi exprimunt 815
Velabrum quid 918
Vendi p impostura pati 718
Venetorũ urbis celebrit. 411
Venter natura inexplebilis
Venter quo distentior (384 cibo, co leuior 626
Venter optimũ horologiũ 831
Venti singulis regionibus qui peculiares 583
Ventorũ prognostica nautica
Vẽtosi qui dicãtur 583 (989
Venus lignea Dædali 518
Venus cur testudinem calcans fingatur 565.805
Ven. καλλίπυγος cur 1116
Veneris amasius 23
Veneris cingulus ad quid utilis 771
Ver anni pars præcipua 1082
Veratrum quid 325
Verba alata cur dicta 378
Verecundia ad multa inutilis
Verecundiæ ubi maxime ratio habenda (625 1197
Vergilius latinus Hom. 922
Vergilij apophthcg. 1006
Veritas non semper mendacio, sed aliquando simulationi respondet 275
Verũ à quibus audiatur ibid.
Veritas lenocinijs commendata fit gratior 467
Veritas filia temporis 537
Veritas ubi iucunda & ubi molesta: neq; semper proferenda 690
Vermis niualis 561
Vertumnus quis 480
Vesphalorum iudicium 1179
Vespasiani turpis φορτολογία 344. 887
T. Vespasiani magnanimitas & numisma 407
Vespasiani dictum 621. 887
Vespertilio unde dicatur 1165
Vesta dea 261
Vestes olim pro xenijs missitari solitas 601. 846
Vetus quid dicatur 1083

Ayuntamiento de Madrid

Vexilla Rom. qualia 1087
Via pro consilij ratione 96
in Via, & extra uiam esse 53
Vicinus uel summum malum, uel magnum commodū 44
Vicini quantum possint 1063
Vicinitatis bonæ cōmo. 1064
Victores in triumpho albis equis uehi solitos 167
Victores quibus reb. olim impetiti 555
Victoriæ infelices 660
Victoria turpis quæ 693
Victo non insultandum 960
Victi iudicium 820
Victus priscorum qualis 1023 397
Vim pugnare cū natura 1162
Vincere ubi facilè 354
Vinum olim non gustabatur, nisi deo prælibatum fuisset 251
Vinum dari regibus cur prohibeant diuinæ literæ 275
Vinum quis diluere docuerit 489
Vinum largius dilutum quid noxæ habeat ibidem
Vinum omnium malorum metropolis 438
Vin. quando suauius 450.451
Vini diluendi mos 491
Vini primitias quando libarint Athenienses 251
Vini potum non permittebat Plato pueris usque ad annum decimum octauum 77
Vini natura 476
Vini odium unde 431
Vinum, lac Veneris 531
Vini usus nimius quid faciat ibidem
Vini potentia 954
Vinolentia quib. minimè ignoscenda 497
Viperarum impietas 376
Viperæ morsus qualis 1078
Virga ἄγναυα decem pedum 1014
Virgis gestandis inesse uim magicam 71.72
Vir fortis leo sit & uulpes 348
Virginum Peloponesiacarum uestitus qualis 1224
Virgines Lacænas certis diebus inceßisse nudas ibidem
Viri boni alienis moribus obsecundant 68
Virorum nomina pleraq; dissyllaba 736
Virorum præstantium filios esse ignauos 694
Virtus circa quæ uersetur 419
Virtus ubi discatur optimè 1146
Virtutis ansa una, uitiorum plures 162
Virtutis præmia apud Romanos quæ olim 291
Virtutē nullam esse sine prudentia 522
Virtutem solam in rebus humanis esse stabilem 523
Virtutem in arduo esse 1138
Viscum unde proueniat 54
Vitam humanam aleæ esse similem 170
Vita spinosa 330
Vita lucernæ symbolo repræsentata 646
Vitia haud facilè dediscuntur 821
Vita innoxia quæ 1136
Vitæ genus quod cuiq; tuendum 933
Vita hominum leuißimi momenti 1016
Vita homini nihil habet certi 1144
Vitæ piæ fructus 1054
Vitellij Imp. gula 238
Vitijs inueterati raro corriguntur 709
Vitium esse in procliui 1138
Vitrum plumbo sublitum cur imagines reddat 513
Viua quæ dicantur 83
Viuere turpiter non est uiuere 1125
Viuere turpiter qui putentur 1222
Viuere in horam 329
Viuerra animal quale 871
ὀλαὶ, ὀλάδες 703
Vlilagus Herulorum præfectus 1159
Vltima linea 90
Vlulas quomodo deterruerint Athenienses 868
Vlyßis somnus 392
Vlyßis socij quando hamo aut retibus usi sint 23
Vlysses quomodo milites commonefecerit 627
Vmbilicus quid 89
Vmbra nihil inanius 509
Vmbra quæ parasitis gratißima 831
Vmbræ qui dicantur 215.910
Vmbrarum uictus 1070
Vnedo unde dicta 97
Vngues sensu carere 287
Vnio, quid 312
Vocabula peculiaria unicuiq; esse disciplinæ 90
Volupa dea 756
Voluptas continuandi laboris autor 728
Voluptatis incendium duplex 77
Vota facientes quomodo se gesserint in templis 22
Vox sensorum animi idolum 83
Vocis maris ad incitandam Venerem quanta uis 914
Vpupæ uim medicam inesse 1134
ὀργανία quid 851
ὀργανοπεταῖς 336
ὀρεοδρομεῖν 166
Vrbina quid 682
Vrbium leges obseruādas 21
Vriæ literæ 620
Vrinæ signa 20
Vrinatorum mos 214
Vrsi quomodo iritentur 857
Vrsos apud Anglos ali 1052
Vrtica marina piscis Hecatæ sacer 22
Vsura priscis damnata 344
Vsus opt. rerum magister 241
Vsus uis 1162
ὕτις fictum nomen Vlyßis 162
Vuæ passæ 670
Vualicæ linguæ origo 610
Vulcanus quomodo iunxerit Martem & Venerem 671
Vulcani fabula 295
Vulgus cur erret 878
Vulgi error & perucrsum iudicium 788.791
Vulgò quod placet, suspectum habendum 741
Vulpis & aquilæ odium 880
Vulpis astutia 571
Vulturis & Aquilæ pugna 888
Vulturum sagacitas & genus 237
Vultus ab animo discrepans quid 899
Vxoris uitium aut tollendum aut ferendum 125
Vxor hostis marito quæ 294
Vxor qualis ducenda 308

X

Xenocratis autoritas 1083
Xenocratis frugalitas 848
Xenophanis de sole sententia 1135
Xenophon dictus Attica musa 334
Xerxes aquam manibus haustam à rustico libenter accepit 626
Χιφισμὸς, saltatio 915
Χυμφῦται quid 1102
Χωαυλία quid 1155

Y

Ὑπαμισότερος & ὕανλες, populi 600 325
ὑπερχειλὲς quid 671
ὑπερβερεσαῖος & mensis 714
ὑπερμαζᾶν quid 618
ὑφερόπρωλον 1200
ὑπωλίμια quæ 583.903
ὑπένθιως & quis 645
ὑπόδρα βλέπειν 916
ὑθλεῖν quid 185

Z

Zlitera qualis in sortibus 874
cur App. Claudio inuisa ibid.
Zelotypia unde nascatur 1119
Ζηλοιῶ quid 798
Zenon & eius dictum 1119
Zenonis philosophi frugalitas 400
Zenonis dictum 333.1013
Zenonis dictum in Theophrastum 240
Zenonis statura 38
Ζεφύρεια oua 903
Zephyrus lat. Fauonius 99
Zephyri uis in uinum 251
Zeuxis mors 839
Zoilus Homeromastix 367
Zopyri erga Darium fides 715
Zoticus Heliogabali familiaris 137

FINIS.

Ayuntamiento de Madrid

DES. ERASMVS ROTERODAMVS GVLIELMO MONTIOIO CLARISSIMO ANGLIAE BARONI S. P. D.



OLIM Lutetiæ prouerbiorum ceu ſyluulam quandam, pauculis ſanè diebus, nec id quidem admodum accurate, denique in ſumma Græcorum inopia uoluminum, congeſſeram, ornatiſsime GVLIELME MONTIOIE: uidelicet ut tibi priuatim commentarioli uice foret: quòd animaduertiſſem te hoc genere peculiarius delectari. Eam quidam, ſedulo quidem illi, ſed ſiniſtro nimioq; ſtudio mei, publicandam etiam ac formulis excudendam curarunt, ſed adeo deprauate, ut alioquin dedita factum opera uideri poſſet. Attamen ſic congeſtam, ſic æditam, maior opinione fauor excepit, ſiue is tuus, ſiue operis fuit genius. Tantum autem adiumenti uidebatur attuliſſe politioris literaturæ candidatis, ut plurimum amplitudini tuæ, nonnihil etiam induſtriæ noſtræ debere ſeſe faterentur. Proinde quo ſimul & ſuperioris æditionis alienam culpam ſarcirem, & cumulatiore munere ſtudioſos omneis noſtrum utriq; demererer: peculiariter autem Angliæ tuæ in dies magis ac magis gliſcentia ſtudia hac parte iuuarem, nactus iuſtam propemodum Græcanicorum librorum ſupellectilem, idem illud operis ſub incudem reuocaui, ſupraq; chiliadas adagiorum treis, & centurias duas: cur enim hæc nõ ceu theſauros numerenius etiam? è plurimis autoribus in commentarium redegi. Erat animus, ueluti de eodem, quod aiunt, oleo, adiungere metaphoras inſignes, ſcitè dicta, ſententias eximias, alluſiones uenuſtiores, allegorias poëticas: quòd omnis ea ſupellex adagiorum generi confinis eſſe uidebatur, ac pariter ad locupletandam uenuſtandamq; orationem conducere: accuratius autem arcanarum literarum allegorias ex ueteribus illis Theologis ſtatueram annectere: quòd ibi tanquàm in mea harena, proprioq; meæ profeſſionis munere mihi uidebar uerſaturus, quodq; ea pars non ſolum ad ingenij cultum, uerumetiam ad uitæ pietatem pertineret. Sed cum uiderem hanc operis partem in tantam molem aſſurgere, deterritus infinita propè magnitudine laboris, reduxi calculum, & hoc curſu contentus, alij quicunque uolet operis uices capeſſere, lampada tradidi. Me quidem huius laboris non admodum adhuc pœnitet, ut qui mihi puerilium ſtudiorum iam obſoleſcentem memoriam aliqua ex parte renouarit. Sed hactenus peregrinatum eſſe licere uidebatur. Cæterum in alieno negotio conſeneſcere, magnamq; uitæ partem inſumere, id neq; decorum mihi, neq; calumnia cariturum exiſtimabam. Itaque theologicas allegorias, quando noſtri ſunt muneris, cum erit Græcorum in hoc genere uoluminum copia tractabimus: & hoc tractabimus libentius, quòd uideam multis iam ſeculis theologos hac uel præcipua parte neglecta omnem operam in quæſtionum argutiis conterere, re non perinde reprehendenda, niſi ſolum hoc ageretur. Reliquas autem parteis hoc libentius prætermittam, quòd intellexerim iam dudum ſuapte ſponte ad eas accinctum Richardum Pacæum, iuuenem ea utriuſque literaturæ ſcientia præditum, ut unus omnem Britanniam ingenio ſuo poſſit illuſtrare: ea morum puritate modeſtiaq;, ut tuo tuiq; ſimiliuni fauore ſit digniſsimus. Hoc itaq; tam idoneo ſucceſſore pariter fiet, ut & nos non ſolum nulla ſtudioſorum iactura, uerum etiam lucro aliquo reliquum illum laborem fugerimus, & totum hoc, quicquid eſt operis, ueſtræ Britanniæ debeatur. Habes quibus adductus rebus hoc operis, & hoc tantum ſuſceperim: nunc quid ſecutus ſim, paucis accipe. Ordinis uice, ſi modo ullus in his ordo, ſubſtituimus indicem, in quo prouerbia, quę ueluti conſimilis monetæ, confiniaq; uidebantur, in ſuam quæq; tribum digeſsimus. In colligendo nec uſqueadeo ſuperſtitioſi fuimus, ut uereremur aſſcribere, niſi quod τὸ φασὶν, aut ciuſmodi manifeſtarium aliquod ſymbolum præ ſe ferret: neq; rurſum ita temerarij, ut quicquid quocunque pacto ad aliquam adagij ſpeciem accederet, illico conuerreremus, ne planè, quemadmodum Midæ in aurum, itidem nobis quicquid fortè contigiſſemus, protinus in adagium uerti iure quis calumniari poſſet. Græca quæ citamus, omnia fermè Latine reddidimus, haud neſcij, cum præter ueterum conſuetudinem id eſſe, tum ad orationis nitorem inutile: ſed noſtri temporis habuimus rationem. Atq; utinam Græcanicæ literaturæ peritia ſic ubique propagetur, ut is labor meus tanquam ſuperuacaneus merito

Ayuntamiento de Madrid

contemnatur. Sed neſcio quo pacto ſumus ad rem tam frugiferam cunctantiores, & quamuis eruditionis umbram citius amplectimur, quàm id ſine quo nulla conſtat eruditio, & à quo uno diſciplinarum omnium ſynceritas pendet. Carminum, quorum hic infinita uis incidit, ſuo quodque metri genere reddidimus, pauculis admodum exceptis, nempe Pindaricis aliquot Choricisq;, quòd ridiculæ cuiuſdam anxietatis uidebam fore, ſi totidem ſyllabis ea reddidiſſem: rurſum ineptum, ſi diuerſum è proxima ſerie genus uoluiſſem aſſuere. In reliquis autem, quod ad metri legem attinet, rarius quidem, ſed tamen aliquoties, nobis idem permiſimus, quod ſibi permiſerunt autores, à quibus ea mutuamur: uelut in Ariſtophanicis trimetris anapeſtum in paris numeri locis: in Homericis hexametris μείοζον, ac ſyllabæ finalis ecta-ſin in prima cuiuſlibet pedis arſi, & ſi qua præterea ſunt huiuſmodi. Quod ideo duximus admonendum, ne quis temere tanquam inſcitia factum calumniaretur. Nos ſanè quoad licuit in tam infinita rerum turba, præſertim antiquarum: deinde in tanta codicum, cùm inopia, tum uero deprauatione: denique tam anguſto temporis ſpatio, quod ocio noſtro magis, quàm operis ratione metiri fuit neceſſe, ſedulo dedimus operam, ne quid ab æquo lectore deſideraretur. Reſtant tamen nonnulla, quæ nec mihi faciunt ſatis: de quibus ſi quid poſthac compertius, uel poſterior cogitatio, quæ iuxta prouerbium, melior eſſe conſueuit: uel uberior librorum copia ſuppeditabit, haud quaquam pudebit παλινῳδεῖν, idq; ueterum exemplo. In quo ſi quis alius anteuerterit, noſtraq; caſtigarit, huic multam etiam gratiam habituri ſumus: tantum aberit ut nobis iniuriam eſſe factam arbitremur. Equidem ut probo diligentiam eorum qui id conantur, ita felicitatem admiror, qui præſtare quoque poſsint in ſctiptis ſuis, ne quid Momo reliqui fiat, quod queat carpere. Noſtra certè mediocritas non iſtud auſit polliceri, præſertim in hoc argumenti genere. Verum ſi quid incognitum uulgo potuimus eruere, cuiuſmodi non parum multa, ni fallor, in hoc uolumine reperies, libenter citraq; iactantiam impertimus: contrà ſi quid fefellit, non minus libenter admoneri nos patiemur: iuxtà parati, uel candide docere quod ſcimus, uel ingenuè diſcere quod ignoramus. Neque enim unquam mihi placuit iſtorum exemplum qui pro uocula ſi quam inuenerint, perinde quaſi Babylonas ceperint, ita geſtiunt, exultant, triumphant, officium q; ſuum ſtudioſis uelut exprobrant. Rurſum ſi quis uerbo diſſentiat, ibi non aliter atque pro focis ariſq; digladiantur. Spes eſt autem, ita uel maxime candido lectori probatum iri uigilias noſtras: ſi tu quidem eas fronte qua ſoles, acceperis, unice ſtudiorum meorum Mecœnas. Nam quo alio uerbo breuius pleniúsue complectar, uel tuum iſtum tam ſingularem in nos animum, uel laudum tuarum ſummam: qui quidem es unus pulcherrimo illo Apulei dignus elogio: Inter doctos nobiliſſimus, inter nobiles doctiſsimus, inter utroſque optimus: illud adiiciendum, inter omneis modeſtiſſimus. Vt enim antiquam generis claritatem eruditione, eruditionem miro uitæ candore decoraſti: ſic his omnibus omnium pulcherrimum apicem & colophonem, ut aiunt, addidiſti, admirabilem animi modeſtiam. Quin iſtud tibi abſolutæ laudis, & uel longiſſimi encomij inſtar fuerit, placuiſſe regi, non modo quos noſtra uidit ætas, ſed quos ueterum etiam annales referunt, cordatiſſimo, quæq; præcipua regum uirtus, in deligendis quos diligat diligentiſſimo. Quanquam autem is mos eſt ſcriptoribus, ut eorum laudibus quibus ſuas nuncupant lucubrationes, bonam præfationis partem occupent: & hoc ueræ uirtuti præmium deberi uidetur, ut eius memoria poſteritati conſecretur, id quod non aliis monumentis rectius fit, quàm libris: mihi uero tantus uere citraq; fucum laudandi campus patebat, quantus aliorum nemini: tamen quoniam & mea ſimplicitas tibi nequaquam ignota, non ab adulatione tantum, uerum etiam ab omni blandiloquentiæ ſpecie uehementer abhorret: & tua ſingularis modeſtia nihil minus pati ſolet, quàm laudes etiam modeſtiſſimas: prætermiſſis his ad Adagiorum tractationem accedemus, quam quidem uiſum eſt à finitione, iuxta philoſophorum præceptum, auſpicari.

Tu lege, ac uale, uel interim potius quàm maxime mecum eſto.

Ayuntamiento de Madrid

DES. ERASMI ROTERODAMI PROVERBIORVM CHILIAS PRIMA.

QVID SIT PAROEMIA.



PAROEMIA, definitore Donato, eſt accommodatum rebus temporibuſq; pro uerbium. Diomedes autem finit hũc ad modum: Paroemia eſt prouerbij uulgaris uſurpatio, rebus temporibuſq; accommodata, cum aliud ſignificatur quàm dicitur. Apud Græcos ſcriptores uariæ ſeruntur finitiones. A nonnullis deſcribitur hoc pacto. Παροιμία ἔστι λόγος ὠφέλιμος ἓν τῷ βίῳ, ἐπικρύπτων μὲν βίᾳ πολὺ τὸ χρήσιμον ἔχων ἐν ἑαυτῷ. id eſt, prouerbium eſt ſermo ad uitæ rationem conducibilis, moderata quadam obſcuritate, multam in ſeſe continens utilitatem. Ab alijs hoc finitur modo. Παροιμία ἔστι λόγος ἐπικαλύπτων τὸ σαφὲς ἀσαφείᾳ. id eſt, prouerbium eſt ſermo rem manifeſtam obſcuritate tegens. Neque me clam eſt complureis alias & apud Latinos & apud Græcos paræmiæ finitiones extare, uerum eas omneis hic referre non arbitratus ſum operæpretium fore, cum quòd in hoc opere præcipue propoſitum ſit, breuitatem illam, quam à docente requirit Horatius, ubique quoad licebit ſequi: tum quòd eandem ferè cantilenam canunt eodemq; recidunt: maxime quòd inter tam multas nulla reperitur, quæ uim naturamq; prouerbij ſic cõplectatur, ut non aliquid uel redundet uel diminutum ſit. Siquidem Donatus ac Diomedes, ut interim alia non excutiam, in omni paræmia requirere uidentur inuolucrum aliquod, ut qui eam allegoriæ ſpeciem fecerint. Deinde γνωμικὸν, id eſt, ſententiale quiddam, expectant, cum addunt, rebus temporibuſq; accommodatum. Græcorũ item quotquot ſunt finitiones, aut ſententiam ad uitam inſtituẽdam conducibilem, aut metaphoræ tectorium admiſcent, quædam utrunq; cum altero coniungũt. Atqui permulta reperies apud ἀδεσπότους, id eſt, neutiquam uiolandæ autoritatis ſcriptores, prouerbij nomine citata, quæ nulla metaphora tegantur. Rurſum non pauca, quæ nihil omnino pertineant ad inſtitutionem uitæ, & à ſententiæ ratione prorſus ὀκ διαμέτρου, quod aiunt, diſſideãt. Exempla pro multis duo ſufficerint. μηδὲν ἄγαν, ne quid nimis, nemo non ponit inter adagia, nihil tamen habet integumenti. Et τίς ἀπὸ θύρας ἁμάρτοι, hoc eſt, Quis aberret à fõribus? ab Ariſtotele paræmiæ titulo refertur. At id non uideo quid conferat ad uitæ rationem. Iam uero nõ omne prouerbium allegoria quapiam tegi, uel ex Fabio liquet, cuius hæc uerba ſunt, lib. Inſtitut. 5. Cui confine eſt paræmias genus illud, quod eſt uelut fabella breuior: uidelicet palàm indicat, & alia paræmiarum eſſe genera, quæ non ſint allegoriæ confines. Quanquam haud inficias iuerim, maximam adagiorum partem aliqua metaphoræ ſpecie fucatam eſſe. Tum optimas fateor eas, quæ pariter & translationis pigmento delectent, & ſententiæ proſint utilitate. Verum multo aliud eſt commẽdare paræmiam, & quænam ſit optima demonſtrare: aliud quid ea ſit in genere definire. Mihi quod grammaticorum pace fiat, abſoluto, & ad noſtrum hoc inſtitutum accommodata, paræmiæ finitio tradi poſſe uidetur ad hunc modum, Paræmia eſt celebre dictum, ſcita quapiam nouitate inſigne. Vt dictum generis, celebre differentiæ, ſcita quapiam nouitate inſigne, proprij uicem obtineat. Quandoquidem his tribus partibus perfectam conſtare definitionem, dialecticorum conſenſus eſt.

QVID PAROEMIAE PROprium & quatenus.

Itaque peculiariter ad prouerbij rationem pertinent duo, τὸ θρυλλούμενον καὶ κοινότης, hoc eſt, uti celebratum ſit, uulgoq; iactatum. Nam hinc etiam paræmiæ Græcis uocabulum, uidelicet, ἀπὸ τοῦ εἶμι τὸ ὁδεύω, ὥσπερ τρίμμα καὶ περιπατικὸν, quod paſſim per ora hominũ obambulet: & adagij Latinis, quaſi dicas circumagium, autore Varrone. Deinde ſcitum, ut aliqua ceu nota diſcernatur à ſermone communi. Neq; enim protinus, quod populari ſermone tritum ſit, aut figura nouatum, in hunc catalogum adlegimus: ſed quod antiquitate pariter & eruditione commẽdetur: id enim ſcitum appellamus. Quibus ex rebus accedit nouitas adagijs mox oſtendemus: nunc quot modis celebritas contingat, paucis indicabimus. Veniunt igitur in uulgi ſermonem, uel ex oraculis numinum, quod genus illud, ὅτε τρίτοι, ὅτε τέταρτοι. id eſt, neq; tertij, neq; quarti. Vel à ſapientum dictis, quæ quidem antiquitas oraculorum inſtar celebrauit, quale eſt illud, δύσκολα τὰ καλὰ, hoc eſt, ardua quæ pulchra. Vel è poëta quopiam maximè uetuſto, ut Homericum illud:

Ῥέχθεν ἠ τε νήπιος ἔγνω. id eſt,
Rem factã etiã ſtultus intelligit. Item illud Pindaricũ:
Ποτὶ κέντρον λακτίζεμεν, id eſt.
Contra ſtimulum calcitrare. Et illud Sapphus:
Μήτε μοι μέλι μήτε μέλισσα. id eſt,
Neque mel mihi neque apis.

Siquidem dum linguæ adhuc incorruptæ manerent, poëtarum uerſus in conuiuijs etiam canebantur. Vel è ſcena, hoc eſt, tragicorum & comicorum actis fabulis, quod genus illud ex Euripide: αἴνω ποταμῶν. Rurſum illud ex Ariſtophane: βάλλ' ὀλυ κόρακας. Præcipue uerò comœdia mutuo quodam commercio & uſurpat pleraque iactata uulgo, & gignit traditq; uulgo iactanda. Nonnulla ducuntur ex fabularum argumentis, ut ἁπλοῦς πίθος, ex Danaidum fabula. ἀΐδος κυνῆ, Orci galea, ex fabula Perſei. Quædam trahuntur ex apologis, è quibus illud, At non uidemus manticæ quod in tergo eſt. Aliquot ex euentu naſcuntur. ſicut hoc, ἄλλα μὲν λεύκων, ἄλλα δὲ λεύκωνος ὄνος φέρει. id eſt, Alia Leucon, alia Leuconis aſinus portat. Ex hiſtorijs aliquot mutuo ſumpta ſunt, quorum eſt illud, Romanus ſedendo uincit. Quædam profecta ſunt ex apophthegmatis, hoc eſt, ſcite breuiterq; reſponſis, ſicut illud,

Ος αὐτὸς αὑτὸν οὐκ ἔχει, σάμον θέλει. id eſt,
Qui ſemetipſe non habet, Samum petit.

Sunt quæ ex uerbo temere dicto ſunt arrepta, uelut, οὐ φροντὶς ἱπποκλείδῃ, id eſt, non eſt curæ Hippoclidi. Denique mores, ingenium, ſeu gentis, ſine hominis alicuius, ſiue etiam animantis: poſtremo rei quoque uis quæpiam inſignis, ac uulgo nota, locum fecerunt adagio: cuiuſmodi ſunt, σύροι πρὸς φοίνικας, id eſt, Syri contra Phœnices. ἀκκίζεαι, pro eo, quod eſt, ficte recuſare quod accipere cupias. & ἀλώπηξ οὐ λαμβάνεται, id eſt, Vulpes non capitur muneribus. & δὶς κράμβη θάνατος. Bis crambe mors. & κληματὶς ἀγυπτία, Clematis Aegyptia.

Ayuntamiento de Madrid

QVIBVS EX REBVS ACcedit nouitas parœmiæ.

Iam quod de nouitate diximus, id neutiquam simplex est. Nam hanc nonnunquam ipsa res secum adfert, ut κροκοδείλου δάκρυα, crocodili lacrymæ. Nonnunquam eam figura conciliat, cum per omneis fermè schematum species adagium uarietur, quas singulatim persequi non est necesse. Eas duntaxat attingam, quas frequentissime recipit. Metaphora penè semper adest. Multas autem parteis ea complectitur. Allegoria non minus crebra, quanquam & hæc quibusdam metaphoræ species est. Exemplum prioris, Res omnis in uado est: posterioris, λύκος ἔχανεν, Lupus hiat. Nec infrequès hyperbole, uelut γυμνότερος ὄφεως λεπιδός, id est, nudior exuuio serpentis. Nonnunquam usq; ad ænigma peruenit, quod, autore Quintiliano, nihil aliud est quam obscurior allegoria, quod genus, πλέον ἥμισυ παντός, id est, Dimidiũ plus toto. Nonnunquam allusio uenerẽ adiũgit parœmiæ, ueluti, βάλλ' ὄντως, i. Sic ferito. & σὺν ἄλλῳ ἐρχομένῳ. i. duobus simul cũtibus. &,

Ὅτι σοὶ ἐν μεγάροισι κακῶν τ' ἀγαθῶν τε τέτυκται. i.
Ædibus in propriis quæ rectáue prauáue fiant.

Aliquoties αὐτὴ διάλεκτος ἰδίωμα, i. uerbi proprietas prouerbij simulacrum addit: ut ὠγύγιον κακόν, i. ingens malum. Fit interdum, ut ipsum ἀμφίβολον, hoc est, ambiguitas decus apponat prouerbio. Cuius generis est, βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ, id est, Bos in lingua. & ὅσα μῦς ἐν πίσσῃ, i. Quæcunq; mus in Pissa. Siquidem bos & animal significat & numisma. Mus item animantis est nomen, & ità athletæ cuiusdam uocabulum. Et Pisa nomen urbis, accessione literulæ auctum, picem significat πίσσα. Nonnunquam ipsa eloquendi nouitas parœmiã efficit, ut ἐν οἴνῳ ἀλήθεια, id est, In uino ueritas. Nam si dicas, ebrios uera loqui, non uidebitur adagium. Item si dicas, Sine cibo & potu languet libido, non habebit adagij faciem. Contrà, Sine Cerere & Baccho friget Venus, nemo non agnoscit adagij speciem. Quanquam hæc ipsa nouitas, ut omnis alia, proficiscitur à figura. Decorat interim & antiquitas, ut ἐγγύα παρὰ δ' ἄτη, Sponde, sed præsto est iactura. Deniq; in parœmijs omneis ἡ γελοία, id est, ridiculi formas inuenies. Sed hæc minutim persequi molestæ cuiusdam diligentiæ fortè uideatur. Tametsi de figuris prouerbialibus paulo pòst aliquanto copiosius dicturi sumus.

QVOMODO PAROEMIA DIFferat ab ijs, quæ uidentur illi confinia.

Sunt autem quædam affinia parœmijs, puta, γνῶμαι, quas nostri sententias appellant, ad hæc αἶνοι, qui à nostris apologi uocantur: tum ἀποφθέγματα. quæ Latinè, breuiter ac scite dicta, uertere licebit. Præterea σκώμματα. id est, salsè dicta. Deniq; quicquid allegoriã, aut aliam quampiam figuram prouerbialem, ceu personam præ se gerit. Ea tametsi difficile non sit ab adagiorum genere secernere, si quis ad finitionem tanquam ad gnomonem & regulam unumquodq; norit applicare: tamen quo faciam satis etiam imperitioribus, haud grauabor rudius, & pinguiore, quod aiunt, Minerua rem explicare, ut planè constet, quid in hoc opere sim sequutus. Primum inter sententiam & parœmiam eiusmodi ratio est, ut utraque cum altera coniungi, utraq; rursus ab altera queat sciungi, non aliter quàm album ab homine. Vt enim non statim album quod homo, neq; protinus homo quod album: nihil tamen uetat id album esse, quod sit homo: ita non raro fit, ut sententia parœmiam complectatur: at non statim quod parœmia fuerit, idem erit & sententia, neque contrà, uelut,

Auaro tam deest quod habet, quàm quod non habet. Et,
Pascitur in uiuis liuor, post fata quiescit. non ut sententiæ sunt, ita sunt & adagia.

E diuerso: Ego in portu nauigo, ut est prouerbiũ, ita sententia nõ est. Rursum μὴ παιδὶ τὴν μάχαιραν. i. ne puero gladium: pariter & parœmiæ sententiæq; rationem complectitur, deniq; & allegoriæ. Neq; defuere tamen, potissimum apud Græcos, qui grauati non sunt operã in hoc genere sumere, γνωμολογίαν. i. sententiarum collectionem conscribentes, inter quos præcipuus Nicolaus Stobæus. Quorum ego certe laborem probarim libentius, quàm æmulari uelim. Sed ad reliqua. αἶνον Aphthonius in Progymnasmatis, simpliciter μῦθον i. fabulã uocat. Huic sunt, ut ait, uaria ex inuentoribus cognomina, συβαρείτης, κίλιξ, κύπελος, ἀισώπειος. Quintil. αἶνον ait à Græcis appellatum λόγον μυθικὸν, ἀισωποποιητὸν, à Latinorum nonnullis apologationem, non satis in usum recepto nomine. Neq; negat αἶνον parœmiæ confinem esse, uerum ita distingui, ut αἶνος totus sit apologus, parœmia ueluti fabella breuior. Exempli loco posuit, Non nostrum onus, bos clitellas. Ad hunc quidem modum usurpauit Hesiodus,

Νηΐῳ δ' αἶνον βασιλεῦσ' ἐρέω, νεέχσι καὶ αὐτοῖς.
Ὡς δ' ἴρηξ πρὸς ἔφατε ἀηδόνα ποικιλόδειρον. id est,
Aenon principibus referam, norint licet ipsi.
Vocalem accipiter sic affatus Philomenam est.

Vtitur eundem ad modum & Archilochus & Callimachus. Etiamsi Theocritus ἐν κωμῳδίαις, αἶνον pro parœmia uidetur usurpasse,

Αἶνος δὴν λέγεται τις. ἔβα καὶ τᾶνος ἀπ' ὕλαν.

Iam uero apophthegmata, non alio discrimine dissident à parœmijs quàm sententiæ. Quemadmodum enim illud,

Ος αὐτὸς αὑτὸν ἀχθέχει σάμον θέλει, simul & adagiũ est & apophthegma: ita illud Simonidis ad quendam in cõuiuio tacentẽ, εἰ μὲν ἄλαλος εἶ σοφὸν τοῦτ' ἔργον ποιῇς, εἰ δ' ὁ σοφὸς, ἄλαλον. i. Si quidẽ stultus es, sapientem rem facis: si uero sapiens, stultã. Item illud: Decet Cæsaris uxorẽ non solum crimine, uerũetiam criminis suspicione uacare, apophthema quidẽ est, at non item parœmia. Item, Soles duabus sedere sellis, simul & prouerbium, & λεοδόριον est. Contrà, Mater nunquam, pater persæpe. Item illud Turonij, Ad molas sunt. σκώμμα quidem est, at non item adagiũ. Quanquam sunt in hoc genere quædã adeo commode dicta, ut facile possint in adagiorum ordinem asciscí, uelut illud. μέχρι βωμοῦ φίλος & ἐμοί, id est. Vsq; ad aras sum amicus. Adest est enim simul & breuitas & sententia & figura. Hæc paulo uerbosius inculcauimus, ne quid à nobis in hoc expectetur opere, nisi quod sub parœmiæ cadit appellationem: néue quis per negligentiam præteritum existimet, quod prudentes consultóq; tanquam ab argumento alienum prætermiserimus.

COMMENDATIO PROuerbiorum à dignitate.

Porrò autẽ ne quis hanc doctrinæ partem, tanquam nimium humilem, & impendiò facilem, penéq; puerilem fastidiat atq; aspernetur, paucis exponam, quantum hæc, sicuti uidentur, minutula, apud antiquos illos obtinuerint dignitatis: deinde quantum adferant commoditatis, si quis in loco sciteq; utatur: postremo non usqueadeo cuiuslibet esse, recte prouerbijs uti. Principio cognitionem adagiorum nõ in postremis habitam apud summos uiros, uel illud sat argumenti puto, quòd primi nominis autores non indigna duxerint, de quibus diligenter uoluminibus aliquot conscriberent. Quorũ primus est Aristoteles, nimirum tãtus philosophus, ut unus hic pro multis sufficerit. Reliquit, is, teste Laërtio, de parœmijs uolumen unum. Chrysippus item ad Zenodotum duos De prouerbijs lib. conscripsit, Scripsit eadẽ de re Cleanthes. Quorum uirorũ si labores extarent,

Ayuntamiento de Madrid

extarent, nobis non fuiſſet neceſſe tanto ſudore quædam ex minutis iſtis ſcriptoribus, & iiſdem ut indiligentibus, ita deprauatiſſimis etiam, expiſcari. Reperiũtur nonnulla prouerbiorum collectanea Plutarchi nomine, ſed paucula, eaq; fermè nuda. Inter paræmiographos ſubinde citatur, tum ab alijs, tũ ab Athenæo in Dipnologia, Clearchus Solenſis Ariſtotelis auditor, & Ariſtides: deinde Zenodotus, qui Didymi Tarrhæiq; paræmias in compẽdium redegit. Citantur & Theophraſti prouerbia in Commentariolis Demoſthenis. Vnde liquet & illos hiſce de rebus commentarios reliquiſſe. Neq; me fugit, id operis Zenobij nomine circunferri. Verum quoniam inuenio quædam apud Ariſtophanis interpretem, Zenodoti eius, qui Didymum ac Tarrhæum in compendium redegerit, nomine relata, quæ ad uerbum in huius commentarijs leguntur, uelim mihi citra fraudem eſſe, quod is quocunq; fuerit nomine, quid enim refert? in hoc opere Zenodoti titulo adducetur. Hic præter alios Milonẽ quendã paræmiographum allegat. Citatur & Dæmon quiſpiam, cum ab alijs compluribus, tum ab eo qui dictiones aliquot ex orationibus Demoſthenis eſt interpretatus, qui multos de prouerbijs libros uidetur compoſuiſſe. Nam citatur liber XL. Extant & Diogeniani collectanea. Heſychij præfatio teſtatur ab ipſo copioſius explicata prouerbia, quæ nudius recenſuiſſet Diogenianus, etiamſi opus ipſum pugnat cũ ſuo prologo: cũ is nomenclaturam autorum profiteatur, & prouerbiorum argumenta, hic ita nudus ſit, ut nihil eſſe poßit magis. unde in coniecturam adducor, opus hoc copioſius ab autore deſcriptum, poſt ab alio quopiam in cõpendium cõtractum. Suidas qui & ipſe in hoc numero ponendus eſt, Theætetum quendã adducit, qui de prouerbijs conſcripſerit. Sed quid ego hos, cũ ſapientes illi Hebræi non dubitarint hoc titulo libros aliquot ædere, & arcani numinis adoranda myſteria paræmijs includere, in quibus eruendis tot tantorũ theologorũ ingenia deſudarunt, hodieq; deſudant? Nec illud argumentum leue, quod inter bonos autores, ut quiſq; fuit eruditißimus cloquentißimusq;, ita quamplurimum adagiorum ſuis libris aſperſit. Et ut à Græcis exordiar, quid magno illo Platone, ne dicam diuino, παροιμιωδέστερον, ut ſic dixerim? Ariſtot. ſerius alioqui philoſophus, haudquaquam grauatur, ſuis illis diſputationibus paræmias crebras ceu gemmulas intertexere. Quem quidẽ ſicut in cæteris, ita hac quoq; in parte Theophraſtus eſt æmulatus. Plutarchus grauis ſanctusq;, ac penè tetricus autor, quam multis undiq; ſcatet adagijs? quem nec piguit inter problemata quaſdam paræmias & proponere & excutere, idq; Ariſtotelis exemplo. Iam ut ad Latinos ueniam, omißis utroq; in genere grammaticis ac poëtis, niſi ſi quis in his M. Varronem exiſtimat annumerandum, qui Menippeis illis ſuis prouerbiales indidit titulos, ut planè conſentaneum ſit illum argumenta fabularũ non aliunde, quam à prouerbijs ſumpſiſſe mutuò: Romani principes non exiſtimarunt inferius eſſe maieſtate imperiali, ut magnis de rebus conſulti prouerbio reſponderent, quod etiã nunc extat in Digeſtis, ὅτε πάντα, ὅτε πάντη, ὅτε παρὰ πάντων. i. Nec omnia, nec paßim, nec ab omnibus. Deniq; quis auſit hoc genus faſtidire, cũ uideat ſacrorũ uatum oracula quædam prouerbijs cõſtare? Quorum de numero eſt illud: Patres noſtri comederunt uuam acerbã, & dentes noſtri obſtupuerunt. Quis nõ etiam ueneretur, ut rem quampiam ſacram, & myſterijs accommodatam, cum ubiq; nobis imitandus Chriſtus ipſe peculiariter hoc ſermonis genere delectatus fuiſſe uideatur. Apud Græcos hoc adagium fertur, ἐκ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκω, id eſt, E fructu arborem iudico. Apud Lucam item legitur, ὁ γὰρ ὅτι δένδρον καλὸν, ποιεῖ καρπὸν σαπρὸν, οὐδὲ δένδρον σαπρὸν, ποιεῖ καρπὸν καλόν. i. non enim eſt arbor bona, quæ fructũ facit uitioſum, neq; arbor uitioſa, quæ fructũ faciat bonũ. Apud Græcos Pittacus philoſophus conſultorem ſuum ad pueros turbine ludentes mittit, à quibus de ducẽda uxore prouerbio doceatur audiatq; τῶν κύβων σαυτὸν ἔλα. Chriſtus puerorum citat paræmiam, ſic in foro ludentium, ηὐλήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ὠρχήσασθε, ἐθρηνήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ἐκλάυσατε. i. Cecinimus uobis tibijs, & nõ ſaltaſtis: cecinimus lugubre, & nõ ploraſtis. Cui ſimillimum eſt illud Theognidis, ſi ſacra licet conferre profanis, οὐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς,

Οὔθ' ὕων πάντας πάνδ' ἀνεῖ, οὔτ' ἀπέχων. id eſt,

Non etenim cunctis placeat uel Iupiter ipſe,
Seu mittens pluuiam, ſeu cohibens pluuiam.

Quod ſi quẽ mouet antiquitatis autoritas, nullum doctrinæ genus antiquius fuiſſe uidetur, quàm paræmiarũ. In his ceu ſymbolis tota fermè priſcorum philoſophia continebatur. Quid aliud ueterum illorum ſapientum oracula quàm prouerbia? Quibus tantũ honoris habitũ eſt olim, ut non ab homine profecta ſed cœlitus delapſa uiderẽtur. E cœlo, inquit Iuuenalis, deſcendit, γνῶθι σεαυτόν, id eſt, Noſce teipſum. Proinde pro foribus templorum ueluti digna dijs inſcribebãtur: paßimq; columnis ac marmoribus inſculpta uiſebantur, tanquam immortali digna memoria. Quod ſi minutula quæpiam res uidetur adagiũ, meminerimus iſta non mole, ſed pretio æſtimari oportere. Quis enim ſanus non pluris faciat gemmulas quamuis perpuſillas, quàm ſaxa quædam ingentia? & ut autore Plinio, in minutißimis animantibus, uelut araneolo culiceq;, maius eſt naturæ miraculum, quàm in elephanto, ſi quis modo propius contempletur: itidem in re literaria nonnunquam plurimum habent ingenij, quæ minima ſunt.

AD QVOT RES VTILIS paræmiarum cognitio.

Reliquum eſt ut paucis oſtendamus, non minus utilitatis ineſſe prouerbijs, quàm olim adfuerit dignitatis. Conducit autem paræmiarum cognitio, cum ad alia permulta, tum potißimũ ad quatuor: ad philoſophiã, ad perſuadendum, ad decus & gratiam orationis, ad intelligendos optimos quoſque autores. Principio ne cui mirum uideatur, quod prouerbia dixerim ad philoſophiæ ſcientiam pertinere, Ariſtoteles apud Syneſium exiſtimat nihil aliud eſſe paræmias, quàm reliquias priſcæ illius philoſophiæ, maximis rerum humanarum cladibus extinctæ. Eaſq; ſeruatas eſſe, partim ob cõpendium breuitatemq;, partim ob feſtiuitatem ac leporẽ. ideoq; non ſegniter nec oſcitanter, ſed preßius ac penitius inſpiciendas: ſubeſſe enim uelut iniculos quoſdam uetuſtæ ſapientiæ, quæ in perueſtiganda ueritate multo fuerit perſpicacior, quam poſteriores philoſophi fuerint. Plutarchus item in commentario, cui titulum fecit, quo pacto ſint audiendi poëtæ, ueterum adagia ſimillima putat ſacrorum myſterijs, in quibus maximæ quæpiã res ac diuinæ minutulis & in ſpeciẽ penè ridiculis cæremonijs ſignificari ſolent. His enim tam breuibus dictis per inuolucrum quoddam eadem innui, quæ philoſophiæ principes tot uoluminibus tradiderunt. Neq; enim aliud ſibi uelle paræmiam illam Heſiodiam, πλέον ἥμισυ παντὸς, quàm quod Plato tum in Gorgia, tũ in libris politicis, tam multis argumentis conatur oſtendere, βέλτιον εἶναι τὸ ἀδικεῖσθαι τοῦ ἀδικεῖν. i. Satius eſſe iniuriam admittere, quàm iniuriam inferre. Quod autẽ unquam dogma proditũ eſt à philoſophis, uel ad recte inſtituendam uitam ſalubrius, uel Chriſtianæ religioni uicinius? At rem tantã uidelicet, tantillum prouerbiolum complectitur, πλέον ἥμισυ παντὸς. i. Dimidiũ plus toto. Nam qui totũ auſert is alterum fraudat, ut cui nihil reliqui faciat. Contrà, qui

Ayuntamiento de Madrid

dimidium duntaxat accipit, is aliqua parte fraudatus uidetur. Præstat autẽ fraudari, quàm fraudare. Præterea si quis Pythagoricũ illud, κοινὰ τὰ τῶν φίλων. i. communes res amicorũ: diligentius penitiusq; discutiat, nimirum inueniet in tam breui dicto, felicitatis humanæ summã esse comprehensam. Quid enim aliud agit Plato tot uoluminibus, quàm ut communitatẽ persuadeat, & huius autorem amicitiam? Quæ si mortalibus persuaderi queat, ilico facessant è medio bellum, inuidia, fraus: breuiter uniuersum malorum agmen semel è uita demigret. Quid aliud egit princeps nostræ religionis Christus? Nimirum unicum duntaxat præceptũ mundo tradidit charitatis, admonens ab ea una, summam & legum & prophetarum pendere. Aut, quid aliud hortatur charitas, quam ut omnẽ omnia sint communia? Videlicet, ut amicitia coagmentati cum Christo glutino nimirum eodem, quo ille cũ patre cohæret, absolutißimã illam cõmunionem quoad licet imitantes, per quam ille & pater idẽ sunt, nos itẽ idem cum illo simus: & , ut ait Paulus, unus spiritus & una caro cũ deo efficiamur, iamq; amicitiæ iure omnia illi nobiscũ, omnia nobis cũ illo sint cõmunia. Deinde paribus amicitiæ uinculis alij cũ alijs inter nos copulati, uelut ciusdem capitis mẽbra, tanquã idem & unũ corpus, eodẽ animemur spiritu, ijsdẽ doleamus, ijsdẽ gaudeamus. Id quod etiã mysticus ille panis è pluribus granis in eandem coactus farinã, & uini potus è multis racemis in eundẽ liquorẽ cõfusus, admonet. Postremo, ut cum summa rerum creatarũ sit in deo, deus uicißim in omnibus, omnium uniuersitas uelut in unum redigatur. Vides quantum philosophiæ, uel Theologiæ magis, Oceanum nobis paræmia tantilla aperuit.

AD PERSVADENDVM conducere prouerbia.

Quod si cui satis non sit ipsum sapere, uerumetiã alijs persuadere cupiat, quàm non inutilis sit hæc prouerbiorum supellex, uel Aristoteles ipse satis declarat, qui non semel in rhetorices præceptis, paræmias inter testimonia connumerat. Quemadmodum, inquiens, si quis suadere uelit, ne cum homine sene copulet aliquis necessitudinem, utetur huius prouerbij testimonio, μή ποτ' εὖ ἔρδειν γέροντα, id est, ne unquam benefacias seni. Rursum si quis persuadeat, ut liberos item interficiat qui parentem occiderit, huic usui futurum est hoc prouerbium,

Νήπιος ὃς πατέρα κτείνας παῖδας καταλέιποι, id est,
Stultus qui natos occiso patre relinquat.

Quantum autẽ adferant ad persuadẽdi facultatẽ momẽti testimonia, cui non cognitũ est? Neq; mediocriter conducunt sententiæ. At inter hæc quoq; idem prouerbia collocat. Quintilianus item in Institutionum libris cõpluribus locis prouerbiorũ mentionẽ facit, tanquã non una ratione ad bene dicendũ conducentiũ. Nam 5. lib. paræmias exẽplis coniungit, ut parẽ cum illis uim obtinentes, quorũ est uel præcipua. Rursum easdem codem in lib. in argumẽtorum genere collocat, quas Græci κρίσεις appellant. Quorum & frequentißimus usus, & ad persuadendũ mouendumq; nõ mediocris utilitas. Quin magis ipsa Fabij uerba libet adscribere. Nec hæc quidem, inquit, uulgo dicta & recepta persuasione populari, sine usu fuerint testimonia. Sunt enim quodammodo uel potentiora etiam, quod non causis accommodata, sed liberis odio & gratia mẽtibus, ideo tantũ dicta factaq;, quia aut honestißima aut uerißima uidebantur. Paulo q; infrius, Ea quoq; quæ uulgo recepta sunt, hoc ipso quod incertum autorẽ habent, uelut omnium fiunt. Quale est, Vbi amici, ibi opes. Et, Cõscientia mille testes. Et apud Cic. Pares cum paribus, ut est in ueteri prouerbio, facillime congregantur. Neq; enim duraßet hæc in æternũ, nisi uera omnibus uiderẽtur. Hactenus Fabij uerba retulimus. Idem autem paulopost deorum oracula paræmijs subnectit, uelut his affinia cognataq;. Iã quid M. Tullius, nonne in actione pro L. Flacco, prouerbio fidem testibus abrogat? Id est huiusmodi, ἐν καρὶ τὸ κίνδυνον. i. in Care periculũ. An non in eadẽ totius gentis Græcorũ, in ferẽdis testimonijs fidẽ eleuauit hoc prouerbio? Da mihi testimonium mutuũ. Quid quòd ipsi etiam philosophi passim suas rationes prouerbijs fulciunt? Quo minus mirandũ, si frequenter historiographi, narrationis fidẽ ex adagio quopiã petunt. Adeo quod in literis intercidit, quod titulis, quod colossis, quod marmoribus seruari non potuit, prouerbio seruatur incolume, ut & hanc obiter adagiorum laudem indicem. Deniq; non grauatur diuus Hieronymus euangelicam sententiã adagij uulgati testimonio confirmare. Diues aut iniquus, aut iniqui hæres. Ne Paulus quidem ipse dedignatur locis aliquot prouerbiorũ uti testimonijs, neq; iniuria. Etenim si τὸ πιθανὸν. i. probabilitas, ad persuadendum uel primas obtinet partes, quid, quæso, probabilius, quã quod nemo non dicit? Quid ueriſimilius, q̃ id quod tot ætatũ, tot nationũ consensus, & uelut idẽ suffragium cõprobauit? Inest nimirũ, inest in his paræmijs natiua quædam & genuina uis ueritatis. Alioquin qui fieri potuit, ut eandẽ plerunq; sententiã in cẽtum diuanasse populos, in cẽtũ uideamus trãsfusam linguas, quæ ne tot quidem seculis, quibus nec pyramides obstiterunt, uel intericrit, uel consenuerit? Vt merito dictũ illud uideatur, Veritate nihil esse robustius. Deinde fit, nescio quo pacto, ut sententia prouerbio quasi uibrata, feriat acrius auditoris animũ, & aculeos quosdam cogitationum relinquat infixos. Nam longe minus tanget animũ si dixeris, Caduca & breuis est hominis uita, quàm si prouerbiũ citeris, Homo bulla. Postremo quod de risu scribit Fabius, maximas difficultates causarũ, quæ nullis argumẽtis dissolui queant, ioco eludi, id uel maxime præstat paræmia.

AD ORNATVM CONducere paræmiam.

Porrò quantũ uel dignitatis, uel Veneris adiungat orationi tempestiuus prouerbiorũ usus, non arbitror pluribus explicandũ. Primum enim quis non uidet quantũ maiestatis uel ex ipsa antiquitate concilient orationi? Tum si quod schema, quod amplitudinẽ ac sublimitatẽ apponat sermoni: rursum si quod ad gratiã dictionis facit: deniq; si qua ratio festiuitatis, cũ paræmia plerunq; per omnes figurarũ species, per omneis facetiarũ formas uarietur: nimirũ quicquid illa solent adferre cõferet, ac genuinam quandam peculiaremq; gratiam de suo insuper adiunget. Proinde si scite & in loco intertexantur adagia futurũ est ut sermo totus, & antiquitatis ceu stellulis quibusdam luceat, & figurarũ arrideat coloribus, & sententiarum niteat gemmulis, & festiuitatis cupedijs blandiatur: deniq; nouitate excitet, breuitate delectet, autoritate persuadeat.

AD INTELLIGENDOS AVtores conducere paræmiam.

Iam ut non sit alius paræmiarum usus: certe ad intelligendos optimos quosque, hoc est, uetustißimos autores, non utiles modo sunt, uerumetiam necessariæ. In quibus cum pleraq; sunt depraua ta, tum hæ uel deprauatißimæ sunt, propterea quòd ferè ænigmaticum quiddam habent, ut etiam à mediocriter eruditis non intelligantur: tum quòd plerunque uelut ex abrupto interseruntur, nonnunquam etiam mutilatim, ut ἄνω ποταμῶν, id est, sursum fluminum. Aliquoties unico uerbo notantur, ut apud Ciceronem in epist. ad Atticum, Subueni quæso dum est, ἀρχὴ, id est principium. Indicat autem illud prouerbium,

ἀρχὴν ἰᾶσθαι πολὺ λώιον ἢ τελευτὴν. id est,
Principio præstat quàm fini adhibere medelam.

Hæc

Hæc itaq; multum offundunt tenebrarum, ſi ignorentur. At rurſum lucis plurimum adferunt, ſi fuerint intellecta. Hinc illæ tum Græcorum tum Latinorum codicũ prodigioſæ depraua tiones: hinc fœdi interpretũ lapſus Græca Latine uertentium: hinc quorundam etiam eruditorum in enarrandis autoribus ridicula ſomnia, meraq; deliramẽta. Quorum equidem hoc loco nonnulla referrem, niſi placabilius iudicarẽ, meoq; accommodatius inſtituto, ut noſtris perlectis commentarijs ſua cuiq; cogitatio ſuggerat, quantopere magni nominis ſcriptores quibuſdam in locis delirarint. Denique fit nonnunquam, ut ſcriptor tacite ad prouerbium alludat, quod ſi nos fugerit, etiã ſi uidebitur intellecta ſententia, tamen magna uoluptatis pars aberit, ignorata paræmia. Quod genus eſt Horatianum illud:

Equus ut me portet, alat rex. Et apud Vergilium:

Fatis nunquam conceſſa moueri.

Apparet Camarina procul.

Subeſt enim in illo prouerbium, ἵππος με φέρει, βασιλεὺς με τρέφει, in hoc, μὴ κινεῖν τὴν καμαρίναν.

COMMENDATIO à difficultate.

Quod ſi iuxta prouerbium, δύσκολα τὰ καλά: eaq; uulgo ceu uilia faſtidiuntur, quæcunq; facilia uidentur, ut de me interim nihil dicã, quantis ſudoribus opus hoc mihi cõſtiterit, ne quiſquam arbitretur uſqueadeo procliue, uel intelligere uel ſermoni paræmiam intexere. Siquidẽ ut non mediocris eſt artificij, gemmulam ſcite includere annulo, & auriũ purpuræ intertexere: ita non eſt, mihi crede, cuiuſuis paræmiã apte decẽteréq; orationi inſerere. Quodq; Fabius ſcribit de riſu, nihil affectari periculoſius, idem de prouerbio non iniuria dixeris. Etenim in huiuſmodi, quẽadmodũ & in muſica, niſi ſummũ præſtes artificẽ, ridiculus ſis: & aut laudẽ eximiã, aut riſum auferas oportet.

QVATENVS VTENdum adagijs.

Proinde quatenus quibuſq; modis uti conueniat adagijs, indicabimus. Ac primo loco memuniſſe oportebit, ut quod elegãter Ariſtoteles in cõmentarijs rhetoricis admonuit de adhibẽdis epithetis, id nos in uſurpãdis adagijs obſeruemus: nẽpe ut illis utamur non tanquam cibis, ſed ueluti condimentis. i. non ad ſatietatem, ſed ad gratiã. Præterea ne quouis inſeramus loco: quemadmodum enim ridiculum ſit, ſi quibuſdã locis gemmã alligaris: itidem abſurdum, ſi non ſuo loco adhibueris adagium. Quod uero Fabius lib. Inſtit. 8. de ſententijs uſurpandis præcepit, id totidem fermè uerbis de paræmijs præcipi queat. Primum ne quemadmodum dictum eſt, nimis crebriter utamur. Denſitas enim earũ obſtat inuicem, quo minus eluceant. Quemadmodum nec pictura in qua nihil circumlitum eſt, eminet. Ideoq; artifices etiam cum plura in unam tabulam opera conferunt, ſpatijs diſtinguunt, ne umbræ in corpora cadant. Subſiſtit enim omnis paræmia, ideoq; poſt eam utiq; aliud eſt initium. Vnde ſoluta ferè oratio eſt, & è ſingulis non membris, ſed fruſtis collata, ſtructura caret. Porrò ut adfert lumen clauus purpuræ in loco inſertus, ita certe neminem deceat intertexta pluribus notis ueſtis. Accedit hoc quoq; incommodi, quòd crebras captanti paræmias, nonnullas neceſſe eſt admiſcere, uel frigidas uel coactas. Non enim poteſt eſſe delectus, ubi de numero laboratur. Poſtremo gratiam amittit quicquid aut immodicum eſt, aut intempeſtiuum. In epiſtolis tamen familiaribus licebit paulo liberius hoc genere ludere: in oratione ſeria, ſicuti parcius, ita etiam accuratius adhibendæ.

VARIVS PROVERbiorum uſus.

Hoc in loco non ab re futurum arbitror, ſi paucis uelut indicaro, quibus rationibus uariari queat paræmiarum uſus, ut poſſis idẽ adagiũ alia atq; alia forma producere. Principio nihil uetat interdũ, quo minus idem dictũ ad cõplurcis ſenſus accommodes, ut illud τετρημένον πίθον. i. pertuſum dolium, uel ad obluuioſum, uel ad profuſum, uel ad auarum, uel ad futilẽ, uel ad ingratum traduci poteſt. Effluit enim, quicquid infuderis in animum immemoris. Apud prodigũ nihil durat. Auari cupiditas nunquam expletur. Futilis & garrulus nihil continet. Perit quicquid contuleris in hominẽ ingratum. Nonnunquam per ironiã ad contrarias etiã ſententias deflectitur: quod genus ſi de mẽdaciſſimo quopiã loquens, dicas, ἄκουε τὰ ἐκ τρίποδος. i. Audi è tripode dicta. Fit interim ut unius uoculæ commutatione diuerſis conueniat, ut ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα. i. Hoſtiũ munera non munera: & πενήτων ἄδωρα δῶρα, κολάκων ἄδωρα δῶρα, ποιητῶν ἄδωρα δῶρα, ut idem adagium ad hoſtes, ad pauperes, ad aſſentatores, ad poëtas deflectatur. Nam hoſtiũ munera perniciem adferre creduntur. Et ſi quid donant pauperes, aut adulatores, aut poëtæ, captationes ſunt uerius quàm munera. Breuiter ad omnia in quæ quocunq; modo hæc ſimilitudo cõpetit, accõmodes licebit. Illa ratio fermè cõmunis omnibus, quoties à perſona ad rẽ, aut contrà fit deflexio. Ad perſonã hoc pacto. Prouerbium eſt, μηδ' Ἡρακλῆς πρὸς δύο. i. ne Hercules quidẽ aduerſus duos. Ego uero Therſites magis quàm Hercules, qui poſim utriq; reſpondere? Ad rẽ torquebitur hoc modo. Prouerbio dictum eſt: μηδ' Ἡρακλῆς πρὸς δύο, ego qui poſſum pariter & morbo, & inopiæ tolerandæ par eſſe? Variatur & inuerſione prouerbium: ut dictum eſt, μηδ' Ἡρακλῆς πρὸς δύο, & tu unus contrà duos Hercules audes congredi? Itẽ hoc pacto, Contra tritum Græcis prouerbiũ, expectatis carbonibus theſaurum reperi. Et commutauimus, non χρύσια χαλκείων. i. aurea æreis, ſed planè χάλκεια χρυσείων. i. ærea aureis. Præterea nonnunquam explicatur adagiũ & cõfertur, nonnunquã ſimplex allegoria refertur. Aliquoties etiam mutiliũ proponitur, ut ſi quo reſpondẽte, quod nihil ad rem pertinet, dicas, ἄμας ἀπήτουν. i. falces poſtulabam. Et apud Cic. τὰ μὲν διδόμενα. i. quæ dantur. Interim ſatis eſt, unico uerbo alluſiſſe, ut apud Ariſtotelem, omnes eiuſmodi inter ipſos κεφαλεῖς. i. figuli. Sunt & aliæ uariandi rationes, uerum eas, ſi quis exactius perſequi cupiet, è noſtris commentarijs, quos De duplici copia conſcripſimus, petat licebit.

DE FIGVRIS PROuerbialibus.

Reliquum eſt ut ad paræmiarum catalogum accingamur, ſed ſi prius figuras aliquot prouerbiales oſtenderimus. Quædam enim dicta ſunt, ſpecie non magnopere prouerbiali, quedã autẽ παροιμιώδεα. i. prouerbiali figura, ut facile poſſint in paræmiarũ ordinem cooptari. Igitur in totũ, prouerbiorũ generi confinis eſt omnis ſententia, præterea metaphora, peculiariter allegoria, Et in his præcipue quæ ſumuntur à rebus inſignibus & uulgo celebratis, ut à nauigatione, à bello. Quod genus ſunt illa, ſecundis nauigare uentis, naufragium facere, uertere uela, tenere clauum, & exhaurire ſentinam, & tradere uentis uela, contrahere uela. Item illa: Bellicũ canere. Et uorſis gladijs pugnare. Receptui canere, cominus atq; eminus pugnare, conferre pedem, conſerere manus, atq; id genus alia ſexcenta. Quæ ſi paulo longius traducantur, abeunt in paræmiæ formam. Item quæ ducuntur à rebus notis, ac uehemẽter quotidiano ſenſui familiaribus: ut quoties corporis geſtus ad animi rẽ trãs ferũtur, cuiuſmodi ſunt, premere pollicẽ, pro fauere: corrugare frontem, pro moleſte ferre: ringi, pro indignari: exporrigere frontem, pro hilareſcere. Præterea quæ trahuntur à ſenſibus corporis,

Ayuntamiento de Madrid

uelut olfacere, pro reſciſcere: degustare, pro experiri. Prouerbij ferè ſaciē habent, quoties quæ ſunt artibus peculiaria uocabula, aliò detorquentur, ut δὶς διὰ πασῶν. i. bis per omnia, à muſicis: ἐκ διαμέτρου. i. ex dimetiente, à mathematicis: Item ſeſquipedalia uerba. Incudi reddere, à fabris ærarijs: ad amuſſim, à fabris lapidarijs: nullā lineam duxi, à pictoribus. Extremum actum adiungere, à ſcenis. Interdum citra figuram tacita alluſio prouerbiale quiddā adfert. Ea tum erit optima, quoties ad autorē aut rem ſpectat magnopere celebrem, nulliq; incognitā, qualis eſt apud Græcos Homerus, apud Latinos Vergilius. Quod genus eſt illud apud Plutarchum, ἐπὶ μάρτυρές γε τῷ πλάτωνι πολλοὶ τ' ἀγαθοί τε πάρεισιν. i. quādoquidē teſtes ſanè Platoni Multiq; boniq; adſunt. Alluſum eſt enim ad morē ſacrorum, in quibus ſacerdos dicere conſuecuit, τίς τᾶδε. i. quis hic? Deinde qui aderant, reſpōdebant:

Πολλοὶ τ' ἀγαθοί τε πάρεισιν. id eſt,

Multiq; boniq; adſunt. Item illud apud Ciceronem ad Atticum: σώ τε δὶς ἐχομήνω. i. Simul duobus cuntibus. Et apud Lucianum, ἰατρῶν παῖδες. i. medicorum filij, pro medicis ipſis. Accedunt ad prouerbij ſpeciem & illa, bucolico carmini familiaria, ἀδιώματα, ἀναγκαῖα, ἄτοπα, ὅμοια, ἐναντία, id eſt, impoßibilia, neceſſaria, abſurda, contraria, ſimilia. ἀδιώματα ſunt eiuſmodi:

Αλλ' ἴσον ἢν ὁ μόχθος ἐπ' ἄσνι κύματα μέζειν, id eſt,

Sed labor adſimilis metiri in littore fluctus.

Et apud Vergilium:

Ante leues ergo paſcentur in æthere cerui,
Et freta deſtituent nudos in litore piſces.

ἀναγκαῖα ſunt huiuſmodi,

Dum iuga montis aper, fluuios dum piſcis amabit.

Et apud Senecam:

Lucida dum current annoſi ſidera mundi.

Ατόπων exemplum hoc erit:

Atque idem iungat uulpes & mulgeat hircos.

Contrariorum hoc:

Nunc uirides etiam occultant ſpineta lacertos,
Me tamen urit amor. Item apud Theocritum:
Ηὗλε σιγᾷ μὲν τόδε, σιγῶντι δ' ἀῆται
Ἀλλ' ἐμὲ δ' σιγᾷ ἔρωτα ἔχοντα θέρμα δάϊα. id eſt,
Ecce ſilet maris unda, ſilent & flamina uenti.
Haud tamen intra noſtra ſilent præcordia curæ.

Similium:

Torua leæna lupum ſequitur, lupus ipſe capellam,

Et apud Theocritum:

Α αἶξ τὰν κίτυσσον, ὁ λύκος τὺν αἶγα διώκει, id eſt,
Capra petit cityſum, ſequitur lupus ipſe capellam.

Sunt & aliæ duæ figuræ maxime confines paroemiarum generi, quæ conſtant, uel eiuſdem, aut ſimilis iteratione uocis, uel contrariarum contextu. Quod genus ſunt, ἀπὸ σ' ὀλῶ κακὸν κακῶς. κακὸν κόρακος κακὸν ᾠόν. i. perdam te malum male. Mali corui malum ouum. Et ζήμια σοφὸν σοφὸν. i. Alumnus ſapientis ſapiens. Id quod apud Græcos comicos pariter ac tragicos penè ſolenne. Et eueniunt digna dignis. Amico amicus. Malis malus. Bonis bonus. Vterq; utriq; cordi. Suus rex reginæ placet. Et manus manū fricat. Graculus ad graculum. Cōtrariorum genus ſic habet: καὶ δίκαια κἄδικα, εὖ καὶ μαφῶς. i. Et iuſta & iniuſta, probe & improbe, apud Ariſtophanem: ἑκόντί τε κἀκόντι. i. Volentibuſq; & nolētibus, apud Platonē. Item ἀδὲν ἔπος, ἀδὲ ἔργον. i. Nullū dictum, neq; factum. Apud noſtros item: Verum ubi fas uerſum atq; nefas. Facta atq; infecta canebat. Quo tropo ſic uſus eſt Valerius Maximus ut ad uerum ſenſum non cohæreat, tantum exaggerat: obteſtantē, inquit, ſe aduerſus omne phas & nephas, quum in ſummo eſſet imperio, à te equite Romano fuiſſe trucidatum. Nam qui conſiſtit ut facinus nepharium dicatur eſſe factum aduerſus omne nephas? Quo iure, quáq; iniuria: quidiuis & facere & pati. Digna atq; indigna. Quid dixit, aut quid tacuit? Domi belliq;: publice, priuatim. Quod ſcis, neſcis: clamq; palamq;: iocaq; & ſeria. Manibus pedibuſq;, noctesq; diesq;. Quæ prima, aut ultima ponas: neq; magnum, neq; paruum. Iuuenesq; ſenesq;. Dijs hominibusq; plaudentibus. Ad hanc formam pertinent etiam hæc paſſim apud poëtas obuia. παρθένος ἀπάρθενος. ἄνυμφος νύμφη. ἄγαμος γάμος. ἄπολις πόλις, δύναμις πάρις. δυσδαίμων εὐδαιμονία. ἄδωρα δῶρα. ἀδεὲς δέος, ἀπόλεμος πόλεμος. ἄκοσμος κόσμος. ἄχαρις χάρις. ἄπλεστος πλότος. i. Virgo non uirgo, Sponſa non ſponſa. Nuptiæ non nuptiæ. Non ciuitas ciuitas. Malus paris. Paris. Infelix felicitas. Non dona dona. Non metuendus metus. Non bellum bellum. Ornatus inornatus. Ingrata gratia. Inopes opes. Hæc ἐναντίωσις nonnunquā accidit & in dictione cōpoſita, ut μωρόσοφος. i. Stulte ſapiēs. & γλυκύπικρος. i. dulciter amarus. Sic enim Plutarcho teſte, ſuum affectum uocant amantes ex uoluptate & dolore mixtū, ita ut libenter contaбeſcant. Huc pertinet & illa ἐναντίωσις αἰνιγματώδης. i. contrarietas ænigmatica, ut φέρω ὃ φέρω, ἔχω ὃν ἔχω, & ἀνὴρ οὐκ ἀνὴρ, ὄρνιθα καὶ οὐκ ὄρνιθα, ἰδὼν τε οὐκ ἰδὼν, ἐπὶ ξύλου οὐ ξύλου, καθημένην οὐ καθημένην, λίθῳ καὶ οὐ λίθῳ, βάλλει τε καὶ οὐ βάλλει. i. Portans nō porto, habens nō habeo: uir & non uir, auē & non auem, uidensq; & non uidēs, in ligno & non ligno, ſedentē & non ſedentem, lapide & non lapide, iaculatur & non iaculatur. Quod ænigma refertur & apud Athenæum ex Clearcho & apud Tryphonē, cuius meminit Plato quoq;. Huius formæ ſunt & illa: ἄγλωσσος λάλος. i. elinguis loquax. ἕλκος ἄτρωτος. i. uulnerabilis inuulnerabilis: δασὺς λεῖος. i. hirſutus leuis, ἄγονος γόνος. i. fœtus non fœtus. Cuiuſmodi permulta proponit ac ſoluit Athenæus lib. 10. Neq; reſpuit adagiorum ratio ænigmaticā obſcuritatem, quanquam aliàs improbatam, imò ueluti familiarem libenter amplectitur. Quod genus fuerit, ſi quis parum ſanè locutum iubeat Anticyram nauigare, aut porcum cædere, aut ſquillā è ſepulcris uellere, quorum primum eſt apud Horatium, alterū apud Plautum, tertium apud Theocritum. Proinde & oracula pleraq; in ius prouerbiorū abierunt, & Pythagoræ ſymbola ad paroemiarum naturam uidentur pertinere. Præcipue peculiaris eſt adagiorum generi hyperbole, ut, cœlum territat armis, & ſaxa clamore rumpit, & riſu diſſluo: maxime ſi qua metaphoræ ſpecies admiſceatur. Effertur uarijs modis, uel per denominationē, uel per cōparationē, uel per ſimilitudinē, uel per epitheton. Exempla ſunt. Alter Ariſtarchus. Et, noſter hic Phalaris. Et, Stentore clamoſior. Velut leæna in machæra. Stentorea uox. Neſtorea facundia. Neq; uero pigebit ceu fontes aliquot indicare, à quibus genus hoc figurarum duci poſſit.

AB IPSA RE.

Sumitur enim interdum ab ipſa re, quoties hominem ſceleſtum, ſcelus appellamus: dedecoroſum, dedecus: peſtilentem, peſtē: lurconem, barathrū: tenebrionē, tenebras: contaminatū, labem: ſpurcū, cœnum: contemptū, quiſquilias: impurum, ſterquiliniū: portentoſum, portentū: moleſtum, hulcus: carcere dignū, carcerē. Quorū unumquodq; ferè poteſt & per comparationem efferri, ut χρυσοῦ χρυσοτέρα. i. auro magis aurea, & ipſa nequitia nequior, cæcitate cæcior, loquacitate loquacior, deformitate deformior, ipſa ſiti ſiticuloſior, pauperiate pauperior, infortunio infortunatior, ipſa infantior infantia. Ad hanc claſſem pertinent & illa, Pater eſuritionum, & omnis eloquentiæ fons. Et plus quàm infantiſſimus. Et plus quàm perditus.

A REB

Ayuntamiento de Madrid

A REBVS SIMILIBVS

Huic proxima ſunt, quæ à rebus ſimilibus trahuntur. ut, melle dulcior. Pice nigrior. Niue candidior. Oleo tranquillior. Infima auricula mollior. Auro purior. Plumbo ſtupidior. Stipite tardior. Litore ſurdior. Iracundior Adria. Aequore ſurdior. Spongia bibacior. Harenis ſitientior. Pumice ſiccior, Acre Dodonæo loquacior. Vitro fragilior. Pila uolubilior. Cothurno inſtabilior. Clematide Aegyptia gracilior. Alno procerior. Cote durior. Sole clarius. Sydere pulchrior. Buxo pallidior. Sardois herbis amarior. Alga uilior, Aetna æſtuantior. Beta inſulſior. Trutina iuſtior. Spina diſtortior. Ampulla uanior. Pluma leuior. Vento inſtabilior. Morte odioſior. Barathro capacior. Labyrintho inuolutior. Corchoro uilior. Subere leuior. Dolio pertuſo incontinentior. Laterna perlucentior. Clepſydra perſtillantior. Fonte purior. Euripo mobilior. Oculis charior. Luce dulcior. Vita antiquior. Rubo arefacto præfractior. Cramba recocta moleſtior. Clauo purior. Floralibus licentioſior.

AB ANIMANTIBVS

Item ab animãtibus, ut, Muliere loquacior. Paſſere ſalacior. Hirco libidinoſior. Ceruo uiuacior. Cornice annoſior. Graculo magis obſtreperus. Luſcinia uocalior. Dipſade nocentior. Vipera uirulentior. Vulpe fraudulẽtior. Echino aſperior. Porcello Acarnanio lenior. Anguilla magis lubricus. Lepore timidior. Limace tardior. Piſce ſanior. Piſce magis mutus. Delphino luſciuior. Phœnice rarior. Scropha fœcundior alba. Nigro cygno rarior, Hydra magis uerſipellis. Albo coruo rarior. Vulture edacior. Scorpijs improbior. Teſtudine tardior. Glire ſomniculoſior. Sue indoctior. Aſello ſtolidior. Hydris immitior. Dama pauidior. Hirudine bibacior. Cane rixoſior. Vrſo biſpidior. Tippula leuior, cuiuſmodi quædam congerit & Lucianus, ὀρχιλώτεροι μὲν τῶν κωνιδίων ὄντες, ἀλαλότεροι δὲ τῶν λαγωῶν, κολακευτικώτεροι δὲ τῶν σιβήκων, ἀσελγέστεροι δὲ τῶν ὄνων, ἁρπακτικώτεροι δὲ τῶν γαλῶν, φιλονεικότεροι δὲ τῶν ἀλεκτρυόνων. i. Cum ſint iracundiores catellis, timidiores leporibus, adulantiores ſimijs, libidinoſiores aſinis, rapaciores felibus, contẽtioſiores gallis gallinaceis. Itẽ Plutarch. aduerſus uſurã, ἀνιδανότερος ὢν κολοιῶν, ἀφωνότερος τέττιγος, ἢ κωνὸς ἀγχινέστερος. i. Cum minus fidei tibi habeatur, quàm graculo, magis mutus ſis quàm perdix, abiectior ſeruiliorq; cane.

A PERSONIS DEORVM

Ducuntur à perſonis deorum. Diana intactior. Ipſis Charitibus humanior. Priapo ſalacior. Venere formoſior. Mercurio facundior. Momo mordacior. Vertumno inconſtantior. Proteo nutabilior. Empuſa magis uarius.

A PERSONIS FABVLOSIS

A perſonis fabuloſis: Tantalo ſitientior. Atreo crudelior. Cyclope immanior. Oreſte inſanior. Vlyſſe doloſior. Neſtore facundior. Glauco ſtupidior. Iro pauperior. Penelope caſtior. Nireo formoſior. Tithono uiuacior. Eriſichthone eſurientior. Niobe fœcundior. Stentore clamoſior. Tireſia cæcior. Buſiride illaudatior. Sphinge inuolutior. Labyrintho intricatior. Dædalo ingenioſior. Icaro audacior. Gigantibus elatior. Gryllo ſtultior. Lynceo perſpicacior. Excetra pertinacior.

A PERSONIS COMOEDIARVM

A perſonis comœdiarum. Thraſone Terentiano glorioſior. Demea iurgioſior. Mitione facilior. Gnatone adulantior. Phormione confidentior. Dauo uerſutior. Thaide blandior. Euclione parcior.

A PERSONIS HISTORIARVM

A perſonis hiſtoriarũ Zoilo inuidentior. Catone ſeuerior. Timone inhumanior. Phalaride crudelior. Timotheo filicior. Sardanapalo nequior. Numa religioſior. Phocione iuſtior. Ariſtide incorruptior. Cræſo ditior. Craſſo numatior. Codro pauperior. Aeſopo luxurioſior. Herodoto ambitioſior. Fabio cunctantior. Socrate patientior. Milone robuſtior. Chryſippo acutior. Trachalo uocalior. Curione obliuioſior. Noſtri temporis Ariſtarchus. Chriſtianorum Epicurus. Item præpoſterus Cato.

A GENTIBVS

A gentibus. Pœno perfidior. Scytha aſperior. Scytho tauris inhoſpitalior. Cretenſi mendacior. Parthis uanior. Thracibus bibacior. Theſſalo perfidior. Care uilior. Sybarita faſtuoſior. Mileſijs effœminatior. Arabis ditior. Pygmæo breuior. Arcade ſtolidior.

AB OFFICIIS

Ab officijs. Lenone magis periurus. Cinædo mollior. Milite glorioſior. Areopagita triſtior. Tyranno uiolentior. Carnifice immanior.


DE PRAEMOLIENDA

PAROEMIA.

Iam illud tametſi minutulum humiliuſq; uideatur, tamen poſteaquam docendi munus ſuſcepimus, non grauabimur propter imperitiores admonere, uidelicet, ut in uſum pandis adagijs memunerimus, quod in uerbis nouatis, aut durius translatis fieri Fabius iubet, id quod ait à Græcis elegantißimè præceptum eſſe, uidelicet προεκπλήττειν τῇ ὑπερβολῇ: ita nos oportebit προεκπλήττειν τῇ παροιμίᾳ. hoc eſt, præcaſtigare, & uelut occurrere parœniæ: ſi quando uel obſcurior, uel alioqui durior uidebitur. Recipit enim hoc genus ſicuti paulo ſuperius oſtenſum eſt, & metaphoras quantumlibet duras, & nouationes uocum licentioſas, & hyperbolas parum pudentes, & allegorias ad ænigma uſque obſcuras. Græci προεκπλήττουσιν his fermè modis: ἤτοι τὴν παροιμίαν. ὡς φασι, φασί. τὸ λεγόμενον. τὸ δὴ λόγου. ὡς παλαιός φησι λόγος. ὥσπερ λέγουσιν. ὡς λέγεται. ὡς λέγομεν παροιμιάζόμενοι. ὡς λέγουσιν οἱ παίζοντες. καλῶς εἴρηται. i. Iuxta prouerbium, ut aiunt, aiunt, quod dicitur, quod dici ſolet, ut antiquum ait dictum, ut dicunt, ut dicitur, ut dicimus prouerbio, ut dicunt iocantes, recte dictum eſt. Iiſdem fermè rationibus utuntur Latini: Aiunt, ut aiunt, ut eſt in ueteri prouerbio, iuxta uulgo tritum ſermonem, quemadmodum uulgo dici conſuecuit, ut uetus prouerbium uſurpem, ut adagio dictum eſt, uere hoc dicunt.

PROVERBIVM PRIMVM.

Amicorum communia omnia.



Α τῶν φίλων κοινά. i. Amicorum cõmunia ſunt omnia. Quoniã non aliud hoc prouerbio, neque ſalubrius, neq; celebratius, libuit hinc adagiorũ recẽſionem uclut omine felici auſpicari. Quod quidẽ ſi tam eſſet fixũ in hominũ animis, quàm nulli nõ eſt in ore, profecto maxima malorum parte uita noſtra leuaretur. Ex hoc prouerbio Socrates colligebat omnia bonorum eſſe uirorum non ſecus quàm deorum. Deorũ, inquit, ſunt omnia. Boni uiri deorũ ſunt amici, & amicorum inter ſe cõmunia ſunt omnia. Bonorum igitur uirorũ ſunt omnia. Refertur apud Euripidem in Oreſte,

Κοινὰ γὰρ τὰ τῶν φίλων. id eſt,
Inter enim amicos cũcta ſunt cõmunia. Idẽ in Phœn.
Κοινὰ γὰρ φίλων ἄχη. id eſt,
Cõmunis omnis eſt amicorũ dolor. Idẽ in Andromac.
Φίλων γὰρ ὄλβὸν ἴσμεν, οἵτινες φίλοι
Ὀρθῶς πεφύκασ', ἀλλὰ κοινὰ χρήματα. id eſt,

Ayuntamiento de Madrid

Nam uerè amicis proprium prorſus nihil:
Sed inter ipſos cuncta ſunt communia.

Terent. in Adelphis: Nam uetus quidem hoc uerbum, amicorũ inter ſe cõmunia eſſe omnia. Teſtatur & apud Menandrũ fuiſſe in eadem fabula, M. Tullius lib. Offic. 1. Vt in Græcorum, inquit, prouerbio eſt, amicorum eſſe omnia communia. Citatur & ab Ariſtot. libr. Moralium 8. & à Platone de Legib. 5. Quo loco conatur demonſtrare, felicijſsimum reip. ſtatum, rerum omnium communitate conſtare, πρώτη μὲν τοίνυν πόλις τὲ ὄτι καὶ πολιτία καὶ νόμοι ἄριστοι, ὅπῃ τὸ πάλαι λεγόμενον ἂν γίγνηται καὶ ἔστι πᾶσαν τὴν πόλιν ὅτι μάλιστα. λέγεται δ', ὡς ὄντως ὄτι κοινὰ τὰ φίλων. i. prima quidem igitur ciuitas eſt & reipub. ſtatus, ac leges optimæ, ubi quod iam olim dicitur, per omnem ciuitatem quam maximè fieri poteſt, obſeruabitur. Dictũ eſt autem uere, res amicorum communes eſſe. Idem ait, felicem ac beatam fore ciuitatem, in qua non audirentur hæc uerba: meum & non meum. Sed dictu mirum quàm non placeat, imò quàm lapidctur à Chriſtianis Platonis illa communitas, cum nihil unquam ab ethnico philoſopho dictum ſit magis ex Chriſti ſententia. Ariſtoteles lib. Politic. ij. temperat Platonis ſentẽtiam, uolens poſſeſſionem ac proprietatem eſſe penes certos: cæterum ob uſum, uirtutem & ſocietatem ciuilem omnia communia iuxta prouerbium. Martialis libr. 2. iocatur in quendam Candidum, cui ſemper in ore fuerit hoc adagium, cum alioqui nihil impartiret amicis,

Candide κοινὰ φίλων, ſunt hæc tua Candide πάντα,
Quæ tu magniloquus, nocte dieq; ſonas.

Atque ita concludit epigramma,

Das nihil, & dicis Candide κοινὰ φίλων.

Eleganter Theophraſtus apud Plutarchum in comment. cui titulus περὶ φιλαδελφίας. Εἰ κοινὰ τὰ φίλων ὄντι, μάλιστα δεῖ κοινὸς τῶν φίλων εἶναι τὸς φίλους. i. Si res amicorum communes, maximè conuenit ut amicorum item amici ſint communes. M. Tull. lib. de Leg. 1. uidetur hoc adagiũ Pythagoræ tribuere, cùm ait: Vnde enim illa Pythagorica uox, τὰ φίλων κοινὰ καὶ φιλίαν ἰσότητα. i. Res amicorum communes, & amicitiam æqualitatem. Præterea Timæus apud Diogenem Laertium tradit, hoc dictum primum à Pythagora profectum fuiſſe. A. Gellius Noct. Attic. lib. 1. cap. 8. teſtatur, Pythagoram non ſolum huius ſententiæ parentem fuiſſe, uerumetiam huiuſmodi quandam uitæ ac facultatum communionem induxiſſe, qualem Chriſtus inter omnes Chriſtianos eſſe uult. Nam quicunque ab illo in cohortem illam diſcipulorum recepti fuiſſent, quod quiſq; pecuniæ familiæq; habebãt in mediũ dabãt: quod re atq; uerbo Romano appellatur κοινόβιον. id eſt, cœnobiũ, ninurum à uitæ fortunarumq; ſocietate.

Amicitia æqualitas. Amicus alter ipſe. 11

Hæc quoq; ad Pythagoram autorem referunt, quòd eandem complectantur ſententiam, τὸ φιλίαν ἰσότητα εἶναι, καὶ μίαν ψυχὴν, τὸ φίλου ἕτερον αὐτὸ. i. amicitiam æqualitatẽ eſſe & eandem animam, & amicum alterũ ipſum. Neq; enim quicquam non commune, ubi fortunarũ æqualitas: neque diſſenſio, ubi idem animus: neque diuortium, ubi coagmentatio duorum in unum. Ariſtoteles Magnorum moralium libr. 2. ὅταν βουλώμεθα σφόδρα φίλον εἰπεῖν, μίαν φαμὲν ψυχὴν ἢ ἐμὲ καὶ τότε. i. Quoties uolumus uehementer amicum dicere, una inquimus anima mea & huius. Idem eodem lib. ὅτι γὰρ, ὡς φαμεν, ὁ φίλος ἕτερος ἐγὼ. i. Eſt enim, ut dicere ſolemus, amicus alter ego. Plato lib. de Legib. 6. citat tanquam uetus dictũ, & ceu prouerbio iactatum, παλαιὸς γὰρ ὁ λόγος ἀληθὴς ὢν, ὡς ἰσότης φιλότητα ἀπεργάζεται, μάλα μὲν ὀρθῶς εἴρηται, καὶ ἐμμελῶς. i. Nam uetus illud uerbũ, & uerè & elegãter dictum eſt, æqualitatem amicitiæ autorem eſſe. Neq; tamen id ſentit Plato, iuuenibus ac ſenibus, doctis atque indoctis, ſtultis ac ſapientibus robuſtis ac debilibus omnia æqualia exhibẽda eſſe, ſed cuiq; pro ſua dignitate diſtribui oportere. Alioqui, quẽadmodũ ait inibi Plato, τοῖς ἀνίσοις τὰ ἴσα ἄνισα γίγνεται ἄρ. i. inæqualibus æqualia erunt inæqualia. Et ut ſummũ ius in ſummam iniuriam uertitur, ita ſumma æqualitas ſumma ſit inæqualitas. Quemadmodum feſtiuiter dixit Plinius, æqualitate in ferendis ſententijs nihil inueniri poſſe inæqualius. Quanquã hoc quoq; quidam ex Homero ſumptum exiſtimant, apud quẽ eſt illud aliquoties, ἴσον ἐμῇ κεφαλῇ. i. Aeque atq; meum ipſius caput. Nec ab hoc abiſidet Hebræorum lex, iubens ut proximũ perinde ut noſmetipſos diligamus. Atq; hæc omnia Ariſtotcles lib. Moralium. 9. prouerbij titulo citat.

Pythagoræ ſymbola.

Sed quandoquidem in Pythagoræ mentionẽ incidimus, non grauabor & reliqua illius ſymbola, priſcis illis oraculorum inſtar celebrata adſcribere, quæ quidem in præſentia licuit apud Græcos inuenire ſcriptores. Nam ea, tametſi prima, quod aiunt, fronte ſuperſtitioſa quæpiam ac deridicula uideantur, tamen ſiquis allegoriam eruat, uidebit nihil aliud eſſe, quàm quædã rectè uiuẽdi præcepta. Nihil enim opus eſt Tyrrhenorũ imitari ſuperſtitionẽ, qui hæc etiam citra ullam allegoriã obſeruant, ut teſtatur in Sympoſiacis Plutarchus. Idẽ in uita Numæ tradit quædã huius generis ſymbola Numæ conueniſſe cũ Pythagoricis.

Ne guſtaris quibus nigra eſt cauda.

Μὴ γεύεσθαι τῶν μελανούρων. i. Ne guſtes ex ijs quibus eſt nigra cauda. Interpretatur Plutarch. in comment. De liberis inſtituendis, ne commercium habeas cum improbis, & ijs qui ſunt nigris ac infamibus moribus. Tryphon grammaticus inter ænigmatis exempla hoc quoq; commemorans interpretatur hoc modo, ψευδῆ λόγον μὴ ποιεῖσθαι. τὸ γὰρ ψεῦδος ἐν τοῖς ἐσχάτοις μέρεσι μελάνεται, καὶ ἀμαυροῦται. i. Ne mendacem ſermonem protuleris. Mendacium enim in extremis partibus nigreſcit & obſcuratur. Quidam ad ſepiam piſcem referunt, qui atramento quod in cauda geſtat, ſemet occulit. Quanquam Plinius lib. 32. cap. ult. Melanurum inter piſces recenſet, cum de ſepijs multa prioribus libris diſſeruerit, ut uideatur non idem eſſe piſcis Melanurus & Sepia. Theodorus Gaza Melanurum oculatam uertit, quem piſcem nominat tantum loco quem modo indicauimus.

Stateram ne tranſgrediaris.

Μὴ ζυγὸν ὑπερβαίνειν. i. Stateram ne tranſilias, hoc eſt, ne quid facias præter ius & æquum. Nam ſtateram olim æquitatis ſymbolum habuiſſe uulgo, uel Doricum illud prouerbium indicat, ζυγὸς δικαιότερος. i. trutina iuſtior. Ad eum modum interpretatur Demetrius Byzantius apud Athenæum lib. Dipnoſophiſt. 10.

Chœnici ne inſideas.

Χοίνικι μὴ ὑπικάθισαι. i. Chœnici ne inſideas. Interpretatur diuus Hieronymus, de uictu ne fueris ſolicitus in diem craſtinum. Eſt enim Chœnix demenſum, & cibus diurnus, ut apud Homerum Odyſſeas τ.

Οὐ γὰρ ἀεργὸν ἀνέξομαι, ὅσσον ἐμῆς γε
Χοίνικος ἄπῃται. id eſt,
Nãq; operæ immunẽ haud patiar, quicũq; meã unquã Chœnica contigerit.

Eodem pacto Lacrt. & Suidas exponunt. Porrò ſeruis olim cibus diurnus chœnice diſtribuebatur, ut illi uicißim operis penſum perſoluerent: quam ob cauſam Apollo Pythius

Ayuntamiento de Madrid

Pythius Corinthios χαλκομέτρας appellauit, quòd seruos posſideret quadragies sexies mille. Autor Athenæus lib. 6. Plutarchus autẽ longe diuersius, puta, nõ indulgendum ocio, sed industria prospiciendum uictum, ne desit in posterũ. Idem in Symposiacis huius symboli meminit, his quidẽ uerbis. μετὰ δὲ πυθαγορικῆς χοίνικος, ἐφ' ἧς ἀπηγόρευε καθῆσθαι, διδάσκων ἡμᾶς, ἀεί τι τοῦ παρόντος ἐς τὸ μέλλον ἀπολείπειν, καὶ δὲ ἄνειμεν ἐν τῇ σήμερον μνημονεύειν. i. Vnà cum Pythagorica chœnice, in qua uetuit desidere, docẽs nos ut ex eo quod præsens est semper aliquid in futurũ relinquamus, & craſtini dici in hodierno meminerimus. Existimat autem idem maiores significare uoluisse, quibus religiosum habitum est, mẽsas inanes tollere. Demetrius Byzãtius apud Athenæũ interpretatur, non oportere spectare tantũ quæ præsentis diei sunt, quin craſtinũ semper esse expectandum, propemodum cũ Plutarcho consentiens. Ego certè, quandoquidẽ in huiusmodi symbolis diuinare non solũ licet, uerumetiam necesse est, opinor Pythagoricũ hoc ænigma sumptũ ex Homeri loco quem modo citauimus: significariq;, non oportere per inertiam ocium & cibum alienum sectari, sed sua quenq; industria sibi parare facultates, quibus mundiciam uitæ sustineat. Parasiticum enim ac fœdum aliena uiuere quadra, nec ullam artem callere, qua posſis οἰκόσιτος uiuere. Notat id Homerus etiam in Iro, cum ait Odysseæ σ.

Μετὰ δ' ἔπειτα γαστέρι μάρνη,
Αἰνὴν φαγέμεν, καὶ πίεμεν, ὃ δ' οὐκ ἔπι οἶος. Οὐ γὰρ βίη.i.
–Sed uentre insignis inerti
Assiduè bibere atq; edere, ast industria nulla,
Nullaq; uis aderat.

Nec abhorret hinc illud Pauli apoſtoli, ne ipsum quidem incelebre uulgo: Qui non laborat, nec manducet. Cũ nobis adornaretur sexta, ni fallor, Chiliadum æditio, nempe anno ab orbe redẽpto M. D. XVII. cõmodum in lucem exijt opus Antiquarum lect. Ludouici Cælij Rohdigini, de quo quid in totum sentiam, non habeo necesse nũc ferre sententiam: tametsi ipse operis gustus, nã delibaui duntaxat, protinus arguit hominẽ inexplebili legendi auiditate per omne genus autorum circumuolitantem, & ex retextis aliorum sertis nouas subinde corollas concinnare gaudentẽ. Quod autem Georgij Vallæ, Volaterrani, meiq; nusquam, quod quidem compererim, admiscuerit mentionem, quorum tamen commentarijs nonnihil adiutum fuisse probabile est, scio iudicio factum, non liuore: etiamsi hoc ipsum tractans symbolum, negat se quicquam adferre uelle in medium, quod in aliorum commentarijs rebulliat (sic enim ille loquitur) cum non pauca adducat quæ in meis Chiliadibus reperio. Nec enim arbitror ad me pertinere, quòd ille gignit etiam prouerbia, sed cuiusmodi chiliadas sexcentas explere posſis, si fors ea res cordi sit. Vbi plusculum ocij continget, non grauabimur attentius etiam obseruare, si quid illic sit quod ad nostrum hoc institutum pertineat, haudquaquã hominem sua laude fraudaturi, si quid contulerit. Cæterum quod ad huius ænigmatis explanationem attinet, non me fugit quid de chœnice, deq; stragulis cõuolutis diuinarit ille cuius equidem commẽtum in præsentia nec probo, nec refello. mihi certè non libeat ad istum diuinare modum, si quid alioquin à probis autoribus suppeditetur: quæ præsidia simul atq; nos defecerint, tũ fortè diuinabimus & ipsi, sed ita ut in huiusmodi rebus non multum operæ ferìæ ponamus. Quorsum enim attinet anxie disquirere quid senserit is, qui data opera curauit ne posſit intelligi? Cum hæc scriberem, ex eruditorum literis cognoui, Rhodiginum obiisse supremum uitæ diem, nõ sine graui dolore studiorum & iactura studiorum. Narrant enim qui illum do meſtice norunt, fuisse uirum integritatis Christianæ nullo studiorum labore fatigabilem, cum ad extremam senectutem peruenerit. Itaq; tot uirtutibus facilè condono, si minus candidè de nobis sensit. Plus enim apud me ualet publica studiorum utilitas, quàm mei nominis ratio.

Ne cuiuis dextram ingeceris.

Μὴ παρατὶ ἐμβάλλῃ δεξιάν. id est, Ne cuiuis porrigas dextram. hoc est: Ne temere quemlibet in familiaritatem admittas, sed deligas quem diligas. Idem citatur atq; exponitur à Plutarcho, ἐν τῷ περὶ πολυφιλίας. Conuenit cum illo Solonis apophtheg. quod ex Apollodoro refert Diogenes Laërtius, φίλος μὴ ταχὺ κτῶ. ὃυς δ' ἂν κτήσῃ μὴ ἀποδοκίμαζε. i. Amicos ne cito pares, quos autem parauris, ne reijce.

Arctum anulum ne geſtato.

Μὴ φορεῖν στενὸν δακτύλιον. id est, Arctum anulum ne geſtato, hoc est, interprete diuo Hieronymo, ne uixeris anxie. Et ne temet in seruitutem conijcias, aut in eiusmodi uitæ institutum, unde te non queas extricare. Siquidem quisquis anulum anguſtum geſtat, is sibi quodammodo uincula inijcit.

Ignem ne gladio fodito.

Πῦρ σιδήρῳ μὴ σκαλεύειν. i. Ignem gladio ne fodito, hoc est, Iram percitum ne laceſſas. quin magis concedere conuenit, & blandis uerbis tumidum animum placare. Ita diuus Hieronymus & apud Athenæum Demetrius Byzantius. Diogenes Laertius exponit, potentium & ferocium iracundiam non esse conuitijs exagitandam, propterea quòd flamma quo magis exagitatur, hoc magis atq; magis inualescit. Neque dissentit ab hoc interpretamento Plutarchus. Quanquam Plato lib. De legib. 6. sic usurpauit, ut de ijs dici solitum uideatur, qui frustra moliuntur, quod effici nullo pacto queat, ostendens id lusus genus quoddam fuisse, ut ignem gladio dissecarent. Ad eundem fermè sensum retulit diuus Basilius in Epistola ad nepotes, ut idem sibi uelint, ignem gladio dissecare, & cribro haurire aquam. Huc nimirum alluſit Lucianus in 2. Verarum narrat. lib. cum ex insulis fortunatis dimitterentur, fingens se à Rhadamantho admonitum, ut si quando rediret in hunc noſtrum orbem, tria quædam obseruaret, μὴ τῷ μαχαίρᾳ σκαλεύειν, μήτε διέμυς ἐσθίειν, μήτε παιδὶ ὑπὲρ τὰ ὀκτωκαιδέκατα ἔτη πλησιάζειν. i. Ne gladio ignẽ diuerberaret, ne lupinis uesceretur, nec se puero decimumoctauum annum egresſo adiungeret. Si quidem horum meminisset, futurum ut aliquando ad eam insulam reuerteretur. Horatius hoc dicto uidetur indicare crudelitatem cum insania coniunctam. Amor enim per se furor est, qui si erumpat in pugnas ac cædes, ignis gladio perfoditur. Libro Sermonum 2. Satyra 3.

–His adde cruorem, Atq; ignem gladio scrutare.

Cor ne edito.

Μὴ ἐσθίειν τὴν καρδίαν. i. Cor ne edito, hoc est ne curis tuum ipsius animum excrucies. Ad hunc modum enarrat Demetrius Byzantius apud Athenæum. Aut ne solicitudinibus uitam reddas breuiorem. Aristot. enim lib. De partibus animalium 3. narrat, cor esse fontem omnium sensuum, uitæq; ac sanguinis. Aristoph. in Nebulis.

Ὅμως γ' ὁ θυμός δακνόν ἔφλω. id est,
Animum tamen mordens meum, sic inquam.

Item Theognis,

Καὶ δάκνομαι ψυχήν, καὶ δίχα θυμὸν ἔχω. id est,
Et rodor mentem, sumq; animi ambiguus.

Videtur ex Homero sumptum, apud quem est Iliados ι.

Ἤτοι ὁ καπνοῦ τὸ ἀλιτόν οἰ γε ἀλᾶτο,
ὃν θυμὸν

ὀρ θυμὸν κατέδοιμι, πάτερ ἀνθρώπων ἀλεείνων.
Solus at ille quidem uacuis errabat in agris,
Cor adedens curis, hominum uestigia uitans. Et Ω.
Σὸν ἔδμεναι κραδίην. id est, tuum edis cor.

Item Odyssea ι.

ἔνθα δύο νύκτας, δύο τ' ἤματα σιτεχὲς αἰὲν
Κάμνομεν ὁμῶ, καμάτῳ τε καὶ ἄλγεσι θυμὸν ἔδοντες, id est,
Hic soles noctesq; duas consedimus, usq;
Rodentes animum curis simul atq; labore.

Idem Iliados α.

Σὺ δ' ἔνδοθι θυμὸν ἀμύξεις. id est,
Tu intus præcordia rodes.

A fabis abstineto.

Κυάμων ἀπέχεσθαι. id est à fabis abstineto. Huius ænigmatis uaria reperitur interpretatio. Plutarchus in cõment. De liberis educandis, ad hunc enarrat modum. Abstinendum à tractãdis reipub. muneribus, propterea quòd antiquitus in creandis magistratibus suffragia per fabas uice calculorum ferebantur. Quanquam idem in Probl. diuersam adfert causam: nempe quòd omnia legumina uentum & humorem impurũ adferant corporibus, atq; hãc ob causam ad Venerẽ incitent. In eadẽ sententia M. Tullius item fuisse uidetur, qui in lib. De diuinat. 1. scribit ad hunc modum: Iubet igitur Plato sic ad somnum proficisci corporibus affectis, ut nihil sit quod errorẽ animis perturbationemq; adferat. Ex quo etiam Pythagoreis interdictum putatur, ne faba uescerentur, quæ res habet inflationem magnam. Is cibus trãquillitatem mentis quærentibus constat esse contrarius. Aristoxenus tamen apud A. Gellium libr. 4. cap. 11. refellit hanc opinionem, affirmans Pythagoram nullo legumine sæpius usum quàm fabis, quòd is cibus & aluum sensim subduceret & leuigaret. Porrò Gellius de cyamo non est ausus, causam erroris fuisse putat, quòd in Empedoclis carmine, qui disciplinas Pythagoricas sectatus est, uersus hic inuenitur.

Δειλοί ὡς δειλοὶ κυάμου ἀπὸ χεῖρας ἐλέσθαι, id est,
Ah miseri à cyamo, miseri subducite dextras.

Opinati enim sunt plerique, κύαμον legumentũ uulgo dici. Sed qui diligentius scitiusq; carmina Empedoclis arbitrati sunt (utar enim uerbis Gellianis) κυάμους, hoc in loco testiculos significare dicunt: eosq; more Pythagoræ operte atq; symbolice κυάμους appellatos, quasi sint εἰς τὸ κύειν δεινοὶ, καὶ αἴτιοι τοῦ κύειν. i. Ad ferendum uterum efficaces, causæq; ferẽdi uteri, & genituræ humanæ uim præbeant. Idcirco Empedoclẽ uersu isto non à fabulo edendo, sed à rei Venereæ proluuio uoluisse homines deducere. De causis interdictæ fabæ hæc ex Arist. refert Laërtius, φησὶ δὲ Ἀριστόξενος ἐν ᾧ περὶ τῶν κυάμων παραγέλλει αὐτὸν ἀπέχεσθαι τῶν κυάμων, ἤτοι ὅτι ἀδόλοις ἐοικὸς ὄμοιοι, ἢ ὅτι ἀϊδοῦ πύλαις. ἀγόνατον γὰρ μόνον. ἢ ὅτι φθέρμα, ἢ ὅτι τῆς τοῦ ὅλου φύσεως ὅμοιον, ἢ ὅτι ὀλιγαρχικόν. κλυζεῦνται γοῦν αὐτοῖς. i. Aut autẽ Arist. in lib. De fabis, illũ iussisse à fabis abstineri, uel quòd pudendis essent similes, uel quòd inferorũ portis. unum enim hoc legumẽ expers genituræ, uel quòd corrumpat, uel quòd uniuersi naturæ simile, uel quòd ad oligarchiã pertineat, nã fabis sortiuntur. Cũ eo quod postremo loco attigit Arist. cõuenit quorundam sententia, qui putant Pythagoram hoc ænigmate deterruisse à capessenda repub. Mihi magis etiã arridet, quod addit is qui historias quas Gregorius Naziãzenus attigit, collegit, edere fabas, qui lucro corrupti ferunt suffragia. Plutarchus apud eundem Gelliũ testatur Aristotelem scriptum reliquisse, quòd Pythagoras μήτρας καὶ καρδίας, καὶ ἀκαλυφῆς, καὶ τοιούτων τινῶν ἄλλων ἀπέχεσθαι. i. uulua, corde, & marina urtica, atq; id genus quibusdã alijs abstinuerit. Theon grãmaticus apud Plutarchum in Symp. narrat, apud Aegyptios tantã esse fabarũ religionẽ, ut eas neq; serant, neq; comedant, imò nec aspicere fas sit, Herodoto teste. Quin & apud Romanos inter funesta habebãtur, fabæ, quippe quas nec tangere, nec nominare Diali flamini liceret, quòd ad mortuos pertinere putarẽtur. Nã & lemuribus iaciebantur laruis, & parẽtalibus adhibebãtur sacrificijs, & in flore earũ literæ luctus apparere uidentur, ut testatur Festus Põpeius. Plinius existimat ob id à Pythagora damnatam fabam, quòd hebetet sensus, & pariat insomnia, uel quòd animæ mortuorum sint in ea. Qua de causa & in parentalibus assumitur. Vnde & Plutarchus testatur, legumina potissimum ualere ad cuocãdos manes. Varro ob hoc flaminẽ ea non uesci tradit, quoniam & in flore eius literæ lugubres inueniuntur. Cæterũ quòd Plutarchus in Probl. rerum priscarũ inter cætera refert, ob id damnatas fabas, quod Lethes & Erebi sint cognomines, quid sibi uelit nõ satis intelligebã: nisi quòd cõsultis Græcis codicibus, comperi tandem uel librarij uel interpretis errorẽ. Siquidem & Græca sic habent: πότερον ὡς οἱ πυθαγορικοὶ τοὺς μὲν κυάμους ἀφωσιῶντο διὰ τὰς λεγομένας αἰτίας, τὸν δὲ λάθυρον καὶ τὸν ἐρέβινθον, ὡς παρωνύμους τῆς ἐρέβους καὶ λήθης. i. an quòd Pythagorici fabas quidem abominabãtur ob causas quæ feruntur, Lathyrum autem & Erebinthũ, quòd nomẽ à Lethe & Erebo deductũ habeant? hactenus Plutarchi uerba retulimus. Lathyrus autẽ & Erebinthus ciceris genera sunt. Lethe græcis obliuionẽ sonat. Erebus à caligine nomen habet, inauspicatæ uoces sapientiæ studiosis. Hic lapsus in hoc profitiũ, ut Latini codicis mẽdum ostenderimus, ne quis ad eundem impingat lapidem.

Cibum in matellam ne immittas,

Σιτίον εἰς ἀμίδα μὴ ἐμβάλλειν. i. Cibũ in matellam ne immittas. Interpretatur Plutarchus, ne sermonem urbanum immittas in animum hominis improbi. Nam oratio cibus est animi: is corrumpitur & putrescit, si in animũ insyncerum inciderit. Hoc est, quod apud Gelliũ admonet Epictetus, etiam atq; etiam uidendum, in cuiusmodi animum mittamus sermonem. Etenim si in uas insyncerũ immiserimus, in acetum aut lotium uerti. Huc alluxit Horat.

Syncerum est nisi uas, quodcunque infundis, acescit.

Ad finem ubi peruenieris, ne uclis reuerti.

Μὴ ἐπιστρέφεσθαι ἐπὶ τοὺς ὅρους ἐλθόντα. i. Ne reflectas ubi ad terminos peruenieris, hoc est, interprete Plutarcho: Cum aderit fatalis dies, uideris q; uitæ finem adesse, æquo animo feras, neq; turpi uitæ cupiditate exanimeris. In uita Numæ paulo secus refert, βαδίζοντας εἰς ἀποδημίας, μὴ μεταστρέφεσθαι. hoc est, qui peregrinationem ingressi sunt, ne reuertantur. Hieronymus aliter, Post mortem hanc ne desideres uitam. Quemadmodum uulgo quosdam dicentes, audimus Vergilianum illud,

O mihi præteritos referat si Iuppiter annos.

Superis impari numero, inferis pari sacrificandum.

Τοῖς μὲν θεοῖς περισσὰ θύειν, ἄρτια δὲ τοῖς χθονίοις, id est, Superis quidem imparibus sacrificandum, inferis uero paribus. Sed refert tantũ ut ænigma Pythagoricum non interpretatur. Cæterum in problematibus Rom. antiquitatum, docet apud ueteres primum mensem dijs cœlestibus habitum sacrũ, secundum uero dijs inferis, in quo & lustrationibus quibusdam uti mos erat, & mortuis parentabant. Quinetiam totius mensis tres dies principes & autores esse uoluerũt, Calendarum, nonarũ, & Iduũ, quos festos ac sacros habebant ueluti dijs superis dicatos:

qui

Ayuntamiento de Madrid

qui hos sequerentur, hoc est postridie Calendas, nonas & Idus, dijs manibus attribuebãt, ac proinde nefastos ac religiosos iudicabãt. Sic & apud Græcos tertius crater seruatori Ioui, secundus semideis ac dæmonibus tribuebatur. Principium autem omnis numeri est ἑνὰς, cui aduersatur δυὰς, inter pares numeros primus, nec finem habens, nec perfectus, cum ternio sit absolutus. Ac de numerorum quidem mysterijs multa reperies apud Platonẽ & Pythagoricos, nonnulla etiam apud priscos theologos. Quod ad explicandum huius symboli sensum attinet, arbitror illud significatum, deum quoniam mens est simplicissima & in seipso perfecta, dotibus animi potissimum delectari. Nam quæ corporis sunt, cõposita sunt, ac propagatione in immensum multiplicantur, cum animus sit simplex, immortalis, & seipso contentus.

Per publicam uiam ne ambules.

Λεωφόρον μὴ βαδίζειν, id est, Per publicam uiam ne ambules. Diuus Hieronymus exponit, Ne uulgi sequaris errores. Nunquã enim tam bene cum rebus humanis actum est, ut optima plurimis placuerint. Vnde quidam hoc sic efferunt: Viam regiam declinato, per semitas ingreditor. Quod quidem præceptum non abhorret ab Euangelica doctrina, quæ monet, ut declinata uia spacioſa per quam ambulant plerique, per angustã ingrediamur uiam, à paucis quidem tritam, sed ducentem ad immortalitatem.

Tollenti onus auxiliare, deponenti nequaquam.

Φορτίον συγκαθαιρεῖν, μὴ δὲ συναποτίθεναι. Diuus Hieronymus hoc ita refert: Oneratis superimponendum onus, deponentibus non connitendum. Putatq; hũc esse sensum: Ad uirtutem incedentibus augenda præcepta, tradentes se ocio relinquendos. Vnde proferendum hoc pacto, φορτίον συγκαθαιρεῖν, μὴ δὲ συναποτίθεναι. i. Tollenti onus auxiliandum, haud adiuuandus tamen qui deponat. Hoc admonendum putaui, quòd in quibusdam impressis codicibus deprauatum est hoc symbolum.

Ollæ uestigium in cinere turbato.

Χύτρας ἴχνος συγχεῖν ἐν τῇ τέφρᾳ. id est, Ollæ uestigium in cinere turbato. Plutarchus in Symposiacis interpretatur nullum cuidens iracundiæ uestigium oportere relinqui: sed simul atque deferbuerit atque resederit animi tumor, omnem præteritorum malorum memoriam penitus tollendam esse.

Vnguium crinium'q; præsegmina ne commingito.

ἀπονυχίσμασι καὶ κυρσῶς μὴ ἐπουρεῖν, μὴ ἐφίζαζ, id est, Vnguium criniumq; præsegmina ne commingito, neque insistito. Huius nullum adhuc interpretamentum reperi. Verum conijcio sensum hunc esse: si quos habeamus affines, aut cognatos humiles & inutiles, eos tamen non esse usquequaque spernendos, & contumeliis insectandos.

Extra publicam uiam ne deflectas.

ἐκτὸς λεωφόρου μὴ βαδίζειν. i. Extra uiam publicam ne ingrediaris. Hoc quoq; refertur inter Pythagorica symbola à Diogene Laërtio, tametsi superiori diuersum. Neq; est quod hanc miremur pugnantiam: quandoquidem ut rectè præceptum est, loquendum ut plures, sapiendum ut pauci: ita sunt quædam, in quibus cum uulgo conuenire, dexteritatis est: sunt rursum, in quibus à uulgo quàm maxime dissidere uirum bonum oportet. Rectè Flaccus,

Interdum & uulgus rectum uidet, est ubi peccet.

Quæ uncis sunt unguibus, ne nutrias.

Γαμψώνυχα μὴ τρέφειν. id est. Quæ sunt unguibus uncis, ne nutrias. Rapacitatem fugito, interprete Tryphone. Equidem arbitror conuenire cum illo Aeschyli dicto, quod suo reddemus loco, Catulum leonis non esse alendum in rep. hoc est, non admittendos ἀνωβόρους, ut ait Homerus, βασιλέας, reges populi deuoratores, aut factiosos, & prapotentes, qui opes ciuium ad paucos contrahunt, id quod nunc solenne est.

Aduersus solem ne loquitor.

Πρὸς τὸν ἥλιον τέτραμμένον μὴ λαλεῖν. i. Aduersus solem ne loquitor, hoc est manifestis ne repugnes. Nam quod maximè constat, maximeq; in confesso est, id sole clarius dicimus. Ergo contra solem loquitur, qui dicit:

Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri.

Gladium acutum auertas.

Ὀξεῖαν μάχαιραν ἀποτρέπειν. i. Ensem acutũ auertas. Opinor innui, à periculosis negotijs abstinendum. Nam fertur & aliud prouerbium, μὴ παιδὶ μάχαιραν, Ne puero gladium, subaudiendum, committas.

Aduersus solem ne meijto.

Πρὸς τὸν ἥλιον τέτραμμένον μὴ ὀμιχεῖν. i. Aduersus solem ne meijto. Opinor cõmẽdari uerecundiã. Tametsi Plinius superstitionem huius rei causam reddit lib. 28. cap. 6. Verba ipsius subscribam: Auguria ualetudinis ex urina traduntur. Si mane candida, dein rufa sit, illo modo concoquere, hoc concoxisse significatur. Mala signa rubræ, pessima nigræ. Mala bullantis & crassæ: in qua quod subsidit, si album est, significat circa articulos aut uiscera dolorem imminere. Eadem uiridis, morbum uiscerum. Pallidabilis, rubens sanguinis. Mala & in qua ueluti furfures atq; nubeculæ apparent. Diluta quoq; alba, uitiosa est. Mortifera uerò crassa, graui odore. Et in pueris tenuis ac diluta. Magi uetant eius rei causa contra solem lunamq; mutari, aut umbram cuiusquam ab ipsa aspergi. Hesiodus iuxta obstantia reddi suadet, ne deũ nudatio aliquem offendat. Locus hic quẽ Plin. citat, & ex quo symbolũ Pythagoræ sumptum apparet, est in opere cui tit. ἔργα καὶ ἡμέραι,

Μὴ δ' ἀντ' ἠελίοιο τέτραμμένος ὀρθὸς ὀμιχεῖν,
Αὐτὰρ ἐπεὶκε δύῃ μεμνημένος ἐς' ἀνιόντα.
Μὴ τ' ἐν ὁδῷ, μὴ τ' ἐκτὸς ὁδοῦ τροβάδην οὐρήσῃς.
Μὴ δ' ἀπογυμνωθεὶς, μακάρων τοι νύκτες ἔασιν.
Εἵσμενος δ' ὅγε θεῖος ἀνὴρ τετυμένα εἰδὼς,
ἢ ὅγε πρὸς τοῖχον πελάσας οὐρεῖ ἀϋτῆς. id est,

Aduersus solem ne rectus meijto, uerum ut
Occiderit, donec redeat, faccre ista memento.
Sed neq; progrediens, lotium disperseris unquam,
In uiue uijs, extra uiue uias, neq; membra renudes
Micturus, siquidem diuis nox sacra beatis.
At qui uir fuerit prudensq; piusq;, recumbens,
Siue domus muris admotus corpore, meiet.

Hirundinem sub eodem tecto ne habeas.

Ὀμορροίους χελιδόνας μὴ ἔχειν. hoc est, Hirũdines ne habeas sub eodem tecto. Diuus Hieronymus Aristotelis autoritatem secutus, interpretatur abstinẽdum à commercio garrulorum & susurronum. Verum hoc interpretamentum refellitur apud Plutarchum Symposiacon decade octaua. Nam haud æquum uideri, ut auem domesticam & humani conuictus citra noxam amãtem, perinde ut sanguinariam & rapacem propellamus. Quod enim de garrulitate causantur, id esse friuolum, cũ gallos, graculos, perdices, picas, cumq; his aliàs complureis multo magis obstreperas nõ arceamus à domestico contubernio, imò nihil penè minus in hirundinem cõuenire, quàm garrulitatem. Ne id quidem accipiendum uidetur, quòd quidã Pythagoricum symbolũ ad tragœdiam quæ de hirundine fertur, referunt, quasi triste omen secũ adferat. Nam hac ratione philomenã item eijci oportere, ut quæ ad eandẽ pertineat

trag

tragœdiã. Itaq; uero propius uidetur, ob id improbatam hirundinem, quòd eidẽ malo uideatur obnoxia, quo infames habentur aues aduncis unguibus. Siquidem carnibus uictitat, & cicadas, animal maximè uocale, ac muſis ſacrum, uenatur: præterea humi uolans minutis animantibus inſidiatur, deinde ſola auium in tectis uerſatur, nullã adferens utilitatem. Nam ciconia quum ne tecto quidem utatur noſtro, tamen haudquaquam mediocrem contubernij gratiam refert, buſones, ſerpentes, hoſtes hominum è medio tollens. Contrà hirundo, poſtea quàm ſub noſtro tecto ſuos educauit pullos, abit nulla relata gratia communicati hoſpitij. Deniq; quod eſt omnium grauiſſimũ, duo duntaxat animalia domeſtica ſunt, quæ nunquã humano conuictu manſueſcunt, neq; tactum admittunt, neq; cõſuetudinem, neque ullius rei aut diſciplinæ communionem. Muſca ſemper pauitat ne quid mali patiatur, & ob hanc cauſam indocilis ac ſemiſera. Hirũdo item natura uidetur hominem exoſum habere, proinde nec cicuratur, utpote diffidens ſemper, ſemperq; ſuſpicans mali quippiam. His de rebus rectè Pythagoras conuictorem ingratum parumq; firmum, hirundinis ſymbolo monuit ablegandum. Huiuſmodi fermè Plutarchus eo quem oſtendi loco. Quibus illud unum uidetur addendum, Ciceronem, ſeu quiſquis is fuit, in rhetoricis ad Herennium, in fide amicitiæ ſimilitudinem ab hirundinibus mutuari, quæ uere incunte præſto ſint, hyeme inſtante deuolent.

Stragula ſemper conuoluta habeto.

Τὰ στρώματα ἀεὶ συνειλημένα ἔχειν. i. Stragula ſemper conuoluta habeto. Id his quoq; temporibus inelegans & inurbanum habetur, ſiquis ſtragula lecti non componat. Quid autem ſibi uelit hoc ſymbolũ, alijs diuinandũ relinquo. Tametſi ſuſpicor cõmendatam uerecundiã, etiam his in rebus quibus cogimur naturæ neceſſitati ſatisfacere.

In anulo Dei figuram ne geſtato.

Ἐν δακτυλίῳ θεὸς εἰκόνα μὴ περιφέρειν. id eſt, In anulo, dei imaginem ne circumferas. Fortaſſis admonet, non paſſim admiſcendam dei mentionem.

Sellam oleo ne abſterſeris.

Καθέδραν εἰς θάκον μὴ ὁμόργνυσθαι. i. Ne ſedẽ abſterſeris oleo. Nec huius interpretamentum occurrit. Arbitror innui, non eſſe abutendum rebus optimis ad ea quibus neq; dignæ uidentur, neque utiles.

Coronam ne carpito.

Στέφανον μὴ δρέπεσθαι. id eſt, Coronam ne carpſeris. Diuus Hieronymus aduerſus Rufinum interpretatur, urbium leges obſeruandas eſſe, non uiolandas, neque reprehendendas, quòd urbium turrita mœnia coronarum ſpeciem præbeant.

Quæ deciderint ne tollito.

Τὰ πεσόντα μὴ ἀναιρεῖσθαι. i. Quæ deciderint ne tollas. Admonet, ut aſſueſcamus moderatius cibum ſumere. Ariſtophanes in Heroibus, teſte Laërtio, ſuperſtitioſam huius ſymboli cauſam adfert. Heroum enim eſſe quæ ceciderint è menſa, eoq; nefas guſtare. Alij ſic efferunt, μὴ δὲ γεύεσθαι ἅττ' ἂν ἐντὸς τῆς τραπέζης καταπέσῃ. i. Ne guſtes, quæcunq; in menſa deciderint.

A' gallo candido abſtineas.

Ἀλεκτρυόνος μὴ ἅπτεσθαι λευκοῦ. id eſt, Albo gallo ne manum admoliaris, quod Menſi ſacer ſit, utpote horarum nuntius.

Panem ne frangito.

Ἄρτον μὴ καταγνύειν. id eſt, Panem ne frangito. Admonet non eſſe dirimendum amicitiam: propterea quòd antiquitus amicitia pane conciliabatur. Vnde & Chriſtus princeps noſter diſtributo pane, perpetuam inter ſuos amicitiam conſecrabat, P. oinde non conuenire frangi id per quod amici conglutinarentur.

Salem apponito.

Τὸν ἅλα παρατίθεσθαι. id eſt, Salem apponito. Admonet iuſtitiam & æquitatem omni adhibendam negotio. Sal enim quicquid occupauerit ſeruat, & ex rebus puriſſimis conſtat, aqua & mari.

In uia ne feces ligna.

Ἐν ὁδῷ μὴ σχίζειν ξύλα. i. In uia ne feces ligna. Quidam exponunt, non eſſe diſcruciandam & abbreuiandam uitam curis & anxijs cogitationibus.

Ne libaris dijs ex uitibus non amputatis.

Μὴ ἀπάρχεσθαι θεοῖς ἐξ ἀμπέλων ἀτμήτων. id eſt, Ne libaris dijs ex uitibus non amputatis. Nihil grauiũ ſuperis, quod non purum purgatumq; ſit. Hoc ænigma Plutarchus tribuit Numæ in ipſius uita, diuinans eo manſuetudinẽ commendari, quæ pars ſit pietatis: quemadmodum & Euangelica doctrina reijcit munera ferocis, qui nolit fratri ſuo reconciliari. Quod enim purgatum non eſt, agreſte eſt, & farina conducit leniendis quæ dura ſunt. Addit enim quod mox ſubijciam.

Ne ſacrificato ſine farina.

Μὴ θύειν ἄτερ ἀλφίτων, id eſt, Abſque farina ne ſacrificato. Hoc ænigma morum manſuetudinem commendat, ut dictum eſt.

Adorato circumactus.

Προσκυνεῖν περιφερόμενον. i. Adorandum circumactu corporis. Nimirum ad imitationem cœli perpetua uertigine circumacti, Cœlum autem, deum antiquitas credidit. Plutarchus & hoc tribuit Numæ, ceu peculiare. Ac meminit quidem de cœli circumactu, cæterum addit & alias interpretationes: uidelicet cũ ſacra ſpectent exortum ſolis, qui adorat uertens ſe circumacto corpore ad orientẽ, uidetur ſemet ad deũ cõuertere, fictoq; circulo per utrãq; mundi partem uota facere. Subijcit & tertiam, quam uidetur maximè probare. Corporis uertigine ſignificari rotas Aegyptias, ſentit opinor de hieroglyphicis, quibus illi ſignificabant, nihil in rebus humanis eſſe ſtabile aut perpetuum, ſed utcunq; uiſum fuerit deo mutari noſtram uertere ac uolucre, æquum eſſe ut boni conſulamus.

Adoraturi ſedeant.

Καθῆσθαι προσκυνήσοντας. i. Adoraturi ſedeant, ſignificat uota certa concipere oportere, & in his quæ ſunt optima perſeuerare. Et hoc Plutarchus aſſcribit Numæ, niſi quòd in ædito per Aldinos uolumine προσκυνήσαντας. legimus, non προσκυνήσοντας, addens id fuiſſe uelut augurii uota rata firmaq; fore. Addit quibuſdam hanc quietem uideri diſtinctionem actionum, tanquã qui priori actioni finem impoſuerint, ſedentes apud deos, initium alterius actionis ab ijſdem auſpicentur. Quidam arbitrãtur aliũ ſubeſſe ſenſum, quòd oporteat eos qui ſacris operantur, non obiter ac uelut aliud agentes hoc facere, ſed uacuos ac totos rei diuinæ inuẽtos. Vnde Plutarchus idem tradit, quoties pontifex auguria ſeu ſacra aggrediebatur, præcones clamabant, hoc age. Ea uox hortabatur, ut qui ſacra audirent reuerente & attente id facerent. Idẽ in Problematibus rerum priſcarum refert, qui dijs uota feciſſent, in templis manere & quietem agere ſolitos, quòd actiones huius uitæ frequenter inuoluant hominem moleſtijs.

Surgens è lecto, ueſtigium corporis conſundito.

Ἀναστὰς ἐξ εὐνῆς συνταράττειν τὰ στρώματα. i. Cum ſurrexeris ſtragulas cõfundito. Videtur idem cum ſuperiore de ſtragulis complicandis.

A' piſcib

Ayuntamiento de Madrid

A' piſcibus abſtinere.

Ἰχθύων μὴ γεύεσθαι. A piſces ne gustato. Quamobrem Pythagoras ab urtica marina iuſſerit abſtinere, fortaſſis illud in cauſa fuit, quod is piſcis tractatæ ſit ſacer, propter myſterium termonis, quem aiunt huic deæ dicatũ: Sed qua gratia reliquorum uem piſcium eſum interdixerit, non æque promptũ fuerit expedire. Quãquam apud Plutarchũ in Quæſtionibus conuiualibus, quiſpiam huiuſmodi cauſam adfert, Piſces quodammodo Pythagoricæ diſciplinæ contubernales uideri, propter ἐχεμυθίαν. i. ſilentium, ita ut etiam in prouerbiũ abierit, ἀφωνότερος ἰχθύος. i. Magis mutus quàm piſcis. Theon grãmaticus apud eundẽ Plutarchũ diuerſam rationẽ allegat. Nã piſcem maris indigenam & alumnũ eſſe, elemẽti uidelicet non ſolũ alieniſſimi uerumetiã inimiciſſimũ naturæ hominis. Neq; enim deos hinc ali, quemadmodũ de ſtellis opinãtur Stoici, quin parentem & ſeruatorem regionis Aegyptiorũ Oſiridẽ in hoc deiectũ periſſe. Proinde nec aqua maris ad potũ utuntur, nec quicquam eorũ quæ in eo gignuntur, alunturq;, purum & ad hominis uſum accommodatum exiſtimant, ut cũ quibus nec aerem cõmunem, neq; regionem habeamus cõmunem. Quinimò aer hic, per quẽ reliqua omnia uiuunt alunturq;, illis pernicie adfert, tanquã præter naturam, citraq; uſum & genitis & uiuẽtibus. Neq; mirũ, inquit, ſi ab animantibus abſtinent, propter elementũ maris ab humana natura alienis, nec ob id idoneis, quæ cum noſtro ſpiritu ac ſanguine miſceantur, quãdo neq; nautas alloqui dignantur Aegyptij, ſi quando fiant obuij, quippe qui ex mari uictũ ſibi parẽt. Rurſum Sylla codẽ in loco cauſam aliam adducit: nẽpe Pythagorã ferè uerſi ſolitum ijs quæ fuiſſent dijs immolata, primitijs illis dicatis. Atqui nullus piſcis idoneus ad ſacrificiũ. Plutarchus ipſe rationes ſuperiores ita refellit, ut dicat, hoc ipſo nonne magis oportere uerſi piſcibus, quod peregrini generis eſſe uideantur. Immane enim planẽq; Cyclopicum eſſe, ſi quæ ſunt eiuſdẽ generis, mutuo laniatu paſcantur. Nam quod narrant, aliquando Pythagoram empto retiũ iactu, piſces captos emiſiſſe, non eos cõtempſit uelut hoſtes & alienigenas, ſed tanquã amicis iam factis, & captiuis pepercit, perſoluto illorũ nomine precio. Reddit autem duplicem cauſam, quare Pythagoræ non probaretur piſcium eſus, partim quòd res eũ iniuſtitia coniuncta uideretur, perſequi, occidere, uorare animal, quod ipſa natura nullo pacto lædat hominẽ, aut lædere poſſit. Deinde quòd non ad neceſſitatem, ſed ad luxũ, ſuperuacaneamq; gulæ uoluptatẽ pertineat piſciũ eſus. Hinc eſſe quòd Homerus fecerit, nõ Græcos ſolũ cũ circa Helleſpontum militarent, à piſcibus abſtinẽtes, uerumetiam Phæacas ipſos, alioqui helluones. Ne procis quidẽ lurconibus marinũ obſoniũ appoſuit, cũ utriq; inſulares eſſent. Nã apud hos maiorẽ ferè uidemus tum immanitatem tum luxum. Neq; ſocij Vlyſſis unquam aut hamo, aut retibus uſi ſunt, donec farina ſupperet. Verũ omni cõmeatu abſumpto, paulo prius quàm ſacros Soli boues deuorarẽt, piſcari cœperunt: non obſonij cauſa ſed ob famẽ depellendam. Cõmemorantur hoc loco apud Plutarchum, & alia nonnulla de piſcium abſtinentia, ſed hæc ad ſymboli interpretationẽ ſatis eſſe uiſa ſunt. Tribuitur Pythagoræ & illa nobilis ſententia, teſte Plutarcho in commentario De exilio, ἕλε βίον τὸν ἄριστον, ἥδιστον δ' αὐτὸν σωθέντα ποιήσει. i. Optimam uitæ rationem elige, eam iucundam reddet conſuetudo. Diuus Hieronymus hoc etiam dogma Pythagoricum refert, quo uir ille totius moralis philoſophiæ ſummam complexus uidetur. δεῖ φυγαδεύειν πάντα τρόπον καὶ ἀποκόπτειν τὴν νόσον ἀπὸ τοῦ σώματος, τὴν ἀπαιδευσίαν ἀπὸ τῆς ψυχῆς, τὴν ἀσέλγειαν ἀπὸ γαστρὸς, τὴν στάσιν ἀπὸ πόλεως, τὴν διαφωνίαν ἀπὸ τῆς οἰκίας, καὶ κοινῇ ἀπὸ πάντων τὸ ἀκρατές. id eſt, Fugare conuenit, ac modis omnibus reſecare, morbum à corpore, inſcitiam ab animo, luxuriem à uentre, ſeditionem à ciuitate, diſcordiam à familia, in ſumma ab omni negotio intemperantiam.

Non bene imperat, niſi qui paruerit imperio. III

Οὐκ ἔστιν εὖ ἄρξαι μὴ ἀρχθέντα. i. Fieri non poteſt, ut bene gerat imperium, qui non tulerit imperiũ. Manet hoc adagiũ, hodieq; uulgò celebre, neminem rectè dominũ agere qui non ante miniſtrum geſſerit. Citat autem Ariſtoteles Polit. lib. 3. διὸ λέγεται καὶ τοῦτο καλῶς, ὡς δεῖ ἔστιν εὖ ἄρξαι, μὴ ἀρχθέντα. i. Quapropter illud etiã rectè dicitur, Neminem bene imperium gerere, qui non ipſe prius ſub imperio fuerit. Rurſum codẽ libr. τόν τε μέλλοντα ἄρχειν καλῶς, ἀρχθῆναί φασι δεῖν πρῶτον. i. Eum enim qui bene ſit adminiſtraturus imperiũ, aiunt imperium ferre prius oportere. Magis prouerbialiter extulit Plato, libr. De legib. 6. δεῖ δὴ πάντ' ἄνδρα διανοῆσθαι περὶ ἁπάντων ἀνθρώπων, ὡς ὁ μὴ δουλεύσας ὅδ' ἂν διατόνως γένοιτ' ἄξιος ἐπάνω. i. Iam illud oportet unumquemq; de mortalibus uniuerſis cogitare, qui non ſeruierit, eũ haudquaquam dominum fore laude dignum. Plutarchus in ducem imperitum, ὅτε μὴ πιστὸν ὄντα ὑφ' ἡγεμόνι, οὔτε δικαίως ἀγνοοῦντα, οὔτε ἀκουσμένου καὶ πειθομένου, ἢ τάττειν ἀτακτοῦντα, ἢ ἄρχειν μὴ ἀρχομένων. i. Neq; enim lapſi partes ſunt alios erigere, neq; inſcij docere, neq; incompoſiti componere, neq; ordinare inordinati, neq; imperare qui imperium non ſit paſſus. Idem hoc laudis peculiariter tribuit Ageſilao, ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ ἄρχειν μὴ ἀπαιδεύτου πρὸς ἄρχεσθαι. i. Veniſſe ad imperium, non indoctum parere imperio. Seneca libr. De ira 2. Nemo regere poteſt, niſi qui & regi. Natum adagium à nobili illo Solonis apophthegmate, quod in eius uita refert Diogenes Laertius; ἄρχε πρῶτον μαθὼν ἄρχεσθαι. i. Imperium gere, ſed ubi prius imperium ferre didiceris. Itaq; referri poteſt uel ad eos, qui prius alieno parendo imperio diſcunt imperium in alios gerere: uel qui prius cupiditatibus imperant ſuis, quàm in alios exerceant imperium. Neq; enim idoneus eſt ut alijs dominetur, qui ipſe ſeruit affectibus: neque rex alijs eſſe poteſt, niſi quem ratio rexerit.

Adonidis horti. IIII

Ἀδώνιδος κῆποι. i. Adonidis horti, de rebus leuiculis dicebatur, parumq; frugiferis, & ad breuẽ præſentemq; modo uoluptatem idoneis. Pauſanias teſtatur, Adonidis hortos olim in delicijs fuiſſe, lactucis potiſſimum ac fœniculis frequentes, in quibus femina haud aliter atque in teſta deponi conſucuerint, coq; rem in prouerbium abiiſſe contra futiles ac nugones homines, & uoluptatibus inceptis natos: cuiuſmodi ſunt cantores, ſophiſtæ, poëtæ laſciui, cupediarij, atq; id genus alij. Erant autem ij horti Veneri ſacri, propter Adonidem eius amaſiũ, primo ætatis flore præreptum, atque in florem conuerſum. Horum mentionem facit Plato in Phædro. ὀνὺξ ἔχων γεωργὸς, ὡς σπερμάτων κάλλιστα, καὶ ἔγκαρπα βάλοιτο γενέσθαι, τότε μὲν ἀδώνιδος κῆπος ἂν ἀθέρας ἐν ἑπτὰ ἡμέραις σπείρειεν, ἢ ταῦτα μὲν διὰ παιδιᾶς τε ἕνεκα χάριν ἱδρῶν ἄν, ὅταν καὶ ποιῇ. i. Nũ agricola qui ſapiat, ſemina quæ curæ haberet, quæq; cuperet aliquando fructũ adferre, æſtatis tẽpore ſummo ſtudio in Adonidis hortos mittet, gaudetq; ſpectare eos intra dies octo iam pulchros effectos: an ea quidem per luſum, ac feſti gratia faciet, ſi quando tamen fecerit? Ita Plutarchus in commentario, cui titulus, περὶ τοῦ βραδέως ὑπὸ θεῶν τιμωρεῖ

τιμωρημένος, id est, de eo qui à numine sero punitur: ἀλλὰ μικρός τις καὶ κονάσσεσθαι ὁ θεὸς ὅτιμ, ὥστε μηδὲν ἡμῶν ἐχόντων θεῖον ἐν αὐτοῖς, μηδὲ προσόμοιον ἀμὸς γέπως ἐκείνῳ, μὴ διαρκὲς καὶ βέβαιον, ἀλλὰ φύλλοις, ὡς ὅμηρος ἔφη, παραπλησίως ἀπομαρανομένων πανταπάσι καὶ φθινόντων ἐν ὀλίγῳ, ποιεῖ λόγον τοσοῦτον, ὥσπερ οἱ τὰς ἀλώνιδι κήπους ἐπ' ὀρεάκοις τισὶ τιθυνόμενοι μὴ θεραπένεσθαι γυναῖκες, ἐφημέρους ψυχὰς ἐν σαρκὶ τρυφερᾷ καὶ βίς ἔτι ἰσχυρὰν ὑ διεκομένη βλαστάνεσας, εἶτα ἀποσβεννυμένας ἀὐ ὑπὸ δὴ τυχέσης προφάσεως. id est, Imò morosior quispiam, & leuicularum rerum curiosus est deus, qui cum nihil habeamus diuinum in nobis, neque quod ullo modo ad alius similitudinẽ accedat, quod constet, ac stabile perpetuumq; sit, quin magis feliorum ritu, quemadmodũ ait Homerus, undequaq; marcescamus, intereamusq; breui, tantam nostri curam habeat: non aliter quàm mulieres, quæ Adonidis hortos, ad dies pauculos uernantes, in testulis quibusdam nutriunt, fouentq; animas breui duraturas, in carne tenera, & solidam uitæ radicẽ non recipiente suppullulantes, ac mox ad quamuis occasionem interituras. Meminit & Theocritus Idyllio ⊙

Πὰρ δ' ἄπαλοὶ κᾶποι πεφυλαγμένοι ἐν ταλαείσκοις
Ἀργυρέοις, id est, .

Adsunt & teneri calathis candentibus horti Seruati.

Effertur paræmia etiam hoc modo, ἀκαρπότερος τῶν ἀλώνιδος κήπων, id est, Infructuosior Adonidis hortis. Non dissimili figura Isæus apud Philostratum iuueniles uoluptates appellat, ταῖς ἀλὸς κήπους, quòd umbris ac somnijs persimiles sint, nec expleant hominis animum, sed irritent potius. Similiter Pollux sophistæ Athenodori dictionem appellabat Tantali hortos, quòd iuuenilis esset ac leuis, speciem præ se ferens, quasi esset aliquid quum nihil esset.

Infixo aculeo fugere. V

Βαλὼν φεύξεσθαι οἴει; id est, Iaculo immisso fugiturum te putas? Metaphora prouerbialis, ubi quis dicto cõuitio, seu maleficio quopiã peracto, statim subducit sese, ne uel tueri cogatur quod dixerit, aut ne mutuum recipiat. Eryximachus medicus in conuiuio Platonis, Aristophani discedere paranti ne cogeretur & ipse laudare Cupidinem, ac iocis quibusdã poëticis eludenti, Βαλόντα φάναι ὦ ἀριστόφανες οἴει σὲ ἀφεθήξεσθαι; ἀλλὰ πρόσεχε τὸν νοῦν καὶ ὅτως λέγε ὡς δώσων λόγον ἴσως μέν τοι, ἂν δόξῃ μοι, ἀφήσω σε. id est, Vt uidetur, inquit, Aristophanes, immisso in nos iaculo fugiturũ te credis? Quin tu animum aduerte, atq; ita loquere, tanquã rationẽ redditurus. Sane si mihi uidebitur, fortasis te dimittam. Vtitur itẽ in Phædone, & in primo De rep. lib. quanquã hoc loco mutet metaphoram, & ad balneatorem iniecta aqua discedentem referat, ταῦτα εἰπὼν ὁ θρασύμαχος ἐν νῷ εἶχεν ἀπιέναι, ὥσπερ βαλανεὺς ὑμῶν καταντλήσας κατὰ τὸν ὦτον ἀθρόον καὶ πολὺν τὸν λόγον. i. Hæc locutus Thrasymachus, in animo habebat discedere, ceu balneator quispiam, effusis in aures copiosis ac multis uerbis. Ac mox eodem in loco, οἷον ἐμβαλὼν λόγον, ἐν νῷ ἔχεις ἀπιέναι, i. uelut iniecto dicto paras discedere. Respexit ad prouerbium Plutarchus in commẽtario De ijs qui tarde puniuntur à numine. ἀλλ' ὅδ' ἐβαλὼν εἶπερ ἀπωλλάκει, καλῶς εἶχε περιεσᾶν τὸ βέλος ἐγκείμενον. i. Quinetiam si discesserit, inquit, immisso iaculo, non conuenit telum inhærens negligere. Alluxit ad hãc paræmiam Aristoteles in tertio Naturalium auditionum lib. Refellens enim Anaxagoræ sententiam, qui dixisset, infinitũ immotũ esse, & in seipso conquiescere, negat satis esse dixisse tantum, & aufugere, quin causam etiã reddere debuerit, quamobrem infinitum moueri non posset, ὁ δέ, inquit, ἱκανὸν, τὸ ὅτως εἰπόντα ἀπηλλάχθαι, ut obiter & orthographiam emendem, non Aristotelis, sed typographi. Quadrabit igitur in eos, qui uelut oracula quædam pronunciant, alijs coniectandi materiam ministrantes, ut qui non interpretentur quamobrem ita senserint. Translatum uidetur ab apibus, aut uespis, quæ infixo aculeo, statim aufugiunt. Id enim innuit Plato in Phædone. Potest & ad Parthos referri, qui iaculo coniecto in hostem, mox equis uersis se fuga proripiunt, nec audent cominus congredi. Simillimum est huic, quod est apud Ciceronem libro De finibus bonorum quarto: scrupulum, inquit, abeunti, sed uidebimus. Solet enim scrupulus esse molestus ambulantibus. Idem apertius in oratione pro L. Flacco. Flacco uero quid profuit, qui ualuit tam diu dum huc prodiret. Mortuus est aculeo tam dimisso ac dicto testimonio.

Nodum soluere. VI

Κάθαμμα λύειν. i. Nodum soluere, dicebatur qui negocium alioqui impeditum facile conficeret. Natum hinc aiunt, quòd tradunt Midam curru nodis quibusdam inexplicabilibus è corni lib. connexo uectari solitum. De hoc in templo reposito proditus erat apud Phrygas rumor, qui uinculum illius soluisset, eum Asiæ imperio potiturum. Alexander magnus explicuit, exempto clauo qui iugum temoni connectebat: quidam aiunt gladio dissecuisse. Cuius historiæ alio loco mentionem faciemus, in prouerbio Herculanus nodus. M. Tullius Epist. ad Atticum lib. v. Cæsari nullus honos à Senatu habeatur, dum hic nodus expeditur, id est, dum hoc negocium conficitur.

Dodonæum æs. VII

Δωδωναῖον χαλκεῖον. i. Dodonæum cymbalum, aut tintinnabulum. In hominem dici consuevit improbæ atque importunæ loquacitatis. Zenodotus citat ex Ariphoro Menandri. Tradit autem in Dodona duas fuisse sublimes columnas, in altera positum peluim æreum, in altera pensile pueri simulacrum, flagellum æreum manu tollentis: quoties autem uentus uehementius flauerit, fieri ut scutica impulsa crebrius lebetem feriat, isq; percussus tinnitum reddat ad multum etiam temporis resonantem. Alij referunt ad æra Corinthia, quæ præ cæteris clarius tinniant. Meminit huius adagij Stephanus in dictione Dodone. Iuuenalis ad Adagium allusisse uidetur, cum ait,

Tot pariter pelues, tot tintinnabula credas Pulsari,
Muliebrem garrulitatem taxans. Suidas diuersum adagij adfert interpretationem ex Dæmone. Ait enim oraculũ Iouis, quod olim erat in Dodona, lebetibus æreis undique cinctum fuisse, ita ut inuicem sese contingerent. Itaque necesse erat fieri, ut uno quopiã pulsato, uicissim & omnes resonarent, sonitu per contactum ab alijs ad alios succedente. Durabatq; in longum tempus tinnitus ille, uidelicet in orbem redeunte sono. Putatq; paræmiam dictam in sordidos, & quantumuis pusilla de re querulos. Verum Aristoteles hoc commentum ut fictitium refellit, adferens aliud interpretamentum, quod modo retulimus, de columnis duabus, & simulachro pueri. Plutarchus in commentario περὶ ἀδολεσχίας indicat, in Olympia porticum quandam fuisse, ratione mathematica ita compositam ut pro una uoce multas redderet, atque ob id ἐπήχωνον appellatam. Cumq; hac confert homines impendio loquaces, quos si uerbulo tangas, continuo referunt tantum uerborum, ut nullus omnino sit garriendi finis. Meminit huius adagionis & Iulius Pollux libr. 6. cap. de loquacibus his uerbis: τὸ δὲ Δωδώνης χαλκεῖον.

Prora & puppis. VIII

Πρώρα καὶ πρύμνα. id est, Prora & puppis. M. Tullius libr.

Familia

Familiarium epist. ultimo, scribens ad Tyronem suum, paræmiam hanc refert his uerbis: Mihi prora & puppis, ut Græcorum prouerbium est, fuit à me tui dimittendi, ut rationes meas explicares. Prora itaq; & puppi, summam consilij nostri significamus: propterea quòd à prora & puppi, tanquã à capite & calce pendeat tota nauis. Apud Græcos inuenio pronũciatum hoc pacto, τὰ ἐκ πρῴρας, καὶ τὰ ἐκ πρύμνης ἀπόλλυται. id est, à prora pariter atq; à puppi pereunt: siue prora pariter ac puppis perit, hoc est, ad internecionem. Philostratus in Heroicis, ἀλλὰ δεῖ πρυμνοδεσίᾳ τῇ νηΐ, καθάπερ τὴν ὀλυσσέα, εἰδὲ μὴ, καὶ τὰ ὁμοπρῴρας φασὶ καὶ ὁμοπρύμνης ἀπολεῖται. id est, Sed oportet Vlyßis in morem naui alligatum esse, alioqui & prora, quod dici solet, & puppis perit. Consimili figura dictum est in Apocalypsi: ἐγὼ εἰμὶ ἄλφα καὶ ω. Ego sum Alpha & ω. Ego sum rerũ omnium summa. Omnia proficiscuntur à me, uelut à fonte, & ad eundem omnia referuntur, tanquàm ad felicitatis portũ. Nam alpha α Græcis prima litera est, ω magnũ postrema. Neq; dißidet hinc illud Theocriticum in Encomio Ptolemæi: Ἀνδρῶν μὲν πτολεμαῖος, ἐν πρώτεσσι λεγέσθω, Καὶ τύμασιν, καὶ μέσσοις. id est, Aſt hominum in numero decantetur Ptolemæus, Primus & ultimus, ac medius. Item Vergil. illud:

A te principium, tibi desinet.

Huc pertinet quòd Demosthenes pronũciationẽ, τὸ πρῶτον, τὸ δεύτερον, καὶ τὸ τρίτον esse dixit, uniuersam eloquentiam intelligens. Plato de Legib. lib. 4. ὁ μὲν δὴ θεὸς, ὥσπερ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος, ἀρχήν τε καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων ἅπάντων ἔχων. id est, Iam deus quidem ipse, quemadmodũ uetusto uerbo dicitur, tum initium, tum finem, tum medium rerũ omnium cõplectens. Plutarch. in commentario De liberis educandis: ὅτι ἓν πρῶτον καὶ μέσον καὶ τελευταῖον ἐν τούτοις κεφάλαιον ἀγωγὴ σωφρονικὴ καὶ παιδεία νόμιμός ἐστι. id est, quòd una res, primum & medium, ac postremum hic caput est, proba institutio, legitimaq; eruditio. Arist. lib. Rhet. 3. refert ex Alcidamãte quodam, qui philosophiam, legũ uallum ac fossam appellarit, omne legum præsidium in philosophia situm innuens. At philosophus eam metaphoram tanquam duram ac frigidã dãnat: quasi uerò non durior sit illa superior, πρῴρα καὶ πρύμνη. Verũ in oratione seria fortaßis uitiosæ fuerint: in adagijs non itẽ offendit duricies, ut quæ sæpenumero uel ænigmatũ simillima sint, eaq; fermè laudatißima uideãtur, quæ paulo lõgius detorta fuerint. Proinde quoties summã totius negotij, & omne momentũ præsidiũq; significabimus, proram & puppim, aut fossam & uallum dicemus: ut, pietas studiorum nostrorũ prora & puppis esse debet. Quibusdam omniũ rationum prora & puppis est pecunia. Aduersus Carthaginenſium uim Scipio fossa pariter & uallum erat, id est præcipuum tutamentum.

Vmbræ. IX

Σκιαὶ, id est, umbræ prouerbiali ioco dicebantur olim ij qui uenirent ad conuiuium, non ipsi quidem uocati, sed comites eorum qui uocati fuerant, sic illos sequentes, uelut umbra corpus ultro sequitur. Ad hanc paræmiam alluſit Horatius Epist. lib. 1. ſcribens ad Torquatum:

—Brutam tibi, Septimiumq;,
Et nisi cœna prior, potiorq; puella Sabinum
Detinet: ad ſummam, locus est & pluribus umbris:
Sed nimis arcta premunt olidæ conuiuia capræ.

Hoc loco neq; Acron prouerbij facit mentionem. opinor quòd rem uulgo iactatam, ceu notam præterierit. Christophorus Landinus, uir alioqui doctus, umbras interpretatur loca in rure operta umbris, in quibus commode discumbant cõuiuæ. Præterea capras interpretatur ſcurras mordaces. Postremo: Dic quotus esse uelis, ad hunc exponit modum: Reſcribe, cuius fortunæ homines tibi conuiuas adhibeam. Nã si cupis digniores te, eris postremus: si inferiores, eris primus. Hæc non fueram adſcripturus, niſi conduceret oſtendisse in quæ deliramenta uirum eruditũ adigat nonnunquam unius prouerbioli ignorantia. Sensus autẽ Horatiani carminis sic habet. Admonet Torquatũ, ut ad cœnã ueniat, paucis comitatus, uidelicet Bruta, Septimio & Sabino: non quòd sit defuturus in accubitu locus, si uelit plureis umbras secum adducere: uerum id futurũ incommodi, ut alarũ odor offendat conuiuij suauitatẽ, si angußius sedeatur. Deinde si uelit omnino plureis umbras, id est, comites, præmoneat se de numero, ne non reſpondeat apparatus. Brutã itaq;, Septimiũ et Sabinũ umbras Torquati uocat, si ueniãt, nõ ipſi quidẽ inuitati, ſed à Torquato quẽ uocarat Horatius, ceu comites adducti. Idẽ alibi:

—Cum Seruilio Balatrone

Vibidius, quos Mecœnas adduxerat umbras. id est, Vltroneos comites.

Plutarchus συμποσιακῶν li. 7. quid sint umbræ, narrat his uerbis: τὸ ἦθος, οὓς νῦν σκιὰς καλοῦσιν, οὐ κεκλημένους αὐτοὺς, ἀλλ' ὑπὸ τῶν κεκλημένων ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἀγομένους, ἐζήτει τῶδε πως ἔσχε τὴν ἀρχήν. ἐθέλοντὸς ποτε τῶν ἀπὸ σωκράτους ἀεὶ ξένου ἀναπείσαντος τὸν κεκλημένον εἰς ἀγάθωνος ἰέναι σὺν αὐτῷ, καὶ παθόντα τι γελοῖον ἐλαθεῖν κατὰ τὴν ὁδὸν ὑπολειφθεὶς ὁ σωκράτης, ὁ μὲν προεισελθὼν ἀτέχνως σκιὰ προβαδίζουσα σώματος, ἐξόπισθεν τὸ φῶς ἔχοντος. id est, mos autẽ adducendi comites, quos nunc umbras appellant, non ipſos quidem uocatos, ſed ab alijs qui uocati fuerant ad conuiuium adductos, quæsitum est unde nam inoleuerit. Existimabant natum à Socrate, qui Aristodemo perſuaserit, ut non uocatus, secũ ad Agathonis conuiuium accederet. Acciderat enim Aristodemo ridiculum quiddam. Siquidem cùm inter eundum non sentiret Socratem à tergo relictum, prior ingreſſus est, planè uelut umbra corpus præcedens, lumine à tergo sequente. Hactenus Plutarchus. Est autẽ hæc de Socrate et Aristodemo fabula apud Platonẽ in dialogo, cui titulus συμπόσιον.

Nihil ad Parmenonis ſuem. X

Οὐδὲν πρὸς τὴν παρμένοντος ὗν. id est, Nihil ad Parmenonis ſuem. De æmulatione dictum, quæ longo interuallo abeſſet ab eo quod imitaretur. Plutarc. in Symp. 5. Deca. 2. Prob. quo pacto natum sit adagium, narrat ad hanc fermè sententiam. Parmeno quißpiam fuit ex hominũ eorum genere, qui noſtris etiam temporibus uarias animantium & hominum uoces ita scitè imitantur ac repræſentant, ut audientibus tantum, non etiam uidentibus, uerè nõ imitatæ uoces uideantur. Neq; deſunt quos hoc artificiũ maiorem in modũ delectet. Parmenon igitur hac arte uulgò ut iucũdißimus, ita etiam celeberrimus fuiſſe perhibetur: quẽ cùm reliqui conarẽtur æmulari, ac protinus ab omnibus diceretur illud: εὖ μὲν, ἀλλ' οὐδὲν πρὸς τὴν παρμένοντος ὗν. hoc est, Recte quidem, uerum nihil ad Parmenonis ſuem: quidam prodijt, ueram ſuculã sub alis occultatam geſtans. Huius uocem cum populus imitatitiam esse crederet, ſtatimq; ſicut ſolent, reclamarent, τί ἔστι ταῦτα πρὸς τὴν παρμένοντος, id est, Quid hæc ad Parmenonis ſuem? uera ſue depromptа, ac propalam oſtenſa, refellit illorum iudiciũ: utpote non ex uero, ſed ex imaginatione profectum. Meminit idem Parmenonis ac ſuis adumbratæ, in comment. De audiendis poëtis. Nec intempeſtiuiter utemur hoc adagio, quoties aliquis opinione deceptus, de re perperam iudicat. Veluti ſi quis epigramma parum eruditum ac neotericum ſupra modum admiraretur, perſuaſus antiquum esse. Rurſum, ſi quod antiquum esset & eruditum,

Ayuntamiento de Madrid

ceu nuperum damnaret. Tantum enim ualet hæc imaginatio, ut eruditissimis etiam uiris in iudicando imponat.

Syncretismus. XI

Συγκρητισμὸς Cretico prouerbio dicebatur, quoties fieret, ut qui modò uidebantur hostes acerrimi, repente in summam concordiam redigerentur: id quod frequenter euenire solet, maxime si quando malum aliquod inciderit utrisq; commune. Plutarchus in comment. περὶ φιλαδελφίας. id est, de fraterna charitate recèset, simulq; explicat paræmiam his uerbis, ἔτι τοίνυν ἐκεῖνο δεῖ μνημονεύειν ἐν ταῖς πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς διαφοραῖς, καὶ φυλάττειν τὸ τοῖς φίλοις αὐτῶν ὁμιλεῖν καὶ πλησιάζειν τότε μάλιστα, φεύγειν γὰρ τοὺς ἐχθροὺς καὶ μὴ προσδέχεσθαι, μιμεῖσθαι αὐτὸ γὰρ τοῦτο τὸ κρητῶν, οἱ πολλάκις φασιάζοντες ἀλλήλοις καὶ πολεμοῦντες, ἔξωθεν ὑπισταμένων πολεμίων διελύσαντο, καὶ συνίσαντο, καὶ τοῦτο ἦν ὁ καλούμενος ὑπ' αὐτῶν συγκρητισμός. id est, Præterea oportebit & illud meminisse, fratribus inter se dissidentibus obseruare; ut potissimum eo tempore consuetudinem habeas & conuictum cum illorum amicis. Rursum, inimicos fugias, neq; admittas ad familiaritatem, illud uidelicet Cretensium exemplum secutus, qui frequenter cum factionibus & bellis intestinis inter sese pugnarent, inuadentibus aliunde hostibus omissa contentione coniuncti sunt: atq; is erat, quem illi syncretismum appellabãt. Hactenus Plutarchus. Simile quiddam refert de Sudracis & Mallis Quintus Curtius lib. 9. quos aliàs bellare inter se solitos, periculi societas iũxerat imminente Alexandro. Pertinet huc quod aliàs ex Aristot. referemus: συνάγει τοὺς ἀνθρώπους τὰ κακά. id est, Conciliant homines mala. Adagium recte accommodabitur & in illos qui amicitiam ineunt: non quòd sese ex animo diligant, sed quòd alter alterius opis egeat: aut quo ueluti coniunctis copijs communem inimicum pessundet. Id quod his temporibus sæpenumero factitari uidemus, ut arma iungant, alioqui inter se infensissimis animis. Tanta incest & Christianis hominibus ulciscendi rabies. Refertur & ab Apostolio quodam Byzantino, recentissimo apud Græcos prouerbiorum coacernatore.

Qui circa salem & fabam. XII

Περὶ ἅλα καὶ κύαμον. id est, iuxta salem & fabam. In eos dicebatur, qui se simularent scire quod nescirent. Siquidem diuini responsuri, fabam & salem apponebant. Vnde qui inter sese de rebus arcanis communicarent, τοὺς περὶ ἅλα καὶ κύαμον appellabant. Ad hunc quidem modum scriptũ legitur in Diogeniano, reliquisq; Græcarum paræmiarum collectoribus. Verum Plutarchus in Sympos. probl. Decade 4. non fabam, sed cuminum scribit, nisi forte depraua tus est codex: ἐκεῖνο δέ πως ὑμᾶς λέληθε τοὺς περὶ ἅλα κύμινον, ὅτι τὸ μὲν ποικιλόν ἐστι, τὸ δ' ἡδύ. id est, At illud fortasse uos fugit, quod aiunt, qui iuxta salem ac cuminum, quòd illud quidem lautius, hoc suauius. Rursum eiusdẽ operis Decade 5. ἑζήτει φλῶρος ὀστωμύλων ἡμῶν παρ' αὐτῷ, τίνες ἂν εἶεν οἱ περὶ ἅλα καὶ κύμινον ἐν παροιμίᾳ λεγόμενοι. id est, Quærebat Florus, cùm apud ipsum cœnaremus, quinam essent qui in prouerbio iuxta salem & cuminum dicerentur. Apollophanes autem grammaticus sic eam quæstionem dissoluit, ut dicat adagium summam familiaritatem significare. Siquidem qui magnopere inter se familiares sunt, hi uel salem, uel cuminum unà cœnant, neq; requirunt apparatum ullum ciborum. Vnde & ille iocus est Octauij Cæsaris ad quendam, à quo fuerat conuiuio perparco frugaliq; acceptus: nescibam me tibi esse tam familiarem. Huc pertinet etiam illud, quod suo loco referemus: ἅλα καὶ τράπεζαν μὴ παραβαίνειν. id est, Non oportet transgredi salem ac mensam, hoc est, amicitiæ ius quod his rebus conciliatur, non est uiolandum. Porrò salis nomine frugalem uictum innui, passim ex poetis licet cognoscere. Horat. in Odis:

Viuitur paruo bene, cui paternum
Splendet in mensa tenui salinum. Idem in Sermonibus:
Modo sit mihi mensa tripes, & Concha salis puri.

Verũ in diuinationibus uidetur magis religionis causa solitus apponi. Cur autem hic honos sali potissimũ sit habitus, quæritur apud Plutarch. in eo quem modo citaui loco. Nam & Homerus salẽ diuinũ appellat, & Plato scripsit salẽ rebus diuinis amicissimũ, familarissimumq;. Proinde Aegyptij honoris causa prorsum à sale abstinent, adeo ut ne panibus quidem nescant sale conditis. Tametsi Plutarchus arbitratur Aegyptios hac gratia potius abstinuisse, si quando pure uiuere uellent, quod præcipue libidinem iritare putetur, idq; propter calorẽ. Præterea non est ueri dissimile, illos abdicasse sibi salem, tanquam condimentum omnium suauissimũ, ita ut nõ immerito opsoniorum opsoniũ appellari possit. Nam sunt qui hac de causa salem gratiũ nominarint, quòd citra hunc omnia uideantur insipida ingrataq;. Quãquam illud maxime diuinũ in se sal habere uidetur, quòd à corporibus uita destitutis putrefactionem ac tabẽ arceat, neq; sinit prorsum interire, diu morti uelut resistens, animæq; quoad licet, uice fungẽs. Atqui nihil est anima diuinius. Huius ut est officium, animantia tueri, cõtinereq;, neq; sinere compaginem dilabi: itidẽ sal animæ exẽplo cohibet corporũ harmoniam ad tabem tendẽtium, & membrorum inter sese amicitiam conseruat. Hac eadẽ ratione, fulguris ignem sacrũ ac diuinũ arbitrantur, quòd ictorũ corpora multo tẽpore perdurent, neq; putrescant. Habet & illud quasi diuinũ sal, quòd uim quandã gignẽdi genuinam habere credatur, uel hoc argumẽto, quod sicuti paulo superius dictũ est, seminalem uigorẽ expergefacit, acuitq;. Proinde qui canibus alendis dant operã, salsis carnibus ac salsamẽtis eos pascunt, quo ad gignendũ reddantur alacriores. Accedit huc, quòd è nauibus marinis immẽsa murium uis soleat enasci. Neq; desunt qui dicant, mulieres etiam citra uirilem operam fieri grauidas, si salem lingant. Præterea putant huc alluisse poëtas, qui non sine causa finxerunt, Venerem genituræ principem è salo natam fuisse, quam etiam ἁλιγενῆ, id est, saligenam cognominant. Quin ijdem deos omneis marinos fœcundos, & plurimorum liberorum progenitores faciunt. Deniq; nullum est animal, neq; terrestre, neq; uolatile, perinde fœcundũ, ut sunt omnia marina. Huiusmodi fermè de sale differũtur apud Plutarchum, quæ quidem hoc magis libuit referre, quòd in Christianis etiã mysterijs, præcipue baptismi, quo renascimur, ac denuo gignimur ad salutem, sal in primis admisceatur, ut ex his quæ ueteres de sale senserunt, non nihil etiam theologus ad suum usum possit accommodare.

Duabus ancoris fultus. XIII

ἐπὶ δυοῖν ὁρμεῖ. id est, Duabus nixus in portu sedet, subaudiendum ancoris. De firmis & immotis, & qui rem suam probè constabilierũt. Ductum à nauibus intra portũ tutò manentibus, à prora simul & à puppi proiectis ancoris. Meminit Aristides in Panath. Ab eadẽ metaphora ductũ est, quod aduersus Ctesiphontem dixit Demosth. Οὐκ ἐπὶ τὰ αὐτὰ ὁρμεῖ τοῖς πολλοῖς, subaudiendum ἀγκύρας, id est, Haud eadem ancora nixus est qua uulgus hominum.

Sine capite fabula. XIIII

ἀκέφαλος μῦθος. id est, Sine capite sermo, dicitur imperfectus ac mutilus. Plato libro De legibus 6. Οὐκοῦν δόκῶ λέγων γε ἂν, μῦθον ἀκέφαλον ἐκὼν καταλίποιμι, πλανώμενον γὰρ ἂν ἀπάντη τοιοῦτος ὢν, ἄμορφος φανείη. id est, Nequaquã profectò, postea quàm dicendi partem suscepi,

Ayuntamiento de Madrid

ccpi, ſermonem abſq; capite libens reliquerim. Etenim ſi obſtrans talis occurrat alicui, fœdus uideretur. Rurſus in Gorgia: Ἀλλ' ὅδε τὰς μύθους φασὶ μεταξὺ θέμις εἶναι καταλείπειν, ἀλλ' ἐπιθέντας κεφαλήν, ἵνα μὴ ἄνευ κεφαλῆς περιῇσι. id eſt, At ne ſermones quidē interim aiunt fas eſſe deſerere, quin potius imponendum illis caput, ne ſine capite obambulēt. Fortaſſis alluſit ad id, quod refert Plutarchus in dialogo De defectis oraculis. Apud Cretenſes feſtum quoddā nouis & abſurdis cæremonijs agebatur, oſtenſo hominis ſimulacro ſine capite. Hūc aiebant Merionis patrem fuiſſe, qui conſtupratā per uim Nympha, ſine capite fuerit repertus. Prouerbium refertur à Zenodoto.

Inter ſacrum & ſaxum. XV

Tyndarus apud Plautū, alter è capitiuis, cū iam proditis dolis eſſet deprehenſus, nec haberet quanā arte poſſet elabi: Nunc ego, inquit, omnino occidi. Nunc ego inter ſacrum ſaxumq; ſto, nec quid faciam ſcio. Apuleius Aſini ſui lib. 11. Plurimum ergo duritia paupertatis intercedente, quod ait uetus prouerbium, inter ſacrū & ſaxum poſitus cruciabar. Explicat autem Apuleius allegoriam adagij, uidelicet alludens ad ſacerdotium cui erat initiandus, & paupertatem ſaxo duriorem, per quam non ſuppetebant ſumptus. Sumptū apparet ex priſcis fœderis feriendi cæremonijs, in quibus fecialis porcum ſaxo feriebat: hæc interim pronuncians: Qui prior populus fœdus rumpet, Iupiter ita eum feriat, quemadmodum ego porcum hoc lapide ferio. Sed undecunq; fluxit adagium, ſatis liquet dici ſolitum in eos, qui perplexi ad extremum periculum rediguntur.

Inter malleum & incudem. XVI

Μεταξὺ ἄκμονος καὶ σφύρας. id eſt, Inter incudē & malleū. Huic non diſſimile refertur ab Origene theologo, quadam in Hieremiam homilia, his quidē uerbis: nam Græca deſideramus: iam quoddā eſt apud nationes tritū uulgi ſermone prouerbiū, ut de his qui anxietatibus & ingentibus malis premuntur, dicant: inter malleum ſunt & incudem.

Nunc meæ in arctum coguntur copiæ. XVII

Rem eandem diuerſa ſignificat allegoria Terentius in Heauton. cum ait:

In angustum appidò nunc meæ coguntur copiæ.

Metaphora ſumpta ab exercitu qui laborat, iniquo concluſus loco, & undique obſidetur ab hoſtibus, ut difficile ſit effugere.

In acie nouaculæ. XVIII

Nec abhorret à ſuperioribus illud quod ab Homero ſumptum, maximiſq; celebratū autoribus in adagionem abijt: ἐπὶ ξυρῆ ἀκμῆς. id eſt, In nouaculæ cuſpide, ſiue acie, pro eo quod eſt in ſummo diſcrimine. Sic enim in Iliadis decimo loquitur Neſtor:

Νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυρῆ ἵσταται ἀκμὴ
ἢ μάλα λοιγρὸς ὄλεθρος ἀχαιοῖς ἠὲ βίωναι. id eſt,
Nunc etenim cunctis ſita res in cuſpide ferri eſt.
Viuántne, an triſti exitio abſumantur Achiui.

Sophocles in Antigone:

Φρόνει βιβὼς σὺ νῦν ἐπὶ ξυρῆ τύχης.

Sunt autem Tireſiæ uatis uerba Creontem admonentis, ut ſapiat in tanto conſtitutus periculo. Rurſum in epigrammatibus:

Εὐρώπης ἀσίης τε διοτρεφέες βασιλῆες,
ὑμῖν ἀμφοτέροισιν ἐπὶ ξυρῆ ἵσταται ἀκμή. id eſt,
Europæ atque Aſiæ reges Mauorte potentes
Nunc uobis utriſque nouaclæ in acumine res eſt.

De Menelao ac Paride ſingulari certamine decernentibus, uter Helenā potiretur. Theocritus in Dioſcuris:

ἀνδρώ πων σωτῆρας ἐπὶ ξυρῆ ἅλλι ἑόντων. id eſt,

Certa ſalus hominum iam ferri in cuſpide ſtantum.

Sumptum uidetur à circulatoribus, qui in cuſpide gladiorum ingrediuntur: aut ab ijs qui ferrū manu contrectant: ut admonent in hunc autorem edita ſcholia.

Res in cardine. XIX

Huic nō omnino diuerſum eſt illud: Res eſt in cardine, quod Seruius prouerbiū eſſe admonuit, enarrās illud Maronis:

-Haud tanto ceſſabit cardine rerum.

Putatq; perinde ualere, quaſi dicas, Res eſt in articulo. M. Tullius: In eo cardo rei uertitur, dixit, pro eo quod eſt, ex hoc tota res pendet. Quintil. lib. 12. Nam ut taceam de negligentibus, quorum nihil refert ubi litium cardo uertatur. Idem lib. 5. Nam ſi fatetur, multis ex cauſis potuit cruenta eſſe ueſtis: ſi negat, hic cauſæ cardinem ponit, in quo ſi uictus fuerit, etiam in ſequentibus ruit. Sumptum ab oſtijs quæ cardinibus ſuſtinentur uoluunturq;.

Nouacula in cotem. XX

Ξυρὸς ἐς ἀκόνην. id eſt, Nouacula in cotem. Dici ſolitum in hos, qui fortè in eas res inciderunt, in quas minime uolebant. Neq; nouacula poteſt incommodius cadere, quàm ſi in cotem incurrat. Ab hoc non ita multùm abhorret illud Horatianum,

Et fragili quærens illidere dentem, Infringet ſolido.

Recte accommodabitur & in eum qui lædendi cupidus, tandem hominem nactus eſt à quo uiciſſim lædatur, cùm illi nocere nō poſſit. Siquidem nouacula, ſi in molle quippiam inciderit, diſſecat: ſi in cotem, retunditur. Huc reſpexit Tarquinius, qui dixit ſibi in animo eſſe, ut Actius Nauius augur nouacula cotem diſcinderet: ſignificans in cotem nihil poſſe nouaculam, quāquam ab augure factum quod ille fieri poſſe non credebat, refert Liuius libro 1.

Caliga Maximini. XXI

Caliga Maximini uulgò dictitatum eſt, in homines inſulſos, & immodicæ proceritatis. Id adagij refert Iulius Capitolinus in uita Maximini imperatoris. Nam cùm eſſet, inquiens, Maximinus pedum, ut diximus, octo & propè ſemis, calciamentum eius, id eſt, campagium regium, quidam in luco qui eſt inter Aquileiam & Arziam poſuerūt, quod conſtat pede maius fuiſſe hominis ueſtigio atq; menſura. Vnde etiam uulgò tractum eſt, cum de longis atque ineptis hominibus diceretur: Caliga Maximini. Hactenus Iulius. Ergo prouerbium rectius uſurpabitur, ſi cum odio contẽptiue dicatur, propterea quod is Maximinus, unde natum eſſe conſtat, inuiſiſſimus eſſet pariter & populo Romano, & Senatui: quippe Thrax natione, deinde ſordido genere, poſtremo moribus barbaris ac feris. Quinetiam nunc homines inſignitæ proceritatis uulgò male audiunt, tanquam ſocordes atque inertes.

Clematis Aegyptia. XXII

Huic confine eſt, quod à Phalereo Demetrio refertur, κλήματις ἀιγυπτία. id eſt, Clematis Aegyptia. Id ait ioco dici ſolutum in eos qui corpore præter modum procero atq; atro colore eſſent: natum haud dubie ab eius herbæ ſpecie, de qua meminit Dioſcor. lib. 4. Plinius lib. 24. cap. 15. Itali, inquit, centunculum uocant, roſtratis ſilijs ad ſimilitudinem capitis penularum, iacens in aruis. Græci autem clematidem appellant. Sed quum clematidis multæ ſint ſpecies, quas inibi recenſet Plin. una duntaxat prouerbio locum feciſſe uidetur, ea nimirum quæ clematis Aegyptia cognomine dicitur. Dicitur autem quòd hanc maxime gignat Aegyptus, ſolio lauri longo tenuiq;, aduerſus ſerpentes & priuatim aſpides, ex aceto pota efficax, quæ eadem ab alijs daphnoides, ab alijs polygonoides uocatur. Laërtius in uita Zenonis ex autoritate Apollonij ſcribit, Zenonem gracili fuiſſe corpore, ſtatu procero, atra cute.

Ayuntamiento de Madrid

Deinde autorem citat Chryſippum, qui in 2. prouerbiorum ſuorum libro ſcripſerit, ob eam cauſam à quodam clematidem Aegyptium fuiſſe dictum.

Res ad triarios rediit. XXIII

Romanum exat adagium, elegans cum primis & annotandum: Res ad triarios redijt. Eo licebit uti cũ ſignificabimus rẽ eò periculi reductam eſſe, ut extremo conatu, ſummiſq; uiribus ſit enitendum, & ad ſuprema cõfugiendum conſilia, quibus ſi nihil proficiatur, iã nihil reliquũ eſſe uideatur, unde ſubſidiũ ſperare poſſis. Veluti ſi in diſceptatione quapiã literaria, mediocribus ambigentibus, ad unũ aliquem ſummæ doctrinæ uirũ rem deferre cogeremur. Aut in ancipiti negotio potẽtiſſimorum amicorum opem implorare compelleremur, quos non niſi maxima quadã adacti neceſſitate ſoleamus interpellare. Deniq; ſi cũ uulgaribus illis cõſilijs res explicari nequit, ad nouũ aliquot & egregiè callidum confugitur. Quemadmodum Terentianus ille Phormio in ſui nominis fabula, cum ſignificaret neq; in Antiphone, neq; in Phædria, neq; in Geta ſatis eſſet præſidij ad retundendã ſenis ſæuitiã: Ad te, inquit, Phormio ſumma redit. Natum eſt adagium à ratione modoq; componẽdi Romani exercitus. Refertur autẽ pariter, & explicatur à T. Liuio, primæ Decad. lib. 8. cuius uerba libuit ſubſcribere. Poſtremo in plures ordines acies diſtribuebatur. Ordo enim ſexagenos, ſiue ut alij legunt ſexcenos milites, duos centuriones, uexillariũ unũ habebat. Primæ acies haſtati erant, manipuli quindecim diſtantes inter ſe modicũ ſpacium. Manipulus leues uicenos milites, aliam turbam ſcutatorum habebat. Leues autem, qui haſtã tantũ geſſitãq; gererent, uocabantur. Hæc prima frons in acie, florem iuuenũ pubeſcentiũ ad militiã habebat. Robuſtior inde ætas totidem manipulorũ, quibus principibus eſt nomen. Hos ſequebãtur ſcutati omnes, inſignibus maxime armis. Hoc triginta manipulorũ agmẽ antepilanos appellabant, quia ſub ſignis iã alij quindecim ordines locabãtur, ex quibus ordo unuſquiſq; tres partes habebat. Earũ unãquanq; primum pilum uocabãt. Tribus ex uexillis cõſtabat. Vexillum centum octoginta tres, ut alij ſex, homines erant. Primum uexillum triarios ducebat, ueteranum militem ſpectatæ uirtutis. Secũdum rorarios minoris roboris ætate factisq;. Tertium accenſos, minimæ fiduciæ minum. Eo & in poſtremã aciem reijciebantur. Vbi his ordinibus exercitus inſtructus eſſet, haſtati omniũ primi pugnam inibãt. Si haſtati profligare hoſtẽ non poſſent, pede preſſo eos retrocedentes, in interualla ordinum principes recipiebant. Tum principũ pugna erat, haſtati ſequebantur. Triarij ſub uexillis conſidebant, ſiniſtro crure porrecto, ſcuta innixa humeris, haſtas ſubrecta cuſpide, in terrã fixas, ut haud ſecus quàm uallo ſepta inhorreret, acies, tenẽtes. Si apud principes quoq; haud ſatis proſpere eſſet pugnatum, à prima acie ad triarios ſenſim referebantur: inde rem ad triarios rediſſe, cũ laboratur, prouerbio increbuit. Triarij conſurgẽtes, ubi in interualla ordinũ ſuorum principes & haſtatos recepiſſent, extemplo cõpreſſis ordinibus uelut claudebãt uias, unoq; continẽte agmine, iam nulla ſpe poſt relicta, in hoſtem incidebant. Id erat formidoloſiſſimum hoſti, cum uelut uictos inſecuti nouum repente aciem exurgentẽ auctam numero cernebant. Hactenus T. Liuius, cuius ex uerbis ſatis arbitror liquere prouerbium, ut noſtra interpretatione iã non ſit opus. Itẽ Vegetius de re milit. lib. ſecũdo declarat poſt omnes acies ſolere collocari triarios, omni armorũ genere inſtructos, qui genu poſito ſubſidebant: ut ſi primam aciẽ uinci contigiſſet, ab ijs integrato prælio uictoria repararetur. Modeſtus in libello De uocabulis rei militaris: Sextus, inquit, ordo poſt omnes à firmiſſimis & ſcutatis, & omni genere armorũ munitus, bellatores tenebat, quos antiqui triarios appellabant. Hi ut requieti & integri acrius inuaderent hoſtes, poſt ultimas acies ſedere conſueuerunt, & ſi quid in primis ordinibus accidiſſet, de eorũ uiribus reparaturis ſpes tota pendebat. Flauius Vopiſcus in uita Firmi imperatoris, indicat robuſtiſſimum quemq; militem in triarios allegi ſolitum, docens eum neruis robuſtiſſimis fuiſſe, hoc argumento, quod triarium quoque uinceret.

Sacram ancoram ſoluere. XXIIII

Huic finitimũ eſt illud, quod apud Græcos celebratur: ἱερὰν ἄγκυραν χαλάζαι. id eſt, Sacram ſoluere ancoram, quoties ad extrema præſidia confugitur. Translatum à nautis, qui maximam ac ualidiſſimam ancoram ſacram uocãt, eamq; tum demum mittũt, cum extremo laborant diſcrimine. Lucianus in Ioue tragœdo. ἄκουσον δὴ ἱερὰν φασὶν ἄγκυραν, καὶ ἢν ὀδεμιᾷ μηχανῇ ἀποῤῥήξεις. id eſt, Audi iam ſacram, ut aiunt, ancoram, quamq; nulla ui queas abrumpere. Sic enim appellat argumentum inſolubile.

Rurſum Draptetis: ἐδόκει γὰρ σκοπουμένοις τὼν ὑςάτων ἄγκυραν, ἣν ἱερὰν οἱ ναυτιλλόμενοι φασι, καθιέναι. id eſt, Viſum eſt igitur re perpenſa, extremam ancoram, quam nautæ ſacram nominant, demittere. Rurſum in apologia: Μία μοι ἴσως ἐκείνη ἄγκυρα ἔτι ἄθρυπτος. id eſt, Mihi fortaſis una illa ancora adhuc ſupereſt integra, id eſt: Illud adhuc mihi ſupereſt, quò poſſim confugere. Euripides in Helena.

ἄγκυρα δὴμοι τὰς τύχας ὀχεῖ μόνη. id eſt,

Mihi ab unica fortuna pendet ancora. Hoc eſt, Vna duntaxat ſpes mihi ſupereſt. Ariſtides in Themiſtocle: Καὐτὼς ἱερὰς ἄγκυρας ἁπάσας ἐκείνης φωνῆς ἐχομένους. id eſt, Ac uelut à ſacra ancora de illius uoce pendentes. Diuus Chryſoſt. de Lazaro concione 4. conſcientiam appellat ἱερὰν ἄγκυραν, quòd illa nunquam patiatur hominem abripi ui cupiditatum, ueluti uentorum procella, quin obnitatur.

Mouebo talum à ſacra linea. XXV

Idem pollere putat Diogenianus. κινῶ τὸ ἀφ' ἱερᾶς. id eſt, Sacræ lineæ talum moueo. De ijs, qui extrema parant experiri. Id Iulius Pollux libro 9. exponens, ait à ludo quopiam teſſerarum natum eſſe adagium. Luſum autem fuiſſe huiuſmodi, ut utriq; ludentium eſſent calculi quinque, totidẽ impoſiti lineis: unde & Sophocles dixerit, τέσσαρα πρωτέγραμμα, id eſt, Teſſaræ quinq; linearum. Inter eas lineas, utrinq; quinas, unam fuiſſe mediam, quam ſacram uocabant: unde qui talum mouiſſet, is ſacræ lineæ calculum mouere dicebatur. Id uero non fiebat, niſi cum res poſceret, ut ludens ad extrema confugeret auxilia. Vſurpat hoc adagium Plato lib. De legibus 5. καθάπερ πίττων ἀφ' ἱερᾶς, id eſt, Tanquam à ſacra teſſera. Plutarchus in libro qui inſcribitur, An ſeni ſit gerenda reſpublica. Τελευταίαν ὥσπερ τῶν ἀφ' ἱερᾶς ἐπάγεσιν ἡμῖν τὸ γῆρας. id eſt, Poſtremam nobis, tanquam à ſacra linea, ſenectam allegant: hoc eſt, ueluti cauſam grauiſſimam. Idem commentario De comparatione terreſtrium ac marinorum: Φέρε κινήσοντες τῶν ἀφ' ἱερᾶς, βραχέα περὶ θεότητος αὐτῶν καὶ μαντικῆς εἴπωμεν, id eſt, Age moto talo à ſacra linea, paucis de diuinitate eorum & diuinatione dicamus. Rurſum idem aduerſus Colotam Epicureum: Εὐθὺς γὰρ τὸ ἀφ' ἱερᾶς κεκίνηκεν ὁ κολώτης, id eſt, Protinus igitur talum à ſacra mouit Colotes, hoc eſt, ſtatim id quod eſt grauiſſimum, aggreſſus eſt, ut impugnaret Apollinis de Socrate iudiciũ. Idẽ in uita Martij Coriolani de ciuitate Romana ob Coriolani minas perturbata. ἆρα τὴν ἀφ' ἱερᾶς ἀφῆκεν. id eſt, Sublatã à ſacra linea teſſerã miſit. Deſperatis enim

rebus

rebus ad deorum religionem confugiebat, ſupplicatum miſſis, ſacrificis, ædituis, initiatoribus, auguribus &c. Huc alluſit & Theocritus in Bucoliaſtis:

Καὶ τὸ ἀπὸ γραμμᾶς κινεῖ λίθον. id eſt,
atque à lineola lapidem mouet. De quo nobis & aliàs facta mentio.

Nudior leberide. XXVI

Γυμνότερος λεβηρίδος. id eſt, Nudior leberide, de uehementer tenuibus. Leberis enim ſerpentis exuuium ſignificat, quo nihil eſſe poteſt inanius. Accidit autẽ hoc omnibus ferè quæ cortice integũtur, ſed molliore: uelut ſtellioni, lacertæ, præcipuè ſerpentibus: atq; hæc fermè bis exuunt, Vere & autumno, præſertim uipera. Serpenti primum ab oculis incipit decedere pellis, ita ut obeæcari uideatur ijs, qui rem non intelligunt: atque una nocte & die, ſenectus tota exuitur à capite uſq; ad caudam. Ex inſectis reiuueneſcunt ſilpha, & culex, eaq; quorum pennæ uaginis obtegunt, ut ſcarabei, item locuſtæ & cicadæ. In genere marinorum exuit & cancer, idq; ſæpius anno. Atque hoc exuuium Græcis etiam σύφαρ dicitur, cuius mira ſentitur tum leuitas, tum ſiccitas, uniuerſo humore in nouum fœtum conſumpto, autor Ariſtot. lib. de nat. animantium 8. Ait Suidas Leberidem hominem fuiſſe ſupra modum pauperem: ita ut uulgari ſermoni locum fecerit. Athenæus in Dipnoſophiſtis: σαυτὸν ἀποφαίνεις κυνώτερον λεβηρίδος. id eſt, Oſtendis teipſum inaniorem leberide.

Qui quæ uult dicit, quæ non uult audiet. XXVII

Si dixeris quæ uis, quæ non uis audies. Diuus Hieronymus in Rufinum nominatim prouerbij loco citat: Nihilq; ſuper hoc audies, inquit, niſi illud è triuio, Cum dixeris quæ uis, audies quæ non uis. Terentius in Andria.

Si mihi pergit quæ uult dicere, quæ non uult audiet.

Rurſum in prologo Phormione:

Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene.

Eódem alluſit in prologo Andriæ:

Deſinant maledicere, malefacta ne noſcant ſua.

Obſcurius etiam in prologo Eunuchi, Tum ſiquis eſt, qui dictum in ſe inclemẽtius exiſtimet eſſe, ſic exiſtimet, ſciat reſponſum non dictum eſſe. reſponſum enim uocat, conuicium conuicio redditum. Sed hic locus admonet, ut quorundam errorem coarguam, qui in margine adſcripſerãt, me in his quæ ſequuntur legere, quia læſit prius: imò ſic legebatur in uulgatis exemplaribus. ego primus ex fide ueterum reſtitui germanam lectionem, nimirum hanc: quale ſit, prius Qui bene uertendo, & eas deſcribendo male, ex Græcis bonis, Latinas fecit non bonas, Idem Menandri phaſma nũc nuper dedit. ut quale ſit, idem ualeat quod apud Græcos οἷον, apud Latinos uelut, aut quod genus ſit, quibus utimur exemplum propoſituri. Meminerat enim de conuicio regerendo, eius mox ſubijcit exemplum. deinde prius reſpondet ad aduerbium quod ſequitur, nuper. Qui prius male uerterat multas fabulas, quarum non meminiſtis, idem nuper dedit ineptam fabulam Phaſma cuius poteſtis meminiſſe. Verum ut ad rem redeamus, primus huius adagij pater Homerus fuiſſe uidetur, apud quem hic uerſus eſt in Iliadis Υ.

ὁπποῖον δ' ἔπος ἔειπε, τοῖον δ' ἐπακούσας. id eſt,
Talia dicentur tibi, qualia dixeris ipſe.

Item Heſiodus lib. cui titulus, Opera & dies,

Εἰ δ' ἤ κακόν τ' ἔπος, τάχα κ' αὐτὸς μᾶλλον ἀκούσαις. i.
Fors male dicenti, dicentur plura uicißim.

Rurſus in eodem, -Εἰ δέ κεν ἄρχῃ,
ἤτοι ἔπος ἐπῶν ἀπαθύμιον, ἠέ κεν ἔργον,
Δὶς τόσα τίνεσθαι μεμνημένος. i. -Si quod prior ipſe,
Aut uerbum, aut factum, dicásue gerásue moleſtum,
Ad te cum duplici rediturum fœnore noris.

Euripides in Alceſtide: -Εἰ δ' ἡμᾶς κακῶς
Ἐρεῖς, ἀκούσῃ πολλὰ κἀξ ἴσου κακά. id eſt,
-Si dixeris nobis male,
Mala inuicem permulta, nec falſa audies.

-Lõge uenuſtius idẽ extulit Sophocles citante Plutarcho,

Φιλεῖ γὰρ γλῶττ' ἐκχέας μάτην,
ἄκων ἀκοῦσαι ὃς ἑκὼν εἶπεν λόγους. id eſt,
Etenim ſolet qui dicta temere iecerit,
Audire nolens uerba, quæ dixit uolens.

Refertur ex Sophocle.

Φιλεῖ γὰρ πολλὰν γλῶσσαν ἐκχέας μάτην,
ἄκων ἀκοῦσαι ὃς ἑκὼν εἶπεν κακῶς. id eſt,
Qui multa temere uerba fudit, is ſolet
Audire nolens quæ uolens dixit male.

Quin etiam his noſtris temporibus eiuſmodi quiddam uulgo dictitant: Vt ſalutabis, ita & reſalutaberis, hoc eſt: ut tua fuerit oratio, ita tibi reſpõdebitur. Plautus: Contumeliam ſi dices, audies. Cæcilius in Chryſo apud Gellium:

Audibis male, ſi male dicis mihi.

Eodem pertinet Euripideum illud apud autores paßim obuium: ἀχαλίνων στομάτων, ἀνόμου τ' ἀφροσύνης τὸ τέλος δυσχέρεια. id eſt, Infrenis oris, & iniquæ cordiæ finis ſeu uectigal calamitas. Celebratur & hoc inter Chilonis apophthegmata: Μὴ κακολογεῖν τοὺς πλησίον, ἀλλὲ μὴ, ἀκούσεσθαι ἐφ' οἷς λυπήσεσθαι. id eſt, Non eſſe maledicendum ijs, quibus cum agimus: alioquin audituros, quæ moleſtiam adferant. Huc arbitror aſſcribendum uerſiculum quem Quintil. ut uulgo iactatum citat,

Nec male reſpondit, male enim prior ille rogarat.

Sero ſapiunt Phryges. XXVIII

Hoc prouerbium ex uetuſtiſſima tragœdia Liuij Andronici mutuo ſumptum eſt, quæ inſcribitur, Equus Troianus. Sero ſapiunt Phryges. Vſurpatur à Cic. in Epiſt. famil. In equo, inquit, Troiano ſcis eſſe, ſero ſapiunt Phryges. Conuenit in eos, quos ſtulte factorum ſero pœnitet. Siquidem Troiani tot iam acceptis cladibus, uix decimo demum anno de reſtituenda Helena conſultare cœperunt: quam ſi ſtatim initio repoſcenti Menelao reddidiſſent, innumerabilibus ſeſe calamitatibus ſubduxiſſent. Euripid. in Oreſte:

Οὐ λέγεις φρονεῖν τὸν, τότε λιπὸν' ἀσχέως δόμους. id eſt,
At nunc profecto ſerius ſapis bene,
Cum tunc penates turpiter reliqueris.

Nam uerba ſunt ad Helenam Electræ. Refertur & à Feſto Pompeio prouerbij titulo. Demades autore Plutarcho dicere ſolebat, Athenienſes nunquam decernere pacem, niſi pullis ueſtibus indutos: innuens eos bellandi cupidiores, quàm ſat eſſet, nec niſi clade ſuorum admonitos de pace cogitare. At nos quanto ſumus Athenienſibus uecordiores, qui ne tot quidem annorum malis docti, bellum odimus, nec de pace, quam inter Chriſtianos perpetuam eſſe oportebat, tandem incipimus cogitare.

Piſcator ictus ſapiet. XXIX

Eandem habet ſententiam illud apud Græcos celebratiſſimum: ἁλιεὺς πληγεὶς νόον οἴσει, id eſt, Piſcator percuſſus ſapiet. Idq; ferunt ab huiuſmodi quodam euentu natum: Cum piſcator quiſpiam piſcibus, quos intra rete tenebat, manum admouiſſet, atque à ſcorpio piſce feriretur, ictus, inquit, ſapiam. Itaque ſuo malo doctus, cauit in poſterum. Plinius lib. 32. demonſtrat id eſſe peculiare draconi, & ſcorpio piſci, ut lædant aculeis, ſi manu tollantur. Zenodotus ait paræmiam extare apud Sophoclem.

Factum ſtultus cognoſcit. XXX

Idem aliter effertur ab alijs: ἔχθ' ἐν δὲ τὰ νήπιος ἔγνω, id eſt,

Ayuntamiento de Madrid

Rem peractam ſtultus intellexit. Sumptum eſt autem ex Homero, qui pluribus locis hanc uſurpauit ſententiam. Vt in Iliados Π & Υ.

Μήτε ἀντίος ἴςαο' ἐμοῖο,
Πρίν τι κακὸν παθέειν. ῥεχθὲν δ' ἤ τε νήπιος ἔγνω. id eſt,
Mihi obuius ire caueto, prius quàm
Noxæ aliquid capias: nam factum nouit & excors.

Huc alluſit Euripides in Bacchis:

Κακὸς γὰρ ἐγγὺς ὢν ἐμάνθανεν.
Nam didicit affinis malo.

De Pentheo, qui ſerò, nec niſi ſua pernicie doctus, cœpit reuereri Bacchum. Neq; huic diuerſum eſt, quod admonet ſenarius ille, inter Græcanicas ſententias celebris.

Ἡ δὲ μετάνοια γίγνετ' ἀνθρώποις κρίσις. id eſt,
Tum iudicant homines, ubi iam pœnitet.

Eodem pertinet Vergilianum illud,

Diſcite iuſtitiam moniti, & non temnere diuos.

Item illud Demoſthenicum: Non emo tanti pœnitere. Vnde perquam eleganter Fabius apud Titum Liuium, eucntum ſtultorum magiſtrum appellat: Nec euentus docet hoc, inquiens, qui ſtultorum magiſter eſt, ſed ratio. Plinius in Panegyrico, quem Traiano dixit, huiuſmodi ſeram & infrugiferam prudentiam, miſeram uocat: Terror, inquit, & metus & miſera illa ex periculis facta prudentia, monebat ut à repub. (erat autem omnino nulla Reſp.) oculos, aures, animos auerteremus.

Malo accepto ſtultus ſapit. XXXI

Paulo diuerſius extulit Heſiodus, eandem tamen ſententiam, cum ait in libro, cui titulus, Opera & dies:

Δίκη ὑπερθύρου ἴσχει,
Εἰς τέλος ἐξελθοῦσα, παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω. i.
Tandem ſua pœna nocentem
Conſequitur, paſſuſq; ſapit tum denique ſtultus.

Ad quam ſententiam uidetur alludere & Homerus in Iliad. Ψ. ἴνα γνοίης ἀποτίνων. id eſt, Vti tuo damno cognoſcas. Plato in Sympoſio. ἃ δὴ καὶ σοὶ λέγω, ὦ ἀγάθων μὴ ἐξαπατᾶσθαι ὑπὸ τούτου, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν ἡμετέρων παθημάτων γνόντα σὺ λαβεῖν, καὶ μὴ κατὰ τὴν παροιμίαν ὥσπερ νήπιον παθόντα γνῶναι. id eſt, Quæ ſanè tibi quoq; dico Agathon, ne ab hoc fallaris, ſed ex cognitis his, quæ nobis acciderunt, caueas: nec iuxta prouerbium ueluti ſtultus poſt acceptum malum ſapias. Huc referendum & Plautinum illud in Mercat. Feliciter is ſapit, qui alieno periculo ſapit. In eandem ſententiam Tibullus elegiarum lib. 3.

-Felix quicunque dolore
Alterius, diſces poſſe carere tuo.

Huc alludunt & illæ ſerò ſapientium uoces: Nunc ſcio quid ſit amor. Nunc ego & illam ſceleſtam, & me miſerum eſſe ſentio. Ah, uix tandē ſenſi ſtolidus. Videtur adagium ex illa uetuſtiſſima fabula manaſſe, de duobus fratribus, Prometheo atq; Epimetheo, quæ quidem refertur apud Heſiodum, ad hanc fermè ſententiam: Iupiter iratus Prometheo propter ignem furto ſublatum è cœlo, ac mortalibus redditū, cupiensq; illum ſimili retaliare dolo, Vulcano negocium dat, ut è luto puellæ ſimulacrum quanto maximo poſſet artificio fingat. Id ſimul atq; factum eſt, ſingulos deos deasq; monet, ut ei ſimulacro ſuas quiſque dotes adiungerent. Vnde & uirgini Pandoræ nomen affictum apparet. Hanc igitur omnibus formæ, cultus, ingenij, linguæq; dotibus cumulatam, Iupiter cum pyxide pulcherrima quidem illa, ſed intus omne calamitatum genus occulente, ad Prometheum mittit. Is recuſato munere, fratrem admonet, ut ſi quid muneris ſeſe abſente mitteretur, ne reciperet. Redit Pãdora, perſuaſoq; Epimetheo, pyxidem donat. Eam ſimul ac aperuiſſet, euolantibuſq; morbis ſenſiſſet Iouis ἄδωρα δῶρα, ſerò nimirum ſapere cœpit. Vbi Heſiodus palam ad adagionem alludens ait:

Αὐτὰρ ὁ λιξάμενος ὅτε δὴ κακὸν εἶχ' ἐνόησεν. id eſt,
Accepit: tactuſq; malo, tum denique ſenſit.

Idē ſignificat in Theogonia: Hæc inquit, peperit προμηθέα
Ποικίλον ἀολομῆτιν, ἁμαρτίνοόν τ' ἐπιμηθέα.

Prometheum uafrum nominans, ac uarijs inſtructum conſilijs, Epimetheum poſt erratum ſapientem. Vnde & Pindarus in Pythijs, appellat illum ὀψίνοον, quaſi ſero ſapientem. Quod ipſa etiam indicant uocabula. Nam προμηθεὺς Græcis eum ſignificat, cui prius quàm rem aggrediatur ſuppetit conſilium: ἐπιμηθεὺς, cui re peracta, tum demum conſilium in mētem uenit. προμηθεύεσθαι, eſt conſilio malis imminentibus occurrere. Lucianus in dialogo quodam, ex comico quopiam citat hunc uerſiculum dictū in Cleonem, quòd ſero, nec niſi conflicto negocio ſaperet:

Κλέων προμηθεὺς ὕστερος μετὰ τὰ πράγματα. id eſt,
Rebus peractis eſt Cleon Prometheus.

Idem in calce eiuſdem dialogi: ἐπεὶ τόγε μεταβαλέσθαι, ἐπιμηθέως ἔργον, ὃ προμηθέως ὕστερον. id eſt, Nam illud quidē poſt rem conſulere, Epimethei eſt, non Promethei. Effertur etiam ad hūc modum paroemia: παρὰ τὰ δεινὰ φρονιμώτερος. id eſt, Poſt mala prudentior. Rurſum hoc pacto: ἧττον παθὼν, ἔμαθες. id eſt, Vt ſententiam magis quàm uerba reddam: Quæ nocent, docent. At multo conſultius eſt alienis malis prudentiorem reddi, iuxta Græcam ſententiam:

Βλέπων περαίτερω ἐς τὰ τῶν ἄλλων κακά. id eſt,
Aliena ſpectans, doctus euaſi mala.

Circunfertur & illud noſtrati uulgò iactatum: Mortalcis pudore & iactura doctiores euadere.

Aliquid mali, propter uicinum malum. XXXII

Lyſimachus apud Plautum in Merc. Nunc ego uerum eſſe illud uerbum experior, aliquid mali eſſe propter uicinū malum. Quibus ex Plauti uerbis ſatis liquet, hanc ſententiam uulgari ſermone fuiſſe celebratam. Eam Heſiodus eleganter expreſſit in opere, cui titulus, Opera & dies.

Εἰ γάρ τοι καὶ χρῆμ' ἐγχώριον ἄλλο γένηται,
Γείτονες ἅζωσοι ἐκίον, ζώσαντο δὲ πολοί.
Πῆμα κακὸς γείτων ὅσσον τ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνειαρ.
Ἐμμορέ τοι τιμῆς, ὅστ' ἔμμορε γείτονος ἐσθλοῦ,
Οὐδ' ἄβοτ' ἀπόλοιτ' ἐὰν γείτων κακὸς ᾖσιν. id eſt,
Si qua domi inciderit tibi res, tunc ilico omiſſis
Adſunt uicini zonis, cinguntur at ipſi
Affines, noxa eſt uicinus ut improbus ingens.
Contra ita maxima commoditas, ſi commodus adſit.
Deeſt honor huic, bona quem uicinia deficit, at nec
Intereat bos, ni uicinus ubi improbus adſit.

Neq; tantum inter priuatos uicinos hæc ſententia locum habet, uerumetiam experimentis obſeruatum eſt, populos à uicinis ſubuerſos. Quemadmodum Actolis & Acarnanibus cuenit, qui ſe mutuis cladibus euerterunt, inter ſe finitimi. Item Carthaginienſibus & Byontinis, quarum hiſtoriarum meminerunt Heſiodi interpretes. Huc uidetur leuiter alluſiſſe Vergilius in Eclogis, cum ait:

Nec mala uicini pecoris contagia lædent. Et,
Mantua uæ miſeræ nimium uicina Cremonæ.

Admonet autem paroemia, uti bonorum conuictum, & conſuetudinē expetamus, à malis nos quammaxime poſſumus, abducamus. Proinde ſcitū eſt illud Themiſtoclis apud Plutar. qui cum prædium quoddam uenderet, hoc quoque præconem addere iuſſit, ὅτι καὶ ἀγαθοὺς ἔχει γείτονας. id eſt, Quòd uicinos etiam haberet bonos, quaſi uicini commendatione futurum eſſet longe uendibilius. Neque multum

Ayuntamiento de Madrid

tum abhorret hinc illud ciuſdem Heſiodi carmen:

Πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ. i. Sæpe mali malefacta uiri populus luit omnis.

Manus manum fricat. XXXIII

Socrates in Axiocho Platonis ait Prodico ſophiſtæ hunc Epicharmi comici uerſiculum ſemper in ore fuiſſe:

Ἡ δὲ χεὶρ χεῖρα νίζει, δόλος τι καὶ λάθοις τι. id eſt, Affricat manum manus, da quiddam & aliquid accipe: uidelicet hominis quæſtum facetè taxans, qui neminem gratis doceret, & à quo ſe quoq; quæ tũ dicturus eſſet, didiciſſe affirmabat, at ne id quidem gratuito, imò numerata mercede. Sententia digna tum homine Siculo, tum uafro poëta. Sic enim illum appellat Cicero. Monet autem, neminem fermè mortalium inueniri, qui uelit in quempiam beneficium collocare, à quo non ſperet aliquid emolumẽti uiciſſim ad ſe rediturum, ſed officium inuitari officio, beneficium beneficio prouocari. Idem adagium effertur & hoc pacto: χεὶρ χεῖρα νίπτει. id eſt, Manum manus lauat. Idem pollet utraque metaphora. Nam mutua cõmoditas eſt, quoties uel fricat, uel abluit manus manum. Circumfertur inter Græcanicas ſententias huiuſmodi diſtichon:

Ἀνὴρ γὰρ ἀνδρὶ καὶ πόλις πόλιν.
Χεὶρ χεῖρα νίπτει, δάκτυλός τε δάκτυλον. id eſt,
Vrbs ſeruat urbem, ſeruat itidem uir uirum.
Manus manum, digitumq; digitus abluit.

Vtitur eo & Seneca in ludicro libello De morte Claudij Cæſaris.

Gratia gratiam parit. XXXIIII

Eandem ſententiam Sophocles ſimpliciter extulit in Oedipo Coloneo:

ἃ χάρις χάριν φέρει. id eſt, Gratiam adfert gratia.

Rurſum apud eundem in Aiace Maſtigophoro:

Χάρις χάριν γὰρ ἔσθ' ὁμοίαν ἀεί. id eſt,
Beneficium ſemper beneficium parit.

Quod Heſiodus uelut enarrans in primo Georg.

Τὸν φιλέοντα φιλεῖν, καὶ τῷ τοι προσιόντι προσεῖναι,
Καὶ δόμεν ὅσκεν δῷ, καὶ μὴ δόμεν ὅσκεν μὴ δῷ.
Δώτην μέντις ἔδωκεν, ἀδώτην δ' ὄτις ἔδωκεν. id eſt,
Aequum ut ametur amans: qui accedit iungitor illi,
Da, tibi qui dederit, qui non dederit tibi, ne da.
Danti aliquis dedit, at non danti non dedit ullus.

Quibus ſignificatur beneficium inuitari beneficio, & officium officio prouocari. Euripides in Helena:

Χάρις δ' ἀντὶ χάριτος ἐλθέτω. id eſt,
Beneficium beneficio reſpondeat.

Par pari referre. ἴσον ἴσῳ ἐπιφέρειν. XXXV

Terentius in Eunucho paræmiam uſurpat ſuperiori nõ admodum diſſimilem: Par pari referto. Quæ monemur, ut tales ſimus in alios, quales in nos illos experimur. Ac iuxta Medeam Euripideam amicis ſimus amici, inimicis infeſti, in perfidos perfidi, parcos parci, clamoſos clamoſi, impudentes improbi: deniq; utcunq; meritum merito ſimili retaliemus. Idem in prologo Phorm. Quod ab ipſo allatum eſt, ſibi id eſſe relatum putet. Non inconcinnè tum quoq; uſurpauerimus, ſi quando uerba uerbis, blandicias blãdicijs, promiſſa promiſſis penſamus. Huc pertinet illud non illepidum, quod refert Ariſtoteles lib. Moraliũ nono. Dionyſius citharœdũ accerſiuerat, ut ſibi caneret in nuptijs: atq; cũ eo his pactus eſt legibus, ut quo doctius melius q; caneret, hoc copioſiorem ferret mercedẽ. Annixus eſt omni artificio citharœdus uti quàm ſcitiſſime caneret, ſperans ampliſſimum præmium. At poſtridie pactam mercedem repoſcenti muſico, qui conduxerat, ait iam perſoluiſſe ſeſe quòd eſſet pollicitus: nempe par pari retuliſſe, proq; uoluptate repoſuiſſe uoluptatem, ſpem lucri ſignificãs: quæ quidem hoc maior fuerat, quo magis ex arte cantaſſet. Verum hoc loco negat philoſophus par pari relatum: propterea, quod alter id quòd uolebat accepit: alter eo quod expetebat, fruſtratus eſt. Huc uidetur reſpexiſſe Euripides, cum ait in Andromache:

Σώφρων καθ' ἡμᾶς, σώφρονι δ' ἀντιλήψεται,
Θυμούμενον δ' ἴδηται θυμούμενον. id eſt,
Modeſtus in nos ſentiet modeſtum item,
Commotus autem nos reperiet concitos.

Porrò prouerbium natum uideri poteſt à compotationibus ueterum Græcorum, apud quos æqualibus cyathis bibere mos erat. Archippus in Amphitryone ſecunda apud Athenæum libro decimo:

Τίς ἐκλέγασι σφῶν ὦ κακόδαιμον ἴσον ἴσῳ; id eſt,
Quis par ſceleſte miſcuit uobis pari?

Item Cratinus in Pytine.

Τὸν δ' ἴσον ἴσῳ φέροντ' ἐρῶ' ἐκτίσομαι. id eſt,
At par pari reddenti, ego reſpondero.

Item lib. 6. Οὐ διὰ τί ἐν τῇ ῥώμῃ ἴσον ἴσῳ τὴν ἰχθὺν ὠνοῦντων, id eſt, Non per eos qui Romæ piſcem uendunt, parem pari: ſentiens ſingulos pretio æſtimatos uendi. Erat hæc uox ἴσον ἴσῳ, ſolennis inter propinandum, ut ex eodem autore facile liquet. Ea ſignificabant, aut pares eſſe cyathos, aut tantundem additum aquæ, quantum ineſſet uini. Huius formæ ſunt illa: paria facere, pro penſare ex æquo, & parem calculũ ponere. Plinius ad Flaccum, Accepi pulcherrimos turdos, cũ quibus parem calculum ponere, nec urbis copijs ex Laurentino, nec maris iam turbidi tempeſtatibus poſſum. M. Tullius libro De oratore ad Brutum par pari retulit ad ſchema rhetoricũ, quo membra orationis pari ſyllabarum numero ſibi reſpondent. Nam inquit, quum aut par pari refertur, aut contrarium contrario opponitur, aut quæ ſimiliter cadunt uerba, uerbis comparantur, quicquid ita concluditur, plerunque fit ut numeroſe cadat.

Eadem menſura. XXXVI

Quod modo retulimus, uidetur pariter & ad officij, & ad iniuriæ relationem pertinere, uerum ad beneficij penſationem magis referendum, quod ait Heſiodus,

Αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώϊον, ἄλλε δυῆναι. id eſt,
Aut menſura eadem, aut melius quoque, ſi qua facultas.

Quo docet officium remetiendum eſſe eadem menſura, aut etiam copioſiore, ſi ſuppetat facultas: prorſumq; hac parte imitandos eſſe fœcundos agros, qui ſementem depoſitam multo cum fœnore reddere conſueuerunt. Citatur à Luciano prouerbij uice in Imaginibus αὐτῷ μέτρῳ φασὶ καὶ λώϊον id eſt, Eadem menſura, quod aiunt, aut melius. M. Tull. Epiſt. ad Attic. lib. 13. Ego autem me parabam ad id quod ille mihi miſiſſet, ut αὐτῷ γε μέτρῳ καὶ λώϊον, ſi modo potuiſſem. Nam hoc etiam Heſiodus aſſcribit, ἄλλε δυώναι. Hoc adagio non grauatus eſt uti præceptor noſter Chriſtus in Euangelio, cum ait futurum, ut qua menſura fecerimus alijs menſi, eadem nobis alij remetiantur. Sic enim loquitur apud Matthæum: ἐν ᾧ γὰρ κρίματι κρίνετε, κριθήσεσθε. καὶ ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν. id eſt, In quo iudicio iudicatis, in eo iudicabimini. Et qua menſura metimini alijs, illa remetientur uobis.

Craſſa Minerua; Pingui Minerua: Craſſiore muſa. XXXVII

Minerua, iuxta poëtarum fabulas, artibus atq; ingenijs præſidet. Vnde & illud fluxit, Inuita Minerua. Præterea illud: Pingui, ceu craſſa Minerua, quod quidem iam olim prouerbij uice celebratur. Columella lib. De Re ruſtic. 12. cap. 1. In hac autem, inquit, ruris diſciplina non conſideratur eiuſmodi ſcrupuloſitas, ſed quod dicitur, pingui

Ayuntamiento de Madrid

Minerua, quantumuis utile conting et uillico tempestatis futuræ præsagium. Idem in primi libri præfatione: potest enim nec subtilissima, nec rursum, quod aiunt, pingui Minerua, res agrestis administrari. Idem lib. 10. Nec tamen Hipparchi subtilitas, pinguioribus, ut aiunt, rusticorum literis necessaria est. Dicitur pinguiore Minerua fieri, quod inconditius simpliciusq; quasiq; indoctius fit, nõ autem exquisita arte, nec exactissima cura. Vnde & Priapus ille, cum rem obscœnam, quam poterat urbanius per inuolucra uerborum petere, nudis uerbis rogat:

Crassa, inquit, Minerua mea est.

Et Horatius philosophum describens, non exactis illis Stoicorum rationibus atq; argutijs instructum, sed uelut citra artem philosophiam moribus exprimentem, neque tam disertum, quàm simplicem ac syncerum,

Rusticus, inquit, abnormis sapiens crassaq; Minerua.

A. Gellius lib. 14. cap. 1. Nequaquam tamen id censebat in tam breui exiguoq; uitæ spatio quãtouis hominis ingenio comprehendi posse, & percipi, sed coniectari pauca quædam, & ut uerbo ipsius utar, παχύτερον, id est, crassius, & pinguius Minerua.

Crassiore Musa. XXXVIII

Παχυτέρα μοῦσα. id est, Crassiore Musa. Eandẽ præmiam sic extulit Quinti. Instit. orat. lib. 1. Libet propter quosdã imperitiores etiam crassiore, ut uocant, Musa dubitationẽ huius utilitatis eximere. Inuenitur aliquoties apud scriptores nõ inidoneos, pinguiore formula, pro eo quod est planius atq; intelligibilius. Dictum est & Latinè loqui, pro eo quod est apertè & simpliciter. M. Tullius in Verrem: Latinè me scitote, non accusatoriè loqui. Idem in Philip. Sed ut solẽt ij qui plane & Latine loquũtur. In Priapeijs,

Simplicius multo est, da pædicare, Latinè Dicere.

Rudius ac planius. XXXIX

Inelegantius quidem est illud apud Græcos, sed idem tamen pollet: ἀμαθέστερον καὶ σαφέστερον εἰπέ, quod apud eundem refertur Gellium: Nosti enim, inquit, credo uerbum illud uetus & peruulgatum, ἀμαθέστερον εἰπὲ καὶ σαφέστερον. id est, Indoctius rudiusq; quodammodo loquere, & apertius ac clarius fare. Sumptum apparet ex Aristophanis comœdia, cui titulus Βάτραχοι. id est, Ranæ.

Ἀμαθέστερόν πως εἰπὲ καὶ σαφέστερον. id est,

Indoctius proloquitor, atque clarius.

Quo carmine Bacchus Euripidis obscuritatem taxat, qui nescio quid parum dilucidè proposuerat. Suidas & interpres admonent subesse prouerbium, quod hũc ad modum feratur:

Σαφέστερόν μοι λάλει ἀμαθέστερον φράσον. id est,

Apertius mihi loquere, atque indoctius.

Suspicor inde sumptum, quòd antiquitus illi σοφοὶ, quos uocant, soleant mysteria sapientiæ quibusdam ænigmatum inuolucris data opera obtegere: uidelicet ne prophana turba, ac nondum philosophiæ sacris initiata posset assequi: Quin & hodie nonnulli philosophiæ ac theologiæ professores cùm ea quandoque tradant, quæ quæuis mulierculá aut cerdo dicturus sit, tamen quo docti uideantur, rem spinis quibusdam ac uerborum portentis implicant & inuoluunt. Sic Plato numeris suis obscurauit suam philosophiam, sic Aristoteles multa mathematicis collationibus reddidit obscuriora.

Sus Minerua. XL

Tritissimum apud Latinos autores adagiũ: ὗς τὴν ἀθηνᾶν. id est, Sus Minerua, subaudiẽdum docet, aut monet, dici solitum, quoties indoctus quispiam atq; insulsus cum docere conatur, à quo sit ipse magis docendus: aut, ut Festi Pompeij uerbis utar, cùm quis id docet alterum, cuius ipse est inscius. Propterea quòd Mineruæ artium & ingeniorum, ut diximus, tutela tribuitur à poëtis. Porrò sue nullum aliud animal magis brutum, magisq; sordidum, ut quod stercoribus impensè gaudeat, uel ob ieoris magnitudinem, quæ sedes est concupiscentiæ ac libidinis: uel ob narium crassitudinem, & olfactum hebetem. unde fit ut non offendatur fœtore: tum adeò pronum, ciboq; deditum, ut si forte sursum aspicere cogatur, protinus stupore sileat ob insolentiam, ut tradit Alexander Aphrodiseus. Nec est aliud magis indocile, proinde non ad usum aliquẽ, quemadmodum pecudes nonnullæ, sed ad epulas duntaxat à natura donatum uidetur. Cui rei testis est Plinius lib. 8. cap. 51. Animalium, inquit, hoc maximè brutum, animamq; ei pro sale datam, non illepidè existimabatur. Idem affirmat Varro libro De Re rust. 2. Suillum, inquit, pecus donatum à natura dicunt ad epulandum. Itaque his animam datam pro sale, quæ seruaret carnem. Atque hæc quidem uerba quid sibi uelint, explicat M. Tullius lib. De finibus bonorum 5. Etenim omnium rerum, inquit, quas & creat natura & tuetur, quæ aut sine animo sunt, aut non multo secus, eorum summum bonum in corpore est, ut non insciè illud dictum uideatur in suem, animum illi pecudi datum pro sale, ne putresceret. Sunt autem bestiæ, in quibus inest aliquid simile uirtutis, ut in leonibus, ut canibus, ut in equis, in quibus non corporum solum, ut in suibus, sed etiam animorum aliqua ex parte motus aliquos uidemus. Aristoteles in Physiognomucis scribit, exigua fronte homines indociles, & ad disciplinas ineptos uideri, atq; ad suum genus pertinere, tanquam à docilitate, humanisq; artibus longè omnium alieniissimum. Nam reliqua fermè docilitatis esse capacia, Vnde nunc quoque uulgò insipidos istos, & quasi uentri atq; abdomini natos, sues appellare consueuimus. Quin & Suetonius in catalogo illustrium grammaticorum, refert Palæmonem arrogantia tanta fuisse, ut M. Varronem porcum appellaret, secum & natas & morituras literas. Præterea si quid indoctum atq; illiteratum significare uolumus, id ex hara profectum dicimus. Quemadmodum M. Tullius in Pisonem. Ex hara productæ, non schola. Hinc igitur natum adagium, Sus Mineruam. L. Cæsar apud Cicer. libro De Orat. 2. Sic ego, inquit, Crasso audiente, primum loquar de facetijs, & docebo sus, ut aiunt, oratorem eum, quem cùm Catulus nuper audisset, fœnũ alios aiebat esse oportere. Idem Cicero libro De Academicis quæstionibus. 1. Nam & si non sus Mineruam, ut aiunt, tamẽ ineptè quisquis Mineruam docet. Hieronymus in Rufinum. Prætermitto Græcos quorum tu iactas scientiam, & dum peregrina sectaris, penè tui sermonis oblitus es, ne uetere prouerbio, Sus Mineruam docere uideatur. Vsurpat idem uerbis commutatis in epistola ad Marcellam, cuius initium: Mensuram charitas non habet. M. Varro, & Euemerus adagium ad fabulas retulerunt, id quod ex Pompeij uerbis licet conijcere. Quam rẽ, inquit, in medio, quod aiunt, positam, ineptis μύθοις inuoluere maluerunt, quàm simpliciter referre. Celebratur à multis Demosth. scomma, qui cùm Demades uociferaretur in eum: δημοσθένης ἐμὲ βέλτιον διορθοῦν ἢ ὗς τὴν ἀθηνᾶν. id est, Demosthenes uult me corrigere sus Mineruam: respondit: αὐτὴ μέντοι πέφυσιν ἡ ἀθηνᾶ μοιχὸν ὖν οὐ λαθοῦσα ἁλοῦσα. id est, Atqui nuper hæc Minerua in adulterio fuit deprehensa. Dictum alluſit ad Mineruam uirginem.

Sus cum Minerua certamen suscepit. XLI

Cum hoc aut idem, aut certe quam maximè finitimum, quod apud Theocritum legitur in Hodœporis,

Ayuntamiento de Madrid

Τς τοτ' ἀθλωτίαν ἔριν ἤεισε. id eſt,

Cum diua eſt auſus ſus decertare Minerua.

Quoties indocti ſtolidiq;, & depugnare parati, non uerentur ſummos in omni doctrina uiros in certamen literarium prouocare. Theocriti enarrator ſic eſſerri uulgò παροιμίαν ſcribit, Τς ὗν πρὸς ἀθλώλω ἐρίζῃς. i. Sus cion ſis, cum Minerua contendis. Scholiaſtes neſcio quis addit, eos ἐρίζειν dici, qui uerbis certant, ἐριδλῆν, qui factis, quo magis ridiculum eſt, ſi ſus indocilis certet cum Minerua diſciplinarum præſide.

Inuita Minerua. XLII

Latinis & illud eſt celebratiſſimum, Inuita Minerua, pro eo quod eſt refragante ingenio, repugnante natura, non fauente cœlo. Cicero in officijs: Inuita, ut aiunt, Minerua. Idem lib. Epiſtolarum famil. 12. Quinquatribus frequenti ſenatu cauſam tuam egi, non inuita Minerua. Rurſum eiuſdem operis libr. 3. Idq; quoniam tu ita uis, puto me non inuita Minerua facturum. Horatius,

Tu nihil inuita dices, faciéſue Minerua.

Huc alluſit Seneca, cùm dixit: Malè reſpondere coacta ingenia.

Abijt & taurus in ſyluam. XLIII

Ἔβα καὶ ταῦρος ἀν' ὕλαν. i. Abijt & taurus in ſyluam. Paſtorale prouerbium, allegoria ſubturpicula, ſignificãs diuortium, ac neglectum ueteris amicæ. Tametſi licebit in uſum uerecundiorẽ trahere hoc modo, ſi per iocũ accommodabitur ad eos, qui priſtinos amicos negligere uidẽtur, & à familiarium cõgerronumq; grege deſueſcere. Aut in illos etiam, qui à ſolitis deſciſcunt ſtudijs, diuerſumq; uitæ ſequuntur inſtitutum. Theocritus in Idyllio, cuius titulus eſt Theonycho, nominatim etiam prouerbij uice refert.

Αἶνος τὴν λέγεταί τις. Ἔβα κὴ ταῦρος ἀν' ὕλαν. id eſt,

Fertur & hoc olim, in ſyluam ſecedere taurum.

Queritur autem amãs, ſe iampridem ab amica relictum, plurimumq; iam eſſe tẽporis oſtẽdit, quòd Cyniſca. i. Catella, nam id erat nomẽ puellæ, ſeſe Lyco quodã oblectet, neq; omnino curet ad priſtinam redire conſuetudinẽ: non magis quàm tauri, qui & ipſi nonnunquam à uaccarum armẽtis ſecedunt, & aut reliquis aggregantur tauris, aut ſolitarij per nemora uagantur, nullo fœminarũ deſiderio tacti. Eum ſeceſſum, eumq; uaccarum neglectum, quaſiq; diuortiũ, paſtores peculiari uerbo uocant ἀτιμαγελεῖν, uoce nimirum compoſita ἐκ τ ἄτιμείν τὸ ἀτιμάζειν καὶ καταφρονεῖν, quod eſt deſpicere negligereq;, ac pro nihilo ducere: & ἐκ τ ἀγέλη, quod armentum ſonat. Ac tũ ἀτιμαγελεῖν dicuntur tauri, cùm ſegregati à uaccarũ commercio, adeo non curant illas, ut non modò coitũ non appetant, ſed ne paſcuis quidem iiſdem uti uelint. Hũc animantis morem, ſimulq; uocem ipſam ei tributam rei demonſtrat Ariſtot. lib. De natura animalium 6. his uerbis: Ο δὲ ταῦρος ὅταν ὥρα ᾖ ὀχείας ἧ, τότε γίνεται σύνοδος, καὶ μάχεται τοῖς ἄλλοις. τ δ πρότερον χρόνον μετ' ἀλλήλων εἰσὶν, ὃ καλεῖται ἀτιμαγελεῖν. πολλάκις γ δ οἵ γε ἐν τῇ ἠπείρῳ, ἃ φαίνονται τριῶν μηνῶν, ὅλως δ τὰ ἄγεια πάντα ἢ τὰ πλεῖστα, ὃ συμβαίνουσι ταῖς θηλείαις πρὸ ᾗ ὥρας τ ὀχείας. Ea uerba nos appendemus magis quàm annumerabimus, hoc modo: At taurus, cùm tempus coitus adfuerit, tum demum incipit cõmunibus cum uaccis paſcuis uti, cumq; reliquis tauris dimicat. Nam ante id temporis inter ſeſe paſcuntur, quod quidẽ appellant, ἀτιμαγελεῖν. Sanè qui ſunt in Epiro prouincia tauri, ſæpenumero triũ menſiũ ſpatio, non apparent. Porrò fera animãtia, aut omnia, aut certè pleraq; ante tẽpus coëundi nõ aggregantur ad cõmunes cũ fœminis paſcuas. Illud admonitu dignum mihi uiſum eſt, in uerſione Theodori Gazæ, pro Græca uoce ἀτιμαγελεῖν, quã Romana lingua nullo pacto reddere poteſt, ſcriptũ eſſe coarmentari, idq; uerbi do ctis etiam uiris non parum caliginis offudit, ita ut deprauatum apud Ariſtotelẽ locũ exiſtiment, commutata q; lectione, lõge diuerſum ſenſum inducãt, putentq; Theodorũ in transferendo non mediocriter hallucinatũ. At ego tota re diligentius penſiculata, uidere uideor Ariſtotelicorum uerborum ſententiã citra ullius uocis cõmutationem adamuſim quadrare: uidelicet taurũ aggregari cum uaccis, & in iiſdem uerſari paſcuis, appetente coitus tẽpore, eiq; non cõuenire cum reliquis taurorum armẽtis, ſed bellum cum alijs gerere: reliquis autem tẽporibus tauros cũ tauris ſocialiter iiſdem uti paſcuis, neq; fœminarũ cõuictum ſequi, ſed inter ſeſe agere, quod idem accidat in feris fermè omnibus. Hanc autẽ taurorũ cum tauris ſocietatẽ, neglectis uaccarum armẽtis, uocari ἀτιμαγελεῖν. Quæſo quid hìc ſcrupuli, cur Ariſtotelicã lectionem mutandam exiſtimemus: niſi ſi quid offendit mutatus numerus in ταῦρος & ἴσιν, id quod Ariſtoteli præſertim eo in opere pcnè familiare deprehenditur. Dictionẽ autem illã coarmẽtari, non germanam, ſed ſuppoſititiam eſſe dubium non eſt, & aut librariorum incuria, aut alicuius parum eruditi temeritate inductam. Suſpicor enim legendũ, uel dearmentari, uel abarmentari. Neq; enim adduci poſſũ, ut credã Theodorum hominem tam in omni doctrinæ genere abſolutũ, fuiſſe lapſum, præſertim in uoce, neq; magnopere prodigioſa, nec inuſitata Græcis autoribus, utpote cuius uim uel ipſa ſtatim indicat etymologia: præterea quæ apud Theocritum autorẽ uſq; adeò notũ uulgatumq; legatur, ἐν νομεῖ, ἢ βωκόλοις. i. in paſtore, ſiue bubulcis.

Χ' οἱ μὲν ἅμα βόσκοντο κ ἐν φύλλοισι πλανῶντο,
Οὐδὲν ἀτιμαγελεῦντες. id eſt,
Atque hi paſcuntur ſimul, inq; comantibus herbis
Errant, & non ulla gregis diuortia quærunt.

Ad hæc Suidas oſtendit, ταῦρον ἀτιμάγελον appellatum τὸν δ ἀγέλης καταφρονοῦντα. i. qui negligeret armentũ. Huc mihi uidetur nonnihil alluſiſſe. Vergil. in Sileno:

Ah uirgo infelix, tu nunc in montibus erras.
Ille latus niueum molli fultus hyacintho
Illice ſub nigra pallentes ruminat herbas,
Aut aliquã in magno ſequitur grege, claudite nymphæ
Dictææ, nymphæ nemorum iam claudite ſaltus.
Si qua fortè ferant oculis ſeſe obuia noſtris
Errabunda bouis ueſtigia: fortan illum,
Aut herba captum uiridi, aut armenta ſecutum
Perducant aliquæ ſtabula ad Gortynia uaccæ.

Cùm enim ait,

Ille latus niueum molli fultus hyacintho
Ilice ſub nigra pallentes ruminat herbas,

Taurum innuit, ἀτιμάγελον. Item cum ait: Errabunda bouis ueſtigia. Significat autem pœta taurum quem adamabat Paſiphaë, aut prorſus ἀτιμαγελεῖν, aut catenus ἀτιμαγελεῖν, ut ſuo armento neglecto, uaccas alias ſequeretur. Porrò de pugna taurorum inter ipſos coitus tempore meminit idem Maro lib. Georg. 3.

Nec mos bellantes unà ſtabulare, ſed alter
Victus abit, longeq; ignotis exulat oris
Multa gemens ignominiam, plagasq; ſuperbi
Victoris, tum quos amiſit inultus amores.
Et ſtabula aſpectans regnis exceſſit auitis.

Equidem arbitror hanc ipſam uocem ſi deflectatur aliò, prouerbialem eſſe, quemadmodum ſunt & illæ καταγοῦν & ἱππομανεῖν, ad eamq; potiſſimum reſpexiſſe Theocritum, cùm ait prouerbio dici: Ἔβα καὶ ταῦρος ἀν' ὕλαν. Scholia quæ feruntur in Theocritũ, habẽt Ἔβα κὴ ταῦρος,

Ayuntamiento de Madrid

pro καὶ coniunctione copulatiua, mutata κεν expletiua: addunt esse prouerbium de his dici solitum, qui abcessent non reuersuri. Taurus enim si semel aufugerit in syluam, capi non potest. Vnde non inconcinnè quis dixerit, maritum diutius ab uxore secubantem, ἀτιμαγελεῖν: & eum qui familiares desierit inuisere, ἀτιμαγελεῖν: & qui diutius à Musis, ac librorum abstinuerit contubernio, ἀτιμαγελεῖν. Item qui à conuictu hominum abhorreat, secumq; uiuat, ἀτιμάγελον licebit appellare. Et qui à legitimo contubernio aberrarit, secesserit q; non ineptè dicetur ἀτιμαγελεῖν. Nec prorsus abhorret ab hac forma, quod est apud Aristop. in Lysistrata,

Οἶκοι δὲ ἀταυρώτη διάξω τὸν βίον. id est,

Domi absque tauro cœlibem uitam exigam.

Sic enim significauit uitam cœlibem fœminæ, negligentis, taurum, id est, maritum. Sic & Horatius:

_Pereat male quæ te
Lesbia, quærenti taurum, monstrauit inertem.

Annus producit non ager. XLIIII

Ἔτ' ἀγρὸς φέρει ἀλλ' οὐκ ἄρουρα. i. Annus producit segetem, non aruũ. Hemistichion prouerbiale quod refertur à Theoph. libr. De Plantis 8. Πρὸς αὔξησιν ἡ καὶ τροφὴν μέγιστα μὲν ἡ τοῦ ἀέρος κρᾶσις συμβάλλεται, οὐ μόνος, ἀλλὰ τοῦτο καὶ μάλιστα τοῖς ὑλάτοις καὶ σύνδενδρον οὐ χαμαίτοις γινομένοις, ἅπαντα εὔφορα καὶ πολύκαρπα, κἂν ᾖ ἀλμώδεσι καὶ λεπτογείοις μᾶλλον δὲ οὐ παρομοιαζόμενοι λέγουσιν, ὅτι ἔτ' ἀγρὸς φέρει ἀλλ' οὐκ ἄρουρα. μέγα δὲ καὶ αἱ χῶραι διαφέρουσιν. id est, Ad incrementum autem alimẽtumq; plurimum quidem cœli temperies, & in totum anni conditio iuuat. Etenim si imbres, serenitates, & hyemes accidant opportunæ, cuncta felicius atque uberius proueniunt, etiam in salsuginosis, ac parum pinguibus agris. Vnde non ab re est, quod prouerbio dicunt, Annum producere fructum non aruum. Veruntamen non parui refert, quæ sit regionum ratio. Hic illud obiter admonendum duxi, in impressis exemplaribus legi, ὁ καλῶς. i. nõ recte: atq; hoc ipsum, ut mea quidem est opinio, ὁ καλῶς, partim quòd Theodorus Gaza uerterit hoc loco non perperã: partim quòd non perinde quadret ad Theophrasti sententiam. Nam is fatetur uerum esse, plurimum habere momenti cœli conditionem, id quod etiam prouerbio testatum sit, quo non sine causa tota prouentus ratio tribuitur aëri, tamen nonnihil etiam discriminis situm esse in ipso soli ingenio. Proinde legendum suspicor pro ὁ καλῶς, ὁκ ἄλλως. i. non temere. Quanquam equidem uideo & illud ὁ καλῶς, utcunq; posse defendi. Nimirum ut Theophrastus improbet uulgare dictum, quod cœlo momentum omne tribuit, cùm & à soli ratione magna pars pendeat. Mihi tamen superior lectio magis arridet, atq; huic meæ sententiæ doctos calculum suum addituros existimo. Repetit idem adagium libr. De causis plantarum 3. rationem reddens, cur in frigidis pariter & calidis regionibus triticũ proueniat, haud negans agri naturam nonnihil conferre ad fertilitatem, sed multo maximum momentum habere aërem circumfusum & cuiusmodi cœli uentorumq; temperies contingat, tum ad quos flatus oppositus sit Ager. Meminit & Plutarchus in Symposiacis, decade 7. problemate 2. Porrò si libebit usum prouerbij dilatare, non intempestiuiter accommodabitur in hanc sententiam, si quis dicat, ad uirtutem educationẽ longè plus adferre momẽti quàm genus: ac planè perparuũ referre, quibus maioribus sis natus, sed multo maximè quibus rationibus educatus, quibusq; moribus sis institutus. Nam cœlum uelut educat, quod progignit terra. Ad hoc adagij uidetur alludisse Euripides in Hecuba, quam ita loquentem facit:

Οὔκουν δόμοισι, εἰ γῆ μὲν κακὴ
Τύχοι σπαρεῖσα καιρῷ θεόθεν, εὐφορήσειεν φέρειν.
Χρηστὴ δ' ἁμαρτοῦσ', ὧν χρεὼν αὐτὴν τυχεῖν,
Κακὸν δίδωσι καρπόν· ἀνθρώποις δ' ἀεὶ,
Ὁ μὲν πονηρὸς, ὃς δὲν ἄλλο, πλὴν κακὸς,
Οὐδ' ἐσθλός, ἐσθλὸς, ὃς δὲ συμφορᾶς ὑπὸ
Φύσιν διέφθειρ', ἀλλὰ χρηστός ἐς' ἀεί.
Αὐ οἱ τεκόντες διαφέρουσιν, ἢ τροφαί;
Ἔχει γέ τοι τι καὶ τὸ δυσφθίσαι καλῶς
Δίδαξιν ἐσθλόν. id est,

Non nouum ergo, si mala
Fauente cœlo, terra fert segetem bonam:
Bona destituta quibus opus fuerat, malum
Fructum ædit. At mortalium quisquis malus,
Nil posßit aliud esse quàm semper malus,
Frugi usque frugi. Sors nec ingenium uiri
Aduersa uitiat, sed probus semper manet.
Vtrum id parentum, an educantium magis?
Recte educari, scilicet nonnullam habet
Doctrinam honesti.

Videtur Hecuba plusculum tribuere genituræ quàm institutioni, miraturq; proinde non idem euenire in mortalium moribus, quod in prouentu segetum accidat. Porrò quanto plus ualeat institutio quàm genus, Lycurgus eleganter ostendit, prolatis apud multitudinem duobus canibus, quorum alter ingenerosa matre natus, propter institutionem gnauiter feram est insecutus: alter generosis ortus parentibus, quòd institutus non esset, turpiter relicta fera, ad odorem panis ac cibi restitit.

In uado. XLV

Metaphora prouerbialis: In uado esse, pro eo quod est in tuto, citraq; discrimen, sumpta à natantibus aut nauigantibus. Terentius, Omnis res in uado est. Plautus in Aulularia: Hæc propemodum iam esse in uado salutis res uidetur. Vadum autem est aquæ fundus, in quo quisquis constiterit, is iam effugit periculum ne mergatur.

In portu nauigare. XLVI

Affinis est huic allegoria, ἐν λιμένι πλεῖν. i. In portu nauigare, qua significamus nos iam à periculo abesse. Propterea quòd qui mediis adhuc in fluctibus nauigant, hi uentorum & æstus arbitrio nauigãt. Contrà qui iam intra portum sunt, nihil habent negotij cum undis ac uentis. Vnde uulgatissima metaphora, hominẽ in cuius præsidio cõquiescimus, portũ appellamus. Et qui sese ad tranquillã tutamq; aliquã uitæ rationem traducũt, in portum se recipere dicuntur. Terentius in Andria: Nũc huius periculo fit: Ego in portu nauigo. Maro paulo diuersius in Aeneid. lib. 7.

Nunc mihi parta quies, omnisq; in limine portus.

Bos lassus fortiùs figit pedem. XLVII

Diuus Hieronymus oppidò quàm elegãs adagiũ usurpauit, ad beatũ Aurelium Augustẽ scribens, eumq; deterrere cupiens, ne iuuenis senem prouocet. Propterea quòd tardius quidem ad pugnam excitantur hi, qui iam sunt ætate quasi fessi: uerum ijdem grauius sæuiunt atq; urgent, si quando senilis illa uirtus iritata recaluit. Memẽto, inquit, Daretis & Entelli, & uulgaris prouerbij, quòd bos lassus fortius figat pedem. Aueteri tritura more ductum apparet, cũ circumactis à bubus super manipulos plaustris, grana excuticbantur: partim à rotis in hoc armatis, partim à taurorum ungulis. Et lex illa Mosaica, quã citat Apostolus Paulus ad Timotheum uetat, ne boui trituranti os obligetur. Itaq; bos lassus, quoniam grauius figit pedem, magis est ad triturã idoneus. At non item equus ad cursum. Potest allusum uideri & ad hoc, quòd iuuenes corporis

agilitate

Ayuntamiento de Madrid

agilitate præpollent. Senes in ſtataria pugna ac uiribus ſuperiores ſunt, id quod & Vergilius in Daretis & Entelli congreſſu declarat. Nec admodum hinc abludit illud quod in Græcorũ collectaneis poſitum reperio, ἀξέμας βοῦς. i. Lente bos, ſubaudiendum mouet pedem. Nam ſenſim quidem mouet, at grauius premit.

Tota errasuia. XLVIII

Τῇ πάσῃ ὁδῷ ἁφαμαρτάνειν. i. Tota aberrare uia. Prouerbium eſt in eos, qui uehementer aberrant. Terent. in Eunucho: Tota erras uia. Translatum à uiatoribus, qui nonnunquam ita ſolent aberrare à uia, ut nõ ſine diſpẽdio quidem, tamen quò tendebant perueniant: nõnunquam ſic aberrãt, ut longe diuertant, & in diuerſum tẽdant. Vnde & exorbitare dicuntur, qui à uero aberrant. Ariſtot. in Ethicis: Haud tota aberrant uia. Idem Naturalium lib. 1. ſcribit priſcos illos philoſophos naturalium cauſarũ ſcrutatores, exorbitaſſe, ac uelut è uia depulſos, prorſus aberraſſe à uero. Sumptum eſt ex Ariſtoph. Pluto:

Η ἁλλ' ὁδὸν τὸ παράπαν ἥμαρτήκαμεν;
Via'ne tota prorſus exerraulmus?

Quinetiã hodie dictitant eos in uia eſſe, qui recto conſilio quippiã inſtituunt: extra uiã, qui qua non oportet ratione rẽ aggrediũtur. Sunt ferme prouerbiales & illæ metaphoræ doctis uſitatiſsimæ. Depellere à uia, reducere in uiã, monſtrare uiã, facere uiam, ſternere uiã, aperire uiã, præcludere uiam, intercludere uiam. Cicero in 1. Philip. Quod ſi putas, totam ignoras uiam gloriæ. Celebre habetur & illud apophthegma, Bene currunt, ſed extra uiã Καλῶς μὲν γὰρ τρέχουσιν, ἀλλ' ἐκτὸς τῆς ὁδοῦ.

Toto cœlo errare. XLIX

Huic conſine eſt, quod uſurpat Macrobius Saturnal. libr. 3. Nunquam'ne, inquit, Prætextate tibi uenit in mentem, toto ut aiunt, cœlo erraſſe Vergilium? Sumptum uidetur ex Ariſtophanis Ranis.

Εὐθὺς γὰρ ἥμαρτεν ἑρπύλον γ' ὅσον.

Ab Euripide dicitur in Aeſchylum, qui plurimũ erraſſet in his quæ dixerat. Metaphora ducta, uel à Phaetõtis, aut Cereris fabula: uel à nauigantibus, qui cœli ſiderumq; obſeruatione curſum moderantur: proinde naucleri, cum uehementer aberrãt, in cœli parte longe diuerſa cynoſuram imaginantur, nonnunquã, totoq; aberrãt curſu. Niſi malumus cœlum pro regione accipere, uelut Horatius:

Cœlum non animum mutant, qui trans mare currũt.

Suo iumento ſibi malum accerſere. L

Qui ipſe ſibi malorũ eſt autor, ſuo iumento ſibi malũ accerſere dicitur, tanquã ſuo ſumptu ſuaq; opera, quaſi ſuopte plauſtro malorum ſarcinam adportet ſibi. Plautus in Amphitryone: Ipſe homo ſibi à me malã rem arceſſit iumento ſuo. Sumpta metaphora à plauſtris onerarijs. Nam id quoq; ſignificat iumentum, autore Gellio lib. 20. cap. 1. aut certe ab animalibus tergo uectantibus onera.

Suo ſibi hunc iugulo gladio, ſuo telo. LI

Suo gladio, ſuo'ue telo iugulari dicitur, qui ſuis ipſius dictis reuincitur, aut qui ſuopte inuento dolo'ue capitur: deniq; in quem quocunq; modo, ſeu dictum, ſeu factũ retorquetur, quod ab ipſo profectũ ſit: ueluti ſi quis exemplo Protagoræ antiſtrephon dilemma in eum, qui propoſuerit, retorqueat: aut ſi quemadmodum Phalaris, Perillum mali repertorem, ſuo inuento conficiat. Itaq; in Adelph. Terentij, Mitio ſenex fratris Demeæ ſæuitiam increpans, huiuſmodi utitur ſententia: Hoc unum affert uitij ſenecta, attentiores ad rem ſumus quàm oportet. Eandem Demea paulò poſt in fratrem retorquens, Poſtremò, inquit, non meum illud uerbum facio, quod tu Mitio bene & ſapienter dixti dudum. Vitium commune omnium eſt, quòd nimium ad rem in ſenecta attenti ſumus. Hanc maculã nos decet effugere. Hac ratione cũ Mitio cõſtringeretur adigerturq; ut agrũ, quem rogabatur, daret: tum Demea, Suo, inquit, ſibi hũc iugulo gladio. Translata metaphora ab his, qui in pugna ſuis ipſorũ telis aliquoties confodiuntur. Plautus in Amphit. Atq; hũc telo ſuo ſibi, malicia ſua, à foribus pellere. Cicero pro Cecinna, Aut tuo, quemadmodum dicitur gladio, aut noſtro, defenſio tua conficiatur neceſſe eſt. Huc alluſit Ouidius in Epiſt. Heroïdum:

Remigiumq; dedi, quo me fugiturus abires:
Heu patior telis uulnera facta meis.

Eodẽ pertinent & illa Ciceronis: in tuum ipſe mucronẽ incurras neceſſe eſt. Rurſum, Hic eſt defenſionis tuæ mucro, in cũ incurrat oratio tua, neceſſe eſt. Neq; uehemẽter hinc abludit Liuianũ illud lib. 2. de ſecundo bello Punico. Sentiebat Hannibal ſuis ſe artibus peti. Luſcian. in Piſcatorib. ὡς παρ' ἡμῶν τὰ τοξεύματα, ὡς φῄς, λαβὼν καθ' ἡμῶν ἐτόξευσε. i. Quæ quidẽ tela à nobis, uti fateris, ſumpta, aduerſus nos iaculatus es. Tradit Plutarch. Braſidam ducẽ educto è corpore telo, eodẽ cõfodiſſe eũ qui miſerat. Marius unus è triginta tyrannis, à milite quodã interemptus narratur à Trebellio Pollione, qui adoriens dixerit: Hic eſt gladius, quẽ ipſe feciſti: nam Marius ante imperiũ faber ferrarius fuerat, & eius militis opera in fabrili officina uſus. Hunc igitur uerè ſuo gladio dixeris iugulatũ.

Incidit in foueam, quam fecit. LII

Idem pollet illud quod in Odis Dauidicis refertur pſal. 7. Λάκκον ὤρυξε καὶ ἀνέσκαψεν αὐτὸν, καὶ ἐμπεσεῖται εἰς βόθρον, ὃν ἐργάσατο. i. Lacum fodit & aperuit eum, & incidet in foueam quam fecit. Translatum uel ab his, qui foueis effoſſis, aut reliquis id genus decipulis inſidiantur feris: uel à bellis, in quibus aliquoties ſuffoſſis cuniculis hoſtis hoſtem captat.

Suo ipſius laqueo captus eſt. LIII

Nec aliud ſibi uult, quod apud eũdem legitur pſal. 9. Ἐν παγίδι ταύτῃ, ᾗ ἔκρυψαν, συνελήφθη ὁ πούς αὐτῶν. id eſt, In ipſo laqueo, quem abſconderant, comprehenſus eſt pes eorum. Nota metaphora, nempe mutuo ſumpta ab his, qui inſtructis pedicis, auibus aut feris inſidias tendunt.

Hanc technam in teipſum ſtruxiſti. LIIII

Eandem ſententiam aliter expreßit Lucianus Ὥστε σόφισμα κατὰ σαυτῆς σαυτὴ ἐπῆλθας. i. Itaq; commentum in tuum ipſius exitium reperiſti. De hæredipeta, qui quum diuitem ex aſſe hæredem ſcripſiſſet, ac teſtamentum protuliſſet, quo diuitem ad idem faciendum prouocaret, tecti ruina ſubitò oppreſſus eſt, ac ſua reliquit illi cuius facultatibus inhiarat. Vtendum erit cum dolus in alterum excogitatus, in caput autoris recidit, ita ut non raro conſueuit accidere.

Turdus ipſe ſibi malum cacat. LV

His ſimillimum eſt illud Græcorum adagium, Κίχλα κέζῃ ἄυλῃ κακὸν. i. Turdus ipſe ſibi malũ cacat. In illos dici ſolitum, qui ſibijpſis miniſtrarent exitij cauſam. Si quidem uiſcum, autore Plinio, non prouenit, niſi maturatũ in uentre, ac redditum per auium aluum, maximè palumbium ac turdorum. Cuius rei meminit & Seruius in ſextum Aeneidos. Ariſtoteles item libr. De natura animantium 9. tria turdorum genera facit, quorum primum ἰξεβόρον uocatum ait: aut, ut Athenæus, ἰξοφάγον, nimirum quòd uiſco ueſcatur. Quoniam autem uiſco capiũtur aues, ipſæ ſibi malum cacant uidelicet. Plautus paulo diuerſius extulit. Ipſa, inquiens, ſibi auis mortem creat. Quanquam equidem non dubitẽ affirmare, à Plauto cacat, non creat fuiſſe ſcriptũ: deinde locum à quopiã ſemidocto, & Græcanici prouerbij ignaro deprauatũ ſuppoſita uoce adulterina

rina creat. Sophocles in Antigone:

ὅς τις δ' ἀνωφέλητα φυτεύει τέκνα
Τὴ τόν δ' ἄρ' ἔλποις ἄλλο, πλὴν αὐξῆ πόνους
Φῦσαι, πολλὴν δὲ τοῖσιν ἐχθροῖσιν γέλωτ; id est,
Inutiles quicunq; liberos serit,
Quid aliud hunc, quàm sibi creare dixeris
Ipsi dolores, atque risum maleuolis?

In hos igitur quadrabit paroemia, aut in eos, qui potentes sibi generos asciscũt, à quibus postea per uim opprimãtur.

Ipse sibi mali fontem reperit. LVI

Extat item apud eosdem senarius prouerbio celebratus,

Αὐτὸς γὰ εὗρε τ κακοῦ τὴν πηγάν. i. Ipsus mali reperit coagulum. Aut αὐτὸς εὗρε τ κακοῦ πηγήν. i. Ipse reperit mali fontem. Sic Aeschylus in Persis:

Νῦν κακῶν ἔοικε πηγὴ πᾶσιν ἐυρῆσθ φίλοις. id est,
Nunc mali fons est repertus, ut uidetur omnibus.

Versus est Trochaichus. Sunt enim & pernicioſi fontes, quorum aqua gustata mortem, aut insaniam adferat, quos præstiterat non reperisse.

Capra gladium. LVII

Eodem fermè pertinet, αἴξ μάχαιραν. i. Capra gladium, subaudi reperit. In eos dicitur, qui ipsi reperiũt, quo percãt. Ortum est autem adagium ab huiusmodi quodam euẽtu. Olim cùm Corinthij Iunoni Acrææ, nam id illi cognomẽ, rem diuinam facere pararẽt: huius Iunonis statuã aiunt à Medea positam fuisse: atq; hi, qui ad præbendam hostiam erant cõducti, defosso sub terra cultro, oblitos sese asimularent, capra pedibus excalpens eũ eruit, prodiditq;, itaq; mactata est. Quidam sic efferunt paroemiam, αἴξ δίδωσα τὴν μάχαιραν. i. Capra cultrum præbens. Quidam hoc pacto, οἷς τὴν μάχαιραν, id est, Quis cultrum.

Cornix scorpium. LVIII

His confine est & illud, Κορώνη τ σκορπίον. i. Cornix scorpium, subaudi, rapuit. Quadrat in hos, qui parãt eos lædere, unde tantũdem mali sint uicissim accepturi. Quemadmodum cornix correpto scorpio, arcuata illius cauda, uulnus accepit letale, perijtq;. Extat super hac re Græcum epigramma Archiæ, quod non grauabor adscribere.

ᾧ πότε παμφάνοσι μελάντερος ἀθλεν νάωρ,
Σκορπίον ἐκγάιης εἶδε θορόντα κόρακ.
Ὀρ μάψας ὤρσεν δόλ' ἀίξαντ & ἐπ' εὐδίας
Οὐ βραδὺς οὐκέτ' ἔμ πείραν ἔτυψε βέλεσ
Καὶ ζωὸς μὶν ἄμεψεν. ἰδὼν δ' ὅσσον ἐτόυχεν ἐπ' ἄλλῳ,
ἐκ κείνυ πλήμων αὐτὸς ἑλέκτο μόρον. id est,
Scorpius è terra prorepserat, idq; uidente
Coruo, qui cœlo uictitat in liquido.
Corripuit uisum, fugitq;: sed hic ut humum ales
Contigerat, telo mox ferit atq; necat.
Ecce tibi, quod in hunc auis insidiosa parabat,
Inde sibi acciuit ipsa necem misera.

Atq; id in rebus humanis frequenter usu uenire solet, ut q cepisse uideatur, ipse captus sit. Quemadmodũ & Hora. Græcia capta ferum uictorem cœpit.

Calidum prandium comedisti. LIX

Huc alludere uidetur & Plautinum illud: Calidum hodie prandium prandidisti. i. Feciſti quod tibi magno malo sit futurum. Ab his sumptum, qui se noxijs ac letiferis ingurgitant cibis, postea uentris tormina sensuri.

Iritare crabrones. LX

Τὰς σφηκιὰς ἐρεθίζειν. i. Iritare crabrones. Ad hanc sententiam referendum est & illud, quod est apud Plautum in Amphit. Iritabis crabrones. Id dictum est à poëta in mulierum ingenium, quibus iratis si repugnes, magis prouoces, neq; sine tuo malo discedas. Est autem crabro insecti genus affine uespis, pertinaciſsimum aculeoq; pestilentiſsimo. Siquidem refert Plinius Naturalis hist. lib. 11. cap. 21. crabronũ ictus haud temere sine febri esse. Additq;, traditum à quibusdam ter nouenis huius animantis punctis interfici hominem. Aristot. lib. De partibus animalium 9. præter alia quæ de crabronibus commemorat, illud quoq; tradit, cum in apum genere quædam aculeis careant, ut fuci, & reges, uespæ quoq; nonnullæ sine aculeis inueniantur, nulli crabrones reperiuntur non armati aculeo. Quanquam de duce, num aculeatus sit, nonnihil addubitat. Vtitur hoc adagio Diuus Hieronymus in quadam epist. Eandem sententiam sic idem extulit Plautus mutata allegoria,

Bacchæ bacchanti si uelis aduersarier,
Ex insana insaniorem facies, feriet sæpius.
Sin obsequaris, una te soluas plaga.

Nam mos erat, uti Bacchanalia celebrantes obuios thyrsis ferirent. Aristoph. in Lysistrata, nam hoc titulo inscriptam comperi.

Ην μήτις, ὥσπερ σφηκιὰν βλίτ μ' ἐρεθίζῃ.
Nisi si quis uti uespario, fraudet me, stimuletq;.

Alluſit huc, opinor, qui scripsit epitaphium Archilochi poëtæ maledici,

Ηξέμα δὴ παράμφων ὀλοιπόρε, μήποτε τ δὲ
Κινήσῃς τύμβῳ σφῆκας ἐφεζομένους. id est,
Ne fors crabrones qui huic insedere sepulchro
Irites, tacitum carpe uiator iter.

Xenoph. lib. 4. indicat unde natum sit: nimirum ab his, qui studeant eximere uespas ab antris suis. ὀρῶ δ' ἔγὼ γ' ἔφη, ἢ ὅσοι σφῆκας ἐξαιρεῖν βόλονται, ἐὰν μὴ ἐκθέωντας τοὺς σφῆκας πειρῶνται θηρᾶν, ὑπὸ πολλῶν τυπτόμενους. i. Et ego, inquit, uideo etiam eos quicunq; crabrones excipere uolunt, si quidem cuolantes conentur uenari, à multis feriri crabronibus.

Leonem stimulas. LXI

Consimilem uim habet, quòd à Diogeniano refertur, τὸν λέοντα νύττεις. i. Leonem pungis, seu uellicas. De his, qui potentem ac ferocem in suum ipsius exitium prouocant atque extimulant. Notior est metaphora, quàm ut sit explicanda.

Malum bene conditum ne moueris. LXII

Idem pollet & illud, Μὴ κινεῖν κακὸν εὖ κείμενον. i. Ne moueris malum bene conditum, siue quiescens. In eos, qui sua stultitia sibi turbas excitant: aut qui mala iam tempore sepulta resuscitant renouantq;. Prouerbium retulisse uidetur Theognis hoc uersu,

Πολλάκι γὰ τὸ κακὸν κατακείμενον ἔνδοθ ἄμεινον. id est,
Nam persæpe malum præstat domi habere repostum.

Huic simillimum est illud,

Sopitos suscitat ignes.

Octipedem excitas. LXIII

Cratinus in Thrattis apud Suidam. ὀκτώποδ' ἀνεγείρεις. i. Octipedem excitas, nimirum scorpium, cui pedes sunt octo, ac plerunque sub saxis abditus cubat, quem non nisi tuo periculo susciteſ propter uenenum, quod in cauda gestat.

Mouere Camarinam. LXIIII

Κινεῖν τὴν καμαρίνην. i. Mouere Camarinam, est sibijpsi malum accersere. Lucianus De apophrade, ὅρᾳς ὡς ἄμεινον ἦν σοι ἀκίνητον τὴν καμαρίναν ἐᾶν. i. Vides quanto satius tibi fuerit, Camarinam immotam linere. Vnde natum sit adagium, Seruius grammaticus explicat, Vergilianum illum locum enarrans in tertio Aencidos,

—Et fatis nunquam concessa moueri
Apparet Camarina procul.

Camarina

Ayuntamiento de Madrid

Camarina, inquit, palus eſt iuxta oppidũ eiuſdem nominis, quæ cum olim ſiccata, peſtilentiam creaſſet, conſuluerunt oraculũ an penitus eam deſiccare præſtaret. Vetuit deus Camarinam moueri. At illi exiccarunt, non obtemperantes oraculo, & ceſſauit quidem peſtilentia, ſed per eam ingreſſis hoſtibus pœnas dederunt neglecti oraculi. Eadem fermè commemorat & Suidas, illud inſuper addens, quibuſdam Camarinam eſſe fruticem, cuius ramos ſi quis commoueat quatiatq;, tetrum quendam odorẽ ædere. Verum mihi ſuperior ſententia magis uidetur ad ueri ſimilitudinem accedere. Meminit huius adagij Stephanus quoq; uerſu horoïco, effértq; ad hunc modum,

Μὴ κινεῖν καμαείναν. ἀκίνητ' ἀμείνων.

Ne moueas Camarinam, etenim non tangere præſtat.

Ait autem Camarinã oppidũ, & eiuſdem nominis paludẽ eſſe in Sicilia. Meminit & Silius lib. 13. Maronẽ imitatus,

Et cui non licitum fatis Camarina moueri.

Anagyrim commoues. LXV

Superiori neutiquã diſſimile uidetur illud apud Græcos celebratum, ἀνάγυρον κινεῖς. i. Anagyrum cõmoues. In eos, qui ſibijpſis malorum autores eſſent: quiq; in ſuam ipſorum perniciem quempiam irritarẽt. Vnde ducta ſit paræmia, uarie narratur ab autoribus. Alij ad fruticis naturam referunt, cuius meminit in 3. lib. Dioſcorides, quem quidã magyrum, quidam anagyrum appellent: nõnulli acopon medicamentis quidem efficacem, uerum odore maiorẽ in modum graui, maximè ſi manu teratur. cuius fructus guſtatus uehementẽ uomitũ promouet. Vnde uel ab odoris moleſtia, quæ carpentem conſequitur, adagium ductum uideri poteſt, quandoquidem & acopi uocabulum indidẽ apparet repertũ: uel à concitandi uomitus efficacia. Meminit huius & Plin. lib. 27. cap. 4. Sunt qui dicant Anagyrum locũ eſſe in Attica, quæ ad tribũ pertineat Erechtheidẽ autore Stephano, ubi frutex quidã grauiſſimi odoris plurimus proueniat, ut anagyrũ pro frutice nõ ſecus accipiamus, quàm Anticyram pro elleboro. Rurſum alij Anagyrũ genium quendã exiſtimant, qui propter uiolatum ſacellum ſuũ uicinos omnes funditus euerterit. Atq; huius adagij mentionem fieri apud Ariſtophanem in Lyſiſtrata. Et ſanè apud Ariſtophanem locus ſic habet:

Πόθεν εἶσιν; ἀναγυρωντόθεν, νὴ τὸν Δία.
Οἰοῦν ἀνάγυρός μοι κεκινῆσθαι δοκεῖ. id eſt,
Vnde aduenit? ab Anagyro, ergo per Iouem
Anagyrus eſſe motus apparet mihi.

Suidas huiuſmodi fermè cõmemorat. Anagyraſion quendam genium fuiſſe, ſic à loco quẽ diximus, cognominatũ, qui ſenem uicinũ, quòd lucũ ſuum incidiſſet, hunc admodũ ultus ſit. Senis concubinæ inſanũ quendam amorẽ immiſit in illius filium, quæ cum adoleſcentis animũ pellicere non poſſet, eum ultro apud patrẽ detulit, quòd ſeſe de ſtupro non deſineret interpellare. Pater perſuaſus à muliere, filium è tecto præcipitẽ dedit ac interemit. Deinde fãcti pœnitens, ſemetipſũ laqueo præfocauit. Poſtremo mulier ſeſe in puteũ abiecit. Atq; huius fabulæ citat autorẽ Hieronymũ, haud ſcio quẽ, in opere De tragœdiarũ ſcriptoribus.

Capra contra ſeſe cornua. LXVI

Ἡ αἴξ καθ' ἑαυτῆς τὰ κέρατα. id eſt, Capra contra ſemetipſam cornua. Ad ſuperiorum claſſem pertinet, ab apologo natum. Capra quæpiam cùm eſſet iaculo uulnerata, circunſpectans unde nam id mali ſibi euenijſſet, arcum contemplans, caprinis cornibus compactum, dixit ad hunc modum, καθ' ἑαυτῆς ἔφυσα τὰ κέρατα. i. In meam ipſius perniciem produxi cornua.

Atlas cœlum. LXVII

Ἄτλας τὸν οὐρανόν. i. Atlas cœlum ſubaudiendum ὑπεδέξατο. i. ſuſcepit. Dici ſolitum de his, qui ſeſe magnis & moleſtis inuoluunt negotijs, ipſiq; ſibi malum accerſunt. Nam hic cœlum hoſpitio excepit. Deprehenſus autem quod illi ſtruxiſſet inſidias, præceps datus eſt in mare Atlanticum. Porrò notior eſt, quàm ut hoc loco ſit referẽda de Atlante fabula, cœlum humeris & uertice ſuſtinente.

Deus ex improuiſo apparens. LXVIII

Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς ἐπιφανής. i. Deus ex improuiſo apparens. In eos dicitur quibus in rebus perplexis præter ſpẽ exoritur aliquis qui ſalutem adferat, negotijq; difficultatem expediat. Sumptũ eſt à cõſuetudine tragœdiarum, in quarũ pleriſq; machinis quibuſdam deus aliquis oſtendebatur: idq; nõ in ſcena ipſa, ſed è ſublimi, qui repente commutatis rebus fabulæ finem imponeret. Id quod teſtatur & M. Tullius lib. De natura deorum primo, ut eũ ſic ait: Quod quia quemadmodum natura efficere ſine aliqua mente poſſit, nõ uidetis, ut tragici poëtæ, cum explicare argumenti exitum non poteſtis, confugitis ad deũ: cuius operam profecto non deſideraretis, ſi immenſam & interminatam in omneis partes magnitudinem regionũ uideretis. Nec dubium eſt, quin Tullius imitatus hic ſit illud ex Platonis Cratylo, Εἰ μὴ ἄρα ἅπερ οἱ τραγῳδοποιοὶ, ἐπειδάν τι ἀπορῶσιν, ἐπὶ τὰς μηχανὰς ἀποφεύγουσι, θεοὺς αἴροντες. i. niſi ſanè quemadmodum tragœdiarũ ſcriptores, ſicubi hæſerint, ad machinas confugiunt, deos ſuſtollẽtes. Quem Platonis locum ob ignoratum prouerbium. Latinus interpres perperã aut certè obſcurè uertit. Nimirum hũc in modum. Niſi fortè quemadmodum tragici, quoties ambigunt, commẽtitijs quibuſdam machinamentis ad deos cõfugiunt. Ad eundem lapidem impegiſſe uidetur qui Lyſandri uitam tranſtulit è Plutarcho. Quũ enim Lyſander inſtituiſſet innouare remp. perpẽderetq; negotiũ eſſe difficilius quàm ut uulgaribus cõſilijs poſſet expediri, fecit quod poëtæ ſolent in tragœdijs, fictis oraculis ac deorum religione ſtuduit quod conſtituerat efficere. Græca ſic habẽt, ὥσπερ ἐν τραγῳδίᾳ μηχανὴν αἴρων πρὸς τοὺς πολίτας λόγια πυθόχρηστα καὶ χρησμοὺς συνετίθη καὶ κατεσκεύαζεν. i. Quemadmodum in tragœdia machinã tollens apud ciues, reſponſa uelut à Pythio reddita & oracula cõponebat apparabatq;. Idem ſubobſcure, ſed ſanè quàm eleganter indicat Ariſt. lib. Περὶ τὰ φυσικὰ primo, ἀναξαγόρας τε φησὶν, inquiens, μηχανῇ χρῆται ὡς νῦν πρὸς τὴν κοσμοποιΐαν. ὅταν ἄν ἀπορήσῃ διὰτίνα ἀνάγκην ἔστιν, τότε ἕλκει αὐτὸν ἐν τοῖς ἄλλοις παῖζα μᾶλλον αἰτιᾶται τὸν γινομένων ἢ νοῦν. Quæ quidẽ uerba ſic licebit uertere: Nam Anaxagoras mente perinde, quaſi deo quopiam tragico, qui repente ſolet oſtendi, utitur ad condendum mundum. Etenim cum hæret in explicanda cauſa, quare neceſſario ſit, tum illam adducit. Porrò reliquis in rebus, quibuis potius cauſam facit eorum quæ fiunt, quàm mentem. Vnde in Græcorum tragœdijs illud penè ſolẽne eſt: Πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων. i. Multæ formæ deorum &c. Cum inducto numine fabulam explicant: ueluti in Oreſte Euripi. Apollo in medijs tumultibus apparẽs res turbatiſſimas ſubito componit. Huius rei exemplum uidetur ab Homero ductum, qui quemadmodum Iliad. 1. Palladem inducit, ut ferocientem Achillem compeſceret, ita compluribus alijs locis numen aliquot allegat. Quod quidem Horat. in Arte poët. uetat in comœdijs fieri, niſi rerum difficultas maior ſit, quàm ut poſſit humana ope explicari:

Nec deus interſit, niſi dignus uindice nodus Inciderit.

Qua ratione Plau. in Amphi. Iouẽ induxit, eoq; tragicocomœdiã uocat. Luſcia. ĩ Philopſ. Καὶ τὸ μὲν λόγῳ, θεὸν ἀπὸ μηχανῆς ἐπισκηνθλιῶσί μοι τοῦτον ὦμιλω ἀπὸ τύχης. id eſt,

Ayuntamiento de Madrid

id eſt, Ac iuxta prouerbiũ, arbitrabar hunc mihi perinde quaſi deũ quempiam repente apparẽtem, à fortuna fuiſſe adductum. Alluſit eodem in lib. De Mercede ſeruientibus: Οἰκεῖοι γὰρ αἱ τοιαῦται ξαγῳδίαι ἔτοίγε, ἵνα τιν' ἄλλον ἐκ μηχανῆς θεὸν ἐπὶ τῷ καρχησίῳ καθεζόμενον. i. Nã hi peculiariter ad huiuſmodi tragœdiam pertinent. Aut alium deum quempiam derepente exortum, atque in antennis conſidẽtem. Huc reſpexit Eurip. in Iphigenia Aulidenſi, θεὸς ἐγὼ πέφωνάσοι μέγις. i. Equidem deus tibi maximus apparui. Lucianus in Sectis, ἐπιφὰς, τὸ τ ξαγῳδῶν τοῦτο, θεὸς ἐκ μηχανῆς ἐπιφανές. i. Aſſiſtens iuxta tragœdorum prouerbium: Deus ex improuiſo oſtenſus. Apud Athenæum libr. 6. Iurconem quendam querentem facit poëta neſcio quis, quòd piſcium uenditores uix oſtenſos piſces ſtatim ſubducerent,

Καὶ θᾶττον ἀποπέμπουσι τὸς ὠνημένους
ἀπὸ μηχανῆς πωλοῦντες, ὥσπερ οἱ θεοί. id eſt,

Et uenditos mox eximunt aſpectui,
Venduntq́; tanquam è machina ritu deum.

Proinde quoties ſalus ex inſperato oſtẽditur, id deo ſolet aſcribi. Ita Plinius lib. 25. Quippe etiam in repertis alias inueni caſus, alias, ut uerè dixerim, deus. Idem lib. 27. Hic ergo caſus, hic eſt ille, qui plurima inuenit in uita deus.

Homo homini deus. LXIX

Non admodum hinc abludit & illud: ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ δαιμόνιον. i. Homo homini deus, quod dici ſolet de eo, qui ſubitam atque inſperatam attulit ſalutem, aut qui magno quopiã beneficio iuuit. Antiquitas enim nihil aliud exiſtimabat eſſe deum, quàm prodeſſe mortalibus, Vnde frugũ, uini, legum, autores, & quicunq; ad uitæ commoditatem aliquid attuliſſet, eos pro dijs habebat antiquitas: adeò, ut & beluas quaſdam pro numinibus coluerit: uelut apud Aegyptios ciconiam, quòd ſerpentes, qui certo anni tempore ex Arabicis paludibus ſubuolant, obuiam profecta, arcere, cõficereq́; creditur: Apud Romanos anſerẽ, quòd capitolinã arcem expergefactis clangore cuſtodibus, ab irruptione Gallorũ ſeruarit. Quod indicat M. Tullius, cum lib. De natura deorum primo, ſcribit: Concludã beluas à Barbaris propter beneficiũ conſecratas. Quin & autore Prodico Chio corpora quædam inanima pro dijs habita ſunt, uelut ſol, luna, aqua, terra, quod ad uitam conducere uiderentur, quodq́; horum commoditate mortales maiorem in modũ delectarentur. Scythæ, quemadmodum in Toxaride teſtatur Lucianus, per uentum & gladium, tanquam per deos iurant, propterea quòd ille ſpirãdi ſit autor, hic mortis. Sed quoniam, ut inquit Cicero, plurima homini ab homine uel commoda, uel incõmoda ſolent oriri, & dei proprium eſt uel ſeruare, uel benefacere: idcirco qui in graui periculo ſuccurrit, quíue ingẽti quopiam afficit beneficio, quoniam dei quaſi uice fungitur, ei cui prodeſt, deus dicitur extitiſſe. Huic adſtipulatur illa ſolennis apud Homerum atq; Heſiodum clauſula,

Θεοὶ δωτῆρες ἐάων. id eſt,

Dij bonorum largitores.

Et quod ait Strabo libr. 10. Recte dictũ eſt, mortales tunc maximè deos imitari, cũ benefici ſunt. Idem lib. 17. tradit, Aegyptios quoſdã duplicem facere deũ: immortalem, qui rerũ omnium ſit autor, & mortalem ignoti nominis: tum à quibus beneficio ſint affecti, eos ferme pro dijs colunt. Præterea uulgò quoq́;, qui in rebus perplexis ac deſperatis, aut ancipiti periculo ſeruantur, à deo quopiã aiũt ſeſe ſeruatos. Horat. Sic me ſeruauit Apollo. Rurſum in Odis, bello per Mercurium, & iterũ ab arboris ictu ſeſe Fauni ope ſeruatum ſcribit. Eodẽ alluſit Iuuenalis: cũ ait,

Quadraginta tibi ſiquis deus aut ſimilis dijs
Et melior fatis donaret homuncio.

Item Vergilius in Tityro,

O Meliboce, deus nobis hæc otia fecit.
Nanque erit ille mihi ſemper deus: illius aram
Sæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus.

Deinde reddit cauſam, quare ſit Cæſarem loco numinis habiturus beneficium ſubtexens:

Ille meas errare boues, ut cernis, & ipſum
Ludere quæ uellem calamo permiſit agreſti.

Plinius ſecundus lib. Natur. hiſtor. 2. manifeſtius Græcam παρομίαν indicauit, ſed tam impie ſentiens de dijs, quàm paulopoſt de animarum immortalitate, deq́; corporũ reſurrectione deſipienter. Nam cùm & multitudinẽ deorũ irriſiſſet, & uni illi ſummo, quem aut mundum hunc, aut naturam neſcio quam eſſe putat, prorſus ademiſſet curam mortalium, Deus eſt, inquit, mortali iuuare mortalem. Et hæc ad æternã gloriam uia. Hac proceres iere Romani, hac nũc cœleſti paſſu cũ liberis ſuis uadit maximus omnis æui rector Veſpaſianus Auguſtus, feſſis rebus ſubueniẽs: Hic eſt uetuſtiſſimus referendi benè merentibus gratiam mos, ut tales numinibus adſcribant. Quippe & omnium aliorum nomina deorum, & quæ ſupra ſiderũ retuli, ex hominum nata ſunt meritis. Hactenus Plinius. Ouidius:

Conueniens homini eſt hominem ſeruare uoluptas,
Et melius nulla quæritur arte fauor.

Plutarchus in cõmentario, quem inſcripſit Aduerſus principem indoctum, negat deos hoc nomine felices eſſe, quòd quàm diutiſſimè uiuãt, ſed quòd uirtutis ſint principes & autores. Porrò Paulus uirtutẽ ſummam ad charitatẽ refert: charitatẽ autẽ in eo ſitam, ut de quãplurimis quamoptimè mereamur. Huc reſpexit Gregorius Nazianzenus in oratione De cura pauperũ: Fias, inquit, ærumnoſo deus miſericordiam dei imitando, nihil enim æque diuinũ habet homo ac beneficẽtiam. Quanquam autẽ apud Chriſtianos dei appellatio non eſt ulli mortalium uel per iocũ cõmunicanda, neq́; omnino tam inſignis tamq́; fœda adulatio eſt in mores noſtros recipienda: tamẽ fieri poteſt, ut huius adagij ſit uſus, neq́; improbus, neq́; inconcinnus, ſi quis hoc modò dicat: Cùm tãtis malis premerer, ut nemo mortalium aut uellet aut poſſet opitulari, tu unus mihi præter ſpẽ extitiſti, tuoq́; beneficio me non ſeruaſti modò periturũ alioqui, uerumetiam ornatiorem aliquantò feciſti quàm antea fuerim. Vt aut omnino nuſquã, aut in nobis certè duobus, locũ habeat uetus illud Græcorum adagiũ, ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ δαιμόνιον. Aut hoc modo: Literis debeo omnia, etiã uitam: ſed ipſas tibi debeo literas, qui mihi tua liberalitate ſuppeditas alisq́; ocium meum. Quid autem eſt quod Græci dicunt ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ δαιμόνιον, ſi hoc non eſt. Aut hoc pacto: Qui mediocri beneficio iuuat, ſit ſanè amicus: uerũ qui arte ſua, ſingulariq́; cura atq́; induſtria uitam iamiam fugientẽ retinet, ac reſtituit, id quod utiq́; facit medicus, quid aliud eſt, quã quod Græci dictitant, ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ δαιμόνιον. Aut ſic: Eum in locum res erat deducta, ut ne ipſa quidem ſalus poſſet auxiliari. Ibi tu mihi ueluti præſens quoddam numẽ extitiſti, & mira celeritate depulſis incommodis, in priſtinũ locum reſtituiſti, nec ſperantem, nec expectantem, ut intelligerem illud non temere dictũ à Græcis, ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ δαιμόνιον. Aut ſic: In reliquis quidem rebus mihi ſemper amiciſſimus fuiſti: in hac uerò cauſa non amiciſſimus modo, uerumetiam penè dixerim, quod Græci dicunt, ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ δαιμόνιον.

Homo homini lupus. LXX

ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ λύκος. i. Homo homini lupus, Superiori quaſi diuerſum eſt, ac uelut hinc effictum uidetur, quod

Ayuntamiento de Madrid

quod uſurpauit Plautus in Aſinaria, Homo homini lupus. Quo monemur, ne quid fidamus homini ignoto, ſed perinde atque à lupo cauemus. Lupus eſt, inquit, homo homini, non homo, qui qualis ſit non nouit.

Coturnix Herculem. LXXI

Ὄρνυξ ἔσωσεν ἥρακλῆ τὸν καρτερόν. id eſt,

Seruauit Herculem coturnix ſtrenuum.

Senarius eſt Græcis, prouerbij uice celebratus, quem tamen Zenodotus negat apud ullum ueterum ſcriptorum inueniri: cæterùm dici ſolitum de his, qui in periculo ſeruati eſſent ab his à quibus minimè ſperarant. Adagionis originẽ ad huiuſmodi fabulam referunt: Coturnicẽ quandam Herculi in delicijs fuiſſe, cuius nidore cũ uiua incenderetur, ille mortuus ſit in uitam reſtitutus. Meminit huius fabulæ Athenæus quoq; lib. 9. ſcribẽs: Herculem Iouis & Aſteriæ filium, in Libyam proficiſcentem à Typhone fuiſſe interemptum: reuocatum autem in uitam odore coturnicis, illi ab Iolao, admotæ, & ob eam cauſam Phœnices Herculi coturnice ſacrificare.

Genius malus. LXXII

Ei quod modo retulimus, Homo homini deus: contrariũ uidetur genius malus, quem Græci dicũt ἀλάστορα, quo nomine uocamus eos, quibus incommodorũ noſtrorum maximam partẽ acceptam ferimus, idq; etiam hodie uulgato ſermone. Sunt enim omnino quidã his aut illis ita inauſpicati, ut tanquam fatũ quoddam malum, atq; in perniciem illorũ nati, iure uideri poſſint. Porro prouerbiũ apparet è priſcorum opinione profectum, qui ſingulis binos genios attribuunt, quos dæmones uocant: neq; hominibus modò, uerumetiam locis atq; ædibus, quorũ alter perniciem nobis moliatur, alter iuuare ſtudeat: cuius ſententiæ fuit Empedocles, citante Plutarcho in lib. De animi trãquillitate. Quò pertinet illud Bruti, quod in eius uita memorat idẽ Plutarchus. Nã Bruto cùm dies ille fatalis immineret, & in Aſia nocte fermè intẽpeſta ex more uigilaret in tabernaculo, lucerna iam emoriente, uidere uiſus eſt perſonam quandã tragicã, & humana ſpecie maiorẽ. Atq; ille protinus, ut erat animo interrito, percontatus eſt, quis nam eſſet aut hominum aut deorum. Cui illa cum murmure: Tuus ſum Brute genius malus, Philippis me uidebis. Eadem itaq; imago rurſus apparuit confligenti Philippis, quæ quidẽ illi pugna poſtrema fuit. Huic conſimilẽ quandam fabulam idem refert de M. Antonio, atq; Auguſto: uidelicet hos reliquis quidẽ in rebus amanter ſummaq; inter ſeſe cõcordia agitaſſe: cæterũ in ludis quos ad æmulationem quandã ædebant, Octauium ſemper ſuperiorem eſſe ſolitũ. Eam rẽ Antoniũ non mediocriter diſcruciaſſe. Fuiſſe autem in Antoniano comitatu magum quempiam Aegyptiũ. Is ſeu quòd uerè noſſet eius fatum, ſeu quòd ad gratiã Cleopatræ fingeret, eum admonuit ut à Cæſare ſe quantũ poſſet, ſeiungeret: quòd ipſius genius, alacer alioqui, genium illius reformidaret: quoq; propius acceßiſſet, hoc humilior deiectiorq; uideretur. Teſtatur & Plato Socrati peculiarẽ quendam fuiſſe genium, de quo ſcripſit Apul. & Plutarch. De genio ſenſiſſe uidetur Terent. cùm ait in Phormi. Mihi uſu uenit, hoc ſcio. Memini relinqui me, deo irato meo. Quin & noſtrates theologi ueteres illos, opinor, ſecuti, duos unicuiq; genios, quos angelos uocant, ab ipſo protinus exordio uitæ adſcribunt: amicũ, qui cõmoda noſtra procuret: malũ, qui modis omnibus in exitium noſtrũ immineat. Bonum geniũ explicat Næuius in Stalagmonis apud Donatũ: A deo meo propitio meus homo eſt. Item Perſius: Dijs iratis, genioq; ſiniſtro. Poſtremo prouerbium reſipiũt in genere omnia illa: Iratis dijs, Propitijs dijs. Terent. Neſcio, niſi deos iratos fuiſſe mihi ſatis ſcio, qui auſcultauerim ei. Horat. in Sermonibus.

—Immeritusq; laborat.
Iratis natus paries dijs, atq; poĕtis. Idem rurſum,
—Vertumnis quotquot ſunt, natus iniquis.

Idem in Odis,

Diuis orte bonis optime Romulæ
Cuſtos gentis abes. Homerus Iliad. ι.
Θεὸς νύτις ἐχὶ κοτέων. id eſt,
Deus quiſpiam iratus eſt. Et Vergilius,
Dijs equidem auſpicibus reor, & Iunone ſecunda.

Eodem pertinent & hæc: Solus à dijs diligere Antipho: &, Dij nos reſpiciunt: &, Modo Iuppiter adſit: &, Si quem numina læua ſinunt: &, Dexter adſit Apollo: atq; id genus ſexcenta paſſim apud poĕtas obuia. Erit autem uenuſtius, ſi ad ſpeciem deſcenderis: ut, Hic ſcribit carmina Muſis, quo: quot ſunt, iratis. Canit irato Apolline. Eam cauſam egit ineptiſſimè planeq; irata Suadela. Marte ſiniſtro pugnauimus. Neptuno propitio nauigauimus. Mercurio, opinor, irato, cum hoc ueteratore ſum pactus. Irata Venere dat operam liberis, de eo qui deformes filios progeneret. Inuita Minerua, qui parum feliciter artem exerceat.

Dextro Hercule, aut amico Hercule. LXXIII

Eiuſdẽ eſt generis, ſed obſcurius, quod apud Horat. legitur, Diues amico Hercule.

Et item apud Perſium, Oſi

Sub raſtris crepet argenti mihi ſeria dextro Hercule.

Quod quidem in eos cõpetit, qui in accumulandis opibus ſunt bene fortunati. Idq; inde natũ exiſtimant, quòd Hercules moriturus dixerit, eos opulẽtos futuros, qui ſibi decimam bonorum ſuorum partem conſecraſſent. Proinde locupletes plerosq; ita facere ſolitos. Tametſi Plutarchus in Probl. huius conſuetudinis aliam adfert cauſam, puta quòd ipſe quondam Hercules, boum, quos Geryoni abſtulerat, in Palatino decimam partem immolarit, uel quòd Romanos ab Hetruſcis decimari ſolitos liberarit.

Dijs hominibus q; plaudentibus. LXXIIII

Prouerbialis eſt & illa hyperbole, Dijs hominibusq; plaudentibus: pro eo quod eſt feliciter atque auſpicato. Cicer. ad Q. fratrem: Vatinium à quo palàm oppugnabatur, arbitratu noſtro concidimus, dijs hominibusq; plaudentibus. Idem libr. Epiſtol. familiar. 1. Neque ſolum dixi, ſed etiam ſic facio, dijs hominibusq; approbantibus. Rurſum ad Q. fratrem libr. 3. in diuerſam ſententiam uertit prouerbium: Niſi noſter, inquit, Pompeius dijs hominibusq; inuitis negotium inuerterit. Quanquam hoc ipſum per ſe, deos hominesq;, prouerbiale nimirum eſt ob figuram, atq; apud poĕtas penè ſolenne. Deum atq; hominum fidem: dijs atq; hominibus inuiſus, Neq; deos neq; homines metuit. Homerus,

—ἀθάνατοί τε θεοὶ, θνητοί τ' ἄνθρωποι. id eſt,
—Numina neſcia mortis, Mortalesq; homines.

Rurſum, —Πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. id eſt,
Parens hominumq; deumq;.

Bonis auibus, Malis auibus. LXXV

Ad hoc genus pertinet & illud, Bonis, aut malis auibus: cùm rem feliciter, aut ſecus cedere ſignificamus, ab augurum obſeruatione ſumptum. Horatius in Odis:

Mala ſoluta nauis exit alite,
Ferens olentem Mæuium. Et rurſum,
—Mala ducis aui domum,
Quã multo repetet Græcia milite. Atq; iterũ alibi,

Scrib

Scriberis Vario fortis, & hoſtium
Victor Mæonij carminis alite. Homerus Iliados ω.
—Μὴ δέ μοι ἀντὴ Ὄρνις ἐνὶ μεγάροισι, κακὸς
πέλσν. id eſt,
Neue auis hic infauſta mihi perrexeris eſſe.

Verba ſunt Priami ad uxorẽ dehortantem, ne ſolus in caſtra Achillis proficiſceretur, Hectoris cadauer auro redempturus, ac multa triſtia, ita ut aſſolent mulieres, ominantem. Auerſa aui dixit Latinus quiſpiam tragœdiarum ſcriptor, qui de Agamemnone contra auſpicia ſoluente ita loquitur. Soluere imperat, ſecundo rumore auerſaq; aui. Refertur á M. Tullio lib. De diuinat. 1. Ad hanc formã referẽda ſunt et illa: fauſto omine, bene ominata, bonis auſpicijs, inauſpicato, felicib. augurijs, atq; id genus alia quæ ab augurũ arte ſumpta, in communem ſermonem abierunt.

Noctua uolat. LXXVI

Ex eadẽ ſuperſtitione manauit & illud Græcanicũ, γλαὺξ ἵπται, ſiue ἵπτατο. i. Noctua uolat, ſiue uolauit. Nam priſcis Athenienſibus noctuæ uolatus, uictoriæ ſymbolum exiſtimabatur: propterea quòd auis hæc Mineruæ ſacra crederetur, quæ quidẽ dicta eſt etiam male cõſulta Athenienſium bene fortunare. Quæ de re copioſius aliquanto diximus in prouerbio, Athenienſium incõſulta temeritas. Inde rebus felicius, atq; ex animi ſententia ſuccedentibus dici cõſueuit, Noctua uolat. Autores Zenodotus, & Suidas. Nõ illepide dicetur uolaſſe noctua, quoties res nõ uiribus, ſed pecuniarum interuentu confecta creditur, quòd Athenienſium nomiſma noctuã haberet inſculptam. Vnde & illud, Laureoticæ noctuæ, quod alibi recenſetur. Plutarch. in uita Periclis tradit, illi è ſuperiore nauis tabulato cõcionanti, noctuam ad dextrã aduolaſſe, ac malo inſediſſe: quod omen effecit, ut omnes irent in illius ſententiã.

Quarta luna nati. LXXVII

Ἐμ τετράδι γεγενημένος. i. Quarta luna nati, dicuntur qui parum feliciter nati ſunt, ut autor eſt Euſtathius in libr. Iliad. ϰ. propterea quòd Hercules hac luna natus feratur, cuius omnis uita uoluptatum omniũ expers, ac laborum plena fuit. Dici poteſt & in eos qui laboribus ſibi neutiquã frugiferis fatigantur, Herculis uidelicet exẽplo qui iuuãdis alijs ſudauit, ſibi inutilis. Pyrrhus apud Lucilĩ Florum dicebat ſe ſibi uideri Herculis ſidere natũ, q; quo plurib. uictorijs Romanos cõcideret, hoc acriores in ipſum coorirẽtur. Id quod Hora. elegãter trãſtulit ad Annibalẽ:

Vt hydra ſecto corpore firmior
Vinci dolentem creuit in Herculem.

Albæ gallinæ filius. LXXVIII

Contrà feliciter natũ, albæ gallinæ filium dicimus. Iuuenalis:
—Quia tu gallinæ filius albæ. Vel quòd læta atq; auſpicata Latini albã uocãt: uel quòd prouerbiũ alludit ad fatalem illam gallinã, de qua meminit Sueton. Tranquil. in Galba, his quidem uerbis: Liuiæ olim ſtatim poſt Auguſti nuptias Veientanũ ſuum reuiſenti, præteruolans aquila, gallinam albã, ramulum lauri roſtro tenentem demiſit in gremium. Cumq; nutriri alitem, ac pangi ramulum placuiſſet, tanta pullorũ ſoboles prouenit, ut hodie quoq; ea uilla ad gallinas uocetur. Tale uerò lauretũ, ut triumphaturi Cæſares inde laureas decerperẽt. Fuitq; mos triumphantib. alias confeſtim eodẽ loco pãgere. Et obſeruatum eſt ſub cuiuſq; obitũ, arborem ab ipſo inſitutam elãguiſſe. Ergo nouiſſimo Neronis anno, & ſylua omnis exaruit radicitus, & quicquid ibi gallinarũ erat, interijt. Conueniet igitur adagium in eos qui rara & fatali quadam felicitate ſucceſſuq; rerum utuntur. Huic diuerſum eſt illud apud eundem Iuuenal. —Nati infelicibus ouis.

Nõ abhorret huic quod ſcribit M. Tull. lib. Epiſt. fam. 7. ad Curionem: Cùm enim ſalutationi nos dedimus amicorum, quæ fit ex hoc etiam frequentius quàm ſolebat, quòd quaſi auem album uidentur bene ſentientem ciuem uidere, abdo me in bibliothecam. Veteres enim quod inauſpicatum haberi uolebant, atrum aut nigrum uocabãt: quod felix, album. Vnde apud Senecam Aſinius Pollio Albutij ſententias, quòd inaffectatæ eſſent & apertæ, ſolitus eſt albas appellare. Quin & Græcis λευκότερον ἔπος dicitur, qui clarius rem explicat.

Laureum baculum geſto. LXXIX

Δαφνίνῳ φορῶ βακτηρίαν. i. Laureum porto baculũ. Suidas tradit ita ſolere loqui eos, qui eſſent ab aliquibus inſidijs appetiti, feliciterq; periculũ effugiſſent. Propterea quòd laurus creditur eſt aduerſus uenena remedium habere. Plin. lib. 15. demonſtrat laurũ luſtrationibus adhiberi ſolitam. Videtur & aduerſus fulmen huius uis tueri, quandoquidem arborũ una non icitur fulmine. Id adeo uerum credidit Cæſar Tiberius, ut nunquam non geſtaret capite coronam lauream, ut in ipſius uita prodidit Suetonius.

Grauiora Sambico patitur. LXXX

Δεινότερα σαμβίκης πάσχει. i. Atrociora Sambico patitur. In eos qui cruciatibus exquiſitis torquentur, aut quibus inſignia mala accidunt. Prouerbium Plutarch. refert in Probl. Græcanicis, atq; huiuſmodi quandam adfert cauſam. Sambicus quiſpiam Eleus unà cum ſocijs aliquot, non paucas apud Olympia æreas ſtatuas concidit, uendiditq;. Deinde maiora etiam auſus Dianæ præſidis templum diripuit. Eſt enim illius in Elide templum, quod Ariſtarcheum nominant. At ille mox comprehenſus, dum ſocios prodere recuſat, annum perpetuum exquiſitis cruciatibus dilaceratus eſt, inter quos etiam animam efflauit. Atq; hinc uulgò nata παροιμία.

Fœnum habet in cornu. LXXXI

In homines maledicos ac feroces dicitur: Fœnum habet in cornu. Horat. in Sermonibus.

Fœnum habet in cornu, longè fuge.

Inde translatum, ut Acroni placet, quòd antiquitus bubus cornipetis fœnum pro ſigno in cornu appenderetur, quo ſibi cauerent qui fortè occurriſſent. Idq; ideo fieri ſolitũ Plutarch. in Probl. autumat, quòd copioſiore pabulo, non modo boues, ſed & equi, & aſini inſolẽtiores ac ferociores reddãtur. Vnde extat & Sophoclis dictum in tumidũ quempiam ac præferocem. Tu, inquit, ferues, quaſi pullus pabuli copia. Huic adſtipulatur illud Solonis dictũ apud Laërt. Τὸν μὲν κόρον ὑπὸ τῆ πλάστυ γενᾶσθη, τὴν δὲ ὕβριν ὑπὸ τῆ κόρυ. hoc eſt, ſatietatem naſci ex opulentia, ex ſatietate ferociam. Dictum eſt autem aliquando, ut idẽ teſtatur Plutarch. in M. Craſſum, quòd in cornu fœnum haberet, propterea quòd haudquaquã impunè laceſſeretur, homo prædiues ac potens, & ſimultatum perſequentiſſimus. At poſtea Cæſar dictus eſt ei fœnum detraxiſſe: quòd omnibus illum ut cornipetam taurum fugiẽtibus ac formidãtibus, ipſe primus auſus fuerit illi reſiſtere. Vſurpat adagium hoc etiam diuus Hieronymus in epiſtola quadam, minitans his à quibus fortè eſſet laceſſendus.

Cornutam beſtiam petis. LXXXII

Conſimilem fermè ſenſum habet Plautinum illud, Cornutam beſtiam petis, de eo qui laceſſit eum qui paratus ſit retaliare iniuriam, quemq; non niſi tuo malo prouoces. Huc ſpectauit Horatius in Odis, Parata tollo cornua.

Dionyſius Corinthi. LXXXIII

Διονύσιος ὁ ἐν Κορίνθῳ. i. Dionyſius Corinthi. Prouerbialis allegoria qua ſignificamus aliquem è ſumma dignitate atq; imperio, ad priuatam humilemq; redactũ fortunam: quemadmodũ Dionyſius Syracuſarum tyrãnus expulſus imperio

Ayuntamiento de Madrid

imperio, Corinthi pueros literas ac muſicam mercede docuit. Cic. epiſt. ad Attic. lib. 9. de optimatibus, ſit ſanè ita ut uis. Sed noſti illud, Διονυσιος ἐν κορίνθῳ. Quint. Inſtit. orat. lib. 8. Eſt in exemplis allegoria, ſi non prædicta ratione ponantur. Nam ut Dionyſium Corinthi eſſe quo Græci omnes utuntur, ita plura ſimilia dici poſſunt. Hìc Cic. cùm ait, Noſti illud, & Quintil. Quo Græci omnes utuntur: nimirum uterq; uulgò iactatum fuiſſe ſignificat. Cæterum unde natum ſit adagium, Plutarchus aperuit in libello cui titulus, περὶ ἀδολεσχίας. id eſt, de futili loquacitate. Laudans enim breuiter & grauiter dicta, commemorat & illud à Lacedæmonijs reſponſum regi Philippo bellum minanti ferocientiq;: Διονυσιος ἐν κορίνθῳ. Quib. ubi rex reſcripſiſſet, ſiquidem in Laconicâ duxiſſet exercitũ euerſurum ſe Lacedæmonios, uerbo dũtaxat reſponderunt, ἄκα, id eſt, ſi. Plato ter nauigauit in Siciliam, non ſine ſiniſtri rumoris aſpergine. Vnde Molon, qui inimicũ in Platonem gerebat animum, dicebat non eſſe mirũ, ſi Dionyſius eſſet Corinthi, ſed ſi Plato in Sicilia. Regem enim urgebat neceſſitas, Platonem ſolicitabat ambitio.

In me hæc cudetur faba. LXXXIIII

Terentius in Eunucho. At enim iſthæc in me cudetur faba: hoc eſt, Donato interprete, in me malũ hoc recidet, in me hæc uindicabitur culpa. Translatũ uel à faba, quæ cùm ſiliquis exuitur ac batuitur, aut fuſtibus intertunditur, ita ut ſit in areis more ruſticorum, non ipſa perinde laborat, ſed id demum in quo cuditur. Alij malunt ad malè coctam fabã referre, quæ ſi quando non maduerit, ſed dura permanſerit, ab iratis heris ſupra coqui caput ſaxo nonnunquam comminui conſucuit, tanquam fabam ulciſcentibus, non coquũ, cùm uniuerſum interim malũ ad coquum perueniat.

Tute hoc intriſti, omne tibi exedendum eſt. LXXXV

Nõ diuerſum ſuperiori Donatus admonuit, illud quod apud eundẽ poëtam legitur in Phormione. Tute hoc intriſti, tibi omne eſt exedẽdum. Verba ſunt Phormionis paraſiti, qui quoniam fuerat autor conſilij de ducenda puella, æquum eſſe putat, ut ſuo periculo rem item expediat. Translatum putant ab alliato ruſticorum mortario. Quæ quidem ſententia, uel hodie quoq; uulgo noſtrati in ore eſt. Et altera huic ſimillima: Colo quod aptaſti, ipſi tibi nendum eſt, id eſt, tu incipiendi autor extitiſti, nunc idẽ explices oportet.

Faber compedes quas fecit, ipſe geſtet. LXXXVI

Auſonius in Trochaicis ſuis Terentiano prouerbio confine quoddam ſubnectit, & poëtæ metaphoram altera quadam interpretatur metaphora,

Tu moleſtus flagitator lege moleſta carmina.
Tibi quod intriſti, exedundum eſt: ſic uetus uerbũ iubet,
Compedes, quas ipſe fecit, ipſus ut geſtet faber.

Competit in eos qui ſibijpſis autores ſunt malorum. Videtur autem è Theognide poëta ſumptum, qui ait:

Οὔτις ἀνὴρ φίλε κύρνε πέδας χαλκείετται ἄτῃ. id eſt,
Vincula nemo ſibi cudit chariſſime Cyrne.

Huic ſimile quiddam, humilius quidem, ſed tamen aptum uulgò dicitur: Flagellum ipſe parauit, quo uapularet. Idq; ſumptum à pueris aut ſeruis, qui coguntur aliquoties ipſi parare uirgas quibus uapulent.

Ipſi teſtudines edite, qui cepiſtis. LXXXVII

His confine prouerbium refertur à Græcis ſcriptoribus:

Αὐτοὶ χελώνας ἐδηδέατ' εἶπερ ἔλετε. id eſt,
Qui prendidiſtis, ijdem edite teſtudines.

In eos iacitur, qui poſteaquam inconſultè quippiam adorti ſunt, aliorum implorant auxilium, quos ſuo negotio admiſceant. Parœmiam ex huiuſmodi quodam apologo natam exiſtimant. Piſcatores aliquot iacto reti, teſtudines eduxerunt. Eas cũ eſſent inter ſe partiti, neq; ſufficerent omnibus comedendis, Mercurium fortè accedentem inuitarunt ad conuiuium. At is intelligens ſe nequaquam humanitatis gratia uocari, ſed ut eos faſtidito cibo ſubleuaret, recuſauit, iußitq; ut ipſi ſuas teſtudines ederent, quas cepiſſent. Sunt autẽ, autore Plut. in Carmania populi, qui teſtudinum carnibus uiclitent, unde & nomen illis attributum, χελωνοφάγοις. Apud quos affirmant inueniri teſtudines tanta magnitudine, ut earum teſtis caſas integant.

Aderit Temeſſæus genius. LXXXVIII

Strabo lib. Geographiæ 6. refert Temeſſam ab Lao primam urbem eſſe Brutiæ, ipſius ætate dictam Tempſam, quam ab Auſonijs conditam, Thoantis comites Aetoli deinde tenuerint, atque his expulſis Brutij, demum Hannibal & Romani funditus euerterint. Iuxta hanc ſacellum fuiſſe oleaſtris circunſeptum Politæ cuidam ex Vlyßis comitibus ſacrum. Hunc, quòd eſſet à Barbaris uiolatus, graucis iras in eos exercuiſſe: adeo ut in prouerbium abierit, dicerentq; cauendum, ne Temeſſæus genius immineret, deinde Locrenſibus Epizephyrcis urbe potitis, Euthymum quendam, ut inquit Aelianus, ex Italia illuc ueniſſe pugilem inclytum, & inſigni robore, qui & lapidem ingenti magnitudine geſtauerit, qui Locris oſtendi ſoleat. Hunc cum Polite congreſſum, ac uictorem è certamine diſceſſiſſe, atque ita finitimos huius opera liberatos à tributo, quod ille conſucuerat extorquere. Quin & compuliſſe illum, ut quod per uim abſtulerat, redderet etiam cum fœnore. Atq; hinc prouerbium natũ putant, iis qui ſordidos & iniuſtos quæſtus faciunt, adſore Temeſſæum genium, quo ſignificabant aliquãdo dependenda cum fœnore, quæ præter ius & fraude, ſeu ui rapuiſſent. Pauſanias in Eliacis paulo diuerſius rem narrat: nempe comitem quendam Vlyßis ob uirginem conſtupratam occiſum fuiſſe, atq; ob id laruas eius, niſi quotannis oblata uirgine placarentur, graſſari ſolitas, ac perniciem adferre omni ſexui atq; ætati. Atq; hunc quidem eius loci genium uulgò fuiſſe creditum, quem Euthymus pugil Temeſſam reuerſus cõpeſcuerit, uirgine quam deuouerant, liberata atq; in matrimoniũ accepta. Apud Strab. mihi locus in codice Græco uidetur non uacare menda. Sic enim legimus in æditione Aldina: ὥςε τοὺς περιοίκους διασμολογεῖν ἀυ τῷ κατὰ τὸ λόγιον, μὴ παρεμβαίνειν εἰναι πρὸς ἀυτοὺς, μηδ' ἐς τ' ἄρχια τῶν τεμενῶν λεγόντων ἐπικεῖσθαι ἀυτοῖς. Fortaſſe tolerabilior erit lectio, ſi tolles coniunctionem δὲ & pro λεγόντων reponas λεγόμενον. Cæterum cùm Strabo recenſeat prouerbium priuſquam referat cohibitum heroëm, indicat potius in eos dici ſolitum, qui potentiorem ſe laceſſunt. Etiamſi nihil uetat prouerbium ad uarios uſus accommodari.

Termeria mala. LXXXIX

Τερμήρια κακά. id eſt, Termeria mala. Veteri prouerbio dicũtur ingẽtia, maximè quoties mala quæ quis in alios impegerit, aliquãdo in ipſius caput retroliantur. Huius adagij meminit Plutar. in uita Theſei, qui cùm Herculis exemplo terras obiret, nocentes quos ſuperaſſet, eadẽ pœna ſolitus eſt afficere, quam illi per ſæuitiã in alios exercuiſſent. Nã Hercules Damaſcum de rupe æditiſſima præcipitẽ dedit. Buſyridem parẽtauit. Antæum palæſtra ſuperatum occidit. Cygnum gladiatorum more confecit. Deniq; Termerum humana capita confringentẽ, uerberibus itidem contudit. Vnde in eos in quos ſua malefacta retorquẽtur, prouerbio dicitur. Termerium malum. In hanc fermè ſententiã Plutarch. in Vita Theſei. Eſt autem ſupplicij genus uel in primis fauorabile, cùm pœna ſceleri reſpõdet, quemadmodum

Ayuntamiento de Madrid

modum de Thurino fanu uenditore, fumo necato legimus. Et Perillo, quem Phalaris æneo impositum tauro, fuo ipſius inuento perdidit. Illud perquam feſtiuum, quod in uita Gallieni imperatoris refertur. Cùm quidam uitreas gemmas pro ueris imperatrici uendidiſſet, atq; ea re deprehenſa, uindicari ſi cogitaret, ille uenditorem rapi iußit, tanquã leonibus obijciendum: deinde caponem emittit, ac cunctis rem tam ridiculam admirantibus, per præconem denunciari iußit: Impoſturam fecit, & paſſus eſt: atq; ita negotiatorẽ dimiſit. Sed de Termerijs malis Suidas multo aliam adfert interpretationem: nempe locum quendam eſſe in Caria, cui nomen Termerio, quo tyranni quondoq; pro carcere ſoleant uti. Situm autem eſſe inter Melum & Halicarnaſſum. Ex hoc cum poſtea prædarentur latrones, neq; depelli poſſent, quòd eſſet locus admodum munitus, abijſſe in prouerbium. Quinquam Stephanus Termeram urbem in Lycia ponit, quam ait à Termero fortitam uocabulum. Poſtremò Termeria mala dicta uideri poſſunt, quaſi extrema mala. Nam τέρμα Græcè, finem ſignificat, & τερματίαν ἡμέρ χρ extremum uitæ diem uocant. Porrò Latini, quòd ſummum uideri uolunt ac maximam, id extremum appellant. Vt extrema dementia, extrema inſania. Neq; ſecus Græci ἔσχατον κακὸν, extremum malum pro maximo dicunt. Et ἐσχάτων ἐσχάτα, extremorum extrema, quaſi plus quàm maxima.

Neoptolemi uindicta. x c

Νεοπτολέμεια τίσις. id eſt, Neoptolemica uindicta. Superiori ſimillimum eſt, ubi quis eadem patitur cuiuſmodi patrauit in alios. Id Pauſanias in Meſſeniacis refert, & expoſuit his uerbis; Περιῆλθεν μὲν τοι καὶ ἐπὶ τοὺς Λακεδαιμονίους ἀνὰ χρόνον ἡ νεοπτολέμεια καλουμένη τίσις. νεοπτολέμῳ γὰρ ᾧ Ἀχιλλέως ἀπεκτάνασι περιαμὸν ἐπὶ ἑστίᾳ τῇ ἐν Δελφοῖς πρὸς ᾧ βωμῷ ἔπεσεν ἀπόλλωνος ἀποσφαγιῶσαι, ἢ ἀπὸ τότε τὸ παθεῖν ὅποῖον τις καὶ ἔδρασε, νεοπτολέμειον τίσιν ὀνομάζουσιν. id eſt, Sanè perueniſſe Lacedæmonios progreſſu temporis Neoptolemea, ſicut uocant, uindicta. Siquidè Neoptolemo Achillis filio, qui Priamum in ipſis palatij foribus occiderat, uicißim euenit, ut & ipſe apud Delphos ad Apollinis aram occideretur: atq; hinc ortum, ut ubi quis idem patitur quod in alios fecit, Neoptolemeam uindictam appellent. Euripides in Oreſte ſub perſona Apollinis de Neoptolemo.

Θανεῖν γὰρ ἀνδρὸς μοῖρα δελφικοῦ ξίφει. id eſt,
In fato enim illi eſt Delphico gladio mori.

Seruire ſcenæ. x c i

M. Tullius ſeruire ſcenæ dixit, pro eo quod eſt ſeruire tẽpori, & rebus præſentibus ſe accommodare. Translata ab hiſtrionibus fabularum metaphora, qui non ſuopte iudicio agunt, ſed hoc unũ ſpectant, ut quouis modo populi oculis placeant, alioqui explodẽdi exibilandiq;. Sic enim ſcribit ad Brutũ: Tibi nunc populo & ſcenæ, ut dicitur, ſeruiendum eſt. Nam in te non ſolum exercitus tui, ſed omniũ ciuium, ac penè gentium conijcti ſunt oculi. Quadrabit & in eos qui negotium aliquod ſuſceperunt illuſtre, unde uerſari ſit, aut cum ſumma laude, aut ſumma cum infamia diſcedere, propter plurimorum expectationẽ. Porrò temporiſeruiendum eſſe uiro ſapienti, monuit & Phocylides.

Καιρῷ λαβέσθαι, μὴ ἀντιπνείων ἀνέμοισιν. id eſt,
Temporibus ſemper cautus ſeruire memento,
Nec reſtare uelis aduerſum flamina uenti.

Porrò metaphora hæc ducta eſt à nauigantibus, quos neceſſe eſt ſemel ingreſſos mare uentorũ atq; æſtus arbitrio ferri, fruſtra conaturos, ſi uelint aduerſus iſta pugnare.

Vti foro. x c i i

Huic affine eſt, τῇ ἀγορᾷ χρῆσθαι, uti foro, pro eo quod eſt præſentem rerum ſtatum boni conſulere, & utcunq; ſeſe obtulerit fortuna, ita animum applicare. Terent. in Phor. Sciſti uti foro. Donatus uulgare prouerb. admonet eſſe, ductamq; metaphoram à mercatoribus, qui non antè locũ commercij præſcribunt quanti uendant quæ aduehunt, ſed ſecundum annonam fori, quam deprehenderint, conſilium de non uendendis, aut uendendis mercibus ſumunt. Seneca: Vtamur foro, & quod fors feret, æquo feramus animo. Idem Epiſtola 72. ſub manu naſci dixit, pro ex tempore. Ergo conſilium, inquit, ſub die naſci debet, & hoc quoque tardum eſt nimis: ſub manu, quod aiunt, naſcatur.

Polypi mentem obtine. x c i i i

Extat apud Græcos adagium in hunc ordinem referendum, πολύποδος νόον ἴσχε. id eſt, Polypi mentem obtine. Quo iubemur pro tempore alios atq; alios mores, alium atque alium uultum ſumere. Quod in Vlyſſe uidetur Homerus laudare, qui eum πολύτροπον appellat, id eſt, moribus uerſatilibus. Adagium natũ eſt à piſcis huius ingenio, de quo meminit Plin. lib. 9. ca. 29. Præterea Lucianus in ſermone Menelai ac Proteι, ſcribuntq; colorem mutare maximè in metu. Nam perſequẽtibus piſcatoribus, petris affigit ſeſe, & cuicunq; petræ adhæſerit, eius colorem corpore imitatur, uidelicet ne queat deprehendi. Quin ut refert Baſilius magnus, piſces imagine falſa decepti, nonnunquam annatant, ultro ſeſe prædoni offerentes. Porrò prouerbiũ ſumptũ eſt ex Theognide, cuius hodie diſtichõ eſt de polypo. Citaturq; à Plutarcho in libello περὶ πολυφιλίας.

Πολύποδός νόον ἴσχε πολυπλόκου, ὅς ποτὶ πέτρῃ
Τῇ προσομιλίσῃ, τοῖόν ἑ θέσθαι ἐφάνη. id eſt,
Mentem habeas uafri polypi, qui protinus illa
Se quibus admorit, ſaxa colore refert.

Clearchus in prouerbijs, teſte Athenæo, citat hoc diſtichon, tacito autoris nomine.

Πολύποδός μοι τέκνον ἔχων νόον ἀμφίλοχ' ἥρως,
Τοῖσιν ἐφαρμόζων ὧν καὶ πρὸς θῦμον ἵκηαι. id eſt,
Polypi ingenio mihi ſis nate Amphiloche heros,
Vt temet populo, quemcunque acceſſeris, aptes.

Citat idem carmen Plutarchus ex Pindaro. Vnde & uerſus ille prouerbialis celebratur,

Ἄλλοτε δ' ἀλλοῖον τελέθειν καὶ χρῶτα ἑπόντα. id eſt,
Proq; loco nunc hunc fieri, nunc expedit illum.

Qui nos admonet, uti nos ad omnẽ uitæ rationẽ accõmodemus, ac Proteum quendã agentes, prout res poſtulabit, in quælibet formã transfiguremus. Plutarchus itẽ ἀλλοῖος γέγονα, dixit, pro eo quod eſt, in diuerſam eo ſententiam. Quod quidem notat & Ariſtophanes in Pluto, qui monet uiuendum eſſe τρόποις ἐπιχωρίοις. id eſt, Moribus regionis ac uernaculis. Eodẽ pertinet & illud νόμος ἡ χώρα. id eſt, Lex etiam ipſa regio. Quo ſignificatũ eſt, unicuiq; regioni quædam peculiaria eſſe inſtituta, quæ hoſpites non damnare, ſed pro uirili noſtra imitari atq; exprimere debeamus. Neq; quiſquam exiſtimet hoc adagio doceri fœdam adulationem, qua quidam omnibus omnia aſſentãtur, aut uitioſam morũ inæquabilitatem, quam Horatius elegantèr taxat in Sermonibus, quamq; hiſtorici notãt in Catilina, atq; in Anicio Caßio imperatore: denig; literæ diuinæ in quouis improbo, cùm aiunt ſtultum perinde atq; lunam immutari, cum ſapiens ſolis exemplo ſui ſemper ſit ſimilis. Nam in Alcibiade dubites uitione, an laudi danda ſit: certè feliciſſima quædam & admiranda fuit morum & ingenij dexteritas, qui ſic polypum agebat, ut Athẽnis dicterijs & ſalibus luderet, equos aleret, comiter & elegãter uiueret: Idem apud Lacedæmonios radebatur, pallium geſtebat, frigida lauabat. Apud Thraces belliger abatur, ac potabat. Vbi uerò peruenißet ad Tiſapherne, delicijs

Ayuntamiento de Madrid

mollicie, fistuq; iuxta gentis morem est usus. Sed est quædam difficilis ac præfracta, morosaq; simplicitas imperitorum, qua postulant, ut omnes ubiq; ipsorum duntaxat moribus uiuant, & quicquid alijs placet, id damnãt. Rursum est honesta quædam ratio, qua boni uiri nonnunquam alienis moribus obsecundãt, ne uel odiosi sint, uel prodesse non possint, aut ut è magnis periculis semet, aut suos eximant. Quemadmodum fecit Vlysses apud Polyphemum multa simulans, apud procos mendicum agens. Item Brutus adsimulata stoliditate. Dauid etiam simulata insania. Quin & diuus Paulus apostolus, sanctæ quadã iactantia gloriatur, hac pia uafricie sese usum esse, atq; omnia factũ omnibus, ut omnes Christo lucrifaceret. Quanquam nihil uetat in notandis uitijs usum adagij latius trahere, nempe in homines uersatili quodã ingenio natos, qui talem ubiq; personam induunt, quales sunt ij, cum quibus contigit agere. Quod genus eleganter descripsit Plautus in Bacchidibus: Nullus, inquiens, frugi esse potest homo, nisi qui bene & malè facere tenet. Improbũ cum improbis sit, harpaget, furibus furetur quod queat. Versipellem frugi conuenit esse hominem, pectus cui sapit: bonus sit bonis, malus sit malis. Vbicunque res sit, ita animum habeat. Eupolis apud Athenæum,

Ανὴρ πολίτης πολύπους ἐς τὸν τρόπον. id est,
Vrbanus homo, qui moribus sit polypus.

Plutarchus in causis naturalibus citat ex Pindaro uersus hos,

Ποντίᾳ θηρὸς χρωτὶ μάλιστα τὸν νόον προσφέρων,
Τᾶις πάσας πολίταις ὁμιλεῖ. id est,

Marinæ beluæ colori maximè mentem accommodãs, cum omnibus ciuitatibus consuetudinem habet. Atq; eodem in loco causam reddit, cur id huic accidat pisci. Similem quandam metaphoram Aristoteles à chamæleonte duxit, primo Moralium lib. Ait enim si quis à fortuna pendeat, cùm illa subinde mutetur, futurum, ut ueluti chamæleon quispiam identidem uarietur, nunc felix, nunc miser: utcunq; fors alio atq; alio uultu respexerit, ita hunc quoque uultum atque animum mutare. De chamæleonte meminit Plin. lib. 28. cap. 8. scribens hoc animal magnitudine fermè par esse crocodilo: cæterum spinæ acutiore curuatura, & caudæ amplitudine distare. Nullum, inquit, animal pauidius existimatur: & ideo uersicoloris esse demutationis. Plutarchus in commentario De adulatione scribit chamæleontem quemuis imitari colorem præterquam eãdidum. Idem in Symposiacis conatur causam reddere de polypo, quamobrem non tantùm mutet colorem, quod & hominibus accidit in metu: uerumetiam sese ad saxi, quodcunq; id fuerit, colorem accommodet. Sunt & aues quædam, quæ colorem pariter & uocem mutent pro temporibus anni, ut autor est idem Plin. lib. 10. cap. 29. & Arist. lib. De natura animantium 9. In uoce mutanda principatum obtinet luscinia. Vnde & apud Euripidem Hecuba Polyxenam imitari luscinium iubet, sese q; in omnem uocem uertere, si quo modo queat Vlyßi persuadere, ne perimatur.

Cothurno uersatilior. XCIIII

Εὐμεταβολώτερος κοθόρνου. id est, Versatilior cothurno. dictum est in hominem parum constantem, lubricaq; fide, quique incertæ & ancipitis esset factionis, similitudine ducta à calciamento, quod Græci κόθορνον, Latini inuersa literula cothurnum uocant, quo mos erat uti tragœdiarum actoribus. Erat autem τετράγωνον καὶ ἀμφοτερόδεξιον. id est, Quadrangulum, & utrilibet conueniens pedi, quodq; uel dextro, uel sinistro poterat accommodari. Suidas addit eiusmodi fuisse, ut uiris pariter ac mulieribus conueniret. Quod idem testatur illud Maronis:

—Alte suras uincere cothurno.

Proverbium autem duobus effertur modis, per comparationem, σὺ μεταβολώτερος κοθόρνου, & per denominationem, ut hominem ipsum, qui se diuersis applicat partibus, κόθορνον appellemus. Sic enim uocatus est Theramenes rhetor Athenien sis, Prodici Chij discipulus: propterea quòd quasi duabus sederet sellis, idem & populi, & triginta uirũm partibus studens, & nunc huius, nunc illius factionis esse uideretur, uel potius utriusq;. Plutarchus in præceptis ciuilibus, ἀλλ' ὑπτᾶνδα δεῖ μάλιστα τὸν θηραμένους κόθορνον ὑποδύμενον ἀμφοτέροις ὁμιλεῖν, καὶ μηδετέροις προσίεσθαι. id est, Sed hic oportet maximè Theramenis cothurnum induentem, cum utrisq; uersari, & neutris accedere. Lucianus in amoribus: ὡς καὶ ἐγώ γ' ἂν ἑλξάμενω, εἴπερ ἦν ἐν δυνατῷ γενέσθαι θηραμένην ἐκεῖνον ὁ κόθορνος, ἵνα ἄμφω νενικηκότες ἐξίσοι βαδίζοιτε. id est, Itaque optarim sanè, si modo fieri posßit, Theramenes ille fieri, qui cothurnus est dictus, ut ambo ex æquo uictores discederetis. Idem in Pseudologista. Καὶ ὁ μὲν κόθορνόν τινα εἶπεν, ἀνάσας αὐτὸ τὸν βίον ἀμφιθέλον ὄντα τοῖς τοιούτοις ὑποδήμασιν. id est, Et alius ei cothurni nomen imposuit: nimirum mores hominis inconstantes & ancipites, id genus calciamentis conferens. Plutarchus indicat & Niciæ duci ob morum uafriciem cothurni cognomen fuisse uulgò tributum. Male audijt hoc nomine Marcus etiam Tullius. Homerus Martem, ni fallor, subinde mutantem parteis, nouo uerbo ἀλλοπρόσαλλον appellat. Nihil autem uetat, quò minus adagium in bonam trahatur partem, ut si quis hominem facilibus moribus, & quadam ingenij dexteritate, cum quouis hominum genere congruentem κόθορνον appellet, quam ob causam Homerus Vlyssem πολύτροπον dixit, quòd quamuis personam aptè gereret, ducis, mendici, patrisfamiliãs.

Magis uarius quàm hydra. XCV

Ποικιλώτερος ὕδρας. id est, Magis uarius quàm hydra. De callidis ac dolosis, quòd hydra serpens si uersicoloribus notulis distincta. Apte dicetur in uafros ac uersipelles, aut etiam parum sibi constantes. Refertur senarius hic apud Athenæum lib. Dipnosophistôn iij.

Ἐποικίσατ' αὐτὸν ποικιλώτερον ταῶ. id est,
Fecistis hunc pauonibus uarium magis.

His affine est, quod Mnaseæ Colophonio poëtæ Salpæ cognomen populari ioco fuit inditum, eo quòd in carmine uarius esset, Nam is piscis mirè picturatus est, aureis rubentibusq; lineis à ceruice ad caudam usque per argentea latera certis interuallis deductis, quum alioqui sit illaudati saporis.

Gygis anulus. XCVI

Γύγου δακτύλιος. id est, Gygis anulus. Quadrat uel in homines inconstantibus moribus, uel in fortunatos, qui ueluti uirgula diuina, quicquid optant, id suo arbitrio consequuntur. Huius adagij mentionem facit Lucianus in Votis, ubi quispiam optat sibi complures anulos eiusmodi, quales habebat Gyges, alium quo ditesceret, alium quo gratus & amabilis redderetur, alium per quem liceret uolare, quocunque lubitum esset. Nam priscorum superstitio plurimum tribuit anulorum efficaciæ, ita ut uenditarentur incantamentis uariè efficaces: alij contra morsus ferarum, alij aduersus calumniam, alij ad alia, uel depellenda incommoda, uel commoda concilianda ijs qui gestarent. Vnde apud Aristophanem in Pluto, Dicæus Sycophantæ minanti iudicium.

Οὐδὲν προτιμῶ σε, φορῶ γὰρ θεράμενος
Τὸν δακτύλιον τόνδε παρ' Εὐδάμου δραχμῆς. id est,
Non facio te huius, quando gesto hunc annulum,
Pretio drachmæ, mercatus ipsum ab Eudamo.

Ayuntamiento de Madrid

Et rursum in eadem fabula.

Αλλ' ὀκ ἔνεςι συκοφάντῃ δάγμα⟨τ⟩ος. id est,

Attamen ad ictum Sycophantæ non inest. Subauditur remediũ. De anulo loquitur, alludens ad ferarum morsus. Natum est autem prouerbium ex huiusmodi quadam fabula, quam non grauatus est referre Plato lib. De rep. ij. Neq; nos item pigebit hoc loco recensere. Gyges quidam Lydi pater, pastor quispiam erat mercenarius, eius regis, qui per id temporis imperabat Lydorum populo. Cùm autem esset aliquando sæuissima tempestas coorta, imbriũ maxima uis accidit, fulgura deniq;, terræ etiam quassatio, ita ut in ea regione, in qua tum Gyges fortè pascebat armenta, terra ingenti hiatu sese diduceret. Quod cùm ille animaduertisset, solus, nam cæteri pastores territi diffugerant, in hiatum descendit, atq; ibi tum alia quædam dictu mira conspexit, tum equum quendam æneum ingentem ac cauum. Inerat fenestra in equi latere, per eam uidit in eius aluo cadauer hominis, maius humana specie. Huic nihil aderat uestium, aut gestaminum, præter aureum anulum digito impositum. Eum ubi sustulisset, regressus è spelunca, paucis post diebus ad pastorum cœtum rediit, in quo legatus de peculiorum rationibus, ad regem in menses singulos referendis, creandus erat. Hic cùm apud alios assedisset, animaduertit, ut si quando fortè gemmam anulo inclusam introrsum uerteret, repente fieret ut à nemine conspiceretur, ac perinde quasi non adesset, ita de eo reliqui fabularentur. Quod quidem factum admiratus, rursum anuli palam extrorsum conuertit, moxq; pastoribus conspicuus esse cœpit. Eius rei cum ille diligentius, & sæpius feciisset periculum, iamq; sat exploratum haberet, hanc inesse uim anulo, ut uersa ad se gemma, inconspicuus esset, uersa ad alios, conspicuus, effecit ut pastorum nomine legatus ad regem mitteretur. Profectus & uxorem regiam stuprauit, & de rege trucidando, cum ea consilium iniit. Deniq; confecto illo, ipse, regina in matrimonium ducta, è pastore repente factus est rex, idq; anuli fatalis beneficio. Meminit eiusdem lib. de rep. 10. Refert & M. Tullius lib. De officijs 3. Porrò Herodotus libro primo, rem multo aliter narrat, nec ullam anuli facit mentionem. Huic simillimum illud, ἄδης κυνῆ, id est, Orci galerus, quod alio reddemus loco.

Virgula diuina. XCVII

Ab hoc non admodum dissidet uirgula diuina, quoties quicquid optamus, id citra humanam operam, quasi diuinitus nobis significamus contingere. Propterea quòd antiquitas, quemadmodum in anulis, ita & in uirgis ferendis existimauit aliquam fatalem, ac ceu magicam inesse uirtutem. M. Cic. lib. De officijs primo. Quòd si nobis omnia, quæ ad uictum cultumq; pertinent, uirgula, ut aiunt, diuina, suppeditarentur. Citatur aliquoties & apud Nonium Marcellum, Varro in uirgula diuina, ut appareat hunc fuisse titulum alicuius ex Menippeis, qui nimirum & ipsi plerique feruntur prouerbiales. Adagium natum uideri potest potissimum ab illa uirga Homerica, quam ille Palladi tribuit, adeo celebri, ut de ea Antisthenes Cynicæ sectæ conditor, librum conscripserit, eam cum suo, ut conijcio, baculo conferens. Huius locis compluribus meminit Homerus, quum Vlyssem è sene squalido repente in iuuenem uertit, nitidumq; facit ac formosulum Odysseæ N.

Ως ἄρα μιν φαμένη ῥάβδῳ ἐπεμάσσατ' ἀθήνη. id est,
Sic effata uirum uirga demulsit Athena.

Eundem rursus ex iuuene uertens in senem, Odysseæ π.

Αγχὶ παριστάμενον λαοτριάδῃσιν ὀλυσσῶν.
Ῥάβδῳ ὑπαλυκῷ πάλιν ποίησε γέροντα. id est,
Cominus assistens Ithacensem Pallas Vlyssem
Restituit senio diuinæ uerbere uirgæ.

Rursum in eodem libro, cum eum iuuentuti reddit, ac robur adauget.

ἦ, καὶ χρυσείῃ ῥάβδῳ ἐπεμάσσατ' ἀθήνη. id est,
Dixit, & aureola uirga demulsit Athene.

Eundem ad modum Mercurio quoq;, ut incantatori uirgam monstrificã tribuit, quam caduceum uocant, Odyss. ω.

Εχε δὲ ῥάβδον μετὰ χερσὶν
Καλὴν χρυσείην, τῇ δ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει
Ὧν ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει. id est,
Tum manibus uirgam capit aureolam, atque decoram,
Hac quibus est uisum, demulcet lumina somno,
Atque alijs rursum dissoluit lumina somno.

Eadem ferme Odysseæ Ε & Iliados Ω.

Αὐτίκ' ἔπειθ' ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα
Ἀμβρόσια χρύσεια, τά μιν φέρον ἠμὲν ἐφ' ὑγρὴν
Ἠδ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο.
Εἵλετο δὲ ῥάβδον, τῇ ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει
Ὧν ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει. id est,
Mox ubi iam pedibus talaria subdidit aurea
Pulchraq; & ambrosiam spirantia, quæ simul illum
Aëra per liquidum, simul ampla per æquora uastæ
Telluris, uenti flatu comitante ferebant:
Tum uirgam capit, hac demulcet lumina somno
Quoruncunque uelit, somnum quoque pellit eadem.

Hunc imitatus Maro, sic eiusdem caduceum describit Aeneidos quarto,

Tum uirgam capit, hac animas ille euocat orco
Pallenteis, alias sub tristia tartara mittit.
Dat somnos, admitq;, & lumina morte resignat.
Illa fretus agit uentos, & turbida tranat Nubila.

Neque Circæ ad sua monstra peragenda uirga defuit in transformandis socijs Vlyssis Odyss. K.

Ῥάβδῳ πεπληγυῖα κατ' συφεόσιν ἐέργνυ.
Οἵδε συῶν μὲν ἔχον κεφαλάς. id est,
Compulit in numerum porcorum uerbere uirgæ
Percussos, & erant illis capita ecce suilla.

Rursum paulo inferius,

Οππότε κεν κίρκη σ' ἐλάσασα περιμήκεϊ ῥάβδῳ. id est,
Circe ubi te feriet prælongæ uerbere uirgæ.

Aliquanto post, Vlysses solus epoto Circes poculo, non transformatus in pecudem,

Αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ ὦκλίν τε καὶ ἔκπιον, δὴ μ' ἔθελξεν
Ῥάβδῳ πεπληγυῖα. id est,
Verum ubi porrectum poculum ebiberam, neque uirga
Ictum me demulsit.

Deniq; cum ad gratiam Vlyssis, socios pristinæ restituit figuræ, uirgæ ministerium adhibuit. Quinetiam in literis Hebræorum, Moyses in edendis prodigijs uirga utitur. Hanc in anguem uertit, hanc in pristinam formam restituit, hac fluminis aquam uertit in sanguinem, extinctis piscibus, hac exciuit cynipes, hac diduxit undas rubri maris, hac è silice percussa fontem elicuit. Fortassis huc pertinet, quòd regibus etiam uirga tribuebatur, quam sceptrum uocãt. Vnde apud Homerum aliquoties, Σκηπτοῦχοι βασιλῆες. id est, Sceptrigeri reges. Eodem respicit, quod alibi retulimus, Laurum porto baculum.

Stultus stulta loquitur. XCVIII

Euripides in Bacchis. Μωρὰ γὰρ μωρὸς λέγει. id est, Nam stulta stulti oratio est. Totidem uerbis propheta noster Esaias eam sententiam extulit. Seneca ad Lucilium: Apud Græcos, inquit, in prouerbium cessit: Talis hominibus fuit oratio, qualis uita. Hoc cuiusmodi fuerit parum liquet, nisi quòd tale quoddam carmen extat, Græcis celebratum:

Ανδρὸς

Ayuntamiento de Madrid

Ανδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται. id est, Hominis figura oratione agnoscitur.

Democritus philosophus apud Laërtium orationem ἄλλωλον τοῦ βίου. id est, Vitæ simulacrum, quandamq; uelut umbram esse dicebat. Qua quidem sententia nihil dici poterat uerius. Nam nullo in speculo melius, expressiusq; relucet figura corporis, quàm in oratione pectoris imago repræsentatur. Neque secius homines ex sermone, quàm ærea uasa tinnitu dignoscuntur.

Scindere penulam. XCIX

Hodieq; uulgò tritissimum est scindere penulam, pro eo quod est impensius retinere hospitem, atq; inuitare prolixius, quod qui faciunt, manu in penulam iniecta, quasi ui conantur remorari. Id adagium ex antiquitate fluxit, ut alia complura. Cicero ad Atticum libro decimotertio, de Varrone loquens: Venit, inquit, ad me, & quidem id temporis, ut retinendus esset. At ego ita egi ut non scinderem penulam. Memini enim tui, & multa erant, nosq; imparati. Quid refert? paulò post C. Capito cum T. Carinate. Horum ego uix attigi penulam, tamen remanserunt.

Oculis magis habenda fides, quàm auribus. C

Ωτίων πιστότεροι ὀφθαλμοί, id est, Oculis credendum potius quàm auribus, Quæ cernuntur, certiora sunt quàm quæ audiuntur. Item Horatius,

Nec retinent patulæ commissa fidelius aures.

Idem in Arte poëtica.

Segnius irritant animos demissa per aurem
Quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus, & quæ
Ipse sibi tradit spectator.

Quanquam id quidem paulo alienius. Propius huc pertinet quod Plautus manus lenæ uocat oculatas, non auritas, ut quæ id demum crederent, quod uiderent. Rursum, quòd historia, quam gestarum rerum esse uolùt, dicta sit παρὰ τὸ ἱστορεῖν, quod est uidere. Postremò figmentum illud Vergilianum de duabus apud inferos portis: Eburna, qua significant ea quæ per os exeunt, ob dentium eburnum candorem. Et cornea, qua quæ conspiciuntur oculis uolunt intelligi, ob pupularum nigrorem. In summa ad cognitionem magis faciunt aures, ad fidem faciẽdam certiores sunt oculi. Vnde & uulgò, si quis fabulam narret, parum uerisimilem, rogare consueuimus, num ea conspexerit. Quod si neget, uerum audisse modo, ridetur. Prouerbium refertur in epistola Iuliani ad Leontium. ὁ λόγος τοῖς δὲ δέος, ὥστα εἶπεν ἀνθρώποις ὀφθαλμῶν ἀπιστότερα. id est, Sermo quidam Thurius dixit, aures hominibus minus esse fideles, quàm oculos. Thurium appellauit indicans Herodotum dicti autorem, uel ob impetum diuinum, uel quòd is scriptor apud Thurios uixit & mortuus est: Sumptus est autem ex Clione, ὦτα γὰρ τυγχάνει ἀνθρώποισιν ἦττον ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν. id est, Nam aures hominibus minus fideles sunt quàm oculi.

CHILIADIS PRIMAE CENTVRIA II.

Diomedis & Glauci permutatio. I

QVAE refertur apud Homerum Diomedis & Glauci permutatio in prouerbium abijt, quoties inæqualem commutationem significamus: hoc est, deteriora pro meliorib. reddita, χρύσεα χαλκείων. id est, Aurea pro æreis. Nam libro Iliados sexto, poëta Glaucũ quempiam inducit, Hippolochi filium, Lyciorum ducem, iactantiusculum & ostentatorem, magis quàm pugnacem. Contrà Diomedem uafrum callidumq;. Hi duo congrediuntur μονομαχησόμενοι. id est, singulari certamine inter se dimicaturi. At Glaucus rogatus à Diomede, quis nam hominum aut deorum esset, longa oratione natalium suorum seriem expossuit, patriam Lyciam, ciuitatem Ephyram indicauit. Mox Diomedes, utpote Græcus, hominis barbari stuporem ex orationis arrogantia intelligens, illudendum magis ratus quàm occidendum, respõdit suis maioribus cum illius progenitoribus uetus hospitiũ ac necessitudinẽ intercessisse, muneraq; hospitalia, quæ xenia uocant, inter ipsos ultro citroq; data. Iamq; defixa humi lancea, cœpit hortari, ut omissa pugna, maiorum suorum amicitiam inter ipsos renouarent, alterq; alteri in Lycia, alter in Argo hospitem præstaret simul atq; incolumes in patriam rediissent. Interim si quãdo fortè fortuna occurrissent, armis inuicem abstinerent, inter se duntaxat religionẽ hospitij, custodientes in reliquos nihilominus iure belli usuri. Tum ne id uideamur, inquit, proditione magis, quàm hospitij obseruantia facere, arma inter nos permutemus, quo reliquus exercitus intelligat, nos maiorum necessitudine deuinctos esse. Quibus dictis uterq; ex equo desilijt, datis dextris, ac fide pacta, ueluti fœdus quoddam hospitij sanxerunt, permutatis armis, sed admodum inæqualibus.

Ενθ' αὖτε γλαύκῳ, inquit Homerus, κρονίδης φρένας ἄφρασε Ζεὺς,
Ος τρὸς τυδείδην Διομήδεα τεύχε' ἄμειβε
Χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι ἐννεαβοίων. id est,
Iupiter hic stupidum spoliauit pectore Glaucum,
Qui cum Tydide mutarit protinus arma, &
Aurea donarit, sibi reddenti ærea, centum
Bubus emenda daret demens, pro uilibus, atque
Quæ uix esse nouem dicas redimenda iuuencis.

Vsurpatum est adagium passim à laudatissimis autoribus. Plato in Phædro faciens Socratem Alcibiadi suo more respondentem, quòd lucri cupidus formam corporis, forma mentis meliore commutare uellet, καὶ ὃς ὀρθῶς λέγεις, χρύσεα, χαλκείων διαμείβεσθαι νοῦς. id est, Et cùm his quæ uerè aurea sunt, æreis commutare cogitas. Quanquam interpres pro æreis, uertit aurichalcum. Item Aristot. 5. Moral. lib. de iustitia, Qui uerò dat sua, quemadmodum Diomedi arma sua dedit Glaucus, ut dicit Homerus, χρύσεα χαλκείων, & reliqua. Plutarchus aduersus Stoicos scribens, elegãter huc torquet, ut dicat, non admodum iniquam fuisse permutationem Glauci, propterea quòd arma ferrea non minus usui sint pugnaturis, quàm aurea: sed qui corporis ualetudinem anteponit honesto, aut uirtutem relinquit ob bonam corporis ualetudinẽ, is uerè permutat, χρύσεα χαλκείων. Cicero in Epistolis ad Attic. lib. 6. Habes ad omnia non ut postulasti χρύσεα χαλκείων, sed paria paribus respondimus. Vtrunq; prouerbium esse significat Cicero, par pari, de æquali pensatione: χρύσεα χαλκείων, de inæquali commutatione. Plinius iunior in epistola ad Flaccum: Recipies epistolas steriles, & simpliciter ingratas, ac ne illam quidem solertiam Diomedis in permutando munere imitantes. Martialis in epigrammatis.

Tam stupidus nunquam nec tu puto Glauce fuisti,
χρύσεα donanti, χάλκεα qui dederat.

A. Gell. Noct. Attic. lib. 2. Cæcilianam translationem, cum ipso Menandro, quem uerterat componens atque expendens, ostendensq; quantũ à Græcanica uenustate degeneret: Diomedis, inquit, hercle arma & Glauci, non dispari magis pretio æstimata sunt. Fit huius adagij mentio etiam in procemio Pandectarũ iuris Cæsarei, his quidem uerbis. Nostris temporibus talis legum inuenta est permutatio, qualem apud Homerum patrẽ omnis uirtutis, Glaucus &

Ayuntamiento de Madrid

Diomedes inter ſe facũt, diſſimilia permutãtes. Hactenus Iuſtinianus, homo, ut ingenuè dicam, nimium φιλαυτὸς, ſibiq; plus æquo placẽs, qui cẽtones illos ſuos, & inæquales legum rhapſodias, tot eruditiſſimorum uirorum integris uoluminibus prætulerit. Iam uerò nihil quidem admiror, ſed maximopere me pudet, haud ſcio cuius interpretis in eum locum commenti. Quid enim mirum, ſi hoc ignoratum eſt ab ijs, qui ſemel uniuerſam contemnunt antiquitatem? Cæterum pudenda eſt uel ipſi iuris profeſſioni pluſquam ſcurrilis impudentia, in eo, qui iuris interpretem profiteatur, non uereri in re prorſus ignota, fabulam inſulſiſſimam non ex autoribus ſed è ſomnijs adferre. Maximè autem & pudet, & miror inueniri doctores, qui nugamentum, non dicam tam indoctum, ſed tam abſurdum, in publicis ſcholis perinde quaſi præclarum inuentum ſerio doceant, nec uel illud animaduertant, figmentum minimè conuenire cum uerbis Iuſtiniani. Nam ille ſignificat pro relictis inutilibus, ac faſtidiendis uoluminibus recepta tum meliora, tum breuiora, hoc eſt, permutationem factam uehementer inæqualem. Iſte quiſquis fuit, fabulam commentus eſt, æqualia permutantium, nimirum utroq; donante quod ſuperaret, recipiente cuius egebat. Ergo conueniet uti, quoties officium aut munus longe impari munere penſatur, aut contrà. Aut quoties aliquis rem pecuniariam auxit, ſed diſpendio famæ: magiſtratum aſſecutus eſt, ſed iactura bonæ mentis: lautam fortunam reperit, ſed amiſit animi tranquillitatem. Admiſſus eſt in amicitiam principis, ſed excidit ab amicitia Chriſti.

Multæ regum aures atque oculi. II.

Ὦτα καὶ ὀφθαλμοὶ βασιλέως πολλοί. id eſt, Aures atq; oculi regũ multi, quòd per exploratores obſerucnt, quid quiſq; dicat faciátue. Idem refertur à Luciano in libello, cui titulus, De mercede ſeruientibus, ac rurſus, Aduerſus ineruditum. Eiuſdem meminit & Ariſtot. in 3. Politic. Hoc genus homines Græci uocant ὠτακοὰς, quos primus Darius minor adhibuit, ſibi diffiſus. Dionyſius Syracuſanus addidit προσαγωγίδας, id eſt, exploratores, autore Plutarcho.

Allegoria inde ducta eſt, quòd regibus quamplures ubiq; ſunt exploratores, atq; ob id oculi regum dicuntur, complures auſcultatores, quibus uelut auribus utuntur. Neque deſunt manus & pedes quàm plurimi, fortaſſis ne uentres quidem. Vide cuiuſmodi portentum ſit tyrannus, & quàm formidandum, tot oculis, ijſq; emiſſitijs, tot auribus, ijſq; tam aſininis ac longis, tot manibus, tot pedibus, tot uentribus, ne reliqua parum honeſta commemorem, inſtructum. Ariſtophanes in Acharnenſibus, Pſeudartabam regis oculum appellat, quod per eum cognoſceret quid ageretur. Aliter autem Andromache apud Euripidem, filium uitæ oculum uocat:

Εἷς τῶνδ' ὅδ' ἦν μοι λοιπὸς ὀφθαλμὸς βίου. id eſt,
Erat relictus gnatus hic mihi unicus, Vitæ oculus.

Propterea quòd unicum eſſet in uita oblectamentum. Nam oculo nihil charius. Vnde, quos adamamus, oculos uocamus.

Longæ regum manus. III

Quod ab Ouidio ſcriptum eſt: An neſcis longas regibus eſſe manus? etiam uulgò in ore eſt: A regibus cauendũ, quòd eis prælonga ſint brachia. Nimirum quòd per ſuos, quibus brachiorum uice utũtur, poſſint etiam procul diſſitos affligere. Poteſt & ad tempus referri, quòd reges etiam ſi diutius diſſimulent, ſoleant tamen aliquando pœnam ſumere de ijs quibus infenſi fuerint, uel Homero teſte, apud quem Iliad. α. Calchas ad hunc loquitur modum:

Κρήσσων γὰρ βασιλεὺς, ὅτε χώσεται ἀνδὶ ἑνὶ χόλῳ
Εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ κατακρύψῃ
Ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον, ὄφρα τελέσσῃ. id eſt
Rex deus eſt, quoties ſuccenſuit inferiori.
Quanquam etenim in præſens feruentem concoquit iram,
Poſt odit tamen, uſque odium dum expleuerit ultus.

Clauum clauo pellere. IIII

Ἥλῳ τὸν ἦλον ἐκκρούειν. id eſt, Clauum clauo pellere, καὶ πάσσαλον πασσάλῳ ἐξελαύνεσθαι. id eſt, paxillum paxillo pepuliſti, id eſt, malum alio malo depuliſti. Lucianus in Philopſ. καὶ ἥλῳ φασὶν ἐκκρούεσθαι τὸν ἦλον. id eſt, Et clauo, quod aiunt, extundis clauum. Idem in Apolog. Δέδοικα μὴ πρὸς τῇ ὑπερημένῃ κατηγορίᾳ κολακείας αἰτίαν προσλαβὼν κατὰ ἐνδέουσαν, ἥλῳ φασὶν ἐκκρούων τὸν ἦλον, ᾗ μείζων τὸν σμικρότερον. id eſt, Vereor ne ſi ad intentatum crimen etiam adulationis accuſationem adiunxero, clauum, quod aiunt, clauo pellere uidear, maiore minorem. Ariſt. lib. Polit. 5. cap. penul. ſcribit, tyrannis amicos eſſe uiros improbos & adulatores. Nam hos demum illis utiles eſſe, quippe malos ad mala. καὶ χρήσιμοι οἱ πονηροὶ, ὡς τὰ πονηρά. ἥλῳ γὰρ ὁ ἦλος, ὥσπερ ἡ παροιμία. id eſt, Clauus enim clauo, ſubaudi truditur, ut habet prouerbium. Syneſius ad Olympium: Λυποῦσι τὴν ἐκκλησίαν ἀλλότριοι πονηροὶ, διὰ ἑαυτῶν. οἱ πάλαι γὰρ πασσάλους ἐκκρούονται. id eſt, Eccleſiam uexant externi improbi, illos inuade. Nunc paxilli paxillos excutiunt. D. Hieron. ad Ruſt. monachum: Philoſophi ſeculi, inquit, ſolent amorem ueterem amore nouo, quaſi clauum clauo pellere. M. Tullius Tuſcu. quæſt. lib. 4. Loci deniq; mutatione tanquam ægroti non conualeſcentes ſæpe curandus eſt, etiam nouo quodam amore ueterem amorem tanquam clauum clauo eijciendum putant. Iulius Pollux in 9. lib. ſcribit, adagium eſſe natum à luſu quodam qui κυνδαλισμὸς uocetur, quo paxillum argilloſæ terræ infixum, altero impacto paxillo excutiebant. Citatq; ſenarium hunc prouerbialem:

Ἥλῳ τὸν ἦλον, πασσάλῳ τὸν πάσσαλον. id eſt,
Clauumq; clauo, perticamq; pertica.

Locus igitur adagio, non modo cum uitium uitio, malum malo, dolum dolo, uim ui, audaciam audacia, maledicentiam maledicentia retundimus: uerumetiam quoties rem utcunq; moleſtam, diuerſa moleſtia profligamus: ut cum libidinum incitamenta laboribus obruimus: curam amoris alijs maioribus curis domamus. Euſebius in Hieroclem, Δαίμονας γὰρ ἀπελαύνῃ ἄλλον ἄλλῳ ἢ φασὶ δαίμονι. id eſt, Dæmones enim abigit, alium alio, quemadmodum aiunt, Dæmone, mirum ni alludens ad hoc prouerbium. Nec abhorret his ille Publij Mimus:

Nunquam periculum ſine periculo uincitur.

Malo nodo malus quærendus cuneus. V

Ad hanc ſententiam alludit & illud: Malo nodo malus eſt quærendus cuneus. Ita diuus Hieronymus ad Occanum: Interim iuxta uulgare prouerbium, malo arboris nodo malus cuneus requirendus eſt. Eo licebit uti, quoties malum ſimili malitia retundimus. Sumptum à ſectoribus roborum, qui ſiquando durior in ligno nodus inciderit, nolunt in eo periclitari ſecurim, uerum cuneum quempiam durum magis quàm bonum inſerunt. Congruit huic illud Sophoclis apud Plutarchum ἢν δ' ὦ περὶ δὴ σὺν ὕμνῳ,

Πικρὰν χολὴν κλύζουσι φαρμάκῳ πικρῷ. id eſt,
Remedio amaro bilem amaram diluunt.

Malum mali medicari, VI

Τὸ κακὸν κακῷ θεραπεύειν. id eſt, Malum malo medicari: Eſt malum aliud alio malo tollere. Sophocles in Aiace Maſtigophoro:

Εὔφημα φώνει, μὴ κακὸν κακῷ λιβὸς

Ayuntamiento de Madrid

Ἀκῶν, πλέον τὸ πῆμα μὴ ἄτης τίθει. id eſt,
Bene ominata loquere, ne malum malo
Medicans, & hancce noxam adaugeas tibi.

Dehortatur Aiacem Tegmeſſa, ne malo inſaniæ addat alterum maius malum, ſpontaneam cædem ſui. Et Herodotus in Thalia, μὴ τὸ κακὸν ᾧ κακῷ ἰῶ. id eſt, Ne malo medearis malo.

Morbum morbo addere. VII

Morbum morbo addere, id eſt, conduplicare malum. Euripides in Alceſtide:

Μὴ νοσοῦντί μοι νόσον
Προσθῇς. ἄλυε δ' συμφορᾷ βαρυύομαι. id eſt,
Ne tu mihi morbo laboranti alterum
Appone morbum, nam ſat hoc premor malo.

Eiuſdem figuræ eſt Homericum illud Iliados ξ.

Μή πῃ τίς ἐφ' ἕλκει ἕλκος ἄρηται. id eſt,
Vulneri uti nequis uulnus tibi forſitan addat.

Sophocles item:

Δοιτέραν ἔπαισας ἐπὶ νόσῳ νόσον. id eſt,
Morbo quidem morbum addidiſti tu alterum.

Non alienum eſt ab hac forma, quod eſt apud Homerum Iliados υ. ἀινότερα ἀινῶς, cum indicamus acerbis addi acerbiora. Sic enim ibi loquitur Menelaus.

Ἦ μὴν δὴ λώβη τάδε γ' ἔσεται ἀινότερα ἀινῶς. id eſt,
Dedecori res iſta profecto dedecus addit.

Ignem igni ne addas. VIII

Μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ. id eſt, Ne incendium incendio addas. Vſurpatur à Platone. Senſus liquet. Ne calamitatem adiungas calamitati, ne commotum magis etiam commoueas. Diogenianus putat à carbonario quodam eſſe natum, qui inualeſcente incendio conflagrarit, clamans interim, μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ. Plato lib. De legib. β. uetat, ne pueri ad annum uſq; duodecimum uinum bibant, ne ſi uini calor acceſſerit ad feruorem ætatis, ignem igni ſuggerere uideantur. Item Plutarc. in Præceptis coniugal. μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ γένηται. id eſt, Ne ignis ad ignem accedat. Vtitur idem cum alijs aliquot locis, tum in præceptis De ualetudine, ἵνα ὅμ μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ, ὥς φασι, πλησμονή τις ἐπὶ πλησμονῇ, καὶ ἄκρατον ἐπὶ ἀκράτῳ γένηται. id eſt, Vt ne igitur ignis ad ignem, quemadmodum prouerbio dicitur, expletio ad expletionem, merum ad merum addatur.

Oleum camino addere. IX

Affinem huic habet ſententiam: Oleum camino addere, pro eo quod eſt, malo fomentum, ac uelut alimoniam ſuppeditare, quo magis ac magis augeſcat. Horat. in Satyris,

Adde poëmata nunc, hoc eſt, oleum adde camino. id eſt,
Adde maioris inſaniæ materiam. Vſurpat hoc diuus Hieronymus ad Euſtochium: Vinum & adoleſcentia duplex eſt incendium uoluptatis. Quid oleum flammæ adijcimus?

Oleo incendium reſtinguere. X

Ἐλαίῳ πῦρ σβεννύεις. id eſt, Oleo reſtinguis incendium, dici ſolitum, ubi quis ea admouet remedia, quæ malum magis ac magis exacerbent. Veluti ſi quis animi triſtitiam fœdis uoluptatibus obruere conetur. Aut ſi quis offenſum, iurgijs & conuicijs uelit placare. Quod ſi dicatur εἰρωνικῶς, nihil differet à proximo. Huc reſpexit Lucianus in Tinone cùm ait: Si quem aſſexerit incendio conflagrantem, pice atque oleo ſe uelle reſtinguere.

Vlulas Athenas. XI

Γλαῦκας εἰς Ἀθήνας. id eſt, Vlulas Athenas: ſubaudiendum portas aut mittis. Conueniet in ſtultos negotiatores, qui merces eò comportant, ubi per ſe magis abundant, ut ſi quis in Ægyptum frumentum, in Ciliciam crocum inuehat. Venuſtius fiet, ſi metaphora ad res animi tranſferatur, ut ſi quis doceat doctiorẽ, carmina mittat poëtæ, conſilium det homini conſultiſſimo. Cic. ad Torquatum ſed rurſus, γλαῦκας εἰς Ἀθήνας, qui hæc ad te. Idem ad fratrem: Et tibi uerſus quos rogas, hoc eſt, Athenas noctuam mittam. Ariſtophanes ἐν ὄρνισιν,

Τίς φῆς; τίς γλαῦκ' Ἀθήναζ' ἤγαγε; id eſt,
Quid ais? quis, oro, uehit Athenas noctuam?

Vſurpat idem atq; exponit Lucianus in Epiſt. ad Nigrinum. Porrò parœmia inde fluxit, quòd noctua in Attica plurima eſt ei regioni quaſi peculiaris. Fertur autem uerſari in Laureo Atticæ loco, ubi auri metalla ſunt: unde & Laureoticæ noctuæ uocãtur. Hæc auis Athenienſium populo quondam erat gratiſſima, ac Mineruæ ſacra habebatur, propter oculos cæſios, quibus etiã in tenebris perſpicit, quæ uulgus auium non uidet. Vnde & auſpicatis conſilijs credebatur, id quod indicat prouerbium, γλαῦξ ἵπταται. id eſt, Noctua uolat. Dictum eſt & illud de Minerua, quòd Athenienſium male conſulta, in bonum exitum uerteret. Dæmon autem apud Ariſtophanis interpretem exiſtimat, non ob id ſolum dici noctuas Athenas, quòd Athenis noctuarum ſit copia, ſed quòd in nummis etiam tum aureis, tum argenteis Athenienſium noctua inſcalpi ſoleat, unà cum facie Mineruæ. Porrò nummus is appellabatur τετράδραχμον. id eſt, quatuor drachmarum, cùm antea ſoliti fuiſſent uti nomiſmatibus didrachmis, quorum inſigne erat bos, unde etiam natum eſt prouerbium illud, Bos in lingua. Sunt qui tradunt apud eoſdem fuiſſe triobolum, quod & hemidrachmium appellant. Nam drachma ſenos obolos continet. Trioboli nomiſma, ex una parte Iouis effigiem habebat, ex altera noctuæ. Proinde abſurdum uidebatur noctuam Athenas deportare, cum illic paſſim omnia noctuis abundarent. De nomiſmate Athenienſi teſtatur & Plutarchus in uita Lyſandri, cum de ſeruo meminit, qui domini ſui furtum αἰνιγματικῶς indicans, ait: multas ſub tegulis cubare noctuas, oſtendens illic abditas pecunias noctuis inſignitas.

Memorem mones, doctum doces, & ſimilia. XII

Identidem in Plautinis ac Terentianis comœdijs occurrit: Memorem mones, & doctum doces. Idem pollet Græcanicum illud. λαλεῖς πρὸς ἔχοντα τὴν ὑπῳκμίαν. id eſt, Loqueris ei qui ipſe rem calleat, καὶ εἰδότι λέγεις, id eſt, Scienti narras. Plato in Hippia maiore, εἰδότι μὲν λέγεις ὦ σώκρατες. id eſt, Hæc ſcienti Socrates narrabis. Euripides in Hecuba:

Οὐ καινὰ εἶπας, εἰδόσι δ' ὠνείδισας. id eſt,
Dixti nouum nil, ſed probe ſcientibus.
Hæc opprobraſti.

Homerus cum aliàs aliquoties, tum Odyſſeæ ε.

Γινώσκω, φρονέω, τά γε δὴ νοέοντι πελάσσαι. id eſt,
Et noui, & teneo, iam narras iſta ſcienti.

Idem Iliados ψ. de Neſtore admonente filium,

Μυθεῖτ' εἰς ἀγαθὰ φρονέων νοέοντί γε καὶ ἀνῷ. id eſt,
Dixit amico animo, licet hæc per ſe ſapienti.

M. Tullius li. epiſt. ad Atti. 9. Mirandũ enim in modũ Cn. noſter Syllani regni ſimilitudinem cõcupiuit, εἰδόσι λέγω.

Si crebro iaceas, aliud aliàs iecerís. XIII

Ariſtoteles in lib. De diuinat. quæ ſit ex inſomnijs, uerſum huiuſmodi prouerbialem citat:

Si crebro iacias, aliud aliàs iecerís.

Quo ſignificatum eſt, oportere rem ſæpius tentare, neq; defatigari protinus, ſi quando parum ex animi ſententia ceciderit. Futurum enim ut iterũ atq; iterum periclitanti, felicius aliquando cadat. Ariſt. uerba ſunt hæc: ὥσπερ μὲν καὶ λέγεται, ἂν πολλὰ βάλλῃς, ἄλλοτ' ἄλλοσε βαλεῖς. Agit autem de inſomnijs melancholicorum, in quibus non exiſtim

Ayuntamiento de Madrid

existimat esse diuinationem ullã, tametsi sit nonnunquam, ut quidam euentus somnijs illorũ respondeant: Sed non esse mirandum, cum uitio naturæ plurima ac uaria somnient, aliquando existere συμπτώματα id est, casus qui fortè pariter sic eueniant, ut est ab illis somniatum. Themistius hunc locum sic circunloquitur, interprete Barbaro, nam Græcus codex ad manum non erat. Nam qui totum diem iaculantur, aliquando collimant, & præmium capiunt. Vetus adagium est: Si sæpe iactaueris, aliquando Venerem iacies. Sunt qui putent, nec id mea quidem sententia absurde, metaphoram à sagittarijs, non ab aleatoribus esse dictam. Nam & hoc significat βάλλειν. Subesse uerò argutiam in eo uerbo, quòd in priore parte significat mittere sagittam, in posteriore ferire. Fit autem ut qui crebrius iaculentur, uel fortuito aliquando scopum attingant. Tametsi M. Tullius lib. De diuinat. 2. de symptomatis agens, de quibus modo dictum est à nobis, ad utrunq; refert metaphoram. Quis est enim, inquit, qui totum diem iaculans nõ aliquando collimet? Totas noctes somniamus, neq; ulla ferè est qua non dormiamus, & miramur aliquando id quod somniamus euadere? Quid est tam incertum quàm talorum iactus? Tamẽ nemo est, quin sæpe iactans, Venerem iactet aliquando, nonnunquam etiam iterum ac tertium. Porrò Veneris iactũ in hoc lusus genere fuisse quondam felicissimum, palam arguit apud Sueto. Octauius Augustus in epistola quadam ad Tiberium: Inter cœnam, inquit, lusimus γερόντικως & heri & hodie. Talis enim iactatis, ut quisq; canem aut senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in medium conferebat, quos tollebat uniuersos qui Venerem iecerat. Hactenus Augustus. Quadrabit & in eos qui casu, non arte quippiam assequuntur. Extat & hodie uulgò iocus prouerbialis in cæcum, qui cornicem iaculo fixerit.

Malum consilium. XIIII

Malum consilium consultori pessimum.

Senarius est prouerbialis in eos in quorum caput recidit, quod alijs perperã consuluerunt. Siquidem, ut dicũt Græci, ἐξὸν ἡ βουλὴ. id est, Sacra quædam res est consilium: Atq; ut est libenter accipiendum cum res postulat, ita est religiosè citraq; fraudem dandum, si quis egeat. Alioquin non defuturum est numen aliquod, quod pœnas repetat ab eo qui rem sacram ac diuinam perfidia uiolarit. A. Gellius Noct. Atti. lib. 4. cap. 5. putat adagiũ hoc ex historia quadam natũ, eamq; ex annalibus Maximi, narrationibusq; Verrij Flacci refert ad hunc modũ. Status Romæ in comitio posita Horatij Coclitis uiri fortissimi de cœlo tacta est. Ob id fulgur piaculis lucẽdum, aruspices ex Hetruria accíti, inimico atq; hostili in populum Rom. animo, instituerant eam rem contrarijs religionibus procurare: atq; illã statuam suaserunt in inferiorem locũ perperam transponi, quem sol oppositu circum undiq; aliarum ædiũ nunquam illustraret. Quod cùm ita fieri persuasissent, delati ad populum proditiq; sunt: & cum de perfidia confessi essent, necati. Constitutaq; eam statuam perinde, ut ueræ rationes pòst compertæ monebant, in locum æditum subducẽdam: atq; ita in area Vulcani sublimiore loco statuendam. Eaq; res bene & prosperè reipub. cessit. Tunc igitur quòd in Hetruscos aruspices animaduersum uindicatumq; fuerat, uersus hic scite factus, cantatusq; à pueris, urbe tota fertur:

Malum consilium, consultori pessimum est.

Hactenus quidem Gellius. Porrò Valerius Max. lib. 7. rem quandam haud dissimilem memorat de Papyrio Cursore: qui cũ consul Aquiloniam obsideret, uellétq; prælium cõmittere cum hostibus, nisi si quid auspicia refragarentur, ic cõsultus pullarius suaderet, uti committeret, cum auces infausta nuntiassent, re cognita pullarium in prima acie constituit. Is primo traiectus telo uiolatam religionem expiauit. Meminit huius rei Titus Liuius Decadis primæ lib. 10. Nec dissimile est quod refert Socrates in historia tripartita. Eutropius Eunuchus dum studet in quosdam qui ad templum confugerant animaducrtere, persuasit imperatori ut ferretur lex, qua templi religio nulli prodesset nocenti. Lata lege factum est, ut Eutropius cùm offendisset Cæsarem, confugeret sub altare, unde protractus capite plexus est, suo ipsius consilio perditus. Vergilius tacitè notauit paræmiam in Aeneid. 12. lib. cùm ait:

—Cadit ipse Tolumnius augur,
Primus in aduersos telum qui torserat hostes.

M. Varro lib. de re rust. 3. cap. 1. palàm citat adagium his uerbis: Opinor, inquam, non solum quod dicitur, Malum consilium consultori esse pessimum, sed etiam bonum consilium ei qui consuluit, & qui consulitur, bonum habendum. Sophocles in Electra.

Βουλὴ γὰρ ἀνδρὶ δεινὸν ἐχθίστην κακῶν. id est,
Res nulla consilio nocentior malo.

Noxam ad eum referens, cui consilium datur. Apparet autem senarium hunc Latinum id quod & Gellius admonuit, de Græcis illis Hesiodi uersibus expressum esse, qui leguntur in opere, cui titulus, ἔργα καὶ ἡμέραι:

Ὁ ἄνῳ κακὰ τεύχει ἀνὴρ ἄλλῳ κακὰ τεύχων.
Ἡ δὲ κακὴ βουλὴ βουλεύσαντι κακίστη. id est,
Ipse sibi nocet is, alium qui lædere quærit.
Consultum malè consultori pessima res est.

Plutarchus in commentario De audiẽdis poëtis, existimat huius uersiculi eandem esse sententiam, quæ sit dogmatis Platonis in Gorgia: ubi Socrates dicit, peius iniuriam facere quàm iniuriam pati, & damnosius esse malo afficere quàm affici. Atq; adeò totidem ferè uerbis inuenitur hæc sententia apud Ecclesiasticum Hebræum autorem, capite uicesimoseptimo. Facienti nequissimum consilium, super ipsum deuoluetur. Extat in hanc sententiam & Apologus Græcus non inuenustus, nec omnino indignus quem his commentarijs adiungamus. Leonem ob senectam ægrotantem, & ea causa suo in lustro continentem sese, cætera quidem animantia officij gratia uisebant regem suum, excepta uulpe. Proinde lupus nactus opportunitatem, accusauit uulpem apud Leonem læsæ maiestatis, quæ pro nihilo haberet eum, penes quem rerum erat summa, nec ob contemptum ad uisendum accessisset: atq; interea interuenit in lupi fabula uulpes, & extremam sermonis partem audiuit. Itaq; leo conspecta uulpe, protinus aduersus eam infremuit. At illa postulato ad purgandum sese spatio, & quis, inquit, omnium qui huc conuenerunt, tantum tibi profuit quantũ ego, quæ quoquo uersum circumcursitaui, tibiq; morbi remedium à medicis reperi. Cumq; leo protinus edixisset, ut remedium aperiret: Si uiuum, inquit, lupum excories, & illius pellem induas, conualesces. Leo credulus, continuo lupum inuasit, & interemit. Quo extincto risit astuta uulpes, calumniatoris malum consilium in ipsius recidisse caput. Carmen autem refertur à Plutarcho, & hunc in modum:

Ὃς ἄλλῳ κακὰ τεύχει, ἑῷ κακὸν ἥπατι τεύχει. id est,
Damna parans alijs, proprio parat hepati damna.

Suum cuique pulchrum. XV

prouerbialis sententia: Suum cuiq; pulchrum, in eos quibus sua, qualiacunq; sunt, tamẽ studio quodã magis quàm iudicio placent. Est autem à cõmuni mortalium ingenio sumpta, quibus usq; insita est illa φιλαυτία, id est, amor sui, ut neminem tam modestum tam attentum, tam oculatum inuenias, quin in proprijs æstimandis, quadam animi propensione

penſione corruptus cæcutiat atq; hallucinetur. Et quem unquam uidimus in tam barbara regione natũ, cui ſua patria non uel optima uideatur? Quæ gens tam effera, tam horrida lingua, quæ non alias præ ſua cõtemnat? Quæ tã ferina corporis ſpecie quæ ſibi nõ appareat formoſiſſima? Proinde uere ſcripſit Ariſtot. lib. Rhet. 2. ἐπεὶ ὃ φίλαυτοι πάντες, καὶ τὰ αὐτῶν ἀνάγκη ἥδιστα εἶναι πᾶσιν, οἷον ἔργα, λόγους. διὸ καὶ φιλοκόλακες ὡς ἐπιτοπολύ. i. Quoniã autẽ omnes ſui ſunt amãtes, & ſua cuiq; iucunda eſſe neceſſum eſt, ut facta dictaq;: idcirco plerunq; etiam aſſentatoribus gaudent. Id tametſi omnibus in rebus generaliter uerum eſt, ut ſit quemadmodũ ait Horat. Cæcus amor ſui: tamen in artifices, atque ex his potiſſimum in poẽtas, ad hæc in amantes præcipue quadrare uidetur. Etenim rectiſſime ſcripſit Ariſt. 4. Moral. lib. Suo quenq; artificẽ opere imprimis delectari, nõ aliter quàm rebus quibuſdam ex ſeſe prognatis. Neq; ſecus adamant ſua carmina poẽtæ, quàm parentes liberos. Eſt enim artificis opus, quaſi quidam ingenij fœtus, de quo Socrates ait rectius iudicare obſtetricem quàm matrem ipſam. Sponſis item amantibus mos eſt, ſuam cuiq; ſponſam certatim extollere. Cuius rei ſat magnum exemplum extat de Tarquinijs adoleſcentibus. Vnde & hodie uulgõ ſcite dicunt: Nullum reperiri deformem amaſium. Propterea quòd amãti uel non pulchra pulcherrima uideantur. Quam ſentẽtiam eleganter extulit Theocritus in Eclogã 6.

—ἦ γὰρ ἔρωτι
Πολλάκις ὦ πολύφαμε τὰ μὴ καλὰ, καλὰ πέφανται. i.
Etenim haud raro Polypheme,
Quæ minime ſunt pulchra, ea pulchra uidẽtur amori.

Plato prouerbium extulit in Lyſide, ſed inuerſe, καὶ κινδυνεύῃ, inquit, κατὰ τὴν ἀρχαίαν παροιμίαν, τὸ καλὸν φίλον εἶναι. i. Periculum eſt ne iuxta ueſtus adagium, amicum ſit, quod pulchrum eſt. Quaſi non ideo pulchrum haberi debeat aliquid, quòd ſit amicum, ſed ideo oporteat eſſe amicum quòd ſit pulchrum. Huc pertinet & illud quod ſcribit M. Tullius lib. De finibus 5. Suo enim quiſq; ſtudio maximè ducitur. Et rurſum in primo Officiorum, Quorum uterq; ſuo ſtudio delectatus contempſit alterũ. Quanquam hoc uenia dignum, hactenus communem illã φιλαυτίαν ualere, ut ſuis quiſque liberis, ſuis artibus, ſuo inſtituto, ſuis inuentis, ſuæ patriæ paulo impẽſius faueat, niſi eouſq; cæcitatis nos rapiat, ut & uirtutes alienas calumniemur, & noſtris blandiamur uitijs, eaq; uirtutum nomine donemus. Ac ſibi quiſq; ſit, quod ſibi fuit Suffenus Catullianus, aut Meuius Horatianus. Quod uitij Flaccus in Epiſtolis notans: Dum mala, inquit, delectent mea me, uel deniq; fallant. Atq; hoc loco Porphyrion indicat Horatium reſpicere uulgatam ſententiam, quòd homines ſuis malis non ſolũ non doleant, uerumetiam delectentur. Eaq; de re Græcum adagium eſſe celebratum, uerum id adagium uitio librariorum deſideratur in ſcriptura. Eodem pertinet quod alibi dixit Horatius:

Turpia decipiunt cæcum uitia, aut etiam ipſa hæc
Delectant, ueluti Balbinum polypus Agnæ.

Nam Balbino ſtulto amanti, etiam polypus Agnæ amicæ, ſuaue quiddam olere uidẽbatur. Eſt autem polypus uitiũ naſiũ graue olentium, itidem ut hircus alarum. Vnde & polypoſos & hircoſos dicimus. M. Tullius ad Attic. libro 14. Accipe, inquit, à me mi Attice καθολικὴν θεώρημα earũ rerum in quibus exercitati ſumus ſatis. Nemo unquam, neq; poẽta, neq; orator fuit, qui quenquam meliorẽ ſe arbitraretur. Hoc etiã malis contingit. Quid tu Bruto putas ingenioſo & erudito, de quo etiam experti ſumus? Nuper in edicto ſcripſeram rogatu tuo. Meũ mihi placebat, illi ſuum. Quinctiam cum ipſius precibus adductus penè ſcripſiſſem ad eum de optimo genere dicendi, non modo mihi, ſed etiam tibi ſcripſit, ſibi illud quod mihi placeret, non probari. Quare ſinamus quæſo quenq; ſibi ſcribere. Suam cuiq; ſponſam, mihi mcã: Suum cuiq; amorem, mihi meum. Nõ ſcite. Hoc enim Attilius poẽta duriſſimus. Hactenus Cicero. Cuius ex uerbis apparet hos duos uerſiculos, Suam cuiq;, & cætera, ex Attiliana quapiam fabula ſumptos eſſe. Idem Tullius lib. Tuſc. quæſt. 5. Muſicorum uero perſtudioſam accepimus, poẽtam etiam Tragicum, quàm bonum nihil ad rem. In hoc enim genere neſcio quo pacto magis quàm in alijs ſuum cuiq; pulchrum eſt. Adhuc neminẽ cognoui poẽtam, & mihi fuit cum Aquinio amicitia, qui ſibi non optimus uideretur. Sic ſe res habet. Te tua, me delectant mea. Eandem ſentẽtiam Plautus in Sticho, diuerſis uerbis, ſed nimis quàm eleganter extulit. Suus, inquit, rex reginæ placet, Sua cuiq; ſponſa ſpõſo. Huc referendum & Theocriticum illud.

Καὶ γὼ θαὖ, ὅτι εἶδον ἔχω κακὸν, ὥς με λέγοντι. id eſt,
Nec mihi profecto forma mala eſt, ſi uera loquuntur.

Id imitans Maro:

Nec ſum adeo informis, nuper me in littore uidi
Cum placidum uentis ſtaret mare.

Apertius alludit ad adagium Flaccus, in epiſtola quadã:

—Iouis auribus iſta
Seruas, fidis enim manare poẽtica mella
Te ſolum, tibi pulcher.

Tibi pulcher dixit, pro tibi ipſi placens. Non diſſidet ab hac forma, quod diuus Auguſtinus cum alijs aliquot locis, tum in Epiſt. 48. adducit ex Tychonio quodã. Quod uolumus, ſanctum eſt. Eſt autem hemiſtichium carminis heroici. Quod dictum utinam non perinde locum haberet in moribus eorum, qui hodie ſibi arrogantius uindicant pietatem quàm unquam fecerint Phariſæi, qui cum uitijs nec ferendis, nec nominandis madeant, miro tamen ſupercilio debacchantur in uitam alienam.

Patriæ fumus, igni alieno luculentior. XVI

Prouerbij faciem habet, atque ad eandem pertinet ſententiam, quod eleganter ſcripſit Lucian. in Encomio patriæ: καὶ ὁ τῆς πατρίδος αὐτῷ καπνὸς λαμπρότερος ὀφθήσεται πῦρ παρ' ἄλλοις πυρός. id eſt, Ac patriæ fumus luculentior homini uidetur quàm ignis alibi. Philoſtratus in Ariadne: ὁ Θησεὺς ἦ ἐρᾷ μὲν, ἀλλὰ πῦρ τῶν ἀθλίων καπνὸν, ἀεὶ ἀσβεστὸν ὄν· ἥδιστα οἶδεν ἔτι, ὅδε ἔγνω ποτέ. i. Theſeus uero amat quidem, ſed Athenarum fumum. Nam Ariadnen neque uidit adhuc, neque etiamdum cognouit. Apud Homerum, terræ natalis fumum Vlyſſes optat uidere ſurgentem, unde & ductum prouerbium. Sic enim legitur Odyſſeæ A.

ἰλάων τε καπνὸν ἀποθρῴσκοντα νοῆσαι,
ἧς γαίας. id eſt,
Exoptans oculis ſurgentem cernere fumum
Natalis terræ.

Viua uox. XVII

Viua uox olim dicebatur, nõ ſcripta, ſed ab ipſo pronuncian tis ore percepta, quaſi uiuida, atq; efficax. Nã uiua nonnunquam dicuntur quæ natiua ſunt, non factitia. Vt uiuo de marmore, & uiuo ſedilia ſaxo. Ineſt autem rebus natiuis neſcio quid gratiæ genuinæ, quod ars nulla queat imitatione cõſequi. Porrò ſcriptura uox quæpiam eſt, ſed quaſi factitia, ueræq; uocis utcunq; imitatrix. Deeſt actus motuſq;, hoc eſt, uita. Siquidem actio, ut autor Fabius, orationis quaſi uita eſt. Rerũ inuentio, oſſium inſtar eſt: ordo neruos imitatur: elocutio carnem, cutem coloremq;. Memoriæ

Ayuntamiento de Madrid

moria ſpiritus uice ſungitur: quibus omnibus accedit pronunciatio, uelut motus quidã uitalis. Nullum enim certius argumentũ uitæ quàm motus. Vnde & flumina uiua dicuntur, & argentũ uiuum. Contrà mortua quæ torpent, languentq; Cicer. lib. Tuſculan. quæſt. 2. Licet enim ſatis exemplorum ad imitandum ex lectione ſuppeditet, tamẽ uiua illa, ut dicitur, uox alit plenius, præcipueq; præceptoris. Idem ad Atticum lib. 2. Vbi ſunt nunc qui aiunt ζώσης φωνῆς. Quanto magis uidi ex tuis literis quàm ex illius ſermone, quid ageretur. Porrò quod Cicero protulit abruptum ac mutilum, hoc quidam ſupplerunt de ſuo, ad hunc modum: ζώσης φωνῆς μέιζω ἐνέργεια ἐστίν. Plinius Iunior in epiſtola quadam ad Nepotem: Prætera magis, ut uulgò dicitur, uiua uox afficit. Nam licet acriora ſint quæ legas, altius tamen in animo ſedent quæ pronunciatio, uultus, habitus, geſtus etiã dicentis adfigit. Seneca epiſtola quinta: Plus tamen tibi & uiua uox & conuictus quàm oratio proderit. Diuus Hieronymus in præfatione generali: Habet neſcio quid latentis energiæ uiua uox, & in aures diſcipuli de doctoris ore tranſfuſa, fortius ſonat. Hactenus ille. Vnde celebratũ illud Aeſchinis, de Demoſthene, τί ἂν αὐτὸν θηρίον ἠνησάμενε. i. Quid autem ſi ipſam audiſſetis beluam? Et illud: In ſcriptis Demoſthenis, magnam Demoſthenis partem abeſſe.

Muti magiſtri. XVIII

Quod modo retulimus, uſurpauit & A. Gellius: atque huic alterum quoddam diuerſum adiecit: Quoniam, inquit, uocis, ut dicitur, uiuæ penuria erat, ex mutis, quod aiũt, magiſtris cognoſcerem. Mutos magiſtros libros ſentiens, qui loquuntur quidẽ nobis, ut apud Platonem ait Socrates, ſed dubitanti non ſatis cõmode reſpondent. Nec illepide profectò literæ, muti uocãtur præceptores. Propterea quod mutorum eſt non uoce, ſed nutibus, ſignisq; loqui. Identidem & libri, notulis quibuſdam, & ſignificãtibus figuris nobiſcum fabulantur. Quemadmodum enim uoces, ſenſorum animi, uelut εἴδωλα quæpiam ſunt autore Ariſtotele, ſic literarum figuræ, uocum ſimulacra quædã recte dicuntur. Neq; mirandũ, ſi quidem ἐνάργειαν illud pectoris exẽplar efficacius repræſentat, ac tranſfundit affectus animi, quàm alterũ illud, quod nõ rem ipſam, ſed imitationem imitatur. Neq; illud temere quæri ſolet à multis, utrũ ſit ad eruditionem comparãdam cõducibilius, ζώσῃ φωνῇ χρῆσθαι, ἢ τοῖς ἀφώνοις διδασκάλοις, hoc eſt: plus ne conferat lectio, an auſcultatio. Et habet res utraq; ſua quædã peculiaria cõmoda. Nam ex libris tum eruditiora fermè ſunt quæ diſcuntur, tum plura. Tantum enim quiſq; diſcit, quantum ingenij celeritate conſequi, memoriæ fidelitate complecti poteſt. Adde quod hi præceptores nunquã grauantur operã ſuã nobis impertire. Atq; horũ ut uberior, ita pæratior copia. Accedit huc & ocium illud & cogitationis ſecretũ. Licet preſſius inſpicere ſingula, licet retractare, licet expendere. At è diuerſo minore iactura, tum ingenij, tũ oculorum, tũ ualetudinis conſtant quæ à præceptore diſſerente percipimus, maximè ſi is dicat, quem & miremur & amemus. Deinde inſidunt altius animo, & hærent tenaciùs, & occurrũt promptius. Quare conſultum erit, alterũ ſtudij genus cum altero coniungere, & ubi uiuæ uocis erit copia, libentius auſcultare quàm legere, ſi modo mediocri ſit eruditione quem audis. Vbi non erit, libenter quaſi nõ minus operæprecium facturus ſis, ad libros confugere, ſed optimos. Deniq; ut illud quoque adijciam, ea figura libri dicti ſunt muti magiſtri, qua M. Tullius legem appellat mutum magiſtratũ, magiſtratum legem loquentem: & qua Plutarchus poëſim appellat picturam loquentem, & picturam mutam poëſim.

Frons occipitio prior. XIX

Priſcis agricolis celebratũ adagium, atq; inſtar ænigmatis iactatũ: Frons occipitio prior. Quo ſignificauit antiquitas rectius geri negotiũ, ubi præſens ac teſtis adeſt is cuius agitur negociũ. Prior dictum eſt pro potior meliorq;. Alioqui quis ignorabat frontem priorẽ eſſe capitis partem, occipitium poſteriorem? Tametſi hæc amphibologia commendat nonnihil dicti gratiam, quod ob antiquitatem oraculi inſtar habebatur. Extat autẽ apud Catonem libro De Re ruſt. cap. 4. Si bene, inquit, ædificaueris, libentius & ſæpius uenies, fundus melior erit, minusq; peccabitur: fructi plus capies: frons occipitio prior. Plinius item in eandẽ fermè ſententiam, libro Hiſtoriæ mundi 18. cap. 5. Eum tamen, inquit, qui bene habitet, ſæpius uentitare in agrum, frontemq; domini plus prodeſſe quàm occipitium nõ mentiuntur. Rurſus eiuſdẽ libri cap. 6. Et ideo maiores fertiliſſimũ in agro oculum domini eſſe dixerunt. Ariſto. Oeconomicorũ lib. 1. uidetur hanc ſententiam ad Perſam quempiam referre, ſubnectens alteram huic ſimilem, quæ à Libe quodã ſit profecta. Sed ſatius fuerit ipſius aſcribere uerba, ſi quis fortè deſiderabit: καὶ τὸ τοῦ βοὸς καὶ λίβυος ἀπόφθεγμα εὖ ἂν ἔχοι. ὁ μὲν γὰρ ἐρωτηθεὶς τί μάλιστα ἵππον ποιήσει; ὁ δὲ λιπαρὸν ὀφθαλμὸν ἔφη. ὁ δὲ λίβυς ἐρωτηθεὶς, ποία κόπρος ἀρίστη; τὰ δὲ λιπαροῦ ἴχνη ἔφη. i. Atq; illud Perſæ Libyſq; reſponſum, recte ſeruabitur. Nam alter interrogatus, quæ res potiſſimum ſaginaret equum: reſpondit, oculus domini. Alter rogatus, quod ſtercus eſſet optimum: domini ueſtigia, inquit. Vterque ſignificauit, domini præſentiam plurimum habere momenti ad rem bene gerendam. Item Columella putat rem malam eſſe, frequentem fundi locationem, peiorem tamen urbanum colonum, qui per familiam mauult agrũ quàm per ſe colere. Huc pertinet illud quod refertur à Gellio, quod cum quidam corpulentus ac nitidus, equum haberet macilentum ac ſtrigoſum, rogatus quid eſſet in cauſa: reſpondit mirum non debere uideri, ſi equo ſuo eſſet habitior, quandoquidem ipſe ſe paſceret, equum curaret ſeruus. Plutarchus in commentario De liberis educandis, Καὶ ταῦθα δὴ ἐνθὲν ὑπὸ τοῦ ἱπποκόμου χάειν, ὡς ἀδὲν οὕτω ποιάνῃ τὸν ἵππον, ὡς βασιλικὸς ὀφθαλμός. i. Hinc & illud eleganter dictum ab equiſone, nihil perinde ſaginare equum, ut regis oculum. Huius figuræ eſt quòd Aeſchylus in tragœdia, cui titulus Perſæ, domini præſentiam oculum domus uocat:

ὄμμα γὰρ δόμων, νομίζω δεσπότου παρουσίαν. id eſt,
Nam domus oculum eſſe, domini iudico præſentiam.

Eodem pertinet quod perquam uenuſte dixit Tit. Liuius, non ſatis feliciter ſolere procedere quæ oculis agas alienis. Innuit tale quiddam & Terentius in Eunucho, cum ait: Ita ut ſit, domini ubi abſunt: ſignificans abſentibus heris miniſtros omnia facere indiligentius, & peccare licentius: nempe hæc omnia eò tendunt, ut quiſque ſuum negotium præſens curet, neque magnopere fidat alienæ induſtriæ. Id nulli magis obſeruandum quàm principi, ſi modo principis animum gerat, non prædonis, hoc eſt ſi publicum commodum cordi habet. At hodie ferè epiſcopi & reges omnia alienis manibus, alienis auribus atq; oculis agunt, neque quicquam minus ad ſe pertinere putant quàm rempublicam aut priuatis ſuiſq; diſtenti, aut uoluptatibus occupati.

Aequalis æqualem delectat. XX

Similitudo mater eſt beneuolentiæ, conſuetudinisq; & familiaritatis cõciliatrix. Vnde uidemus iuuenes inter ſe libenter conuenire, ſenes cum ſenibus congregari, doctos doctorum conuentu capi, improbos cõgredi cum improbis, bibon

Ayuntamiento de Madrid

bibones cum bibonibus, nautas amare nautas, diuitibus eſſe neceſsitudinem cum diuitibus, atq; in uniuerſum ſimilia ſimilibus gaudere. In hanc ſententiam extant aliquot ueterum prouerbia, quorum eſt illud: ἴλιξ ἴλικα τέρπει. i. Aequalis æqualem delectat. Quòd uſurpans M. Tullius in Catone maiore: Pares autem, inquit, cum paribus, ut eſt in uetere prouerbio, facillime congregantur. Nam prima familiaritatis conciliatio proficiſcitur ab ætatis æqualitate, quam Græci uocant, ὁμηλικίαν. Ad quod alludens Homerus in Ooyſſeæ o.

ἀτὰρ καὶ ὁμήλικες εἶμεν. id eſt,

Quinetiam ſumus æquæui.

Huc reſpexit Plato primo De rep. lib. apud quē Cephalus, qui ſe teſtatur iam peruenisse ἐς γήρᾳ καὶ ἐδίφ. i. ſenectæ limē, ait, πολλάκις γὲ συνέρχόμεθά τινες ἐς ταὐτὸ παραπλησίαν ἡλικίαν ἔχοντες, διατρίβοντες τὴν παλαιὰν παροιμίαν. i. Sæpenumero pleriq; cōuenimus fermè æquales, antiquum illud ſeruātes prouerbiū. Ariſt. 2. Rhetor. lib. recenſens quæ quibus ſint iucunda, ſcribit, in totum ea natura ſeſe inuicem delectari, quæ genere ſint coniuncta, aut ſimilia, ut hominem homine, equum equo, adoleſcentē adoleſcente. Atq; huc tendere prouerbia uulgo iactata: ἴλιξ ἴλικα τέρπει. Item id genus alia quædam. Verba illius hæc ſunt: τὰ συνήθη ἢ κατὰ φύσιν ἀλλήλοις ἑταῖρα ἅπαντα τὰ συνήθη καὶ ὁμοια ἥδιστα ὡς ἐπιτοπολὺ, οἷον ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ, καὶ ἵππος ἵππῳ, καὶ νέος νέῳ. ὅθεν καὶ αἱ παροιμίαι εἴρηνται, ὡς ἴλιξ ἴλικα τέρπει, καὶ ὡς ἀεὶ τὸ ὅμοιον. καὶ ἔγνω ἢ θὴρ θῆρα. καὶ ἀεὶ κολοιὸς πρὸς κολοιὸν. καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. Theognis ait amicitiam cohærere inter æquales, uicinos & ſenes.

Πάντες μὲν τιμῶσιν ὁμῶς, ὅσοι, εἴτε κατ' ἀστὸν
Οἰκέουσι χώρης, εἴτε παλαιότεροι. id eſt,

Omnes hi ſeſe uenerantur, amantq; ulciſſim,
Vicini, æquales uiribus, atq; ſenes.

Nec alienum eſt ab hoc prouerbio, quòd Empedocles ait apud Ariſt. libro De Animal. 1. animam eſſe quiddam ex omnibus elementis conflatum, imò ipſam horum quiduis eſſe: & unumquodque cognoſcere, eo quòd habet affine quiddam cū ſingulis. Vnde & Plato in Timæo dicit, animam ex elementis cōſtare. Empedoclis uerſus ſic habent:

Γαῖαν μὲν γὰρ γαίῃ ὀπώπαμεν, ὕδατι δ' ὕδωρ,
Αἰθέρι τ' αἰθέρα δῖον, ἀτὰρ πυρὶ πῦρ ἀΐδηλον,
Στοργὴν τε στοργῇ, νεῖκος δέ τε νείκεϊ λυγρῷ.

Quos uerſus quoniam initio deſperabamus commodius uerti poſſe, ab Argyropylo uerſos ſubiecimus:

Terram nam terra, lympha cognoſcimus aquam,
Aeteraq; æthere, ſanè ignis dignoſcitur igni,
Sic & amore amor, ac triſti diſcordia lite.

Quanquam in primo uerſu ſuſpicor à librarijs undam uerſam in aquam. Poſt amicorum rogatu noſtra addidimus qualiacunque:

Terra quidem terra ſentitur, lymphaq; lympha,
Aeterq; æthere purus, at igni noxius ignis.
Dulcis amore amor, atque odio funeſta ſimultas.

Argyropylus explendi carminis gratia pro uno uerbo ὀπώπαμεν duo reddidit, cognoſcimus & dignoſcitur, duo epitheta prætermiſit, δῖον καὶ ἀΐδηλον. Deinde uocis repetitæ gratiā bis perdidit, in aquā & undam, in diſcordia et lite, ut ne cōmemorem duritiē cōpoſitionis in Terram nam. Sic & ſanè aduerbiū de ſuo attexuit. Nos amori addidimus epitheton, ſed quod fuerat additurus poēta. ſi per metri leges licuiſſet, quandoquidē uoci contrariæ addidit ſuum νείκεϊ λυγῷ. Non hæc mihi dicūtur, ut ſuggillem uirum de ſtudijs optimis optime meritū, ſed ut iudicio proficiant adoleſcētes, quibus hæc potiſsimū ſcribuntur. Philoſophorum quiſpiam, Zenon ni fallor, apud Auguſtinum prodidit, animam ipſam eſſe numerum ſeipſam mouētem atq; hanc ob cauſam rebus numeroſis natura capi deliniriq; : ueluti muſicis modis afficiuntur & pueri, cognato quodam naturæ ſenſu, cum prorſus neſciant quid ſit muſica. Ariſtoteles hoc ipſo quem modo retulimus loco definitionem hanc adducit, tacito autoris nomine.

Simile gaudet ſimili. XXI

ὅμοιον ὁμοίῳ φίλον. *i. Simile gaudet ſimili. Ariſtoteles libro Moraliū octauo:* ὅμοιον ὁμοίῳ ἐφίεται. *i. Simile appetit ſimile. Item libro nono:* ὅμοιον ὁμοίῳ φίλον. *i. Simile ſimili amicum. Vnde eſt & illud:* ὁμοιότης δὲ φιλότητος μήτηρ. *i. Similitudo mater amoris. Quare ubi abſoluta ſimilitudo, ibi uehementiſsimus amor, id quod indicat fabula Narciſsi. Agathon in conuiuio Platonis:* ὁ γὰρ παλαιὸς λόγος εὖ ἔχει, ὡς ὅμοιον ὁμοίῳ ἀεὶ πιλάζει. *id eſt, Scite quidem ueteri prouerbio fertur, ſimile ſimili ſemper hærere. Plutarchus in commentario, cui titulus, Quo pacto ſit amicus ab adulatore dignoſcendus, refert huiuſmodi ſenarios:*

Γέρων γέροντι γλῶτταν ἡδίω λέγει,
Παῖς παιδὶ, καὶ γυναικὶ πρόσφορον γυνὴ,
Νοσῶν τ' ἀνὴρ νοσοῦντι, καὶ δυσπραξία
Ἀνῃθὲς ἐπῳδὸς ὄντι (ὡς) παρωμῴῳ. id eſt,

Seni ſenilis lingua iucundiſsima eſt,
Puero q; puer, & mulier apta fœminæ.
Aegrotus itidem ægroto, & in malis ſitus,
Exercito malis placet, atq; congruit.

Diogenes Laërtius oſtendens quædam imitatum Platonē ex Epicharmi ſcriptis, adducit & illud, Quòd canis canī uidetur pulcherrima, & bouī bos, & aſina aſino, & ſus ſui. Diximus alibi, Suum cuiq; reginæ placere regē. Plato lib. De legib. 8. φίλον μὲν καλεῖν, ὅμοιον ὁμοίῳ κατ' ἀρετὴν, καὶ ἴσον ἴσῳ. i. Amicum quidem uocamus ſimile ſimili, quo ad uirtutem, & æquale æquali. Quanquam adagium rectè transferetur & ad illos quos ſimilitudo conciliat uitiorum. In quos eſt illud Catulli:

Pulchrè conuenit improbis cinædis.

Item illud Martialis,

Vxor peſsima, peſsimus maritus,
Miror non bene conuenire uobis.

Illud item Iuuenalis,

Magna inter molles concordia.

Semper ſimilem ducit Deus ad ſimilem. XXII

Poteſt autē adagium ex Homero natum uideri, apud quem Odyſſeæ ρ Melanthius caprarius conſpicatus Eumæum ſubulcum, ipſum Vlyſſem ſecum adducentem, ſed habitu ſpecieq; pannoſi, ſcomma iacit in utrunq;, quaſi duo inter ſe ſimiles bene conuenisſent:

Νῦν μὲν δὴ μάλα πάγχυ κακὸς κακὸν ἤγαλάζῃ
ὡς ἀεὶ τὸν ὅμοιον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὅμοιον. id eſt,

Nunc adeo malus ecce malum comitatur, ut uſq;
Ad ſimilem deus adducit, ſimilemq;, paremq;.

Ariſtoteles lib. Moral. 8. prouerbij loco refert: ὅθεν τὸν ὅμοιον φασὶν ὡς τὸν ὅμοιον. *id eſt, Vnde ſimilem aiunt ad ſimilem.*

Semper graculus aſsidet graculo. XXIII

ἀεὶ κολοιὸς πρὸς κολοιὸν ἵζάνει. *id eſt,*

Aſsidit uſq; graculus apud graculum.

Refertur à Diogeniano prouerbialis ſenarius: notaturq; ab Ariſtot. lib. Rhetoricorum quem modo citauimus: ubi inter alia complura huius ſententiæ prouerbia, hoc quoq; cōmemorat. Item lib. Moral. 8. κὴ κολοιὸς ποτὶ κολοιὸν. *Et graculus, inquit, ad graculum. Græcis eſt trochaicus dimeter,*

Ayuntamiento de Madrid

dimeter, haud dubium quin ex poëta quopiam decerptus. Eleganter usurpauit adagium Gregorius in quadam ad Eudoxium epistola, Κολοιὸν ἢ ποτὶ κολοιὸν ἴζάνει καὶ τὸ παροιμίας ἀκούεις. i. Graculum autem assidere graculo, audis & à prouerbio. Porrò graculorum conuentus olim notos fuisse testatur M. Varro lib. De re rustica. 3. Vnde Plutarchus in lib. De Polyphilia, ὅτι ἀγελαῖόν ἐστι ὃ ἢ κολοιῶδες. i. Non armentarium est, neq; graculeum. Quin huic auí nomen inditum, à κολάω, quod est, conglutino. M. Varro graculos quoq; Latinis inde dictos uult, quòd gregatim uolent. Quintilianus non probat, asseuerans dictionem ab auium uoce confictam.

Cicada Cicadæ chara, formicæ formica. XXIIII

Cæterum quod Aristoteles in eo loco quē modo citauimus, addidit: & si qua sunt id genus alia, dubium non est, quin senserit illa quæ sunt apud Theocritum Idyllio nono,

Τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμακι μύρμαξ,
ἴρηκες δ' ἴρηξιν. id est,
Formicæ grata est formica, cicadæ cicadæ.
Accipiter placet accipitri. Porrò nota est formicarū politia, & cicadarum concentus.

Figulus figulo inuidet, faber fabro. XXV

Ab hac forma uelut excipiendi sunt qui in eadem arte uersantur, propterea quòd inter hos artificij similitudo magis æmulationem conciliat quàm beneuolentiam. Quorū mutuam inter ipsos inuidiam Hesiodus in opere, cui titulus, Opera & dies, compluribus metaphoris indicauit, haud tamen damnans id genus artificum cōcertationem, imò probans ac laudans. Proposuerat enim poëta duplex æmulationis genus, quorū alterum sit utile pulchrumq; mortalibus, alterum fœdum ac pernicioſum. Hoc homines ad rixas ac bella concitari, propter opum honorumq; certamina: illo uerò tanquam exemplis propositis ad industriam & honestas artes exp ergefieri. Honestam igitur æmulationem his uerbis describit.

Ζηλοῖ τ' ἠγέτοσα γέγωθεν
Εἰς ἄφενος σπεύδοντ'. ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσιν,
Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων,
Καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

Quos uersus longe elegantißimos in hoc duntaxat uertimus, ut intelligātur. Nam uenustatem uix quisquam assequatur, nedum ego.

Semper uicinus ulcino est æmulus, hunc ut
Condere cernit opes properantem gnauiter, atqui
Concertatio conducit mortalibus ista.
Odit ita fabrum faber, figulóq; molestus
Est figulus: mendico protinus inuidet alter
Mendicus, cantor cantorem liuidus odit.

Vsurpatur cum aliàs frequenter apud diuersos autores, tum apud Aristotelem lib. Moralium. 2. Rursum eiusdem operis. lib. 8. paræmiæ uice refertur, κεραμεῖς πάντας τοὺς τοιούτους ἀλλήλοις φασὶν εἶναι. i. Omnes eiusmodi figulos inter sese aiunt esse. Figulos inuidos dixit, nimirum alludens ad Hesiodium adagium. Item Rhetoricorum lib. 3. Ὃν ἔρηται καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ. i. Vnde dictum est, & figulus figulo. Citat ibidem & hunc senarium, haud scio ex quo poëta.

Τὸ συγγενὲς γὰρ καὶ φθονεῖν ἐπίσταται. id est,
Etenim inuidere didicit ipsa affinitas.

At est similitudo quam in Symposiacis Plutarchus μάχιμον dicit, hoc est, bellacem ac pugnacem, qualis est gallorum gallinaceorum: qualisq; est inter sophistas, mendicos, poëtas cantores, & ob hoc uetat id genus hominum in conuiuijs, coniungi, ne quid oriatur rixæ. Est altera, quàm ἐπιεικῆ uocat, cuiusmodi est graculorum inter se. Ad hāc pertinent nautæ, agricolæ, uenatores, aliptici. Atque ob id recte copulantur in accubitu. Ad hæc amantes, nisi contingat eos eandem amare.

Cretensis Cretensem. XXVI

ὁ Κρῆς τὴν Κρῆτα, Cretensis Cretensem, subaudi, quod erit commodum sententiæ, prouocat, conatur circumuenire, aut tale quippiam. Quoties improbus agit cum improbo, perfidus cum perfido. Sumptum adagium à Cretensium moribus, quos plurimis conuicijs incessiit antiquitas.

Cretensis cum Aegineta. XXVII

Eandem obtinet sententiam, Κρῆς πρὸς αἰγινήτην. i. Cretensis cum Aegineta, subaudiendum, agit. Quadrat in pariter improbos, qui mutuis inter se fallacijs agunt. Nam Aeginetæ quoq; olim male audierunt, in quos etiam oraculum illud quidam æditum putant: ὄντε τρίτοι, ὄντε τέταρτοι. i. Neq; tertij, neq; quarti.

Vulpinari cum uulpe. XXVIII

ἀλωπεκίζειν πρὸς ἑτέραν ἀλώπεκα. i. Cum uulpe uulpinare tu quoq; inuicem. Senarius est prouerbialis. Cum astutis astutijs agito. Horatius:

Nunquam te fallant animi sub uulpe latentes.

Aristophanes in Vespis: οὐκ ἔξεστιν ἀλωπεκίζειν. id est, Non licet uulpinari. Quod autem nos ἀλωπεκίζειν uertimus uulpinari, ne quis hoc uerbi tanquam nostrum ac nouum aspernetur, citatur ex M. Varrone à Nonio Marcello, Sic enim ausus est dicere Varro uulpinari pro ἀλωπεκίζειν, quemadmodum Horatius iuuenari dixit pro νεανίζειν. Vide prouerbium Βατταρίζειν.

Cretiza cum Cretensi. XXIX

Πρὸς κρῆτα κρητίζειν. i. Aduersum Cretensem Cretiza. i. aduersus mendacem mendacijs utere. Vsus est Plutarchus in Vita Lysandri πρὸς κρῆτα ἢ ἄρα τὸ τοῦ λόγου κρητίζων. Rursus in uita Pauli Aemilij Τοὺς μὲν ἐπιφανῶς ἀκριβῶς αὐτὸν, οὐκ ἔλαθον κρητίζων πρὸς κρῆτας. id est, Eos quidem qui hominem penitus norant, haud latuit, quòd cum Cretensibus arte Cretica uteretur: propterea quòd Cretensium uanitas, de Ioue apud se sepulchro, multaq; id genus mentientium, in uulgi fabulam abierit, id quod palam testatur Epimenidis ille uersiculus, quem Paulus etiam apostolus citat.

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί. id est, Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, uentres pigri. Diuus Hieronymus in commētarijs quos in hanc scripsit epistolam, indicat hunc uersiculum repertum in opere Epimenidis, cui titulum fecit, De oraculis. Vnde & Paulus prophetam uocat, siue per iocum, siue ob argumentum. Huius autem carminis initium, Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, usurpauit Callimachus poëta Cyrenensis in hymno scribens aduersus Cretenses in laudem Ioui, ac uanitatis eos arguens, quòd iactitarent illius sepulchrum esse apud se, cum is esset immortalis. Quò respiciēs Ouidius: Nec fingunt, inquit, omnia Cretes. Vnde κρητίζειν Græci pro mentiri dicunt. Suidas aliam adagionis causam indicat, scribens Idomeneum Cretensem, cū illi negotium esset datum, ut æs quod è spolijs ab hostibus detractis collectum erat, distribueret, sibi partem longe optimam delegisse. Vnde congruere uidetur etiam in illos, qui fraudāt alios, suisq; commodis impensius ubiq; student. Idem putat adagium quadrare etiam in eos, qui frustra mendacijs agunt aduersus artificem mentiendi, Quemadmodum uulgo dicunt, difficillimum esse furari apud fures, ita difficillimum mendacijs imponere mendacibus.

Cum Care carizas. XXX

Huic simillimum refert Diogenianus, πρὸς κάρα καρίζας, id est,

Ayuntamiento de Madrid

id eſt, Cum Care cariſſas: Ruſtice agis cum ruſtico, barbare loqueris barbaro, craſſe cum craſſo. Cares populi ſunt Aſiæ, de quibus alio loco dicemus, quorum mores prouerbijs aliquot fecere locum.

Cretenſis mare. XXXI

ὁ κρῆς τὴν θάλασσαν. *i. Cretenſis mare, ſubaudiendum, neſcit, aut metuit. Hanc paræmiam refert pariter, atque exponit Strabo Geograp. lib. 10. ſcribens olim Cretenſes nauigandi peritia, rerumq; maritimarum uſu principatũ tenuiſſe: atq; hinc antiquitus increbuiſſe prouerbium: Cretenſis mare neſcit: in eos qui neſcire fingerent, quod egregie callerent. Etenim qui conſentaneum eſt, Cretenſes cũ ſint inſulares ignorare mare, quo cinguntur undiquaque? Vſus eſt eodem & Ariſtides in Pericle: ὁ κρῆς τὸν πόντον. Zenodotus ſcribit apud Alcæum extare. His affine eſt quod habet Horatius in epiſt. ad Octauium.*

Ipſe ego qui nullos me affirmo ſcribere uerſus,
Inuenior Parthis mendacior.

Quod Parthi tũ maximè pugnent, quum fugã ſimulant.

Ad umbilicum ducere. XXXII

Extant apud autores aliquot abſoluendi paræmiæ, quarum de numero eſt illa: Ad umbilicum ducere, pro eo quod eſt librum finire atque abſoluere. Sunt enim umbilici, interprete Porphyrione, ornamenta quædam oſſea, aut lignea corneáue, umbilici noſtri formam imitantia, quæ uoluminibus iam abſolutis addebantur, atq; hinc prouerbialem figuram eſſe natam, ad umbilicum peruenit. i. ad finem. Horatius in Epodis:

Deus deus nam me uetat
Inceptum celeres promiſſum carmen iambos
Ad umbilicum ducere.

Martialis in quarto Epigrammatum libro,

Ohe iam ſatis eſt, ohe libelle
Iam peruenimus uſq; ad umbilicos.

Tu procedere adhuc & ire quæris. Idem lib. quinto,

Qui cedro decorata purpuraq;
Nigris pagina creuit umbilicis. Idem in tertio,

Cedro nunc licet ambules perunctus,
Et frontes gemino decens honore,
Pictis luxurieris umbilicis. Rurſus in undecimo,

Explicitum nobis uſq; ad ſua cornua librum,
Et quaſi perfectum, Septitiane refers.

Verùm equidem haud ſcio, poſſit'ne prouerbium hoc aliò, quàm ad librum aut carmen transferri, niſi durior ſit metaphora.

Summum faſtigium imponere. XXXIII

Illud generalius eſt: Summum faſtigium imponere, pro eo quod eſt rem omnibus ſuis partibus abſoluere. Exempla reperies apud Ciceronem lib. Officiorum 3. apud Plinium in Epiſtol. aliquoties. Translatum ab ædificatoribus, qui perfecto demum ædificio faſtigium aliquod ſolent imponere. Quibus ſicuti fundamentum prima inſtituendi operis pars eſt, ita faſtigium ſuprema eſt iam abſoluti. Vnde quemadmodum fundamenta iacere, transferunt ad id, quod eſt inſtituere quippiam: itidem faſtigium addere, traducunt ad rei perfectionem, ſummamq;, ut uocant, manum. Huic confine quod à Græcis dicitur, τὸν κολοφῶνα ἐπέθηκε. i. Colophonem impoſuit.

Summam manum addere. XXXIIII

Eandem uim habet: Summam manum addere. Mirum ni metaphora ab artificibus translata, qui primum rude quodam operis ſimulacrum effingunt, atq; hanc primam appellant manum, deinde formant expreſſius, poſtremo ſumma cura expoliunt, atq; hanc ſupremam, ſeu ſummam manum uocant. Ouidius:

Nec tamen illa legi poterunt patienter ab ullo,
Neſciat his ſummam ſi quis abeſſe manum.

Mox pro eodem dixit, Vltimam lineam.

Ablatum mediis opus eſt incudibus illud,
Deſuit & ſcriptis ultima lima meis.

Seneca ad Lucilium: Vino deditos delectat potatio extrema, illa quæ mergit, quæ ebrietati ſummam manum imponit. Eadem figura dicimus, nihil deeſt præter extremam manum. Exempla crebriora ſunt apud ſcriptores, quàm ut hic referat repetere.

Supremum fabulæ actum addere. XXXV

In eandem formam referendum eſt illud: Supremum fabulæ actum addere, pro eo quod eſt, extremum finem imponere, à poëtis comœdiarum aut tragœdiarum ſcriptoribus aſcitum, qui fabulas ſuas in actus quoſdam diſtribuũt. Vnde illud Horatianum:

Nec ſit quinto productior actu.

Solent autẽ in extremo actu, plurimũ artis addere, ſicuti ſcribit M. Tul. ad Q. fratrẽ: Illud te ad extremũ & oro & hortor, ut tanquã poëtæ boni, & actores induſtrij ſolent, ſic ut in extrema parte & concluſione muneris ac negocij tui diligentiſſimus ſis: ut hic tertius annus imperij tui, tanquã tertius actus perfectiſſimus atq; ornatiſſimus eſſe uideatur. Idẽ ad Att. lib. 13. Etenim hæc decãtata erat fabula, ſed cõplere paginã uolui. Cicer. in Catone trãsfert ad uitam peractã. Quemadmodũ & Apuleius lib. Flor. 3. de Philemone comico loquens: Renunciauerũ, inquit, Philemonem poëtam qui expectaretur, ut in theatro fictum argumentũ finiret, iam domi uerã fabulam cõſummaſſe. Enimuero iã dixiſſe rebus humanis ualere & plaudere. Opinor ad hanc formam pertinere, quod apud Nonĩũ ait Lucilius: Sarcinatoris eſt, ſummũ ſuere centonem optime.

Cataſtrophe fabulæ. XXXVI

Cuiuslibet exitũ rei, prouerbiali figura, cataſtrophen uocamus. Porrò inter figuras prouerbiales illud admonuimus, unicuiq; diſciplinæ atq; artificio ſua quædã eſſe peculiaria uocabula, quæ quẽadmodũ in ſacrorũ cæremonijs ac magicis precaminib. fieri cõſueuit, penè ſuperſtitione quadã uſurpãtur, Ea quoties in aliud quippiã trahũtur, ferè prouerbij ſpeciẽ obtinẽt: uelut ex militari diſciplina, receptui canere, & locũ deſerere, & prima acies. Et res ad triarios redijt. Ex muſica, præludiũ pro præfatione, aut ingreſſu negotij. Summa & ima chorda, pro clamoſa et graui uoce. Et cadẽ oberrare chorda, pro eo quod eſt, in eadẽ re peccare ſæpius. Porrò fabula omnis, ut oſtẽdit Donatus, in treis partes diſtribuitur, in πρόταſιν, ἐπίταſιν, καὶ καταſτροφήν. Protaſis eſt primus ille tumultus iam quaſi gliſcens. Epitaſis, turba feruidiſſima. Cataſtrophe ſubita rerũ commutatio. Vnde Lucianus elegãter exitũ euentũq; negotij cataſtrophen appellat, cum aliàs, tum in cõmentario De mercede ſeruientibus: ἐπὶ πᾶσι δὲ ἅπασιν ὡσαύτως ἡ καταστροφὴ τοῦ δράματος γίνεται. i. Poſt omnia deniq; quæ illis cataſtrophe fabulæ contingit, hoc eſt, quis exitus ſeruitij. Et in Alexãdro Pſeudomante: τοιοῦτο τέλος ἀλεξάνδρου τραγῳδίας. i. Eiuſmodi finis tragœdiæ Alexandri. Idem in uita Peregrini: αὐθις δρῶ γελῶντα σε ὦ καλὲ κρόνιε τὴν καταστροφὴν τοῦ δράματος. Rurſus uideo te ô bone Cronie ridentem fabulæ cataſtrophen.

A' capite uſq; ad calcem. XXXVII

Cum rem totam ſignificamus, à capite uſq; ad calcem dicimus. Cuius adagij triplex eſſe poteſt uſus. Aut enim ad corpus referetur, aut ad animum, aut ad rem, qui duo poſteriores plus obtinent uenuſtatis, nimirum quo plus habent figuræ. Ad corpus, apud Homerum Iliad. ϒ.

Ες πόδας ἐκ κεφαλῆς. id eſt, A' capite uſque ad calcem.

Item

Item Theocritus in Bucoliſco:

Καὶ μ' ἀπὸ τᾶς κεφαλᾶς ποτὶ τὸ πόδε σωτχὲς
εἴδεν. id eſt,

Me à capite uſq; pedes luſtrauit lumine totum.

Plautus in Epidico: Contempla Epidice ab unguiculo ad capillum ſummum. Horatius:

_Talos à uertice pulcher ad imos.

M. Tullius pro Roſcio Comœdo: Nonne ipſum caput & ſupercilia illa penitus abraſa, olere malitiã & clanitare callidiatẽ uidentur? Nonne ab imis unguibus uſq; ad uerticem ſummũ, ſi quam coniecturã adfert hominibus tacita corporis figura, ex fraude, fallacijs, mendacijs, totus conſtare uidetur? Ad rem, ut apud Ariſtophanem in Pluto:

ἄκουε τοίνυν, ὡς ἐγὼ τὰ πράγματα
ἐκ τῆ ποδὸς ἐς τὴν κεφαλήν σοι πάντ' ἐρῶ. id eſt,

Audi ergo, quando totum ego negocium
A pedibus uſque tibi ad caput percenſeo.

Quanquã hic comicus ioci cauſa præpoſtere poſuit pedes & caput. Diuus Hieron. in præfatione libri, quem Dierũ inſcribũt Hebræi: Contuli cum eo à uertice, ut aiunt, uſq; ad extremum unguẽ. Ad animũ hoc pacto poterit transferri: Ego tibi mores & ingenium illius, breuiter, hominẽ quantus eſt à ſummo, ut aiunt, capillo ad imũ uſq; calcaneum depingam. Quanquam exemplum M. Tullij, quod modo retulimus, magis ad animum, quàm ad corpus uidetur pertinere. Quinetiã dtuiditur adagiũ, cũ caput negotij uocamus, præcipuum autorẽ, perinde ut & fontem dicimus. Terentius: Te eſſe huic rei caput. Itẽ apud Græcos, τὸ κεφάλαιον τῆ πράγματος. Lucianus in Tyrannicida ἡ τυραννίδος κεφάλαιον. i. Tyrannidis caput. Et Plato lib. De legib. 3. τὸν τῆ στάσεων πηγὸν, dixit. i. ſeditionũ fontẽ. Et ad calcẽ uenire. in calce operis. In extremo literarum tuarum calce, Ab ipſo exordiri capite. A calce ad caput recurrere. Atq; id genus aliæ loquendi formulæ, quæ paſſim apud autores obuiæ ſunt. Plutarchus aduerſus Stoicos: ἐκ παρόδου καὶ ἀρχῆς ἄχρι καρωνίδος. i. Ab ingreſſu & initio uſq; ad coronidem.

Curſu lampada trado. xxxviii

Curſu lampada tradere, prouerbialis metaphora, pro eo quod eſt, partes tuas quaſi ſucceſſione in alium atq; alium transferre, Lucretius:

Et quaſi curſores uitai lampada tradunt.

De animantibus egit, quæ ſucceſſione propagantur, uita per uices ab alijs in alia trãſfuſa. M. Varro li. De re ruſt. 3. cap. 15. Sed ô Merula Axius noſter, ne dum hoc audit, phyſicam addiſcat, quod de fructu nihil dixi, nunc curſu lampada tibi trado. Quibus uerbis ſignificat, ſe alteram ſermonis partem Merulæ tradere, isq; in dicendi uicem ſuccedit. Lucretius uidetur imitatus Platonem, qui lib. De legibus 6. ſcribit, ciues oportere liberis generandis atque educandis operam dare, ut uitam, quam ipſi à maioribus accepiſſent, uiciſſim quaſi tædam ardentem poſteris tradant. Eodem pertinet Perſianum illud:

Qui prior es, cur me in decurſu lampada poſcis.

Ariſtophanes in Ranis:

Λάμπαδα δ' οὐδεὶς οἷός τε φέρειν
ὑπ' ἀγυμναοίας ἔτι νυνί. id eſt,

Iam nemo queat geſtare facem,
Quòd non curant exerceri.

Taxat ignauiã atq; inertiam ciuium. Quo loco interpres addit, in tribus certaminibus ſolere uteres geſtare faces, id eſt, ut illi dicebant, λαμπαδεύειν, in Prometheis, in Vulcanijs, & Panathenaicis. Porrò Prometheus creditur primus hoc ludorũ genus inſtituiſſe, hunc quidẽ admodũ, ut currẽtes facẽ ardentẽ geſtarent. Eam defatigatus proximo in manũ dabat. Is itẽ defeſſus alij, ac deinceps alius alij, ſucceſſione tradebant inuicem, hiſtoriæ Prometheæ quaſi ſimulacrũ repræſentantes, quemadmodũ ferulam, qua cœleſtem ignem exceperat, ne rurſus extingueretur, perpetuo motu iactarit, in terrã deuolans. Huius rei mentionem facit Plato lib. De Rep. 1. ſignificãs daduchias etiã in honorẽ Mineruæ ſolere celebrari. Pauſanias autem in Atticis, ritum horũ ludorũ deſcribit copioſius. Meminit & Herodotus, ſed obiter, in Vrania, oſtendens eum morem à Perſis repertũ, ut diſpoſitis equis atq; curſoribus, alius alij mandata uelut lampada traderent, quo celerius perferri poſſent. Autor rhetorices ad Herennĩũ. Nõ enim quemadmodum in palæſtra, qui tædas ardẽtes accipit, celerior eſt in curſu continuo, quàm ille, qui tradit, ita melior imperator nouus, qui accipit exercitũ, quàm ille qui diſcedit. Propterea quòd defatigatus curſu, integro facem, hic peritus imperator inperito exercitum tradit. Itaque lapadem tradere dicetur, qui iam uel defeſſatus, uel emeritus, in alios munus gerendum ab ſe transfert. Et inuicem lampada tradere, qui, quod ait Terentius, tradunt operas mutuas, & alijs alij uiciſsim ſuppetias ferunt.

Principium dimidium totius. xxxix

ἀρχὴ ἥμισυ παντὸς. i. Principium dimidium totius. Hoc adagio ſignificatum eſt, maximam difficultatis partem in aggrediundo negotio ſitam eſſe. Hemiſtichium eſt Heſiodi, citante Luciano in Hermotimo. Refertur & ab Ariſtot. libr. 5. Polit. τὸ δὲ ἀρχὴ λέγεται ἥμισυ εἶναι παντός, Plato lib. De legib. 6. ἀρχὴ γὰρ λέγεται μὴ ἥμισυ παντὸς, ἐν ταῖς παροιμίαις ἔργῳ, καὶ τόγε καλῶς ἀρξαθ' πάντες ἐγκωμιάζομεν ἑκάστοτε, Τὸ δ' ἕτερόν τε ὡς ἔμοιγε φάνεται πλέον ἢ τὸ ἥμισυ, καὶ ὁδὲ αὐτὸ καλῶς γενόμενον ἐγκεκωμιακεν ἱκανῶς. i. Nam in prouerbijs quidem initium totius facti dimidium dicitur. Atque illud nimirum rectè cœpiſſe, omnes undiq; laudibus ferimus. At iſtud, ut mihi quidem uidetur, plus eſt, quàm dimidium. Neq; quiſquam hoc, ubi rectè fit, ſatis pro merito laudarit. Suidas hæc ex Marino quodam refert: Γέγονε ἡ ὑμῖν ἡ ἀρχὴ, οὐκ ἀρχὴ μόνον, ἀλλ' ἤδη τὴν παροιμίαν, ἥμισυ τοῦ παντὸς, αὐτὸ ὅλον τὸ πᾶν. i. Fuit autem nobis initium illud, non tantùm initium, neque iuxta prouerbium dimidium totius, ſed ipſum in ſolidum totum. Ariſt. item lib. Moral. 1. Principium enim plus quàm dimidium totius eſſe uidetur. Horatius in Epiſt.

Dimidium facti, qui cœpit, habet. ſapere aude.

Auſonius,

Incipe, dimidium facti eſt cœpiſſe, ſuperſit
Dimidium, rurſum hoc incipe, & efficies.

Plutarchus in libello, cui titulus, Quo pacto ſint audiendi poëtæ, citat ex Sophocle carmen hoc:

ἔργου δ' ὁντινοῦν ἄρχηται καλῶς,
Καὶ τὰς τελευτὰς εἰκὸς εὖ θ' οὕτως ἔχειν. id eſt,

Negotij cuiuſq; ſi bene cœperis,
Et finem item bonum fore, probabile eſt.

Satius eſt initijs mederi, quàm fini. xl

ἀρχὴν ἰᾶσθαι πολὺ λώϊον ἢ τελευτήν. id eſt,

Multo quàm finem, medicari initia præſtat.

Refertur à Suida prouerbij loco. In eandem ſententiam Theognis,

Ζητῶμεν δ' ἕλκει φάρμακα φυομένῳ id eſt,

Pharmaca naſcenti ſunt adhibenda malo.

Similiter Perſius ſatyra tertia.

Elleborum fruſtra quum iam cutis ægra tumebit
Poſcentes uideas, uenienti occurrite morbo.

Atque item Ouidius,

Sero medicina paratur,

Cum

Ayuntamiento de Madrid

Cum mala per longas inualuere moras.

Admonet adagium, minore negotio tolli malum ſtatim initio, cùm adhuc recens eſt, quàm poſtea quàm inueterauerit. Pueros à uitijs arcendos, dum adhuc tenera ac tractabilis ætas: ſarciendas protinus offenſas, ne in ſimultatem exoleſcant. Minima uitanda mala, ex quibus maiora ſolent pullulaſcere. Occaſiones euitandas, quæ mali quippiam parituræ uideantur.

Serere ne dubites. XLI

Ruſticanum adagium, ſed non indignum, quòd in hoc uolumen referatur: Serere ne dubites. Quo monemur, ne quando pigeat eiuſmodi rerum aliquid moliri, à quibus nihil omnino diſpendij, plurimũ emolumenti, poſſit proficiſci, ſi non in præſens, certe in poſterum, ſi non nobis, at ſaltem poſteris. Columel. libro De Re ruſt. 12. Quare uulgare illud de arborum poſitione, ruſticis uſurpatum: Serere ne dubites. Nam ædificatio nonnunquam exhaurit fructus, negotiatio pendet à fortuna, neq; paucis male ceſſit. Eundem admodum, ex alijs aliud atq; aliud eſt uel incommodi uel periculi, ſed ex arboribus conſerendis plurimum capitur commoditatis, neq; magno tamen impendio conſtat. Eandem ſententiam Vergilius, addita figura ſic extulit, libro Georgicôn ſecundo:

Et dubitamus adhuc ſerere, atq; impendere curam?

Talaria induere. XLII

Extat apud M. Tullium prouerbialis allegoria, talaria induere, pro eo quod eſt fugam adornare, quaſiq; uelle quopiam auolare. Sic enim ſcribit ad Atticum lib. 14. Nemo eſt iſtorum qui ocium non timeat. Quare talaria induamus. Sumptum ab Homero, qui Mercurium auolaturum aliquò frequenter adornat talaribus:

Αὐτίκ' ἔπειθ' ὑπὸ ποσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα
ἀμβρόσια χρύσεια, τά μιν φέρον ἠμὲν ἐφ' ὑγρὴν,
Ἠδ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν ἅμα πνοιῇς ἀέλλης. id eſt,
Mox ubi iam pedibus talaria ſubdidit aurea,
Pulchráq; & ambroſiam ſpirantia: quæ ſimul illum
Aëra per liquidum, ſimul ampla per æquora uaſtæ
Telluris, uenti flatu dominante ferebant.

Quem Homeri locum Vergilius ueluti interpretans, in quarto Aeneidos:

Et primùm, inquit, pedibus talaria nectit
Aurea, quæ ſublimem alis, ſiue æquora ſupra,
Seu terram rapido pariter cum flamine portant.

Itaque talaria induere dicemus eos, qui parant aufugere. Nam hoc ipſum auolare & reuolare, apud M. Tullium pro fugere & redire frequens eſt.

Tricæ: Apinæ. XLIII

Tricas, & Apinas, uulgò res futiles ac nugatorias dicebant. Martialis:

Quæcunq; luſi iuuenis, & puer quondam,
Apinasq; noſtras. Idem alibi:
Sunt apinæ tricæq;, & ſi quid uilius iſtis.

Vnde et tricari ſimili figura dicebat nugas agere. Cicero cũ aliàs, tũ ad Attic. li. 15. Tricatur ſcilicet, ut homo talis. Et rurſum: Balbus, inquit, tricatur. Adagiũ ab euentu natum. Nam Tricã & Apinã oppida fuiſſe quõdã Apuliæ, demonſtrat Plin. lib. Naturalis hiſt. 3 cap. 11. referens Europæ ſinus: Diomedes, inquit, ibi deleuit gẽtes Monadorũ Dardorũq;, & urbes duas, quæ in prouerbij ludicrũ uertere, Apinã & Tricam. Stephanus oſtendit Tricã urbem fuiſſe Theſſaliæ, ſortitam id nominis à Trica Penei filia. Nonius Marcellus tricas impedimenta & implicationes interpretatur, ἀπὸ τῆς θριχῶν. i. à pilis, quibus inuoluuntur pulli gallinacei. Vnde dictum ſit extricare & intricare. Lucilius apud eundẽ, tricones appellat, qui nugis homines remorentur. Et tricinus quæſtus, pro tardo ſeu ſicco: Et Varro tricas Atellanas, nugas ipeditiſſimas. Eqdẽ nõ negauerim in uoce allusũ ad pilos. Cæterũ ab oppido dictũ prouerbiũ, uerò propius eſt. Plin. lib. 7. ca. 48. oſtẽdit oues laudari ſolitas breuitate cruris & uẽtris ueſtitu: quibus is nudus eſſet, eas apicas appellauit, ceu reijculas dãnatasq;.

Corycæus auſcultauit. XLIIII

Κωρυκαῖος ἠκροάζετο. i. Corycæus auſcultauit. Vbi quis id quòd agit, conatus diſſimulare, tamẽ à curioſis deprehenditur. Vnde natũ ſit adagiũ, ex autorib. aſſcribã. Corycus mons eſt Pãphyliæ præcelſus ac portuoſus, atq; ob id piratarũ inſidijs opportunus, quos ab eo mõte Corycæos uocabãt. Hi nouã inſidiandi rationẽ excogitarãt. Siquidem diſperſi per portus Coryci mõtis, miſcebãt ſeſe negociatoribus, ut quiſq; fortè appulerat, ſubauſcultãtes, & quid rerum portarent, & quo nauigare deſtinaſſẽt, deniq; quo tẽpore decreuiſſẽt ſoluere. Quæ ſimul atq; cognouerãt, renũciabãt piratis, cũ quibus ſocietatẽ maritimorũ latrociniorũ exercebant. Atq; ita per occaſionẽ ſimul adorti: nauigãtes ſpoliabãt. Quæ res ubi mercatoribus eſſet comperta, pleraq; occultabãt ac diſſimulabãt, inſidiarũ metu. Sed cùm ne ſic quidẽ laterẽt, ſubodorãtibus omnia Corycæis, res in prouerbiũ abijt, τότε κωρυκαῖος ἠκροάζετο. i. Hũc Corycæus auſcultauit. De re uehemẽter diſſimulata, deprehẽſa tamẽ. Suidas ait, Corycon Pãphyliæ promontoriũ eſſe, cui ſubiecta ſit urbs Attalea. Eius urbis ciues, ne uexarẽtur ipſi à prædonibus, qui ſeſe in promõtorij arcẽ receptabãt, per alios portus diſſipati ſubauſcultabãt, quinã appuliſſẽt, & quò tenderẽt, eaq; prædonib. renunciabãt. Idẽ ex Ephoro refert Corycæos cõuenas quoſpiã fuiſſe, qui condiderint oppidulũ in Lydia ſub cacumine Coryci in mare proſpectantis, finitimos Myoneſſo. Hos ſolitos ſeſe negotiatoribus in portũ appellẽtibus admiſcere, quaſi negotiatores eſſẽt et ipſi, merciũ aliquid empturi: deinde quæ cognouiſſẽt Myoneſijs renũciabant. Myoneſij nauigãtes adoriebãtur, prædam ablatã, aut precia quibus ſeſe negociatores redimebãt: quæ Græci λύτρα uocãt, cũ Corycæis partiẽtes. At Stephanus tradit, Corycũ mõtẽ eſſe altiſſimum, finitimum Teo Ioniæ oppido, cui ſubiectus ſit eiuſdẽ nominis portus. Quo loco meminit et de Piratarũ inſidijs et prouerbio. De Lydiæ Corycо ſentit et Strabo, cuius uerba ſubſcribã ex lib. 14. πρὸ δὲ ἐλαίου ἐπὶ ἐρυθρὰς, πρῶτον μὲν ἔρχεται πολίχνιόν ὄνομα τήιον, εἶτα κώρυκος ὄρος ὑψίλον καὶ λιμὴν ὑπ' αὐτῷ κατάντης, καὶ ἄλλος ἐρυθραὶ λιμὴν καλούμενος, καὶ ἐφεξῆς πλάκες ἕτεροι. φασὶ δὲ παραπλοῦν τὸν κωρύκιον πάσας λιχνείας ὑπάρξαι τὸν κωρυκαίων καλουμένων, ἐνεχομένων δόπου καινὸν τὸ ἐπιβαλλᾶν τῶν πλειζομένων καὶ καταπαρμένας δὲ ἐν τοῖς λιμέσι τοῖς καθορμιζομένοις ἐμπόροις προσφοιτᾶν, καὶ ὠτακηζεῖν τὰ φέρουσιν καὶ πρὸ πλοίων, εἶτα συνιλλόντας ἀναχθέσι τοῖς ἀνθρώποις ἐπιτίθεσθαι καὶ καθαρπάζειν. ἀφ' ὃ δὴ πάντα τὸν πολυπράγμονα καὶ κατακύειν ἐπιχειροῦντα τῶν λάθρα καὶ ἐν ἀπρήκτῳ διαλεγομένων, κωρυκαῖον καλεῖν, καὶ ἐν παροιμίᾳ φαμὲν, τὸ δ' ἀφ' οὗ κωρυκαῖος ἠκροάζετο, ὅταν δοκῇ τις πράττειν δι' ἀπρήκτων, μὴ λανθάνῃ, διὰ τὸς κατασκοπὰς καὶ φιλοπευστήσας τὰ μὴ προσήκοντα. i. Priuſquam perueniatur Erythras, primum occurrit oppidulum Erae Teium, deinde Corycius mons excelſus, atque huic ſubiectus portus Caſyſtas, mox alius portus dictus Erythræ, deinde alij complures. Narrant autẽ Corycum præternauigãtibus omnia plena latrocinijs eſſe quorundam quos Corycæos appellant. Hi nouum inſidiarũ genus commenti fuerant in nauigantes. Siquidem diſperſi per portus, negotiatores qui fortè appulerant adibant, ſubauſcultabantq; quid rerum ferrent, quò

Ayuntamiento de Madrid

quo nauigarent: deinde illos in altũ reuersos, collecti adoriebantur ac spoliabant: unde factũ est ut quemuis curiosum, auidum auscultandi quæ clanculum & in occulto dicuntur, Corycæum uocemus, prouerbioq; dicamus hunc Corycæus auscultauit, quoties aliquis sibi uisus est egisse dixisseue clàm, cùm tamen non latuerit, propter eos qui subauscultant & scisciturisi tudẽt, quæ nõ oportet. Hactenus Strabo. In cuius uerbis nõ uidetur abesse depraua-tio: una tolletur, si pro λησϑέια legas λησῶν. altera si legas τῶν λάθρα καὶ ἐν ἀποῤῥήτῳ πραττομένων καὶ διαλεγομένων, sic enim legisse uidetur interpres. Itaq; cùm duæ sint ciuitates eiusdẽ nominis, ad utranq; referunt prouerbium autores. Stephanus ostendit & in Cilicia ciuitatem Corycum esse, quæ portu saloq; cingitur, ut ait Põponius Mela, angusto tergo continenti adnexa, cui uicina specus illa multorum literis nobilitata. Iam Cilices piratas fuisse accepimus. Hanc eandẽ arbitror esse cum ea quã in Pamphylia ponũt Zenodotus & Suidas, quòd Pamphylia Ciliciæ sit cõtigua, atq; olim bona Ciliciæ pars imputabatur in Pamphyliam. Idẽ Stephanus indicat & insulam fuisse eius nominis. Rursus Cretæ promontoriũ esse Coryciã, & eiusdem nominis portũ Aethiopiæ. Inducũt & comici deum quempiam Corycæũ, exaudientem atq; auscultantem quæ gerantur, sicuti Menãder in Enchiridio, Dexippus in thesauro, apud Suidam, quod tribus uerbis attigit, & Hesychius, indicans Corycum Græcis sonare uas coriaceum, aut nauim, aut lanceam. Vsurpat hoc adagium M. Tullius lib. ad Attic. 10. Epistola ult. Itaq; posthac nõ scribam ad te quid factũrus sim, sed quid fecerim. Omnes κωφοκάδοι uidentur subauscultare quæ loquor.

Fortes fortuna adiuuat. XLV

Cicero Tusc. quæst. lib. 2. Fortes enim non modo fortuna adiuuat, ut est in ueteri prouerbio, sed multo magis ratio. Citatur alibi ex Ennio. Vsurpatur in Aeneide Maronis. Atq; adeo passim ab omnibus. Ouidius Fast. lib. 2.

–Audentes forsq; deusq; iuuat. Idem allusit:

Audaces adiuuat ipsa Venus.

Rursum T. Liuius belli Macedonici libro quarto: Fortes fortunam adiuuare aiebant. Admonet adagium fortiter periclitandam esse fortunam, nam his plerunq; res prosperè cedere. Propterea quòd id genus hominibus fortuna quasi faueat, infensa ijs qui nihil audent experiri, sed ueluti cochleæ perpetuò latent intra testas.

Currentem incitare. XLVI

Τὸν ϑέοντα ὀρώρυκε. i. Currentem incitare, est adhortari quempiam ad id, ad quod iam suapte sponte tendit. Atque hac figura mitigamus, uel præcludimus magis offensam admonitionis. Cicero ad Cassium: Vt Cæsarẽ in Italia uiderẽ, sic enim arbitrabamur, cumq; multis honestissimis uiris conseruatis, ad pacem currentem, ut aiunt, incitarẽ. Idem ad Quintum fratrem libro 2. Quare facis tu quidẽ fraterne, quòd me hortaris. Sed me hercle, currentẽ nunc quidem. Rursus ad Attic. Quòd me hortaris ut eos dies consumam in philosophia explicanda: currentem tu quidem. Idem in Oratore. Facilius enim est, currentem, quod aiunt, incitare, quàm commouere languentem. Plin. ad Cannium: Scio te stimulis non egere, me tamen tui charitas euocat, ut currentem quoq; insligem. Ducta est metaphora ab his, qui cursu certant, quibus acclamatio solet addere uelocitatem. Lucianus ex Homero citat ad Nigrinum: Θάῤῥει ὦγαθὲ, τοῦτο γάρ τοι τὸ ῥῆμά ἐστι, παίνδοσα καὶ αὖϑι παρακαλεῖς. i. Bono esto animo, quando quidem iuxta Homericum illud, hortaris eum, qui ipse sua sponte properet. Extat autem Iliados θ.

ἀτειδὴ κύδιστε, τί μὲ παίνδοσα καὶ αὐτὸν

ὀτρύνεις; id est,

Quid me sponte mea properantem maxime Atrida

Extimulas? Eodem alluſit Odyss. ω.

ὡς ἐπὼν ὤτρυνε πάρος μεμαῶτα ἀϑλεύειν. id est, Iamdudum promptam, ac cupientem, his Pallada dictis

Excitat. Itaq; currentem incitamus, cum ad id uocamus aliquẽ, ad quod suapte cupiditate fertur, ac propẽdet. Quemadmodum meminit Dion, Timotheum cantorem quempiam certa quadam cantione, quæ Palladis uocatur, Alexandri Magni animum repente ad belli cupiditatem incitare solitum. Atq; incitabat ille quidẽ, sed sponte currentem, ut pote natura sanguinarium & belli sitientissimum, Alioqui Sardanapalum illum τὰναλβορον. i. mollissimum, iisdem modis haud unquam commouisset. Terentius in Andria torsit in malam partem, omissa metaphora: Agè si hic non insanit satis sua sponte, instiga. Huc pertinent illa M. Tullio familiaria, è cursu reuocare. In principio Topicorum, è cursu ipso reuocauit uoluntas tua. Et in cursu esse, & cursum interrumpere.

Calcar addere currenti. XLVII

Eandem sententiam aliunde ducta metaphora, extulit Plinius iunior in epistola quadam ad Pompeiũ Saturninum: Flagitabas ut tibi aliquid ex meis scriptis mitterem cùm ego id ipsum destinassem. Addidisti ergo calcaria sponte currenti. Translatione sumpta ab equitibus, qui nonnunquam etiam sponte currentibus equis, quò currant celerius, calcar addunt. Ita nobis calcar addit, qui extimulat Languentes: addit currentibus, qui cupiditatem ac studium nostrum auget acuitq;. Ouidius:

–Nunc opus admisso subdere calcar equo.

Sunt autẽ fermè prouerbiales in totum illæ metaphoræ: Subdere calcar, subdere stimulos. quemadmodum & illæ: Inijcere frenũ, cõpescere freno, reuocare freno. M. Tullius ad Attic. Adscribit etiã & quasi calcar admouet. Idẽ ad eũdem lib. 6. Sed alter ut dixit Isocrates in Ephoro & Theopõpo, frenis eget, alter calcarib. Plato li. De legib. 9. ἆρ' ὦ κλεινία, σχεδόν τι με ὥσπερ φερόμενον ἀνεκόσας ἀνέσχες. i. Opportune me Clinia, impetu currentem retudisti. Et illud Ciceronis: E medio cursu reuocauit.

In triuio sum. XLVIII

ἐν ϑριόδῳ εἰμὶ λογισμῶν. i. In triuio sum consilij. In eos, qui dubitant, quiq; incerti sunt animi, hæsitantes quid potissimum eligant. Translatum ab ijs, qui faciunt iter, & si quando triuiũ occurrerit, addubitant quã uiam oporteat ingredi. Nam uiam pro ratione consilij frequenter apud Græcos autores reperies, ut apud Euripidẽ in Hecuba: σῶν δ' ὁδὸν βουλευμάτων id est, Tuorum uiam consiliorum. Theognis, ἐν ϑριόδῳ ἕζομαι. i. in triuio consisto. Alludit huc & Plato lib. De legibus 7. uetans ne si qua res admiranda atq; inusitata occurrerit, protinus ad eam amplectendam accurramus, sed perinde quasi ad triuium aliquod uenerimus, ignari uiæ, consistamus, neque ante pergamus, quàm peruestigatum sit quò quæq; ducat uia, καθάπερ, inquit, ἐν ϑριόδῳ γενόμενον.

Bis ac ter, quod pulchrum est. XLIX

Δὶς καὶ ϑρὶς τὸ καλόν. i. Iterum ac tertiò, quod pulchrum est, subaudi, dicendum est. Vsurpatur à Platone cum alijs in locis, tũ in Philebo, ἃ καὶ πρότερον ἐμνήσθημεν, εὖϑ' ἵνα παροιμία λοιπὸν ἔχειμ, τὸ δὶς καὶ ϑρὶς τόγε καλῶς ἔχον ἐπαναπολεῖν (φημὶ) λόγῳ δεῖν. i. De quibus & antè meminimus. Cæterum bene uidetur prouerbio dictum, quòd egregium sit, id iterum ac tertiò in sermone repeti oportere. Idem in Gorgia: καὶ δὶς γάρ τοι καὶ τρὶς φασι καλὸν εἶναι τὰ καλὰ λέγειν τε καὶ ἐπισκοπεῖσθαι. id est, Atqui pulchrum

pulchrum aiunt ea quæ pulchra ſunt iterum ac tertio tum dicere, tum conſiderare. Rurſum lib. De legibus 6. λέγω δὲ καθάπερ εἶπον νῦν δή. ἀλλ᾽ ὃ γε καλὸν ἅπαξ εἰπεῖν καλὸν βλάπτει. id eſt, Dico autem quemadmodum modo dicebam. Nam nihil lædit quod pulchrum ſit bis dicere. Lucianus in Dipſadibus citans eundem Platonem, κόρος, inquit, δ᾽ ἐστὶ τοῦ καλοῦ. id eſt, Nulla ſatietas rerum honeſtarum. Omnino ea uis inſit rebus egregijs, ut quo ſæpius, ac prius inſpiciantur, hoc magis atque magis placeant, ut ait Horat.

—Quæ ſi propius ſtes,
Te capiet magis, ac decies repetita placebit.

Contrà, quæ ficata ſunt aut uulgaria, nonnunquam initio arridēt nouitate ipſa, mox repetita ſordeſcunt. Quemadmodum Plin. lib. 15. cap. 14. meminit de ſyluestri quodam pomi genere, quod uncedonem uocant, propterea quod unum tantum edi poſſit. Eſt enim inhonorum, ut ait, atq; hinc nominis ratio.

Fratrum inter ſe iræ ſunt acerbiſsimæ. L

Si quando ſimultas inciderit inter fratres, ea ſolet eſſe atrocior quàm uulgarium inimicorū. Suppetunt abunde multa ex hiſtoricis exēpla: Cain & Abel: Romuli & Remi: Iacob & Eſau. Antonini Seueri imperatoris filij in Getā odium, uſq; adeo ſæuum ac pertinax fuit, ut ne morte quidem illius atrociſsima potuerit ſaturari, quin & in omnes illius amicos ſæuiret. Quā de re fertur adagium, idq; commemoratur ab Ariſtotele lib. Politicorum 7. πρὸς οὓς γὰρ ὀφείλεσθαι δεῖν τιμὴν ὑπολαμβάνουσιν, πρὸς τούτους βλάβεσι, καὶ τἀδικεῖσθαι νομίζουσιν. ὅθεν εἴρηται, χαλεποὶ γὰρ πόλεμοι ἀδελφῶν. καὶ οἱ τὸ πέρας σέβοντες οὕτε καὶ πέρα μισοῦσιν. id eſt, A quibus, inquit, deberi beneficium exiſtimant, ab iiſdem non ſolum fraudari beneficio, ſed inſuper lædi ſe putant. Vnde prouerbio dicitur, acerba enim bella fratrum. Et qui ſupra modum amant, ijdem & ſupra modum oderunt. Hactenus Ariſtoteles. Huc reſpexit Euripides in Iphigenia Aulidenſi.

Δανὸν καστυνήτοισι γίγνεσθαι λόγοις
Μάχας δ᾽ ὅταν τοι᾽ ἐμπέσωσιν ἐς ἔριν. id eſt,
Res dira uerbis inuicem altercarier
Dictisq; fratres dimicare mutuis,
Si quando lis inciderit, aut contentio.

Taurum tollet, qui uitulum ſuſtulerit. LI

Adagium in fornice natum, uti uidetur, ſed quod ad uſum uerecundiorem commode torqueri poſſit, ſi quando ſignificabimus maiora peccaturum adultū, qui puer uitijs minoribus aſſueuerit. Extat in fragmentis Arbitri Petronij, his quidem uerbis: Obſtupui ego, & nec Gitonem uerecundiſsimum puerum ſufficere huic petulantiæ affirmaui, nec puellam eius ætatis eſſe, ut muliebris patientiæ legem poſſit accipere. Itaque, inquit Quartilla, minor eſt quàm ego fui, cum uirum paſſa ſum? Iunonem meam iratam habeam, ſi me unquam meminerim uirginem fuiſſe. Nam infans cum paribus inquinata ſum, & ſubinde prodeuntibus annis, maioribus me pueris applicui, donec ad hanc ætatem perueni. Hinc etiam puto natum prouerbium illud, ut poſſe dicatur taurum tollere, qui uitulum ſuſtulerit. Non abſurdum uidetur, adagium ad Milonis Crotoniatæ factum referri, qui quotidie uitulum aliquot ſtadijs geſtare ſolitus, eundem taurum factum, citra negotium geſtaſſe legitur. Atque ita quadrabit in eos, qui paulatim rebus etiam maximis aſſueſcunt.

Viuorum oportet meminiſſe. LII

Viuorum meminiſſe oportet. Vetus adagium in eos, qui plurimum de uita defunctis loquuntur, id quod uulgò putant ominoſum, mortuos in ore habere, eosq; uelut citatos in ſermonem adducere. Vnde & M. Varro lib. De lingua Latina 3. putat lethum ἀπὸ τῆς λήθης, id eſt, obliuione dictum, quaſi in obliuionem abire conueniat, qui uita exceſſerit: atq; in funeribus ſic quondam à præcone dici ſolere: Ollus letho datus eſt. Refertur adagium à Cicerone lib. 5. De finibus bonorum & malorum. Vbi cum Piſo, deinde Q. Cicero dixiſſent, ſe uehementer commoueri recordatione clarorum uirorum, ex contemplatione locorum, in quibus aliquando uiui uerſati fuiſſent, & uterq; recenſuiſſet, quorum memoria potiſsimum delectaretur: tum Pomponius Atticus quaſi iocans: At ego, inquit, quem uos ut deditum Epicuro, inſectari ſoletis, ſum multum equidem cum Phædro, quem unice diligo, ut ſcitis, in Epicuri hortis, quos modo præteribamus, ſed ueteris prouerbij admonitu uiuorum memini: nec tamē Epicuri licet obliuiſci, ſi cupiam, cuius imaginem non modo in tabulis noſtri familiares, ſed etiam in poculis & anulis habent. Hactenus Cicero. Plautus item in Truculento: Dum uiuit, hominem noueris: dum mortuus eſt, quieſcas. At nunc uulgus ne beneficium quidem amicorum meminit, quum Thaletis dictum iure celebretur, oportere non minus abſentium amicorum quàm præſentium memores eſſe.

Cum laruis luctari. LIII

Cum laruis luctari, dicuntur ij, qui uita defunctos inſectantur maledictis, qua re nihil eſſe poteſt indignius ingenuo uiro. Suidas Ariſtophanem citat, qui ſcripſerit:

Πᾶνε πὰν ὦ Μίσσοδ᾽ ἑρμῆ,
Νεκρὸν γὰρ ὄντα τὸν Κλέων᾽ ἐλοιδόρει. id eſt, Compeſce compeſce here Mercuri, mortuo enim Cleoni conuiciatus eſt. Lucianus in Sectis: Σκιομαχῶσι πρὸς ὑμᾶς ἀπόντας. id eſt, Vmbraticam pugnam aduerſus uos abſentes pugnant. Sentit autem de mortuis & abſentibus. Meminit huius Plinius in præfatione hiſt. mundi, ad hunc modum: Nec Plancus illepide, qui eum diceretur Aſinius Pollio orationes in eum parare, quæ ab ipſo, aut liberis poſt mortem Planci ederentur, ne reſpondere poſſet: Cum mortuis non niſi laruas luctari. Quo dicto ſic repercuſſit illos, ut apud eruditos nihil impudentius uideretur. Ariſt. in rhetoricis citat Platonem ex Politia, qui ſcripſerit eos, qui mortuos allatrarent, uideri ſimiles catellis, qui lapides iactos morderent, ipſos qui læſiſſent non attingerent.

Iugulare mortuos. LIIII

Huic ſimile uidetur iugulare mortuos, pro eo quod eſt, inſectari defunctos, & pugnare cum ijs, qui iam extincti ſint. Translatum à bellis, in quibus ignauum ac ridiculum ſit, proſtratos atque interfectos iugulare. Rurſus cum uiuis congredi, ſorte. Refertur à Laertio in Menedemo. Is Bionem, cum diuinos ſtudioſe inſectaretur, ait iugulare mortuos, nimirum iam explosos, & omnium ſententia reprobatos. Ariſtoph. ἐν ὄρνισιν ſcripſit, τὸν τιθυνικότας ἀποκτάνειν, id eſt, defunctos occidere. Fit lepidior metaphora, ſi paulo longius detorqueatur. Vt ſi quis dicat eum iugulare mortuos, qui librum impugnet, à nullo non damnatum: aut diſputet aduerſus ſententiam, omnium ſuffragijs iam olim reiectam: aut ſi quis uituperet rem, omnibus per ſe deteſtatam.

Cygnea cantio. LV

Κύκνειον ᾆσμα. id eſt, Cygnea cātilena. Refertur inter Græcanica prouerbia. Notatur & ab Aeliano in opere De naturis animalium, prouerbij uice. Conuenit in eos, qui ſupremo uitæ tēpore facunde diſſerunt, aut extrema ſenectā ſuauiloquentius ſcribunt, id quod ferè ſolet accidere ſcriptoribus, ut poſtrema quæque minime ſint acerba maxi-

Ayuntamiento de Madrid

meq; mellitis, uidelicet per ætatem matureſcente eloquentia. Porrò cygnos inſtante morte mirandos quoſdam cantus ædere, tam omnium literis eſt celebratum, quàm nulli uel compertum, uel creditum. Nam Lucianus negat, ſe uel uidiſſe cygnos, cum in Pado flumine nauigaret. Aelianus addit cygnos non canere, niſi flante zephyro uento, quem Latini fauonium dicunt. Martialis.

Dulcia defecta modulatur carmina lingua,
Cantator cygnus funeris ipſe ſui.

Nec deſunt philoſophi, qui huius rei cauſam etiam addere conãtur, affirmantq; id accidere propter ſpiritus per collum procerum & anguſtum erumpere laborantes. Diuus Hieron. in quodam laudans ſenilem eloquentiam, commemoratis aliquot ſcriptoribus: Hi omnes, inquit, neſcio quid cygneum uicina morte cecinerunt. Idem in epitaphio Nepotiani: Vbi eſt ille ἐγγοδιώκτης noſter, & cygneo canore uox dulcior. Nos item in Epigrammate quodam, quod olim ex tempore luſimus, ad nunquam ſatis laudatum ſtudiorum omnium Mæcenatem, Guilelmum archiepiſcopum Cantuarienſem:

Vates uidebis exoriri candidos
Adeo canoros atque uocales, uti
In alta fundant aſtra cygneum melos,
Quod ipſa & ætas poſterorum exaudiat.

Meminit adagij & Athenæus libr. Dipnoſoph. 14. ex autore Chryſippo: referens quendam adeo impenſe delectatum fuiſſe dicterijs, ut cum eſſet à carnifice trucidandus, dixerit ſe uelle mori, decantata cygnea cantione: ſentiens, opinor, dictum aliquod falſum, quod ſimul atque proloquutus eſſet, non contaretur emori. M. Tulliis præfans in librum De oratore tertium, de L. Craſſo ita loquitur, Illa tanquam cygnea fuit diuina hominis uox & oratio, quam quaſi expectantes poſt eius interitum ueniebamus in curam, ut ueſtigium illud ipſum, in quo ille poſtremum inſtitiſſet contueremur.

Neſtorea eloquentia. LVI

Conſimilem ad modum Neſtorus Pyliorum ducis facundia in prouerbium abijt, ſi quando ſenilem ſuauiloquentiam ſignificamus. Nam huic Homerus, ut tria ſecula, ita plus quàm mellitam quandam facundiã affingit. Sic enim ait in Iliados α. -Τῶσι δὲ νέσσωρ

Ἡ λυπὴς ἀνόρουσε λιγὺς πυλίων ἀγορητὴς,
Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή. id eſt,
Poſt hos aſſurgit Pylius dux ille diſertus
Neſtor, cuius ab ore fluit uox melle liquenti Dulcior.

Quem locum imitans Theocritus, autore Plutarcho, ſcripſit in Bucolicis:

Οὕνεκά οἱ γλυκὺ μῦθος ἀπὸ στόματος χεῖνται. id eſt,
Propterea, quod in os illi prædulce camœna
Infudit nectar.

Huc ſpectat & Horatianum illud:

Fidis enim manare poëtica mella Te ſolum.

Lepos Atticus: Eloquentia Attica. LVII

Inter reliquos Græciæ populos, lepos quidam, & feſtiuitas quaſi uernacula ac peculiaris adeſt Atticis, adeo ut & in prouerbium abierit: Atticus lepos: Attica eloquentia, pro ſumma. Terent. in Eunucho: Dixin' in hoc Atticam eſſe eloquentiam? Cum inſulſum atq; inuenuſtum militem rideret. Diuus Hieron. ad Pammachium, Iouinianum, ut opinor, irridens: Hæc, inquit, Plautina eloquentia, hic lepos Atticus, & muſarum, ut dicitur, eloquio comparandus. Quanquam illud de muſarum eloquio ad M. Varronis elogium de Plauto celebratum reſpicit, qui dixit, Muſas ipſas, ſi Latinè loqui uoluiſſent, Plautino ore fuiſſe locuturas. Huc alluſit & Lucianus in libello De mercede ſeruientibus: κἂν εἴτι σολοικίσαντες τύχωσιν, αὐτὸ τὸ Ἀττικίζειν καὶ τὸ ὑμηττόν. id eſt, Quòd ſi quando quid etiam ruſtice dixerint, hoc ipſum mere Atticum, atque ab Hymetto profectum uideri uolunt. Eſt autem Hymettus mons Atticæ, mellificio nobilis. Vnde & mel Atticum, & Hymettia mella: quæ præcipua fuiſſe teſtatur & Martialis in Xenijs:

Hoc tibi Theſci populatrix miſit Hymetti
Palladis à ſyluis nobile nectar, apis.

Mandrabuli more res ſuccedit. LVIII

Ἐπὶ μανδραβούλου χωρεῖ τὸ πρᾶγμα. id eſt, Res Mandrabuli ordine ſuccedit, hoc eſt, in dies in peius labitur. Inde natum, quòd Mandrabulus quidam cum theſaurum reperiſſet, primum auream ouem poſuit Iunoni Samiæ, proximo anno argenteam, tertio æream. Lucianus De mercede ſeruientibus: Ἀλλὰ χάιρεις γε, καὶ σαυτὸν ἀγαπᾶς, καὶ ἀεὶ τὰ μέλλοντα βελτίω γενήσεσθαι νομίζεις. τὸ ὑπαλαρὲ ἢ σὺ ἄλπισας, γίγνεται, καὶ ὡς ἡ παροιμία φησὶν, ἐπὶ μανδραβούλου χωρεῖ τὸ πρᾶγμα, καθεκάστω, ὡς εἰπεῖν, ἡμέραν ἀποσμικρυνόμενον, καὶ εἰς τὸ πίσω ἀναπεδίζον. id eſt, Tu tamen utcunq; gaudes, tibiq; ipſi imponis, ſemperq; credis meliora futura, quæ ſequuntur: atqui id contrà quàm ſperaras euenit, planeq; iuxta prouerbium, ad morem Mandrabuli tibi negotium procedit, dum in ſingulos, ut ita dixerim, dies fit minus ac deterius, atq; in tergum retrocedit. Alciphron in epiſt. quadam: Καὶ κατὰ τὴν παροιμίαν ἐπὶ τὰ μανδραβούλου χωρεῖ τὰ πράγματα. id eſt, Iuxtaq; prouerbium, ad exemplum Mandrabuli res ſuccedunt. Non intempeſtiuiter itaq; dicitur in eos, qui in deterius abeunt. Quemadmodum Menedemus apud Plutarchum, permultos Athenas uenire ſtudij cauſa: principio ſapientes, deinde philoſophos, poſtea rhetoras, poſtremo idiotas euadere. Nec alienum fuerit hic nobilem illam Platonis ſententiam adſcribere, ex libro De Legibus 1. Τὸ νικᾶν αὐτὸν, πασῶν νικῶν πρώτην καὶ ἀρίστην. τὸ δὲ ἡττᾶσθαι αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ, πάντων ἀσχιστόν τε ἅμα καὶ κάκιστον. id eſt, Si quis ipſe ſeipſum uincat, omnium uictoriarum tum prima, tum optima eſt. Rurſum ipſum ſeipſo inferiorem eſſe, omnium & turpiſſimum eſt & grauiſſimum. Vincit enim ſeipſum, qui proficit in melius: at ſeipſo inferiorem euadere, eſt deteriorem reddi.

Mature fias ſenex. LIX

Mature fias ſenex, ſi diu uelis eſſe ſenex. Latinorũ prouerbium, quo monemur, ut integra adhuc ætate deſiſtamus à laboribus iuuenilibus, ac ualetudinis curam agere incipiamus, ſi uelimus eſſe uiuaci ac diuturna ſenecta. Nam ſenectutis ſors, ocium & quies. Vſurpatur à Catone maiore apud Cic. Neq; enim, inquit, unquam aſſenſus ſum ueteri illi laudatoq; prouerbio, quod monet mature fieri ſenem, ſi diu ſenex eſſe uelis. Hoc quãquam Catoni non probatur, homini duro, quiq; ſibi nec extrema ſenecta remittendis laboribus indulſerit, tamen auſiendum nobis, maximè ſi de uitijs iuuentæ ſentias, puta libidine, bibacitate, turbulentia uitæ: quæ niſi quis mature reliquerit, aut nũquam perueniet ad ſenectam, aut breuem habiturus eſt ſenectam.

Senis doctor. LX

Γέροντος διδάσκαλος, id eſt, Senis doctor. Citatur ſæpiculè titulus hic à Nonio Marcello, inter titulos fabularũ Varronis, quem dubium non eſt prouerbialem eſſe ſicuti ſunt alij plerique. Conuenit in eum, qui in re ſera atq; intempeſtiua fruſtra ſumit operam. Siquidem ut eſt iuuenta docilis, atq; in quemuis habitum ſequax, ita ſenecta intractabilis, tarda atque obliuioſa. Proinde Theognis:

Μή με δίδασκ', ὅτι τηλίκος ἐμὶ μαθεῖν. id eſt,

Ne doc

Ne doceas, me ætas iam facit indocilem.

Euripides in Bacchis:

Γέρων γέροντα παιδαγωγήσω σ' ἐγώ. id eſt,

Senem ſenex & ipſe te erudiuero.

Atque hic quidem uerſus inuentus eſt in Sophoclis Philocteta, quem celebrem ac prouerbialem fuiſſe teſtatur Gellius lib. Noctium 13. Varro titulum ſuum ſumpſiſſe uidetur ex Euthydemo Platonis, ubi Socrates narrat Connum præceptorem ſuum, à quo ſenex fidibus canere didicit, ludibrij cauſa à pueris uocatum fuiſſe γεροντοδιδάσκαλον. Ad hanc ſententiam pertinet, quod dixiſſe ferunt Diogenem: Νεκρὸν ἰᾶσθαι καὶ γέροντα νουθετεῖν ταυτὸν εἶναι. id eſt, Mortuo mederi, & ſenem admonere, idem eſſe. Quanquam inutilis eſt ſententia, quæ ſenes deterret à diſcendis ijs, quæ neſcire turpe eſt.

Senis mutare linguam. LXI

Cum ad omnem diſciplinam tardior eſt ſenectus, tum potiſſimum ad diſcendam linguam, quæ facultas maximè pueris à natura data eſt. Quapropter etiam uulgò compertiſſimum, pueros facile quamuis exprimere linguam: contrà natu grandiores, aut non aſſequi, aut parum feliciter imitari. Inde prouerbium, ſenis mutare linguam, de fruſtra atque intempeſtiue laborantibus. Diuus Hieron. præloquens in quatuor euangelia: Pius, inquit, labor, ſed periculoſa præſumptio, iudicare de cæteris, ipſum ab omnibus iudicandum, ſenis mutare linguam, & caneſcentem mundum ad initia retrahere paruulorum. Quo ſignificatur adultam ætatem ad omnia minus eſſe tractabilem, quàm rudes illos ac teneros annos, id quod eleganti metaphora dictum eſt à Naſone:

Quæ præbet latas arbor ſpaciantibus umbras,
Quo poſita eſt primum tempore uirga fuit.
Tunc poterat manibus ſumma tellure reuelli,
Nunc ſtat, in immenſum uiribus aucta ſuis.

Quare tunc formandi mores, cum mollis adhuc ætas: tũc optimis aſſueſcendũ, cum ad quiduis cereũ eſt ingenium. Nam poſteaquam annis iam ceu diriguit animus, & uix dediſcimus, quæ perperã didicimus: & quæ neſcimus, non ſine maximo negotio nobis inculcantur. Neq; hæc dixerim, ut adultiores à diſcẽdo deterream, càm nulla ſit ætas ad diſcendũ ſera, ſed ut pueros ad diſcẽdi ſtudium acuam. Ne hoc quidem prætermittendum, quanquam uulgò iactatum: Senex pſittacus negligit ferulam. Adagij ſenſus tametſi per ſe non eſt obſcurus, tamẽ magis liquebit ex Apulei uerbis, quæ ſunt in lib. Floridorum 2. de pſittaco: Quæ ruſticum noſtrum ſermonem cogitur æmulari, ferrea clauicula caput tunditur, imperium magiſtri ut perſentiſcat. Hæc ferula diſcenti eſt. Diſcit autem ſtatim pullus uſque ad duos ætatis ſuæ annos, dum facile os uti conformetur, dum tenera lingua uti conuibretur. Senex autem captus, & indocilis eſt obliuioſus. Hactenus Apulcius. Indicat & Plinius lib. 10. cap. 42. mirum eſſe docilitatem huic auí, uerum non niſi primis duobus uitæ annis. His finitimum eſt, quod uulgò quidem, attamen haud quaquam inelegantèr dicitur: Serum eſſe canes uetulos loris aſſuefacere.

Caſcus caſcam ducit. LXII

Neque longe hinc diſsidet illud, quod Varro refert libro De lingua Latina 3. Caſcus caſcam ducit, quoties ſimilis ſimilem delectat, uetulus uetulam, deformis deformem, barbarus barbarum, improbus improbum. Nam antiquitus caſcum dicebatur, quod nos uetus appellamus: idq;, ut autor eſt idem Varro, lingua Sabinorum, quæ in Oſcam uſque linguam radices egerit, qua Caſnar ſenex dicitur, coq; Ennium, ut Oſcæ linguæ peritum ſcripſiſſe:

Quam primum Caſci populi genuere Latini.

Caſcos Latinos priſcos appellat M. Tullius Tuſculanarũ quæſtionum lib. 1. Itaque unum illud erat inſitum priſcis illis, quos appellat caſcos Ennius. Citat autem Varro adagium, tanquam à Manilio quodam profectũ, qui dixerit, non eſſe mirum, ſi caſcum caſca duxiſſet, quoniam is canoras faciebat nuptias. Videtur eſſe iocus in anum uetulo nuptam, alluſumq; ad uocem caſci, perinde quaſi deducatur à canendo. Refertur ibidem epigramma Papinij cuiuſdam, quod ſcripſit in adoleſcentem nomine Caſcam,

Ridiculum eſt cum te Caſcam tua Caſca dicit.

Opinor adoleſcentẽ duxiſſe uetulam, proinde abſurdũ uideri, quoties caſca, id eſt, uetula, maritũ iuuenẽ ueluti ſuo ipſius nomine Caſcã uocaret. Fortaſſe prouerbij iocus ad priſcum nuptiarũ morem ſpectat, quem refert Plutarchus in Problematis, Qui deducebãt ſponſam in domum ſponſi, iubebant his uerbis alloqui, Vbi tu Caius, ego Caia.

Δὶς διὰ πασῶν. LXIII

Δὶς διὰ πασῶν. i. Bis per omnia. Hoc prouerbio diſcrimen ingẽs ac longiſſimũ interuallũ ſignificabãt. Vnde quæ pugnantiſſima inter ſeſe uiderentur, totoq; diſſidere genere, ea δὶς διὰ πασῶν inter ſe diſcrepare dicebant. Lucian. in lib. De conſcribẽda hiſtoria: Καὶ τὸ τῆ μουσικῶν δὴ τοῦτο, δὶς διὰ πασῶν ὅτι πρὸς ἄλληλα. hoc eſt, Denig; iuxta muſicorum prouerbium, δὶς διὰ πασῶν interuallo ſeſe mutuo reſpiciunt. Idem in Apologia: Ἀλλά μοι ἐκεῖνο ἐννόησον, ὡς πάμπολυ τὰ τοιαῦτα διαφέρει, ἐς οἰκίαν τινὸς πλουσίου ὑπόμισθον παρελθόντα δεῖπνα δειπνεῖν, καὶ ἀνέχεσθαι ὅσα μοιφησι τὸ βιβλίον, ἢ δημοσίᾳ πράττοντά τι τῶν κοινῶν, καὶ ἐς διώραμιν πολιτευόμενον, ἐπὶ τούτῳ παρὰ βασιλέως μισθοφορεῖν. διελθὼν δὴ καὶ ἰδίᾳ κατα θὲς ἑκάτερον, σκόπει. εὑρήσεις γὰρ τὸ τῆ μουσικῶν δὴ τοῦτο, δὶς διὰ πασῶν τὸ πρᾶγμα, καὶ τοσοῦτον ἐοικότας ἀλλήλοις τὸν βίον ὅσον μόλυβδος ἀργύρῳ καὶ χαλκὸς χρυσῷ, καὶ ἀνεμώνη ῥόδῳ, καὶ ἀνθρώπῳ πίθηκος. μισθὸς μὲν γὰρ δὴ κἀκεῖ, κἀντᾶυθα καὶ τὸ ὑπ' ἄλλῳ τάττεσθαι, τὸ δὲ πρᾶγμα παμπόλλῳ ἔχει τὸ διαφωνίαν. id eſt, Quin illud mihi iam conſidera, quàm maximo hæc inter ſeſe diſcrimine diſtare, uidelicet in opulenti cuiuſpiam ædes adſcriptum, ſeruire ſeruitutẽ, & ea omnia perferre, quæ libellus ille meus commemorat, & publice populi negotium gerentem, ac pro uirili rempublicã adminiſtrantẽ hoc nomine ab imperatore ſalariũ accipere. Age perpende hæc, & utrunq; per ſe, priuatimq; contemplare. Reperies nimirum iuxta illud muſicorum prouerbium, δὶς διὰ πασῶν negotio diſcrimẽ ineſſe. Et has duas uitæ rationes tãtum inter ſe conuenire, quantũ affinitatis eſt plumbo cum argento, æri cũ auro, anemonæ cum roſa, homini cum ſimia. Nam merces quidem accipitur & illic, quemadmodũ hic quoque, & utrobiq; contingit, ut alij ſubiectus pereas. Cæterũ ipſius negotij non mediocris eſt diſſonantia: Hactenus Lucianus Adagiũ. ut is etiã indicauit, ex arte muſica mutuo ſumptũ eſt. Nam Macrobius commentario in Somnum Scipionis ſecundo, quinq; ſpecies harmoniarum commemorat: διὰ τεσσάρων, διὰ πέντε, διὰ πασῶν, διὰ πασῶν καὶ διὰ πέντε, & δὶς διὰ πασῶν. Ex compoſitis harmonijs διὰ τεσσάρων & διὰ πέντε, conſtituitur διὰ πασῶν, cui nominis hoc inditum eſt, quòd abſolutam reddat ſymphoniam. ut mihi uidetur huc etiam illud reſpicere prouerbium, quod alio loco commemorabimus, ἅπαντ' ὀκτώ. Similiter Plutarchus, & quicunq; ueterũ, uel apud Græcos, uel apud Latinos de muſicæ diſciplina cõſcripſerunt, harmoniarum metam figunt in ea, quæ uocatur δὶς διὰ πασῶν. Boëtius item lib. De muſica primo tradit, antiquitus harmonicam rationẽ heptachordo duntaxat conſtitiſſe, hoc eſt, fidibus ſeptem, quarum ima ὑπάτη dice-

Ayuntamiento de Madrid

batur, ſumma νήτη. Deinde aliàs chordas adijcientib. alijs, ita creuit uocum numerus, ut ad duplicatũ heptachordũ peruenireturꝫ. Atq; hic progrediẽdi finis futurus uidebatur, niſi quòd ipſa ſymphoniarũ ratio μέσῳ illã, quæ in heptachordo locum nomini congruentem obtinuerat, & utroq; ad extremum relata chordã, harmoniam διὰ τεσσάρων, edebat, deſiderare uiderẽtur. Hac igitur adiecta, et in ſuam immiſſa locum, ad quindecim chordas peruentum eſt, quarum extremam alteram, προσλαμβανόμενον dixere, alteram νήτην ὑπερβολαίων. Ita fit, ut μέση utroq; relata, reddat harmoniam διὰ πασῶν: rurſum extremarum utralibet ad μέσην relata, eandem cõſtituat harmoniam. Porrò ſumma relata ad imam, ſymphoniam reddat quam uocant διὰ πασῶν: propterea quòd hæc, qua dixi ratione, bis complectatur eam harmoniam, cui nomẽ, διὰ πασῶν. Quoniam autem hac fini conſtitit harmonica ratio, nec ulterius procedere licuit, tractum eſt in populare ſermonem ut quæ longiſſimo diſcrimine inter ſe diſſita eſſent, ea diis διὰ πασῶν diſtare dicerent, perinde quaſi dicas adeo ſciuncta, ut magis ſciungi nõ queant. Cui ſimillimum illud, ἐκ διαμέτρου, id eſt, ex diametro. Verum quoniam uelut imprudentes, noſtriq; penè dixerim obliti, paulo altius muſicam ingreſſi ſumus, quàm operis inſtituti ratio poſtulabat, libet obiter & illud ſubnectere, quod equidem arbitror nec admodum uulgò cognitum, nec iniucundum ſcitu fore. Etenim cum hæc meis illinirem commẽtarijs, fortè fortuna ſuperuenit Ambroſius Leo Nolanus, philoſophus huius tẽpeſtatis eximius, & in perueſtigandis diſciplinarum myſterijs, incredibili quadam diligẽtia ſolertiaq; præditus: neq; uero mediocriter exercitatus euoluendis & excutiendis utriuſq; linguæ ſcriptoribus. Is igitur poſtea quàm ſcribẽtibus nobis interueniſſet, recitatis ijs, quæ iam ſcripſeram: uereor, inquã, Ambroſi, ut uulgus hoc muſicorũ huic adagio noſtro, διὰ πασῶν, negotium faceſſat, obſtrepatq;, ac prorſum διὰ πασῶν à mea diſcrepet ſentẽtia: quippe qui non dubitarint harmoniarũ limitem uel ad uigeſimũ uocis gradum proferre. Quare tu problematũ autor, & muſices non modo ſcientiſſimus, uerumetiam peritiſſimus, hoc mihi paucis, niſi moleſtum eſt, expedias uelim, quam ob cauſam antiquitas tantopere metuerit ultra decimamquintam chordã uel tantillum progredi, ut etiam prouerbio res ea iactata fuerit: aut quî factũ ſit, ut hi neoterici non uereantur tanto ſpacio ſymphoniarum proferre pomœria, præteritisq; ueterum metis, & quemadmodũ dici conſueuit ὑπὲρ τὰ ἑπταμελῆ πηδῶντες, nõ uereantur etiam ad uigeſimam chordam procedere. Ad quæ ille familiariter arridẽs: Næ tu, inquit, homo es plus ſatis diligens, ut quem hoc quoque ſolicitum habeat, quid cantorum συμπόσια de tuis ſentiant adagijs. Quanquam ad propellendas muſicorum calumnias unus ille ſat erat clypeus, te uctus adagiũ referre. Id utiq; conueniebat cum ueterum muſicorum, à quibus ductum eſt, ratione quadrare. Verum tamen ut tibi magis quã illis faciã ſatis, quid ego ſuper hac re uel obſeruarim, uel ſentiam, paucis accipe. Principio quæ res commouerit recẽtiores muſicos, ut antiquitatis limites præterierint, ipſi ſanè uiderint. At equidẽ duplicem uideo cauſam, quam ob rem antiquitas in diis διὰ πασῶν conſiſtendum duxerit. Primum quòd ipſa natura uideatur hanc ſymphoniarum ueluti metam præſtituiſſe, quippe quæ modum hunc humanæ tribuerit uoci, ut ad decimumquintũ modo gradum intendatur: ultra quem ſi quis conetur progredi, non iã illa uox genuina, ſed coacta facilitaq;, & gannitus magis quàm uox uideatur. Rurſus ſi altius nitaris eam deprimere, protinus à ratione uocis in ſcreatũ quempiam degeneret. Proinde cũ ubiq; cõueniat artem quoad licet naturæ reſpondere, nõ abs re mihi uidentur ueteres ijſdẽ cancellis circumſcripſiſſe rationẽ artis, quibus natura uocẽ humanã circumſcripſerat. Satis erat ad perſuadendũ hæc, opinor, cauſa: quanquam altera magis urget. Ea eſt huiuſmodi: Scis eſſe apud Boëtium lib. De muſica 4. Harmoniam muſices, non ratione tantũ, uerũ & ſenſu perpendi oportere. Quapropter Ptolemæus apud hunc, quo dixi libro, Pythagoricorum quorundam ſententiã reijcit, qui in dijudicandis harmonijs plurimum tribuerint rationi, minimũ ſenſui, cum dicerent ſenſum ſemina modo quædam cognitionis miniſtrare, at ratione perfectam conſtare ſciẽtiam. Rurſum Ariſtoxeni refellit opinionem, qui plus ſatis tribuerit ſenſibus, perpuſillum autem rationi, cum muſicam harmoniam ita temperatam eſſe oporteat, ut neque ſenſui ratio refragetur, neq; ſenſus rationi reclamet. Neque diſſentit à Ptolemæo Ariſt. 2. Phyſicorum lib. negans muſicam mere mathematicam eſſe, ſed partim ratione, partim ſenſibus conſtare. Quod fieri nequaquam poteſt, ſi ſemel ultra decimamquintam intentionem, hoc eſt, diis διὰ πασῶν proceſſum fuerit. Nihil autem uetat ratio, quo minus uel ad milleſimum uſq; tonum progrediare, recurrentibus ſubinde uidelicet iiſdem harmonijs, quas complectitur διὰ πασῶν. Neq; ſecus hìc procedere liceat, quàm fit in numeris arithmetices, ubi nõ aliter agnoſcitur ἡμιόλιος, in duodecim milibus & octo millibus, quàm in quatuor et ſex. Cæterum harmoniæ ſenſus ultra decimamquintam uocem uelut euaneſcit, iamq; nõ magnopere refert, quæ ſit harmoniæ ratio, quam non approbat ſenſus, & ideo non approbat ſenſus, quia non euidenter percipit. Porrò quo minus percipiat, interuallũ æquo longius in cauſa eſt. Rationis uis in immenſum ſe porrigit: at è diuerſo ſenſus corporis admodum anguſtis limitibus cohibetur. Quod enim accidit in oculorũ ſenſu, ut ſi lõgius æquo ſemota ſint ea in quæ fertur uidendi uis, obtundatur ac deficiat uiſus, eoq; magis deficiat, quo maiore diſtẽt interuallo: id multo magis accidit auriũ ſenſui, quippe minus agili quàm oculorũ. Iam uero quod uſu uenit ſenſibus in percipiendis ijs quæ obijciuntur, idẽ uſu uenit animo per ſenſum dijudicanti. Si colorẽ colori propius admoueas, & quemadmodũ Græci dicunt, χρῶμα παρὰ τὸ χρῶμα, nonne protinus dignoſcit ex collatione ſenſus, quãtum alter ab altero diſcrepet, aut alteri cũ altero conueniat. Itidem ſi uocẽ uoci uicinam auribus exhibeas, incunctanter dijudicant, quæ ſit alterius cũ altera, uel cõcordia, uel diſcordia: ſin plus iuſto diſſitas interuallo, mox incipit anceps eſſe iudicium. Porrò quemadmodũ citius hebetatur aurium ſenſus quàm oculorum, itidem citius obtunditur illarũ quàm horũ iudicium: propterea quòd altera res ex altera pẽdeat. Id ita eſſe, nõ eſt cur pluribus argumẽtis confirmem, cũ protinus ipſum experimentũ fidem unicuiq; facere poſſit. Pulſa chordam quampiã in organo: ſimulq; tange quæ ſit ab hac octaua, ſtatim rationi ſuffragãs ſenſus, plene percipiet harmoniã, & abſolutiſſimã eſſe, ſuo quoq; cõprobabit calculo. Rurſum pulſata quampiã, ſimul moue aliam, quæ ſit ab illa decimaquinta, ſtatim & percipiet, & approbabit ſenſus ſymphoniam, agneſcens eam quam paulo ante ſenſerat in διὰ πασῶν. At uero ſi tacta ima, moueris ab hac decimamnonam, nihil quidem obſtrepit ratio, quo minus ſit harmonia, quæ fuerat in διὰ πασῶν cum διὰ τέσσαρε, ueram auris, acceptis uocibus non perinde percipit harmoniæ rationem. Quod niſi ſenſus certos quoſdã terminos haberet, intra quos certum illius & exploratum iudicium ſepiretur, nihil te uetuerit, ſi libeat uel uſque ad χιλιάκις διὰ πασῶν ſymphoniam procedere. Neque enim ratio quicquam

Ayuntamiento de Madrid

quam offenditur numero, modo eandem agnoſcat analogiam. Verum corporis ſenſibus natura ſuos quoſdam limites præſcripſit, ultra quos progreſſi, ſenſim iam incipiunt quaſi caligare, hallucinariq; neque iam certo, ſicuti ſolent, ſed ceu per nebulam, ut aiunt, ac per ſomnium iudicare. Non conueniebat autem, ut cuius incertum eſſet iudicium, id ad artis præcepta traheretur. At quoniam ultra decimumquintum locis gradū ueteres intellexerunt euaneſcere iudicium aurium, ibi metam harmoniarum figēdam eſſe iudicarunt, ne merito quis illud tuum adagium obijcere poſſet, ἀφωνῆς μουσικῆς ὄλεθρος. id eſt, Occultæ muſices nulla eſt utilitas. Iam igitur neoterici, qui contra ueterum autoritatem ultra ſummam chordam τετράχορδον adiecere, ad imam item adiecta una, non perinde flagitium feciſſent, ſi in decimanona chorda terminaſſent harmoniarum progreſſum: propterea quòd hæc ima ad ſummam relata, ſi non auribus, certe rationi perfectam ſymphoniam repræſentat. Atqui in uigeſima neq; ſenſus eſt harmoniæ, neque harmonia perfecta. Quare nihil eſt Eraſme, quod adagio tuo ullam metuas calumniam. Hæc cum mihi tum argute, tum admodum probabiliter ad Ambroſio meo dicta uiderentur, nec ea quidem admodum aliena à prouerbij ratione, libuit his meis lucubrationibus adiungere futurum auctarium, haudquaquam, ut arbitror, ingratum lectori non omnino faſtidioſo.

Vbi timor, ibi & pudor. LXIIII

Ἵνα δέος ἥδε καὶ αἰδώς. id eſt, Vbi timor, ibi & pudor. Prouerbialis ſententia, quæ hodieq; uulgo manet, cui ſimilis illa Terentiana: Omnes deteriores ſumus licentia. Et maxima pars hominum formidine fuſtis à malefactis temperat. Plato lib. De leg. 3. Ἡδονὴ ἄδεια ἀναισχυντίας ἐγγύτατα. id eſt, Audacia uero parit impudentiam ἄδειαν autem uocant, cum abeſt metus. Item in Euthyphrone citat ex poēta quopiam. Eſt enim hemiſtichion carminis heroici.

Ἵνα γὰρ δέος ἥδε καὶ αἰδώς. id eſt,
Vbi enim timor, & pudor illic.

Suidas indicat eſſe Epicharmi.

Foras Cares, non amplius anthiſteria. LXV

Θύραζε κᾶρες, οὐκέτ' ἀνθιστήρια. id eſt,
Cares foras, peracta enim anthiſteria.

Dici conſueuit: ubi quis ſemper eadem ſibi ſperat commoda, aut idem ſemper licitū fore credit, quod aliquando pro temporis ratione fuerit permiſſum. Veluti ſi quis ſemel expertus cuiuſpiam liberalitatem, ſubinde redeat aliquid muneris petens: aut cum pueri permiſſam ſibi ad tempus feriendi ludendiq; facultatem ultra tempus prorogant. Originem prouerbij tradunt ad hunc modum. Athenienſibus menſis quidam anthiſterion appellabatur, quòd is plurimos flores progigneret. In hoc feſta quæpiam agebantur, & conuiuia liberiora, quemadmodum in Saturnalibus fieri conſueuit apud Romanos, in quibus & ſeruis accumbere licebat, feriatis interim ab opere. Exactis autem ferijs, cum iam ad ſolitas operas reuocarētur, hoc pacto dicebant heri, Foras Cares, non iam amplius anthiſteria. Cares autem ſeruos appellabant, quòd ea gens mercenarijs operis quæſtum facilitaret, uelut omnium ſerui quicunq; conduxiſſent. Sunt qui dicant, Cares olim Atticæ regionis partem obtinuiſſe, Athenienſes autem cum Anthiſteriorum ſolennitatem agerent, ſolere Cares in ciuitatem atq; in domos receptos ad feſti cōmunionem admittere: deinceps peracto ſolennitatis tempore, ſi quos è Caribus offendiſſent in urbe ceſſantes, per iocum dicebant,

Θύραζε κᾶρες, οὐκέτ' ἀνθιστήρια. id eſt,
Exite Cares, acta enim anthiſteria.

Sonat autem ea uox Græca perinde, quaſi dicas Floralia Latinè, quorum licentia multorum literis notiſſima eſt. Non diuerſum eſt quod ait Seneca in ludicro in Claudium ſcripto. Non ſemper erunt Saturnalia. Nam Saturnalibus ſeruis quoque libertas erat.

Fures clamorem. LXVI

Οἱ φῶρες τὸν βοῶν. id eſt, Fures clamorem, ſubaudiendum timent aut ſenſerunt: Quadrabit in eos, qui ſibi conſcij: metuunt ne deprehendantur, aut qui peracto maleficio fugitant pauitantq;. Habet autem hoc cum omnis malefacti conſcientia, tum præcipue furti, ut hominem trepidum reddat ac lucifugam. Vnde eſt in Hebræorum ſententijs, Impium uel perſequente nullo fugere. Huc alluſit Virgil.

Et cum clamarem, quò nunc ſe proripit ille,
Tityre coge pecus, tu poſt carecta latebas.

Funiculum fugiunt miniatum. LXVII

Τὸ σχοινίον φεύγουσι τὸ μεμιλτωμένον. id eſt,
Vitant ſinopi collitam reſtim rubra.

Apte dicetur, ubi quis properat officio ſuo fungi, non ex animo, ſed ne in mulctam incidat. Carmē ſumptū ex Ariſtoph. cuius interpres, & itē Suidas huiuſmodi fermè cōmemorant. Atheniēſium magiſtratus uarijs modis conati ſunt efficere, ut populus quàm maxime frequēs ad concionem uentitaret: obiectis enim repagulis quibuſdā uias reliquas occludebant, quæ nō ducerent ad forum: tum merces tollebāt ex mercatu, ne quid hac gratia ibi ceſſaretur: deniq; funem parabant rubro colore, quē μίλτον, id eſt, interprete Plinio, minium uocāt Latini, nonnulli cinabarim appellant, oblitum. Hoc duo miniſtri publici populū cingentes, agebant in concionem. Studebat quiſq; funiculum effugere, propterea quòd quiſquis colore notatus appareret contagio funis, is mulctam pendere cogebatur. Vnde qui notam metuunt, eos eleganter dicemus φεύγειν τὸ σχοινίον μεμιλτωμένον. id eſt, fugere funiculum miniatū.

Fortunatior Strobilis Carcini. LXVIII

Εὐδαιμονέστερος καρκίνου στροβίλων. id eſt, Fortunatior Carcini Strobilis. Ironia prouerbialis in infelicem & improbum. Carcinus poēta quiſpiam fuit, cuius filij dicti ſunt Strobili ab Ariſtophane, quos & γλυκυβαλάνους uocat, id eſt, dulciceruicos. Iocus autem ſumptus eſt à nominum alluſione. Nam Græce Carcinus cancrum, Strobili cochleas ſignificant. Vtrunque genus diſtortum ac fœdum. Adagium recenſetur apud Suidam & Zenodotum. extat apud Ariſtophanem in Pace.

Feſto die ſi quid prodegeris. LXIX

Plautus in Aulularia ſub perſona ſenis Euclionis: Feſto die ſi quid prodegeris, profeſto egere licebat, niſi perperceris. Schema prouerbiale. Admonet autem, ne in ſumptibus ſolennibus ita profuſi ſimus, ut non ſuppetat quo feramus quotidianos. Nam feſti dies uel ſacris offerēdis, uel diurnis epulationibus, uel ludis in honorem deorum, uel ferijs obſeruandis celebrabantur: profeſti ad rei priuatæ publicæq; adminiſtrationem concedebantur. Accommodabitur non perperam, & in eos, qui iuuenes rem prodigunt, eſurituri ſenes, quiue intempeſtiue profundunt, poſtea deſideraturi.

Feles Tarteſia LXX

Γαλῆ ταρτησία, id eſt, Feles Tarteſia. De magnis & ridiculis dicebatur, Tarteſij ſunt in Iberia, apud quos feles maximæ naſci dicuntur. Fortaſſe non inepte dicitur & de rapicibus. Ariſtophanes in Veſpis.

Ὡσπερ με γαλῆ κρέα κλέψασαν
Τυρόσιν ἔχοντ' ὀθελίσκους. id eſt,
Nunc uti felem rapta carne,
Obſeruant geſtantem uerua.

Ayuntamiento de Madrid

Item Lucianus, cum ait; ἁρπακτικώτεροι τ γαλῶν. id eſt, rapaciores felibus, nimirum & ipſe felium ſignificat rapacitatem uulgò notam fuiſſe.

Ferre iugum. LXXI

Plautus in Curculione. Iámne fert iugum. De puella percunctatur quiſpiam, num iam per ætatem uirum reciperet. Id enim ſignificari ſatis arguunt ea quæ ſequuntur. Tam à me pudica eſt, quaſi ſoror mea ſit. Horatius in Odis, de puella nondum uiro matura.

Nondum ſubacta ferre iugum ualet, Ceruice.

Videlicet indicans, unde ducta ſit translatio, nimirum à iuuenco, cui nondum ſuppetunt uires, ut ducendo aratro pares operis uices ſuſtineat. Nam & coitus duorum ex æquo negotium eſt, itidem ut in iugo. Vnde dictum etiam coniugium.

Feli crocoton. LXXII

Γαλῇ κροκωτὸν, id eſt, Feli crocoton, ſubaudiendum, das aut addis. Dici ſolitum, quoties honos additur indignis, & quos haudquaquam decet. Aut cum datur quippiam ijs, qui munere non norunt uti: ueluti ſi quis à muſis alieniſſimo belliſſimum donaret librum. Crocoton uestis genus eſt rotundæ ac fimbriatæ, qua diuites utebantur matronæ: Apud Nonium in dictione Richa, refertur inter ueſtes delicatas & crocoton. Sic enim arbitror legendum, mollicinam crocotam: chirodotam Richam. Ac teſte Plutarcho, quidam Herculem pingebant Κροκωτοφόρον, Omphalæ ſeruientem. Sumptum adagium ab apologo Stratidis: quem alio loco narrauimus. Porrò uox hæc γαλῆ, felémne ſignificet, an muſtelam, an quem uulgò catum appellant, quoniam inter eruditos controuerſum eſſe uideo, relinquo alijs iudicandum.

Muſtelam habes. LXXIII

Γαλῆν ἔχεις, id eſt, Muſtelam habes. In eum quadrat, cui omnia ſunt inauſpicata tanquã fatis ac dijs iratis, ut aiunt. Olim creditum eſt, hoc animal inauſpicatum infauſtumq; eſſe ijs, qui haberent, domiq; alerent, ut non admodum diſſideat ab illis, equum habet Scianum, & aurum habet Toloſanum. Vnde nunc etiam apud quaſdam gentes, nominatim apud Britannos, infelix omen habetur ſi cum paratur uenatio, aliquis muſtelam nominet, cuius etiam occurſus uulgò nunc habetur inauſpicatus. Adagium refertur à Diogeniano.

Faſtuoſus Maximus LXXIIII

Κόμπος μάξιμος, id eſt, Faſtuoſus Maximus, In eum dicebatur, qui ſibi plus ſatis arrogaſſet in ſapientia. Sumptum à moribus Maximi cuiuſpiam arrogantis, & ſibi immodice placentis. In nonnullis exemplaribus inuenio κομπᾶς μάξιμος. Græcis κόμπος arrogantiam inſolentiamq; ſignificat, unde κομπεῖν καὶ κομπάζειν. Proinde & Euripides γλώσσης τε κόμπαι, id eſt, Linguæq; faſtus. Recenſetur & hoc in Diogeniani collectaneis.

E᾽ multis paleis paulum fructus collegi. LXXV

Ἐκ πολλῶν ἀχύρων ὀλίγον καρπὸν συνάγειν. id eſt, ex multis paleis parum fructus collegi, id eſt, multo labore non multum emolumenti ſum conſecutus: aut è uerboſo ſermone paululum bonæ ſententiæ percepi: ex ingenti uolumine minimum doctrinæ retuli. Translatum ab excuſſoribus tritici.

Oportet remum ducere qui didicit. LXXVI

Δεῖ κώπλω ἐλάυνειν μαθόντα. id eſt, Oportet remum impellere eum, qui didicerit. Vnumquenque decet eam artem exercere, quam antea doctus ſit. Refertur à Plutarch. in commentariolo, cui titulus, ὅτι διδακτὸν ἡ ἀρετή. Idem admonet Horatianum illud in Arte poëtica,

Ludere qui neſcit, campeſtribus abſtinet armis.
Indoctuſq; pilæ diſcive, trochiue quieſcit,
Ne ſpiſſæ riſum tollant impune coronæ.
Qui neſcit, uerſus tamen audet fingere.

Quin & hodiernis temporibus huiuſmodi uulgò iactatur adagium, Qui luſus non nouit legem, abſtineat.

Ex ipſo boue lora ſumere LXXVII

Ἐκ τοῦ βοὸς τὸς ἱμάντας λαμβάνειν. id eſt, Ex ipſo boue lora ſumere dicuntur, qui quo lædant quempiam, id ab ipſo quẽ lædunt accipiunt. Veluti ſi quis uerſibus inceſſeret eum, à quo carminis componendi rationem didiciſſet: aut tyrannus pecuniam extorqueat à ciuibus, qua ſatellitium ad opprimendam ciuitatem alat: aut ſi quis rhetorices præſidijs rhetoricen oppugnaret. Metaphora ſumpta ab agricolis, qui lora cædunt è boum tergoribus, quibus boues uinciunt. Plutarch. in commentario, cui titulus, ὅτι ἄκρατος ἕξις ζῶν ἡδέως. Τί ἄρ λέγοι τις; ἀρκεῖ καὶ ἡ φύσις τ σαρκὸς ὕλλω ἔχουσα νόσων ἐν ἑαυτῇ. καὶ τοῦτο δὴ τὸ παιζόμενον, ἐκ τοῦ βοὸς τὸς ἱμάντας λαμβάνουσα, τὰς ἀλγηδόνας ἐκ τοῦ σώματος. id eſt, Quid igitur dixerit quiſpiam? Satis eſt ipſa corporis natura, morborum materiam in ſe continens, ac iuxta quod ioco dici ſolet, tanquam ex ipſo boue lora ſumens, ita ex ipſo corpore dolores.

Ex uno omnia ſpecta. LXXVIII

Ἐξ ἑνὸς τὰ πάντ᾽ ὄψα, id eſt, Ex uno omnia ſpecta. Vergilius item,

—Et crimine ab uno Diſce omneis.

Admonet adagium ex unius euentus experimento, reliquorum ſimilium coniecturam oportere facere. Refertur à Suida. Tametſi is oſtendit in eos dictum qui perperam ex uno quopiam æſtimant omnia. Legit enim non ὄψα ſed ὁρᾶ. Veluti ſi quis unum Gallum expertus perfidum, iudicaret omnes eſſe tales.

Ex aſpectu naſcitur amor. LXXIX

Ἐκ τ ἐσοπτρου γίγνεται ἀνθρώποις ἐρᾶν. id eſt,

Amor ex uidendo naſcitur mortalibus.

Senarius prouerbialis, admonens, oculos amorem potiſſimum conciliare. Non enim amatur incognitum: ex conuictu naſcitur amor mutuus. Et oculi præcipue ſunt ad amandum illices. In his enim peculiaris animi ſedes. Et in his aiunt poëtæ, cupidinem excubantem ſua iacula mittere. Maro uelut indicauit adagium, cum ait,

Vt uidi, ut perij, ut me malus abſtulit error.

Rurſum in Georgicis: —Vritq; uidendo Fœmina.

Item apud Terent. Chærea uiſa duntaxat uirgine, quàm impotenter cœpit ardere. Iuuenalis prodigij loco refert de cæco amante,

Qui nunquam uiſæ flagrabat amore puellæ.

Legimus philoſophos quoſdam, & inter hos Democritum, ſibimet oculos ademiſſe, tanquam omnium malarum cupiditatum autores. Quapropter piorum hominum eſt meminiſſe, haud quaquam eſſe tutum uidere, quod non licet concupiſcere. Prouerbij meminit Diogenianus.

E᾽ ſublimi me derides. LXXX

Ἀφ᾽ ὑψηλοῦ μοῦ καταγελᾷς. id eſt, E᾽ ſublimi me derides. De eo qui cum faſtu ridet quempiam ac deſpectim. Translatum ab ijs, qui ex ædito loco uerba faciunt. Vnde & deſpicere dictum à Latinis pro contemnere, quod quiſquis in eminenti loco eſt, is ueluti tutior negligit eum, qui ſtat in humiliore loco.

Extra lutum pedes habes. LXXXI

Ἐκ τ πηλοῦ πόδας ἔχεις. id eſt, Extra lutum pedes habes, hoc eſt, emerſiſti è periculo, aut extra periculum cõſtitutus es. A᾽ uiatoribus ſumptum. Simile illi, ἔξω βέλους. id eſt, extra iaculum

Ayuntamiento de Madrid

iaculum. Et in luto dicuntur hæſitare, qui moleſtiis inuoluuntur negotijs, unde ſe nequeant explicare.

Ex umbra in ſolem. LXXXII

Ex umbra in ſolem educere, eſt rem prius abditam & otioſam, in publicum & in communem uitæ uſum deducere. Translatum ab athletis, quibus mos, ſolis & pulueris patientia confirmare corporis robur. Delicatorum autem eſt, in umbra latitare. Venuſtius fiet, ſi ad animi rem torqueatur: ueluti ſi quis dicat, philoſophiam à Socrate ex umbra in ſolem eſſe productam. Exempla paſſim apud ſcriptores obuia.

Excubias agere in Naupacto. LXXXIII

Φρουρῆσαι ἐν ναυπάκτῳ. *id eſt, Excubare Naupacti. Achiui capta Naupacto, Pauſaniam excubijs, cuſtodiæq; præfectum interfecerunt, autore Theopompo. Vnde res in iocum uulgi uidetur abijſſe aduerſus eos, qui pereunt ignauia ſua, aut qui munus odioſum, ac plenum diſcriminis adminiſtrant. Refertur à Zenodoto. Suidas effert ad hunc modum* φρουρήσεις ἐν ναυπάκτῳ. *id eſt, Excubabis Naupacti. Is adfert & aliam adagionis originem. Quum ijs, qui Naupactum præſidio tuebatur, perpuſillum ſalarij penderetur, atque illi plurima quæ ad rem pertinebant, emerent, militari ioco iactatum eſt, ut apparet, in eos qui fruſtra ſudarent, quosq; ſua ſpes fruſtraretur. Naupactus autem Actoliæ ciuitas, quam tum Philippus obtinebat, à compingendis nauibus dicta, quòd illic Heraclidæ primum nauim extruxerint.*

Deuotionis templum. LXXXIIII

Ἀρᾶς ἱερόν. *id eſt, Execrationis templum. In eos dicebatur, qui crebris execrationibus uti conſueuerunt. Qui mos nunc uulgò pleriſq; plurimum improbandus, ut nihil dicant, niſi diras admiſceant deuotiones & imprecamina, uel ipſo horrenda auditu. Erant autem antiquitus etiam publicæ quædam deteſtationes, ueluti apud Athenienſes, in eum, qui uiam non monſtraſſet erranti, in quarum locum Chriſtianis ſucceſſit ea, quam uocant excommunicationem. Item deuotionis hoſtium, quarum meminit Macrobius, & Horatius in Odis,*

Diris agam uos, dira deprecatio
Nulla expiatur uictima.

Heſychius indicat, templũ execrationis fuiſſe Athenis, cuius meminerit Ariſtophanes in Horis, dici porrò de graui calamitate. Alibi, ni fallor, nobis dictum eſt de execrationibus tragicis, quas Diogenes philoſophus iocabatur ſibi occurriſſe, quòd uiueret ἀνέστιος, ἄπολις, ἄπαρχος, ἀχρήματος, ἄοικος, καὶ ἐφημερόβιος. *id eſt, Carens domo, ciuitate, patria, pecunia, nullam habens certam ſedem, & in diem uiuens. Prouerbium refertur à Diogeniano.*

Expertes inuidentiæ muſarum fores. LXXXV

Ἄφθονοι μουσῶν θύραι. *id eſt, Candidæ muſarum ianuæ. De his dictitatum qui literaturam ſuam candide libenterq; impertiunt alijs, & ad docendum prompti, propenſiq; ſunt. Neque male congruet etiam in dociles, iuxta id, quod alibi commemorauimus.* ἀνεῳγμέναι μουσῶν θύραι. *id eſt, Apertæ muſarum ianuæ.*

Eurybatizare. LXXXVI

Εὐρυβατίζειν. *id eſt, Eurybatizare, eſt improbis uti moribus. Eurybatus ex Cercopibus unus fuit, inſignitæ improbitatis homo. Huius meminit Lucianus in Pſeudomante,* Ὑπὲρ τὸν Κέρκωπας, ὑπὲρ τὸν Εὐρύβατον, ἢ φρυνώνδαν, ἢ ἀριστόδημον, ἢ σώστρατον. *id eſt, Vltra Cercopas, ultra Eurybatum, aut Phrynondam, aut Ariſtodemum, aut Soſtratum: Neq; uero unus duntaxat huius nominis fuit, infamis uerſutia, morumq; improbitate. Nam & Epheſius quidã Eurybatus fuit, qui cum à Cræſo cum multa pecuniarum ui miſſus eſſet, ut exercitum contraheret, ad Cyrum defecit, ut autor eſt Ephorus. Alij malunt ad Eurybatum referre, qui fuiſſe perhibetur alter è Cercopibus, ut dixi. Duris ad Eurybatum refert Vlyſſis ſociũ. Nicander prodidit Eurybatum quendam Aeginẽſem fuiſſe longè uerſutiſſimum, ſceleſtiſſimumq;. Neq; uero deſunt, qui dicant hoc nomine furem fuiſſe quempiam aſtutia ſingulari: is cum deprehenſus, captusq; ſeruaretur, cuſtodes in conuiuio animi cauſa iuſſerunt ut oſtenderet, quibuſnam modis conſuerit domos conſcendere. Cumq; illum initio renuentem, ſcilicet tanquam inuitus facturus eſſet, rogarẽt inſtantius, ac uix tandem perſuaſiſſent, ille aptatis ſpongijs ac ſtimulis, ferreisq; retinaculis, quas* ἐγκρυφίδας *Græci uocant, parietem cœpit conſcendere. Porrò ſuſpectantibus illis, & artificij nouitatem admirantibus, Eurybatus prehenſo laqueari, per tegulas aufugit, priuſquam illi domum circuire potuerint. Atq; hunc ad modum deluſis cuſtodibus, periculum euaſit. Meminit huius & Euſtathius in primum Iliados, admonens eam uocem ambigue pronunciari* εὐρυβάτου καὶ εὐρυβάτου, *dictum autem* παρὰ τὸ εὐρυβάζειν, *quod late graſſaretur. Itaq; peculiariter conuenit in eum, qui deprehenſus, arte quapiam elabitur.*

Faciunt & ſphaceli immunitatem. LXXXVII

Καὶ σφάκελοι ποιοῦσιν ἀτέλειαν. *id eſt, Faciunt & ſphaceli immunitatem. Athenis celebratum prouerbium de his, qui quouis prætextu quod uolunt aſſequuntur. Natum aiunt ab euentu huiuſmodi. Piſiſtratus tyrannus decimas exigebat ab Athenienſibus eorum quæ in agris prouenijſſent. Itaq; cum aliquando obambularet, uideretq; ſenem quendam in ſaxis quibuſdam, hoc eſt, loco petricoſo laborantẽ, rogabat quoſnam fructus inde colligeret. At is reſpondens: Dolores, inquit, & ſphacelos, atq; horum decimas exigit Piſiſtratus. Porrò tyrannus admiratus hominis libertatem, decimas Athenienſibus remiſit. Ea res in uulgi ſermonem abijt, etiam ſphacelos immunitatem parere. Sphacelus autem morbi genus eſt, quod ex immodica defatigatione ſolet accidere. Quidam putant eſſe tormina articulorum, quidam oſſium tabem. Theophraſtus lib. De cauſis plantarum 5. demonſtrat & plantarum radicibus uicium accidere, quod ab hominum morbo* σφακελισμὸς *appellatur. Adagium recenſetur à Suida. Heſychius indicat, quemlibet dolorem grauem ſphacelum dici.*

Et meum telum cuſpidem habet acuminatam. LXXXVIII

Ipſiſſimam prouerbij ſpeciem habet, quod ſcriptum eſt, apud Homerum Iliadis Υ. ſub Hectoris perſona:

Ἐπεὶ καὶ ἐμὸν βέλος ὀξὺ πάροιθεν. *id eſt,*

Telum quando meum quoque cuſpide acuta eſt.

Recte utemur, quoties, fatebimur nos inferiores quidem eſſe, uerum non deeſſe tamen, quo queamus nocere. Cui ſimile Vergilianum illud,

-Et noſtro ſequitur de uulnere ſanguis.

Item illud apud Ouidium:

Et mihi ſunt uires, & mea tela nocent.

Ignaui uertitur color. LXXXIX

Τοῦ κακοῦ ἕλκεται χρώς. *id eſt, Ignaui uertitur color. Plutar. in cauſis naturalibus, problemate, quam ob rem polypus colorem mutet, hoc tanquam prouerbio iactatũ adducit,* Διὸ καὶ λέλεκται τὸ μὲν κακοῦ ἕλκεται χρώς. *id eſt, Ignaui uertitur color. Nam id accidit in metu, ut uultus exalbeſcat, maxime timidis, uidelicet ſanguine ad uitalia refugiente. Pluſculum accedit Veneris, ſi ad animum transferatur: ueluti ſi dicas, philoſophum nihil omnino formidare*

Ayuntamiento de Madrid

corum quæ uulgus horret, Τὸ μὲν γάρ γε κακοῦ τρέπεται χρὼς ἄλλυδις ἄλλῃ. i. Vertitur ignaui sanè color. Porrò prouerbium natum est ex Homericæ Iliad. N. Carmen sic habet.

Τοῦ μὲν γάρ τε κακοῦ τρέπεται χρὼς ἄλλυδις ἄλλῃ,
Οὐδέ οἱ ἀτρέμας ἧσται, ἐρητύετ' ἐν φρεσὶ θυμὸς,
Ἀλλὰ μετοκλάζει, κὼ ἐπ' ἀμφοτέρους πόδας ἵζει,
Ἐν δὲ τέ οἱ κραδίῃ μεγάλα φρονέοντι πατάσσει,
Κῆρας ὀιομένῳ, πάταγῳ δὲ τε γίγνετ' ὀδόντων.
Τοὺς δ' ἀγαθοὺς, ὅτ' ἄρ τρέπεται χρὼς, ὅτέ τι λίσσῃ
Ταρβεῖ. id est,
Vertitur ignaui color, euariatq; subinde,
Nec mens certa manet, uerum huc illucq; uacillat,
Ac migrans è corde pedes in utrosque resilit.
Palpitat & ualide cor ei præcordia subter
Fata putanti animo, occipiunt quoque stridere dentes.
Contrà fortì, nec uariat color, at nec; ualde Horrescit.

Ad consilium ne accesseris antè, quàm uocaris. XC

Μὴ πρότερον ἐς βουλὴν παρέλθῃς, πρὶν ἂν κληθείης. id est, Ad consilium ne accesseris, priusquam uocaris. Hæc sententia, quæ nunc nomine Catonis celebratur, prouerbialis fuisse uidetur, uel Plutarcho teste, cuius hæc uerba sunt libro συμποσιακῶν primo, Ἄτοπος μὲν οὖν, ἔφη καὶ παροιμιώδης μενέλαος, εἰ γε συμβουλὸς ἐγγύετο μὴ παρακεκλημένος. id est, Ridiculus igitur, inquit, & prouerbio obnoxius Menelaus, siquidem consultor factus est non accersitus. Nisi quis malit hæc ad illã referre paroemiam.

Ἄκλητοι δειλοὶ ἀγαθῶν ἔπὶ δαῖτας ἵενται.

Quod alias retulimus.

Iucundissima nauigatio iuxta terram, ambulatio iuxta mare. XCI

Plutarchus 1. Symposiac. libro ueluti uulgò iactatum citat, Πλοῦς μὲν ὁ παρὰ γῆν, περίπατος δ' ὁ παρὰ θάλατταν ἥδιστος. id est, Nauigatio iuxta terram, rursum ambulatio, quæ fit iuxta mare, iucundissima est. Recte torquebitur ad eam sententiam, ut dicamus ita demum esse iucundissimum unumquodque, si diuersi generis admixtu temperatum adhibeatur: ueluti si in lusibus nonnihil eruditionis aspergas, rursum in studijs aliquid ludicrum admisceas. Simillimum est huic, quod ex Philoxeno poëta citat idem in commentario quem inscripsit, Quomodo sint audiendi poëtæ: Τῶν κρεῶν τὰ μὲν κρέα ἥδιστά ὄντι, καὶ τ' ἰχθύων εἰ μὴ ἰχθύες. id est, Ex carnibus, quæ carnes non sunt suauissimæ: item ex piscibus, qui non sunt pisces. Itidem philosophia admixta poëmatis, magis delectat: & poësis admixta philosophiæ, magis capit animum.

Cupidinum crumena porri folio uincta est. XCII

Πράσου φύλλῳ τὸ τῶν ἐρώτων δέδεται βαλάντιον. id est, Porri folio amorum uincta est crumena. Refertur eodem in loco quẽ modo citauimus, sed præstat ipsius uerba subscribere: ὁ δ' ἄν τις μάλιστα θαυμάσειεν, φαιδώλος ἀνὴρ καὶ μικρόλογος ἐμπεσὼν εἰς ἔρωτα, καθάπερ εἰς πῦρ σίδηρος, ἀνεθὴς καὶ μαλακθεὶς, ἅπαλὸς καὶ ὑγρὸς καὶ ἥδιων. ὥς τε τοτὲ τὸ παιζόμενον μὴ πάνυ φάναι γελοῖον, ὅτι πράσου φύλλῳ τὸ τῶν ἐρώτων δέδεται βαλάντιον. ἐλέχθη δὲ καὶ ὅτι ζῷ μεθύειν τὸ ἐρᾶν ὅμοιον ὄντι. ποιεῖ γὰρ θερμοὺς καὶ ἱλαροὺς, καὶ διακεχυμένους. id est, Quodq; uel maximè miretur aliquis, ut parcus & sordidus, simul ac in amorem inciderit, non aliter quàm igni impositum, ferrum, fit mollior ac tener, lentus ac suauior, ut non usquequaq; deridiculum uideatur illud, quod ioco populari dicitur: Cupidinum crumenas porri folio uinctas esse. Dictum est autem ob eam causam, quòd amor adsimilis sit ebrietati. Reddit enim calidos, & hilares, & effusos. Plutarchus itaq; sentire uidetur, prouerbium alludere ad porri naturã, cuius uis est calefacere, ciere urinã, irritare uenerem, mouere menses, & aluum inflare, quemadmodum docet Dioscor. lib. 2. Suidas ostẽdit hoc adagium dictũ, de ijs qui per amorem immoderatos faciunt sumptus, luxuiq; indulgent quemadmodũ solent in comœdijs amantes. Plutar. in libello quẽ inscripsit ἐρωτικὸν, hoc quoq; inter cæteras Cupidinis siue amoris laudes commemorat, quod è sordido splendidũ, è parco liberalem, è tristi ciuilem, è timido audacem reddit hominẽ. Proinde Cupidinis loculi, porri folio uincti dicuntur, quòd facilè soluantur, uel quòd admodum fragile sit porri folium, uel quòd huius genuinus uis soluere corpus ac mouere.

Quem fortuna pinxerit. XCIII

Ὃν τύχη μέλανα γράψῃ, τοῦτον ὁ πᾶς χρόνος λεύκανε. id est, Quem fortuna nigrum scripserit, hunc non uniuersum æuum candidum reddere potest. hoc est, cui fortuna refragatur, huic quicquid tentauerit, infeliciter cedet. Alludunt est ad nigros & albos calculos suffragiorum. Recensetur in collectaneis Apostolij.

Qui mori nolit ante tempus. XCIIII

Athenæus in sermonibus cõuiualibus, de Sybaritis huiusmodi refert prouerbium: ὁ βουλόμενος ἢ συβάρει, μὴ πρὸ μοίρας ἀποθανεῖν, ὅτε λυπούμενος, ὅτε ἀνίσχοντα τὸν ἥλιον ὁρᾶν δεῖ, hoc est, Qui non uelit apud Sybaritas ante diem fatalem mori, eum haud oportet solem conspicere, nec occidentem, nec orientem. Hoc ideo uulgò iactatum scribit, quòd Sybaritarum ciuitas in humili loco, ac uelut in conualle sita fuerit, ut æstatis tẽpore mane pariter ac uesperi frigus immensum sentirent, meridie intolerandũ ardorem. Cicero lib. De finib. bonorũ 2. docet idem dictũ in quosdam Asotos, cui genti nomen inditum est à luxu uitæ. Nam sub solis occasum erant ebrij, mane stertebant. Columella in proœmio rerum rusticarũ, usurpat in ganeones, qui noctes libidinibus & ebrietate, dies somno uel ludo consumunt Mox deinde, inquit, ut apti ueniamus ad geneas, quotidianam cruditatem Laconicis excoquimus, & exusto sudore sitim quærimus, noctes q; libidinibus & ebrietatibus, dies ludo uel somno consumimus. Ac nos dicimus fortunatos, quòd nec orientem solem uidemus, nec occidentem.

Barbæ tenus sapientes. XCV

Ἐκ πώγωνος σοφοὶ, καὶ ἀπὸ πώγωνος σοφιστὰ, καὶ ἀπὸ πώγωνος φιλόσοφοι, id est, Barbæ tenus sapientes, & sophistæ, & philosophi. Sic appellabantur qui præter barbam & pallium nihil haberent philosophi. Vsurpatur aliquoties apud Plutarchum in Symposiacis. Hinc alluxit Horatius. cum ait:

Iussit sapientem pascere barbam.

Lucianus item subinde iocatur in philosophorum τὸν βαθὺν πώγωνα, id est, profundam barbam. In Eunucho Bagoas ait: Si philosophum oporteat ex barba metiri, hircos primam laudem ablaturos. Similiter Martialis:

Propendet mento nec tibi barba minor. Recte torquebitur in hos, qui uniuersam uitæ sanctimoniam non in animo, nequidem moribus, sed in cultu constituunt.

Inter lapides pugnabant, nec lapidem tollere poterant. XCVI

Plutarchus 4. decadis Symposiacæ, primo problemate: ἰδὼν ἢ τὸ παιδίον ἅμα ζῷ φίλωνι τὸν νέον ἄρτῳ χρώμενον, ἄλλως ἢ μὴ ψωμὸς λεόμενον, ὡς ἥδιστος ἔφη, τοῦτο ἄρα ἦν τὸ λεγόμενον, ἐν ἢ λίθοις ἐμάχοντο, λίθον δ' οὐκ ἦν ἀνελέσθαι. id est, Vbi uero uideret ministrum puerum unà cum Philone, utentem pane, neq; præterea quicquam requirentem: Papæ, inquit, hoc nimirũ erat illud, quod uulgò dici solet,

Pugna erat in saxis, neque saxum tollere quibant.

Apparet dictum in eos, qui præsenti commodo nõ fruantur,

Ayuntamiento de Madrid

tur, uel ob ignauiã, uel ob peruersam de rebus opinionẽ, ut qui uel saxũ grauentur ex aceruo tollere, quo repellãt aduersarium. Refertur idem carmen apud Athenæum lib. 10. & aliud subijcit, ueluti consimilis sententiæ,

Διψῇ δ' ἀπόλλυτο, ὕδωρ δ' ὑπερεῖχε γυάλων. i.

Deperiere siti, superante ad labra liquore.

In alio mundo. XCVII

ὡς ἐν ἄλλῳ κόσμῳ. i. Tanquam in alio mundo, Schema prouerbiale est, quo nunc etiam uulgus utitur: de ijs qui lõge lateq; dissident à moribus aliorũ, aut quibus omnia noua uidentur: aut qui longe dissiti sunt à patria. Plutarch. in Sympos. Τὸ δὲ τῶν ἑλλήνων γένος ὅλως καὶ ἅπασιν ἡμῶν ὥσπερ ἐν ἄλλῳ τινὶ κόσμῳ γεγονόσιν καὶ ζώντων. i. At Græcorũ genus prorsus alienum ac peregrinum à nobis, uelut in alio quopiam mundo natorũ, ac uiuentium. A dissimili figura dixit Horatius in Odis:

Quid terras alio calentes Sole mutamus?

Et Macrobius in præfatione Saturnaliũ: Nisi sicubi nos sub alio ortos cœlo, Latinæ linguæ uena non admittet. Cũ enim cœlum sit omnibus commune, figuratum sit necesse est, sub alio cœlo nasci. Et de campis Elisijs apud Vergil.

Solemq; suum, sua sidera norunt.

Suum dixit, tanquam à nostro diuersum.

Item Claudianus:

Sunt altera nobis
Sidera, sunt orbes alij, lumenq; uidebis Purius.

Rursus Vergilius in Bucolicis:

Et penitus toto diuisos orbe Britannos.

Solet autem hoc usu uenire plerisq; mortalibus: ut si quando noui hospites in regionem longule à suo nido dissitam peruenerint nihil non horreant, non stupeant, non admirentur, perinde quasi in alium delati orbem.

Piscis repositus. XCVIII

ἀποκείμενος ἰχθύς. i. Repositus piscis, in prouerbiũ abijsse uidetur, aduersus eos qui nihil seruant in posterum. Nam pisces olim in delicijs erant. Et prudentis est, è cibis semper aliquid habere sepositum, quo subitum excipiat hospitem: nec Achillem Homericum imitari, ad quem cum accedunt oratores, aut Priamus, domum inanem ac funelicam offendunt. Videtur autem sic efferendum adagium: Τὸν ἀποκείμενον ἰχθὺν, ὦ δεῖες τὸ μέσον ἕλκειν. id est, Piscem repositum non oportet in medium retrahere. Plutarchus in Symposiacis, ἐγὼ δὲ γελάσας ἐκεῖνον δὲ εἶπον ὦ ἑταῖρε τὸν ἐκ τῆς παροιμίας ἀποκείμενον ἰχθὺν οὐκ ἕλκόμενον εἰς μέσον μετὰ τῆς πυθαγορικῆς χοίνικος. id est, At ego ridens: quin illum, inquam, de quo prouerbium fertur, repositum piscem, qui in medium non trahitur unà cum chœnice Pythagorica. Licebit accommodare ad sermonem, aut fabulam, per se non admodum uenustam, quæ tamen iteretur non sine tædio. Conueniet in parcum ac de crastino sollicitum.

Non est eiusdem, & multa, & opportuna dicere. XCIX

Χωρὶς τότ' εἰπεῖν πολλὰ καὶ τὰ καίρια. id est,

Seiuncta sunt hæc, multa & apta dicere.

Seiunctum prouerbij uice celebratus, admonet uitandam multiloquentiam, quòd ferè labi necesse sit, quisquis multum loqui conetur. Extat & in Hebræorum prouerbijs, in multiloquio non abesse peccatum.

Psaphonis aues. C

Ψάφωνος ὄρνιθες. i. Psaphonis aues. Vbi quis noua quapiam arte famam captat, ut cum aliquis subornat, à quibus laudetur, cisq; ueluti dictat encomia, quibus apud uulgus celebrari uelit, Narrant in Libya fuisse quendam nomine Psaphonem, qui diuinitatis opinionẽ affectans, quum plurimas aues cepit uocales, & humani sermonis dociles, eas sonare docuit hæc uerba, Μέγας θεὸς Ψάφων. i. Magnus deus Psaphon: atque ita doctas emisit in montes. At illæ quæ didicerant, canebant: ac reliquas item aues sonare docebant. Porrò Libes cum ignorarent commentum, credentes id diuinitus accidere, Psaphoni rem diuinam facere instituerunt, ipsumq; in deorum numerum retulerunt. Prouerbium in collectaneis Apostolij reperi.

CHILIADIS PRIMAE CENTVRIA III.

Aut regem, aut fatuum nasci oportere. I

ANNEVS Seneca uir amœnissimi, ut Tacitus ait, ingenij: quod quidem ex eo liquet libello ludicro, quem scripsit in Claudium Cæsarem, nam is nuper in Germania repertus, in lucẽ emersit: huiusmodi refert adagium, in eo de quo modo diximus opusculo, Aut regẽ, aut fatuũ nasci oportet. Sed præstat illud ipsius uerbis adscribere: Ego, inquit, scio me liberũ factũ, ex quo suum diem obijt ille, qui uerum prouerbium fecerat, aut regem, aut fatuum nasci oportere. Rursum in eodem libello: Occidit in una domo Crassum Magnũ, Scriboniam, Bassioniũ, Assarios, nobiles tamen. Crassum uero tam fatuum, ut etiam regnare posset. Iterum alio in loco obscurius quidem, sed tamen eodem alluſit carmine,

Abrupit stolidæ regalia tempora uitæ.

Iam si uerè scripsit Hesiodus, non omnino de nihilo esse quod populari sermone celebratur, fortassis haud abs re fuerit uestigare, quæ res huic prouerbio dederit occasionem, quòd duo tam dissimilia, nempe regem & fatuum ita coniungit, ut utrunq; alteri simillimum uideri uelit. Præsertim cũ hæc scit peculiaris regũ laus, solaq; uerè regia, sapientia, prudentia, uigilãtia, cæteros antecellere. Consentaneum est igitur, priscos illos reges, maxima ex parte insigni stultitia præditos fuisse, id quod partim è poëtarũ fabulis, partim ex historiographorũ monumentis licet cognoscere. Siquidem Agamemnonem suum Homerus, & hunc imitati Tragici, ambitiosum potius quàm cordatum faciunt. Quid autẽ stultius, quàm unicæ filiæ crudelissima cæde, imperatoris mercari titulum? Quid ineptius quàm pro barbara puellula tam iuueniliter digladiari: ut quòd suos amores retinere non posset, Achillem sua spoliaret amicula: nec id sanè sine summo totius exercitus discrimine? Tum autẽ quàm ineptè stomachatur Achilles orbatus suis amoribus, quàm pueriliter deplorat apud matrẽ. At hunc unũ nobis poëta, uelut absolutum egregij principis exẽplar proposuit. Ad hæc, quàm non sapienter indignatur Aiax: quàm seniliter delirat Priamus, dum Helenam prostitutæ pudicitiæ mulierculam amplectẽs, ac filiã appellans, negat se pœnitere belli, in quo tot clades acceperat, tot orbatus liberis, toties luctu funestatus, ne Paris nõ potiretur amica. Quid multis? Tota Ilias, quàm est longa, nihil aliud quàm quod eleganter scripsit Horatius:

Stultorum regum & populorum continet æstus.

Quanquam & Odysseas suos habet Procos & Alcinoos, crassos & stupidos. Quin & Herculẽ ipsum robustũ faciunt & animosum, sed hebetis crassiq; animi. Iam Hesiodus, quem nonnulli uolunt antiquiorẽ Homero esse, principes βασιλῆας ac νηπίους appellat. Opinor quòd & parũ saperent in administranda republica, & opibus per fas nefasq; cumulandis inhiarent, potius quàm communibus populi commodis. Cuiusmodi fingunt & Midam

Ayuntamiento de Madrid

illũ,ob animi ſtoliditatem,aſininis auriculis inſignitum.Et haud ſcio an huc pertineat & illud,quod priſci theologi, nimirũ poëtæ,ſapientiã Apollini tribuũt ac Palladi, Ioui deorũ & hominũ monarchæ,fulmen duntaxat triſulcum, & nutum illũ ac ſupercilium,quo totũ olympum tremefacit,relinquunt. Alioqui quis nepos,quis balatro unquam nugatus eſt nugacius, aut nequius nequam fuit, quàm hic cui regnum mundi dederunt? Technis fallit uxorem,nũc cygnus,nunc taurus,nunc aurũ factus:inſidias ſtruit mulierculis,ſubornat Ganymedes, ac cœlum nothis implet. Ad eundem modum Neptunum & Plutonem feroces & inexorabiles fingunt,ſapientiam non tribuunt. Sed ut ad recentiores ueniamus hiſtorias, & miſſas faciamus fabulas,quid tandem cordis fuiſſe credis Cræſo Lydorũ regi, ſi modo talis fuit,qualem depinxit Herodotus,qui gemmis & auro congeſto fretus, Soloni indignabatur, quòd ſibi felicis cognomen nõ tribuerit? Aut quid fingi ſtultius poteſt Xerxe, cum ad Athum montem legatos mitteret, eumq; cõtumelioſiſſimis ac minaciſſimis literis territaret: cum Helleſponto mari certum plagarum numerũ infligi iuberet. Neq; uerò minus regaliter deſipuit Alexander ille Magnus,cum abdicato patre,Iouis filius ſalutari gauderet,dum uino certaret,dum in cõuiuijs ab adulatoribus ut deum adorari ſeſe pateretur, dũ quæritur hunc orbem ſuis uictorijs anguſtum eſſe, & Oceanũ ingreſſus, alios quærit mũdos, quos expugnet:ut ne cõmemorem interim Dionyſios,Ptolemæos,Iulios,Nerones,Tiberios,Caligulas,Heliogabalos,Commodos,Domitios,quorũ alius ſibi dei nomen uindicauit,cũ eſſet hominis uocabulo indignus: alius ſe totum aſſentatoribus deridendũ propinauit:alius ambitione præceps uniuerſum orbem inſaniſſimis rerum tumultibus cõcuſſit. Sed ego iure uidear ineptus,qui catalogũ hunc ingrediar,& aquã,ut aiunt, quærã in mari. Quin omnes potius & ueterum & neotericorũ annales euolue, nimirũ ita comperies, uix ſeculis aliquot unũ aut alterum extitiſſe principem, qui nõ inſigni ſtultitia maximam perniciem inuexerit rebus humanis.Siquidẽ princeps, aut magno orbis totius malo ſtultus eſt, aut magno omnium bono ſapit : tametſi procliuius eſt lædere quàm prodeſſe, & citius ſerpit, uel peruadit potius pernicies quàm utilitas. At nũc uidemus nõnullos principes,quiduis expetere potius, quàm id quod unum principis uocabulo dignos reddit: & ſtultam plebeculam,omnia potius ſuſpicere in regibus, quàm id quod ſolum erat requirendum. Iuuenis eſt,iſto pacto ſponſum cõmenda ſponſæ,non principem reipublicæ. Formoſus eſt:rectè hoc nomine laudetur fœmina. Bonis eſt lacertis aut uiribus:probe dixiſti, ſi laudas athletam. Robuſtus eſt,& tolerans laborũ : iſto titulo calones ac lixæ commendantur. Multum auri congeſtum habet:fœneratorẽ diligentem prædicas. Facũdus eſt:ſic admiror ſophiſtã. Belle canit, belle ſaltat:hiſtrionũ ac tibicinũ laus iſta eſt, non regum. Inuictus eſt bibendo: nã hac quoq; laude ueteres delectati ſunt principes:apte, ſi ſpongiã mihi laudes. Procerus eſt,& ab humeris inter omnes eminet:præclarũ,ſi quid ex alto detrahendum ſit. Iam illa,ſcite ludit alea,ſcite laterunculis:laus eſt cũ infimis nebulonibus cõmunis,ac pudẽda principi.omnia congeras,cultũ,aurũ,gemmas,imagines, ab Hercule deductũ genus,aut ſi mauis à Codro, Cecropéue,niſi pectus mihi narras longe à uulgi ſtultitia ſemotum,liberum à ſordidis humilium rerum cupiditatibus, à falſiſſimis multitudinis opinionibus,non audio laudẽ rege dignam.Neq; enim temere diuinus ille Plato ſcripſit,nõ aliter felices fore reſpublicas,niſi ſi aut philoſophis committerentur imperiũ, aut quibus ĩperium contigiſſet, philoſophiam ſequerentur. Porrò philoſophiam ſequi,non eſt pallium aut peram circumferre,barbã demittere. Quid igitur? Iſta quæ uulgus ſtulte miratur cõtemnere,deq; rebus longe ſecus ſentire, quàm hominũ multitudo ſentit.Nec uideo qui fieri poßit, ut qui putet ſibi licere quicquid libet, qui diuitias ut magnum quiddã admiretur, qui pro imperio quoduis etiam iuſiurandũ uiolandũ putet:qui inani rapiatur gloria, qui pudendæ ſeruiat libidini, qui mortẽ uehementer horreat, ſalutarẽ principem agere poßit. Ac primũ quidem eſt rectè de ſingulis iudicare : propterea quod infectis opinionibus, ceu fontibus, unde omnes uitæ ſcatent actiones, omnia perperã gerantur oportet. Proximũ eſt,ut abhorreant à turpibus,ferantur ad honeſta. Nã uera ſapientia non ſolum cõplectitur ueri cognitionẽ, uerũ etiam ſtudiũ & amorẽ honeſti. Siquidem liceat fortaßis inuenire, qui perſpiciat bellum ſine graui rerum humanarum pernicie ſuſcipi non poſſe,nec eſſe tanti uicterẽ aliquem & obſoletum ditionis titulum, uerũ impellit ambitio ut omnia miſceat armis.Et eſt fortaßis,qui uideat,hinc maximã reipublicæ peſtẽ naſci,quòd ad gerendos magiſtratus adſciſcuntur,non qui prudentia,rerũ uſu,uitæ integritate,plurimũ prodeſſe reipublicæ poßint, ſed qui maxima pecuniæ ſumma licitentur:uerũ huc pertrahit auaritia,ut neglecto publico malo,fiſci negotium agat.Et non deeſt qui intelligat,principis eſſe munus, ſic ut ab omnibus accipit uectigal,ita omniũ cõſulere rebus,præſidere in iudicijs, excludere maleficia,magiſtratus obſeruare, corrigere leges inutiles. Verum ab hoc ſtudio reuocant uoluptates, per quas nõ eſt otiũ curis principe dignis uacare.Eſt qui ſentiat ſe plurimum prodeſſe poſſe rebus mortaliũ, uerũ id quidẽ non ſine uitæ diſcrimine.Hic deſeret rem publicam quiſquis exiſtimabit,infeliciſſimũ eſſe mori. Proinde primũ omniũ, principis animus omnibus erroribus liberandus eſt,ut perſpiciat,quid uerè honeſtũ,quid uerè glorioſum,quid uerè magnificũ.Deinde inſtillandum turpitudinis odium,& amor honeſti,quo uidelicet perſpiciat,quid principẽ deceat,& nihil appetat, niſi quod ſit bono ac ſalutari principe dignũ. Vt honeſtum ubi ſit uideat,& hoc uno metiatur omnia, nec unquam ab hoc aberret ſcopo. Atq; hanc uocant ſapientiam,qua neceſſe eſt ut princeps tãto cæteros anteccllat mortales,quãto dignitate,opibus, ornatu potentiaq; antecedit. Atq; utinã ſaltem Chriſtiani principes omnes ſapientiſſimũ illum regem imitentur,cui cũ daretur optio,quicquid uellet ab eo qui nihil non præſtare poterat, nihil aliud optauit quàm ſapientiã, & eam ſapiẽtiam qua populũ ſibi commiſſum rectè gubernaret. Atq; idem quæſo quid aliud inculcat ſuo filio,quàm amorem ac ſtudiũ ſapientiæ ? Eodẽ ſpectat,quòd Aegyptij ſimulacrũ principis ita repræſentabant,ut oculum pingerent,cũ ſceptro. Nimirũ quod oculus in corpore,id uerus princeps in republica. Quod ſol in cœlo, id princeps in populo. Sol oculus mundi,princeps oculus multitudinis. Quod animus in homine,id princeps in ciuitate. Animus ſapit, corpus obtemperat. Et imperat quidẽ animus corpori,ſed corporis bono:nec ſibi gerit regnũ ueluti tyrannus,ſed ei cui præſidet. Deniq; dei moderãtis uniuerſa,ſalutaris princeps uiuã imaginẽ refert. Atq; eo magnificentior eſt princeps,quo propius ad archetypi ſui formã acceßit. Deus nihil non perſpicit,nihil nõ ſentit,nullis corrũpitur affectibus. Ita potentiſſimus eſt,ut idem ſit optimus. Omnibus benefacit,etiã indignis. Nõ punit niſi raro idq; coactus. Nobis adminiſtrat hunc mundũ,non ſibi. Hoc illi præmij loco eſt,ſi profuit. Cõtrà qui peſtilẽs eſt princeps, is cacodæmonis ſimulacrum, ac uicem reddere uidetur. Aut non ſapit, aut ſi ſapit, in publicam perniciem ſapit.

Quod

Ayuntamiento de Madrid

Quod habet potentiæ, in reipublicæ peſtem abutitur. Et cum plurimum noceat omnibus, plus tamen uult nocere quàm poßit. Nihil eſt bono rege præclarius, nihil melius, nihil deo propius. Rurſus nihil malo principe fœdius, nihil peius, nihil cacodæmoni ſimilius. Numen quoddam eſt princeps ſalutaris. At nulla belua nocẽtior tyranno. Tyrannus eſt autẽ, quiſquis ſibi gerit imperiũ, quocunq; nomine pingatur aut ſculpatur. Non eſt noſtrum de ſummis proceribus ueluti pronuntiare, ſed tamen cogimur, non ſine ſuſpirijs, hanc quã dixi ſapientiã, in Chriſtianis principibus deſiderare. Alioqui, unde tot rerũ nouationes, tot toties icta & reſciſſa fœdera, tam crebri tumultus, tot ſtrages, tot pugnæ, tot minæ, tot diſſidia, niſi à ſtultitia proficiſcuntur? Et haud ſcio, an nonnulla huius mali pars nobis ipſis ſit imputanda. Clauum nauis nõ committimus niſi eius rei perito, quòd quatuor uectorũ, aut paucarum mercium ſit periculum: & rempublicam, in qua tot hominum milia periclitantur, cuiuis cõmittimus. Vt auriga fiat aliquis, diſcit artem, exercet, meditatur: at ut princeps ſit aliquis, ſatis eſſe putamus natum eſſe. Atqui rectè gerere principatum, ut eſt munus omnium longe pulcherrimũ, ita eſt omnium etiam multo difficillimum. Deligis cui naium committas, non deligis cui tot urbes, tot hominum capita credas? Sed eſto, receptius eſt quàm ut cõuelli poßit, Naſcuntur principes, & cuicunq; ſors fauerit, ſiue probus ſit ille, ſiue improbus, ſiue ſtultus, ſiue ſapiens, ſiue ſanus, ſiue mente motus, modo figuram habeat hominis, ei ſummam rerũ credenda eſt. Huius arbitrio mundus bellis & cædibus miſcebitur, ſacra ac prophana omnia perturbabuntur. Sed ea res ſi minus mutari poteſt, proximũ tamen erat, diligenti inſtitutione ſuccurrere: & ſi non licet idoneũ imperio deligere, enitendũ eſt, ut idoneũ imperio faciamus eum, quemcunq; fortuna nobis dedit. Videmus quã ſollicitudine, qua cura, qua uigilantia, paterfamiliãs educat puerũ unius fundi dominum futurum. Quãto igitur maiori cura inſtituẽdus eſt is, qui uel magno omnium bono futurus ſit bonus, aut magno omniũ exitio malus, & de cuius unius nutu ſalus aut pernicies pẽdebit orbis? Quibus decretis, quibus philoſophiæ præceptis, hoc pectus erit præmuniendũ: non ſolum aduerſus tantas rerũ tempeſtates, quæ ſolent in ciuitatibus exoriri, uerũ etiam aduerſus fortunæ indulgentiã, quã arrogantia & ſtultitia fere ſolet comitari: aduerſus delicias, quibus uel optima natura corrũpi poßit: multo maximè uero aduerſus adulatorum peſtiferas aſſentationes, & illud uenenatißimum euge, quod illi tũ potißimum occinunt, cũ princeps inſanit maximè. Hic mihi iam tum infantulo adhibendus erat artifex quiſpiam egregius. Non enim rectè fingitur princeps, niſi cum ſe nõdum intelligit eſſe principem. Statim, inquam, aſciſcendus formator, in quo deligendo conueniet & hoc eſſe diligentiores, quòd principem deligere nõ licet, inſtituere licet. Hic mihi in pectuſculũ adhuc uacuum ac ſequax inſtillet opiniones principe dignas, muniat optimis de honeſto decretis: oſtẽdat diſcrimen ueri principis ac tyranni: ſubijciat oculis, quàm deo propinqua res eſt ſalutaris rex, quàm tetra belua, quamq; abominanda tyrannus. Admoneat eũ, qui ſibi gerit imperium, non Reipublicæ, prædonẽ eſſe, nõ principem: nihil intereſſe inter piratas & principes piratarũ animo præditos, niſi quòd hi quo ſunt potentiores, hoc maiorem adferunt perniciem rebus humanis. Inculcet, quàm multis hominum milibus, imò quàm uniuerſo mundo prodeſſe queat, ſi is unum ſapientem ac bonũ præſtiterit uirũ. Doceat, apud Chriſtianos homines imperiũ nihil aliud eſſe, quàm Reipub. adminiſtrationẽ, nõ dominiũ. Imperium quidem appellari, ſed meminerit ſe imperatorũ, & liberis, & Chriſtianis, hoc eſt, bis liberis. Ad hoc ut princeps ſit aliquis, nõ ſatis eſſe natum fuiſſe, non ſatis eſſe uetuſtas imagines, non ſceptrũ, non diadema. Animus ſapiẽtia præcellẽs, animus pro publica incolumitate ſemper ſollicitus, & nihil ſpectans, niſi commune bonũ, principem facit. Præmoneat, ne ſeſe uel applauſib. ſtultæ plebeculæ, uel adulatorum laudibus metiatur. Ne quid agat impulſu odij, amoris, iræ, aut ullius affectus inſtinctu. In creandis magiſtratibus, in condendis legibus, in cæteris munijs, unicũ tantum ſpectet ſcopum, nempe honeſtũ, & publicam utilitatem. Non ſatis eſſe, ſi ipſe nemini faciat iniuriã, officialiũ quoq; ſuorũ integritatẽ præſtandã eſſe principi. Non eſſe ſitam in hoc principis laudẽ: ſi ditionis terminos proferat, ſi finitimos ſubmoueat armis: uerũ ſi quam fortè nactus eſt ditionẽ, iuſtitia, frugalitate, cæteriſq; pacis artibus efficiat florentiorem. Doceat, ut ad bene merendũ, de bonis ſit propenſiſſimus, ad ignoſcendũ facilis, ad puniendum non aliter accedat quàm amicus medicus, membrũ deploratum amputaturus, aut inuſturus: ut omnia ſtudioſè uitet, unde perſpiciat reipublicæ magnum malum fore. Super omnia uerò bellũ modis omnibus declinet, quod alijs è rebus, alia atq; alia mala naſcuntur: at bellũ uniuerſum malorum agmen ſemel effundit. Hæc atque huiuſmodi decreta, ſunt animo puerili, ſapientũ apophthegmatis & laudatorũ principum exẽplis inſigenda. At nunc uidemus uix ullos homines educari uel corruptius uel indiligentius ijs, quos tãti refert omniũ quàm optimè inſtitutos fuiſſe. Infans hic orbi imperaturus, ſtultißimis mulierculis cõmittitur, quæ adeo nihil inſtillãt in animũ illius principe dignum, ut etiam ſi quid rectè moneat præceptor, aut ſi ſuapte ſponte uideatur ad manſuetudinem propenſior, dehortentur: & principem, hoc eſt, tyrannũ agere doceant. Deniq; nemo non blanditur, nemo nõ aſſentatur. Applaudũt proceres, obſecundant miniſtri, adulatur & præceptor: non hoc agens ut patriæ ſalutarem reddat principẽ, ſed ut ſibi magnificã paret fortunam. Adulatur & Theologus, quẽ uulgò confeſſorem uocant, epiſcopen aliquam aucupans. Aſſentatur magiſtratus, aſſentantur qui colludunt, qui conuiuunt: ut rectißimè dixerit Carneades, à regibus nullam artẽ rectè diſci, præter artem equitandi. Propterea quòd ſolus equus, quoniam non ſentit principis ac plebei diſcrimen, neſcit adulari regi: ſed excutit, quicunq; is fuerit, qui non apte norit inſidere tergo. Statim docetur faſtum, docetur arrogantiam: admonetur licere quicquid libet. Audit omnes omnium poſſeßiones eſſe principis, principẽ eſſe ſuperiorem legibus: in pectore principis omnem legũ & conſiliorum mundum eſſe reconditum. Audit ſacras maieſtates, ſerenitates, diuinitates, terreſtre numen, & huiuſmodi magnificos titulos. In ſumma dum adhuc puer eſt, nihil aliud diſcit ludere, quàm tyrannidem. Mox rapitur ad puellas, inuitant, laudant, inſeruiunt omnes. Hic adeſt æqualiũ effœminatiſſima turba, nullus riſus, nullus ſermo, niſi de puellis. Sub hæc alea, chorææ, cõuiuia, citharæ, diſcurſus: in his ætatis optima pars cõteritur. Quòd ſi quando libeat literis oblectare otiũ, leguntur aniles fabulæ, aut his pernicioſiores hiſtoriæ. Ex his animus nulla præmunitus antidoto, imbibit admirationẽ & zelum, ut Græci uocant, alicuius peſtilẽtißimi ducis, puta Iulij Cæſaris, aut Xerxis, aut Alexandri Magni. Atq; in his ipſis quæ peßima ſunt, maximè placẽt. Ab his impetus dementes, ab his exemplũ peßimũ ſumunt. Pone nunc, ſi placet, ingeniũ nõ delectũ è multis, quod oportuit, ſed qualecũq; cõtigit. Pone tam corruptã educationem, quæ uel Ariſtidis ingeniũ poſſet corrũpere. Pone tot adulationis uenena,

pone

Ayuntamiento de Madrid

pone delicias, quibus male cõuenit cum ſapientia, pone uo lupates, pone fortunæ ſplẽdorem, pone poteſtatem, pone ætatem ferocem, & ſuapte ſponte procliuem ad peſſima. Super omnia, pone pectus falſiſſimis infectũ opinionibus. Et miraris ſi hic ab his profectus rudimentis ad gerendã rempublicam, parum ſapienter adminiſtrat? Sed iuuenis eſt, inquiunt, ſapiet aliquando rerum uſu. At principẽ non oportet eſſe iuuenem, etiam ſi iuuenis fuerit. Et cũ miſera eſt omnis prudentia, quæ colligitur uſu rerũ, tum in principe miſerrima eſt. Nimio conſtabit reipublicæ, principis ſui prudentia, ſi gerendo bello diſcet bellũ rem eſſe modis omnibus fugiendã. Si non prius intelligat, magiſtratus integris uiris eſſe commuttendos, quàm improborũ temeritate rempublicã labefactatam conſpexerit. Nec eſt cõmittendum, ut ſicuti qui cithara diſcunt canere, prius quàm artem aſſequantur, citharas aliquot obterunt ac perdunt, quemadmodũ ſcripſit Xenophon: ita princeps reipublicæ pernicie diſcat rempub. adminiſtrare. Nõ mirum igitur, ſi quando uidemus cuenire, ut præpoſtere res geratur: nimirum ut cum affectus è corpore orti, ab animo coerceri debeant, ab animo perturbationes proficiſcantur in corpus, ut oculus minus perſpiciat quàm reliquum corpus: ut omnibus noxius ſit ac peſtilens, qui dei uicem gerens, omnibus debuit eſſe ſalutaris. An nõ uidemus egregia oppida à populo cõdi, à principibus ſubuerti? Rempub. ciuiũ induſtria diteſcere, principum rapacitate ſpoliari? Bonas leges ferri à plebeis magiſtratibus, à principibus uiolari: populum ſtudere paci, principes excitare bellum. Hæc, opinor, dederunt occaſionẽ adagio quod retulimus, à quo quidem neſcio quo pacto longius ſumus digreſſi: ſed iam ad id redimus. Dictum eſt igitur: Aut fatuum, aut regem naſci oportere, quòd huiuſmodi fermè fuerint barbari reges apud ueteres, quorũ utinam noſtræ tempeſtatis principes ſint diſſimillimi. Nam & fatuis ob inopiam mentis omnia permittuntur, & regibus ob potentiã omnia laudi quoq; tribuuntur. Poſſimus & de pari regum ac fatuorum felicitate dictum interpretari, quòd regibus quicquid uolunt, fortuna ſuppeditet: fatui uerò non minus felices ſint ſua philautia, per quam ſibi putant nihil bonarum rerum deeſſe. Porrò prouerbium apud Romanos natum uidetur, apud quos regis cognomẽ erat inuiſum, ceu barbarum ac tyrannicum, & pugnans cum publica libertate, quam illi uel in primis tum ſectabantur.

Minutula pluuia imbrem parit. II

Ψεκάδες ὄμβρον γεννῶσαι. i. Minutæ guttulæ imbrem pariũtes. Quoties res initio puſilla creſcit in maius. Quemadmodum apud Plautum in Menæchmis:

Nunc in te cadunt folia, poſt cadent arbores.

Quare in minutis uigilandum, ne paulatim incidamus in maxima incommoda, admonente prouerbiali ſenario:

Εἰ μὴ φυλάσσοις μικρὰ, ἀπολεῖς τὰ μείζονα. id eſt,

Maiora perdes, parua ni ſeruaueris. Eſt enim pſecas tenuis irroratio, qualem reddunt & nebulæ denſiores.

Citra uinum temulentia. III

Ἄνευ μέθης. i. Ebrietas abſq; uino. Theophraſtus, ut teſtatur in Sympoſ. Plutarchus, τὰ κραιπάλια ἄοινον μέθην ἐκάλει. i. Tonſtrinas ebrietatem abſque uino uocabat: propterea quòd illic deſidentes, ſermonibus ita temulenti redderentur, ut nõ aliter effutirent quicquid eſſet in animo, quàm inter pocula ſolent ebrij, uoces interdum per temulentiam effutientes per iugulum, ut ait Plin. reditura. Horatius inſolentiam ebrietatem appellat: Fortunaq; dulci ebria. Vulgò panarium ebrietatem appellãt arrogantiã, licentiamq; morum, quæ ſecundis rebus comes eſſe conſueuit. Et eſt hæc quidem non paulo periculoſior illa, quam uinum adduxit. Siquidem uini æſtus paucis horis, aut etiam ſomno deferueſcit: hæc multis in omnem uſque uitam durare conſueuit.

Palmam ferre. IIII

Palmam ferre, & palmam tribuere, & palmam præripere, & his conſimiles orationes: tametſi propter frequentem uſum ſimplices eſſe uideantur, tamẽ prouerbiali ſchemate dictæ ſunt. Neq; enim palma per ſe victoriam ſignificat, ſed arborem ἐμπεδόφυλλον. i. perpetuo uirentem frondibus, quam Græci φοίνικα uocant. Cur autem ab hac potiſſimum ſumpta ſit metaphora, illud arbitror in cauſa fuiſſe, quod quemadmodum in cõuiuialibus quæſtionibus refert Plutarchus hæc una fuerit communis omniũ ſacrorum certaminũ corona, cum alioqui ſinguli ludi peculiares quaſdam arbores aut herbas haberẽt, quibus victores inſignichantur: ueluti laurũ, oleam, myrtum, apium. Præterea ſunt qui putent hanc arborem initio Phœbo ſacram fuiſſe ante laurũ, & antiquiſſimũ uictoris inſigne fuiſſe palmam, nõ aliam quampiam arborem. Quamobrem autem hæc arbor potiſſimũ delecta ſit ad eum uſum ab antiquis, A. Gellius cauſam reddit lib. Noct. Att. 3. cap. 6. ſcribens arbori palmæ peculiare quiddam ineſſe, quod cum ingenio fortium uirorũ conueniat. Nam ſi ſuper eius, inquit, lignum magna pondera imponas, ac tam grauiter urgeas oneresq;, ut magnitudo oneris ſuſtineri nõ queat: non deorſum palma cedit, nec infra flectitur, ſed aduerſus pondus reſurgit, & ſurſum nititur, recurſuraturq;: huiuſq; tam ſtupendæ rei citat autores, Ariſtot. in 7. Probl. libro, & Plutarchum in 8. Sympoſiacorum. Et Plutarchi quidem uerba ſuper hac re reperi in eo quẽ Gellius citat lib. φοίνικος γὰρ ξύλον, ἂν ἄνωθεν ἐπιδῇς βαρυτέλεις, ὑπὸ κάτω θλιβόμενον ἐνδίδωσιν, ἀλλὰ κυρτοῦται πρὸς τὸ ἀντικείμενον, ὥσπερ ἀντιςάμενον καὶ βιαζομένῳ. τοῦτο δὴ καὶ περὶ τοὺς ἀθλητικοὺς ἀγῶνας ἔστι, τοὺς μὲν ὑπ' ἀσθενείας καὶ μαλακίας εἴκοντας ἀυτοῖς πιέζοντες κάμπτουσι. οἱ δ' ἐκκαμνόντως ὑπομένοντες τὴν ἄσκησιν, ὃ μόνον τοῖς σώμασιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς φρονήμασιν ἐπάγεσθαι καὶ αὐξάνεσθαι. i. Nam palmæ lignum, ſi ſuperimpoſito pondere grauiter premas, haud deflectitur deorſum, uerum in contrarium euruatur: perinde quaſi reſiſtens oneri uim facienti. Hoc ipſum ſanè accidit & in certaminibus athletarum. Etenim qui per imbecillitatem animiq; molliciem cedunt illis, eos premendo deflectunt. At qui fortiter in eo ſtudio perdurant, hi non modo corporis robore, uerum etiam animi prudentia prouehuntur atq; augentur. Idem affirmat Plinius lib. 16. cap. 42. Pondus, inquiens, ſuſtinere ualidæ, abies, larix, etiam in tranſuerſum poſitæ. Robur, olea incuruantur cedunt q; ponderi, illæ renituntur: nec temere rumpuntur, priusq; carie quàm uiribus deficiũt. Et palma arborum ualida, in diuerſum enim curuatur. At populus contra omnia inferiora pandatur: palma è contrario fornicatur. Idem affirmat Theophraſtus libro De plantis 5. Hoc uirilis animi robur, cum palmæ genuinus ui congruens, Vergilius ſcite deſcripſit, cùm ait:

Tu ne cede malis, ſed contrà audentior ito,
Quàm tua te fortuna ſinet.

Nec abhorret hinc Horatianum illud:

Duris ut ilex tonſa bipennibus
Nigræ feraci frondis in Algido
Per damna, per cædes, ab ipſo
Ducit opes animumq; ferro.
Non hydra ſecto corpore firmior,
Vinci dolentem creuit in Herculem,
Monſtrum'ue ſubmiſere Colchi

Maius

Maius, Echioniæ uel Thebæ.
Mersæ profundo, pulchrior euenit.
Luctere, multa proruet integrum
Cum laude uictorem, geretq;
Prælia coniugibus loquenda.

Relinque quippiam & Medis. V

Λφπέτι καὶ μήδοις. i. Reliquū facito aliquid & Medis. Prouerbialis iocus in eos qui ex conuiuio nihil reliqui faciũt, aut qui facultates uniuersas abliguriunt. Plutarchus in Symposiacis: ἡμῖν μὲν ἐν τοῖς βοιωτοῖς τὸ, λφπέτι καὶ μήδοις, διὰ γόμαλός ὅστις, ἵνʼ ὃ μᾶλλον τιθῶτε φωνίλια καὶ τὰ ἐσχαρα καὶ βοιωτίας ἄγοντες καὶ φέροντες ἐπέχειν. i. Nobis quidem Bœotis illud in ore est: Relinque quippiam & Medis: ex quo Medi & Phocidem ipsam & extremos Bœotiæ terminos incursarunt, omnia uexantes miscentesq; populationibus. Subijcit autem, quod etiam uulgò hodie dictitant: λφπέτι καὶ ξένοις ἐπελθόσιν. i. Relinquito quippiam & hospitibus aduenturis. Adagium in uarios usus trahi potest, aut per ironiam, ut si dicas diuiti, indignis & sumptuosis hæredibus suas opes destinanti relinquere. Relinque quippiam & Medis, hoc est, comparce tu quod dissipent ij qui tibi male uolunt, aut immodicè profuso, aut intemperantius garrulo, quemadmodum in Phormione Terentius: Parce sodes, ut possis cum illa.

Deorum manus. VI

Θεῶν χεῖρες. i. Deorum manus. Olim per ironiam, ut opinor, dicebantur efficacia illa pharmaca, quæ plurimis ex rebus & è longinquo petitis conficiuntur: quibus hodie tum medici, tum Pharmacopolæ uulgò faciunt impostura. Plutarchus quarta Decade τῶν συμποσιακῶν, simul & prouerbium refert, & Erasistratum citat, huiusmodi medicorum mixturas improbantem: ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ὅτʼ ἂν μιγνύτες τὰς βασιλικὰς καὶ ἀλεξιφαρμάκους ἀπάνας ἀνωμάλως, ἃς θεῶν χεῖρας ὀνομάζομεν, ἐφαρμόσῃρατο ἡ ἐλέγχῃ τὴν ἀτοπίαν καὶ πολυπραγμοσύνην, ὁμοῦ μεταλλικὰ, καὶ βοτανικὰ, καὶ θηριακὰ, καὶ τὰ ἀπὸ γῆς, καὶ θαλάττης, εἰς τὸ αὐτὸ συγκεκραννύοντας. καλὸν γὰρ ταῦτα ἐάσαντας ἢ τῇσάνῃ καὶ συκῆ καὶ ὑδροελαίῳ τὴν ἰατρικὴν ἀπολιπεῖν. ἀλλὰ νὴ Δία τὸ ποικίλον ἡδέως ἔχει καὶ γοητεύει τὴν ὄρεξιν. i. Quin multo magis cum regales illas & efficaces uariorum remediorum mixturas conficiunt, quas deorum manus appellarunt. Erasistratus autem coarguit absurditatem & curiositatem eorum, qui simul & metallica & herbaria, & ferina, quæq; terra gignit, quæq; mare in unum commiscuerunt. At bene haberet, si his omißis in ptisana & cucurbita & hydrelæo medendi artem finissent. Verum per lenem ipsa rerum uarietas imponit nobis, & appetentiam illicit. Hactenus Plutarchus. Meminit huius adagij Galenus, tractatu 6. citans ex Erophilo. Libet obiter & C. Plinij uerba hoc loco subscribere, quibus medicorum mixturas taxat. Ea sunt in præfatione libri 24. Hinc, inquit, nata medicina. Hæc sola naturæ placuerat esse remedia, parata uulgò, inuentu facilia, ac sine impēdio, ex quibus uiuimus. Postea fraudes hominum, & ingeniorum capturæ officinas inuenere istas, in quibus sua cuiq; homini uenalis promittitur uita. Statim compositiones & mixturæ inexplicabiles decantantur. Arabia atque India in remedio æstimantur. Hulceriq; parua medicina à rubro mari imputatur. cum remedia uera quotidie pauperrimus quisque cœnet. Nam si ex horto aut petatur herba, uel frutex quæratur, nulla artium nilior fiet. Hactenus Plinius.

Quot homines tot sententiæ. VII

Nihil uel hodie uulgò tritius est quàm hæc Terentiana sententia: Quot homines, tot sententiæ. Cui similis est apud eundem & illa: Suus cuiq; mos est. Persius item:

Mille hominum species, & rerum discolor usus.
Velle suum cuiq; est, nec uoto uiuitur uno.

Eodem pertinet & illud epigrammaticum, quo dictum est, inueniri qui non recusent agris paternis cedere: qui uelit ingenio cedere, reperiri neminem. Horatius decentißimam addidit allegoriam,

Tres mihi conuiuæ propè dessentire uidentur,
Poscentes uario multum diuersa palato.

Idem primum omnium Odam huius argumento sententiæ conscripsit, alijs studijs alios duci, alijs alia cordi esse. Alluſit facetißimè Terent. in Phorm. cum è tribus aduocatis primus ait, secundus negat, tertius deliberandum censet. Huc alluſisse uidetur & diuus Paulus apostolus, cum admonet, ut ad præcludendam æmulationē sinamus unumquemq; in suo sensu abundare. Cui consilio si Theologorum uulgus auscultaret, non esset hodie tanta digladiatio de nihili quæstiunculis: Sunt enim omnino quædam quæ citra pietatis dispendium ignorari poßint. Eam sententiam Euripides in Phœnißis latius explicuit:

Εἰ πᾶσι ταυτὸ καλὸν ἔφυ, σοφὸν θ' ἅμα,
Οὐκ ἦν ἂν ἀμφίλεκτος ἀνθρώποις ἔρις.
Νῦν δ' οὐθ' ὁμοίως ἡδὺ θ' ἱσον βροτοῖς
Πλὴν ὀνομάσαι. τὸ δ' ἔργον οὐκ ἔχει τόδε. id est,
Cunctis idem si pulchrum & egregium foret,
Nulla esset anceps hominibus contentio.
At nunc simile nil, nil idem mortalibus,
Niſi uerba forsan inter istos concinunt,
At re tamen factisq; conuenit nihil.

Idem in Hippolyto coronato:

ἄλλοισιν ἄλλος θεῶν τε κἀνθρώπων μέλει. id est,
Hic his, hic illis, & homo cordi est & deus.

Huc respexit Homerus in Odyssææ ξ.

ἄλλος γὲ τ' ἄλλοισιν ἀνὴρ ἐπὶ τέρπεται ἔργοις. i.
Nanq; alijs aliæ res arridentq; placentq;.

Eum ausculta, cui quatuor sunt aures. VIII

Inter Græcanicorum prouerbiorum collectanea refertur: ἄκουε ᾧ τὰ τέσσαρα ὦτα ἔχοντος. i. Eū ausculta cui quatuor sunt aures. Huius adagionis, huiusmodi quoddam interpretamentum adfert Zenodotus: Oraculo quondam fuisse responsum, Eutimo Cretensi & Antiphemo Rhodiensi, ut eum obseruarent cui quatuor essent aures. Is autem erat prædo quidam Phœnix, quem cauendum esse monebat oraculum. Porrò quod quatuor aures habere dictus est, non satis liquet, uerène habuerit, an per allegoriam sit accipiendum, quòd quatuor locis exploratores haberet dispositos. Verum illi cum dei responsum tanquã ridiculum negligerent, in prædonem inciderunt, atque ab eo sunt extincti: Itaq; ex hoc euentu uulgò natum esse parœmiam existimant. Sed mihi magis arridet, quod idem ex Aristophane grãmatico refert, Lacedæmonios Apollinis simulachrum ita solere fingere, ut quatuor haberet aures, & manus totidem: uel quòd, ut autor est Sosibius, hac figura uisus sit illis apud Amyclas pugnantibus: uel significãtes, ut equidem conijcio, uiro prudenti res quàm plurimas tum audiendas esse, tum usu uitæ periclitandas. Porrò creditum est antiquitus, nulla oracula fuisse certiora quàm Apollinis. Vnde iactatum etiam illud: τὰ ὸν τέσσαρα. Atque ita monet prouerbium, audiendos esse illos qui diuturno complurium rerum usu præ cæteris sapiunt, ita ut ferè faciunt senes. Vnde & apud Homerum laudatur Nestoris oratio, tanquam omnium auditu dignißima, & in Odyssææ secundo libro, Aegyptium heroa senem primo loco loquentem facit:

ὃς δὴ

ὃς δὴ γήραϊ κυφὸς ἔλυ, καὶ μυελὸν ἔδει. id est,
Qui iam incuruus erat senio, sed plurima norat.

Eodem spectauit Euripides in Phœnissis, ad quem locum alluſit Lucianus in Hercule Gallico, id quod obiter admonendum putaui, propterea quòd is dialogus inter multos alios à nobis Latinus est factus: & alluſio nonnihil habet tenebrarum, sed carmen poëtæ referam:

ὦ τέκνον, ὄχ ἅπαντα ⟨ᾳ⟩ γήρᾳ κακὰ
ἐτεόκλεες πρόσεστιν, ἀλλ' ἐμπειρίαν
ἔχει τι λέξαι τῶν νέων σοφώτερον.

Verba sunt Iocastæ iam anus ad Eteoclem adulescentem filium. Ea nos sic uertimus:

O gnate Eteocles, cuncta nequaquam mala
Adsunt senectæ, nam per experientiam
Vsúq; rerum dicere, haud nihil, rudi
Potest iuuenta melius, ac prudentius.

Idem nunc uulgus nostratium effert, subsordida quidem, sed tamẽ apta metaphora, cùm aiunt: Prospectandum uetulo latrante cane, hoc est: nequaquam negligẽdum quoties senes periculum cauendum admonent. Canes enim uetuli non latrant temere, quemadmodum iuuenculi.

Semper feliciter cadunt Iouis taxilli. IX

ἀεὶ γὰρ εὖ πίπτουσιν οἱ Διὸς κύβοι. id est,
Semper cadunt feliciter tali Iouis.

Senarius est prouerbio celebratus, diciq; solitus in eos quibus res omnes perpetuo quodam fortunæ fauore, ex animi sententia cederent. Apparet translatum à talorum iactu, ubi fortassis antiquitus obseruatum est, Iouis talos, feliciores esse. Nam mos erat iactibus alearum, ominis causa deorum, aut hominum nomina præfari. Vnde & Veneris iactus inter felices numeratur, uel prouerbio teste: Si sæpe iacies, aliquando Venerem iacies. Nisi malumus ad Iouis uictoriam, Iunonisq; uictæ fabulam referre. Sunt qui putent quadrare in eos qui factis suis dignas pœnas dependerint, quasi Ioue non sinente culpam inultam. Mihi uidetur non absurde dici posse & in uiros fortunatos ac præpotẽtes, quorum etiam parum recte factis applauditur, attestante uersu prouerbiali:

ὡς εὐκόλως πίπτουσιν αἱ λαμπραὶ τύχαι. id est,
Quàm facile semper res cadunt potentium.

Ab hac sententia non abhorret illud Euripidis in tragœdia, cui titulus Phœnissæ:

Πάντα δ' ἐυπετῆ θεοῖς. id est,
Sunt cuncta dijs procliuia.

Tum illud Homero frequens: Θεοὶ δέ τε πάντα δύνανται. i. Cœlestes omnia possunt.

Thessalorum commentum. X

Θετταλῶν σόφισμα. i. Thessalorum commentum uarias ad res accommodari scribit Suidas: tum ad eos qui in acie locum deserunt: tum ad eos qui cultu delicatiore utuntur: tum ad hos qui dolis quempiam circumueniunt. Natum autem arbitrantur ex huiusmodi quapiam historia: Arato Thessalo cuidam oraculo responsum est, caueret ne clanculum uinceretur ab ijs qui maiore splendidioreq; uoto oraculum aduersus ipsum ambirent. Quod ille simul atq; audiuit, uotum nuncupat, se centum hominum capita deo sacrificaturum. Deinde posteaquam ea quorum gratia uenerat, ex animi sententia confecisset, uotum ac sacrum persoluere sine fine cunctabatur, tanquam neq; pium satis, neq; dignum Apollinc. Quæ quidem ex re natũ aiunt, ut postea quotannis hecatomben ei deo pollicere sint soliti: neq; reddere tamen quod essent polliciti: Thessalorum fraudulentiam notat & Euripides in Phœnissis:

Καὐτῶς νοσοῦσας ἐτεοκλῆς τὸ θεσσαλῶν
Εἰσήγαγε τὸ σόφισμ' ὁμιλίᾳ χθονός. id est,
At sentiens hoc Eteocles, mox Thessalam
Adhibuit artem, gentis ob commercium. idem alibi:
Πολλοὶ παρῆσαν, ἀλλ' ἄπιστοι θετταλοί. id est,
Multus quidam aderat, lubrica tamen fide
Grex Thessalorum.

Idem declarat Demosthenes in Olynth. prima. Εἶτα τὰ τῶν θετταλῶν, ταῦτα γὰρ ἄπιστα μὲν ἦν ἅπαντα φύσει καὶ ἀεὶ πᾶσιν ἀνθρώποις. i. Accedunt, inquit, ad hæc res Thessalorum, quæ profecto cunctis quoq; mortalibus natura, semperq; infidæ fuerunt. A' quibusdam sic refertur hoc adagium: ἀεὶ γὰ τὰ τῶν θεσσαλῶν ἄπιστα. i. Semper enim res Thessalorum infidæ. Aristophanis enarrator ab Iasone natum prouerbium existimat, quod is Medeæ promissam fidem soluerit, quod quidem illa illi exprobrat apud Ouid. in Heroidum epistolis. Prouerbij meminit & is qui fragmenta nobis Athenæi tradidit.

Thessalorum alæ. XI

Θεσσαλικαὶ πτέρυγες. i. Alæ Thessalicæ. Prouerbiali ioco quondà dicebatur in uestes manicatas, quas Græci χειροδότους uocant: quòd hoc genere per luxum ac delicias uterentur Thessali. Apud Maronem hoc amictus genus tanquam parum uirile, Troianis ab hostibus opprobratur:

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

Et apud Plautum quidam cultu punico, uelut alijs exotica, ridetur propter manicas, aut angulos alarum instar, utrinq; propendentes atq; extantes.

Thessala mulier. XII

Θεσσαλικὴ γυνή. i. Thessalica mulier. In ueneficas, malarumq; peritas artium dici solitum. Propterea quòd ea gens præter cæteras hoc nomine notata est, id quod ex Apuleiano asino pluribusq; scriptoribus alijs satis liquet. Vnde Horatius in Odis:

Quæ saga, quis te soluere Thessalis
Magus uenenis, quis poterit deus?

Plautus in Amphit. ueneficiũ appellat Thessalum. Et Strepsiades apud Aristophanẽ in Nubibus consulit Socratem, an adhibenda sit Thessala incãtatrix, quæ lunã cœlo detrahat, quo minus in Neomenia cogatur æs alienũ reddere. Eã superstitionẽ in Thessalos à Medea profectam existimant, quæ cũ illac fugeret, per aërem uecta, scriniolum ueneficijs ac magicis herbis plenũ deiecerit, caq; sparsa suppullulasse. Quin & Plin. lib. 30. cap. 1. docet, magiam ad Thessalos usq; propagatam, diu ab ea gente cognomen obtinuisse, adeo ut Menander quoq; literarum subtilitatibus peritus, Thessalam cognominarit fabulam, complexam ambages fœminarum detrahentium lunam.

In sinu gaudere. XIII

In sinu gaudere, est tacitam apud se uoluptatem sentire, neq; quod uulgò faciunt, foras proferre gaudij notas. Tibullus:

Qui sapit, in tacito gaudeat ille sinu.

Propertius item:

In tacito cohibe gaudia clausa sinu. Idem:
Alter in alterius mutua flere sinu.

De amantibus dictum, qui secretas animi curas inuicem effundunt, quas alijs celant tamen. Cicer. Tusc. quæst. lib. 3. Quoniam hæc plausibilia nõ sunt, ut in sinu gaudeant, gloriosè loqui desinant. Plin. Cæcil. lib. 2. Epist. 1. Quibus ex causis necesse tanquam immaturam mortem eius in sinu tuo defleam. Est aliquoties apud Senecam. Velut in epist. 106. si bona tua non iactaueris, si scieris in sinu gaudere. Atque ea quidem loquendi figura uidetur ab Homero sumpta mutuo, qui in Odyssææ 22. lib. sic ait:

ἐν θυμῷ γενῦ χάρη καὶ ἴσχεο.
In tacito longæua sinu preme gaudia nutrix.

Perinde

Ayuntamiento de Madrid

Perinde dictũ eſt,in ſinu,quaſi dicas,in pectore tuo,nõ in labijs aut frõte, quibus partibus uulgus cõſucuit prodere quid in animi penetralibus occultat. M. Tullius in epiſt. quadam ad Q.fratrem: Mihi crede,in ſinu eſt,neque ego diſcingor. His uerbis promittit fidem ſilẽtij. Nam ſi quis diſcingatur, effluit quod ſinui creditum eſt. Plutarchus in uita Catonis Vticẽſis è ſinu dixiſſe uidetur,pro intima familiaritate. Ὅπαντες πεῖσωνά τε καλοῦσιν, ὃς ἦν πολὺς ἐν κάσαρι καὶ γυναικὸς, καὶ γαβίνιον πεῖλεν, ὃν τῶν πομπηΐου κόλπων ἄνθρωπον. ὡς φασιν εἰ τὸ πρόπαν ἀνθρώπους βίον ἐλόντες. i. Piſonem Calfurniũ,qui erat pater uxoris Cæſaris,& Gabinium Paulum ex intimis Pompeij ſinibus,ut aiunt qui mores ac uitam hominis norunt. Scæuola libro Pandect. 22.tit. De probationibus cap. 27. paulo diuerſius uſurpat. Quod omnem,inquit, fortunam & ſubſtantiam, ſi quam à matre ſuſceperat, in ſinu meo habui ſine ulla cautione. In ſinu meo dixit, pro in poteſtate ac fide mea: quòd enim alterius fidei committimus, in ſinum deponere dicimur. Ita Terent. Hanc mihi in manum dat.

Feras,non culpes,quod uitari non poteſt. XIIII

A. Gellius ſcribit Publij Mimi ſententias aliquot, ad communem ſermonem accommodatiſſimas uulgò circũferri ſolitas,è quibus hæc una eſt quouis philoſophorũ dogmate ſalubrior: Feras non culpes, quod uitari non poteſt. Quibus uerbis admonemur, ut mala fatalia quæ nulla ratione poſſint,neq; declinari,neq; propelli, ſaltem animi æquitate leniantur. Nec aliud tametſi uerbis alijs docet Euripides in Phœniſſis,cùm ait:

—Δεῖ φέρειν τὰ τῶν θεῶν. i. Toleranda fata numinum.

Idem in eiuſdem tragœdiæ calce:

Τὰς γὰρ θεῶν ἀνάγκας θνητὸν οὖσα δεῖ φέρειν. id eſt,
Quippe mortalem neceſſe eſt ferre fata numinum.

Homerus Odyſſeæ lib. 9.

Νῶϊν γ' ὔπως ἔτι δῖος μεγάλου ἀλέασθαι. id eſt,
Nulli fas uitare malum ex Ioue rege profectum.

Huc pertinet & illud ſcitum Varronis dictum: Vxoris uitium aut tollendum eſſe, aut ferendum. Item adagium quod ſuo dicemus loco: Μὴ πρὸς κέντρον λακτίζειν. i. Ne contra ſtimulum calcitres.

Surſum uerſus ſacrorum fluminum feruntur fontes. XV

Prouerbialis allegoria, qua quippiam præpoſtere fieri ſignificamus, legitimasq; rerum uices inuerti, quod genus ſit, ſi puer ſenem admoneat, diſcipulus præceptorem docere conetur, ſeruus imperare domino. Sumptum eſt adagium ex Euripidis Medea:

ἄνω ποταμῶν ἱερῶν χωροῦσι παγαί,
Καὶ δίκη, καὶ πάντα πάλιν τρέπεται.
ἀνδράσι μὲν δόλια βουλὰ, θεῶν δὲ
Οὐκέτι πίστις ἄρηρε.

Quibus uerbis chorus indicat,priſtinum rerum ordinem inuerti: uiros iã dolis mulieribus uti, neq; manere promiſſis: cõtrà mulieres audere uirilia. Vſurpat hãc paroimiã Lucianus in Terpſione, ubi hæredipeta deluſus Plutonem incuſat, quòd ipſe iuuenis adhuc morte præreptus eſſet, ſuperſtite ſene quẽ captauerat, idq; cõtra naturalem ordinem. ἄνω γὰρ ποταμῶν τὸ τόγε, inquit. Rurſus idem in Apologia libelli, περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων. Πολλὴ γοῦν ἡ διαφωνία τῶν βίβλων πρὸς τὸ σύγγραμμα, καὶ τὸ ἄνω ποταμοὶ χωρεῖν, καὶ ἀναγράφθαι τὰ πάντα, καὶ παλινῳδεῖν πρὸς τὸ χεῖρον τάχιστα ἂν εἴη. i. Longe, inquit, latéq; à ſcriptis tuis nunc diſſidet uita. Iamq; illud quod aiunt, accideret, ut ſurſum uerſus incedant flumina, cunctáq; pariter inuerterentur, ac in deterius recantarẽtur. Vſurpat & Diogenes Laërtius in uita Diogenis Cynici, narrans quemadmodũ Diogenes,ubi perinde quaſi dominus eſſet,non ſeruus,hero ſuo mandaret. ut quod erat iuſſus faceret: atq; ille prouerbio reſpondiſſet, ἄνω ποταμῶν ἱερῶν. Atqui ſi medicum, inquit, ægrotus, eſſes ære tuo mercatus, utrum illi monẽti pareres, an iſtum ad modum reſponderes, ἄνω ποταμῶν; Vſurpat & Ariſtot. in Meteorologicis. Eodem alluſit Vergil. in Aeneid. cùm ait:

Amnis & Adriacas retro fugit Aufidus undas.

Vbi Seruius admonet ſubeſſe prouerbium de re neq; ueriſimili,neq; conſiſtente. Flaccus in Odis ſic extulit:

—Quis neget arduis
Pronos relabi poſſe riuos
Montibus, & Tyberim reuerti:
Cum tu coëmptos undiq; nobiles
Libros Panætij, Socraticam & domum,
Mutare loricis Iberis
Pollicitus meliora,tendis?

Vbi prouerbium annotauit Porphyrion.

Item Ouidius in Heroidum epiſtolis:

Cum Paris Oenone poterit ſpirare relicta,
Ad fontem Xanthi uerſa recurret aqua.
Xanthe retro propera,uerſæq; recurrite lymphæ,
Suſtinet Oenonem deſeruiſſe Paris.

Item Propertius,

Fluminaq; ad caput incipiunt reuocare liquores.

Ad felicem inflectere parietem. XVI

Ariſtophanes in comœdia cui titulus, Ranæ, belliſſimum uſurpat adagium, quod utinam in literis duntaxat extaret,non etiam in omnium prope mortalium uita,

Ταῦτα μὲν πρὸς ἀνδρός ἐστι
Νοῦν ἔχοντος καὶ φρένας, καὶ
Πολλὰ πειρασικότος
Μετακυλινδεῖν αὐτὸν αἰεὶ
Πρὸς τὸν εὖ πράττοντα τοῖχον. id eſt,
Nam uiri eſt prudentis illud,
Atque cordati, catiq;
Multum aquæ cui nauigatum, ut
Semper ad felicius ſe
Cautus inflectat latus.

Prouerbium autem ita commodius effertur: πρὸς τὸν εὐπράττοντα τοῖχον ῥέπειν. id eſt, In felicem parietem uergere. Ariſtophanis interpres translatum exiſtimat ab his qui naui uehuntur: qui ſi quando nauis alterum latus fluctu deprimatur, protinus in alterum tranſcurrunt, quod altius extat ab undis. Dicetur & in hos qui commodi ſui reſpectu ſemper ad potentiores ac fortunaciores amicos applicant ſeſe: ac quemadmodum muſcæ ad culinæ nidorem aduolant reuolantq;, ita fortunam potiorem in amicitia,non fidem ſequuntur. Aut qui dum eſt anceps exitus belli, quietem agunt: porrò ſimul atque iam inclinarit fortuna, ut appareat utra pars ſit victoriam reportatura, protinus ad eam adiunguntur. Hoc animo legitur fuiſſe Metius ille Vergilianus, & Polymneſtor qui uictricia arma ſecutus, magis quàm hoſpitij fidem, Polydorum obtruncat, & auro ui potitur. Huiuſmodi genus hominum eleganter notat idem Ariſtophanes in Pluto. Siquidem hic Chremylus iam diues factus, queritur ſeſe obtundi huiuſmodi ſalutatoribus qui aurum olfecerant:

Βάλλ' ἐς κόρακας, ὡς χαλεπόν ἐστιν οἱ φίλοι
Οἱ φανόμενοι παραχρῆμα ὅτ' ἂν πράττῃ τις εὖ. i.
Malam in crucem, ut res eſt moleſta, ubi illico
Ad res ſecundas demum amici prouolant.

Eodem

Ayuntamiento de Madrid

Eodem pertinet Euripideum illud ex Medea,

Πένητα φεύγει πᾶς τις ὢν προδῶν φίλον. id est,
Tenuem atque egenum cuncti amici deserunt.

Antiphanes in Progonis, citante Athenæo lib. 6.

Μή μοι ποτ' ἔλθῃς ὅτ' ἂν ἐγὼ πράττω κακῶς. id est,
Ne tum mihi adsis, quando res cedunt male.

Interpres prouerbium subesse admonet, dici solitũ in eos, qui tum amicorũ consuetudinem deserunt, cũ in periculis uersantur. Cæterum poëtam uerbis in contrarium uersis ad paræmiam alludisse, quæ rectè sic efferri consueuerit:

Μή μοι ποτ' ἔλθῃς ὅτ' ἂν ἐγὼ πράττω καλῶς. id est,
Ne tum mihi adsis, quando res sunt prosperæ.

Ad hoc facit et illud apud Euripidẽ ĩ Oreste: τὸν φίλον
ἐν τοῖς κακοῖς χρὴ τοῖς φίλοισιν ὠφελεῖν.
ὅτ' ἂν δ' ὁ δαίμων, ᾧ δικαίως, τί χρὴ φίλων;
ἀρκεῖ γὰρ αὐτὸς ὁ θεὸς, ὠφελεῖν θέλων. id est,
Iuuare amicos rebus afflictis decet.
Quorsum opus amicis, cum benigna fors fauet?
Siquidem ipsa per se sufficit Rhamnusia,
Volens secundis adiuuare fauoribus.

Idem pœta propius alluſit ad adagiũ in eadem tragœdia, nisi quod catholicam sententiam ad præcones retulit:

Τὸν γὰρ τοιοῦτ' ἐς', ἐπὶ τὸν δ' τυχῶ
Πιθῶ' ἀεὶ κήρυκες. ὅθεν δ' αὐτοῖς φίλον,
ὅς ἂν δικαίως πόλεως, ἔνθ' ἀρχᾶσιν ἦ. id est,
Nanque id genus sunt usque præcones, uti
Feliciorum partibus se accommodent,
Amentq; demum hunc, qui sit inter principes,
Reiq; qui temperat habenas publicæ.

Idem in Hercule furente:

Καὶ τῶν καλῶν μὲν ὅς τις ἀπολάυει θέλει,
Συμπλεῖν δὴ τοῖς φίλοισιν δυστυχοῦσιν, δ'. id est,
Cui res secundæ, huic nauiganti quilibet
Comes ire quærit, non item infelicibus.

Huc pertinet, quod Arist. lib. Moral. Eudemiorũ 7. prouerbium dictum ostendit, χρόνος δεικνύει τὸν φιλούμενον; i. Tempus indicare quis uerè amet. Tempestas enim arguit amicitiam, ac fucatos illos amicos detegit.

Amico amicus. XVII

Quod est apud Terentium in Phorm. Sólus est homo amico amicus, Donatus indicat esse paræmiam, atque ita legi apud Apollodorum, cuius utiq; Phormio græca est: Μόνος ἐπίστατο φιλεῖν τοὺς φίλους. i. Solus nouit diligere amicos. Aristoph. apud Athenæum:

—ἀλλ' ὀδὲν μέλει
Τῶν σκωμμάτων μοι, τῶν φίλων γὰρ ὢν φίλος
ἔργοισι χρηστὸς, ὐ λόγοις ἔφυν μόνον. id est,
—At nil moror dicteria
Amico amicus cum siem, factis: neq;
Verbis modo prodesse propositum mihi,
Sed re simul factisq;.

Ipsa figura prouerbium præ se fert, quemadmodum initio demonstrauimus. Quadrabit in eos qui nullum officium refugiunt, modo gratum faciant amicis. Huic affine uidetur illud Euripidis in Medea:

Βαρεῖαν ἐχθροῖς καὶ φίλοισιν δυμενῆ. id est,
Beneuolam amicis, rursus asperam hostibus.

Theocritus in Aita,

ἀλλήλους δ' ἐφίλησαν ἴσῳ ζυγῷ, ἦ ῥα τότ' ἦσαν
Χρύσειοι πάλαι ἄνδρες, ὅκ' ἀντεφίλησ' ὁ φιλητός. i.
Par amor ambobus, mortales aurei olim
Viuebant, tum cum redamabat amatus amantem.

Aristoteles apud Laertium crebro solitus est dicere, ὦ φίλοι, φίλος ἄλλος, significans ueram amicitiam interisse inter mortales.

Muneribus uel dij capiantur. XVIII

Quod scripsit Ouidius:

Munera credo mihi capiunt homines; deosq;.
Placatur donis Iuppiter ipse datis.

Euripides in Medea, uulgi sermone fuisse celebratum ostendit, cùm ait:

Πείθειν δῶρα καὶ θεοὺς λόγος.
Χρυσὸς δὲ, κρείσσων μυρίων λόγων βροτοῖς. id est,
Donis uel ipsos dicitant flecti deos.
Certè inter homines, mille dictis lutcum
Præpollet aurum prorsus ac præponderat.

Celebratur & hic uersiculus, quem etiam usurpauit Plato libro tertio Politiæ,

Δῶρα θεοὺς πείθει καὶ ἀδαμάστους βασιλῆας. id est,
Cum diuis flectunt uenerandos munera reges.

Vnde Seneca philosophi cuiusdam apophthegma referens ait: Omnium esse dulcissimum accipere.

Manum de tabula, XIX

M. Tullius in epistola quadam: Heus tu manum de tabula. Magister adest citius quàm putaramus. Videtur autem hac prouerbiali figura, manum de tabula, admonuisse ut desisteret à scribendis dicteriis. Allusum autem apparet ad Apellis nobilissimi pictoris dictum: qui cum Protogenis opus immensi laboris ac curæ supra modum anxium miraretur, ait omnia sibi cum illo paria esse, aut illi meliora, sed uno se præstare, quod manum ille de tabula nesciret tollere, memorabili præcepto, nocere sæpe nimiam diligentiam. Hæc Plinius lib. 35. cap. 10. Proinde si quando admonebimus, ut recedat aliquis ab opere negotiove, quod in manibus habet iubebimus illum manum de tabula tollere. Peculiariter autem conueniet in quosdam scriptores plus satis accuratos, & morosæ cuiusdam diligentiæ, qui sine fine premunt suas lucubrationes, semper aliquid addentes, adimentes, immutantes, & hoc ipso maximè peccantes, quia nihil peccare conantur.

Emere malo quàm rogare. XX

M. Tullius in Verrinis actionibus adagij uice citat: Emere malo quàm rogare. Quo significatum est, haud quaquam gratis accipi quod precibus emitur: imò nihil emi charius quàm quod roganti datur. Durum enim illud uerbum ingenuis animis rogo, nec inter amicos unquam expectandum, autore Seneca. Translatum à ueterum consuetudine, qua uicinus à uicino supellectilem commodato rogabat, quam ipse fortè domi non habebat. Hunc autem morẽ antiquitus fuisse ex Plauti tum Aulularia, tum Rudentibus licet cognoscere. L. Apuleius in Floridis. Neq; enim leui mercede emit qui precatur: aut paruum pretium accipit qui rogatur, adeò ut omnia utensilia emere potius uelis quàm rogare. Idem innuit, obscurius quidem, sed eleganter, Græcis celebratum prouerbium, quod alio reddemus loco, εὔχου τῷ πλησίον ἔχειν, ἐπὶ πλέονι τῇ χύτρᾳ. i. Precare uicino ut habeat, magis autem ollæ. Significat autem, optandum quidem, ut uicinum habeas locupletem, à quo queas utendum sumere, quod ipse domi non habes: uerum multo satius esse, te ipsum domi possidere, quicquid postulat uitæ usus.

Manum non uerterim. Digitum non porrexerim. XXI

Prouerbialis hyperbole: Manũ nõ uerterim, pro eo quod est, nihil omnino laboro, aut mea nihil refert. Nihil enim facilius quã manũ uertere. Extat præter alios apud Apuleiũ in Apologia magiæ: Quid de me, inqt, Mezẽtius sentiet, manũ non uerterim. Item Cic. lib. 5. De finibus: Ne manũ quidẽ uerteros fuisse. Idem eius operis lib. 3. Chrysippus quidem

Ayuntamiento de Madrid

quidem & Diogenes detracta utilitate, ne digitum quidem eius causa porrigendum esse dicebant, quibus ego uehementer assentior. Agit illic de gloria siue bona fama, quæ sit omnino contemnenda, si nihil adferat utilitatis, iuxta illud è Satyra, Gloria quantalibet, quid erit si gloria tantum est? De pollice uerso diximus alibi. Quintil. lib. 11. scribit, manuum gestus tantum habere momenti in pronuntiatione, ut propemodũ uelut altera lingua pro omnibus uerbis loquatur. Sed admirationi propriè cõuenit ille gestus, quo manus modice supinata, ac per singulos à minimo collecta digito, redeunte flexu simul explicatur atq; conuertitur. Interrogationi congruit ille, cum uertimus manum utcunque compasita est. Quin & hodie manum erectam inuertimus, quoties discrimen minimum significamus. In sermone quem modo citauimus ex Quintiliano, quod est pro omnibus uerbis, puto rectius legi, pro omnibus membris, ut intelligas, quicquid cæterarum corporis partium gestu significari potes, id solam præstare manum. Apud Plutarchum in uita Timoleontis quidam missus ad Andromachum, post multa inhumaniter ac barbaricè dicta, manum denique porrexit, ac modo supinam, mox pronam ostendit, minitans hoc gestu se subuersurum illorum ciuitatem. At Andromachus ridens, nisi quod manu similiter supinata, ac mox uersa, iussit illum quàm primum abire, nisi uellet talem reddi nauem ipsius.

Semper Leontini iuxta pocula. XXII

Ἀὶ λεόντιοι περὶ τοὺς κρατῆρας. id est, Semper Leontini iuxta crateres. In uoluptarios quadrabit, aut in eos qui semper iisdem studijs sunt addicti. Leontini Siciliæ populi sunt, quos ubi Phalaris expugnasset, ne quando rebellionem pararent, ademptis armis ad compotationes & uoluptates reiecit: atque hinc natum adagium quod refertur à Diogeniano.

Cestreus ieiunat. XXIII

Κεστρεὺς νηστεύει. id est, Cestreus ieiunat. De famelicis & uoracibus dici conuenit. Vnde & qui fame oscitant, κεστεῖς dicuntur, & κεστεύειν, quod conuicium olim in Athenienses iactum tradit Hesychius. Alij malũt referre ad eos qui uitam innocuam agunt, & ab aliorum iniurijs abstinent, nec ullum emolumentũ ex sua innocentia ferunt. Est enim cestreus piscis genus quoddam, quod reliquis mutua deuoratione uictitantibus, unum ab aliorum carnibus abstinet, idcoq; non capitur esca, sed in limum abdit sese, atque ibi perdurat: & ut arbitrantur nonnulli, limo pascitur. Quin captus etiam non alitur escis, aut ullo animante, cũ sit acutis dentibus. Quin ipse impune deuoratur à lupo, atq; ob id quia non sit edax, parum est esculentus. In metu uerò caput occultat, arbitrans totum corpus iam esse tutum. Vnde & Aristophanes apud Athenæum:

Ἀρ' ἔνδον ἀνδρῶν κεστρέων ἀποικία; id est,
Num intus uirorum Cestreum colonia? Alludit ad
Cestrinam Chaoniæ partem. Et apud eundem Diphilus:
Κεστρεὺς ἄρ' εἶμι ἕνεκα νηστείας ἄκρας. id est,
Cestreus futurus ob inediam grauissimam.

Rursum libro septimo refert ex Anaxandride:

Τὰ πολλὰ ἄδειπνος περιπατεῖ, κεστρεὺς δίκην νάγχης. i.
In cœnis obambulat ferè, ieiunus ille mugil.

Refertur adagium à Zenodoto, Diogeniano, Suida, Athenæo libro Dipnosophistarum septimo, qui quidem præter alia complura & illud asscribit, piscem à nonnullis appellari ploten, & à congro deuorari, ut congrum ipsum à murena. Theodorus Gaza mugilem uertit.

Vbi amici, ibi opes. XXIIII

Plautus in Truc. Verum est uerbum quod memoratur: ubi amici, ibidem opes. Citatur & à Fabio prouerbij uice, lib. Orat. institutionũ 5. Sensus est potiores esse amicos quàm pecuniam, & ad uitæ præsidium plus habere momenti amicos citra pecuniam, quàm absq; amicis opes. Vnde & apud Scythas, autore Luciano, is habebatur ditissimus, qui certissimos & optimos amicos possideret. Verum si quis ad huius seculi mores respiciat, adagium inuertendum existimabit: ubi opes, ibi amici. Quandoquidem.

Vulgus amicitias utilitate probat. Et,
Illud amicitiæ quondam uenerabile nomen
Prostat, & in quæstu pro meretrice sedet.

Terra uolat. XXV

Ἡ γῆ ἵπταται. id est, Terra uolat. De re uehementer absona, quæq; nullo pacto fieri queat. Suidas hoc adfert exemplum τῆς ἀδυνάτου. Iulianus in epistola quadam prouerbij nomine refert, mutato uerbo, κέφαλος ἡ γῆ, καθάπερ ὁ λόγος. id est, Leuis terra, quemadmodum dicitur. Adagium hoc ad illorum affinitatem pertinet quæ retulimus alibi: Ζεὺς ἅπασι, id est, Iupiter orbus. Et,

Nil intra est oleam, nil extrà est in nuce duri.

Ilias malorum. XXVI

Ιλιὰς κακῶν. id est, Ilias malorum. De calamitatibus maximis simul & plurimis. Propterea quòd in Iliade Homerica nullum mali genus non recensetur. Vnde ex hac docti putant tragœdiarum argumenta fuisse sumpta, sicut ex Odyssea comœdiarum. Est autem opus uersibus, uiginti quatuor uoluminibus uix absolutum. Vnde & quamuis orationem plus satis prolixam, Iliade longiorem uocant, ut Aeschines aduersus Demosthenem, ταῦτα ὑπὲρ διδόσιν ἀναγνῶσαι ψήφισμα τῷ γραμματεῖ, μακρότερον μὲν τῆς ἰλιάδος, κρείττονα δὲ τοῦ λόγου ὄντα ἔωθεν λέγειν. id est, His dictis decretum scribæ legendum tradit, prolixius quidem Iliade, uanius autem uerbis ijs quæ dicere consueuit. Eustathius inuertit adagionem ad hunc modum, καὶ παροιμία μέν τοι κακῶν ἰλιάδα φησίν, ἄντικα ὑπὲρ καλῶν πάντων ὁδύσσειαν. id est, Iliadem malorum prouerbium ait, at hæc omnium bonorum Ilias. Synesius, in epistola quadam ad fratrem: καὶ ὅλως κακῶν ἄρ' ἰλιὰς περιέσχε τὴν πόλιν ἡμῶν. id est, In summa malorum Ilias circunstetit urbem nostrã. Plutarchus in Præceptis coniugal. ὁ μὲν οὖν ἐκείνων ἰλιάδα κακῶν ἔλλησι καὶ βαρβάροις ἐποίησεν. id est, At illorum nuptiæ Iliada malorum Græcis ac barbaris inuexerunt. Loquitur enim de coniugio Paridis & Helenæ, quod inæstimabilium malorum fuit causa. Vtitur & M. Tullius in epistolis ad Atticum: Tanta malorum impendet Ilias.

Lerna malorum. XXVII

Λέρνη κακῶν. id est, Lerna malorum, de malis item plurimis simul in unum congestis & accumulatis. Paræmiam Strabo commemorat, lib. Geographiæ 8. scribens, Lernam lacum fuisse quempiam, Argiuorum ac Mycenæorum agro communem, in quem cum passim ab omnibus purgamenta deportarentur, uulgò natum prouerbium λέρνη κακῶν. id est, Lerna malorum. In hoc lacu poëtæ fingunt hydram illam septem capitum constitisse, quam Hercules igni Græco confecerit. Eam autem hydram Hesiodus scribit, ex Echidna & Typhaone prognatam, alitam à Iunone: nimirum in odium Herculis. Zenodotus ait, locum quempiam fuisse in Argolica, in quem cum omne sordium genus promiscue conijcerent, fœtidas inde ac pestilentes nebulas solitas exhalari. Quanquam rectius autumant, ut adagium ad Danaidum fabulam referatur. Nam ferunt Danaum quinquaginta iuuenes, Aegypti filios, quibus totidem filias suas collocarat, omnes eadem nocte trucidasse, atq; horum capita in eum locum fuisse congesta. Hinc ortum esse prouerbium. Nec; uerò negat fieri potuisse, ut contumeliæ causa in eundem locum in quo capita

Ayuntamiento de Madrid

compoſuerat, iuſſerit & pergamenta comportari. Itaque quoties hominem ſignificamus uehementer infamem, atq; omni turpitudinis genere contaminatum, aut cœtum hominum peſtilentium, quaſiq; ſentinam & colluuiem facinoroſorum, rectè dicemus, λέγειν κακῶν. id eſt, Lernam malorum. Apud Heſychium Cratinus comicus theatrum quod ex uaria mixtaq; hominum colluuie conſtaret, λέγνιον θεατῶν appellauit.

Mare malorum. XXVIII

Κακῶν θάλασσα. id eſt, Mare malorum, dici ſolitum de calamitatibus immenſis & omnigenis, inde ſumptum quòd mare res quædam eſt infinita, uel quòd infinitis erumnis abundant qui in eo uerſantur. Euripides in Hippolyto ſtephanophoro:

Κακῶν δὲ θάλας πέλαγος εἰσορῶ,
Τοσοῦτον ὥστε μή ποτ' ἐκνεῦσαι πάλιν. id eſt,
Tantum malorum pelagus aſpicio miſer,
Vnde enatandi nulla ſpes alluceat.

Plautus in Aſinaria, meretricem & lenã mare uocat, tanquam omnium autores calamitatum. Mare, inquit, non eſt mare: uos eſtis mare acerrimũ. Aeſchylus in Supplicibus:

Κακῶν δὲ πλῆθος πόταμος ὡς ἐπέρχεται,
Ατης δ' ἄβυσσον πέλαγος ἡ μάλ' ἔυπορον, id eſt,
Agmen malorum fluminis ritu ingruit,
Velutiq; pelagus altum, ita ut fundo uacet,
Nec ſine periclo nauigetur maximo.

Quin & ſacræ literæ uim inexhauſtam rei cuiuſpiam ſignificantes, abyſſum appellant. Itidem diuus Chryſoſtomus περὶ ἱερωσύνης lib. 6. θέα, inquit, τὴν ἄβυσσον τῶν πόνων, uide inquit laborum immenſum pelagus.

Mare bonorum. XXIX

Dicitur & diuerſum in partem, ἀγαθῶν θάλασσα. id eſt, Bonorum mare, de magnis & uehementer cumulatis commoditatibus. Vel quòd ipſum mare miniſtret innumerabiles opes rerum, puta piſcium, gemmarumq; : uel quòd ampliſſimum profundiſſimumq; ſit adeò ut nec exhauriri poſſit, nec reáundet unquam, cum tanta fluminum uis in ipſum influat.

Theſaurus malorum. XXX

Θησαυρὸς κακῶν. id eſt, Malorum theſaurus. Ad eundem modum inuenitur cum alibi, tum apud Euripidem in Ione:

Οἴμοι, μέγας θυσαυρὸς ὡς ἀνείγνυται Κακῶν. id eſt,
Me miſeram ut ingens panditur theſaurus, ac
Penus malorum.

Extat inter Græcanicas ſententias huiuſmodi ſenarius:

Θησαυρὸς ὀρθὴ τῶν κακῶν καπὴ γυνή. id eſt,
Theſaurus eſt mulier malorum, ſi mala eſt.

Vſurpauit adagium Plaut. in Merc. Tu quidem theſaurum huc apportaſti mali. Vnde eſt & illud crebrius in arcanis literis: Theſaurizant ſibi malum, id eſt, colligunt, accerſunt, quaſiq; reponunt. Siquidem theſaurum propriè uocamus, rerum utilium uim pariter reconditarum.

Aceruus bonorum. XXXI

Ἀγαθῶν σωρὸς, id eſt, Bonorum aceruus. De opibus ingentibus. Vnde & frequenter extructas dapes, extructas opes, & cumulatas opes pro copioſis legimus, tanquam aceruatim congeſtas, neq; pondere, neq; numero, ſed ipſo cumulo infuſas. Ariſtophanes in Pluto:

Ἡμῖν γὰρ ἀγαθῶν σωρὸς εἰς τὴν οἰκίαν
Ἐπεισπέπεικεν, ὥλεν ἀδίκως πόρῳ. id eſt,
Nobis bonorum aceruus influit in domum
Sine fraude, nemini patrata iniuria.

Idem in eadem fabula.

Ὡς ἀγαθὰ συλλήβδην ἅπαντα σοι φέρω. id eſt,
Vt aggregatim cuncta tibi ferã bona.

Rurſum in eadem fabula per iocum in malam partem flexit,

Δηλοῖς γὰρ αὐτὸν σωρὸν ἥκειν χρημάτων ἔχοντα. id eſt,
Veniſſe narras, qui ferat pecuniarum aceruum.

Verba chori ſenilis, cui Carion ſeruus iocans ita reſpõdet:

Πρεσβυτικῶν μὲν ἕν κακῶν ἐγώ' ἔχειν σωρὸν. id eſt,
Imò ſenilium ferat qui ad uos malorum aceruum.

Alluſit autem ad ſenectutem illorum iam capulo uicinam. Nam σωρὸς per o μικρὸν tumulum ſignificat ſepulcralem. σωρὸς per ω μέγα cumulum atq; aceruum. Proinde conſentaneum eſt, ſeruum eius uocis ſyllabam data opera perperam pronuntiaſſe. Hæc atq; id genus alia tum fiunt uenuſtiora, quemadmodum iam ſæpius admonuimus, ſi paulo longius à ſimplici ſenſu detorqueantur. Veluti ſi quis dicat, in alijs oratoribus alias atque alias eminere dicendi uirtutes, in M. Tullio uno τῶν πάντων ἀγαθῶν σωρὸν εἶναι, id eſt, Omnium bonorum aceruum eſſe. Reſipiunt huius adagij naturam illa Ciceroni familiaria, cumulare officijs, cumulatiſſimè ſatisfacere, cumulus meritorum.

Bonorum myrmecia. XXXII

Ἀγαθῶν μυρμηκία. id eſt, Bonorum myrmecia, de immenſis opibus. Nam Myrmecia Græcè ſignificat cauernam, aut agmen formicarum. Quanquam ab illis formicis ſumptum uideri poteſt, de quibus meminit Plinius lib. 11. cap. 31. quas ait eſſe colore fulium, magnitudine luporum Aegypti. Eas in ſeptentrionali Indorum, qui Dardæ uocentur regione, aurum è cauernis egerere. Erutum hyberno tempore, Indi furantur æſtiuo feruore, conditis propter uaporem intra cuniculos formicis: quæ tamen odore ſolicitatæ prouolant, neq; raro lacerant, quamuis præuelocibus camelis fugientes. Atq; huc uidetur reſpexiſſe diuus Baſilius, cum ſcribit ad nepotes, quicquid ultra neceſſitatem uſus ſuperceſſet, ſiue id eſſet Lydia gleba, ſiue formicarum auriferarum opus, hoc magis eſſe contemnendum, quo minus eſſet eo opus. Quanquam nihil prohibet, quo minus ad noſtras formicas referatur, non ſolum propter innumerabilem agminum multitudinem, uerumetiam propter genuinam quandam animantis in accumulando penore induſtriam, ore trahentis quodcunque poteſt, atq; addentis aceruo, quemadmodum ſcripſit Flaccus. Quæ quidem ex re factum opinor, ut antiquitus formicarum cœtus opulentiam portenderit. Quemadmodum teſtatur Cicero libro De diuinatione primo: Midæ, inquiens, illi Phrygio cum puer eſſet, dormienti formicæ in os tritici grana congeſſerunt. Ditiſſimum fore prædictũ eſt, quod euenit. Huc alluſit Theocritus in Encomio Ptolemæi.

Μυρμάκων ἅτε πλοῦτος ἀεὶ κέχυται μογέοντων. id eſt,
Nec ſecus, ac formicarum ſemper properantum
Diuitiæ ſunt extructæ. Idem in Syracuſanis,
Μύρμακες ἀνάριθμοι καὶ ἄμετροι. id eſt,
Formicæ numeroq; modoq; carentes.

Turbam hominum frequentem ſignificans. Huic affine generi eſt quod Plato lib. De repub. nono, τὸ τῶν ἡδονῶν σμῆνος dixit, id eſt, uoluptatum examen, & Socrates apud Plutarchum Cheronenſem, ἀρετῶν σμῆνος. id eſt, uirtutum examen, pro turba numeroq; immenſo. Porrò locus quem adducit Plutarchus, eſt in Menone Platonis. Confine eſt his quod idem adducit in Cratylo, σμῆνος σοφίας, id eſt, examen eruditionis. Item quod apud Athenæum libro octauo, Alexis ſcripſit in Pamphila,

Παρέθηκα τὴν τράπεζαν, ἅτα παραφέρων
Ἀγαθῶν ἁμάξας. id eſt,
Appoſita menſa eſt, plauſtra deinceps intulit Bonorum

Dathus bonorum. XXXIII

Δάθος ἀγαθῶν. id eſt, Dathus bonorũ, in eandem ſententiam dici

dici consuevit. Est autem Dathus Thasiorum colonia iuxta Strymonem, cum alioquin opulenta ac florens, tum quod habet etiam auri venas, ut hinc in prouerbium abierit, Δάθ' ἀγαθῶν. id est, Dathus bonorum, de confirmata rerum opulentia. Prouerbij præter alios meminit Suidas, apud quem legimus Δατὸς, non Δάθ'.

Thassus bonorum. xxxiiii

Θάσ' ἀγαθῶν. id est, Thassus bonorum. Similiter natum adagium, nempe à loci fertilitate. Nam Thassus insula est iuxta Thraciam. Zenodotus huiusmodi quandam fabulam refert: Callistratus orator demigrans Athenis, persuadere conatus est Atheniensibus, ut regionem, quæ ex aduerso erat, incolerent, multa splendida de eius feracitate iactitans, & quòd auri venas haberet, & quòd glebam optimam. Deniq; in summa, inquit, Thassus bonorum est, hinc in uulgi sermonem abiisse, Θάσος ἀγαθῶν. id est, Thassus bonorum, de ijs qui splendida pollicentur.

Hostium munera, non munera. xxxv

Priscorum superstitio credidit, obseruanda uel maximè munera, à quibus quo animo mitterentur: propterea quòd quæ darentur ab ijs qui nobis male cuperent, exitio plerunque fuisse constaret: ita ut fuit pyxis illa fallax, per Pandoram à Ioue Prometheo missa: quemadmodum fuit & uestis, qua Medea nouam nuptam Ioſonis donauit: rursus uestis illa, quam Deianira misit Herculi. Prouerbiorum interpretes existimant hanc paræmiam ex historia natam, quæ refertur apud Homerum Iliados lib. 7. Narrat autem Hectorem & Aiacem inita amicitia, dona inter sese permutasse, atq; Hectorem Aiaci donasse gladium, Aiacem Hectori dedisse baltheum: deinde pariter ambobus suum munus exitio fuisse. Siquidem Aiax victus ab Vlysse, cognitisq; ijs quæ per insaniam tum dixerat, tum fecerat, eodem gladio sibi necem conscisit. Item Hector per occasionem balthei occisus est ab Achille iuxta muros Troianos. Adagium refertur apud Sophoclem in Aiace mastigophoro, sed ita refertur, ut non ab Aiace natum, sed tanquam uetus iam tum ab eo uideatur usurpari. Siquidem is posteaquam mori decreuisset, exceratur cum gladium quem quondam ab inimicissimo dono acceperat, cumq; sibi fuisse inauspicatissimum ait, neq; quicquam omnino postea feliciter apud Argiuos succesisse. Deinde suspicionem hanc uulgato dicto confirmans ait,

Αλλ' ἐς' ἀληθὴς ἡ βροτῶν παροιμία,
Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, κοὐκ ὀνήσιμα. id est,
Quin uerum id est mortalium prouerbium,
Non esse dona, dona quæ ueniant tibi
Ab hoste, uerum inauspicata ac noxia.

Hac de re fertur epigramma Græcum huiusmodi.

Ἐκτωρ αἴαντι ξίφος ὤπασεν, ἔκτορι δ' αἴας
Ζωστῆρ', ἀμφοτέρων ἡ χάρις εἰς θάνατος. id est,
Aiaci datus ensis ab Hectore, baltheus Aiace
Hectori, utrique suum donum erat exitio.

Rursum ex alio quodam epigrammate,

Οὕτως δὴ ἐχθρῶν αὐτοκτόνα πέμπετο δῶρα
Ἐν κάκτῳ προφάσει μοῖραν ἔχοντα μόρου. id est,
Atque ita ab hoste hosti ueniunt letalia dona,
Quæ studij specie fata necemq; ferunt.

Huc spectat & illud quod apud Euripidem Medea recusans Iasonis xenia, tanquam pernicicm allatura,

Κακὸν γὰρ ἀνδρὸς, inquit, δῶρ' ὄνησιν οὐκ ἔχει. id est,
Lædit, iuuat nil improbi munus uiri.

Seruius ostendit & Vergilium huc alluisse, cùm ait in Aeneid. lib. 4. —Ensemq; recludit
Dardanium, non hos quæsitum munus in usus.

De gladio loquitur ab Aenea relicto, quo Dido sese cõfo-dit, quem Aeneam hostem, & impium eadem uocat. Huic ascribendum loco, quod arcanæ scripturæ prouerbia admonent, ne de inimico reconciliato simus securi. Item prouerbialis ille senarius,

Λόγον παρ' ἐχθρῶν μή ποτ' ἡγήσῃ φίλον. id est,
Ab hoste dicta ne unquam amica duxeris.

Et alter huic similis,

Ἐχθροῖς ἀπιστῶν μή ποτ' ἂν πάθοις κακῶς. id est,
Diffisus hosti, nil feres unquam mali.

Prouerbium accommodari poterit etiam ad illos qui pauperes munusculis quibusdam captant diuites, ad eum modum liberalitatem illorum uelut elicientes. Neq; enim hoc est dare munus, sed flagitare. Vnde Plutarchus in commẽ. περὶ ΕΙΡ ἓν φιλοῖς, probat quod Dicæarchus Archelao dictum ab Euripide putat,

Οὐ βόλομαι πλουτοῦντι λωρεῖσθαι πτύης,
Μή μ' ἄφρονα κείνης, ἣν διδοὺς ἀκτῖν δοκῶ. id est,
Donare pauper diuiti uelim nihil,
Ne stultus habear, scilicet, si muneris
Titulo atque specie dona uidear poscere.

Quadrabit & in eos qui per artes magicas dæmonum utuntur obsequijs, nam ea demum exeunt in perniciem utentiũ: & in hæredipetas: postremò qui quouis officio captant, non ex animo, sed aliud spectantes. Itaq; mutatione uocule nouabitur paræmia: nempe hoc pacto, Κολάκων ἄδωρα δῶρα, & πονήτων ἄδωρα δῶρα. Denique πονητῶν ἄδωρα δῶρα, quemadmodum admonuimus in operis initio.

Dauus sum, non Oedipus. xxxvi

Oedipi ingeniũ scite proponendis, simul & dissoluẽdis ænigmatum scyrpis nobilitatũ est, propter dissoluta sphingis problemata, adeo ut in prouerbiũ abierit eius nominis appellatio. Velut apud Terent. in Adria, seruus dißimulans intelligere quod herus dixerat, Dauus. inquit, sum nõ Oedipus. Id quod cõmutato nomine potest ad quẽlibet accõmodari. Paulus sum, nõ Oedipus: Antonius sum, nõ Oedipus. Quin ipsa per se figura prouerbialis est, potesq; ad eundem modum fingi ex quauis uel persona, uel re uulgò nobilitata. Vt qui posim hæc omnia meminisse? Petrus sum non Lucullus, Qui posim tantis sufficere laboribus? Nicolaus sum, non Hercules. Qui potero rem tam durã persuadere? Ricardus sum, non Cicero. Sed Terentiano dicto simile est illud Euripidis in Hippolyto coronam gestante,

Οὐ μάντις ἐμὶ τἀφανῆ γνῶναι σαφῶς. id est,
Non sum augur, abdita scire uti queam palàm.

Itidem in Hecuba,

Οὔτοι σίφυκα μάντις, ὥστε μὴ κλύων
Ἐξιςορῆσαι σῶν ὁδὸν βουλευμάτων. id est,
Diuinus haud sum, nec nisi audiero, queam
Viam tuorum nosse cogitatuum.

Ergo torqueri poterit in eos qui de industria loquuntur obscurius, & αἰνιγματικῶς: aut in hos qui uel ob imperitiam, uel superstitiosam incognitarum uocum affectationem, stilum obscurant, ac uate magis egent quàm lectore. Cuiusmodi fuisse Heraclitum tum Plato locis aliquot, tum Aristoteles Rhetoricæ artis lib. 3. testatur, additq; eam hominis obscuritatem ex ancipiti uerborum compositione fuisse profectam, cum incertum esset, utrò uerbum aliquod esset referendum, ad superiorane an ad sequentia. Proinde ad huius intelligendos libros Socrates Delio quopiam natatore opus esse dixit. Ad quod alludens Martialis, ita iocatur in Sextum obscuritatis affectatorem.

Non lectore tuis opus est, sed Apolline libris,
Iudice te maior Cinna Marone fuit.

Eundem Heraclitũ cum suo uitio, Iouinianο diuus opprobrat

brat Hieronymus. Quinquam Laërtius ſcribit eum philoſophũ, ſi quando libeat, oratione luculentiſſima uti, ut appareat ex induſtria affectatam obſcuritatẽ, adeo ut diſcipulis etiam ſolitus ſit præcipere σκότισον. id eſt, obſcura.

Finem uitæ ſpecta. XXXVII

Extat apud Herod. hiſtoria longe notiſſima, quemadmodum Solon Cræſo reſponderit, neminẽ competere nomen beati, niſi qui feliciter uitæ curſum peregiſſet. Quod referens Iuuenalis,

—Quem uox, inquit, facunda Solonis
Reſpicere extremæ iuſſit ſpatia ultima uitæ.

Hanc ſententiam copioſius extulit Sophocles in Oedipo tyranno,

Ὥστε θνητὸν ὄντ', ἐκείνῳ τὴν τελευτάιαν ἰδεῖν
Ἡμέραν ἐπισκοπεῖν μηδὲν ὀλβίζειν, πρὶν ἂν
Τέρμα τοῦ βίου περάσῃ μηδὲν ἀλγεινὸν παθών. id eſt,
Itaque mortali ſupremus ille fatorum dies
Vſque reſpectandus, ut ne quem beatum iudicet,
Quin malo nihil uniuerſum præſtiterit æuum exegerit.

Eadem paulo diuerſius idem extulit in Trachinijs,

Λόγῳ μὲν ἐξ ἀρχῆς θ' ἁνθρώπων φανείς, id eſt,
Ὡς οὐκ ἂν αὐτὸν ὀνμάσαι βροτῶν, πρὶν ἂν
Θάνοι τις, ὅτι' ἐν χρηστός, ὅτ' ἂν ἄκακος. id eſt,
Vetus inter homines extat hoc prouerbium,
Haud poſſe quenquam quempiam cognoſcere,
Bonus an malus ſit, antequam fatalibus
Defunctus annis, ultimum obierit diem.

Conſimiliter Euripides in Andromache,

Χρὴ δ' ὅ τοτ' ἐπεῖν οὐδένα πρὶν ὄλβιον βροτῶν
Πρὶν ἂν θανόντ᾽ ἴδῃς τὴν τελευτάιαν ἰδεῖν. id eſt,
Ne quempiam pronuncies mortalium
Vnquam beatum, citius, atque mortuo
Illo ſupremum uideris uitæ diem. Idem in Troadibus,

Τῶν δ' ὀλβαιόνων
Μηδένα νομίζετ' εὐτυχεῖν πρὶν ἂν θάνῃ. id eſt,
Ne quempiam horum, quos benignis flatibus
Fortuna prouehit, beatum enuncies
Prius, atque uita exceſſerit feliciter.

Eadem repetit alijs uerbis in Heraclidis, -Τὴν γὰρ τύχην
βροτοῖς ἅπασι λαμπρὰ κηρύσσει μαθεῖν,
Τὸν δ' εὐτυχεῖν δοκοῦντα μὴ ζηλοῦν, πρὶν ἂν
Θανόντ' ἴδῃ τις, ὡς ἐφίμερον τύχαι. id eſt,
Cæterum hoc rerum ſtatu
Mortalibus denuntiat palàm omnibus,
Docetq́, ne qui proſperis ſucceſſibus
Vti uidetur, hunc beatum exiſtiment
Prius, atque demigraſſe uita uiderint.
Vſqueadeo ſunt mutabiles rerum uices.

Ouid. in transformationibus ſic extulit,

-Sed ſcilicet ultima ſemper
Expectanda dies homini eſt, dicíq; beatus
Ante obitũ nemo ſupremaq́; funera debet. Quin hodieq́; paſſim omnib. eſt in ore, Ab exitu rẽ ſpectandã eſſe.

Poſterioribus melioribus. XXXVIII

Inter Græcanicas paræmias refertur, ἑτέρῳ ἀμεινόνῳ, id eſt, Alteris melioribus. Quo ſignificabãt ea quæ prima experientia parum bene ſucceſſerant, ſecunda nonnunquã commodius euenire: & prioris conſilij erratũ, poſteriore conſilio corrigi. Quod quidẽ nonnulli putant à ſacris ortum, in quibus ſi prima uictima non fuiſſet litatum, iterabant ſacrum, meliora ſperantes, id quod ſatis indicat leno Plautinus, qui ſæpius Veneri cæſa uictima litare nõ poterat. Plato lib. De legib. 4. uidetur ad talorum iactũ, aut luſum conſimilẽ referre. Propterea quòd non raro fit, ut cui luſus inconmode ceciderit, is deintegro nouari ludum atq; iterari poſtulet ſperãs fore, ut iam felicius ludat. Ait enim, Πάλιν γὰρ οἷόν φασιν οἱ παίζοντες, ἀμφότερον δεῖ ἀρχῆς δοῦναι ἐπαναπολήσωμεν δὲ, id eſt, Rurſum igitur, quemadmodum ludentes dicere conſueuerunt, ſecundis denuo melioribus repetamus. Quãquam & hoc loco παίζοντες referri poteſt non ad luſum aliquem, ſed iocum magis prouerbialem. Sed interpretamento priori Tullius adſtipulatur, qui ſecũdo De diuinatione lib. ſic ait. Quæ eſt autẽ inconſtantia deorum, ut primis minentur extis, bene promittant ſecũdis. Idem in Philippicis oratione 12. Poſteriores enim cogitationes, ut aiunt, ſapientiores eſſe ſolent: Idem ad Quintum fratrem, Ego uero nullas δευτέρας φροντίδας habere poſſum in Cæſaris rebus, hoc eſt, nullum idoneum reperio conſilium, quo ſuperioribus malis poſſim mederi. Huc reſpexit & Dauus ille Terentianus, cùm ait,

Hæc non ſucceſſit, alia aggrediamur uia.

Quin eodem alluſiſſe uidetur & Ariſt. 1. τῶν μετὰ τὰ φυσικά lib. cùm ait, Δεῖ γὰρ τοὐναντίον καὶ τὸ ἄμεινον, ἢ τὸ παροιμίαν, ἀποτελεῖσθαι. Loquitur de his qui cauſarum naturalium admiratione prouocati accedunt ad philoſophandum. Quos cauſis cognitis uelut iam deſinere mirari, & ad meliora conuerti. Porrò prouerbium uideri poteſt ex Euripidis ortum tragœdia, cui titulus Hippolytus coronatus, -Κἄρ βροτοῖς
Αἱ δευτεραί πως φροντίδες σοφώτεραι. id eſt,
Siquidem ſolet mortalibus prudentior
Poſterior eſſe aliquando cogitatio.

Verba ſunt nutricis ad Phædrã, quæ ſi recantantis ac palinodiam canentis ſuperioris orationis, poſtea quàm uidet eã de moriendo cogitare. Reſpexit huc & in Supplicibus,

Ἀλλ' ἐν δόμοις μὲν ἤν τι μὴ καλῶς ἔχῃ,
Γνώμαισιν ἐυθείαισιν ἐξορθώσομεν,
Αἰῶνα δ' οὐκ ἐξεῖμι. id eſt,
In ædibus ſi quid parum rectè eſt, licet
Corrigere poſterioribus ſententijs,
At non item æuum. Inde & μετανοεῖν dicta Græcis, quòd poſterior cogitatio perſpicit aliter agendum fuiſſe.

Actum eſt. XXXIX

Prouerbialiter his uerbis etiam hodie deſperationem ſignificamus, actum eſt. Græci πέπραξται. Euripides in Hippolyto coronato.

Φεῦ φεῦ πέπραξται, βασιλὶς οὐκέτ' ὀρθὴ δόμοις. id eſt,
Eheu, peracta res, hera occidit palàm.

Terent. in Eunucho: Actum eſt, ilicet, periſti. Donatus exiſtimat, actum eſt, ſumptum à iure, ilicet à iudicio, periſti à ſupplicio. Nam hæc tria pariter uerba incremento quodam indicant deſperationem. Quoniam autem fas nõ erat reſcindere iudicum ſententiam, & eadem de re bis iudicium adipiſcier, ut ait Terentius, uulgò receptum eſt, ut de negotijs deſperatis actum eſſe diceretur. Etiamſi poſtea repertum eſt, ut quidam per iudicem in integrum reſtituerentur. Aut certè idco dictum eſt, actum eſt, quòd quicquid peractum eſt, hoc iam infectum eſſe non poteſt, iuxta prouerbiales ſententias, quæ teſtantur ne deo quidem permiſſum eſſe, ut quod factum ſit, efficiat infectum. Plautus, Niſi quid rei præſidium apparas, acta hæc res eſt. Certum eſt mortui. Dicimus autem uel abſolute, actum eſt, uel cum adiectione quapiam huiuſmodi: Actũ eſt de repub. Actum eſt de tuis omnibus. Actum eſt de rebus humanis. Actum eſt de tua ſalute, ni uigilas.

Rem factam habere. XL

Huic penè diuerſum eſt illud quod aliquoties apud Martialẽ legitur. Rẽ factam habere, pro eo quod eſt certam & indubitatam. Siquidem promiſſa parum certa ſunt. Verũ ijs demũ queas fidere, quæ iam præſtita ſint atq; exhibita.

Velut

Ayuntamiento de Madrid

Velut ad Procillum:

Tu factum tibi rem ſtatim putaſti. Rurſum,
Iam te rem factam Bithynice credis habere.

Rem factam dixit, quaſi non promiſſam, ſed paratam atq; abſolutam. Vnde & argentum factũ dicimus non rude, ſed elaboratum ac cælatũ. Aut reſpexit ad morem iuris, iuxta quẽ dixit Teren. Facta tranſacta omnia. Et M. Tullius in Catilinam inuectiua 1 1 1. Atq; illud quod faciendum primum fuit, factũ atq; tranſactum eſt. Quoties in cõtractibus adhibetur quicquid ad legitimã conuentionẽ pertinet.

Fumos uendere. XLI

Nimis quàm elegans adagiũ extat apud Martialẽ, fumos uendere, pro eo quod eſt principum beneuolẽtiam, ſimulato cõmendationis officio per occaſionẽ familiaritatis pretio uendere. Nam fumus initio quidem magnum quiddam eſſe uidetur, uerum euaneſcit ilico. Martialis carmen hoc eſt,

Vendere nec uanos circum palatia fumos,
Plaudere nec Cano, plaudere nec Glaphyro.

Vnde & præſtigioſam rerũ magnarum ſpem atq; oſtẽtationem, fumum ac nebulas uocamus. Diuus Hieron. cõtra Ruffinum: De tanta librorũ ſylua unum ſurculũ ac fruticem proferre non potes. Hi ſunt ueri fumi, hæ nebulæ. Nã Ruffinus opprobrarat Hieronymo, quòd poëtarũ literas quaſi fumos obijceret uirginibus nõ intellecturis. At Hieronymus prouerbij telum imperite tortũ, in cũ retorquet doctius, indicans eo uerbo nõ obſcuritatẽ, ſed inanẽ ac falſam oſtentationem ſignificari. Plutarchus de deo Socratis, ὁ δὲ τύφος ὥσπερ τινὰ καπνὸν φιλοσοφίας εἰς τὰς σοφιστὰς ἀποκεκόκκασας. id eſt, Faſtum autem ceu fumum quendam philoſophiæ in ſophiſtas diſperſit. Porrò genus hoc hominum maximã aularum regaliũ peſtem, Helius Lampridius elegãter ac luculẽter exponit in imperatoris Heliogabali uita. Eius uerba libuit ſubſcribere: Zoticus, inquit, ſub eo tãtum ualuit, ut ab omnibus officiorũ principibus ſic haberetur, quaſi domini maritus eſſet. Erat præterea idem Zoticus, qui hoc familiaritatis nomine abutens, omnia Heliogabali dicta ac facta uẽderet, fumis quàm maximè diuitias enormes ſperãs, cũ alijs atq; alijs polliceretur omnes falleret. Egrediẽsq; ab illo, ſingulos audiret: dicẽs, de te hoc locutus ſum. Hoc de te audiui, hoc de te futurũ eſt. Vt ſunt homines huiuſmodi, qui ſi admiſſi fuerint ad nimiam familiaritatem principum, famam non ſolũ malorũ, ſed & bonorũ principum uendunt. Et qui ſtultitia uel innocentia imperatorum, qui hoc non perſpiciunt, infami rumigeratione paſcuntur. Hactenus ille. Cæterum adagiũ fecit inſignius, Thurini Verconij ſuppliciũ, quod quidem in uita Alexandri Seueri, idẽ Helius refert ad hunc modũ: Solus, inquit, poſt meridiẽ, uel matutinis horis, idcirco nun quã aliquos uidebat, quòd cæmẽtitos de ſe multa cognouerat, ſpeciatim Verconiũ Thurinum, quem cum familiarẽ habuiſſet, ille omnia uel fingendo ſic uendiderat, ut Alexãdri quaſi ſtulti hominis, & quẽ ille in poteſtate haberet, & cui multa perſuaderet, infamaret imperiũ. Sicq; omnibus perſuaſerat, quòd ad nutum ſuũ omnia faceret. Deniq; hac illum arte deprehendit, ut quendã immitteret, qui à ſe quiddã publice peteret, ab illo autem occulto, quaſi præſidium poſtularet, ut pro ſe Alexandro ſecreto ſuggereret. Quod cùm factũ eſſet, & Thurinus ſuffragium promiſiſſet, dixiſſetq; ſe quædã imperatori dixiſſe, cùm nihil dixiſſet, ſed in eo pẽdere ut adhuc impetraret, cuentũ uendẽs: Cumq; iterũ iuſſiſſet Alexander interpellari, & Thurinus quaſi aliud agẽs, nutibus annuiſſet, neq; tamẽ interim quicquam dixiſſet: impetratũ autem eſſet quod petebatur, Thurinus autẽ ab illo qui meruerat, fumi uẽditor ingentia præmia percepiſſet, accuſari cũ Alexãder iuſſit: probatis per teſtes omnibus, et quibus præſentibus quid accepiſſet, & quibus audientibus quid promiſiſſet, in foro trãſitorio ad ſtipitẽ illum ligari præcepit, & fumo appoſito quem è ſtipulis & lignis humidis fieri iuſſerat, necauit, præcone dicente: Fumo punitur, qui uẽdidit fumũ. At ne in una tãtũ cauſa uideretur crudelior fuiſſe, quæſiuit diligentiſſimè antequã damnaret, et inuenit Thurinũ ſæpe etiã in cauſis ab utraq; parte accepiſſe, cũ cuẽtus uenderet, & ab omnibus qui aut præpoſituras, aut prouincias acceperãt. Atq; inibi paulo poſt: Nec dedit alicui facultatẽ, uel fumorũ uendẽdorũ de ſe, uel ſibi de alijs male loquẽdi, maximè occiſo Thurino qui illũ quaſi fatuũ & uecordẽ ſæpe uendiderat. Quid autẽ dixerit forum tranſitorium, ipſe in eiuſdẽ uita uidetur explicare, cũ alio quodam loco ſic ait: Qui de eo fumũ uendiderat, & à quodã militari centũ aureos acceperat, in crucẽ tolli iuſſit, per eam uiã qua eſſet ſeruis ſuis ad ſuburbana imperatoria iter frequẽtiſſimũ. Porrò genus illud ſupplicij Auidius Caſsius imperator primus excogitaſſe legitur, ut ſtipitem prælongũ poneret, pedum centũ octoginta, id eſt materiã, & è ſummo uſq; ad imum dãnatos ligaret, & ab imo focũ apponeret, incẽſiſq; alijs, alios fumi cruciatu, timore etiã necaret. Hactenus ille. Immane profectò ſupplicium, ſed tamen factis tam peſtilentibus dignum. Atq; utinã non etiam hodie, nõ principũ modo, uerumetiam epiſcoporũ aulæ paſsim hoc teterrimo hominũ genere ſcaterent, ac non cõplures haberent Thurinos, atq; adeo plus quàm Thurinos: quippe qui nõ officiũ modo falſo promiſſum uendunt, uerũetiam ipſum ſilentiũ, uidelicet Demoſthenicũ quiddã referentes: imò quod eſt utroq; ſceleratius, linguæ uenenis officiunt ijs à quibus officij pacti mercedẽ acceperunt. Vtinamq; noſtri temporis principes Alexandrũ Seuerum curẽt imitari, qui cùm eſſet ethnicus, præterea Syrus genere, poſtremo uehemẽter adoleſcens, tamen adulatoribus, delatoribus, iudicibus furacibus, fumi uenditoribus, atque id genus aulæ peſtibus uſqueadeo erat infenſus, ut uir alioqui moribus placidiſſimis his demũ eſſet implacabilis. Circumfertur & hoc tempore prouerbiũ in ſplendida promiſſa aulicorum. Aiunt enim thus aulicũ, ſignificantes thurcum illum uaporem, qui nunc inter ſacra ſpargitur acerra penſili. Quod quidem à noſtro non admodũ abludit. Addunt & aquam conſecratam aulicorũ, eam aquam ſignificantes quæ pro templis proponitur: ut qui ingrediuntur aut egrediuntur, ea ſeſe conſpergant.

Columen familiæ. XLII

Columen familiæ dixit Terentius in Phormione, nõ dubium quin prouerbialiter, Getã ſeruũ natu grandẽ, cui peregrè profecturus, tanquam pædagogo & curatori iuuenũ mores, & rem domeſticam ſenex commendarat. Donatus columen dici putat, perinde quaſi columnam dicas, cui reliqua domus innitatur, unde antiquitus ſeruos maiores, columellas dictos. Huc adſtipulatur illud Vergilianum,

In te omnis domus inclinata recumbit.

Item illud Euripidis in Iphigenia in Tauris,

Στύλοι γὰρ οἴκων εἰσὶ παῖδες ἄρσενες. id eſt,
Domus columnæ liberi ſunt maſculi.

Pindarus in Olympijs Hectorem appellat columnam Troiæ, ὃς ἕκτορ' ἔσφαλε τρείας ἄμαχον, ἀρραβῆ κίονα. i. Qui Hectorem ſubuertit, inexpugnabilem, immobilẽ, columnã. De Achille loquitur. His affine quod dixit Iuuenalis,

Miſerum eſt alienæ incumbere famæ,
Ne collapſa ruant ſubductis tecta columnis.

Ancora domus. XLIII

Simili figura apud eundem Eurip. Hecuba Polydorum familiæ gentiſq; ancoram nominat.

Ος μόνῳ οἴκων ἄγκυρά τ' ἐμῶν. id eſt,

Ayuntamiento de Madrid

Qui iam ſolus generis ſupereſt ancora noſtri.

Porrò ancorã Græcis pro refugio prouerbialiter uſurpari ſolere alibi nonnihil admonuimus, cum ſacram ancoram exponeremus. Deniq; quicquid illud eſt cui innitimur, cuiusq; fulcimur fiducia, ancoram uocant, ſumpta à nauibus metaphora, quæ cùm ancoris ſultæ ſunt, ueluti defenſæ à fluctibus quieſcunt. Vnde & illud apud Ariſtidem in oratione Panathenaica prima: Πάντες ἔπι λιμῆν ὥρμιζον ἐδοξαν οἱ ἕλληνες. id eſt, Omnes Græci ſibi uidebantur in portu quodam eſſe, duabus nixi ancoris, quaſi gemino fulti præſidio. Quem locum & paulo ſuperius adduximus.

Nullus ſum. XLIIII

Prouerbiales ſunt & illæ apud Comicos hyperbolæ, Nullus ſum, & occidi, perij: quibus deſperationem & ingens malum ſignificamus. Euripides ex Iphigenia in Tauris,

Δαλοί δ' εἰσὶν οὐδὲν οὐλαμόν. id eſt,

Timidi, atque inertes ſunt nihil uidelicet.

Rurſum in Iphigenia Aulidenſi.

Οὐδὲν ἦσθ' ἀλλ' ὄζεπλάσατο τὴ τύχη. id eſt,

Nihil eras, ſed perditum fortuna conſternauerat.

Opinor hoc ipſum eſſe quod ex Platone citat Athenæus lib. 10. ὑμεῖς γὰρ ὄδ' ἐστε, καθάπερ ἡ παροιμία. i. Vos quippe nihil, ut dicitur prouerbio: quanquam hoc non ad exitium, ſed contemptum pertinet, Sumptum uideri poteſt ab Homero, apud quem Odyſſeæ lib. 9. Vlyſſes fingit ſibi nomẽ οὖτις. id eſt, nullus, inuens ſe propemodum periiſſe. Atq; huius nominis commento deceptus eſt Cyclops.

Nolens uolens. XLV

Omnes id genus figuras prouerbiales eſſe, ſicuti ſuperius oſtenſum eſt, Donatus admonuit, quæ nimirum conſtant ex contrarijs. Propterea quòd ænigmaticum quiddam habere uideantur. Sunt autem frequentes apud Græcos poëtas, ut apud Euripidem in Hecuba,

Ὅ δ' ἐθέλων τε καὶ θέλων. id eſt,

Atque ille nolens pariter ac uolens.

Idem in Iphigenia in Tauris,

Φεύγω τρόπῳ γε μή τιν' ἔχ ἑκὼν, ἑκών. id eſt,

Sanè exulo quodammodo nolens uolens.

Ad hanc pertinet formam quod ait Terentius in Andria, Tu coactus tua uoluntate es.

Contra ſtimulum calces. XLVI

Πρὸς κέντρα λακτίζειν. id eſt, Contra ſtimulos iactare calcem, eſt frustra repugnare ijs quos uincere nequeas, aut eos prouocare qui lateßiti noceãt. Aut reluctari ſatis, & incommodum quod euitare non queas, impatienter ferendo, non ſolum non effugere, uerumetiam conduplicare. Veluti ſi quis uxorem nactus rixoſam, aßiduè cum ea litiget, nihil profecturus, niſi quòd illam reddat rixoſiorem. Terentius in Phorm. Namq; inſcitia eſt aduerſum ſtimulum calces. Donatus παροιμίαν eſſe admonet cum eclipſi, deeſſe enim iactare, quod unico uerbo Græci dicunt, λακτίζειν. Plaut. in Trucul. Si ſtimulos pugnis cædis, manibus plus dolet, Extat hoc adagium etiam in Actis Apoſtolorum, Durum eſt tibi contra ſtimulos calcitrare: id eſt, durum aduerſum deum pugnare. Euripides in Bacchis,

Θύσω δ' ἐγὼ μᾶλλον, ἢ θυμούμενος
Πρὸς κέντρα λακτίζοιμι θνητὸς ὢν θεῷ. id eſt,

Potius ſacra illi fecerim, quàm calcibus
Stimulos ferire coner, iracundia
Citus in deum, mortalis ipſe cum ſim.

Pindarus in Pythijs, Ποτὶ κέντρον δὲ τὶ λακτίζομεν τελέθει. id eſt, Contra ſtimulum autem calcitrare eſt. Metaphora ducta eſt à bobus, quos agricolæ lignis præacutis à tergo fodiunt: unde & βουκέντια, dicuntur in prouerbio.

Πολλοὶ βουκόλοι, παῦροι δέ τε γῆς ἀροτῆρες. id eſt,

Multi boum ſtimulatores, pauci autem terræ aratores,

Quod ſi quando calcibus repugnent aduerſus ſtimulum, grauius etiam læduntur boues, tantum abeſt ut ſtimulo noceant. Plutarchus in commentario περὶ ἀοργησίας cuiuſdam meminit Teſiphontis pancratiaſtæ, qui per iracundiam mulæ calcitranti recalcitrarit.

In aurem dicere. XLVII

Εἰς οὖς λέγειν. id eſt, In aurẽ dicere, uel hodie uulgò dictitant, pro eo quod eſt clanculũ ac ſecreto cõmittere. Translatũ ab ijs qui propius admoti, ad aurẽ inſuſurrant, quæ nolint ab alijs exaudiri. Vnde et illud apud Homerũ aliquoties,

Ἀγχι σχὼν κεφαλὴν οἱ ἵνα μὴ πολυθρόητο ἄλλοι. id eſt,

Admoto capite, reliqui ne audire ualerent.

Horatius in ſermonibus, —in aurem

Dicere neſcio quid puero. Euripides in Ione,

Δεῦρ' ἔλθ', ἐς οὖς γὰρ τοὺς λόγους εἰπεῖν θέλω. id eſt,

Accede, in aurem ut quæ uolo tibi eloquar.

Lucianus in Gallo, Πρὸς ὅς τισι τῶν συρακουσίων κοινολογούμενος. id eſt, Ad aurem cum Syracuſanis quibuſdam communicans. Huc pertinet & illud euãgelicum: Et quæ in aurem audiſtis, prædicate ſuper tecta: id eſt, quæ ſecretis colloquijs accepiſtis, palàm prædicate.

Nec obulum habet, unde reſtim emat. XLVIII

Prouerbialis hyperbole in eos qui maxima rei familiaris inopia laborant. Lucianus in Timone, Χθὲς μὲν δὲ ὀβολὸν, ὥστε περίαλλ' βρόχον ἐσχυκότας, id eſt, Qui pridie ne obulum quidem habebant, quo laqueũ emerent. Pauperrimus autẽ ſit oportet, qui tenuitatis tædio ſeſe laqueo præfocare uelit. Porrò plus quàm pauperrimus uidetur, cui ne numulus quidẽ ſuppetit ut reſtim emat, qua ſe ſuſpendat.

Hinnulus leonem. XLIX

Prouerbialis eſt allegoria, ὁ νέβρος τὸν λέοντα. id eſt, Hinnulus leonẽ, ſubaudiendũ cepit, uicit, aut prouocat, aut id genus aliqd pro ratiõe ſententiæ, quoties præpoſtero rerũ ordine, qui uirib. multo eſt inferior, ſuperat potẽtiorẽ. Lucianus de captatore teſtamẽti, q iuuenis à ſene, captator à captato captus eſt. τοῦτο ἐκεῖνο τὸ τῆ παροιμίας, ὁ νέβρος τὸν λέοντα. Hoc eſt illud qd prouerbio dicũt, Hinnulus leonẽ. Huc reſpexit quiſquis fuit qui ſcripſit Megarã Herculis:

Ἡράτι ἄλγεα πάσχει ἀπάρεια φάσιμος υἱὸς
Ἀνδρὸς ὑπ' ὀτιδανοῦ, λέων ὡσεί τ' ὑπὸ νέβρος. id eſt,

An quoniam immenſis affligitur inclyta proles
A uiro inerte, leonem ut ſi hinnulus urgeat acrem.

Non inconcinne trahetur ad id quoque, quoties fit ut longe inferior laceſſat potentiorem, aut multis partibus indoctior certet cum eruditiſſimo.

Iungere uulpes. L

De re palàm abſurda dicitur, Ζεύγνυειν τὰς ἀλώπεκας. Vulpes iungere. Vergil. in Palæmone.

Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mœui.
Atque idem iungat uulpes, & mulgeat hircos.

Eſt enim uulpes animal ab aratro uehementer alienum.

Mulgere hircum. LI

Τράγον ἀμέλγειν. i. Mulgere hircũ: eundẽ habet ſenſum Lucianus in uita Demonactis, inter huius feſtiuiter dicta cõmemorat & illud, cùm conſpiceret duos quoſdam philoſophos, utroſq; pariter indoctos, inter ſe diſceptãtes, & alterum quidem ridiculas quaſdam quæſtiones proponentem, alterũ item aliena, neq; quicquam ad rem facientia reſpondentẽ: Quid, inquit, amici, an nõ horũ alter hircũ mulgere uidetur, alter cribrũ ſupponere? Refertur à Diogeniano his uerbis, Πότερον ὁ τὸν τράγον ἀμέλγων, ἢ ὁ τὸ κόσκινον ὑποτιθεὶς, ἀφρονέστερος; id eſt, Vtrũ ſtultior, qui mulget hircum, an qui cribrum ſupponit? cum uterq; pariter

abſurd

Ayuntamiento de Madrid

abſurde facit. Ab hoc ſanè non abludit illud, Similes habent labra lactucas, & dignum patella cooperculum.

De aſini umbra. LII

Ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς. id eſt, Super aſini umbra: pro eo quod eſt, de re nihili. Sophocles in Cedalione apud Suidam, τὰ πάντ' ὄνου σκιά, id eſt, cuncta aſini umbra: hoc eſt, nugæ, nihiliq; res. Apud eundē Ariſtoph. in Dædalo, περὶ τοῦ δὸ πόλεμόν τινῶν ὑμῖν ἔστι; περὶ ὄνου σκιᾶς. i. Quæ de re nūc inter uos bellū eſt? Nimirū de aſini umbra. Citatur ab eodē & Ariſtotele ſub, ἐν διδασκαλίαις, qui fabulam quandā extare dixerit hoc titulo, ὄνου σκιά, id eſt, Aſini umbra, Archippi comœdiam opinor, ſentiens, de qua meminit Zenodotus. Lucianus in Sectis, πάντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, περὶ ὄνου σκιᾶς μάχονται οἱ φιλοσοφοῦντες. id eſt, Omnes, ut ita dixerim, de aſini umbra depugnant philoſophi. Ariſtophanes in Veſpis, περὶ τοῦ μάχη νῶιν; περὶ ὄνου σκιᾶς. id eſt, De quo pugna eſt nobis? de aſini umbra. Demoſt. in Philippica quadam, πρὸς ἅπαντας περὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς σκιᾶς νυνὶ πολεμῆσαι. i. Cum omnibus in præſentia de Delphica umbra digladiari. Proinde ſunt qui credant hoc adagij primum ab autore Demoſthene natū fuiſſe, fabulā huiuſmodi referentes: Cū aliquādo Demoſthenes quendam in cauſa capitali defenderet, ac iudices haberet parum attentos, ſed dicenti obſtreperent, ille pauliſper, inquit, aures mihi præbete, ſiquidem rē narrabo nouam ac lepidā, atq; auditu iucundā. Ad quæ uerba cū illi iā aures arrexiſſent, adoleſcens, inquit, quiſpiam aſinū cōduxerat, rerū quiddā Athenis Megaram deportaturus. Inter uiā autem cū æſtus meridianus ingrauſceret, nec inueniret quonā umbraculo ſolis ardorē defenderet, depoſitis clitellis, ſub aſino ſedens, eius umbra ſemet obtegebat. Cæterū id agaſo nō ſinebat, hominē inde depellēs, clamansq; aſinū eſſe locatū, nō aſini umbrā. Alter itē ex aduerſo tēdebat, aſſeuerans etiā umbrā aſini ſibi conductā eſſe. Atq; ita inter eos acerrima rixa in lōgum producta eſt, ita ut etiā ad manus uenerint: hoc pertinaciter affirmāte, nō conductā eſſe aſini umbrā, illo pari contentione reſpondēte, umbram etiā aſini cōductam eſſe. Demū in ius ambulant. Hæc locutus Demoſthenes, ubi ſenſiſſet iudices diligenter auſcultantes, repente cœpit à tribunalibus deſcendere. Porrò reuocatus à iudicibus, rogatusq;, ut reliquū fabulæ pergeret enarrare: de aſini, inquit, umbra libet audire, uiri cauſam de uita periclitātis audire grauamini? Paulo aliter narrat Plutarc. in uita Demoſthenis, his quidem uerbis: Λέγειν δέ τοῦτε κωλυόμενον ὑπὸ ἀθλιώτων ἐν ἐκκλησίᾳ, βραχὺν ἔφη βούλεσθαι πρὸς αὐτοὺς εἰπεῖν. τοῦ δὲ σιωπησάντων, νεανίας εἰσερθέρησε φέρε ἐμισθώσατο δᾶσε ὄνον μεγάλην. μεσούσης δὲ ἡμέρας καὶ σφοδρῶς φλέγοντος τοῦ ἡλίου, ἐκάτερος αὐτῶν ἐβούλετο ὑποδύεσθαι ὑπὸ τὴν σκιὰν, εἴργων ἀλλήλους. ὁ μὲν μεμισθωκέναι τὸν ὄνον, ὃ δὲ τὴν σκιὰν λέγων, ὁ δὲ μεμισθωμένου, τὴν πᾶσαν ἔχειν ἐξουσίαν. καὶ ταῦτα εἰπὼν ἀπῆει. τῶν δὲ ἀθλιώτων ἐπισχόντων, καὶ διεμένων πέρας ἐπιθεῖναι, ἐθ' ὑπὲρ μὲν ὄνου σκιᾶς βέλεσθε ἀκούειν, λέγοντος δὲ ὑπὲρ τοῦδ' ἀμὸν πράγματος δ' βούλεσθε; id eſt, Cū in concione dicenti obſtreperent Athenienſes, ait ſe breuiter illis uelle narrare quiddam. At ſilentio facto, Adoleſcens, inquit, æſtatis tempore aſinum mercede conduxerat, ut eo ab urbe Megarā proficiſcens uteretur. Porrò meridie cū ſol acriter æſtuaret, uterq; cupiebat ſub umbrā aſini ſuccedere. Verum alter alterū arcebat, cum hic diceret aſinū conduciū eſſe, non umbram. Rurſus alter qui conduxerat, ſe plenū habere ius reſponderet: atq; hæc locutus, diſcedere parabat. Retinentibus autē Athenienſibus utq; reliquam fabulæ partē adderet orantibus: Itáne, inquit, de aſini umbra audire cupitis, de rebus ſerijs loquentē auſcultare non

qultis? Quidā aiunt, aſinū Athenis, non Megarā, ſed Delphos fuiſſe conductū, quod idē apparet ex uerbis Demoſthenis, qui Delphicā umbram nominat, in calce orationis De pace: Οὐκοῦν σὺνθες καὶ κομιδῆ σχέτλιον, πρὸς ἑκάστης καθ' ἓν ὅτωσὶ ἤδη προσωλωγμένης, περὶ τοῦ οἰκείων καὶ τῶν ἀναγκαιοτάτων, πρὸς ἅπαντας περὶ δὲ ἓν Δελφοῖς σκιᾶς νυνὶ πολεμῆσαι. i. An nō igitur ſtultū ac uehementer miſerum: ſingulos aduerſus ſingulos ita commiſſos de rebus proprijs ac maximè neceſſarijs, cum uniuerſis de umbra Delphica nūc depugnare. Apuleius in Aſino, iocatur ex ſeſe natū. Vſurpauit hoc adagiū Menāder in Enchiridio, & Plato in Phædro, cū ait: Oratores imperitos impudēter ac periculosè facere, quoties apud plebē imperitā & ipſam, nō umbrā aſini, rē uidelicet leuē ac nullius momenti, ſed turpia pro honeſtis laudāt, Μὴ περὶ ὄνου σκιᾶς, inquit, ὡς ἵππου τοῦ παντὸς ποιούμενοι, ἀλλὰ περὶ κακοῦ ὡς ἀγαθοῦ. Procopius in epiſtola quapiā. Καὶ αὐτὸς δὲ εἰμαι περὶ δὲ τέχνης ὦ σοφώτατε ταὐτὰ φρονῶν σκωμμάτων ὡς ἔοικε χάριν, ὄνου φασὶ σκιὰν ἐπικαλεῖς. i. Ipſe etiā opinor, doctiſſimè, de arte pugnātia cū ſentias, deridēdi ſicut uidetur, gratia, de aſini, quod aiunt, umbra litē moues. Vſus eſt eodē Orig. in præfatiōe li. 3. quē ſcripſit aduerſus Celsū. Sed iā dudū tēpus ut ab aſini umbra digrediamur, ne qs iure nos derideat, περὶ ὄνου σκιᾶς plus ſatis curioſos.

De lana caprina. LIII

Huic ſimillimum eſt illud Latinorum adagium, de lana caprina, quod à ſimili quopiam euentu natum apparet, contentioſe decertantibus duobus, utrum lanas haberet caper, an ſetas. Ant alioqui de uillis caprinis dimicantibus, re uidelicet inutili, minimiq; momenti, cuiuſmodi iocus ſertur & de aſini lana, Horatius in epiſtolis ad Lollium,

Alter in obſequium plus æquo pronus, & imi
Deriſor lecti, ſic nutum diuitis horret
Vt puerum ſæuo credas dictata magiſtro
Reddere, uel partes mimum tractare ſecundas.
Alter rixatur de lana ſæpe caprina,
Propugnat nugis armatus.

Loquitur de moroſis in amicitia, qui quantumlibet friuola de cauſa litem cum amico ſuſcipiunt.

De fumo diſceptare. LIIII

Huic confine eſt illud quod apud Ariſtophanem legitur in Nubibus: Καὶ λεπτολογεῖν ἤδη ζητεῖ, καὶ περὶ καπνοῦ σφολιοχεῖν. In philoſophos dictum, qui de fumo, hoc eſt de rebus nihili nimium anxie diſputant. Ineſt autem non parum comici ſalis in illis ipſis uerbis ad iocum confictis, λεπτολογεῖν, σφολεσχεῖν, quorum alterum ſignificat de rebus tenuibus ac friuolis diſceptare, alterum de meris nugamentis ſolicitum & anxium torqueri. Quapropter etiam Socratis ſcholam φροντιστήριον appellat.

Talpa cæcior. LV

Refertur à Suida ac Diogeniano, τυφλότερος ἀσπάλακος. i. Cæcior talpa: de ijs qui ſupra modum cæcutiunt, aut qui minimè iudicāt. Nā iocundior fiet metaphora, ſiquidem ad animū transferatur. Plin. 11. li. ſcribit, ex quadrupedū genere, talpæ uiſum deeſſe, oculorū tamen ineſſe effigiē ſi quis prætentā detrahat membranā. Atq; hinc ortum adagium.

Cæcior leberide. LVI

Ad eandem ſententiam pertinet illud, τυφλότερος λεβηρίδος. id eſt, Cæcior leberide. Citatur ex Ariſtophane. Eſt autem leberis, quemadmodum oſtendimus & alibi, pellis illa ſicca, quam ſerpentes, cicadæ, & ſi quod aliud animantis genus exuunt, quoties ſibi iuuentam renouant. In hac enim apparet effigies duntaxat oculorum, ac membranula quædam tenuiſſima, qua ſerpentum oculi prætenduntur. Sunt qui tradant hoc, quod notiſſimum eſt de ſerpentibus

Ayuntamiento de Madrid

ac cicadis, etiam piſcibus quibuſdam accidere. Eam uerò pellem Lycophron in iambico carmine Syphar appellat:

Σύφαρ δ' ἀνεῖται ποντίου φυγὼν σκέπας. id eſt,

Syphar interibit, tectum ut effugit maris.

Syphar autem συμβολικῶς, idq; ſuo more ſenem appellat, uel quòd ætas ea cæcutiat, uel quòd iam effœta atq; arida, ſucco, uiribuſq; deſtituta ſit. Sophron in mimis,

Τί μὰν ξύσιλος, τίφαρ σύφαρ ἀντ' ἀνδρός; id eſt,

Quid enim Xyſilus, quid Syphar pro uiro?

Xyſilũ appellãs aridũ et prurigioſũ ſenẽ παρὰ τὸ ξύω: aut Syphar, quaſi iã non honũnẽ ipſum, ſed pellẽ dũtaxat exuccã Atq; inanẽ. Quod qdẽ & ipſum puerbiũ reſipit. Aiunt autẽ leberidẽ proprie ſignificare membranã extremã, qua fœtus uaccarũ obtegitur, in qua & ipſa ueſtigia dũtaxat oculorũ apparẽt. Ada. trifariã eſſertur, ὑφλότερος λεβηρίδος. i. Cæcior leberide: γυμνότερος λεβηρίδος. i. Nudior leberide: et κνώτερος λεβηρίδος. i. Inanior leberide.

Tireſia cæcior. LVII

A notiſſima fabula ſumptum, τυφλότερος τειρεσίου. id eſt, Cæcior Tireſia. Iuuenalis,

Nec ſurdum, nec Tireſiam quenquam eſſe deorum.

Tireſiã prouerbiali figura, p cæco dixit, quẽadmodũ Hor. p paupere Irũ: Intererit multũ diuésne loquatur an Irus.

Hypſæa cæcior. LVIII

Non diſſimili figura dixit Horatius in Sermonibus,

Ne corporis optima Lyncei
Contemplans oculis, Hypſea cæcior, illa
Quæ mala ſunt ſpectes.

Satis apparet parœmiam ab Hypſea muliere quapiam infami, notæq; cæcitatis eſſe profectam.

Sine ſacris hæreditas. LIX

Vbi qua cõmoditas de improuiſo præter ſumptũ obiecta eſſet, ueteres ſine ſacris hæreditatẽ uocabãt. Et omnino quicquid citra noſtrã operam alicunde obtigiſſet lucri, quaſi prouerbialiter hæreditatẽ appellabant, propterea quòd ea quæ ſic obueniunt gratis, quaſiq; dormiẽtibus, à fortuna donari uidẽtur. Ergaſilus paraſitus apud Plautum in Captiu. du. Sine ſacris hæreditatẽ ſum adeptus effertiſſimam. Et alibi: Annona eſt, ſine ſacris hæreditas. Nam hæredes alioqui uel pro ſalute laborantis, uel in parentalibus defuncti, ſacra quædã ſuo ſumptu facẽtiare mos erat. Idẽ Plautus alibi: Mihi tales hæreditates non ſæpe obueniunt. Cicer. in Verr. act. 3. Hic Verres hæreditatẽ ſibi ueniſſe arbitratus eſt, quòd in eius regnũ ac manus uenerat iſte. Andreas Alciatus Prætermiſſorũ lib. 1. mauult adagionis originẽ ad priſci iuris cõſuetudinẽ referri. Lex enim 12. tabularũ ſic habebat: Sacra priuata perpetua manẽto. Ea uerba interpretatur Cic. lib. de leg. 2. ut omnis ad quem patris familiãs pecunia peruenieret, is teneretur ſacra celebrare. Refertq; Scæuolæ pontificis interpretationẽ, qua traditũ eſt, quinq; modis aſtringi ſacris hæreditatẽ. Proinde ad quos ex iure propinquitatis redibat hæreditas, tenebantur cõmunium ſacrorũ ſocietate. Suauius autẽ eſſe ſolet, quod inopinato contingũ boni, quemadmodum ſine ſacris hæreditas. Hæc aliaq; doctiſſimè ſanè diſſerit Alciatus noſter, cuius equidẽ ſententiæ lubens addo meum ſuffragiũ, quanquam à mea minimũ diſſentienti. Porrò in Plautino dicto alluſum arbitror ad Græcorum illud adagiũ: ἄθυτα ἱερὰ κατεσθίειν. i. Non ſacrificata ſacra deuorare. Item ad Heſiodium illud:

Απὸ χυτροπόων ἀνεπιξέστων ἀνελόντα Εσθίειν. i.

Ante ſacrũ factũ, cibũ ab ollis tollere raptũ, atq; edere.

Inter cæſa & porrecta. LX

Elegans in primis adagium extat apud M. Tullium in epiſtolis ad Atticum: Ea multa, inquit, imò omnia, quorũ κεφάλαιον, ne quid inter cæſa & porrecta, ut aiũt, oneris mihi addatur, aut temporis. Videtur ſignificare cunctationem, & ancipitem hæſitationem, ac uelut interuallũ illud, inter omittendum quod cœptũ eſt, & incipiendum quod nouari oportet. Sumptum eſt, autem è priſco auſpiciorum ritu, in quibus inter cæſa & porrecta ſacerdos cæremonias quaſdam agebat quemadmodũ teſtatur M. Varro lib. De lingua Latina 2. Nam flamen Dialis, inquit auſpicatur uindemiã, & ut iuſſit uinum legere, agna Ioui facit, inter cuius exta cæſa & porrecta flamen prorſus uinum legit. Porrò quod exta cæſa prorogationẽ tẽporis apud ueteres ſignificauerint, declarat Cicer. lib. De diuinatione ſecundo: Quid enim, inquiens, habet aruſpex, cur pulmo inciſus etiam in bonis extis dirimat tempus, & proferat diem?

Penſum ſoluere. LXI

Pẽſum perſoluere, eſt tuas implere partes, debitoq; perfungi officio. Trãslatũ à lanificio mulicbri, in quo ſingulis certũ lanæ põdus in opus diſtribuebatur. Plautus in Perſa, Pẽſum meũ q. datũ eſt, confeci. Idẽ in Bacchidibus, Ego penſum meũ lepide accurabo. Et M. Tul. lib. de orat. 3. Nũc ad reliqua, pgrediar, meq; ad meũ munus penſũq; reuocabo. Varro De re ruſt. Nos noſtrũ pẽſum abſoluimus. Hier. ad ruſticũ: Et operis tui pẽſa perſoluas. Verũ quo lõgius erit detorta metaphora, hoc erit adagiũ ucnuſtius, Veluti ſi ad ſermonẽ, ad ſtudiũ, ad officiũ, aut alias animi res referatur.

Ne per ſomnium quidem. LXII

Οὐδ' ὄναρ. id eſt, Ne in ſomnio quidẽ Græcis prouerbialiter dictum eſt, pro eo quod eſt, nulla ratione, nullo tempore. Alioqui nemo fere tam omni felicitate deſtitutus, quin aliquando per quietem uel ſomniet lætiora quæpiam. Lucianus ἐν ᾧ περὶ τῶν ὑπὸ μισθῷ συνόντων. οὐδ' ὄναρ λύκου ποτὲ ἄρτου ἐμφορήσας. id eſt, ne per ſomnium quidem unquam albo pane ſatiatus. Idem uſurpauit in Gallo, quum aut, regibus ne per ſomnium quidem aliqua re iucunda frui licere: ὑφ' ὧν οὐδ' ὄναρ ἀπολαῦσαί τινος ἠθέλησε ἐνίοτε. Rurſus περὶ τῆς ἀλέκτρου. ἀδόντων δὲ ἡδὺ, καὶ οἷον οὐ φῆς, ἀδὲ ὄναρ ἀκηκόαμεν. id eſt, Porrò ſuauiter canentes, & eo modo quo tu prædicas, ne per ſomnium quidem audiuimus. Hucelegãter alluſit Theocritus ἐν βουκολιαζομ. apud quem Eunica puella ciuilis, ruſticum, baſium dare conantem, ab ſe repellit, dicens tantum abeſſe ut illi danda ſit baſium, ut hoc ne per ſomnium quidem oporteat ſperare. Carmen ſic habet, —Ἐξῇς ἀπ' ἐμεῖο.

Βουκόλε ὤμ' ἐθέλεις κῦσαι; τάλαν' ὀ μεμάθηκα
Αγροίκως φιλέειν, ἀλλ' ἄφυκα χέλεα δαίδαν.
Μή τίνυ μεῦ κύσῃς τὸ καλὸν ςόμα, μήδ' ἐν ὀνείροις. i.
Auſer te hinc procul, iniq; malam rem,
Tu mihi ſuauiolum dare uis homo ruſticus? atqui
O miſer haud didici dare baſia agreſtibus unquam.
Sed magis urbanis ſoleo oſcula figere labris.
Non mihi tu nitidum os labris ſordentibus unquam
Contigeris, nec per ſomnum.

Vtitur codẽ & M. Tull. in Epiſt. ad Att. πολιτικὸς ἀνὴρ, οὐδ' ὄναρ, quiſquam inueniri poteſt. Theocritus in Megara Herculis uxore, τὸ δ' ὀδὲ ὄναρ, ἀλυθὲρ ἄλλῳ. i. Quod alij ne per ſomnum quidem accidit. Galen. περὶ φυσικῶν δυνάμεων. lib. 2. ἡ ταῦτα δὲ ἐχρῶν ἀγνοεῖν τὸ ἐμαθήματος, ἅπερ κἂν κατ' ὄναρ ποτὲ τοῖς ἐν τῇ περιπάτῳ συνέτυχεν. id eſt, Atq; hæc oportebat non eſſe ignota Eraſiſtrato, ſi modo uel in ſomnijs unquam illi cum Peripateticis incidiſſet conſuetudo. Solent autem uel extremæ ſortis homines aliquando magnifica quædam ſomniare, quemadmodum apud Lucianum Micyllus, qui per ſomnium opulentiſſimus, experrectus, cerdo quiſpiam erat Iro pene pauperior. Nam ſomniare ſperandi genus eſt. Vnde & Vergilius in Bucolicis, ſpes inanes amantũ ſomnia uocat,

-An

Ayuntamiento de Madrid

An qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt?
Huc reſpexit & Flaccus in Satyris, cum ait,
Cum te ſeruitio longo curaq; leuarit,
Et certum uigilans quartæ ſit partis Vlyſſes
Audieris hæres.

Itaq; ne per ſomniũ quidẽ perinde ualet, quaſi dicas, quod ne ſperare quidem audeas. Plutarchus in libello quem ſcripſit aduerſus Stoicos adagium extulit paulo diuerſius, οὐκ ἐνύπνια λαβεῖν μᾶλλον ἔστι παρὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας. *i. Quorum ne ſomnia quidem magis capere licet extra communes cogitationes. Diuus Chryſoſtomus aduerſus Iudæos concione tertia ſic extulit,* οὐδ' ὡς ὄναρ.

Per nebulam, per caliginem, per ſomnium. LXIII

Quarum rerũ ambiguam quandã ac tenuem, peneq; euanidam memoriã aut intelligentiã obtinemus, eas res per nebulam recordari, per ſomniũ meminiſſe, per caliginẽ uidere, prouerbio dicimus. ut quæ pueri uidimus, ſenes quaſi per ſomniũ recordamur, uix tenuibus quibuſdã ſimulacris rerum inhærentibus animo noſtro, qualis eſt fermẽ uulgariũ inſomniorum memoria. Porrò quod per mediã nebulã intuemur eius confuſam duntaxat imaginẽ, ac uelut umbrã incertam aſpicimus. Cuiuſmodi ſunt quæ per caliginẽ cernũtur in tenebris. Hinc igitur ducta metaphora. Huiuſmodi ſermonis formæ frequenter obuiæ ſunt apud ſcriptores. Plaut. in Pſeud. Sũt quæ te uolumus percõtari, quæ quaſi per nebulã noſmet ſcimus atq; audiuimus. Idẽ in Capt. duobus: In memoriam regredior audiſſe me quaſi per nebulã. M. Tullius li. De finib. 5. In infirmæ ætate, imbecillaq; mente, uis naturæ per caliginẽ cernitur. Plato de legib. lib. 7. ἃ δὴ λέγω, λαλῶσαι πειρητέον οἷον διὰ γράμματα ἐξενεγκόντα εἰς φῶς. νῦν γὰρ λεγομένοις ἔοικε κατά τι σκότος. *i. Cæterum quæ dico, conandum eſt, ut uelut exẽplis in lucem prolatis reddamus perſpicua. Nã hæc uidentur ſimilia ijs quæ dicuntur per caliginem quandam. Eodem in lib. legitur* κατ' ὄνυφον. *i. per ſomnum, ſiue in ſomnis.*

De aſini proſpectu. LXIIII

ὄνου παραυλίσεως. *i. De aſini proſpectu. Vetus adagium dici ſolitũ in eos qui ridendo titulo quempiã calumniantur, aut de friuolis rebus aliquẽ in ius uocant. Euentus qui fabulæ præbuit occaſionẽ, uarie narratur ab autoribus. Quidam huiuſmodi quædam memorant: figulus quiſpiã uarias auiũ formas finxerat, easq; in officina collocatas habebat. At aſinus quidã, inobſeruantius ſequẽte agaſone, inſerto per officinæ feneſtellã capite, pariter & aues & reliqua uaſa deiecit, cõmunuitq;. Is cuius erat officina agaſonem in ius uocat. Quumq; rogaretur ab omnibus, qua nam de re litẽ moueret: de aſini, inquit, proſpectu. Alij aues non fictiles, ſed ueras fuiſſe uolũt, quæ aſino, ſicuti dictũ eſt, per feneſtram immittente caput, diſturbatæ perticã ruperunt, reliquaq; uaſa ſubuerterunt. Reliqua fabulæ utcunq; conueniunt. Lucianus in Aſino ſuo præmiã hãc fingit ex ſe natam, quòd dum aſinus conaretur obliquato capite per feneſtrã proſpicere quid ageretur, tũ ſeſe, tũ dominos ſuos prodidit. Eamq; rem magno omniũ riſu exceptam, in adagionem abiiſſe,* ἀπὸ ὄνου παραυλίσεως. *i. ex aſini proſpectu. Porrò iuxta Luciani ſententiam magis quadrabit in eos qui ſtoliditate ſua, dum inepte ſtudẽt diſſimulare, ridicule produntur. Hunc Luciani locum æmulans Apuleius in 9. Metamorphoſeos ſuæ lib. ſcribit ad hunc modũ: Qua contentione & clamoſo ſtrepitu cognito, curioſius alioqui & inquieta procacitate præditus aſinus, dũ obliquata ceruice per quãdam feneſtrulam, quidnam ſibi uellet tumultus ille, proſpicere geſtio, unus è commilitonibus, caſu fortuito cõlimatis oculis ad umbrã meam cunctos teſtatur in corã. Magnus deniq; continuo clamor exortus eſt. Et emerſis protinus ſcalis, iniecta manu quidã me ueluti captiuum detrahũt, iamq; omni ſublata cũctatione, ſcrupuloſius contemplantes ſingula, ciſta etiam illa reuelata repertũ, productumq; & oblatum magiſtratibus miſerum hortulanum, pœnas ſcilicet penſurum, in publicum deducunt carcerem, ſummoq; riſu de meo proſpectu cauillari non deſinunt. Vnde etiam De proſpectu & umbra aſini, natum eſt frequens prouerbium. Hactenus Apuleius.*

Suo ipſius indicio perijt ſorex. LXV

Cui cõſine eſt illud Terẽtianũ ex Eunucho: Egomet meo ĩdicio miſer quaſi ſorex hodie perij. Verba ſũt Parmenonis, qui deluſus à Pythia prodiderat ſe ſeni. Donatus admonet eſſe prouerbiũ in eos qui ſuapte uoce prodũtur. Atq; hinc exiſtimat ductã eſſe metaphorã, q ſoricũ propriũ ſit uel ſtridere clarius q̃ mures, uel ſtrepere magis cũ obrodũt friuola, ad q̃ uocẽ multi ſe intẽdẽtes, quãuis per tenebras noctis tranſigũt eos. Vſurpat hoc adagium diuus Aurel. Auguſtin. ĩ 1. de Ordine li. erga ſuũ Licẽtiũ, qui dũ pulſata tabula, ſoricẽ ſtrepitu abſterret, ipſe ſeſe prodebat Auguſtino quòd uigilaret. Alluſit eodẽ Origenes homilia ĩ Geneſim tertia, Sed uidebor, inquit, ipſe meis indicijs captus.

Induitis me leonis exuuium. LXVI

ἐνδύεταί μοι τὴν λεοντήν. *i. Induitis me leonis exuuiũ. In eos dici ſolitũ, qui ſuſcipiũt negotiũ maius facultate, quiq; ſe magnificentius gerunt quàm pro ſua cõditione. Quidã ab Hercule ſumptũ putant, cuius hic ornatus erat, ut leonis exuuio tegeretur, deinde altera manu clauã, altera geſtaret arcũ, atq; hoc ornatu deſcẽdit ad inferos, Cerberũ extracturus. Huc alludens Ariſtophanes in Ranis, Bacchũ fingit, Herculis inſtar, leonis exuuio clauaq; inſtructũ, ad inferos deſcẽdere parantẽ, ut Euripidẽ cũ Aeſchylo certantẽ audiret. Ridetur autẽ ab Hercule quòd id geſtaminis neutiquã illũ deceret, utpote mollẽ & effœminatum. Eodẽ ptinet quòd Menippus ille Lucianicus eodẽ ornatu ſe ab inferis rediſſe aſſimulat. Nihil autem prohibet, quo minus prouerbiũ ad apologũ illũ referatur, cuius meminit Lucianus in Piſcatore: Apud Cumanos aſinus quiſpiã pertæſus ſeruitutẽ, abrupto loro in ſyluã aufugerat. Illic fortè repertũ leonis exuuiũ, corpori applicabat ſuo. Atq; ita pro leone ſe gerebat, homines pariter ac feras uoce caudaq; territans. Nã Cumani leonẽ ignorãt. Ad hũc igitur modũ regnabat aliquãdiu pſonatus hic aſinus, p leone immani habitus ac formidatus. Donec hoſpes quiſpiã Cumas profectus, q ſæpenumero uiderat & leonẽ et aſinũ, atq; ob id nõ erat difficile dignoſcere, auriũ prominentiũ indicio, neq; nõ alijs quibuſdã cõiecturis aſinũ eſſe deprehendit, ac probe fuſtigatum reduxit, dominoq; agnoſcenti reddidit. Interim autẽ riſum nõ mediocrẽ cõcitabat omnibus Cumanis aſinus iam agnitus, quos dudũ creditus leo, metu, ppemodũ exanimauerat. Cumanos autẽ hic appellat, nõ q ſunt in Italia, ſed q ſunt in Aeolide ſupra Leſbũ. Nã et Leſbij & Cumani notati ſunt ſtoliditatis, ut indicat Stephanus. Vſurpat hoc adagium Socrates Platonicus in Cratylo negãs oportere deterreri ſeſe magnitudine diſputationis inſtitutæ, poſtea quã ſemel leonis pellẽ eſſet indutus. Lucianus ĩ Pſeudologiſta:* οὐκ ἀλεῖτινος, ἢ ἀποδύσῃ τὴν λεοντήν, ὡς φανερὸς γένοιο, καὶ θᾶλλος ὤν, ἀμή τις ἄρα σὲ ὑπερορίων ἄρτι εἰς ἡμᾶς ἥκοι, ἢ εἰς τοσοῦτον κομᾷς εἶκη, ὡς μὴ οἴεσθαι εἶναι ὄνον ἅπάντων ὑβριστότατον σε ὄντα, μὴ πεμμένον γυμνὸν προσέτι ἀκόδρ. *i. Nec opus eſt quopiã qui tibi leonis exuuiũ detrahat, quo palàm fiat te Cantheliũ eſſe, niſi quis ſanè ab ipſis Hyperboreis hoſpes modo ad nos aduenerit, aut uſqueadeo Cumanus ſit, ut qui uiderit, nõ protinus intelligat te aſinorũ*

Ayuntamiento de Madrid

omnium asinũ ferociſſimum eſſe, aut expectet, ut te præterea rudentem audiat. Euſebius Cæſarienſis aduerſus Hieroclẽ, οἱ χάσεῖαι ἂᾳ ἡμεῖν φιλόσοφος, ὃν ὁ τῆ τ λοιτος ὑπαυχηνήσόμεν ὁ ἀλεχέ. i. Abibit nobis quidẽ philoſophus, cæterũ aſinus leonis intectus pelle. Demutauit nonnihil de prouerbio Lucianus in Philopſeude, cũ ait: τοσοῦτον χρόνον ἐλελάθη με, ὑπὸ τῆ λεοντῆ γελοῖόν τινα τῶθυκον τιεῖςέλλων. i. Tantũ tẽporis non animaduerti eum ſub leonis exuuio ridiculã quandã ſimiam tectam habere.

Midas auriculas aſini. LXVII

Μίδας ὄνε ὦτα. i. Midas auriculas aſini. Refertur à Diogeniano. Natũ à fabula notiſſima Midæ regis Phrygiæ, cui Phœbus, quòd ſtolide Panẽ canentẽ ſibi prætuliſſet, aſininas affixit auriculas. Quas cũ diu mitra occuluiſſet, tandẽ à tonſore animaduerſum eſt, ac prolatũ in uulgus. Porrò adagium recte dicetur, uel in ſtolidos & craſſis auribus pinguiq; iudicio homines. Vel in tyrannos, quibus cũ aures ſint aſininarũ inſtar longæ, procul etiã audiunt, uelut auſcultatoribus dimiſſis qui audita referant. Quos Plutarchus in lib. De curioſitate, ὠτακοὰς appellat, et τῶν σατγωγίδας. Eoq; Lucianus in libello cui titulus, Non eſſe facile credendum delatoribus, calumniæ depingens imaginem, Midæ aures illi tribuit, propter ſtudiũ ſubauſcultãdi captãdiq; quid alij rerũ faciãt, ἵν ἀλεξιᾳ τὶς ἀνὴρ κάθηται τὰ ὦτα παμμεγέθη ἔχων, μικρὸ διῆν τοῖς τ μίδα τῶν σοιπότα. i. ad dexterã uir quiſpiã ſedet, auriculis maximis, quales fermè Midæ fuerunt. Ariſtophanes in Pluto:

Μίδας μὲν οὖν ἦν ὦτ' ὄνε λάβητε. id eſt,

Midas quidem itaq;, ſi aſini aures ſumatis.

Quo loco interpres admonet prouerbij de auriculis aſininis, eiuſq; cõmenti uarias allegat cauſas. Quoſdã autores eſſe, Midã hunc ob contemptũ aliquãdo uituperatũq; Bacchi numen, in aſinũ fuiſſe conuerſum. Alij narrant, cũ aliquando præteriret aſinos huius dei, atq; eos affeciſſet iniuria, iratũ Bacchũ, Midæ auriculas aſininas addidiſſe. Sunt qui dicãt huic aures natura prælongas fuiſſe, & aſininarũ inſtar prominẽtes, atq; hinc fabulæ iocũ ortũ eſſe. Quanquã pluribus placet, hac allegoria ſignificatũ, Midã utpote tyrannũ Corycæos ac ſubauſcultatores dimittere ſolitũ, per quos quæcunq; per omnẽ regionẽ uel fierent, uel dicerentur, cognoſceret, nimirum illis utẽs auriũ uice. Proinde cum uulgus admiraretur, ab illo reſciri etiã ea quæ clam ac procul fierent, occaſionẽ fabulæ dederũt, ut Midas diceretur auriculas aſini habere. Vel quòd nullũ aliud animal acrius audiat quàm aſinus, excepto mure: uel quòd aures habeat omnium longiſſimas. Perſius,

Auriculas aſini quis non habet?

Ferunt nonnulli primum à poẽta ſcriptum fuiſſe,

Auriculas aſini Mida rex habet.

Deinde metu Cæſaris ſcripturam mutaſſe, quis nõ habet.

Hinc illæ lachrymæ. LXVIII

Ex Andria Terentiana per alluſionem prouerbialiter uſurpatum uidetur ab Horatio: Hinc illæ lachrymæ. Vſurpauit ad hunc modum M. Tullius in actione pro M. Cælio: Hinc illæ lachrymæ nimirum, & hæc cauſa eſt horum omniũ ſcelerum atq; criminũ. Dicetur autem de rei cauſa aliquandiu diſſimulata, quæ uere tandem deprehendatur. Veluti ſi quis dicat barbaros damnare Græcas literas, ne ſcilicet ipſi parum docti uideantur, commode ſubnectet: Hinc illæ lachrymæ, hoc eſt quod eos male habet. Sumuntur autem frequenter id genus alluſiones à claris autoribus, & in prouerbij uicem transferuntur, etiam ſi nulla figura prouerbialis adſit. Quod genus illud ex Homero ſæpius iteratum in Epiſtolis Ciceronis ad Atticum, ἀλέομαι ζῶας. i. Vereor Troianos.

Hæc Helena. LXIX

Non diſſimili figura dixit Lucianus in Eunucho, Αὕτη ὦ πάμφιλε ἑλένη, ὑπὲρ ἧς ἐμονομάχησ. i. Hæc ipſa erat Helena, pro qua digladiabantur. Loquitur autem de duobus Peripateticis, mercedis ac lucri cupiditate turpiter apud iudices contendentibus. Alluſit ad monomachiam. i. ſingulare certamen, quod inter Menelaum & Paridem factum deſcribit Homerus Iliados lib. 3.

Ebur atramento candefacere. LXX

Ebur atramento candefacere, eſt genuinæ formæ, cultũ atq; ornatũ externũ inducere, quo decus illud natiuũ obſcuretur magis quàm illuſtretur. Proinde lena Plautina puellæ naturali forma præditæ, tamen ceruſſã ad oblinendas malas poſtulanti: Vnà, inquit, opera ebur atramẽto candefacere poſtules. Propterea quòd omne lenocinium rebus naturæ pulchris dehoneſtamentũ adferat, non uenuſtatẽ. Veluti ſi quis ueritatẽ, qua nihil eſt pulchrius, rhetorũ pigmentis conetur exornare. Porrò quemadmodum ceruſſa ad cãdorẽ conciliandũ adhiberi cõſucuit, itidẽ purpuriſſa ad tingendas rubore malas. Simili forma dixit in Moſtellaria: Noua pictura interpolare uis opus lepidiſſimum.

Syncerum uas incruſtare. LXXI

Eodem ferme pertinet Horatiana metaphora, quæ in Sermonum lib. 1. legitur, Satyra 3.

At nos uirtutes ipſas inuertimus, atq;
Syncerum cupimus uas incruſtare.

Hoc eſt, quæ per ſe recta ſunt, ea nominibus alienis impoſitis deprauamus atque obtegimus. Quanquam poteſt & ad ſuperiorem ſententiam eleganter accommodari, hoc eſt, cum rebus per ſe decentibus tectorium inducimus, quod tegat & obſcuret natiuum decus, non augeat.

Pulchrorum etiam autumnus pulcher eſt. LXXII

Τῶν καλῶν, καὶ ὀπώρη καλή. i. Pulchrorũ, etiam autumnus pulcher. Metaphora prouerbialis nata ex Archelai apophthegmate, quod ab eo dictum Plutarchus refert in Euripidem, qui iam pubeſcentem atq; exoletum Agathonẽ in cõuiuio ſuauiabatur. Non abludit ab illo Homerico, quod alio reddemus loco, ἐκ τ καλάμης γινώσκειν. i. è culmo cognoſcere. Vernis enim menſibus nihil non tenerum ac nitidum, cum omnia adhuc in flore aut in herba ſunt. Cæterum autumni tempore poſtea quàm iam in culmos, aut caulem excreuerunt, horridiora uidentur. Quadrat igitur in ea, quæ cũ natura ſint egria, ne tum quidẽ faſtidienda uidentur, cum maturuerunt. Alioqui nihil ferè tam fœdum, quod non aliquando niteat ætate. Dicetur non inelegãter & in hos, qui belle portant ætatem.

Magnorum fluminum nauigabiles fontes. LXXIII

Simili metaphora uidetur dictũ & illud, quod refert ac notat Fabius in 8. Inſtit. lib. Magnorum fluminum nauigabiles fontes ſunt. eam ſententiam ait ſe iuuene decantatam fuiſſe. Significat autem præpotẽtium quantulacunq;, plus pollere quàm uniuerſas tenuium opes. Cæterũ notat Fabius hoc ſentẽtiarum genus, quòd palàm falſæ uideantur.

Generoſioris arboris ſtatim planta cum fructu eſt. LXXIIII

Simillimam huic eodem loco ſubijcit: Generoſioris arboris ſtatim planta cum fructu eſt. Quo quidem id innui uidetur, egregia beneq; nata ingenia, ſtatim matureſcere, & ad frugem peruenire. Taxat Fabius & hoc ſententiæ genus. Mihi tamen uiſum eſt in adagiorum catalogum has quoq; referre, quòd uulgò celebres fuiſſe teſtatur, & impudentior hyperbole, ſicut paulo ſuperius dictum eſt, non reijcitur ab hoc genere.

Cornic

Ayuntamiento de Madrid

Cornicum oculos configere. LXXV

M. Tullius in oratione pro Murena ſcribit ad hũc modum: Deinde etiã ſi quid apud maiores noſtros fuit in iſto ſtudio admirationis, id enunciatis ueſtris myſterijs, totum eſt contemptũ & abiectũ. Poſſet agi lege nœne, pauci quondam ſtudebant. Faſtos enim uulgò nõ habebant. Erãt in magna potentia qui conſulebantur, à quibus etiã dies tanquã à Chaldæis petebantur. Inuẽtus eſt ſcriba quidã Cn. Flauius, qui cornicũ oculos confixerit, & ſingulis diebus ediſcendos faſtos populo propoſuerit, & ab ipſis iureconſultis, eorũ ſapientiã compilarit. Itaq; irati illi quòd ſint ueruti, ne dierũ ratione peruulgata & cognita, ſine ſua opera lege poſſet agi, notas quaſdã cõpoſuerunt, ut omnibus in rebus ipſi intereſſent. Idẽ in actione pro L. Flacco: Hic Hercule cornici oculum, ut dicitur: nam hunc Hermippũ honũnẽ eruditũ, ciuem ſuum cui debebat eſſe notiſſimus, percußit. Porrò prouerbiũ natũ ſit ex Apologo quopiã, an ex euentu, an ex metaphora ſumptum, non ſatis liquet. Vndecunq; ſtaxerit, perinde uſurpare uidetur, cornicũ oculos configere, quaſi dicas, nouo quodã inuento ueterũ eruditionẽ obſcurare, efficereq; ut ſuperiores nihil ſciſſe, nihil uidiſſe uideantur. Effertur autem per ironiã. In eadem ſententia uſus eſt diuus Hieronymus. Apologetico aduerſus Ruffinũ ſecundo. Nunc uero cum pro uarietate regionum diuerſa ferantur exemplaria, & germana illa antiquaq; trãslatio corrupta ſit atq; uiolata, noſtri arbitrij putas, aut ex pluribus iudicare, quid uerũ ſit, aut nouum opus in uetere condere, illudentibusq; Iudæis, cornicum, ut dicitur, oculos cõfigere. Hæc Hieronymus ſentiens, quaſi ſua caſtigatione prolata, Iudæi iam nihil ſciturí uiderẽtur, à quibus id temporis ueteris teſtamẽti ueritas petebatur. Nec admodum diuerſe uſurpauit Macrobius libr. Saturnal. 7. Et quia, inquiens, his loquẽdi labyrinthis nos impares fatemur, age Vecti, hortemur Euſtathium, ut recepta contraria diſputatione, quicquid pro uario cibo dici poteſt, uelit communicare nobiſcum: ut ſuis telis lingua uiolenta ſuccũbat, & Græcus Græco eripiat hũc plauſum, tanquã cornix cornici oculos effodiat. Hactenus Macrobius. Illud nõ ab re fuerit admonere lectorẽ, ut etiam atq; etiã conſideret, num cornicũ uiuacitas & concordia huic adagioni locum fecerit. Si quidẽ cornix antiquitus concordiæ ſymbolum erat. Eiuſdem uiuacitas etiã Græco prouerbio celebrata eſt. Vt is uideatur cornicũ oculos uelle configere, quiſquis ea quæ antiquitas magno conſenſu approbauit, damnare, ac reſcindere conetur. Nec admodum abſurdũ, ſi quis in hunc modum accipiat, ut dicatur oculos cornicũ configere, qui perſpicaciſſimis oculatiſſimiſq; uiſum adimat, offundatq; tenebras: aut qui rẽ ipſiſſimam acu, quod aiunt, tangat, tantus uidelicet artifex, ut non ſolùm ſcopũ, aut auem, uerùm & ipſos oculos iaculo feriat.

Gladiatorio animo. LXXVI

Prouerbij ſpeciem habet quod legimus in Phormione Terentiana: Hem gladiatorio animo ad me affectant uiam. Quo ſignificatur, ita tendi ad nocendum alteri, ut id cum proprio etiã periculo tentetur, animo pertinaci, paratoq; uel perdere, uel perire. Nam gladiatori cõpoſito ad certamen hæc pugnæ propoſita ſors eſt, aut occidere ſi occupauerit, aut occumbere ſi ceſſauerit. Ariſtoteles audaciam huiuſmodi, cum propriæ ſalutis contemptu coniunctam, Celticam appellat.

Fruſto panis. LXXVII

Fruſto panis, pro re quãuislibet puſilla ac uili, noſtris quoq; temporibus uulgò dicitant. M. Cato in oratione quadam M. Coelio uilitatẽ opprobrans, non loquendi tantùm, uerùm etiam tacendi: Fruſto, inquit, panis cõduci poteſt, uel uti taceat, uel uti loquatur. Citatur locus ab A. Gellio in Noctibus Atticis. Videtur hyperbole ſumpta, uel à canibus quos fruſto panis inuitare ſolemus, uel à mendicis.

Quem mater amictum dedit obſeruare. LXXVIII

Quem mater amictũ dedit obſeruare. Pro eo, quod eſt puerìliter ex alieno præſcripto uiuere, legitur apud Quintil. lib. 5. Nã quid, inquit, illa miſerius lege, ueluti præformatas infantibus literas proſequentiũ, & ut Græci dicere ſolent, quẽ mater amictũ dedit, ſolicite cuſtodientiũ? Quibus ex Fabij uerbis apparet, Græcis in prouerbio fuiſſe. Vſurpat autẽ & indicat adagiũ Lucia. in Nigrino: καὶ πόθεν ὁ ταὼς ὅτος; καὶ τάχα τὸ μυῤῥὸς ἔσηρ ἀυτ. i. Et unde hic pauo? Atq; fortaſſis materna ueſtis eſt. Dicuntur hæc ſõmata in cũ, q uerſicolore ueſte amictus aduenerat. Plutar. in cõmẽt. De fortuna Alexãdri, Δίκαιον νηπίου παιδὸς, φυλάττοντα τὰ πεπροβολὼ, ἢ κἂν πάρεργον ἐνίοις συνήθεια, καθάπερ τιτθὴ πεπαίθυιαν. i. More puſilli pueri ſeruantẽ amictũ, quẽ illi patriæ cõſuetudo uelut nutrix addiderat. Quin hoc ipſum, quo nihil iã tritius, ex præſcripto uiuere, prouerbiali metaphora dictũ apparet, tractũ uidelicet à pueris, quibus, ut inquit Plato, ἐν τῇ γραφίδι. i. in tabula graphiaria doctor exẽplar præſcribit, quod imitantes, literarũ notulas conſueſcant effingere. Hoc imitationis genus uelut addictum ac ſeruile uidet Horatius.

O imitatores ſeruum pecus, ut mihi ſæpe
Riſum, ſæpe iocum, ueſtri mouere tumultus.

Et Fabius nihil putat ad benedicendum inutilius, quàm ita ſeruire præceptis artis, ut non auſis digitum Latum ab illis diſcedere, ſi quando cauſæ ratio poſtulabit.

Quid diſtent æra lupinis. LXXIX

Prouerbij faciẽ habet, quod eſt apud Horatium in Epiſtolis:

Nec tamen ignorat, quid diſtent æra lupinis,

Id eſt: nouit diſcrimen rerum uilium & precioſarum. Agit autem Horatius de ijs, qui beneficia non ita conferunt in quoſuis, uelut abijciant, ſed ita collocant, ut expendant & eius meritum ac dignitatem cui præſtant, & precium muneris quod largiuntur. Porrò lupini uilitatem prouerbialiter notauit & Iuuenalis:

_Tunicam mihi malo lupini,
Quàm ſi me toto laudet uicinia pago.

Notat & Lucianus in libello De mercede ſeruientibus, cum rogat num uſq; adeo defuerit lupini & aquæ fontanæ copia, ut in eam ſeſe conijceret ſeruitutem.

Me mortuo terra miſceatur incendio. LXXX

Extat Græcus ſenarius παροιμιώδης apud Suetonium Tranquillum in uita Neronis:

ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί. id eſt,
Me mortuo conflagret humus incendijs.

Quod cum à quodã ſermone cõmuni diceretur: Nero reſpondens, imò, inquit, ἐμοῦ ζῶντος. i. Me uiuo, alludens ad urbis incendiũ, q paulo poſt effecit. Meminit huius prouerbij M. Tull. lib. De finib. bonorũ 3. Quoniãq; illa uox inhumana, & ſcelerata dicitur eorũ, q negãt ſe recuſare, quo minus ipſis mortuis, terrarũ omnũ deflagratio conſequatur, quod uulgari quodã uerſu Græco pronunciare ſolent. Itẽ Seneca lib. De clementia 2. cũ dicit, multas uoces magnas, ſed deteſtabiles in uitã humanã peruenìſſe, celebresq; uulgò fieri, ut illam, Oderint, dum metuant. Cui, inqt, Græcus uerſus ſimilis eſt, q ſe mortuo terrã miſceri ignib. iubet. Quin eadẽ ſententia, hodieq; uulgò durat iter mortales. Mihi, i quiũt, moriẽti mũdus uniuerſus moritur. Qui ſignificãt nihil ſua referre, quid poſteris accidat uel boni uel mali, cum ipſi tollantur è uita, nequaquã ſenſuri.

Mare

Ayuntamiento de Madrid

Mare cœlo miſcere. CLXXXI

Mare cœlo miſcere. Prouerbialis hyperbole eſt, pro eo quod eſt, omnia perturbare, nihilq; nõ facere. T. Liuius: Quid eſt, quod cœlo terrã, terræ cœlũ miſceant? Idẽ alibi: Quid tandem eſt, cur cœlũ ac terras miſceant? Iuuenalis:

—Clamet licet, & mare cœlo
Confundas, homo ſum.

Lucianus in dialogo Promethei & Mercurij: τί ἦν διὰ τοῦτο ἐχρῆν τὸ μὲν λόγῳ, τῇ γῇ δὲ ἀέρι ἀναμεμίχθαι; i. Quid igitur oportebat ea gratia, terræ, quod dici ſolet, miſcere cœlum? Vergilius in 5. de Iunone omnia tentante:

—Maria omnia cælo Miſcuit.

Idem paulo diuerſius in duodecimo:

Non ſi tellurem effundat in undas
Diluuium miſcens, cælum'ue in tartara ſoluat.

Ariſtophanes in Lyſiſtrata, non diſſimili figura dixit,

Τὰ δ' ὑπέρτερα νέρτερα θήσω ζεὺς ὑφιβρεμέτης. i.
Quin & ſupera infera reddet Iupiter altifremus.

Plutarchus in uita Romuli ſic uſurpat, ut cœlum terræ miſceant, qui ex hominibus deos, ex dijs homines faciunt, & quæ ſunt hominum fabulantur de dijs, ἀπογνῶναι μὲν οὖν παντάπασι τὴν θειότητα δεῖ ἀρετῆ ἀνόσιον καὶ ἀγεννὲς, ὀρανῷ δὲ μιγνύμεν γῇ ἀβλάστερον. i. In totum abnegare diuinitatem uirtutis impium eſt & ingeneroſum, cæterum cœlo miſcere terram, ſtuporis eſt.

Miſcebis ſacra prophanis. CLXXXII

Conſimili figura dixit Horatius:

—Miſcebis ſacra prophanis.

Id eſt, Nihil nõ facies. Itẽ confundens faſq; nefasq;. Apud ueteres multum erat diſcriminis inter res hominum ac res deorum, adeo ut Homerus etiam uocabula diſcernat, quibus dij conſueuerunt uti, à uocibus humanis. Et Pythagoras à quibuſdam iuſſerit abſtineri quòd numinibus eſſent conſecrata, Vnde qui nihil habent penſi, quiq; nihil non audent, miſcent ſacra prophanis.

Sus'que de'que. CLXXXIII

Apud Plautum atq; alios autores prouerbialiter poſitũ inuenitur, ſuſq; deq; fero, & ſuſq; deq; habeo, pro eo quod eſt, nihil mea refert, nil laboro. Plautus in Amphit. Quæ neq; ſunt facta, neq; ego in me admiſi, arguit, atque id me ſuſq; deq; eſſe habituram putat. A. Gellius lib. Noctiũ 16. ſcribit, ſuſq; deq; ferre, idẽ ualere quod æquo animo eſſe, & quod accidit non magni pendere: atq; interdũ negligere & contemnere, ſimillimũq; eſſe illi quod Græci dicũt, ἀδιαφορεῖν. Citat autem Laberium in Compitalibus:

Nunc tu lentus es, nunc tu ſuſq; deq; fers.

Item M. Varronem in Siſenna: Quòd ſi non horum omnium ſimilia eſſent principia, ſuſq; deq; eſſet. Deniq; uerſus hos ex Lucilio refert:

Verum hic ludus ubi ſuſq; omnia deq; fuere.
Suſq; & deq; fuere, inquam, omnia ludus, iocuſq;.

Imitatum ex illo Græco ſchemate, ἄνω καὶ κάτω. i. Surſum ac deorſum, quo nullum ordinem, nullumq; rerum diſcrimen ſignificamus.

Vltro citro'que. CLXXXIIII

Vltro citroq; puerbiali figura dicitur, ualetq; perinde quaſi dicas, hinc atq; illinc, ſiue utrinq;. Fit autẽ uenuſtior metaphora, quoties ad mutuã altercationẽ, diſceptationẽ, confabulationẽ, rixã'ue refertur. Quod genus eſt apud Ciceronẽ De repub. Multisq; uerbis ultro citroq; habitis, ille nobis cõſumptus eſt dies. Idẽ in libris Officiorũ: Beneficijs ultro et citro datis acceptisq;. Seneca de beneficijs li. 5. Beneficiũ et gratiæ relatio ultro citroq; ire debẽt. Conſimili forma dicimus: Vltro citroq; agitata cauſa. Et ultro citroq; datus & acceptis cladibus. Vltro citroq; certatũ cõuitijs.

Surſum ac deorſum. CLXXXV

Huic ſimillimũ eſt illud ex Eunucho Terentiana: Sex ego te totos Parmeno hos mẽſes quietũ reddã, ne ſurſum deorſũ curſites. i. huc atq; illud, aut certe ſubinde ad Thaidem ab hero, rurſum ab hero ad Thaidẽ intercurſites, ita ut ſolẽt amantiũ miniſtri. Quod quidẽ pluſculũ habebit decoris, ſi lõgius trãſferatur, ut ſi quis dicat, iurecõſultos, à uolumine ad uolumẽ, à lege ad legẽ, ab interprete ad interpretẽ, ſubinde transferentes ſeſe, ſurſum ac deorſum uagari. Ea metaphora mutuo ſumpta uidetur à Siſyphi fabula ſaxũ uoluentis apud inferos. Cui Græcũ illud ἄνω καὶ κάτω, de quo modo meminimus, ita finitimũ eſt ut idẽ eſſe uideatur. Demoſthenes in prima cõtra Philippũ oratione: ἐὰν ἀλλεθίπτε, συμπαρθεῖτε ἄνω καὶ κάτω. i. Quod ſi alio quopiam in loco Philippum adeſſe nunciatum ſit, pariter accurritis ſurſum ac deorſum. Ariſtophanes ἐν ἀχαρνῆς.

Οἱ δ' ἐν ἀγορᾷ λαλοῦσι, κ' ἄνω καὶ κάτω
Τὸ σχοινίον φέυγουσι τὸ μεμιλτωμένον. id eſt,
At hi in foro loquuntur, & reſticulam
Surſum ac deorſum minio uitant litam.

Euripides in Bacchis:

ἄνω κάτω τὰ πάντα συγχέας δόμους. id eſt,
Surſum deorſum cuncta confundens ſimul.

Plato in Phæd. χρὴ πάντας τοὺς λόγους ἄνω κὴ κάτω μεταφορεῖσθαι ἐπισκοπεῖν. i. Oportet rationes omnes ſurſum ac deorſũ uerſemus, atq; ita cõſideremus. Idẽ in Theæteto: κὴ γένοιτ' ἄν τὸ λεγόμενον, ἄνω κάτω πάντα. i. Fiatq; quod dicitur, ſurſum deorſũ omnia. Vſus eſt & in Parmenide. Vtitur eodẽ Ariſtides rhetor, cũ alijs aliquot locis, tũ in Cimone: ἐγώγε ὀχθοῦμαι πῶς ἂν μᾶλλον πάντα ἄνω κὴ κάτω γένοιτο. i. Ego ſanè nõ uideo quo pacto poſſit uniuerſa magis ſurſum ac deorſum miſceri. Menãder apud Plutarch.

Οὐ γὰρ φερομένους ἄνω κάτω, οἶμαι λέγειν. id eſt,
Neq; dum ſe agunt ſurſum deorſum dicere Heu mihi.

Pro ἄνω καὶ κάτω, dixit Euripid. πάλιν τε καὶ πρόσω. quaſi dicas, antrorſum ac retrorſum.

Φύρουσιν ταῦθ' οἱ θεοὶ πάλιν τε καὶ πρόσω id eſt,
Miſcent enim hæc ſurſum ac deorſum numina.

Verſus à ſcribis corruptus conſtabit ſi legas:

Φύρουσι ταῦτα θεοὶ πάλιν τε καὶ πρόσω.

Apud Athenæum libro ſexto: ἀλλὰ μεταφέρει ἕκαστος & αὐτῶν ταῦτ' ἄνω τε καὶ κάτω. id eſt,
Sed iſta ſinguli Surſum deorſum transferunt.

De poëtis loquitur q̃ nihil ipſi reperiunt noui, ſed ab alijs inuenta miſcẽt, et aliter tractãdo faciunt ſua. Proinde prouerbiũ accõmodabitur, uel ad omnia tẽtantẽ, uel ad omnia cõfundentẽ, uel ad intelligẽtiã omni ex parte negotiũ circũſpicientis. Huic plane ſimillimũ eſt q̃d extat apud Terentiũ in Ecyra: Curſari rurſũ prorſum, pro eo quod eſt, huc illuc. Nã rurſum proprie ſonat, retro: & prorſum, ante. Prouerbiale ſchema annotauit et Donatus. Cuius nodi sũt & illa, ſurſum deorſum, intrò foras, hac illac, & Græcis ἄνω καὶ κάτω, πρόσσω καὶ ὀπίσσω. Quo lõgius receſſerit à rebus corporeis hoc plus uenuſtatis habebit adagium. Quod genus eſt illud Iuliani ad Galenũ li. quo hũc refellit: Οὐδ' ἂν πείσαιμεν ὑμᾶς τε καὶ αὐτοὺς ἐπ' ἀληθείᾳ, ὅτι ἴσασί τί φύσις ἐστὶν, ἢν ἄνω τε καὶ κάτω θρυλλῶσι, βαγωδοῦντες πᾶν ἀκριβῶς. i. Nequaquã pſuaſuri sũt uel nobis, uel ſibijpſis ueræ, ipſos ſcire qd ſit natura, quã ſurſum ac deorſum celebrãt, ubiq; magnifice prædicantes. Ita qui uarijs modis rẽ apud ſeſe expendit ἄνω κάτω λελογισμένα dici poterit.

Omnium horarum homo. CLXXXVI

Qui ſerijs pariter ac iocis eſſet accõmodus, & qui cũ aſſidue libeat conuiuere, eum ueteres omnium horarũ hominem appellabant. Atq; ita uocatum Aſinium Pollionem, autor

Ayuntamiento de Madrid

autor eſt Fabius. Apud Suetonium Tiberius duos quoſdam combibones ſuos, iucundiſſimos, & omnium horarum amicos profiteri ſolet, etiam codicillis. Eiuſmodi amicum eleganter ſimul, & graphice depinxit Ennius, ſub perſona Gemini Seruilij. Carmen quanquam extat apud Aulum Gellium Noctium Atticarum lib. 12. cap. 4. tamen non grauabor adſcribere:

Hocce loquutus, uocat qui cum bene ſæpe libenter
Menſam ſermonesq; ſuos, rerumq; ſuarum
Comiter impertit, magna cum lapſa diei
Pars foret, & ſummis rebus, paruisq; gerundis
Parte fuiſſet de paruis, ſummisq; gerundis
Conſilio, induforo, lato, ſanctoq; ſenatu.
Cui res audacter miquas paruasq; iocumq;
Eloqueret: quæ tincta malis, & quæ bona dicto
Euomeret: ſi quid uellet, tutoq; locaret.
Quo cum multa uolup, ac gaudia, clamq;, palamq;
Ingenium cui nulla malam ſententia ſuadet,
Vt faceret facinus leuis haud malus, idem
Doctus, fidelis, ſuauis homo, facundus, ſuoq;
Contentus atq; beatus, ſcitus, ſecunda loquens, in
Tempore commodus, & uerborum uir paucorum.
Multa tenens antiqua, ſepulta, & ſæpe uetuſtas
Quæ facit, & mores, ueteresq; nouosq; tenentem,
Multorum ueterum & leges, diuumq; hominumq;
Prudentem, qui multa loqui ac tacere uoluit.

Talis & inter philoſophos fuiſſe traditur Ariſtippus, qui Dionyſij iuſſu cum cæteris nec in fœminea purpura ſaltare detrectauit, Platone recuſante, addens uel in Bacchanalibus oportere pudicum eſſe. Hinc Horatius:

Omnis Ariſtippum decuit color.

Contrà qui ſuis quibuſdam ſunt moribus, neque faciles ad cuiuſuis hominis conuictum, perpaucorum hominum homines dicuntur. ut apud Terentium. Apud Horatium autem communi ſenſu caret, inquimus.

Pecuniæ obediunt omnia. CXXXVII

Tam omnibus nationibus in ore fuiſſe uidetur hæc ſententia, quàm nunc etiam omnibus eſt in uſu: Pecuniæ obediũt omnia. Et refertur in prouerbijs Hebræorum, apud Eccleſiaſten, cap. 10. nec eo ſcelus à Græcis pariter ac Latinis autoribus celebratur. Euripides in Phœniſſis.

Τὰ χρήματ' ἀνθρώποισιν τιμιώτατα,
Δυνάμιν τε πολλὴν τῶν ἐν ἀνθρώποις ἔχει.
Mortalibus nil carius pecunia,
Atque inter homines una plurimum ualet.

Item Ariſtophanes in Pluto:

ὡς δοῦλον ἅπαντες ὑγιὲς ὄντ' ἀδικοῦσι,
ἀλλ' ἐὰν τὸ κέρδος ἅπαντες ἀπολωσιν.
Proh ut nihil ſanum reperias uſpiam,
Sed pariter omnes ſeruiunt uicti lucro.

Huc alludit & Demoſthenicũ illud in prima Olynthiaca: δεῖ δὴ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων δοῦλον ὄντα γενέσθαι τοῦ διδόντος. i. Breuiter opus eſt pecunijs, neq; citra has quicquam eorum quæ facienda ſunt, confici poteſt. Rurſum Ariſtophanes in eodem Pluto, facetiſſime perſequitur, quicquid rerum uel bonarum, uel malarum geritur inter mortales, id pecuniarum gratia fieri, quin etiam dijs ipſis non aliam ob cauſam rem diuinam fieri. Atque inter alia permulta hanc catholicam ſententiam refert:

ἤ τιν' ὄψει λαμπρὸν καὶ καλὸν,
ἢ χάλκεον ἀνδρώποισι, δίκαιον γίγνεται.
ἅπαντα γὰρ πλουτεῖν γάρ ἐσθ' ὑπήκοα. id eſt,
Si quid eximium eſt aut ſplendidum,
Si quid uenuſtum, hominibus abs te uno uenit.
Siquidem opibus uniuerſa ſimul obediunt.

Proinde Horatius pecuniam reginam appellat:

Scilicet uxorem cum dote, fidemq; & amicos,
Et genus & formam regina pecunia donat.

Sed nemo feſtiuius pecuniæ tyrannidem deſcripſit quàm Euripides, Bellerophontem ad hunc modum loquentem faciens. Referuntur autem à Seneca libr. Epiſt. 31. nam ipſa quidem fabula non extat. uerſus aliquot: hi quoniam ſunt in primis lepidi ac uenuſti, non grauabor aſcribere, ſed aliquot locis emendatos. Quandoquidem apud Senecam habentur depraua ti:

Sine me uocari peßimum, ut dies uocet.
Nemo an bonus, an diues omnes quærimus.
Non quare, & unde, quid habeas, tantum rogant.
Vbiq; tanti quiſq;, quantum habuit, fuit.
Quid habere nobis turpe ſit, quæris? nihil.
An diues omnes quærimus, nemo an bonus.
Aut diues opto uiuere, aut pauper mori.
Bene moritur, quiſquis moritur dum lucrum facit.
Pecunia ingens generis humani bonum.
Cui non uoluptas matris, aut blandæ poteſt
Par eſſe prolis, non ſacer meritis parens.
Tam dulce ſi quid Veneris in uultu micat,
Merito illa amores cœlitum atq; hominum mouet.

Cum hi, inquit, nouiſſimi uerſus in tragœdia pronunciati eſſent, totus populus ad eijciendum & actorẽ & carmen conſurrexit, uno impetu, donec Euripides in medium ipſe proſilijt, petẽs ut expectarent, uiderentq; quem admirator auri exitum faceret. Dabat in illa fabula pœnas Bellerophontes, quas in ſua quiſque dat. At ex his uerſibus, quos Latinos recitat Seneca, poſteriores aliquot reperi Græcos apud Athenæum in Dipnoſop. libr. 4. ſed citra nomenclaturam autoris, eos hoc loco ſubſcribam:

Ὦ χρυσὸν ἀνθρώποισι κάλλιστον βροτοῖς,
ὡς οὔτε μήτηρ οὐδὲν τοιόνδ' ἔχει,
Οὐ παῖδες ὧν ὁμοίσιν, ὃ φίλῳ πατὴρ
Οἷας σὺ, χ' οἱ σὲ δόμασιν κεκτημένοι.
Εἰ δ' ὄμμ' ἔνεστι τοιόνδ' ὀφθαλμοῖς ἔφυ,
Οὐ θαῦμ' ἔχουσας μυθίοις αὐτῶν ἔχειν. id eſt,
O captus aurum hominibus ornatiſſimum,
Vt nec genitrix, nec pater, nec liberi
In ædibus tales uoluptates ferunt:
Quales paris tu his, qui domi te poßident.
Quod ſi hoc modo Veneris renident lumina,
Haud mirum amores ſi ſcit innumerabiles.

Subit interim admirari peruerſum præpoſterumq; mortalium ingenium. Sententiam improbam in ficta fabula, ſub perſona improba, ab hiſtrione recitatam in theatro non ferunt, ac per tumultũ eijciunt, ſibi quiſq; domi ignoſcit. Quotus enim quiſq; eſt qui ſtudio uitæq; non loquitur, quod illic hiſtrio ſonabat? Horrent uoces in theatro, & non horrent rem in omni uita? Quid infamius, quid execratius apud omnes mendacij uocabulo? quid ipſa re in moribus hominum uſitatius? Quid periurio deteſtabilius? Excute uitam hominum, periurij plena ſunt omnia. Vide quid populo iurent principes, quid epiſcopi, quid abbates, imò quid in baptiſmo Chriſtiani omnes. Confer mores, quantam inuenies periuriorum μυριονλαν? Quàm abominamur furis nomẽ? At in uita nihil aliud inuenies. Niſi fortè furtum non eſt, accipere pecuniam mutuam animo non reddendi, negare depoſitum quum tutum eſt, mala fide inuadere hæreditatem aut poſſeſſionem alienam, imponere emptori, ſuffurari nonnihil de materia quam ſuſcepiſti, pro gemmis uitra obtrudere, aliud uini genus pro alio uendere. Deniq; nullam prætermittere occaſionem fraudandi proximum. Sed ad prouerbia redeo.

Veritæ

Veritatis simplex oratio. LXXXVIII

Refertur in Diogeniani collectaneis hoc adagium. Extat autem in Phœnissis Euripidis, ad hunc modum:

ἁπλοῦς ὁ μῦθος ἀλλ' ἀληθείας ἔφυ,
Κοὐ ποικίλων δεῖτ' ἄν τις ἐρμηνευμάτων,
ἔχει γὰρ αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν λόγος
Νοσῶν γ' ἂν ἀνδρὸς, φαρμάκων δεῖται σοφῶν. id est,

Num ueritatis fuerit esse oratio
Simplex, uafris nec est egens ambagibus
Interpretum, siquidem ipsa per se congruit:
At sermo iniquus, quia per se sit morbidus,
Medicamenta exquisita deposcit sibi.

Citatur à Seneca epist. 49. Nam ut ille ait tragicus: ueritatis simplex oratio est. Prouerbiũ usurpabitur, uel in rhetores ac poëtas, qui mendacia uerborum lenociniis fucare solent. Vel in blandiloquos, qui quòd non ex animo dicãt, solẽt accuratius adornare sermonẽ, ac ueros affectus hoc diligentius imitari uerbis, quo magis uacant affectibus:

Vt qui conducti plorant in funere, dicunt
Ac faciunt prope plura dolentibus ex animo:

Cum interim simplex illa rusticanáq; ueritas, negligat id genus orationis fucos: Τὰ σῦκα σῦκα, τὴν σκάφην σκάφην. i. Ficus ficus, ligonem ligonem appellans. Vel in diuinos, qui uaticinia sua uerbis ambiguis efferunt, nequeant deprehendi, fitq; rimæ quæpiam per quam clabantur. Deniq; in eos qui perplexe loquuntur, dum uerum dissimulant. Nam hoc indicio sæpenumerò deprehenditur uanitas, uelut in Eunucho Terentiana:

Pergin' scelesta mecum perplexè loqui?
Scio, nescio, abijt, audiui, ego non adfui,
Non tu isthuc mihi dictura aperte es, quicquid est?

Tunica pallio propior est. LXXXIX

Apud Plautũ in Trinummo legitur allegoria prouerbialis: Tunica pallio propior est. Quo significatum ex amicis nos alijs atq; alijs magis esse deuinctos, neq; parẽ omniũ habendam esse rationẽ. Apud ueteres primũ in officio locum habebant parentes, proximum pupilli nostræ fidei crediti, tertium clientes, quartum hospites, quintũ cognati & affines, ut indicat Gellius lib. 5. cap. 13. Præterea quædam negotia propius alijs ad nos pertinere. Pallium extremi uestis apud Græcos, quemadmodũ apud Romanos toga. Tunica togá tegebatur, ut frequenter apud Homerum, χλαῖναι καὶ χιτῶνες, simul nominantur.

Genu sura propius. XC

Γόνυ κνήμης ἐγγύτερον. i. Genu sura propius. Qui Græcas paræmias collegerunt, aiunt, hoc adagiũ ex euentu quodã esse natum. Quum in prælio quidam cõspiceret duos amicos, pariter de uita periclitantes, fratrem & consobrinum, neq; posset utriq; simul ferre suppetias, omisso consobrino fratrem defendit, atque hanc interim sententiam pronunciauit, quæ postea transierit in prouerbium, γόνυ κνήμης ἐγγύτερον. id refertur ab Aristotele lib. Moral. 9. Accedunt, inquiens, eodem & prouerbia uniuersa, ut anima una, & amicorum communia sunt omnia, & amicitia est æqualitas, & tibia genu propinquius. Theocritus in Idyllio, cui titulus Charites, tribuit hoc adagium uiro tenaci, qui sibi uiuat, neq; quicquam uelit impertiri amicis.

Πᾶς δ' ὑπὸ κόλπῳ χεῖρας ἔχων τὸθεν ἀὖξεται ἀθρεῖ
ἄργυρος, ἀδλέκτῳ ἰὼν ἀποβίλατος τινὶ δείλῃ,
ἀλλ' οὐδὸς μυδέεται, ἀποστίφων ἢ γόνυ κνήμα.
Αὐτῷ μοῖτι γένοιτο. id est,

Verum quisq; sinu dextram occulit, illud & unum
Cogitat, unde sibi congesta pecunia crescat,
Nec cuiquam absterso rubigine donet amico.
Imò statim hoc, mihi sura genu longinquior inquit:
Ipsi malum aliquid fetur mihi.

Athenæus lib. 9. eò deflexisse uidetur, ut dicat de ijs potius, quæ propius ad rem pertinent. Ex hoc igitur Plautus suum illud effinxisse uidetur: Tunica pallio propior. Confinis est huic adagio illa Hesiodi sententia:

Μηδὲ κασιγνήτῳ ἶσον ποιεῖσθαι ἑταῖρον. id est,

Sed nec germano quisquam est æquandus amicus.

Est enim inter hos, quos amamus, habendus ordo. Nihil autem uetat, quo minus ad rem torqueatur, quod genus, si quis dicat, maiorem habendam esse uitæ quàm pecuniæ, corporis quàm uestis, animæ quàm corporis rationem, recte adduxerit, γόνυ κνήμης ἐγγύτερον.

Omnes sibi melius esse malunt, quàm alteri. XCI

Eandẽ fermè sententiã Terẽt. simpliciter extulit in Andr.

Verum illud uerbum est, uulgò quod dici solet,
Omnes sibi esse melius malle, quàm alteri.

Rursum in eadem fabula prouerbiũ ad personã detorsit.

Heus proximus sum egomet mihi.

Aristoteles lib. Moralium Eudemiorum 7. Δοκεῖ γὰρ ἐνίοις μᾶλλον ἕκαστος αὑτοῦ εἶναι φίλος. i. Nonnullis enim uidetur quemq; sibi potißimũ amicũ esse. Idẽ Plato lib. De legib. 5. τοῦτο δ' ἐστὶν ὃ λέγουσιν, ὡς φίλος ἑαυτῷ πᾶς ἄνθρωπος φύσει τέ ἐστι, καὶ ὀρθῶς ἔχει. i. Hoc est autem quod aiunt, unumquenq; natura sibi amicũ esse, idq; recte fieri. Quin & hodie theologorũ prouerbiũ celebratur, charitatem à se ipso proficisci, natũ uidelicet ex his cantici mystici uerbis: ordinate in me charitatem. Verum de eo quid sentiam, aliàs ubi locus inciderit diligentius tractabimus. Sed Terentianã sententiam Euripides extulit in Medea:

ὡς πᾶς τις αὐτὸν τοῦ πέλας μᾶλλον φιλεῖ. id est,

Quod quisq; semet plus amico diligit. Vel sic,

Quod quisq; se plus atq; amicum diligit.

Rursum in Græcarum sententiarum collectaneis.

φιλεῖ δ' ἑαυτὸν πλεῖον οὐδεὶς οὐδένα. id est,

Nemo seipso diligit quenquam magis.

φίλαυτοι. XCII

Qui sibi uehementer placent, quiq; suis ipsorum commodis impense student, aliorum rebus uel neglectis, uel etiam afflictis, à Græcis elegãter φίλαυτοι uocãtur. Vitiũ ipsum φιλαυτία dicitur. Quod apposite circumloquens Horat:

Cæcus, inquit, amor sui.

Id uitij Plato malorũ omnium fontem autumat. Aristot. 9. Moral. lib. satis indicat hanc φιλαύτου probrosam appellationẽ, ceu prouerbialẽ uulgò iactatam fuisse, cũ ait, homines sui supra modũ amãtes à multitudine male audire, quippe qui fœdo infamiq; cognomine uocẽtur φίλαυτοι. Contrà qui sibi displicent putiduli uocantur: Mar.

Altera rancidula est, altera putidula est.

Est autem id uitium ferè insitum, ut sua cuiq; magis probentur quàm aliena, quod tamen eximie uidetur fuisse in Afris. Nusquam autẽ hæc pestis immedicabilior quam in dogmatibus quorum persuasione semel imbuti sumus, id quod eleganter notat Galenus lib. τῶν φυσικῶν δυνάμεων primo, ὅτι μὲν οὖν ἅπασι τοῖς μάλιστα καὶ δυσκινητότατον ἐν τοῖς μάλιστα καὶ ψόγος ἁπάσης δυσιατώτερον. i. Adeo de sectis contentio malum est, quod ægre excutitur, & cum primis incluibile, denique quauis scabie insanabilius.

Extra telorum iactum. XCIII

ἔξω βελῶν. i. Extra telorum iactũ, pro eo quod est in tuto, citraq; periculũ. Translatum à bellis, ubi qui nolũt ferири iaculis, longius semouẽt sese, quàm ut possint cõtingi iactu teli, aut in loco à iaculis defenso se continent. Vnde illud frequens apud historicos, iam ad teli iactum peruenerant.

Ayuntamiento de Madrid

rant. Q. Curtius lib. 3. Iam in conſpectu, ſed extra teli iactũ utraq; acies erat. Idẽ lib. 4. Vt extra teli iactũ eſſent. Ac rurſum: Nondũ ad teli iactũ peruenerãt. Quod Græci dicũt ἐντὸς βελῶν. Neq; uerò tãtũ ij dicũtur ἔξω βελῶν eſſe, qui lõgius abſunt, quàm ut iaculo contingi poſſint, uerum etiã qui utcunq; tuti ſunt. Seneca. lib. De beneficijs 7. ſimili tropo dixit extra iactũ, Iniuriã deo ſacrilegus quidẽ non poteſt facere, quẽ extra iactũ ſua diuinitas poſuit. Lucianus in Votis. ὑπισχνεῖτο ἔξω βέλους ὑπεραιωρεῖσθαι. Optat quiſpiã pẽnas, ut è ſublimi ſpectare poſſit dimicantes, ipſe tutus à iaculis. Idẽ κὴ ἔξω ἦν βέλους. i. Iamq; extra teli coniectum erat. Polyphemus de Vlyſſe, qui iam fugerat, ut eum Cyclops telo aſſequi nõ poſſet, Odyſſeæ K ad finem. Idem rurſum, αἰὴ μᾶσαι διὰ τὶ ἄξομαι, καὶ ἔξω βελῶν εἰσίν; i. Cur muſas non ſeris, atq; à tuis telis ſunt tutæ? Alluſit huc idem in Nigrino, κὴ καθάπερ ὁ ζεὺς τὸν ἑκάτερα ὑπεξαγαγὼν ἐμαυτὸν, ἐκ βελέων φασὶν, ἔκ τε ἀνδρηκτασίης, ἐκδ' ἄιματος, ἔκ τε κυδοιμοῦ, τὸ λοιπὸν οἰκήσειν ἑλόμην. i. Quemadmodum Iupiter Hectorem, ita meipſum à iaculis eximens, ut aiunt,

Atq; à cæde uirum, atq; à ſanguine, deq; tumultu,
reliquum uitæ tempus domi ſedere deſtinabam. Eſt autem apud Homerum Iliados §

ἐκ βελέων, μήπῃ τις ἐφ' ἕλκεϊ ἔλσῃ ἄρηται. id eſt,
Extra teli, uti ne quis uulnus forſitan addat
Ad uulnus.

Contrà, quẽ obnoxiũ periculo uideri uolemus, hunc ἐντὸς βέλους, dicere poterimus. Lucianus in Baccho, ἀλλ' ἐντὸς βέλους γενέσθαι ὑπομένοντες. i. Ne tantiſper quidem manentes, ut intra teli iactum eſſent. Vergilius in 11.

Iamq; intra iactum teli progreſſus uterq;.

Poſt principia. XCIIII

Eandem fermè ſententiã habet poſt principia. Sumptum itẽ à bellis, in quibus tutiſſimus locus eſt poſt principia. Siquidem in prima acie ſtabãt haſtati, in ſecunda principes, robuſtior ætas: hos ſequebantur ſentati omnes, maxime inſignes armis, poſt hos triarij & rorarij, quemadmodũ indicat T. Liuius Decadis 1. lib. 8. Itaq; nullus in acie locus tutior quàm poſt principia. Terentius in Eunucho:

Tu hoſce inſtrue, hic ego ero poſt principia,
Inde omnibus ſignum dabo. Erat autẽ hic locus timido nebuloni cõueniens, id quod ridens Gnato: illuc, inquit, eſt ſapere, ut hoſce inſtruxit, ipſus ſibi cauit loco. Idẽ hoc Pyrrus factitauit. Donatus admonet eũ uſum uerbo militari. Porrò Vegetius lib. De re militari 2. teſtatur, principales in acie milites, proprie dici principia. Sic enim ait: Antiqua ordinatione legionis expoſita pricipaliũ militũ, et ut proprio uerbo utar, principiorũ nomina ac dignitates ſecundum præſentes matriculas indicabo. Axius apud Varronem. Ego uero, ut aiũt, poſt principia in caſtris. In prouerbio, Res ad triarios redijt, plura de his cõperies.

Procul à pedibus equinis. XCV

ἐκ τ ποδῶν ἱππείων. i. Procul à pedibus equinis. Etiã hodie uulgò dicitur, cũ ſignificant fugiendum eſſe periculũ. Hac uoce monere conſueuerunt, ut quiſq; ſibi caueret in certaminibus equeſtribus, ἔξω τ ποδῶν ἱππείων. i. Extra pedes equinos. Eã deinde uulgus prouerbij uice uſurpauit.

Porrò à Ioue atque fulmine. XCVI

Γέξω διός τε καὶ κεραυνοῦ. i. Procul à Ioue pariter atque à fulmine. Refertur à Diogeniano. Admonet non eſſe agendum cũ præpotentibus, qui nutu poſſint perdere ſi quãdo libeat, maxime cum regibus ac tyrannis. Habẽt enim fulmen, ſi quando commoueantur. Porrò Ioui fulmen attribuunt poëtæ, & reges quidam hac effigie ſuos coloſſos fingi uoluerũt, autore Plutarcho. Cuius eſt hæc cũ primis elegans ὁμοίωσις. Quemadmodum in uulnere prius appareat ſanguis quàm plaga, & quemadmodum prius emicat fulgur, quàm tonitrus audiatur: ita apud tyrãnos, hoc eſt, principes fermè omneis, prius erũpit condemnatio quàm probatio, & perijt delatus prius quàm coarguatur. Citatur à Suida huiuſmodi hemiſtichion:

ἄλλον ἀπὸ μείζων & ἀνδρός. id eſt,
Maiorem uitato uirum.

Refertur & hoc à Diogeniano inter adagia. Monet autẽ parũ eſſe tutũ habere cõmercium cũ principibus, quibus quod libuit licet, & in quos appoſite dixeris illud Græcorum apophthegma: Μέγας ἔρι ὁ κίνδυνος & βόλος ἃ μὴ δεῖ, τὸν ἃ βόλεται ποιεῖν δυνάμενον. i. Ingẽs periculum uelle quæ non decet cũ, qui poſſit quicquid uoluerit efficere. Huc pertinet quod Caliſthenẽ admonuit Ariſtoteles, ut cũ Alexãdro aut raro loqueretur aut iucũdã. Itẽ quod refert Plutarch. ĩ uita Solonis: is ſpretus eſt à Cræſo quòd de felicitate nimiũ libere reſpõdiſſet. itaq; cũ Aeſopus fabularũ ſcriptor admoneret illũ, ὅτι τοῖς βασιλεῦσι δεῖ ὡς ἥκιστα, ἢ ὡς ἥδιστα ὁμιλεῖν. i. quòd cum regibus aut quã minime, aut quã iucundiſſime colloquendũ eſſet: Solõ retorſit dictũ hunc in modũ, μὰ δία ἀλλ' ὡς ἥκιστα, ἢ ὡς ἄχαριστα. i. non p Ioue, imò potius aut quã minime aut q̃ optime. Alluſit ad prouerbium Ouidius hoc attactus fulmine.

Viue tibi, quantumq; potes præluſtria uita.
Sæuum præluſtri fulmen ab arce uenit.

Septem conuiuium, nouem conuicium. XCVII

Septem conuiuium, nouem conuicium. Elegans uel ob ipſam προσονομασίαν ſententia, qua ſignificatum eſt, in conuiuium paucos adhibendos eſſe, alioqui fore tumultuoſum, atq; inſuaue. Quod ſignificans Horatius:

Locus eſt, inquit, & pluribus umbris,
Sed nimis arcta premunt olidæ conuiuia capræ.

Extabant antiquitus leges quæ præſcriberent, ſimul & moderatũ conuiuarum numerum, & ſumptus modicos. M. Terentius Varro apud Celſum cenſet conuiuas intra Gratiarum & Muſarũ numerum oportere conſiſtere, ne aut plures ſint ſeptem, aut pauciores tribus. Sed hoc adagiũ uetat ad Muſarũ uſq; numerũ peruenire. Plin. lib. 28. cap. 2. ſcribit Seruium Sulpitiũ commentũ fuiſſe cauſam, cur ominoſum eſſet menſam relinquere, quòd illis temporibus nondũ numerabantur conuiuæ plures quinq;. Chærephon apud Athenæũ lib. 6. uidetur admittere conuiuas uſq; ad triginta, duntaxat in nuptijs. Cæterum quibus datum erat negotiũ numerandi conuiuas, γυναικονόμους appellant. Refert inibi fabulam nõ illepidam: Paraſitus quũ inuocatus ueniſſet ad nuptias, & poſtremus accumberet, gynæconomi numeratis conuiuis, iuſſerunt illum abire, quòd contra legem, ſuper numerum triginta ſecutus eſſet. At ille, Numerate, inquit, denuo, à me ſumentes initium. Hoc pacto non erat futurus ſupernumerarius. Refertur apud Iulium Capitolinum in uita L. Veri imperatoris: Et notiſſimum quidem inquit, eius fertur tale conuiuium, in quo primum duodecimus accubuiſſe dicitur, cũ ſit notiſſimum dictum de numero cõuiuarum. Septem conuiuiũ, nouem uero conuicium. Conuicium autem dixit pro clamore, quaſi conuocium. Torqueri poteſt ad polyphiliam, aut ad turbam rationum in argumentando, aut exemplorum in ſuadendo: aut etiam ad polytechniam. Quauis in re turba confuſionem parit ac moleſtiam.

De gradu deijcere. XCVIII

Prouerbialis allegoria De gradu deijcere: pro eo q̃ eſt animo cõſternari, ac uelut à ſtatumentis dimoueri. M. Tull. Offic. lib. 1. Fortis uero animi eſt & cõſtantis, nõ perturbari

Ayuntamiento de Madrid

bari in rebus aſperis, nec tumultuantẽ de gradu deijci, ut dicitur, ſed præſentis animũ uti conſilio. Conſimilis figuræ eſt, in gradum reponere, quaſi in priſtinũ locum reſtituere. Quintil. Inſtit. lib. 4. Aut ſi quid titubauerint, opportuna rurſus eius à quo producti ſunt, interrogatione uelut in gradum reponantur. Ad eandem formam pertinent, Mouere loco, deturbare gradu, reſtituere in locum.

Poſt mala prudentior. XCIX

Μετὰ τὰ δεινὰ φρονιμώτερος. *i.* Poſt acerba prudentior.

Vbi quis ſuo malo ſit cautior, nõ aliter quã qui guſtato uenenõ, nõ prius intelligunt eſſe uenenũ, quàm noxiam eius uim ſentire cœperint. Finitimũ eſt ei quod alibi dicetur:

ῥέχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω. *id eſt,*

At nouit rem factam deniq; ſtultus. Item ei,

Κλέων προμηθέυς ὅτι μετὰ τὰ πράγματα. *id eſt,*

Rebus peractis eſt Cleon Promethcus.

Adagium recenſetur in collectaneis Apoſtolij, quem equidem autorem non adducerem in medium, niſi cogeret inopia magis idoneorum.

Ex ouo prodíit. C

ἐξ ὠοῦ ἐξῆλθεν. *i.* Ex ouo emerſit. *Aiunt dici ſolitũ de magnopere formoſis ac nitidis, quaſi neges communi hominum more natos, ſed ex ouo, more Caſtoris & Pollucis. Siquidem eſt in poëtarũ fabulis, Ledam Tyndari filiã, ex Iouis concubitu duo peperiſſe oua, è quorũ altero prodiere gemini, Caſtor & Pollux, inſigni forma iuuenes: ex altero nata eſt Helena, cuius forma literis omnium eſt nobilitata.*

CHILIADIS PRIMAE CENTVRIA IIII.

Non eſt cuiuslíbet Corinthum appellere. I



Οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἐσθ' ὁ πλοῦς. *i.* Non eſt datũ cuiuis Corinthũ appellere. *Vetuſtum iuxtà, ac uenuſtum adagiũ de rebus arduis, et aditu periculoſis, quasq; non ſit cuiuslibet hominis affectare. Inde natum quod, ut refertur apud Suidam, nec facilis, nec ſatis tutus ſis nautis in Corinthiacum portum appulſus. Nam Strabo lib. Geographiæ 8. aliò refert originẽ prouerbij, nempe ad luxum & meretrices Corinthiorum. Oſtendit enim Corinthũ quòd in Iſthmo eſſet, duosq; haberet portus, alterũ aduerſus Aſiam, alterũ Italiæ oppoſitum, negotiatorum frequẽtia locupletiſſimam fuiſſe. In eadem templũ fuiſſe Veneri ſacrũ, adcoq; locupletatũ, ut plus mille puellas haberet, quas Corinthij Veneri cõſecrarant, ut in eius honorem proſtarent. Itaq; harum gratia frequens in urbem multitudo undiq; cõfluebat, unde ciuitas maiorem in modum ditabatur: quin etiam negotiatores, hoſpites ac nautæ, propter urbis luxũ deliciasq; immoderatos ſumptus facientes exhauriebantur. Atq; hinc manaſſe uulgò prouerbiũ, Cuiuslibet non eſt Corinthũ appellere. Horatius & A. Gellius ad Laidem nobile ſcortum referunt adagium. Nam ille in Epiſtolis ad hunc modum ſcribit:*

Principibus placuiſſe uiris non ultima laus eſt,
Non cuiuis homini contingit adire Corinthum,
Sedit, qui timuit, ne non ſuccederet.

Ad Ariſtippũ uidelicet alludens, quem Laidi conſueuiſſe notũ eſt, & ita conſueuiſſe, ut gloriaretur ſe unum habere Laidem, reliquos haberi à Laide. Hic, nẽpe Gellius lib. 1. cap. 8. ex Phocione Peripatetico huiuſmodi refert hiſtoriam: Lais, inquit, Corinthia, ob elegantiam uenuſtatemq; formæ grandem pecuniam demerebat. Conuentusq; ad eam ditiorum hominum ex omni Græcia celebres erant, neque admittebatur, niſi qui dabat quod poposcerat. Poſcebat autem illa nimiam quantitatem. Hinc aiunt natum eſſe illud frequens apud Græcos adagium:

Οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθόν ἐσθ' ὁ πλοῦς.

Quod fruſtra iret Corinthũ ad Laidẽ, qui nõ quiret dare quod poſceretur. Ad hanc ille Demoſthenes clanculũ adit, & ut ſui copiã faceret, petit. At Lais μυείας δραχμας. i. decẽ drach. millia popoſcit. Tali petulantia mulieris, atq; pecuniæ magnitudine ictus, expauiduſq; Demoſthenes auertitur, & diſcedẽs: Ego, inquit, pœnitere tanti nõ emo, οὐκ ὠνοῦμαι μυείων δραχμῶν μεταμέλειαν. i. Nõ emo decem drach. millibus pœnitudinẽ. Alij malunt in genere ad omnes Corinthiorum meretrices referre, quarũ rapacitatem etiã uetus comœdia taxauit. Ariſtophanes in Pluto,

Καὶ τάς γ' ἑταίρας φασὶν τὰς Κορινθίας
ὅταν μὲν αὐτὰς τὶς πένης πεισῶν τύχῃ
Οὐδὲν προσέχειν τὸν νοῦν, ἐὰν δὲ πλούσιος
Τὸν πρῶκτ' αὐτὰς ἐυθὺς ὡς τεῦτον βλέπειν.

Quos equidem uerſiculos haud grauarer latinos facere, ſi quàm ſunt elegantes, tam eſſent etiam uerecundi. Strabo meminit apophthegmatis cuiuſdam meretricij, ex quo licebit earum auaritiam conijcere. Nam cum matrona quædam cuipiam huius ordinis probro obijceret inertiã, quòd nihil ageret operis, nullocq; lanificio exerceretur: Imò, inquit, ego illa qualiſcunq; ſum, iam ternas telas exiguo temporis ſpatio pertexui. Mihi tamen non uidetur abſurdum, ſi paræmia referatur ad periculoſam in Corinthum nauigationem. de qua meminit eodem in libro Strabo. Vt hinc poſtea deriuata ſit ad alios uſus. Paraſitus ille Comicus eleganter detorſit prouerbium:

Οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐπὶ βάπτειάν ἐσθ' ὁ πλοῦς.

Adire menſam, haud hominis eſt cuiuslibet.

Citatur autem à Stobæo, ex Nicolao quodam poëta comico. Meminit & exponit hanc paræmiam & Euſtathius, enarrans nauium catalogum, additq; eam imitatam ex illo uerſu Sophocleo:

Οὐκ ἐνθάδ' οἱ πλοῖ τοῖσι σώφροσι βροτῶν.

Non à modeſtis nauigatur huc uiris.

Extat hic uerſus, cuius meminit Euſtathius apud Sophoclem in Philoctete. Proinde duplex erit uſus adagij, uel cũ ſignificamus rem eſſe maiorem, quàm pro uiribus eius qui conatur aggredi: ueluti ſi quis parum felici natus ingenio, parumq; uiatico inſtructus, deſtinet ſequi literas: aut qui ſit imbecilli corpuſculo, Paulos & Antonios ſtudeat æmulari: uel quoties aliquis negotium parum tutum aggredi parat, quòd non temere ſolcat feliciter euenire, ueluti ſi quis apud iudices δωροφάγους litem inſtituat nunquam finiendam, aut principum aulis ſeſe addicat, aut bellum ſuſcipiat. Nihil enim ferè horum ita bene conſueuit euenire, ut non pœniteat conſilij.

Satís quercus. II

ἄλις δρυὸς. *i.* Sat quercus. *Vetus adagiũ in eos, qui relicto uictu ſordido, ad elegantiorẽ lautioremq; digrediũtur. Inde profectũ quòd priſci illi mortales rudes atq; inculti, ſimul atq; Ceres uſum frumenti monſtrauit, glandibus uictitare deſierũt. Quanquã Plin. lib. 16. teſtatur, & ſua ætate multas gentes glande uictitaſſe: apud Hiſpanos etiam in deliciis habitã, adeo ut bellatiorũ uice ſecundis mẽſis inferretur. Huiuſmodi nimirũ tragemata cõueniebant ijs, quibus dentifricij loco lotium eſſet. Nec inconcinne quadrabit in eos, qui relicta antiqua illa uirtute, ad mores cõſiliaq; ſui ſeculi ſeſe transferunt, ac recentiorũ moribus incipiũt uti. Hunc ad modũ uidetur uſus Cicero, ſcribens ad Att. lib. 2. in epiſtola cuius initiũ, Multa me ſolicitãt. Clodij contentiones quæ mihi proponũtur, modice me tãgũt, etenim uel ſubire eas uideor ſumma cũ dignitate, uel declinare nulla*

cum

Ayuntamiento de Madrid

cũ moleſtijs poſſe. Dices fortaſſis, ἄλις τανυῦν δρυός. Saluti, ſi me amas, conſule. Me miſerum, cur non adeo? Atq; ita quidẽ in omnibus legitur exẽplaribus, uerũ equidẽ doctis, uti ſpero, comprobaturis, ſic legendum eſſe contenderim: Dignitatis tanquã δρυὸς ἄλις, Saluti, ſi me amas, cõſule: ut intelligas dignitatis rationẽ quaſi quercũ, & priſcũ illud uirtutis ſtudiũ omittendũ eſſe, poſthac ſaluti potius conſulendũ quàm famæ. Id quod & alibi ſcribit ſibi eſſe in animo, nẽpe ad cunctãtem Att. li. 4. Subturpicula mihi uidebatur eſſe palinodia, ſed uulcãt uetera, recta, honeſta cõſilia. Apertius uelut interpretatur adagiũ ad hunc ipſum li. 2. Quid ergo inquies? iſtos mercede cõductos habebimus? Quid faciemus, ſi aliter nõ poſſumus? An libertinis atq; etiã ſeruis ſeruiamus? Sed ut tu uis, ἄλις τανυδρυός. Exponens nimirum quid intellexerit δρυός, hoc eſt, probitatẽ ac uirtutẽ. Nihil atẽ prohibet, quo minus et in genere prouerbiũ uſurpemus, quoties priſtinũ aliquod ſtudiũ, aut inſtitutum relinquitur.

Feneſtram aperire: & ſimiles metaphoræ. III

Aperire feneſtram: pro eo quod eſt occaſionẽ, ac uelut anſam miniſtrare. Teren. ἐμαυτῇ τιμωρημόν: Hui quantam feneſtram ad nequitiam patefeceris. Verum hoc non niſi in malam partẽ, illud etiam in bonam, Aperire ianuam. Plinius Sueto nio Trãquillo: atq; adeo illi actio mihi aures hominum, illi ianuam famæ patefecit. Plutar. in lib. De Oſiride: μεγάλας μὲν ὠθοῦντες λεὼ κλισιάδας ἀνοίγοντας. i. Magna impiæ plebi reſpergula aperientes. Eiuſdem formæ & illud Ciceronis pro Planco Qui inquam qua nolui ianua in cauſam ingreſſus ſum. Itẽ illa, Aperire uiam, præſtruere uiam, præcludere uiam, iacere fundamenta: quorũ alibi meminimus. Diuerſo quidẽ ſenſu philoſophus quidam Cynicus dictus eſt διερπαναυλίας, quòd in omnium ædes irrumperet, reprehenſurus ſi quid diſpliceret, ſed tamen ea uox torqueri poteſt ad eos qui cæteris uiam aperiunt.

Anſam quærere: & conſimiles metaphoræ. IIII

Anſa eſt, qua quippiam prẽditur ac tenetur. Hinc ducta metaphora, uarias adagiorum formas præbuit. Plautus in Perſa: An non uides hunc anſam quærere? id eſt, captare occaſionem reſcindendæ irritandæq; factionis. Quod quidem à Græcorum tractum eſt figura, apud quos frequens eſt, λαβὴν ζητεῖν. παρέχειν λαβήν. id eſt, anſam quærere, præbere anſam. Ariſtophanes in Lyſiſtrata:

Εἰ γὰρ ἐνδώσει τις ἡμῶν τἀνδρεκὰν σμικρὰν λαβήν,
Οὐδὲν ἐλλείψουσιν αὗται λιπαρᾶς χαργυρίας. id eſt,
Si qua per nos uel puſilla data ſit anſa fœminis,
Pinguis ipſæ nil relinquunt protinus chirurgiæ.

Plato lib. De leg. li. 3. ὁ λόγος ἡμῖν οἷον λαβὴν ἀποδίδωσιν. i. Et ipſe ſermo nobis uelut anſam præbet. Ariſtides in Pericle, τὴν τῆς βασιλείας δοκεῖν παρέχειν λαβήν. i. Anſam præbere, ut inuidere uideatur. Idem adſimili figura dixit in Timone, Οὐ γὰρ δίδωσι χώραν τῇ βλασφημίᾳ. id eſt, Neq; dat locũ conuicio. Rurſum Plato lib. De legib. 7. Vt contentionis anſas multis præbuerint. Rurſum De repu. lib. 8. indicat metaphoram ſumptam à paleſtritis, quorum hæc ars eſt, ſic componere corpus, ut prehendi nõ poſſint: πάλιν τοίνυν ὥσπερ παλαιστὴς τὴν αὐτὴν λαβὴν παρέχει. id eſt, Rurſus igitur tanquam paleſtritæ eandem anſam præbe. Eodẽ pertinet in eaſdem anſas incidere, & anſam arripere, anſam præterire, anſam negligere: & ſi qua ſunt alia. Epictetus in Enchiridio ſuo ſcripſit, unicuiq; rei binas eſſe anſas, alteram qua teneri poſſit, alteram qua non poſſit. Arripiendũ igitur unumquodq; ea qua poſſit teneri, id eſt, bona undiq; excerpenda, mala toleranda. Philoſophus quidam adoleſcentes nullis mathematicis diſciplinis inſtructos noluit admittere, quòd diceret illis deeſſe anſam philoſophiæ. Plutarchus autem in lib. De audiendis poëtis, eleganter ſcripſit, multas eſſe corporis partes, per quas ſeſe inſinuant uitia, uirtuti uero unicam eſſe anſam, aures adoleſcentulorum ſi puræ fuerint, nullis q; aſſentatorum & corruptorum hominum ſermonibus occupatæ.

Cyclopis donum. V

Κύκλωπος δωρειά. i. Cyclopis munus: pro eo quod eſt, munus inutile. Cuiuſmodi ſunt fermè tyrannorum & latronũ beneficia, qui ſolẽt hoc ij ſum magni beneficij loco imputare, quòd aut minus, aut ſerius noccãt. In hãc ſententiã Cic. Philippica 2. Quod eſt aliud P. C. beneficium latronũ, niſi ut cõmemorare poſſint ijs ſe uitã dediſſe, quibus non ademerint? Lucianus ἐν καταπλῷ Οὐ πάνυ μὲν ἡ τοῦ κύκλωπος ἐκείνη δωρειά, τὸ ὑπισχνεῖσθαι, ὅτι τὸμ ἕτερον ἐγὼ τὸν ἕτερον κατέδομαι. i. Haud admodũ me Cyclopis illud donũ delectat, uiaticet quòd ita pollicetur: Ego Vtin poſtremũ deuorabo. Verba ſunt Micylli cerdonis, qui cum eſſet queſtus quod non ſtatim cũ alijs in cymbã Charontis reciperetur, atq; hoc ipſum Clotho parca beneficij uice imputaret, quòd interim tantillũ moræ lucrifaceret, ne deſcenderet ad inferos: ad hũc modũ reſpõdit. Neq; dubiũ quin Lucianus Homericũ locum retulerit, qui eſt in Odyſſeæ li. 9. ubi Cyclops Polyphemus delectatus dulci uino, quod illi donarat Vlyſſes, munus, promiſit, quo accepto ille ſit magnopere gauiſurus, ut denuo ſibi miniſtret de ſua lagena. Dedit Vlyſſes ſpe muneris uerũ atq; iterũ. Porrò ubi ita uino dolinitum crederet mitius reſponſurum, repoſcit Vlyſſes munus promiſſum. Cui Cyclops hunc in modũ reſpondit:

Οὖτιν ἐγὼ τὸν ἔδομαι μετὰ οἷς ἑτάροισι,
Τὸν δ' ἄλλους πρόσθεν. τόδε τοι ξεινήϊον ἔσται. id eſt,
Poſt ſocios mihi, poſtremus q; uorabitur Vtis,
At reliqui prius: hoc ex me tibi munus habebis.

Cæterum οὖτις Græce, nullum ſignificat: quod nomen ſibi finxerat Vlyſſes, quo Polyphemum poſſet deludere.

Tuis te pingam coloribus. VI

Tuis te pingam coloribus: id eſt, Talem te deſcribã, qualis es. Translatũ à pictoribus, qui nonnunquã facie hominis ita ut eſt, exprimunt, ac repræſentant, nonnunquã alienis fucant coloribus. Aut etiam alluſum eſt ad Aeſopicã corniculam, quæ ſe coloribus alienis uẽditauit. Diuus Hieronymus in Ruſinũ: Poſſẽ & ego te tuis coloribus pingere & inſanire contra inſanientẽ. Idem rurſum: Scire enim te iactas crimina, quæ tibi ſoli amiciſſimo ſim cõfeſſus, et hæc in medium proluturum, meisq; me coloribus eſſe pingendum. Plinius in præfatione hiſtoriæ mũdi: Et ne in totum uidear Græcos inſectari, ex illis nos uclim intelligi. pingiq; coloribus, quos in libellis his inurnies. Et Cicero lib. Epiſt. ad Quintum fratrem 2. epiſtola ultima: Tuis coloribus, meo penicillo. Quanquam hoc paulo diuerſius.

Ornatus ex tuis uirtutibus. VII

Hinc non multum abludit illa ironia Terentiana: Ornatus ex tuis uirtutibus. In Adelphis: Si regum poſſiderem, ornatus eſſes ex tuis uirtutibus, id eſt, haberes præmia tuis factis digna. Nam olim reges honorem habebant ijs qui facinus aliquod præclarum ædidiſſent.

Domi Mileſia. VIII

Οἴκοι τὰ μιλήσια. i. Domi Mileſia. In eos dici ſolitũ, qui ibi domeſticum luxum celebrant, ubi minimè probatur. Nam domi liberũ eſt unicuiq; ſuo more uiuere. Hoſpitis aũt eſt, ut corũ apud quos diuerſatur, & cultũ & mores tũ laudet, tũ imitetur quoad poteſt, certe ſua non iactet, aliena damnãs. Id quod facere ſolent quidã homines imperiti, qui quocunq; terrarũ uenerint, omnium omnia uituperant, ſua nimis importune laudibus tollunt, etiam uitia pro ſummis

Ayuntamiento de Madrid

uirtutibus efferẽtes. Refertur adagiũ ab Angelo Politiano in Miſcellaneis, additq; inde natũ, quòd olim Mileſio cuidã hoſpitũ, cũ apud Lacedæmonios delicias patrias extolleret, ad hunc modũ reſponſum fuerit: οἴκοι τὰ μιλήσια, μὴ ἐν θάδε. i. Domi, non hic Mileſia, huius ſententiæ citans autorẽ Zenodotũ quendã adagiorum collectorem. Feruntur quidẽ Zenobij cuiuſdã collectanea, quem an ille Zenodotum appellet, nondũ ſatis mihi liquet, uerũ in his collectaneis huiuſmodi quandã inuenio fabulã, quam eandẽ refert Suidas: Ariſtagoras quidã Mileſius Lacedæmonẽ profectus, poſtulabat ut Ionibus à Perſis bello uexatis ſuppetias ferrent. Is autẽ cũ in concionẽ prodiſſet, inſolita apud Lacedæmonios ueſtitus mundicie, alijſq; delicijs Ionicis affluẽs, quidã ex ephoris cũ hoc dicto ſubmoniſſe fertur, οἴκοι τὰ μιλήσια. id eſt, domi Mileſia. Porrò Ephorus Lacedæmoniorũ eſt magiſtratus, cuius munus eſt de cõtractibus cognoſcere, ut autor eſt Ariſt. 3. li. Polit. alioqui uox ipſa ſonat, quaſi dicas inſpectorẽ. Cæterum Athenæus lib. 12. cauſam adagionis ſecus narrat. nempe Mileſios luxum Colophoniorũ imitatos, morbũ ſuum finitimis etiam regionibus tradidiſſe. Hoc nomine cum male audirent, ſeſe admonebant, ut domi ſuis delicijs uterentur, non etiã traducerẽt. Efferẽq; prouerbium ad hunc modũ: οἴκοι τὰ μιλήσια κ' ἀπιχώρια, καὶ μὴ ἐν μέσῳ. i. domi Mileſia, ac uernacula, non in propatulo. Vt autem Lacedæmoniorũ ſeueritas multorũ literis eſt celebrata, ita Mileſiorum luxus in hominum ſermonem abijt, adeo ut quicquid molle, parumq; uirile uelint intelligi, Mileſiũ appellent. Vnde Ariſtides quidã libro ſuo, fabulis obſcœnis ſcatenti, titulũ indidit, μιλησιακὸν. Et Lucianus in amoribus, ſermones amatorios laſciuos, Mileſios uocat, Martianus Capella: Nã certe, inquit, μίθους poëticæ etiam diuerſitatis delicias Mileſiacas. Quin & Apuleius in carmine iãbico quo aſinũ ſuũ auſpicari uoluit, demulcẽtes & prurientes narrationes ſuas ſermonẽ Mileſiũ uocat. Iulius Capitolinus in uita Clodij Albini: Mileſias, inquit, nonnulli eius dicunt, quarũ fama non ignobilis habetur, quamuis mediocriter ſcriptæ ſunt. Et hæc de fabulis Apuleianis dici, teſtantur ea quæ paulo poſt citat ex epiſtola Scueri: Maior fuit dolor, quòd illũ pro literato laudandũ duxiſtis, cũ ille nænijs quibuſdam anilib. occupatus, inter Mileſias Punicas Apulei ſui, & ludicra literaria conſeneſceret. Hactenus Capitolinus. Quod autẽ ſui Apulei dixit, illuc pertinet, quòd & Albinus ipſe, itidẽ ut Apuleius Afer eſſet. Cæterum præcipua Mileſiorũ mollicies in ueſtita, pptereaq; apud illos texta eſſent omniũ molliſſima. Vnde & Tyrius Maximus Mileſios σιμαλόλατας uocat, nimirũ à cultus elegãtia. Et Ver. in Georg. delicatiſſima uellera, Mileſia nominat. Hora. itẽ:

Alter Mileti textam, cane peius & angue
Vitabit chlamydem.

Veſtẽ molliculã, parũq; ſcuerã ſignificãs. Ariſtophanes in Ranis, Ἐβώμασι μιλησίοις ἀναλελαμμένον. i. Stragulis Mileſijs inuolutus. Horum meminit & Theocritus, & cõplures alij ſcriptores. Sed ad intelligendũ adagij ſenſum, iam plus ſatis. Alluſit ad prouerbiũ Euripides in Helena:

Οὐκοιῶν ἐκεῖ τῶν σεμνὸς ἦσθ', ὧν ἐνθάδε. id eſt,
Magnificus illic fortè eras, non hic item.

Alluſit & Antiphanes apud Athenæum lib. 4. his quidem uerſibus.

Εμ λακεδαίμονι
Γέγονας, ἐχέτω τ' νόμων μεθεκτέον
Ἐξίν. βάδιζ' ἐπὶ δεῖπνον ἐς τὰ φιδίτια,
Ἀπόλαυε ζωμοῦ, καὶ φόρει τὸν βύσακα.
Μὴ καταφρόνει, μηδ' ἔτερ' ἐπιζήτει καλά. id eſt,
Quando agis apud Lacedæmonem
Viuas oportet moribus Laconicis.
Cœnatum eas in phiditia Laconica,
Nigro fruare iure quod ibi apponitur,
Geſtesq; byſſacas, caue contempſeris
Quicquam, boni'ue aliud requiras inſuper.

Menſe Maio nubunt malæ. IX

Romanorum adagiũ extat apud Naſonem: Menſe Maio nubunt malæ. Dici poteſt in mulieres intempeſtiuæ libidinis: aut in eos qui alieno tẽpore quicquam faciunt: aut qui parum auſpicato quid aggrediuntur. Nã olim inauſpicatum exiſtimabatur, mulieres Maio menſe nubere: ſiue quòd eo menſe umbra Remi occiſi à fratris Celere, creditur apparuiſſe nutritio ſuo Fauſtulo, atq; Accæ Laurẽtiæ mandaſſeq; ut manibus ſuis iuſta perſoluerentur. Vnde & Romulo autore, feſta Remuria dicta, poſteritas mutata litera Lemuria, uelut à lemuribus appellare cœpit. Et umbris maiorum his diebus parentari ſolitum: atq; ob id dies illi inter ferales habiti, ac nuptijs nefaſti. Ouidius in Faſtis:

Nec uiduæ tædis eadem, nec uirginis apta
Tempora: quæ nupſit, nec diuturna fuit.
Hac quoque de cauſa, ſi te prouerbia tangunt,
Menſe malas Maio nubere uulgus ait.

Plutarchus in probl. alias quaſdã cauſas refert, quam ob rẽ hoc mẽſe abſtineretur à nuptijs: uel quòd medius intercedat inter Aprilem, Veneri ſacrum, & Iuniũ Iunoni dicatum, quarũ utraq; dea nuptijs præſidet. Proinde propter auſpiciũ deæ, aut maturantes paulũ nubebant Aprile, aut puſillũ prorogãtes Iunio. Vel propter funeſta quædã piacula, quibus per id temporis utebantur Romani, hominũ effigies de ponte in Tiberim præcipitãtes, cũ antea Græcos cõſueuiſſent. Atq; ob id flaminiam Iunonis ſacerdotẽ, quaſi luctũ illis diebus agere, nec ullo ſolenni cultu ſolitã uti. uel quòd Maius à natu maioribus, Iunius à iunioribus denominatus eſſe uideatur. Porrò nuptijs grãdior ætas ut intẽpeſtiua, ita inauſpicata. Quapptter ſcripſit Euripides:

Αλλ' ἢ τὸ γῆρας τὴν κύπριν χαίρειν ἐᾷ,
Ητ' ἀφροδίτη τοῖς γέρουσιν ἄχθεται. id eſt,
Verum ſenecta iubet ualere Cypridem,
Et ipſa rurſum infenſa ſenibus eſt Venus.

Ouem lupo commiſiſti. X

Τῷ λύκῳ τὴν ὄϊν. id eſt, Lupo ouem. Terentius in Eunucho: Sceleſta, ouem lupo commiſiſti. De Chærea ephebo, cui uelut eunucho uirgo ſoli credita eſt Donatus admonet prouerbium eſſe, quod cõtineat fœmineam reuerentiam, mere tricium ſenſum. Cõcinne hoc utemur, quoties ei ſeruandũ aliquid cõmittitur, cuius gratia cuſtodem magis oporteat adhiberi. Cicero tertia Philippica. Etenim in concione dixerat ſe cuſtodẽ futurum urbis, uſq; ad calẽdas Maias, ad urbem exercitũ habiturum. O' præclarũ cuſtodem ouiũ, ut aiunt, lupum: cuſtos'ne urbis, an direptor & uexator eſſet Antonius? Vnde quadrare uidetur, quoties inimico negotium committitur, quiq; nobis peſſime uelit propterea quòd lupus & agnus gemino quodam odio diſſident. Id quod oſtendit etiam Homerus in Iliados X.

Ως δὲ κἐγὼ λέοντι καὶ ἀνδράσιν οὐκέτι πιστὰ,
Οὐδ' οἱ λύκοι τε καὶ ἄρνες ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσιν,
Αλλὰ κακὰ φρονέουσιν διαμπερὲς ἀλλήλοισιν. id eſt,
Fœdus uti non tutum homini, ſæuoq; leoni,
Vtq; ouibus prorſum concordia nulla lupisq;,
Sed ſemper cupiunt male, ſeq; odere uicißim,

Item Horatius in Odis:

Lupis & agnis quanta ſortito obtigit,
Tecum mihi diſcordia eſt.

Huc adſcribendũ illud, quod refert Suidas: Πρὶν καὶ λύκος ὄϊν ποιμανέσει. i. Prius etiam lupus ouem paſcet, de rem neutiquã uerißimili. Huic confine Plautinũ illud in Milite:

Bono

Ayuntamiento de Madrid

Bono cella ſuf promo credita, Sed propius accedit, quod eſt in Truculẽto: Nã oues illius haud longe abſunt à lupis.

Muſtelæ ſeuum. XI

Γαλῆ φλαῦρον. i. Muſtelæ pingue, ſubaudiendũ, das, aut cõmittis. Cum ea dantur quorũ qui accipiunt, natura ſunt appetentiſſimi. Gaudet enim hoc animal præcipue ſeuo. ueluti ſi qs laudaret laudis auidiſſimum: aut ad bibẽdum prouocaret natura biboſum: aut ad aleam inuitaret, quibus hic ludus impendio gratus eſſet. Refertur adagium à Diogeniano.

Nullam hodie lineam duxi. XII

Τήμερον δὲ μίαν γραμμὴν οὐ γράφω. i. Hodie nullam lineam duxi. Ab Apelle pictore natum adagium: in eos quadrat, quibus ceſſatiũ ab exercitio ſtudij, artiſq; ſuæ. Id refertur à Plin. lib. 35. ca. 10. cuius uerba non grauabor in hoc commentarium tranſcribere: Scitum eſt, inquit, inter Protogenẽ & eum quod accidit. Ille Rhodi uiuebat, quò cũ Apelles adnauigaſſet, auidus cognoſcendi opera eius, fama tantum ſibi cogniti, continuo officinam petit. Aberat ipſe, ſed tabulam magnæ amplitudinis in machinã aptatam picturæ, anus una cuſtodiebat. Hæc Protogenem foris eſſe reſpõdit, interrogauitq; à quo quæſitum diceret. Ab hoc, inquit Apelles: arreptoq; penicillo, lineã ex colore duxit ſummæ tenuitatis per tabulã. Reuerſo Protogene, quæ geſta erãt anus indicauit. Ferunt artificẽ protinus contẽplatum ſubtilitatem, dixiſſe: Apellem ueniſſe. Non enim cadere in alium tã abſolutũ opus: ipſum tunc alio colore tenuiore lineam in ipſa illa duxiſſe, præcepiſſeq; abeuntẽ, ſi rediſſet ille, oſtẽderet, adijceretq; hunc eſſe quẽ quæreret. Atq; ita euenit. Reuertitur enim Apelles, ſed uinci erubeſcẽs, tertio colore lineas ſecuit, nullũ relinquens amplius ſubtilitati locũ. At Protogenes uictũ ſe cõfeſſus, in portũ deuolauit, hoſpitem quærens. Placuit ſic eam tabulam poſteris tradi, omniũ quidẽ ſed artificũ præcipue miraculo. Cõſumptam cã conſtat priore incẽdio domus Cæſaris in palatio, auide ante à nobis ſpectatã, ſpatioſiore amplitudine, nihil aliud cõtinentem, quàm lineas uiſum effugientes, inter egregia multorum opera inani ſimilẽ, et eo ipſo allicientẽ, omniq; opere nobiliorẽ. Apelli fuit alioqui perpetua conſuetudo, nunq; tam occupatã diem agẽdi, ut non lineã ducẽdo exerceret artem, quod ab eo in prouerbiũ uenit. Hactenus Plinius. Cæterũ ad hãc lineã qua protinus agnitus eſt à Protogene, reſpexit Statius in Hercule Vindice Epitrapezio, cum ait: Linea quæ ueterem longe fateatur Apellem.

Neque natare, neque literas. XIII

Μήτε νεῖν, μήτε γράμματα. i. Neq; natare, neq; literas, ſubaudiendũ, nouit. In eos diſcitur, qui ſupra modũ indocti ſunt nihilq; prorſus bonarũ artium in pueritia didicerunt. Nã hæc duo ſtatim diſcebant pueri Athenis. Atq; adeo Romæ quoq;, id quod ſatis declarat Sueto. in Auguſto. Nepotes, inquiens, & literas, & natare, aliaq; rudimẽta per ſe pleriq; docuit. Idẽ de Caligula prodidit, quod ad cætera magnopere docilis, natare tamẽ neſcierit, uelut poſtremũ hoc nemo neſciret. Plato lib. De legi. 3. Τὸν δὲ μὴ ταῦτα ἔχοντας τούτων ὡς σοφόν τε προσρητέον ἄρ, καὶ τὸ λεγόμενον, μήτε γράμματα μήτε νεῖν ἐπιστῶνται. Qui uero contrà affecti, ſapientes appellandi, etiam ſi neque literas, ut dicitur, neq; natare ſciant. Item Ariſtides in Apologia communi quatuor oratorum, Ἀλλ' ὡς τὸ λεγόμενον μὴ τοῦτο, ὅτε γράμματα εἴτε νεῖν ἰδιώτα ἐλέγχειν ἀξιῶν. id eſt, Sed quemadmodum dici conſuecuit, perinde coarguendum exiſtimans, quaſi qui neque literas, neque natare norit.

Mordere frenum. XIIII

Mordere frenũ. D. Brutus lib Famil. epiſt. 11 poſuiſſe uidetur pro eo quod eſt, uel leuiter repugnare ſeruituti. ſi frenum momorderis, peream, ſi te omnes quotquot ſunt, conantem loqui ferre poterunt. hoc eſt, ſi utcunq; ſignificaueris te ſeruitutẽ iniquo animo ferre. Ad hanc ſententiam faciunt, quæ reſpondet Cic. Si timidus, inquiens, eſſẽ, tamen iſta epiſtola omnẽ mihi metum abſtuliſſes, ſed ut omnes, frenum momordi. Et enim qui te incluſo, omnem ſpem habuerim in te, quid nunc putas? Quanquã Papinius in Epithalamio Stellæ & Violantillæ in diuerſum ſenſum uſurpauit, nẽpe pro eo quod eſt, ſeruitutem accipere, frenumq; recipere:

Fama tacet, ſubijt leges, & frena momordit, id eſt,
Admiſit uincula matrimonij. Quanquam an etiã in hunc ſenſum uerba Ciceronis accipi poſſint, doctis excutiẽdum relinquo. Prouerbium ſumptum uidetur è fabula Aeſchyli, quæ inſcribitur Prometheus, in qua ſic loquitur Mercurius:

Τίνα δ' ὀδὸν, ὀδὸν μαλθάκην λίτοις
Ἔμαυσ', ἀλλ' ὧν ὁ τόμερον ὡς νεοζυγὴς
Πῶλος βιάζῃ, καὶ πρὸς ἡνίας μάχῃ. id eſt,
Precibus nihil mutaſcis inflexus meis.
Sed frena mordens, pullus indomitus uelut,
Ferociens, pugnas habenae uincere.

Manibus pedibus'que. XV

Extremũ conatũ ſignificantes dicimus. Manibus pedibusq;. Nam per manus declaratur induſtria conficiendi negotij, per pedes maturãdi celeritas. Dauus in Andria Terentiana: Ego hoc Pãphile tibi pro ſeruitio debeo conari manibus pedibusq;. Vtitur hoc adagio ſemel atq; iterũ Aeſchines in oratione contra Demoſthenem. Homerus Iliad. Υ.

Ἀλλ' ὅσσον μὲν ἐγὼ δυώαμαι χερσίν τε ποσίν τε. i.
Imò quicquid ego poſſum manibus pedibusq;.

Omnibus neruis. XVI

Eundẽ habet ſenſum, omnib. neruis. i. ſumma ui, ſummoq; ſtudio. Nã robur, iuxta philoſophos, in neruis ſitũ. Vnde & neruos intẽdere, expedire neruos, et neruoſa dicimus, quæ uegeta ualidaq;, minimeq; lãguida. Cic. ad Q. fratrẽ: Sic cõtende omnibus neruis & facultatib. Idẽ lib. 15. Epiſt. fami. Omnes neruos in eo cõtendas, Itẽ Verrinarũ actione ſecũda: In quo oẽs neruos ætatis, induſtriæq; meæ contenderẽ.

Velis equis'que. XVII

Similẽ conatũ ſignificat, uelis equisq;, ad fugiendũ aut aſſequendum magis, quàm ad efficiendum. M. Tullius ad Q. fratrem lib. 2. Sic ego, qui in iſto homine colendo tam indormiui diu, te me hercule ſæpe excitante, curſu corrigam tarditatem, tum equis, tum uelis. Quo quidem loco, in uulgatis exemplaribus, pro uelis uiris ſcriptum habetur. Idẽ Officiorum lib. 3. Quibus obſoletis floret Epicurus, eiuſdem ferè autor adiutorq; ſententiæ. Cum his equis uelisq;, ut dicitur, ſi boneſtum tueri ac retinere ſententia eſt, decertandum eſt. In quibus exemplis uſus eſt eadem metaphora paulo diuerſius, ut qui illic reſpexerit ad celeritatem, hic ad utrunque pugnæ genus equeſtre ac nauale.

Remis'que uelis'que. XVIII

Huic ſimillimũ eſt, Remis uelisq;. Inde tranſlatũ, quòd cũ nauis ſimul & remugio & uelo impellitur, ſummus eſt nautarũ conatus. Cic. lib. Tuſc. quæſt. 3. Tetrares eſt miſera, deteſtabilis, omni cõtentione, uelis, ut ita dicã, remiſq; fugienda. Idem in 1. Philippica: Tũ uero tanta ſum cupiditate incenſus ad reditũ, ut mihi nulli neq; remi neq; uẽti ſatisfacerẽt. Plautus in Aſin. Remigio ueloq; quantũcunq; poteris feſtina & fuge. Quũ remugio nauis impellitur Græci δίκροτον πλοῖον, id eſt, Secundariũ curſum appellant: quũ uelis fertur, dicitur ἰθυδρομεῖν: quũ ſecũdis uentis, οὐριοδρομεῖν. Vertit in diuerſum, hoc eſt in ſignificationem tarditatis metaphoram Ariſtophanes, ἐν ἐκκλησιαζούσαις.

Νῦν μὲν γ' ὅτε θέομεν ὅτε ἐλάνομεν. id eſt,
Neque currimus nunc, nec aliàs impellimur.
Interpres exponit: Neque uentis, neq; remis nauigamus.

Ayuntamiento de Madrid

Quanquam nihil prohibet ad equestrem cursum referri. Vergilius simpliciter extulit in Aeneidos tertio:

Laeuam cuncta cohors remis uentisq; petimus.

Ad hanc formam pertinet, quod ait Plato lib. De legib. 9. Τὰς δὲ τῶν κακῶν ξυνουσίας φεῦ γε ἀμεταστρεπτί. *id est, Malorum autem consuetudines fugito irreuersim. hoc est ne respiciens quidem à tergo. Alludit autem ad Eurydices fabulam, cui lex erat dicta ne respiceret. Item in Genesi, Lot iubetur è Sodomis fugere* ἀμεταστρεπτί. *Et Vergilius,*

Transq; caput iace, ne respexeris.

Nauibus atque quadrigis. XIX

Pro summo studio, summaq; festinatione, Flaccus dixit, Nauibus atque quadrigis, in Epistolis.

Strenuus nos exercet inertia, nauibus atque
Quadrigis petimus bene uiuere, quod petis hic est.

Plutarchus aduersus usuram: Μηδὲ σὺν ἱπποσώαις τε μηδὲ ὀχήμασι ζητεῖν, κερασφόρα καὶ καταύχενα, ἃ τοῖς ταχεῖς καταλαμβάνουσι καὶ παραβλάπτουσιν, ἀλλ' ὄνῳ τινὶ ἢ τυχόντι, καὶ καθάλλῃ χρώμενον φεύγειν πολέμιον, καὶ τύραννον δυναστήν. *id est, Ne uero tu aut equitatũ opertus fueris, aut uehicula iugalia cornigera, & argento picta, quæ celeres usuræ assequũtur, & præterierunt: uerum asino quopiam, quemcunq; forte nactus fueris, aut caballo fuge hostem ac tyrannum sæneratorem.*

Citis quadrigis: Iouis quadrigis. XX

Citis quadrigis fugere, & Iouis quadrigis fugere, pro eo quod est, quàm ocyßime fugere, legitur apud Plautum, ab Homero translatũ, qui dijs quadrigas affingit, quibus quò libitũ sit, repente rapiantur, ex Olympo in terras, rursus è terris in cœlũ. Ad quas alluſit Cicero, scribẽs Q. fratri: Quoniam scribis poëmata nostrũ ab eo probari quadrigis poëticis, modo mihi date Britanniam, quam pingam coloribus tuis, meo penicillo. Plautus in Aulularia: Quod iubeat, citis quadrigis properet persequi. Liuius primæ De cadis libr. 5. narrat Camillũ captis Veijs, ita triumphantem ingressum urbem, ut curru equis albis iuncto ueheretur, & ob id eum triumphum clariorem fuisse quàm gratiorẽ, quòd solis ac Iouis currum æquiparasse moliretur.

Equis albis præcedere. XXI

Vbi quem alijs quapiam in re longe superiorẽ significabant, longoq; anteire interuallo, cum albis equis præcedere dicebant, uel quòd antiquitus equi albi meliores haberẽtur, uel quòd uictores in triumpho albis equis uectari soleant, uel quòd albi equi fortunatiores & auspicatiores esse credantur, ut ad equestre certamen referamus metaphoram. Quod quidem indicat Apuleius, cum ait: Postquam arduis montium, et rosidis cespitũ & glebosa camporum emersi, me equo indigena peralbo uehẽs, iam eo quoq; admodum fisso. Neq; enim tenere addit, uel indigena, id est, Thessalico, uel albo, nam utrunq; pertinet ad emphasim pernicitatis. Horatius in Sermonibus, de Persio quodam:

Durus homo, atque odio qui possit uincere regem,
Confidens, tumidusq;, adeo sermonis amari,
Sisennas, Barros ut equis præcurreret albis.

Erant autẽ Sisenna et Barrus homines quidã insignita maledicẽtia: etiam si Acron baros legit, ut sit epipheton. Neq; dißimile huic Plautinũ illud in Asin. Nã si huic occasioni tẽpus sese subterduxerit, nũquam ædepol albis quadrigis indipiscet postea: Græci simpliciter dicunt παεππῦσαι, *pro longe antecellere, quòd equestris cursus sit expeditior.*

Mordicus tenere. XXII

Mordicus tenere, est summa pertinacia tueri, quod Græci uocant ὀδάξ. *M. Tullius Academ. quæst. lib. 1. Nam ab omnibus eiusmodi uisis, perspicuitatem, quam mordicus tenere debemus, abesse dicemus. Diuus Aurelius Augustinus in epistola quapiam ad diuum Hieronymũ: Illi me plus mouent, qui cũ posterius interpretarentur, & uerborũ, locutionumq; Hebræarũ uiã atq; regulas mordicus, ut fertur, tenerent: non solũ inter se non consensernnt, sed etiam reluqueriũt multa. In eundẽ sensum dixit Seneca lib. De beneficijs 7. utraq; manu: Hæc, inquit, Demetrius noster utraq; manu tenere proficientem iubet, hæc nusquam dimittere.*

Toto corpore, omnibus unguiculis. XXIII

Similem habent pertinaciæ significationẽ: Toto corpore, atq; omnibus unguiculis, A' feris sumpta metaphora, quæ dẽtibus, unguibus, totoq; corpore retinere solent, quod nolint extorqueri. Lucianus in Dial. Diogenis & Cratetis: Τὸ δὲ χρυσίον ὀδοῦσι καὶ ὄνυξι καὶ πάσῃ μηχανῇ ἐφυλάττομεν. *i. Cæterum aurum dentibus & unguibus, atq; omni ope seruabant. M. Tull. lib. Tuscul. quæstio. 2. Toto corpore atq; omnibus unguis, ut dicitur, contentioni uocis asseruiunt.*

Noctesque dies que. XXIIII

Assiduam atque infatigabilem diligentiam passim hac figura significant, noctesq; & dies. Horatius in Arte:

Nocturna uersate manu, uersate diurna. Hesiodus,
Νύκτας τε καὶ ἤματα. *id est,*
Noctesq; diesq;. Item alibi:
Ἡ μὲν ὅτ' ἀνέρχῃ, καὶ ὅταν φάος ἱερὸν ἔλθῃ. *id est,*
Cumq; cubile petit, cumq; aureus exoritur sol.

Est subinde & apud Homerum,
Νύκτας τε καὶ ἤματα πάντα. *i. Omnes noctesq; diesq;.*

Terra mari que. XXV

Faciem prouerbialẽ habet & illud: Terra, mariq; quoties extremum conatum, studiumq; significamus. Theognis,
Χρὴ μὲν δὴ πρῶτα γῆν τε, καὶ ὑγρὰ νῶτα θαλάσσης
Δίζεσθαι χαλεπῆς κύρνε λύσιν πενίης. *id est,*
Paupertatis enim duræ, terraq; mariq;
Quærere Cyrne aliquod cõuenit effugiũ. Et Horat.
Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.

Toto pectore. XXVI

Cum syncerum & absolutum amorẽ significamus, toto pectore dicimus, et toto animo: παντὶ φρένι καὶ παντὶ θυμῷ. *Cic. De leg. lib. 1. Vbi illa sancta amicitia, si non ipse amicus per se amatur toto pectore, ut dicitur. Citatur & apud Aristotelem in Ethicis, idq; prouerbij loco, toto animo,* παντὶ θυμῷ. *Quanquam illud toto pectore etiam ad studium diligentiamq; referri potest. Vt facit M. Tullius lib. Epistolarum familiarium. 13. epist. prima, De Scapulanis hortis toto pectore cogitemus. Idem lib. 12. Hanc cogitationẽ toto pectore amplectare. Seneca epistola 3. Diu cogita an tibi in amicitiam aliquis recipiendus sit, quum placuerit fieri, toto illum pectore admitte. Cornelius Tacitus in dialogo De oratoribus: Quæ syncerit as ac disciplina eò pertinebat, ut syncera & integra, & nullis prauitatibus detorta uniuscuiusq; natura toto statim pectore arriperet arteis honestas. Diuus Augustinus, totis, ut aiunt, uisceribus alicubi dixit, ueluti tropum uulgi consuetudine molliens. Hebræi dicunt toto corde.*

Molli brachio, Leui brachio: XXVII

His penè diuersum est, Molli brachio, & Leui brachio, cum indiligentem operam significamus. Cicero epistolarũ ad Atticum libro 2. Quod me quodammodo molli brachio de Pompei familiaritate obiurgas, nolim ita existimes. Idem ad eundem lib. 4. Consules, qui illud leui brachio egissent, rem ad senatum detulerunt.

Omni telorum genere oppugnare. XXVIII

Reperitur apud idoneos scriptores: Omni telorũ genere oppugnare, pro eo quod est, modis omnibus insectari. Metaphora

Ayuntamiento de Madrid

phora ſumpta uideri poteſt ex illo uerſiculo Homerico,

Εγχεῖ τ' ἄορί τε, μεγάλοισί τε χερμαδίοισιν. id eſt,

Haſtiſq; gladijſq;, & ſaxis grandibus urgent.

Cui finitimum eſt, Cæſim ac punctim. Nam his duobus modis hoſtem impetimus.

Cominus atque eminus. xxix

Ad eandem formam pertinet ἐγγύθεν καὶ πόρρωθεν. id eſt, Cominus atq; eminus. Translatum & hoc à bello, in quo nunc conſerti pugnant gladijs, nunc machinis procul tela in hoſtem torquent. Id ſi ad animi res transferatur, fiet uenuſtus. Cum hominibus habenda pax, cæterum cum uitijs cominus atque eminus pugnandum. Qui cominus pugnant, συχάδλω μάχεσθαι dicuntur: qui haſtis, διὰ δοράτων μάχεσθαι dicuntur.

Omnem mouere lapidem. xxx

Πάντα λίθον κίνει. i. Vniuerſaliter; moue lapidē, hoc eſt, omnia experire, nihilq; intentatum relinque. Quod adagiū hoc pacto natū eſſe pleriq; ferūt. Xerxes Græcos bello adortus, cū eſſet apud Salaminē ſuperatus, ipſe quidem inde ſe mouit, uerum Mardonium reliquit, qui ſuo nomine bellū proſequeretur. At cū hic quoq; in Plateis parū proſpere pugnaſſet, fugatusq; eſſet, fama uulgò inualuit, Mardoniū intra ambitum tentorij ſui theſaurū ingentē humo defoſſum reliquiſſe. Hæſpe pellectus Polycrates Thebanus, cū agrum commercatus eſt. Verū ubi iam multum diuq; theſaurum quæſiſſet, neq; quicquā proficeret, Delphicū oraculum conſuluit, qua ratione poſſet eas pecunias inuenire. Apollo reſpondit his uerbis πάντα λίθον κίνει. i. Vnumquenq; moue lapidē. Id ſimul atq; feciſſet, multā auri uim reperiſſe ferūt. Sūt qui metaphorā ſumptam exiſtimēt ab his, qui cancros uenātur in littore. Nā hi plerūq; ſub ſaxis latitant, quæ mouēt qui cancros quærunt. Effertur adagiū etiam ad hunc modū. πάντα κινήσω τέκμωρ. id eſt, Omnē mouebo petram, hoc eſt, omnia periclitabor. Euripides in Heraclidis πάντα κινῆσαι τέκμωρ. ſentiēs nihil non fieri. Plinius Iunior in quadā epiſtola: Ego iugulū ſtatim uideo, hunc premo. Premit certe quod elegit, ſed in eligendo frequenter errat. Reſpōdi poſſe fieri, ut genu eſſet, aut tibia, aut talus, ubi iugulum putaret. At ego, inquam, qui iugulum perſpicere non poſſum, omnia pertento, omnia experior, πάντα denique λίθον κινῶ. id eſt, Omnem lapidem moueo. Diuus Baſilius ad nepotes: Ad quod ut uiaticum paremus, omnis lapis, ut dici ſolet, mouendus eſt. Fortaſſis huc alluſit & Theocriticum illud in Bucoliaſtis:

Καὶ τὸν ἀπὸ γραμμᾶς κινεῖ λίθον.

De Galatea laſciuiente atq; omnia tentante, quo Polyphemum in ſe prouocaret, id quod alibi retulimus. Scholiaſtes admonet prouerbio dici, ſignificans idē ualere quod πάντα κάλων σείειν. id eſt, Omnem mouere funē. Addit metaphorā ſumptam à ludo quopiam, in quo qui non poteſt alia ratione uincere coneertatorē, mouet à linea lapidem, qui dicitur rex. Nā quod adfert de ſtatuis ſaxeis, quā ſua forma mouere poſſit Galatea, coactius eſt, mea quidem ſententia.

Omnem rudentem mouere. xxxi

Πάντα κάλων σείειν. id eſt, Omnem funem mouere. Aliunde ducta metaphora, ſenſum eundem efficit. Ariſtophanes in Equitibus:

Νεῶν δεῖ σὲ πάντα δὴ κάλων ἀχαίνων,

Καὶ λῆμμα θέειν φορεῖν, καὶ λόγους ἀφύκτους.

Quorum uerſuum hic eſt ſenſus,

Nunc te neceſſe eſt omnem rudentem expedire,

Et lemma ferre uehemens, ac rationes incuſabiles.

Lucianus in Pſeudomante: Καὶ πάντα κάλων ἐκίνουν ἀμύνασθαι βαλόμενος. id eſt, Atq; omnē mouebam funem, hominē ulciſci cupiēs. Apollonius in epiſtola ad Euphratem: πάντα φασὶ δεῖν τὸν ἔμπορον κάλων σείειν. Negotiatorem aiunt omnē funem mouere oportere. Vſurpauit et Plato in dialogo cui titulus, Siſyphus, σκοπῶμεν νὴ δία, ὑπερφυῶς μὲν ἴσως τὸ λεγόμενόν γε πάντα κάλων ἐφέντες, καὶ πᾶσαν φωνὴν ἀφέντες. i. Conſideremus ita q; per Iouem, exacte omnem quod aiunt rudentem laxantes, & omnem uocem emittētes. Iulius Pollux lib. De uocabulis rerum primo: ἐπλέομεν πάντα ἀνασείσαντες κάλων, καὶ ἅπασι κάλοις. id eſt, Nauigabamus omni moto rudente, & omnibus rudentib. Ad cum modum ſignificat difficilem nauigationem, in qua ſint omnia tentanda.

Omnem iacere aleam. xxxii

Omnem iacere aleā, eſt rem uniuerſam periclitari, fortunæq; arbitrio cōmittere. Siquidem alea fortunæ ludus eſt magis quàm artis. Vnde prouerbiali figura ſi quando anceps rei euentū ſignificamus, quaſi non ab arbitrio iacientis, ſed à fortuna pendētis, aleā iaci dicimus. Ita Terē. in Adelph. uitam hominū perinde dixit eſſe, quaſi cum ludas teſſeris, ut quod iactu nō eceidit, id arte corrigas. Lucianus in dialogo, cui titulus, Ὑπὲρ τῶν εἰκόνων: Τολμήσω ἀναρρίψαι τὸν κύβον. id eſt, Audebo teſſeram iacere. Euripides in Rheſo:

Χρὴ δ' ἐπ' ἀξίοις πονεῖν,

Τυχὼν πρόβαλλον' ἐν κύβοισι δάμον. id eſt,

Par eſt labore digna ferre præmia,

Quicunque uitam ſortis obiecit aleæ.

Ariſtides in Pericle: Καὶ εἰς ὑπὲρ πάντων κύβον ἀνερρίπτετο, σωμάτων, χρημάτων, δόξης, ἡγεμονίας. id eſt, Vna ſuper omnibus alea iaciebatur, uita, pecunijs, fama, principatu. C. Cæſar ad Rubiconē, qui fluuius Italiā à Gallia diſterminat, paulliſper ſecū hæſitās, animoq; reputans, quàm arduum rē moliretur, poſtea quàm oſtento eſt animus additus: Eamus, inquit, quò deorū oſtenta, quò inimicorum iniquitas uocat, iacta eſto alea. Plutarchus in Apophthegmatis ad hunc modū dixiſſe refert: πᾶς ἀνερρίφθω κύβος. id eſt, Omnis iacta ſit alea. Ad quod alludens Lucanus:

—Cadat alea fati. Alterutrum merſura caput.

Plutarchus in uita Coriolani, extremam aleam in eundem ſenſum uſurpaſſe uidetur, ὥσπερ ἔσχατον κύβον ἀφιγμένοι. id eſt, Velut extrema iacta alea.

Item Petronius Arbiter:

Iudice fortuna cadat alea.

M. Tullius libro De diuinatione ij. Non perſpicitis aleam quandam ineſſe hoſtijs deligendis, præſertim quum res ipſa doceat. Quum enim triſtiſſima exta ſine capite fuerint quibus nihil uidetur eſſe dirius, proxima hoſtia litatur ſæpe pulcherrime. Hic Tullius aleam dixit, caſum. Prouerbium deſumptum uidetur ex Menandro, Nam Athenæus libro decimotertio, hæc citat illius carmina è comœdia quæ Inſcribitur Arrhephorus, ſiue Tibicina:

Οὐ γαμεῖς ἐὰν νῦν ἔχεις, τοῦτον καταλιπὼν τὸν βίον.

Γεγάμηκα γὰρ ἄνθρωπος, διὸ τοσοῦτό σοι παραινῶ μὴ γαμεῖν. i.

Siquidem ſapis, ne coniugem unquam duxeris.

Duxi ipſe, proinde ſuadeo ne duxeris.

Huic alter reſpondet:

Δεδογμένου τὸ πρᾶγμα, ἀνερρίφθω κύβος. id eſt,

Decreta res eſt, eſto iacta hæc alea.

Græci uerſus apud Athenæum nonnihil corrupti ſunt ſcribarum inſcitia. Sed nullo negotio poſſunt reſtitui. Sic enim ſcriptos primum arbitror.

Οὐ γαμεῖς εἰ νῦν ἔχεις γε καταλιπὼν τοῦτον βίον,

Γεγάμηκα γὰρ ἄνθρωπος, διὸ τοσοῦτον μὴ γαμεῖν

Νῦν σοι παραινῶ. Plato uitam humanam, teſte Plutarcho, ſimilem eſſe dixit alearum ludo, in quo & iacere oporteat accommoda, & ijs quæ ceciderunt, recte uti. Quid cadat, id fortunæ in manu eſt: diſtribuere uero recte,

Ayuntamiento de Madrid

quæ fortè ceciderunt, id in nobis ſitum eſt. Quam collationem imitatus fuiſſe uidetur Terentius in Adelphis.

Vela uentis permittere. xxxiii

Neq; diſsimili figura dixit Quintil. in præfatione Inſtitutionum oratoriarum: Permittamus uela uentis, & oram ſoluentibus bene precemur, hoc eſt: æditionis ancipitem euentum utcunq; cadet experiamur. Simillimum eſt illud apud Senecam in Agamemnone: Fluctibus dedi ratem, hoc eſt, rem fortunæ arbitrio commiſi. Theognis:

Οὕνεκα νῦν φερόμεσθα κατ' ἰσχία λσυκὰ βαλόντες. i.
Quare nunc ferimur tendentes carbaſa uentis.

Venuſte Græcis πλησίος & φέρεσθαι dicitur, qui toto pectore ſummoq; conatu rapitur ad aliquid. Ita Plutarchus in Catone ſeniore de Scipione. Hunc Cato reprehendebat quòd largitione corrumperet. Scipio reſpondit, ſibi non opus eſſe quæſtore nimium diligenti, quum ipſe πλησίος, id eſt, plenis uelis ad bellum raperetur. Ouidius:

Et quoniam magno feror æquore, plenaq; uentis
Vela dedi.

Sub omni lapide ſcorpius dormit. xxxiiii

Ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίος εὕδει. id eſt, Sub omni lapide ſcorpius dormit, aut ut metri quoque ratio ſeruetur. Eſt enim anapeſticus dimeter,

Eſt ſub lapide ſcorpius omni.

Admonet adagium cauendum eſſe, ne quis apud captioſos & calũnioſos temere loquatur: quicquid enim attigerit, periculum eſſe ne mordeatur. Conſtat autẽ ſcorpios ſolere ſub ſaxis cubitare, quæ ſi quis tollat incautius, fit ut ictus uulnus accipiat. Cõuenit & in moroſos, qui quiduis cauſari ſolent: uel in pigros, qui friuola quædam prætexentes ſuffugiunt laborem. Ariſtophanes ὑπ' ἀσυμφοείας ἄσας,

Τῷ παροιμίαν δ' ἐπαινῶ
Τῷ παλαιὰν, ὑπὸ λίθῳ γὰρ παντί που
Μὴ λάκῃ ῥάστως ἀθρεῖν. id eſt,
Sermo mi uctus probatur,
Nam decet lapide ſub omni
Mordeat ne rhetor, obſeruare.

Nicãdri cõmẽtator, hũc ſenariũ citat ex captiuis Sophoclis:

Ἐν παντὶ γὰ τι σκορπίος φυκρεῖ λίθῳ. id eſt,
Etenim ſub omni lapide ſcorpius excubat.

Hoc eſt, nihil tutum, & omnia cauenda.

Aſinus ad lyram. xxxv

Ὄνος λύρας, ſubaudi ἀκροατὴς. i. Aſinus lyræ auſcultator. In eos, qui propter imperitiam nullo ſunt iudicio, craſsiq; auribus. Hũc titulum prouerbialem M. Varro ſatyræ ſuæ cuidam indidit. Eiuſdẽ apud Gelliũ extant hæc uerba è ſatyra, cui titulus, teſtamẽtũ: Si quis mihi filius unus, pluresue in decem menſibus gignuntur: ſi erunt ὄνοι λύρας. i. aſini ad lyram, exhæredes ſunto. ὄνος λύρας, appellat indociles bonarum artium, atq; intractabiles. Diuus Hieronymus ad Marcellam: Quos ego cũ poſſem meo iure contemnere, aſino quippe lyra ſuperſluc canit, tamen ne nos ſuperbiæ, ut facere ſolent, arguant. Et idẽ aduerſus Vigilantiũ: Quanquã ſtulte faciam, magiſtro cunctorũ magiſtros quærere, & ei modũ imponere, qui loqui neſcit & tacere nõ poteſt. Verũ eſt illud apud Græcos prouerbium, ὄνος λύρας. Lucianus de his qui mercede ſeruiunt: Τί γὰ κοινόν φασι λύρᾳ καὶ ὄνῳ. i. Quid enim cõmercij, quod dici ſolet, aſino cum lyra? idẽ aduerſus indoctũ: ἀλλ' ὄνος λύρας ἀκούειν κινῶν τὰ ὦτα. i. Sed aſinus lyrã audis, auriculas mouens. Vnde & hoc pacto effertur adagiũ: ὄνος τὰ ὦτα κινῶν. i. Aſinus auriculas mouens. Rurſum ad hunc modũ ὄνῳ τις ἔλεγε μῦθον, ὁ δὲ τὰ ὦτα ἐκίνει. i. Aſino quidam narrabat fabulam, at ille auriculas mouebat. In eos, qui cùm nihil intelligant, tamen perinde quaſi nihil non intelligãt, ita nutibus alludunt, aut arridẽt dicentibus. Eſt autẽ aſino naturale, ſubinde mouere auriculas, ueluti ſignificanti ſe iam intelligere, cum nihil etiam audierit. Aliquando referunt ad aſinũ nõ auſcultantem lyram, ſed ipſum canere conantem. Lucianus. Καὶ μάλιστα ὁπόταν ἄδῃ καὶ ἀκροᾶσθαι δέλῃ, ὄνος ἀυλουλύζων φασί. id eſt, maxime ſi quando canit, cupitq; feſtiuus ac lepidus uideri, aſinus, ut aiũt, ipſe lyra canens. Idem in Pſeudologiſta: τοῦτο δὲ τὸ τῆς λόγου, ὄνου κιθαρίζειν παρόμοιον ὀρῶ. id eſt, Iuxta hoc ipſum quod uulgò dici ſolet, aſinum conſpiciens cithara canere tentantem. Citatur & hic uerſiculus:

Ὄνος λύρας ἤκουσε, καὶ σάλπιγξ ὗς. id eſt,
Aſinus lyram auſcultauit, & porcus tubam.

Recte torquebitur in eos, qui indecore tẽtant artificium, cuius ſunt imperiti, & à quo natura abhorrent. Feſtiuiter inuertit adagium Stratonicus apud Athenæũ lib. Dipnoſophiſtarum 8. Erat Cleon quiſpiam, cui nomen inditum boui: is cum ſcite caneret uoce, cæterum lyra non perinde uteretur, Stratonicus ubi canentem audiſſet: Olim, inquit, aſinus ad lyram dictus eſt, nunc uerò bos ad lyram.

Sus tubam audiuit. xxxvi

Σάλπιγξ ὗς ἤκουσε. id eſt, Tubam ſus audiuit. In eos quadrabit, qui res quidem egregias audiunt, uerum eas neque intelligũt, neq; mirantur. Aut in eos, qui ijs quæ audiunt, neq; gaudent neq; commouentur. Equi tubarum clangore concitantur ad bellum: ſuem abigat citius, quàm animet ad pugnam. Extat apud Suidam huiuſmodi ſenarius:

Ὄνος λύρας ἤκουσε, καὶ σάλπιγξ ὗς. id eſt,
Aſinus lyram, ſus audijt ſtolidus tubam.

Nihil graculo cum fidibus. xxxvii

Nil graculo cum fidibus, id eſt, Nihil ſtolidis & imperitis cum bonis literis. Nam graculus auis eſt ineptæ moleſtæq; garrulitatis, atq; obſtrepera, adeo ut à uoce qua ſonat, nomen inditum putent, autore Quint. primo Inſtitutionũ li. Tum ſui generis conuentus amat, quo mutuo garritu ſtrepitus fiat odioſior. Porrò cithara ſilẽtium poſtulat, & aures attentas. A. Gell. Noctium Atticarum extrema lucubratione, ſanè quàm eleganter hoc adagium torquet in quoſdam pinguiore ingenio homines, ſtolidaq; loquacitate præditos, prophanos, ἀμύστους. i. à muſarũ ſacris alienos, qui politiores literas, elegantioremq; doctrinam uel ridere poſſunt, uel etiam contemnere, intelligere nequaquam poſſunt, quos ea demũ iuuant, quæ ipſi ſcilicet didicerunt, ſordida, muta, indocta. Hi pari importunitate & alienæ doctrinæ obturbant, & ſuam inſcitiã paſſim uenditant & inculcant, neminẽ præ ſe non cõtemnentes. Hoc igitur hominũ genus Gellius à ſuis commentarijs, quibus nihil fieri poteſt neq; terſius, neq; eruditius, quaſi fuſte quodã abigens: Vetus eſt, inquit, adagiũ, nihil graculo cum fidibus.

Nihil cum amaracino ſui. xxxviii

Atq; ei cõtinenter ſimile quoddã ſubnectit: Nihil cũ amaracino ſui, hoc eſt, ſtolidis uel optima putẽt, diſplicẽtq;. Amaracus herbæ genus, Siculorũ lingua à Cynaræ Cyprij regis eiuſdẽ nominis filio dictum, quem in hanc herbam cõuerſum fuiſſe, fabulis proditũ eſt. Cæterum Seruius in primũ Aeneidos, ſcribit Amaracum puerum fuiſſe regis unguentarium, qui caſu lapſus dum ferret unguenta, maiorẽ confuſione odorẽ creauit, unde & optima unguenta amaracina dici cœperint. hunc poſtea in herbã amaracũ fuiſſe cõuerſum. Eadẽ dicitur et ſampſuchũ, & alijs atq; alijs no minibus, ut autor eſt Dioſcorides in 3. lib. aitq; gratiſſimi eſſe odoris, atq; totam odoratam. Plin. lib. 13. cap. inter unguẽta nobilia & amaracini facit mentionẽ, refertq; quondam in Coo fuiſſe laudatiſſimũ: poſtea eodẽ in loco præla-

tum

Ayuntamiento de Madrid

tum Melinũ: deinde docet uarijs unguẽtis admiſceri ſampſuchum, quemadmodũ & Telino: quin etiã ex ſimplicis amaracꝰ ſucco nobiliſſimũ unguẽtum confici. Idem lib. 21. ca. 2. ſcribit in Cypro ſampſuchũ laudatiſſimũ & odoratiſſimũ naſci, eiuſq; uaria oſtendit remedia: atq; ex eo oleũ quoq; fieri, quod amaracinũ ſeu ſampſuchinũ uocetur. Cũ igitur huiuſmodi ſit amaracinũ, contrà ſue nihil immundius, nihil ſordium amantius. Quamobrem dixit Vergil.

Immundi meminere ſues. Præterea Flaccus:

—Vel amica luto ſus. Et, —Lutulenta ruit ſus,

Nihil profectò minus conuenit noſtro ſuillo, quàm deliciæ unguentariæ: quippe cui id demum dulce olet, quod cœnũ olet. Maximè quod inter unguenta, peculiari quadam naturæ proprietate amaracinum inimicum eſt ſuillogeneri, ita ut illis ueneni inſtar ſit, ſi quidem credimus Lucretio, cuius in ſexto libro hi ſunt uerſus:

Denique amaracinum fugitat ſus, & timet omne
Vnguentum, nam ſetigeris ſubus acre uenenum eſt.

Suem olim Aegyptij beluam uſq; adeo ſpurcam ducebant, ut ſi quis uel tranſiens contigiſſet, continuo properaret ad flumen, ſe pariter ac ueſtem abluturus. Subulcos etiam indigenas adeo inuiſos haberi, ut nec in templa recipiantur, nec ad matrimonium aut affinitates admittantur, autor Horod. lib. 2. Ad hoc adagium alluſiſſe uidetur M. Tullius cum ait: Illi alabaſtrus unguenti plena putet, id eſt, optima pro peßimis diſplicent. Simile quiddam dici poſſet de ſcarabeo, cui unguentum pro ſtercore eſt, oletum pro unguẽto: id quod uulgò quoq; dici ſolere propemodum innuit Plutarchus in commentario in quo Stoicorum dogmata cum poëtarum dictis componit: λέγουσι οἱ κάνθαροι τὸ μύρον ἀπολίπειν, τὰ δ' ὑυσώδη διώκειν. id eſt, Aiunt ſcarabeos unguentum fugere, graueolentia ſectari.

Quid cani & balneo? XXXIX

Τί κοινὸν κυνὶ καὶ βαλανείῳ. id eſt, Quid cõmune cani cum balneo? Hoc equidẽ adagium eo libẽtius refero, quòd mihi refricat, renouatq; memoriã pariter ac deſideriũ Rodolphi Agricolæ Friſij, quem ego uirũ totius tũ Germaniæ, tũ Italiæ publico, ſummoq; honore nomino: illius, quæ genuerit: huius, quæ literis optimis inſtituerit. Nihil enim unquã hoc ciſalpinus orbis produxit omnibus literarijs dotibus abſolutius, abſit inuidia dicto. Nulla erat honeſta diſciplina, in qua uir ille nõ poterat cum ſummis artificibus cõtendere. Inter Græcos græciſſimus, inter Latinos latiniſſimus. In carmine Maronẽ alterũ dixiſſes: in oratione Politianũ quendam lepore referebat, maieſtate ſuperabat. Oratio uel extẽporalis adeo pura, adeo germana, ut non Friſiũ quempiã, ſed urbis Romanæ uernaculũ loqui cõtenderes. Eloquẽtiæ tã abſolutæ parẽ adiunxerat eruditionẽ. Philoſophiæ myſteria omnia penetrauerat. Nulla pars muſices, quã nõ exactiſſime calleret. Extremo uitæ tẽpore ad literas Hebraicas, ac ſcripturã diuinam totũ animum appulerat. Atq; hæc conãtẽ fatorũ inuidia uirũ terris eripuit, nondũ annos natũ 40. ſicut accipio. Extant paucula quædã illius monimẽta, epiſtolæ quæpiã, carmina itẽ uarij generis, Axiochus Platonis Latinus factus, Iſocrates ad Demonicũ uerſus. Tũ una atq; altera oratio habita in publico ſcholaſticorũ Ferrarienſiũ cœtu: nã illic et didicit, et publice docuit. Latitabãt apud neſcio quos cõmentarij dialectices, nuper in publicũ prodierũt, ſed mutili. Verterat & Luciani Dialogos aliquot: ſed ut ipſe erat gloriæ negligẽs, & pleriq; mortales rẽ alienam ſanè quàm indiligẽter curare ſolent, nondũ in lucem emerſerũt. Quanquam hæc ipſa quæ extant, tametſi nec ædita quidẽ ab ipſo, planè diuinitatẽ quandã hominis præ ſe ferunt. Verũ ne uidear homo Germanus immodico patriæ ſtudio cæcutire, Hermolai Barbari Veneti de eo epitaphiũ ſubſcribam, elegantißimũ profectò, & de quo dubites, utro ſit dignius, ipſo ne qui ſcripſit, an hoc quem eo exornauit. Eſt autem huiuſmodi:

Inuida clauſerunt hoc marmore fata Rodolphum
Agricolam, Friſij ſpemq;, decusq; ſoli.
Scilicet hoc uiuo meruit Germania, laudis
Quicquid habet Latium, Græcia quicquid habet.

Quæſo quid noſtro Rodolpho potuit amplius, aut omnino magnificentius cõtingere, quàm teſtimoniũ tam ſplendidũ tam plenum, idq; redditũ non uiuo, ſed iam uita defuncto, ne quis ab amore magis quàm à iudicio profectum cauſari poßit: Deinde non à Germano, ne quid patriæ cõmunis ſtudiũ cleuet teſtimonij pondus: deniq; ab eo uiro, qui non ſolũ Italiam ſuam, uerumetiã omne ſeculũ hoc noſtrũ illuſtrarit: cuius tanta eſt apud omneis eruditos autoritas, ut impudentißimũ ſit ab eo diſſentire: tam inſignis in reſtituendis literis utilitas, ut aut à literis omnibus alieniſſimus, aut certe ingratißimus habeatur, apud quẽ Hermolai memoria non ſit ſacroſancta. His itaq; tã plenis, tamq; abſolutis uiri laudibus equidẽ fateor me peculiarius etiam atq; impenſius fauere, quòd mihi admodũ adhuc puero cõtigit uti præceptore, huius diſcipulo Alexandro Hegio Veſtphalo, qui ludũ aliquãdo celebrẽ oppidi Dauentricenſis moderabatur, in quo nos olim admodũ pueri utriuſque linguæ prima didicimus elemẽta, uir, ut paucis dicã, præceptoris ſui ſimillimus: tã inculpatæ uitæ, quàm doctrinæ non triuialis, in quo unũ illud uel Momus ipſe calumniari fortaſſe potuiſſet, quòd famæ plus æquo negligens, nullam poſteritatis haberet rationẽ. Proinde ſi qua ſcripſit, ita ſcripſit, ut rẽ ludicrã haud ſeriam egiſſe uideatur. Quanquam uel ſic ſcripta ſunt eiuſmodi, ut eruditorũ calculis immortalitatem promereantur. Itaq; in hanc digreßionẽ non temere ſum expatiatus: non quo glorioſe Germaniæ laudes iactarẽ, ſed ut grati diſcipuli uicibus fungerer, & utriuſq; memoriæ debitũ officium utcunq; perſoluerẽ: propterea quòd alteri uelut filij debeam pietatẽ, alteri tanquam nepotis charitatẽ. Nunc ad adagiũ quod me quondam puellum, Græcanicæ linguæ rudẽ adhuc, didiciſſe memini ex epiſtola quadã longe doctiſſima Rodolphi mei, qua quidẽ ille ſenatui Hantuerpienſi, ſumma tum fide tum facundia ſuadere conatur, ut ludo literario præficiant aliquem qui bonas literas didicerit, nec uti ſolent, infanti theologo, aut phyſico id muneris cõmittant: qui cum ſe quacunq; de re dicere poſſe confidat, ipſum dicere quid ſit ignoret. Quid enim is faciet in ludo literario? Profectò, ut Græco diuerbio utar, id ipſum quod canis in balneo. Lucianus aduerſum ineruditum: καὶ τὸν ὁρῶντα ἔνιον ἀνθρώπων τὸ τοιοῦτον ἐπιθλίβεται, τί κοινὸν κυνὶ καὶ βαλανείῳ; i. Atq; unuſquiſq; conſpicientiũ protinus illud uulgò tritiſſimũ in te iacit: Quid cani cum balneo? Idem in paraſito: καὶ ἐμοί γε δοκεῖ, ὦν συμποσίῳ φιλοσόφῳ τοιοῦτόν τινα, εἶναι ὦν βαλανείῳ κύνα. i. Ac mihi mea quidem ſententia, tale quiddam uidetur philoſophus in conuiuio, quale canis in balneo. Quadrabit in eos, qui ad rem quampiam prorſus ſunt inutiles, ita ut in balneo nullus eſt omnino canũ uſus.

Aſinum ſub freno currere doces. XL

Aſinum ſub freno currere doces, hoc eſt, doces indocilem. Nam equus ad curſum idoneus, aſinus ad equeſtrem curſum inutilis. Horatius:

Infelix operam perdas, ut ſi quis aſellum
In campum doceat parentem currere freno.

Acron admonet prouerbialiter dictum de aſino. Eſt autem diuerſum illi, quod alibi retulimus. τὸν ἵππον εἰς πεδίον. id eſt, Equum in campum.

Ayuntamiento de Madrid

Alienam metis meſſem. XLI

Αλλότριον ἀμᾶς θέρος. i. Alienam metis meſſem. Duplex eſt uſus huius adagij, quippe quòd pariter et in eos cõueniat, q̃ cõmoditatibus alienis partis opera potiũtur: & in hos qui negotium non ſaũ parum diligenter curant. Ducta metaphora à uetuſto more, quo uicini ruſtici inter ſe demetẽdis ſegetes mutuã iter ſeſe operã cõmodabãt. Fit aũt hominũ more, ut in ſuopte quiſq; negotio longe ſit attentior q̃ in alieno. Id quod eleganter admonet Apologus ille de Caſſita, quẽ non pigeret referre, niſi prõptũ eſſet cuilibet apud A. Gell. legere. Poteſt & eò referri, quòd aliquoties fit, ut eiectis ijs qui ſementẽ fecerunt, alij in eorũ locum ſuccedant, citraq; laborem alienis fruãtur ſudoribus. Vnde Maronis illud:

-En quis conſeuimus agros!

Ariſtophanes in Equitibus: τἀλλότριον ἀμῶν θέρος. id eſt, Alienam metens meſſem. Dictum eſt in Cleonem, qui in rem paratam, multisq; laboribus à Demoſthene prius labefactam ueniens, Pylo capta, gloriam omnem uictoriæ in ſe tranſtulit, Demoſtheni præter inuidiam nihil relictũ. Cui confine eſt illud Homeri ex Odyſſeæ lib. 1.

Επὶ ἀλλότριον βίοτον νήπιον ἔδοσιν. id eſt,
Quandoquidem impune uictum comedunt alienum.

Eandẽ ſententiã Ariſtophanes in eadẽ fabula ſic extulit.

Εγὼ γὰ περιπάτων γ' ἀπ' ἐργαστηρίου
Επῆλθον ἑτέρου τὸν χύτραν ὑφειλόμην. id eſt,
Ego obambulans ab officina longius,
Alio coquente, ollam paratam ſuſtuli.

Penelopes telam retexere. XLII

Penelopes telam retexere, eſt inanem operã ſumere, & rurſum deſtruere quod effeceris. Natum ex Homero, qui lib. Odyſſeæ. 2. fingit Penelopen Vlyſſis uxorẽ, procos iã urgentes, hac conditione deluſiſſe, ut tum ſe promitteret nupturam, ubi telam quam habebat in manibus, abſoluiſſet. Quam conditionem poſtea quàm illi accepiſſent, mulier aſtuta, quod interdiu texuiſſet, id noctu retexere cœpit:

Ενθα κ' ἡμάτιον μὲν ὑφαίνεσκεν μέγαν ἱστὸν
Νύκτας δ' ἀλλυέσκεν ἐπὴν δαΐδας παραθεῖτο. id eſt,
Illa diurna quidem ingentem contexere telam,
Verum eandem admotis ſoluebat noctu lucernis.

Vſurpat hoc adagium Plato in Phædone. Item Cic. Acad. quæſt. lib. 2. Quid quòd eadẽ, inquit, illa ars, quaſi Penelopes telã retexẽs, tollit ad extremũ ſuperiora. Sẽtit aũt de dialectica, quæ ijſdẽ illis rationibus quibus cõfirmauit aliquid, rurſum ſoluit ac deſtruit, ut nihil iã actũ uideatur. Seneca De beneficijs 5. Quid enim boni eſt, nodos operoſe ſolucre, quos ipſe ut ſolueres, feceris? Ariſtides in defenſiõe quatuor oratorũ: οὐ γὰρ οἶδα ὅτῳ τιν' ἴσον ἀναλῶσαι, ὅσον γε ἂν περιόψασι τὴ σοφίας, τοσοῦτ' ἀπολαβεῖν μεγάλα φρονοῦντες. i. Et telã neſcio quã retexentes. Quantũ enim faciunt compendij in ſapientia, tantũ rurſum diſpendij dũ arrogãtes euadunt. Hoc quoniã alijs prouerbijs, quæ mox dicemus, ſubnectit, indicat nimirũ & hoc eſſe prouerbiũ.

Annoſam arborem tranſplantare. XLIII

Γεράνδρυον μεταφυτεύειν. i. Vetulã arborẽ tranſplantare. In eos dicitur, qui ſero atq; exacta iam ætate conantur dediſcere, quibus diu iuuenes aſſueuerint. Aut ſimpliciter de ijs quæ fruſtra molimur. Neq; enim loco mouenda arbor, ubi iam alte fixerit radices, ſed cũ plãtula adhuc eſt. Nam uctcres negabãt arborem transferri oportere, uel minorem bima, uel maiorem trima: teſte Plinio. Videtur autem adagium ad quercum peculiarius pertinere, quæ omniũ altiſſime radices agit, Vt & ἀπὸ τ δρυὸς γεράνδρυον. Siue quòd hanc arborem omniũ primam arbitrantur fuiſſe. Quapropter & Ioui ſacra arbor, & ſylua Dodonæa querna fuit, unde prima omniũ oracula reddita creduntur. Eleganter uſus eſt hoc adagio Seneca lib. Epiſt. 13. Epiſtola prima: Hæc, inquit, ſi nimium triſtia uidebuntur, illæ imputabis, in quæ didici ab Aegialo diligentiſſimo paterfamiliás, is enim nunc huius agri poſſeſſor eſt, quamuis uctus arbuſtum poſſe transferri. Hæc nobis ſenibus diſcere neceſſarium eſt, quorum nemo non oliuetum alteri ponit.

Harenam metiris. XLIIII

Αμμον μετρεῖς. id eſt, Harenæ modum quæris, ſiue metiris, hoc eſt, rẽ infiniti laboris atq; inexplicabilẽ inceptas. Aut fruſtra conaris, quod nequeas efficere. Athenæus lib. 6. Alexidem quendam adducit, qui innumera dixerit ψαμμακόσια, uelut æquantia numerũ harenarum. ὀνόμασι ὃ χρώμενον ψαμμακοσίοις. i. nominibus utens harenaginta, ut Græcæ uocis figmentum imiter. Plato in Theæteto. Μᾶλλον αὐτ λέληθ ἢ οἱ τ θαλάσσης λεγόμενοι χόες. id eſt, magis illum latet, quàm maris ut dicitur harenæ.

Vndas numeras. XLV

Κύματα μετρεῖς. id eſt, Vndas numeras. Eundem cum proximo ſenſum habet. Vergilius utranq; parœmiam elegantcr attigit libro Georgicôn 2.

Quem qui ſcire uelit, Libyci uelit æquoris idem
Diſcere quàm multæ zephyro turbentur harenæ.
Aut ubi nauigijs uiolentior incidit Eurus,
Noſſe quot Ionij ueniant ad littora fluctus.

Theocritus in Charitibus:

Αλλ' ἴσθ ὡ δ μόχθ ἐπ' ἀόνι κύματα μετρεῖν,
Οὐ' ἄνεμ χέρσονδε μετὰ γλαυκᾶς ἁλὸς ὠθεῖ. i.
Namque perinde ſiet quaſi ſi numerare labores,
Quot uenti è pelago trudant ad littora fluctus.

Videri poteſt ab Aeſopico quodam apologo natum adagium, quem refert Lucian. in Sectis: Olim quendam in maris littore ſediſſe, conantem ſingulas undas pernumerare: cumq; undas undis trudentibus obrueretur, animoq; male angeretur, quòd eas numero complecti non poſſet, adiens callida uulpes opportuno conſilio ſic hominem ſubleuauit. Quid angeris, inquit, propter undas quæ præterecunt? Hinc numerare incipias oportet, illas miſſas facias.

Surdo oppedere. XLVI

Παρὰ κωφῷ ἀποπέρδειν. id eſt, Apud ſurdum crepitum ædere, dicitur ubi quid fruſtra fit. Aut ubi peccatur apud ſtupidos, qui non queant ſentire. Siue cum conuicijs inceſſitur is qui perinde negligit, quaſi non audiat. Refertur à Diogeniano & à Suida.

Aranearum telas texere. XLVII

Τὰ ἀράχνια ὑφάνειν. id eſt, Aranearum telas texere. Eſt in re friuola, nulliusq; frugis infinitum atq; anxium capere laborem. Refertur prouerbij uice à diuo Baſilio in initio enarrationis Hexameron. Vnde & apud Diogenem Laërtium in uita Zenonis, philoſophus quidam rationes dialecticas, aranearum textis ſimiles eſſe dicebat, quæ cum operoſum quiddam atq; exactum præ ſe ferant, tamen nugatoriæ ſint atq; imbecilles. Et alius quiſpiam leges cum aranearum textis comparabat, quæ cum à magnis auibus facile diſſinderentur, muſcas duntaxat irretirent.

Laterem lauas. XLVIII

Peruntur huic confines aliquot apud Græcos parœmiæ, quibus operam inanẽ ſignificamus. ucluti πλίνθον πλύνεις. id eſt, Laterem lauas, id quod uſurpat Terentius in Phormione, Loquárne? Incendam. Taceam? inſtigem. Purgem me? Laterem lauem. Theocritus in Charitibus:

Καὶ ὕδατι νίζον θολερὰν ἰσόθεϊ πλίνθον. id eſt,
Et nigram ſilicem lauiſſe liquentibus undis.

Lapidem elixas. XLIX

Cui ſimillimũ eſt, quod refertur apud Ariſtophanem in comœdia

Ayuntamiento de Madrid

mœdia cui titulus σφῦκες, λίθον ἕψῃς. *i. Lapidem decoquis. Pro eo quod eſt, inaniter laboras.* Αλλ' ὅτ' ἂν ἀντιβολοίη τις, κάτω κύπτων ἄν ὅτω, λίθον ἕψῃς ἔλεγεν. *id eſt, Quin ubi quis obſecrauerit, demiſſo ſic capite, lapidem decoquis, inquit. Neq; enim unquam molleſcit lapis, quantumuis diutina coctione. Generaliter conueniet in quamuis inanem operam, ſpeciatim in hominem durum, nullisq; precibus molleſcentem.*

Aethiopem lauas: Aethiopem dealbas. L

Eandem uim habent, ἀιθίοπα σμήχῃς. *i. Aethiopē lauas. Et,* ἀιθίοπα λευκαίνῃς. *i. Aethiopem dealbas. Lucianus in lib. contra indoctum:* καὶ τῇ παροιμίαν, ἀιθίοπα σμήχειν ἐπιχειρῶ. *i. Ac iuxta prouerbium, Aethiopem lauare conor. Nam natiuus ille Aethiopum nigror, quem Plinius ex uicini ſideris uapore putat accidere, nulla abluitur aqua, neq; ulla ratione ēdeſcit. Hoc itē peculiariter quadrabit, cum res parū honeſta ucrborum ſucis adornatur, aut cum laudatur illaudatus, aut docetur indocilis. Adagium ortum uideri poteſt ab Aeſopica fabula. Nam quidam mercatus Aethiopem, & exiſtimans eum colorem non natura, ſed ſuperioris domini negligentia accidiſſe, nihil non adhibuit eorum, quibus ueſtes candefieri ſolent: adeoq; perpetuis lotionibus miſerum diuexauit, ut illum in morbum impulerit, colore qui fuerat, manente.*

Arare littus. LI

Αἰγιαλὸν ἀρᾷς. *i. Arare littus. Eſt ſterilem operam ſumere. Auſonius ad Theonem,*

Quid geris extremis poſitus telluris in oris
Cultor harenarum uates, cui littus arandum.

Significans eum inaniter laborare. Huius peculiaris uſus erit, cū officium impēditur in eum, à quo nihil ſis fructus aliquando percepturus: ueluti ſi quis doceat ὄνον λύρας, aut beneficium collocet in ingratum. Salſitas enim facit, ut littorales oræ fermè ſint ſteriles: quod etiam prouerbio teſtatum eſt: ἁλμυρὸν γεώνημα. *i. Salſuginoſa uicinia, p ſterili. Eſt autē adeo ſterilis humor marinus, ut nec arbores ferat. Atq; huiuſce rei uarias adfert cauſas Plutarch. in cōment. De cauſis natural. 1. ſtatim problemate.*

Harenæ mandas ſemina. LII

Εἰς ψάμμον σπείρῃς. *i. Harenæ mandas ſemina. Propterea quòd ſteriles harenæ, maximè littorales, nec idoneæ ad ſementem. Oenone Paridi apud Ouidium,*

Quid facis Oenone, quid harenæ ſemina mandas?
Non profecturis littora bubus aras.

Atqui in noſtra Brabantia ſunt agricolæ tam induſtrij, qui ſitientiſſimas harenas cogant & triticum ferre.

In aqua ſementem facis. LIII

Εἰς ὕδωρ σπείρῃς. *i. In aqua ſementem iacis. Theognis,*

Ισον καὶ σπείρειν πόντον ἁλὸς πολιῆς. *id eſt,*
Par ut qui æquoreis ſemina mandet aquis.

Loquitur de his, qui beneficium conferūt in ingratos atq; improbos homines: idq; perinde perire dicit, quaſi ſementem facias in undis marinis. Ariſtophanis interpres & hoc pacto effert prouerbium, χθὲς θαλάττης σπείρῃς. *i. in mari ſementem facis.*

In ſaxis ſeminas. LIIII

Κατὰ πέτρων σπείρῃς. *i. In ſaxis ſementem facis. Quò quidem alluſiſſe credi poteſt allegoria euangelica de ſemine, quod in petras inciderit. Nam hoc terræ genus ſerè ſterile eſt, uel quia non poteſt aratro proſcindi, uel quia quod ſatum eſt, non habet quò radices agat.*

Ignem diſſecare. LV

Εἰς τὸ πῦρ ξάνῃς. *i. Ignē diuerberare. Ad hanc formā pertinet, quanquam hoc inter Pythagorica retulimus ſymbola. Ariſtides in cōmuni defenſione quatuor Rhetorū.* ἐλελήθεις ἢ ἄρα σαυτὸν, ἁπάσαις ταῖς παροιμίαις ἐνεχόμενον, εἰς πῦρ ξάνων, καὶ λίθον ἕψων, καὶ σπείρων τὰς πέτρας. *i. Nō intelligebas autē teipſum omnibus illis prouerbijs obnoxiū eſſe: q. ignē diuerberares, quòd lapidē elixares, q. in ſaxis ſementem faceres? Taxat Platonē qui apud Dionyſium tyrānum nullum omnino fecerit operæ pretium.*

In aqua ſcribis. LVI

Καθ' ὕδατος γράφῃς, ἢ εἰς ὕδωρ γράφῃς. *i. In aqua ſcribis, hoc eſt, nihil agis. Lucianus in Tyranno:* Πάλαι ὦ χάρων. ἢ καθ' ὕδατός φασιν ἤδη γράφεις, παρὰ μικύλλου τινὸς ὀβολὸν προσδοκῶν. *i. Vtrū ludis Charon, an iam in aqua, quod aiunt, ſcribis, qui quidem à Micyllo obolum aliquem expectes? Plato in Phædro:* ἦ καὶ ἄρα σπουδῇ αὐτὰ ἐν ὕδατι γράφῃ μέλανι, σπείρων διὰ καλάμου. *i. Num hæc ſtudioſe in aqua ſcribet atramento, ſeminans calamo. Extat huiuſmodi ſenarius inter ſententias Græcas:*

ἀνδρῶν φαύλων ὅρκον, εἰς ὕδωρ γράφε. *id eſt,*
Hominum improborum inſcribe iuſiurandum aquæ.

Id ita deprauat Xenarchus in Pentathlo apud Athenæum lib. 10. ὅρκον δ' ἐγὼ γυναικὸς εἰς ὕδωρ γράφω. *id eſt,*

Inſcribo uino ſi qua iurat fœmina. Item Catullus,
Mulier cupido quod dicit amanti,
In uento & rapida ſcribere oportet aqua.

In harena ædificas. LVII

Εἰς ψάμμον οἰκοδομεῖς. *i. In harena ædificas. Ad quod euangelica parabola uidetur alludere. Non conſiſtit, quod ſuper arenam ſtruxeris. Proinde rectè uſurpabitur, ubi quis negotium aggreditur inutile futurum, utpote non rectè iactis ante fundamentis.*

Ventos colis. LVIII

ἀνέμους γεωργεῖς. *i. Ventos colis. Colis autē dico pro eo quòd eſt, agricolationem exerces. Refertur à Zenodoto, dicitur in eos qui è ſuis laboribus nihil fructus reportant.*

Ferrum natare doces. LIX

Σίδηρον πλεῖν διδάσκεις. *i. Ferrū fluitare doces. De iis qui rē conantur, quæ repugnāte natura, nequaquā fieri poſſit.*

Cribro aquam haurire. LX

Κοσκίνῳ ὕδωρ ἀντλεῖ ἢ ὑπορύσσ. *i. Cribro aquam haurit. Quod etiam in obliuioſos non inconcinne dicetur. Plaut. in Pſeudolo: Non pluris refert, quàm ſi imbrem in cribrū geras. Id autem olim inter ἀδιαφορούμενα habitum, uel illud eſt argumēto, quòd inter prodigia refertur, Tuciam uirginem Veſtalem aquam cribro tuliſſe, anno ab Vrbe condita* DCIX. *teſte Plinio lib. 28. cap. 2. Cuius meminit Dionyſius Halicarnaſſeus li. Romanarum antiquit. 2. Sumptum à fabula Danaidū puellarū, quas Plato ſcripſit apud inferos hoc pœnæ genus pendere, ut aſſidue aquam in doliū pertuſum uaſis item pertuſis inferant. Alciphron in epiſtola Galeni ad Cyrtonem:* καὶ τὸ λεγόμενον ἐπὶ τούτου ἂν Δαναΐδων τὰς ἀμφορέας ἐκχέομεν φαίης. *i. Ac iuxta prouerbium amphoras in Danaidum dolia infundimus. Lucian. in Timone:* ὥσπερ ἐκ κοφίνου τέτρυπημένου. *i. Tanquam è cophino perforato. Effertur & hunc ad modum:* εἰς πίθον τετρημένον ὕδωρ ἀντλεῖς. *i. In dolium pertuſum aquam hauris. Plaut. in Pſeud. In pertuſum ingerimus dicta dolium, operam ludimus.*

Apud fimum odorum uaporem ſpargis. LXI

Εἰς κόπρον θυμιᾷς. *i. In fimum aromatū odorē ſpargis. Nam perit omnis fragrantia, fimū; fœtore uincitur. Eſt apud Suidam. Conueni et autem in hos, qui rem egregiam indignis adhibent: quod genus eſt illud, in lente unguentum.*

Oleum & operam perdidi. LXXII

Eodem pertinet & illud, quod eſt apud Plaut. in Pœn. Tum

Ayuntamiento de Madrid

pol ego & oleum & operã perdidi.i.quicquid inſumpſi, ſeu rei, ſeu laboris, id fruſtra inſumptum eſt. Metaphora ducta eſt à gladiatorũ ac palæſtritarum certaminibus: in quibus certaturi, unguentis quibuſdam oleaceis perungebantur. Cic in Epiſt. Nam quid ego te athletas putẽ deſiderare, qui gladiatores contempſeris: in quibus ipſe Pompeius profitetur ſe & oleũ & operã perdidiſſe. Quãquã poteſt & ad lucubrãtiũ lucernas referri: ſicuti Cic. feciſſe uidetur, ſcribẽs ad Attic. lib. 13. Ante lucẽ cũ ſcriberẽ contra Epicureos, de codẽ oleo & opera exaraui neſcio qd ad te, & ante lucẽ dedi. Idem ad eundẽ alibi: Non deſleamus, ne & oleũ & opera noſtræ philologiæ perierit, ſed conferamus tranquillo animo. Quo quidẽ in loco plus habet gratiæ, quòd ad rẽ animi translatũ ſit. Ergo hic oleũ pro ſumptu poſitũ eſt, nã & ſic effertur adagiũ. Plautus in Rudẽtibus & operã & ſumptũ perdunt. Eodẽ pertinet etiã illud, quod coruus ille ſalutator ſonare didicerat: opera et impẽſa perijt. Cuius fabulæ meminit Macrobius lib. Saturnal. 2. Eam quoniã haudquaquã indigna memoratu uidetur, non grauabor adſcribere, idq; ipſius uerbis. Sublimis, inqt, Actiaca victoria reuertebatur Octauius. Occurrit ei inter gratulãtes coruũ tenens, quẽ inſtituerat hoc dicere, Aue Cæſar uictor imperator. Miratus Cæſar officioſam auẽ 20. millib. nũmũm emit. Socius opificis ad quẽ nihil ex illa liberalitate peruenerat, affirmauerat Cæſari illum habere & aliũ coruum, quem ut afferre cogeretur, rogauit. Allatus uerba quæ didicerat, expreſſit: Aue uictor imperator Antoni. Nihil exaſperatus, ſatis duxit iubere illum diuidere donarium cum cõtubernali. Salutatus ſimiliter à pſittaco, emi iuſſit eũ. Idem miratus in pica, hanc quoq; redemit. Exemplũ ſutorem pauperem ſolicitauit, ut coruum inſtitueret ad parem ſalutationẽ, qui impendio exhauſtus, ſæpe ad auem non reſpondentẽ dicere ſolebat, opera & impenſa perijt. Aliquando tamẽ coruus cœpit dicere dictatam ſalutationem. Hac audita, dum tranſit Auguſtus, reſpondit, ſatis domi ſalutatorũ talium habeo. Superfuit coruo memoria, ut & illa quibus dominum querentem ſolebat audire, ſubtexeret, opera & impenſa perijt. Ad quod Cæſar riſit, emiq; auẽ iuſſit quanti nullã adhuc emerat. Hactenus Macrobij uerba reddidimus. Diuus Hieron. ad Pãmachium, uidetur huic adagio uelut alterum quoddam adagium ſubtexuiſſe: Oleũ perdit & impenſas, qui bouem mittit ad ceroma. Siquidem hoc ipſum bouẽ ad ceroma mittere prouerbium ſapit, pro eo quod eſt docere indocilẽ aut ad id muneris quempiã aſciſcere, ad quod obeundum minimè ſit idoneus, uidelicet ingenio repugnante. Nam ceroma dicitur unguentum, quo olim ungebantur athletæ. id ex oleo certiſq; terræ generibus conficiebatur. Porrò ad certamina bos inutilis eſt.

Retiuentos uenaris. LXIII

Δικτύῳ ἄνεμον θηρᾶς. i. Reti uentos captas. De fruſtra libq rantibus: aut qui ſtulte ſequuntur ea, quæ nulla ſit aſſequendi ſpes. Aut qui rem inanem inaniter captant. Nam utre contineri uentus poteſt, reti nequaquam.

Tranquillum æthera remigas. LXIIII

Αἰθέρα νωμέμον ἐρέσσᾳς. i. Aẽre tranquillo remigas. Apud Zenodotum refertur de incaſſum laborantibus: perinde eſt quaſi dicas, aërem diuerberas, remigantium more.

Mortuum flagellas. LXV

Νεκρὸν μαστίζεις. i. Mortuum flagellas. In eos qui obiurgant illos, qui nihil prorſus obiurgatione commoueantur, Aut qui uita functos inſectantur ac lacerant.

Ollam exornas. LXVI

Χύτραν ποικίλλᾳς. i. Ollam exornas, ſiue picturas. De ijs qui in re uehemẽter abſurda fruſtra conãtur. Ineptus enim labor, ollæ uaſi contẽpto, & culinarijs uſibus deſtinato, picturæ lenociniũ adhibere. Cui ſimillimũ quiddam uulgò iactatur, bracteis aureis inaurare iuglandium putamina.

Ouum adglutinas. LXVII

ᾠὸν κολλᾷς. i. Ouum glutino compingis. Refertur à Diogeniano. Ridicule laborat, qui fractum oui putamen glutino ſarcire & coagmentare conetur.

Vtrem cædis. LXVIII

Ασκὸν δέρᾳς. i. Vtrem cædis, aut utrẽ excorias. Extat apud Ariſtophanẽ in nubibus. Ad quod alluſiſſe uidetur Apuleius in Aſino, cum meminit de tribus utribus à ſe percuſſis ac uulneratis. Sumptum uel à Bacchi ſacris, uel ab ijs qui percuſſis utribus, inanem mouent ſtrepitum.

Vtrem uellis. LXIX

Huic ſimillimum: ἀσκὸν τίλλᾳς. i. Vtrem uellis. Vel quòd non ſentiat, uel quòd pilis careat.

Actum agere. LXX

Terent. in Phorm. Ohe actum, aiunt, ne agas, τὸ πραχθὲν μὴ πράξῃς. A iudiciorũ cõſuetudine ſumptũ, qua fas non eſt iterũ agere cauſam, de qua iam ſit pronuntiatũ. Plautus: Rem actam agis. i. incaſſum laboras. Q. Fab. apud T. Liu. Dec. 3. lib. 6. Scio multis ueſtrum uideri patres conſcripti, rem actã hodierno die agi, & fruſtra habiturũ orationẽ, qui tanquam de integra re, de Africa prouincia ſententiã dixerit. M. Tullius libello De Amicitia, indicat dici ſolitũ de negotio, quod præpoſteræ geritur. Sed cum multis, inquit, in rebus negligentia plectimur, tum maximè in amicis & deligendis & colendis. Præpoſteris enim utimur conſilijs, & acta agimus, quod uetamur prouerbio.

Cotem alis. LXXI

ἀκόνῃ σιτίζεις. i. Dotem alis. Dicitur in homines edaces, plurimiq; cibi: qui nihilo tamen habitiores inde reddantur. Nam in cotis macilentiã hodieq; uulgò iactatur adagiũ, cùm aiunt, tam pinguẽ quàm cotem, macilentũ quempiam eſſe ſignificantes: Hermolaus Barbarus in epiſtola quadã ad Picum interpretatur hoc prouerbium pro male collocare beneficium, unde non ſit reditura gratia: ut affine ſit illi, quod alibi dicetur: Alc luporum catulos, quum ex beneficio redit mala gratia.

Hylam inclamas. LXXII

ὕλαν κραυγάζεις. i. Hylam inclamas. De fruſtra uociferantibus: aut in genere, de nihil proficientibus. Ab huiuſmodi caſu natũ adagium. Hylas Theodamantis filius, cùm eſſet inter argonautas formoſus adoleſcẽs, adamatus eſt ab Hercule. Is cùm eſſet in Myſia, fortè aquatũ egreſſus in fonte perijt: unde & à Nymphis adamatus ac raptus fingitur. Ad hunc ueſtigandum miſſus eſt Polyphemus, qui ingẽti uociferatione nomẽ inclamabat Hylæ, neq; quicquam tamen profecit. Atq; hinc ortum prouerbium. Vergilius uidetur ad nautarum clamorem retuliſſe, cùm ait:

His adiungit Hylam nautæ quo fonte relictum
Clamaſſent, ut littus Hyla, Hyla omne ſonaret.

Meminit huius & Theocritus in Idyl. N.

Τρὶς μὲν ὕλαν ἄυσεν, ὅσον βαθὺς ἄρυσε λαμὸς,
Τρὶς δ' ἂν ὁ ταῖς ὑπάκουσεν, ἀρκὰς δὲ ἴκετο φωνή. i.
Ter quanto potuiſſet Hylam clamore uocabat,
Mugitum intendens imò de gutture uocis.
Ter puer audijt, ac tenuis uox perculit aures.

Nihil obſtat, quo minus ad ſacrorum conſuetudinem referatur, quæ in Hylæ rapti memoriam ſunt inſtituta: in quibus Hylæ nomen inclamabatur. Id fuerit uenuſtius, atque concinnius, ubi quis rẽ abſentem fruſtra deſiderat, uel deplorans, uel optans. Vt ſi quis ad inopiam redactus, optaret ſibi centum talenta, quæ quondam habuiſſet. Ad hanc paræmiam reſpexiſſe uidetur Ariſtophanes in Pluto:

Πλοῦτος

Ayuntamiento de Madrid

Πωθῆς τὴν ὁ παρόντα καὶ μάτλω καλεῖς. id eſt, Deſideras abſentem inaniter uocans.

De Mercurio dictum, placentas illas deplorante, quas in ſacris conſueuerat aliquando edere.

Inaniter aquam conſumis. CLXXIII

Ἄλλως ἀναλίσκεις ὕδωρ. i. Inaniter cōſumis aquā. In eos quadrabit, qui fruſtra ſuadent. A priſco more iudiciorū ſumptum, in quibus ad clepſydræ modū dicebatur. Aeſchines contra Demoſthenem, oſtendit primā aquā infundi ſolere actoribus, alterā patronis, tertiā iudicibus, ad pœnā cōſtituendā, niſi primis ſententijs reus fuiſſet abſolutus. Et Demoſthenes Aeſchinē prouocat, ut uel in ſua aqua ſi poſſit, dicat, quod decretū fuiſſet ipſo unquam autore ſcriptum. ἀναςὰς κὴ ἐν ᾧ ἐμῷ ὕδατι εἰπάτω. Huc alludens Lucianus ἐν ᾧ πεῖ τ ἐπὶ μισθῷ συνόντων, in rhetorē quendam iocatur, qui apud barbaros in conuiuio diceret, nō ad aquæ, ſed ad amphoræ uinariæ modū. Idē in his accuſato: Ἐκάνης γὰ τόγε νῦν ῥέον. i. Nā illius ſanè in præſentia fluit aqua: Videtur id ſubindicare Plato in Theæteto, cum ait quoſdā πρὸς μικρὸν ὕδωρ. i. ad puſillū aquæ docere poſſe quæ geſta ſint. Idē in eodē: Κατεπίγη γὰ ὕδωρ ῥέον. i. Vrget enim aqua fluēs, quod oratoris ſit ad præſcriptas clepſydras dicere. Apuleius ī Aſino aureo: Rurſum præconis amplo boatu citatus accuſator quidā ſenior exurgit, et ad dicendi ſpatiū, uaſcido quodā inuiceē colli graciliter fiſtulato, ac per hoc guttatim defluo, infuſa aqua, populum ſic adorat. Plinius iunior Falconi: Et qui iubere poſſet tacere quēcunq;, huic ſilentiū clepſydra indici. Idē Arriano: Dixi horis penè quinq;. Nā uiginti clepſydris, quas ſpatioſiſſimas acceperam, ſunt additæ quatuor. Quintil. lib. 12. Et ſi quid ipſe tibi ſumas, probandum eſt, & laboratam congeſtamq; dierum ac noctium ſtudio actionem, aqua deficit. M. Tull. in calce ſecundi libri Tuſcul. quæſt. Cras ergo ad Clepſydram, ſic enim dicimus. Idem De oratore lib. 3. de Pericle loquens. At hunc, inquit, non clamator aliquis ad clepſydram latrare docuerat, ſed ut accepimus Clazomenius ille Anaxagoras, uir ſummus in maximarum rerum ſcientia. Philetas apud Athenæum lib. 2. τοσαῦτα ὥσπερ οἱ ῥήτορες πρὸς ὕδωρ εἶπον. i. Tantum, ut ſolent rhetores ad aquam dixi. fuerat autem de aqua ſermo. Hinc captata eſt alluſionis gratia. Demades iocabatur in Demoſthenem ὑδροπότω, q, cæteri quidē ad aquā dicerent, Demoſthenes ad aquam ſcriberet. Philoſtratus in Adriano ſophiſta τὸς ἀπὸ κλεψύδρας appellat ſophiſtas qui ad aquā exercebantur. Porro priſci lineis & umbris horas diſtinguebant. P. Scipio Naſica primus reperit clepſydrā, qua nubilo quoq; die & noctibus, horæ diſtingueretur. Nūc pro clepſydris, clepſammis & αὐτομάτοις utūtur horologijs.

In aēre piſcari. uenari in mari. CLXXIIII

Eiuſdē generis ſunt & illa, quæ Plautus uſurpat ī Aſinaria: In aere piſcari, et in mari uenari iaculo. Quadrabūt ſimpliciter in eos, qui fruſtra moliūtur τὰ ἀδιώματα, aut qui præpoſtere ubi quærūt aliquid, ubi ne ſperari quidē poſſit. Vt ſi quis in magiſtratibus uitā tranquillā, in uoluptatibus beatā, in opibus felicē quærat. Itaq; Libanus ſeruus ab hero ſuo Demæneto iuſſus ut uxorē ipſius argento defraudaret, ſignificās nulla ratione fieri poſſe, ut à muliere tenaciſſima quicquā auferretur: Iube, inquit, una me opera piſcari in aēre, uenari autem iaculo in medio mari.

Aquam è pumice poſtulas. CLXXV

Superiori non admodum diuerſum, quod apud eundē poētā legitur: Aquā è pumice poſtulare, pro eo quod eſt, fruſtra ab alio petere, cuius ipſe à quo petas, maximè ſit indigus, Nihil enim pumice lapide ſiccius, nihil ſiticuloſius. Perinde ac ſi qs ab indoctiſſimo doceri poſtulet, ab inconſultiſſimo conſiliū expectet, ab egeno munus, ab inope præſidium: deniq; ab auaro ac tenaci pecuniā. Plautus: Nam tu aquā è pumice nunc poſtulas, qui ipſus ſitiat. Pumex, inqt idē, nō æquè eſt aridus, atq; hic ſenex. Eſt autē pumex lapis cauernoſus, quo ſolēt poliri codices: naturæ adeo ſiccæ ut ſi in urceū bullientē immiſeris, feruorē extinguat: non ſolum ad tēpus, ſed in totū. Nec aliud in cauſa putat eſſe Theophraſtus, niſi quòd uehementiſſima ſiccitate ſpumā totam ad ſe trahere nitatur. Meminit & de Chio quopiā Eudemo, q pumice acri conſperſo aceto, munire ſeſe conſueuerit, ut poſt ſeptimam ellebori potionem, nec balneis, nec uini potatione prouocaretur ad uomitum.

Nudo ueſtimenta detrahere. CLXXVI

Ad hāc ſententiā pertinet hoc quoq;, quod ab eodē eſt uſurpatum poēta: Nudo ueſtimēta detrahere, pro eo quod eſt, ab eo ſperare emolumentū, cui ne ſit quidē quod auferri queat. Sic enim idē Libanus in Aſin. Plautina admonitus ab hero, ut ab ipſo per fallaciā argentum abraderet, quo filio emeretur amica: Maximas, inquit, nugas agis. Nudo detrahere ueſtimenta me iubes. Adducit et D. Chryſoſtomus prouerbiū uulgò iactatū, quo dicebant, nec à centum uiris unum nudum ſpoliari poſſe. Apuleius Aſinus libr. 1, ſcripſit, nudum nec à decem palæſtritis poſſe ſpoliari.

Anthericum metere. CLXXVII

Τὸν ἀνθέρικον θερίζειν i. Anthericum metere, dicebantur, qui laborem inanem ac ſterilem caperent. Anthericus, herbæ genus, quod meti non poſſit, ſed uelli manibus neceſſe eſt, uelut & linum. Antherices uocantur ſummæ ſpicarum faſtigia ſiue atheres. Herodotus Aſphodeli caules antherices uocat, teſte Suida: quos & tenaciores ait eſſe, quàm ut frangi queant. Antherici meminit & Plinius libr. 21. cap. 17. In Græcorum commentarijs reperio promiſcue poſitum Antherices, & atherices.

Ex harena funiculum nectis. CLXXVIII

Ἐκ δὲ ψάμμου σχοινίον πλέκειν. i. Ex harena funiculū nectere. Eſt fruſtra conari, qd nulla ratione poteſt effici. Quid enim ſtultius, quàm ex harena quæ nullo modo cohæreſcit funē uelle nectere? Prouerbiū utrunq; nēpe tum hoc, tum quod proximè retulimus, uſurpat Ariſtides in communi defenſione quatuor oratorū: Καταδύοντες ὑ εἰς τὸς χηραμὸς, ἐκεῖ τὰ θαυμαςὰ σοφίζοντες σκιᾷ τινὶ λόγος ἀναπτόντες, ἔφυς ὦ σοφοκλὴς, τὸν ἀνθέρικον θερίζοντες, τὸ δὲ ἐκ ψάμμου σχοινίον πλέκοντες, ὃν οἶδα ὄντιν' ἐχθρὸν ἀναλαβόντες. i. Verū abdentes ſeſe in ſeceſſus quoſdā illic admirandam illā comminiſcuntur ſapientiam, umbra quadā adtrahētes uerba, quēadmodū abs te dictū eſt Sophocles, Anthericū metentes, ex harena nectentes funiculum, & haud ſcio quā retexentes telā. Significat his adagijs, umbraticū illud philoſophorum ſtudiū nihil omnino fructus adferre. Columella in præfatione carminis, De cultura hortorū. Nā & ſi multa ſunt eius quaſi mēbra, de quibus aliquid poſſumus effari: tamen eadē tā exigua ſunt, ut, qd' aiūt Græci, ex incomprehenſibili paruitate harenæ funis effici nō poſſit. Prouerbiū peculiariter accōmodabitur ad uſus huiuſmodi: ſiquis conetur in concordiā redigere moribus longe diſſimillimos, & inter quos nihil omnino conuenit: aut ſi quis orationē ex argumētis diſſonis contexat, quaſi Chimæram quandā fingens, & huiuſmodi monſtrū, cuiuſmodi deſcribit Horat. Humano capite, ceruicē reliqs itē mēbris ex uarijs animātiū generib. ita collatis,

-Vt turpiter atrum
Deſinat in piſcem, mulier formoſa ſuperne.

Ab aſino lanam. CLXXIX

Cui finitimum eſt & illud: ὄνυ τόκας ζητεῖς. i. Aſini lanas quæris. De ijs, qui ſtultè quærunt ea quæ nuſquam ſunt.

Effertur

Efferтur adagium etiam in hunc modum: ὄνε πόκας. id est, Asini lanas. Aristophanes,

Τίς ἐς τὸ λήθης πεδίον, τίς εἰς ὄνε πόκας;

Asini quis ad lanas? quis in Lethes solum?

Per asini lanam, res uanas significans, & quæ nusquam sunt. Trimeter Græcis constat si tollas alterum, τίς.

Asinum tondes. LXXX

Eundem sensum habet, τον ὄνον κείρεις. i. Asinum tondes. De his, qui rem absurdam atq; inutilem aggrediuntur: propterea quòd asinum neq; pectore posris propter uillos, neq; tondere cum lanam non habeat. Huius meminit Aristophanes in Ranis.

Lupi alas quæris. LXXXI

Λύκου πτερὰ ζητεῖς i. Lupi alas quæris. De ijs, qui quærunt ea, quæ nusquam sunt. Aut ubi quis uerbo duntaxat terriat, alioqui re nunquam facturus quod minatur. Neque enim fieri potest, ut lupus alatus inueniatur. Prouerbium recensetur à Suida.

Quæ apud inferos. LXXXII

Eodem loco interpres admonet & huius adagij, tanquã eundem habentis sensum, τὰ ἐν ἅιδου. i. Ea quæ apud inferos. Citatq; Aristarchum autorem, idq; inde natũ putat, quòd Cratinus finxerit quendam apud inferos funem torquentem: asinum autem arrodentem ea quæ ille iam torsisset, atq; ita inaniter laborare qui torquebat. Quãquam illud, τὰ ἐν ἅιδου, generaliter ad omnia pertinet, quæ poetarum fabulis traduntur nulli credita nisi pueris: unde cũ inania somnijsq; similia significabimus, apte dicemus, τὰ ἐν ἅιδου. Athenæus libr. Dipnosophistarum 4. refert, Democritum scripsisse uolumen, cui titulus fuerit, τὰ περὶ τῶν ἐν ἅιδου. prodigiosis, ut coniectandum est, refertum fabulis, & hinc potest uideri ductum prouerbium.

Contorquet piger funiculum. LXXXIII

Huic adeo simile est, ut idẽ uideri possit, quod de ocno ono. i. pigro asino refert Pausanias in Phocicis, apud Ionas, ut ait, celebratum: σωάγε ὄκνον τὴν θώμιγα. i. Torquet piger funiculum. Ipsius uerba super hac re subscribam: Μετὰ δὲ αὐτὸν ἀνὴρ ἔστηκε καθήμενον, ἐπιγράμματα δὲ ὄκνον εἶναι λέγε τὸν ἄνθρωπον. ποιοῦσι δὲ πλέκων σχοινίον. παρέστηκε θῆλυ ὄνον ἐπεσθίουσα τὸ πεπλεγμένον ἀεὶ τοῦ σχοινίου. τοῦτον εἶναι τὸν ὄκνον φιλεργόν φασιν ἄνθρωπον, γυναῖκα δὲ ἔχειν δαπανηράν, καὶ ὅσα συλλέξαιτο ἐργαζόμενον, ὁ πολὺ ἂν ὕστερον ὑπὸ ἐκείνης ἀνήλωτο. οἶδα δὲ καὶ ὑπὸ Ἰώνων, ὅποτε ἴδοιεν τινὰ πονοῦντα ἐπὶ ὀδίνει ὄκνου φέροντι, ὑπὸ τότε εἰρημένον ὡς ὁ ἀνὴρ ὄτος σωάγε τὴν ὄκνου τὴν θώμιγα. i. Post hos uir quidam est sedens, titulus indicat cum ὄκνον esse. Factus est autem ad hunc modum, ut ipse funiculum torqueat, astante asella, quæ quod tortum fuerit assiduè abrodat. Hunc Ocnum aiunt hominem esse industrium, operiq; intentum, sed uxorem habere sumptuosam ac prodigã, ut quicquid is suo labore corraserit, id mox absumatur ab illa. Cognitum autẽ est mihi, etiam ab Ionibus dici solere, si quem conspexissent in re quapiam elaborantem, quæ nihil adferret emolumenti, hic homo funiculum Ocni contorquet. Videtur argumentum picturæ sumptum ab occasione uocis ancipitem obtinentis significatum. Siquidem σωάγε τὸν βίον, aiunt Græci pro comparare uictum. Colligit autẽ qui rem auget, dissipat qui profundit. Atq; hoc quidem argumẽtum apparet olim multorum artificum operibus fuisse celebratum. Siquidem Plinius in historia mundi inter Socratis egregij pictoris argumenta, commemorat & de Asino spartum arrodente. Et piger, inquit, qui appellatur ocnos, spartum torquens, quod asellus arrodit. Fertur idem picturæ genus & Delphis fuisse, à Polygnoto Thasio dicatum. Quo quidẽ negant desidem & ignauum significatũ, quemadmodũ existimat Varro, imò laboriosum magis & industrium, sed cui sit uxor prodiga. Eoq; Pausanias ait, non marem asellum, sed fœminã in pictura fuisse. Idem argumentum marmore cælatum, Romæ duobus uisitari locis, nempe in capitolio & in hortis Vaticanis, Hermolaus Barbarus testis est, Vsus est hoc adagio & Propertius:

Dignior obliquo funem qui torqueat ocno,
Aeternus tuam pascat aselle famem.

Verum illud interim admirandũ, cur Plin. eum scripserit appellatum ocnum. i. pigrum, qui funem torquerct, ac nõ magis asellũ arrodentẽ. Maximè cũ Propertius non eum ocnõ appellet qui torqueat, sed illi torqueri funẽ: ut asinũ intelligas, citius quàm torquentem. Meminit huius adagij Plutarchus in cõmentario περὶ εὐθυμίας. Ἀλλ' ὥσπερ ἐν ἅιδου ζωγραφούμενον καὶ σχοινοπλόκον ᾧ τινι παρίσιν ἐπιβοσκομένῳ καταναλίσκει τὸ πλεκόμενον. i. Sed quemadmodum apud inferos depictus is qui funem torquet: cui adest, qui depascens absumit id, quod tortum fuerit.

Littori loqueris. LXXXIIII

Αἰγιαλῷ λαλεῖς. i. Littori loqueris. Refertur à Græcis adagiorũ collectoribus. Dictũ in eos, q fiustra uel suadẽt, uel orãt: perinde quasi surdo loquãtur. Nam littora propter assiduum fluctuum fragorem surda dicuntur. Ouidius:

Surdior ille freto clamantem nomen Oresten,
Traxit inornatis in sua tecta comis.

Vento loqueris. LXXXV

Suidas addit & hoc: Ἀνέμῳ διαλέγῃ i. Vento loqueris. Pro eo quod est, inaniter. Nam uentus omnia dissipat, cogitq; euanescere. Vnde et auris discerpta mãdata dixit Vergil. quæ abierant in obliuionem. Plautus in Mostell.

Hic nescit quidem nisi fœnus fabulari uento.

Consimili figura apud Athenæum legitur: γῇ καὶ θαλάσσῃ λαλεῖν. i. Cœlo ac terræ loqui.

Mortuo uerba facit. LXXXVI

Νεκρῷ λέγουσα μύθους ἐς ὦτα. i. Mortuo ad aurem fabulam narrans. Plautus: Mortuo uerba nunc facio. Terentius: Verba fiunt mortuo. Rursum Plautus: Nihilo pluris refert, quàm si ad sepulchrum mortuo dicat iocum. Pertinet huc quod est apud Aeschylum in Agamemnone:

ἔοικα θρήνῳ ζώσα πρὸς τύμβου μάτην. id est,
Fruſtra ad sepulchrum uiua ploro mortui.

Natum adagium à ridicula consuetudine ueterum, uita defunctos ter uoce cientium, unde & conclamati dicebantur: præterea in pompis funeralibus multa deplorantium erga mortuum. Quem morem irridet Lucianus in libello De luctu, quem nos Latinum fecimus.

Surdo canis. Surdo fabulam narras. LXXXVII

Eandem uim habet, κωφῷ ᾄδεις. i. Surdo canis. Vergilius in Bucolicis:

Non canimus surdis, respõdent omnia syluæ. Horat.
Narrare putaret asello Fabellam surdo.

Terentius in Heautontimorumeno:

Næ ille haud scit, quàm mihi nunc surdo narret fabulã.

Itẽ T. Liuius de bello Macedonico li. 10. Quæ uereor ne uanis auribus cecinerint. Aeschylus in ἑπτὰ ἐπὶ θήβας.

ἤκουσας ἢ οὐκ ἤκουσας; ἢ κωφὴ λέγω; id est,
An audisti, an non audisti, num surdo loquor?

Alluſit huc Ouidius Amorum lib. 3.

Quid iuuat ad surdas si cantet Phemius aures?
Quid miserum Thamyram picta tabella iuuat?

Ortum uidetur à ridiculo casu: quo sæpe fit, ut hospes incidat in surdum, quem percontetur multa, ridentibus ijs qui surdum nouerunt.

Fruſtra

Ayuntamiento de Madrid

Fruſtra canis. LXXXVIII

Ἄλλως ἄλῃς. i. Fruſtra canis. Πρὸς κενὸν ψάλλῃς. i. In uanũ cantas. De ijs qui fruſtra ſuadent. A' cantoribus ductũ, qui cum ingrati ſunt auditoribus, inaniter canunt, cum à nemine audiantur: aut qui canunt ſuo ſumptu, nihil auferentes præmij. Nam cantilenã Græci prouerbiali metaphora frequenter appellant orationem. Inde eſt illud in Euripidis Hecuba: Ἤξει τι μέλος. i. Veniet aliqua cantilena. Et eandem cantilenam canis, & ad aures occinere, & παρὰ τὸ μέλος φθεγξάμενος. i. præter cantum ſonans. Vſurpauit adagium hoc, ac ſimul expoſuit Lycophron poëta:

Τοὶ δ' ψαλάξας εἰς κενὸν νάβρας κτύπον
ἄσιτα κ' ἀλίωντα φορμίζων μέλη. id eſt,
Ictũq; cicbis irritos fidium ſonos,
Ieiuna & indonata pulſans carmina.

Interpres addit prouerbiũ ad hunc etiã efferri modũ: Εἰς κενὸν κρούῃς τὰς χορδάς. i. Fruſtra pulſas chordas. Sũptũ autẽ à citharœdis, qui ſic canunt, ut nihil accipiant muneris, & domi cibũ capiant, hoc eſt, ſuo ſumptu, ſuoq; uictu, quemadmodum cit Plautus, alijs cantent. Niſi cui uidebitur ad apologum Aeſopi referendum, de tibicine fruſtra piſces inuitante cantilenis. Nam audierat Arionis fabulã.

Lapidi loqueris. LXXXIX

Λίθῳ διαλέγῃ, Lapidi loqueris. Eundem ſenſum habet. Et apud Terent. in Eun. lapis pro ſtupido brutoq; homine ponitur aliquoties. Non inſcitũ eſt quod refert Laërtius, Cuidam interroganti, qua nam in re melior eſſet cuſturus filius ſi erudiretur, ſi nihil aliud, inquit Ariſtippus, certè in theatro non ſedebit lapis ſuper lapidem.

Parieti loqueris. XC

Πρὸς τοῖχον λαλεῖς. i. Parieti loqueris. Et hoc quoq; refertur à Græcis collectorib. Effertur & ad hũc modũ, Διὰ τοίχου λαλεῖν. i. Per parietẽ loqui. Dici conſuetum, ubi quis rei quippiam faceret uehementer abſurdæ. Fortaſſis ab amantibus ſumptũ, qui ad fores ac feneſtras, aut etiam parietes amicarũ perinde loquũtur, nonnunquã, quaſi ſenſus aliquis illis adſit. Plautus in Truculẽto uſurpat pro eo, q eſt taciturno loqui: Ego, inquit, ero paries, loquere tu.

Nugas agere. XCI

Latinis perinde atq; Græcis tritum adagium: Nugas agere, pro eo quod eſt, rem friuolam ac nihili facere, ſeu fruſtra conteri. Λῆρον ληρεῖς, Atticis familiare. i. Nugas nugaris. Ariſtoph. in Nebulis, Socratem ſubtilium nugarũ antiſtitem uocat, quaſi friuolarum argutiarum autorem, Ὃν τε λεπτοτάτων ληρῶν ἱερεῦ. λῆρος μακρὸς dixit Galenus li. περὶ διωάμεων φυσικῶν ſecundo, λῆρος δ' μακρός ἐστιν ἅπασα τῶν πόσεων ὑπόθεσις εἰς φυσικὴν ἐνέργειαν. i. Magnæ igitur nugæ ſunt omnis pororum ſuppoſitio ad uim naturalem. Iucundius fit quum refertur ad perſonam, uelut apud Athenæum lib. 6.

Οἱ ποιηταὶ φησι, λῆρος ἐσίν. id eſt,
Porrò poëtas nugas eſſe prædicat.

Dicũt et ὑβλεῖς. i. deliras ac deſipis, qd' eſt trãslatũ ab anĩculis, quæ poſtea quàm ætatis uitio cœperint deſipiſcere, futiles quaſdã nugas blaterare ſolẽt. Auſonius ad Paulũ:

Phœbus iubet uerum loqui.
Et ſi Pierias patitur liræ ſorores,
Nuſquam ipſe torquet aulaca.

In quibus uerſibus obſcurior eſt alluſio, ac propè dixerim incptu. Nam homo bilinguis pariter ad utrunq; ſermonẽ, & duplicem nominis ſignificatum reſpexit. Siquidem λῆρος Græcis nugas ſignificat, & liræ ſeu porcæ Latinis uocantur ſulci. Nam agricolæ primum proſcindunt, deinde comminuunt glebas poſtremo lirant. Proinde ſubtexuit, nunquam ipſe torquet ἄυλακα. Olim enim agricolatores delirare dicebantur, qui à recto ſulcorum ordine deflecterent. Inde tranſſumptiũ ad eos, qui deſipiſcunt.

In cœlum iacularis. XCII

Εἰς τὸν οὐρανὸν τοξεύῃς. i. In cœlum ſagittam torques. Eſt apud Zenodotum ac Suidã, de ijs, qui fruſtra laborant, aut qui audẽt eos laceſſere, quos nõ poſſunt lædere, nihil enim ferire poteſt, qui in cœlum torquet, niſi quòd diuos uidetur petere. At non raro fit, ut iaculum in ipſum mittentem recidat. Extat huiuſmodi quædam ſententia in prouerbijs etiã Hebræorũ, nempe apud Eccleſiaſticum cap. 27. Qui in altum mittit lapidem, ſuper caput eius cadet: & plaga doloſa doloſi diuidet uulnera, & qui foueam fodit, incidet in eam, & qui ſtatuit lapidem proximo ſuo, offendetur in eo, & qui laqueum alij ponit, peribit in illo.

Delphinum cauda ligas. XCIII

Δελφῖνα τῇ τοῦ οὐραίου δεῖς. i. Delphinum cauda alligas. In eos, q quippiã in caſſũ conantur. Propterea q Delphinus cauda ſit lubrica, nec ea parte teneri queat. Aut q cauda ſit ualida, cuius agitatione fertur & naues aliquãdo ſubuertere, ut hac parte ſit inuictus. Quadrabit & in eos, q ea uia quẽpiã aggrediũtur, qua nequaquã poßit ſuperari.

Cauda tenes anguillam. XCIIII

Ἀπ' οὐρᾶς τὴν ἔγχελυν ἔχῃς. i. Cauda tenes anguillam. In eos apte dicetur, quibus res eſt cum hominibus lubrica fide, perfidiſq;, aut qui rem fugitiuam atq; incertam aliquam habent, quam tueri diu non poßint.

Folio ſiculno tenes anguillam. XCV

Huic diuerſum eſt illud: Τῷ θείῳ τὴν ἔγχελυν. i. Folio ſiculno anguillam, ſubaudiendũ tenes. Vbi quis alioqui fugax & lubricus, arctiore nodo tenetur, quàm ut poßit elabi. Nam ſici folium ſcabrum eſt, ut cui nomen etiam inditum ab aſperitate ſcripſerit Plutarchus: atq; ob id ad retinendam anguillam natura lubricam, uel maximè idoneum.

Medius teneris. XCVI

Huic ſentẽtiæ confine eſt illud apud Ariſtophanem in Ranis νῦν ἔχῃ μέσος. i. Nunc medius teneris, De eo qui ſic tenetur, ut extricare ſeſe nulla ratione poßit. Trãslatum à palæſtritis atq; athletis, qui ſi quem mediũ corripuerint, facilè uincunt. Sunt autẽ uerba Aeaci ad Bacchum: ἀλλὰ νῦν ἔχῃ μέσος. i. At nunc medius tenere. Eodem pertinet illud apud Terentium: Sublimem medium arriperem.

Delphinum natare doces. XCVII

Δελφῖνα νήχεσθαι διδάσκεις. i. Delphina natare doces. In eos cõpetit, qui monere quempiã conantur in ea re, in qua cũ ſit ipſe exercitatiſſimus, nihil eget doctore. Nã Delphinus in natando perniciſſimi impetus eſt, ita ut non modo ſuperet omne natatiliũ genus uelocitate, uerumetiã terreſtrium animantiũ, ut autor Aelianus lib. 12. Quin & naues tranſilit, ſeq; contento ſpiritu, teli in morẽ eiaculatur.

Aquilam uolare doces. XCVIII

Ἀετὸν ἵπτασθαι διδάσκεις. i. Aquilã uolare doces. Diuerſa metaphora ſentẽtiam eandem declarat. Quod enim Delphini inter piſces, id Aquila inter uolucres. Quibus id etiam commune, quod uterq; παιδεραστὴς eſſe narratur. Alluſiſſe uidetur huc Gregorius in epiſtola quadam ad Eudoxum rhetorem, Τὸς πολλοὺς ἐα χαίρειν, καὶ εἶναι κολοιοὺς πᾶσιν ἀετοὺς δοκιμάζοντας. Sine ualere uulgus, ſine eſſe graculos, qui uolatum aquilarum probent.

In eodem hæſitas luto. XCIX

Terentius in Phorm. In eodem hæſitas luto. In eos competit, qui ſic implicãtur negotio cuipiã, ut ſe nequeant extricare. A' uiatoribus translatũ, qui ſimul atq; in lutum inciderint, cum alterũ pedem conantur educere, altero altius immerguntur. Rurſum, ut hunc attrahant, alter quẽ eduxerant, denuo eſt infigendus. Eodem alludens Horatius.

Nequic

Ayuntamiento de Madrid

Nequicquam,inquit,cœno cupiens euellere plantam.

Huic ſimile eſt,in eodē hæſitare veſtigio. Quint.Curtius lib.3. Tertium diem metu exangues iam armis ſuis oneratos in eodem veſtigio hærere.

In aqua hæret. C

Vſurpatur huic nō diſsimile prouerbiū à M.Tull.li.Offic.3. Dicit ille quidem multa multis locis, ſed aqua hæret, ut aiunt. Significat autē Epicurū parū ſecū in diſputādo conſtare,ſeq; ipſum inuoluere,dū ea quæ dicit alibi,pugnant cū ijs quæ dixit alibi,atq; ita quaſi fluctuare,neq; in ſolido cōſiſtere. Id quod euenire ſolet ijs,qui cū aberrāt à uero,uerborū fucis rem inuoluūt. Translatū apparet uel à fluitātibus,q uado deſtituti,huc atq; illuc iactantur:quoq; magis ſe cōmouēt,hoc maiore periculo laborāt. Aut certē ab oratorū clepſydra,de qua meminimus alibi,ut cum in aqua hærere dicamus, qui ſeſe deſtillata iā aqua,tamen è cauſa non poteſt expedire. Cice.ad Q.fratrē lib.2. Quod idibus et poſtridie fuerat dictum de agro Campano actū iri,non eſt actū. In hac cauſa mihi aqua hæret. Incertum, utrum ſignificet eam actionē integrā ſibi relinqui,an cauſam eſſe incextricabilem. Huc referēdum illud,quod paulo ſuperius ex Quintil. citauimus. Et laboratā,congeſtamq; dierū ac noctium labore actionē,aqua deficit. Nec abhorrent ea quæ poſt dicemus in prouerbio,Hæret in uado.

CHILIADIS PRIMAE CENTVRIA V.

Multa cadunt inter calicem ſupremaq; labra. I



VLPITIVS Apollinaris grāmaticus apud Aulū Gellium in noctibus Atticis lib.13.cap.17. duo quædā adagia notat,alterum Græcum,alterum Latinum: quorū amborū eadem ſit ſententia. Græcus eſt uerſiculus, inquit,hexameter ϖαροιμιώδης,

Πολλὰ μεταξὺ ϖέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου.

Multa cadunt inter calicem ſupremaq; labra.

Quo monemur,nihil tam certū ſperari,neq; quicquā eſſe tam uicinū,quod nō repentinus aliquis caſus queat interuertere. Adeoq; non eſſe tutū uenturis fidere, ut uix etiā illa ſint certa quæ manibus tenemus. Originē adagij quidam ad huiuſmodi fabulam referunt, Ancæus Neptuni & Aſtypaleæ Phœnicis filius,cū uitē ſereret,grauiterq; miniſtris inſtaret, urgeretq;:quidā operis tædio cōmotus in herū, negauit futurū ut ex ea uite herus unquam uinum guſtaret. Poſt ubi uitis prouenisſet feliciter,atq; uuæ maturuiſſent,herus exultans ac geſtiens,ſeruū eundē accerſit,atq; ut ſibi uinū infundat iubet. Deinde iam calicē admoturus ori,ſeruo quæ dixiſſet,redegit in memoriā:quaſi uanā exprobrans diuinationē. At ille ſententiā hanc hero reſpondit:inter calicē ac ſumma labia,multa poſſe interuenire. Seruili ſententiæ fauit euentus. Nā inter loquendū priuſquam ille uinum hauriret,alter quidam miniſter ingreſſus,nuntiat uinetum ab apro quopiā immani uaſtari. Quibus auditis, Ancæus depoſito poculo, protinus in aprum fertur à quo inter uenandum percuſſus interijt. Vſurpauit hoc adagij Lycophron in Iambicis.

ἐγὼ ὁ τλήμων σὺν κακῷ μαθὼν ἔπος,
ὡς ϖολλὰ χείλεός καὶ δεπαςέαμαν ϖοτῶν
Μέσῳ κυλίνδει μεῖξα ϖαμμήτωρ βροτῶν. id eſt,
Miſer aſt ego meo dicta cognoſcens malo,
Vt plurima inter poculum ac labrum ſolet
Vertiſſe fatum,res agens mortalium.

Interpres citat Ariſtotelē autorē,qui et ipſe de Ancæi fabula meminerit,in qua illud uariat. Ancæo uitē inſtituēti, uatem accerſitū quempiā prædixiſſe,nō futurum unquā, ut ex ea uinū guſtaret, & expreſſo in calice uino, uatem irriſiſſe tanquā ψευδόμαντιν. Reliqua conueniunt cū ijs, quæ ex aliorū retulimus cōmentarijs. Feſtus Pōpeius ab augure quopiam uicino,qui fortè præterierit, prædictum indicat. Lycophron autem aliò detorſit, nempe ad Agapenorem patrem & Ancæum Actoris & Eurythemiſtidis filium, & ad Aprum Calydonium. Dionyſius apud Zenodotum, mauult pro œmiam ad Antinoum referre,de quo meminit Homerus in Odyſſeæ 22. Is Antinous erat unus ex procis Penelopes,cui poculum tenenti,iamq; bibere paranti, Vlyſſes iugulum telo transfixit. Atque ita manibus elapſo poculo, concidit atq; interijt. Sed non abre fuerit,Homericum carmen adſcribere:

ἦ,καὶ ἐπ' ἀντινόῳ ἰδιώετο ϖικρὸν ὀϊςὸν.
ἤ τοι ὁ καλὸν ἄλφιτα ἀναρύετο δῖος ἑταῖρος,
Χρύσεον ἄμφωτον καὶ μὴ μετὰ χερσὶν ἐνώμα
ὄφρα τίοι οἴνοιο, φόνῳ δ' ὁ γε ἄκριτα θυμῷ
Μέμβλετο,τίς κ' εἴοιτο μετ' ἀνδράσι δαιτυμόνεσσι,
Μοῦνος ἐπὶ ϖλείοσι, καὶ εἰ μάλα καρτερὸς εἴη
Οἱ τέυξειν θάνατόν τε κακὸν καὶ κῆρα μέλαιναν.
Τὸν δ' ὀλυσσεὺς χεὶρ λαιμὸν ὄπισχόμενον βάλεν ἰῷ,
ἀντικρὺς δ' ἀπαλοῖο διὰ ϖροχέν ἦλυθ' ἀκωκὴ,
ἐκλίνθη δ' ἑτέρωσε,διὰ ϖας δὲ οἱ ἔκπεσε χαλκὸς
Βλημένῳ,αὐτίκα δ' ἀνὸς ἀνὰ ῥῖνας ϖαχὺς ἦλθεν
Αἵματος ἀνθρωμέοιο. id eſt,
Telum,hæc fatus,in Antinoum contorſit amarum.
At pulchram is pateram iam iam tollebat, utrinq;
Auritam,atq; auro nitidam,iam iamq; manu illam
Admotabat uti biberet:neq; pectore cædem
Voluebat paudo:quis enim fore crederet unquam
Vnus ut in tanto conuiuarum agmine,quanquam
Viribus anteeat,mortem ſibi nigraq; fata
Moliretur:at huic iugulum confixit Vlyſſes
Tollenti calicem,iaculum penetrauit acutum,
Et contrà è ceruicibus exijt ærea cuſpis.
Voluitur in latus ille,calix ſimul excidit ictu
E' manibus:mox inde cruor de naribus ingēs Emicat.

Nec alienū arbitror hoc loco meminiſſe, quod Iulio Cæſari uelut exprobranti uaticinij uanitatem, reſponſum eſt:uenisſe calendas Martias,non etiam præteriſſe.

Inter os & offam. II

Latinū eſt huiuſmodi:Inter os et offā:Quod à cibis ſumēdis ſumptū eſt,quēadmodū Græcanicū illud à potu. Nā olim Romani uictitabāt offis,ut teſtis eſt Valc.Max. Itaq; pinde ualet inter os et offā,quaſi dicas inter os et cibū. Porrò prouerbiū refertur apud Gell.ex oratione quādā Catonis, de ædilibus uitio creatis,his quidē uerbis, Nūc ita aiūt,in ſegetibus et in herbis bona frumēta eſſe. Nolite ibi nimiā ſpē habere. Sæpe audiui inter os et offam multa interuenire poſſe. Verū inter offam atq; herbā,ibi ucrò lōgū interuallū eſt. Feſtus ita refert adagiū. Inter manū et mentū.

Ita fugias ne præter caſam. III

Extat apud Terēt. Phorm.cū primis uenuſtū adagiū. Ita fugias ne præter caſam,quo q; dē admonemur,ne ſic aliquod uitiū fugiamus,ut in aliud maius incauti deuoluamur. Noſtrapte culpa facimus,inqt, ut malos expediat eſſe,dū dici nimiū nos bonos ſtudemus et benignos. Ita fugias,ne præter caſam,qd'aiūt. Verba ſunt Demiphonis ſenis ſemet accuſātis, q dū auari fāmā plus ſatis cupide ſtuderet effugere,ſtulti reprehēſionē ĭcurriſſet. Dona.adag.metaph. hūc ad modū enarrat,ſi modo cōmētū hoc Donati uidetur eſſe. Ita fugito,ne tuā caſā prætermittas, quæ ſit tibi tutiſſimū exceptaculū. Aut ita fugias ne præter casā, ubi cuſtodiri magis et pĥēdi fur et mulctari uerberib.pōt. Aut ucrbū

erat

Ayuntamiento de Madrid

erat,inquit,furem exagitantis,& interea prouidentis,ne ante casum trãsiret,ne in prætereũdo etiã inde aliquid rapiat. Hãc ueluti diuinationẽ,incerta ac uaria coniectantiũ quis ferret,nisi uideremus et iuris interpretibus et Græcorũ adagiorũ enarratoribus hunc eundẽ esse morẽ? Primũ interpretamentũ mihi magis arridet. Quidã enim calore fugiendi,etiã ea prætercurrũt,ubi cõmode poterant quiescere. Quod unica uoce Græci παραφλοιᾶν uocãt. i. perperam prætcrire ac prætcruehi, ab eo, quod amplectendum erat,aberrantem. Opinor ad hoc adagiũ respexisse Lucianum in Nigrino,cùm scribit,καὶ ἅπτου τῶν ἐν ταῖς τραγῳδίαις καὶ κωμῳδίαις λεγόμενον, ἤδη μὴ παρὰ βραχὺ βιαζόμενοι. id est, Et hoc quod in tragœdijs & comœdijs dicitur: Iam & præter casum incitati.

Euitata Charybdi in Scyllam incidi. IIII

Τὸν χάρυβδιν ὀκφυγὼν, τῇ σκύλλῃ περιέπεσον.

Iambici sunt dimetri ἀκέφαλοι,quos casus ne effuderit,an ars finxerit incertũ. Horũ hic est sensus: Euitata Charybdi in Scyllã incidi,hoc est,dum uito grauius malũ,in alterum diuersum incidi. Sumptũ adagiũ ab Homerica fabula, quæ narrat Vlyssem, dũ metu Charybdis propius ad Scyllam nauẽ admouet, sex è comitũ suorũ numero perdidisse. Quidam aiunt Scyllam Nisi Megarensium regis fuisse filiã, quæ propter aureum crinem ademptũ patri, in monstrũ hoc marinũ conuersa sit,ut meminit Pausanias in Corinthiacis. Cui uidetur assentiri. Verg. in Buc. cũ ait,

Quid loquar,aut Scyllam Nisi,quam fama secuta est
Candida succinctam latrantibus inguina monstris
Ah timidos nautas canibus lacerasse marinis?

Seruius indicat,Scyllã Phorci & Crateidis nymphæ filiã. Hanc cũ amaret Glaucus,Circe,quæ illius amore tenebatur,quòd cum in Scyllã propensiorem esse uideret,fontem in quo nympha lauare consueuerat,magicis uenenis infecit. In quẽ cum illa descẽdisse,pubetenus in uarias mutata est formas. Nam id Circæ peculiare,in ferarum figuram homines uertere. Horrens itaq; suam deformitatem,sese in mare præcipitem dedit, ac fabulæ præbuit argumentum. De rei ueritate, diuersa est scriptorum opinio. Salustius putat esse saxum in mari prominens, quod procul nisentibus muliebrem formam imitetur, in quod illisi fluctus, quoniã & luporum ciulatũ, & canum latratum uidẽtur imitari,finxerũt illam à pube huiusmodi feris succinctam esse. In Græcorum commentarijs inuenio,triremem fuisse quandã miræ pernicietis,cui nomen fuerit inditũ Scyllæ, παρὰ τὸ σκυλεύειν, quòd hac grassantes piratæ mare Tyrrhenũ ac Siculum infestarent, reliquasq; naues quotquot præcrissent,dispoliarent,atq; hinc natam fabulam. De Charybde uerò narrant poëtarum fabulæ,hãc fœminam fuisse uoraciſsimã,quæ quòd Herculis boues rapuisset,à Ioue fulmine icta,in mare præcipitata est,& in huiusmodi uersa monstrum,quod adhuc pristinã seruat naturam. Absorbet enim uniuersa,quæq; absorbuerit,ea circa Tauromenitanũ egerit littus,ut Salustius est autor. Vnde tanquã prouerbio scortum uorax,& auiditatis nunquam satiatæ, Charybdim appellat Horatius: Ah miser

Quanta laboras in Charybdi,
Digne puer meliore flamma.

Seruius ait Scyllam in Italia esse, Charybdim in Sicilia. Vergilius in Aeneidos lib. 3. transitum hunc inter duo pericula angustum eleganter describit,

Hæc loca,inquiens, ui quondam uasta conuulsa ruina,
Tantum æui longinqua ualet mutare uetustas.
Dissiluisse ferunt,cum protinus utraq; tellus
Vna foret,uenit medio ui pontus,& undis
Hesperium Siculo latus abscidit,aruaq; & urbes
Littore diductas,angusto interluit æstu.
Dextrum Scylla latus,læuum implacata Charybdis
Obsidet. Et idem alibi,
Inter utranq; uiam lethi discrimine paruo,

Ni teneant cursus. Homerus in Odysseæ M. periculũ utrunq;, multis uerbis describit, faciũq; Circen admonentem Vlyssem,ut ad Scyllã potius inflectat cursum, quàm ad Charybdim, propterea quod præstet sex è socijs desiderari,quàm pariter omnes interire, declarans nimirum plus discriminis esse in Charybdi quàm in Scylla,

Μὴ σύγε κεῖθι τύχῃς ὅτε ῥοιβδήσειεν,
Οὐ γάρ κεν ῥύσαιτό σ' ὑπ' οὐκ ἀκυδ, ἀλλ' ἐνοσίχθων,
ἀλλὰ μάλα σκύλλης σκοπιὴν ἐπιπλωμένῳ ὦκα
Νῆα παρὲξ ἐλάαν, ἐπεὶ πολὺ φέρτερόν ἐστι
ἓξ ἑτάρους ἐν νηῒ πεφιδέσθαι, ἢ ἅμα πάντας. id est,

Absit ut illic tum fueris,cum faucibus undas
Illa resorbuerit,neq; enim è discrimine tanto
Ipse uel eripiat Neptunus,uerum age Scyllæ
Vicinus scopulo celeri præteruehe cursu,
Quandoquidem comites sex multo perdere præstat,
Quàm ut semel exitiũ quotquot sunt,auferat omneis.

Adagio trifariã uti licebit,uel cũ admonebimus, si quãdo in eas rerũ angustias deuentũ fuerit, ut citra dispendium discedi nõ queat,è duobus malis, id quod leuius est,eligamus,uidelicet Vlyßis exemplo, & magis in cã uergamus partẽ,ubi minus sit iacturæ. Quod genus,si quis pariter & de salute & de pecunia periclitaretur, malit propior esse pecuniæ,quã uitæ periculo,propterea quòd facultatiũ iactura utcunq; sarciri potest, uita semel amissa nunquam restituitur. Vel cũ ostẽdemus negotiũ anceps & periculosum,in quo summa moderatione sit opus,ut in neutram pecces partẽ. Hic iã non habebitur ratio,utrum maius sit periculũ: uerũ hoc tantũ intelligitur,ingens utrobiq; discrimen subesse. Prioris exẽplum fuerit. Memẽto lõge satius esse in dispẽdij Scyllã incidere,quã in ualetudinis Charybdim. Præstabilius est in rei pecuniariæ iacturam,uelut in Scyllã ĩcurrere,quã ĩ infamiæ Charybdim incidere. Posterioris hoc: curãdũ ut ita populo studeas,ne principis offendas animũ. Caute circũspecteq; rẽ gerito,memor tibi ũter Scyllã et Charybdim esse cursum. Tertius fuerit modus,si inuertas,hoc pacto: Dũ parũ eruditus uideri times,ĩ arrogãtis opinionẽ ĩcurristi,hoc est planè q. dicitur,dũ Scyllã uitas,ĩ Charybdim incidisti. Celebratur apud Latinos hic uersicul. quocũq; natus autore,nã ĩ præsentia nõ occurit.

Incidit in Scyllam cupiens uitare Charybdim.

Fumum fugiens,in ignem incidi. V

Κάπνου γε φεύγων εἰς τὸ πῦρ περιέπεσον. i. Dũ uito fumũ, flãmã in ipsam decidi. Senarius est prouerbialis superiori sententiæ finitimus. Lucian. in Necyomantia, ἐλεληθὼς ἐς ἀμαυρὸν ἐς αὐτόφασι τὸ πῦρ ἐκ τοῦ κάπνου βιαζόμενον. i. Ignoraueram autẽ,quòd iuxta prouerbiũ ex fumo in ipsum ignem compellerer. Vtitur & Plato lib. de Repub. 8. cùm ait populum,dũ recusat ingenuis seruire, quasi uitato fumo in flammam incurrere,uidelicet,ut seruis etiã seruire cogatur. Huc alluſit Horatius,cùm ait in Sermonibus:

Nam frustra uitiũ uitaueris illud,
Si te alio pronum detorseris. Et in arte poëtica:
In uitium ducit culpæ fuga,si caret arte.

Plutarchus περὶ δυσωπίας, τὴν δυσωπίαν συμβίβυκεν ἀτεχνῶς φεύγόσι κάπνον ἀδοξίας, εἰς πῦρ ἐμβάλλειν ἑαυτὸν. i. Ineptæ autẽ uerecũdiæ illud haud dubie accidit, ut fumũ fugiẽs ĩfamiæ,ĩ ignẽ cõiiciat sese. i. ĩ aliud maius.

Latum unguem,ac similes hyperbolæ prouerbiales. VI

Transuersum digitum,aut unguem discedere, frequenter est apud

Ayuntamiento de Madrid

apud Ciceronem, pro eo quod eſt, quàm minimo ſpatio. Fit autē feſtiuior metaphora, quoties his uerbis perfectā imitationem, ac plenū undequaq; cōſenſum ſignificamus, ut Academicarū quæſt. lib. 2. Ab hac regula mihi non licet tranſuerſum, ut aiunt, unguē diſcedere. Ibidē, Vbi enim aut Xenocratem ſequitur, cuius libri ſunt De ratione loquendi, multi & multū probati, aut ipſum Ariſtotelem, quo profectō nihil eſt acutius, nihil politius? A' Chryſippo pedē nunquam. Loquitur de Antiocho, qui reliquis contemptis, Chryſippum per omnia ſequeretur. Rurſus Academicarum quæſt. lib. 2. Quibus cōceſſis digitū progredi non poſſunt. Idem ad Atticū: Mihi certiſſimum eſt, ab honeſtiſſima ſententia digitū nunquā. Rurſus ad eundē li. 13. Curandum eſt, atq; hoc in omni uita, ſua quenq; à noſtra conſcientia tranſuerſum unguem, non oportet diſcedere. Idem in Epiſtol. famil. Vrge igitur tranſuerſum unguem, quod aiunt, à ſtilo. Sunt illa quidem minus figurata, ſed tamen prouerbialia, quæ loquitur Plautinus Euclio in Aularia, Si tu hercle, ex iſthoc loco digitū tranſuerſum aut unguem latum exceſſeris. Et Cicero in Verrem, Digitum nō diſcedebant. Idem ad Atticū lib. 13. epiſtola prima, Pedē adhuc è uilla egreſſi nō ſumus, ita magnos & aſſiduos imbres habebamus. Idem Academicarum quæſt. libr. 2. Non quæro ex his illa initia Mathematicorum, quibus nō conceſſis, digitum progredi non poſſunt. Atq; hunc imitatur diuus Hieronymus: Et apoſtolicæ uoluntatis ſequētes ueſtigia, ne puncto quidem, ut dicitur, atq; ungue tranſuerſo, ab illius ſententijs recedamus. Metaphora partim ſumpta uidetur ab ijs, qui tabulam aut ſaxum, aut ſimile quippiā digitis latis metiuntur, quoties exquiſite rei modus ſpectatur, nam reliqua cubitis metiri ſolemus. Minima menſurarum, latus digitus eſt. Partim à iugerum menſoribus, qui ſtadijs, paſſib. & ut minima menſura, pedibus, ſoli ſpatium metiuntur. Vulgò etiam nūc dicunt, culmum latum, ſimili figura, pro eo quod eſt, ne tantulum quidem.

Pedem ubi ponat non habet. VII

Vnde & illa prouerbialis hyperbole ducta uidetur apud Ciceronem frequens: Pedem ubi ponat non habet, pro eo quod eſt, ne tantillum quidem agri poſſidet. Lib. Epiſt. ad Atticū 12. Ariobarzanis filius Romā uenit: uult opinor, regnū aliquod emere à Cæſare. Nam quomodo nunc eſt, pedem ubi ponat in ſuo non habet. Idem Philippicarū 2. Quid erat in terris, ubi in tuo pedem poneres? Rurſum lib. 7. ad Atticum: pedem in Italia uide nullum eſſe, qui non in iſtius poteſtate ſit. Idem lib. De finib. 4. Quid enim ſapientia? pedem ubi poneret non habebat, ſublatis officijs omnibus. Conueniet autem in hominem inſignite tenuem atque inopem, cui ne ueſtigium quidem pedis ſit in agrorum poſſeſſionibus. Apud eundem eſt iocus in fundum, quem poſſis mittere funda.

Iterum eundem ad lapidem offendere. VIII

Δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν λίθον προσκόψειν λίθον. id eſt,
Iterum ad eundem turpe lapidem impingere.

Senarius elegans ac prouerbialis refertur à Zenodoto in collectaneis adagiorum. Cicero Epiſt. famil. lib. 10. Culpa enim illa, bis ad eundem, uulgari reprehenſa prouerbio eſt. Ouidius lib. Triſtium 2.

At nunc tanta meo comes eſt inſania morbo,
Saxa memor refero rurſus ad icta pedem.

Vſurpatur ab Auſonio in epiſtola quadā, Etenim, inquit, popoſciſti tu, ut tua epiſtola ad eundem lapidem bis offenderes. Ego autem quæcunq; fortuna eſſet, ſemel erubeſcerem. Eſt autem bis ad eundem lapidem offendere, iterum eadem in re peccare. Nam primus error, uel Græco adagio, ueniam meretur: iteranti culpam uenia dari non ſolet. Inter Græcanicas ſententias celebratur & hæc:

Δὶς ἁμαρτεῖν τὸν αὐτὸν ὃν ἀνδρὸς σοφοῦ. id eſt,
Sapientis haud eſt, bis in eodem labier.

Extat & Græcum epigramma, incertum cuius:

Εἴτις ἅπαξ γήμας, πάλι δεύτερα λέκτρα δαμάσσει,
Ναυηγὸς πολλῷ δὶς βυθὸν ἁρπαλέον. id eſt,
Altera connubium experto cui ducitur uxor,
Hic fracta repetit æquora ſæua rate.

Fertur & Publianus minus, non alienus ab hac forma:

Improbe Neptunū accuſat, qui iterum naufragiū facit.

At Scipio ſapienti ne ſemel quidem errare permittit, ut dicat, ὃν ᾠόμην. i. non putaram.

Eadem oberrare chorda. IX

Horatius in Arte poetica, ſententiam haud diſſimilem, diſſimili metaphora extulit:

—Et citharœdus, inquiens,
Ridetur, chorda qui ſemper oberrat eadem.

A' cantoribus ducta translatio eſt, quibus uehementer fœdum ſit, in ijſdem fidibus ſæpius peccare. In eos igitur concinne dicetur, qui uel in ſimili re crebrius peccant, uel culpam eandem iterum atq; iterum committunt. Primus enim lapſus uel caſui datur, uel imprudentiæ: iteratus ſtultitiæ tribuitur, aut inſcitiæ.

Non tam ouum ouo ſimile. X

Extant apud autores aliquot ſimilitudinis adagia, quorū de numero eſt: Nō tam ouum ouo ſimile, de rebus indiſcretæ ſimilitudinis. Cicer. Academ. quæſt. libr. 2. Vidēne, ut in prouerbio ſit, ouorum inter ſe ſimilitudo? Tamen hoc accepimus, Deli fuiſſe complureis ſaluis rebus illis, qui gallinas alere quæſtus cauſa ſolerent. Ii cum ouum inſpexerant, quæ id gallina peperiſſet, dicere ſolebant, Neq; id eſt contra nos. Nam nobis ſatis oua internoſcere. Idem prouerbium refertur & à Fabio Quintiliano, Vſurpatur & à Seneca in libello, quem in Claudium imperatorē luſit.

Non tam lac lacti ſimile. XI

Idem pollet, & à Plauto uſurpatur in Amphitryone: Neq; lacte lacti magis eſt ſimile, quàm ille ego ſimilis eſt mei. Dicitur à Soſia de Mercurio, qui huius aſſumpſerat figuram. Idem in Milite: Tam ſimile, quàm lacte lacti eſt.

Non tam aqua ſimilis aquæ. XII

Eandem uim obtinet, quod uſurpat Plautus in Menæchmis: Nec aqua aquæ, nec lacte lacti, crede mihi, uſquam ſimilius, quàm hic tui eſt, tuq; huius. Ad hanc formam & illud ex eadem ſcena: Tam conſimilis eſt, quàm poteſt ſpeculum tuum. Rurſum in Milite: Nam è ſummo puteo ſimilior nunquam poteſt aqua aquæ ſumi.

Quàm apes apum ſimiles. XIII

His M. Tullius illud etiam adiungit in Academicis quæſt. Vt ſimilia ſunt, & oua ouorum, & apes apum. Vbi iocatur in Democriti mundos uſquequaq; ſimiles inter ſeſe. Simili forma dicunt, quàm ouis eſt oui ſimilis.

Acanthia cicada. XIIII

ἀκανθὶς ἡ τέττιξ. i. Acāthia cicada. In indoctos atq; infantes, aut muſices ignaros torqueri prouerbio ſolitū. Autor eſt Stephanus Byzantius, iuxta oppidum Aetoliæ Acanthum cicadas alibi uocales mutas eſſe, atq; hinc ortum adagiū, cuius autorē citat Simonidē. Plin. Natur. hiſt. lib. 11. ca. 27. ſcribit in agro Rhegino cicadas omnes ſilere, ultra flumē in Locris canere. Idem teſtatur Pauſanias lib. rerū Eliacarū 2. Strabo lib. Geographiæ 6. refert Rheginū agrum à Locrenſi dirimi fluuio, cui nomē Alex. Cicadas autem, quæ in Locrenſi ucrſantur ripa, ſonātius ſtridere, cum in Rhegino ſint mutæ. Huius rei hāc eſſe cauſam coniectat, quòd Rheginorum regio cū ſit umbroſa atq; opaca, cicadarum

Ayuntamiento de Madrid

darum pelliculas humore torpefaciat. Eaſdem in agro Locrenſi quòd ſit aprica, ſolis arefactas æſtu, ſtridorẽ aptius emittere. Auget autem miraculum Rheginenſium cicadarum, etiam fabulosè celebrata uocalitas uicinarum. Nam idem Strabo Timæum citat autorem quondam in Pythiorum certamine Eunomum Locrenſem, & Rheginenſem Ariſtonem, in canendi certamen ueniſſe. Ariſtonem Apollinem inuocaſſe Delphicum, ut ſibi canenti foret auxilio, quòd à Delphis Rheginenſes olim eſſent profecti. Eunomus reſpondit, Rheginenſibus ne certandũ quidem omnino de muſica, apud quos cicada uocaliſſimum animal uoce careret. Vtriſq; certantibus, cum in Eunomi cithara, una inter canendum chorda frangeretur, cicada ſuperuolans aſtitit, ac uocem alioqui defuturam, ſuo cantu ſuppleuit. Atq; ita victor declaratus, ſtatuam citharœdi poſuit, cum cicada citharæ inſidente. Huiuſmodi fermè tradit Strabo.

Eadem penſari trutina. XV

Eadem penſari trutina, id eſt, eadem lege. Horat. in Sermon.

Hac lege in trutina ponetur eadem. Idem in Epiſtolis:

Romani penſantur eadem

Scriptores trutina.

Conuenit cum illa iureconſultorum regula, Patere legem, quam ipſe tuleris. Sine ut eo pacto tecum agatur, quo tu cum alijs egeris. Perſius:

Examenq; improbum in illa Caſtiges trutina.

Huic ſimillimum, ad eandẽ exigere regulam, ἴσῳ ζυθμῷ. id eſt, æquali trutina, ſiue lance. Plutarchus, Αλλ' ἴσῳ ζυθμῷ πᾶσιν ἡ καλὰ περιθεμένη μολυβδὶς ὥςε διὰ κλυσὸν καταγαγεῖν. id eſt, Sed æqua lance omnibus, addita malitia ceu plumbum rete detraxit.

Zonam perdidit. XVI

Zonam perdidit. Caſtrenſe prouerbium in ἀχρημάτους. i. eos qui nihil habẽt nummorum, à Græca quandã fabula tractũ. Acron admonet. Porphyrion à militũ cõſuetudine, qui quicquid habẽt, in zona ſecũ portant. Cuiuſmodi ſanè hominẽ perquam uenuſte deſcribit Lucilius citante Nonio:

Cui neque iumentum eſt, nec ſeruus, nec comes ullus,
Bulgã & quicquid habet nummorũ, ſecũ habet omne,
Cum bulga cœnat, dormit, lauat, omnis in una
Spes hominis bulga, hac deuincta eſt cætera uita.

Nam bulgam appellat Lucilius folliculum, ſiue crumenam, & ſacculum de brachio propendentẽ. Sic enim & Horatius:

Suſpenſi læuo tabulas, loculoſq; lacerto.

Tametſi Feſtus Bulgam Gallicũ uocabulũ autumat. Conſimili modo Gracchus loquitur apud Gellium: cum Roma profectus ſum, zonas quas plenas argenti extuli, eas ex prouincia inaneis retuli. Hora. in Epiſt. 1bit, eò quò uis, qui zonam perdidit. Plautus in Pœnulo, Tu qui zonam non habes, quî in hãc ueniſtis urbem? aut quid quæritis? In quibus Plauti uerbis duplex eſt alluſio, et ad ueſtẽ Pœnorum more diſcinctam, & ad pecuniã quæ in zona geſtatur, citra quã in urbe ſumptuoſa nõ ſat cõmode uiuitur. Peſcennius Niger apud Spartianũ uetuit, ne milites zonam ſecũ deferrent in bellũ, ſed ſi quid haberẽt pecuniæ, publicè cõmendarent recepturi poſt prælium, ſimul & ipſis luxuriei materiam eripiẽs, & hoſti prædã ſi quid aduerſi euenisſet. Eſt apud Lampridiũ in Alexandro: Miles non timet, niſi ueſtitus, calceatus, armatus, & habẽs aliquid in zona.

Cocta numerabimus exta. XVII

Cocta numerabimus exta. Diomedes grammaticus, ubi prouerbium definit, hoc exempli uice ſubiecit. Cuius hunc adſcribit eſſe ſenſum, ex euentu ſciemus. Huic confinis color ille comicus: Res indicabit. Nam ut ait Ouidius:

Exitus acta probat.

Et apud Græcos, ἀπὸ δέξα, id eſt, res ipſa indicabit.

Multa nouit uulpes, uerum echinus unum magnum. XVIII

Πολλ' οἶδ' ἀλώπηξ, ἀλλ' ἐχῖν& ἓν μέγα.

Ars multa uulpi, aſt una echino maxima.

Zenodotus hunc ſenarium ex Archilocho citat. Dicitur in aſtutos, & uarijs conſutos dolis. Vel potius ubi ſignificabimus, quoſdam unica aſtutia plus efficere, quàm alios diuerſis technis. Nã uulpes multijugis dolis ſe tuetur aduerſus uenatores, & tamen haud raro capitur, Echinus, quem opinor herinaceũ eſſe, nã hoc loco de terreſtri, nõ de piſce fit mentio, unica duntaxat arte tutus eſt aduerſus canum morſus. Siquidẽ ſpinis ſuis ſemet inuoluit in pilæ ſpeciem, ut nulla ex parte morſu prẽdi queat. Citantur apud eundem Zenodotum huiuſmodi quidã uerſus ex Ione Chio, tragico poẽta, Quos eoſdẽ ex eodem citat in Sermonibus conuiualibus Athenæus è tragœdia, cui titulus Phœnicia,

Αλλ' ἴσμεν τέχνας τὰς λέοντ& ἥνισα
Καὶ τὰς ἐχίνου μᾶλλον ὀξυτὰς τέχνας,
Ος εἴτ' ἄρ' ἄλλων θηρίων ὀσμὴν μάθῃ,
Στρόβυλ& ἄμφ' ἄκανθαν εἱλίξας δέμας
Κεῖται λακεῖν τε καὶ θίγειν ἀμήχαν&. id eſt,

Leonis artes inſolo ſanè probo,
At magis echini comprobo miſeros dolos,
Qui ſimul odorem beluarum ſenſerit,
Se contrahit ſpinis operto corpore,
Tutus iacens, morſuq;, tactuq; omnium.

Refert prouerbium, ac ſimul ad carmen alludit Plutarchus in commentario, cui titulus, πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα, χερσαῖα ἢ θαλάσσια. id eſt, utra animantia prudentiora terreſtria an marina. Eius uerba ſubſcribam: τῶν δὲ χερσαίων ἐχίνων ἢ μᾶλλον ὑπὲρ ἀυτῶν ἄμυνα καὶ φυλακὴ παροιμίαν πεποίηκε.

Πολλ' οἶδ' ἀλώπηξ, ἀλλ' ἐχῖν& ἓν μέγα.
Προσιόντος γὰρ ὡς φασιν οἴου
Στρόβυλ& ἄμφ' ἄκανθαν ἑλίξας δέμας,
Κεῖται θίγειν τε καὶ λακεῖν ἀμήχαν&. id eſt,

Iam uerò terreſtrium echinorum in tuenda ſeruandaq; incolumitate ſua, ſolertia prouerbio locum fecit:

Ars uaria uulpi, aſt una echino maxima.
Siquidem cum illa aggreditur, quemadmodum aiunt,
Flexibile ſpinis corpus obuoluens ſuis,
Tutus iacet, ſic ut nec ore tangier
Vlla queat ratione, nec morderier.

Plutarchus aut quiſquis eſt eius operis autor, uerſibus intermiſcuit ſua quædã uerba: Ne quis id errore noſtro factum ſuſpicetur. Sed omnium copioſiſſimè huius animantis ingenium & aſtutiam deſcribit Plinius lib. 8. cap. 37. Præparant, inquit, & herinacei cibos, ac uolutati ſupra iacentia poma, affixa ſpinis, unum non amplius ore tenentes portant in cauas arbores. Idem mutationem aquilonis in auſtrum, condentes ſe in cubile, præſagiunt. Vbi uerò ſenſere uenantem, contracto ore, pedibus, ac omni parte inferiore, qua raram & innocuam habent lanuginem, cõuoluuntur in formam pilæ, ne quid cõprehendi poſſit præter aculeos. In deſperatione uerò urinã ex ſe reddunt tabificam tergori ſuo, ſpinisq; noxiam. Reliqua qui cupiet cognoſcere, è loco quem indicauimus petat. Hæc ad prouerbij ſenſum potiſſimũ attinebãt. Celebre eſt & piſcis echini ingenium, qui ſæuitiã maris præſagiens, correptis lapillis operit ſeſe, ut mobilitatem ſtabiliat pondere, ne nimia uolutatione atterat ſpinas, quod aſpicientes nautæ, pluribus mox ancoris nauigia infrenant. Autor Plin. lib. 9. cap. 37. Vulpẽ autem uerſipellem eſſe, uarijs inſtructam artibus, cum alij cõplures apologi, tũ ille peculiariter indicat, qui refertur à Plutarcho in Moralib. Cum aliquando pardus

Ayuntamiento de Madrid

uulpem præ ſe contẽneret, quòd ipſe pellẽ haberet omnigenis colorum maculis uariegatam, reſpondit uulpes, ſibi id decoris in animo eſſe, quod illi eſſet in cute. Neq; uerò paulo ſatius eſſe ingenio præditum eſſe uafro, quàm cute uerſicolore. Græci ſolertem, ac uarijs armatum dolis ποικιλόφρονα uocant & ποικιλομήτιν, Latini uafrũ & uerſipellem. Narratur & alius quidam apologus, ab hoc prouerbio non multum abludens. Cũ aliquando uulpes in colloquio, quod illi erat cũ fele, iactaret ſibi uarias eſſe technas, adeo ut uel perum haberet dolis refertum, feles autem reſpõderet, ſibi unicam duntaxat artem eſſe, cui fideret ſi quid exiſteret diſcriminis: inter confabulandũ repente canum accurrentium tumultus auditur, ibi feles in arborem altiſſimã ſubſilijt, cũ uulpes interim à canũ agmine cincta capitur. Innuit fabula præſtabilius eſſe nõnunquam unicũ habere conſilium, modo id ſit ucrũ & efficax, quàm plures dolos, cõſilijſq; friuola. Veluti ſi quis pauper multijugis artib. ſolicitaret animũ puellæ, diues autẽ unũ hoc haberet, qd'eſt apud Ouidiũ, quantũlibet accipe, rectè dixeris:

Πολλ' οἶδ' ἀλώπηξ ἄλλ' ἐχῖνος ἓν μέγα.

Simulare cupreſſum. XIX

Horatius in Arte poëtica: —Et fortaſſe cupreſſum
Scis ſimulare, quid hoc, ſi fractis enatat expes
Nauibus, ære dato. Acron prouerbiũ eſſe admonet, ortũ ab imperito quopiam pictore, qui præter cupreſſum nihil nouerat pingere. A quo cum naufragus quidam petiſſet, ut uultũ ſuum exprimeret, ac naufragium ſuum depingeret, interrogauit ille num ex cupreſſo uellet aliquid adijci. Res ea primum in iocum, deinde etiam in adagionẽ abijt. Cõcinne uſurpabitur in eos, qui quod didicerunt, id ubiq; intempeſtiuiter inculcant, cum ad rem nihil attineat.

Flamma fumo eſt proxima. XX

Apud Plautum extat in Cucurlione: Flamma fumo eſt proxima. Commonet adagiũ, periculum mature fugiendũ eſſe: quiq; malũ euitare cupiat, ei uitandam prius occaſionẽ. Vt qui corrumpi nolit, ab improborũ abſtineat conſuetudine, qui cũ puellis cubare nolit, ne det oſculum. Nam & illud protinus addit poëta: Fumo comburi nihil poteſt, flamma poteſt. Fumus enim indicium eſt flammæ mox erupturæ.

Ad reſtim res redijt. XXI

Terentius in Phormione: Opera tua ad reſtim mihi quidem res redijt planiſſimè. Hoc adagio ſumma rerum deſperatio ſignificatur. Nam in hac ſolent quidam amentes ad laqueum confugere. Iuuenalis:

Ferre potes dominam ſaluis tot reſtibus ullam?

Eodem pertinet etiam illud: Suſpendio deligenda arbor.

Paupertas ſapientiam ſortita eſt. XXII

Πενία δὲ τὴν σοφίαν ἔλαχε. i. Paupertas ſapientiam ſortita eſt. Zenodotus citat ex Euripide. Alij tribuunt Ariſtoni. Ignaua eſt opulentia, ucrũ inopia multarũ artium repertrix eſt: id quod ipſa iactat apud Ariſtophanem in Pluto, artium omnium inuentionem ſibi uendicans. Vergilius:

—Labor omnia uincit
Improbus, & duris urgens in rebus egeſtas. Ouidius:
Ingenium mala ſæpe mouent. Perſius:
Magiſter artis, ingenijq; largitor Venter.

Circumfertur hic quoque uerſiculus apud Græcos:

Πολλῶν ὁ λιμὸς γίγνεται διδάσκαλος. id eſt,
Magiſtra multorum improba exiſtit fames.

Xenophon πενίαν appellauit σοφίαν αὐτοδίδακτον. ἃ γὰρ ἐκείνη τοῖς λόγοις πάιδει, ταῦτα τοῖς ἔργοις ἀναγκάζει. hoc eſt, ſapientiam, quæ citra doctorem contingit: etenim quod hæc perſuadet oratione, ad hoc illa re ipſa compellit Theocritus in Piſcatoribus.

Α πενία διδάσκει μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει
Αὐτὰ τῶ μόχθοιο διδάσκαλος. id eſt,
Vnica paupertas Diophantes ſuſcitat artes
Ipſa laborandi doctrix, ſtudijq; magiſtra.

Huc ſpectat & illuc, quod Iupiter aurei ſeculi tam paratam rerum copiam ſubmouit:

Vt uarias uſus meditando extunderet artes.

Item Mimus ille non inelegans,

Hominem experiri multa paupertas iubet.

Poteſt & illuc referri prouerbiũ, quòd uidemus accidere, neſcio quomodo, ut penes Midas & improbos homines ſit opulẽtia, doctiq; probiq; ferè tenui ſint fortuna. Qua quidem de re extãt duo problemata, Ariſtotelis titulo, quorũ altero rogat, qui fiat ut paupertas apud probos uiros plerũq; uerſetur. Redditq; huiuſce rei uarias cauſas, ſiue quod improbi per fas neſasq; malunt parare diuitias, quàm cũ paupertate contuberniũ diutinum habere: proinde fugit illos, quibus uideatur maximorũ flagitiorũ occaſio futura, ad illos deflectit, quos exiſtimat ſeſe rectè modeſteq; uſuros. Siue, quòd inops & uiriũ & conſilij, quippe fœmina plus auxilij ſibi futurum ſperat apud πολυδάκρυας ἄνδρας, ut habet prouerbium. Siue, quòd cũ ipſa ſit mala, malos uitat, ne ſi κακῷ κακὸ κακῷ, id eſt, malum acceſſerit malo, iã fiat intolerabile atq; immedicabile. In altero rogat, quid in cauſa ſit, ut opes à malis ferè poſſideantur, non item à bonis. An quia cæcæ ſunt, inquit, & ob id errãt in delectu? Hæc quoniã poëticen aut ſophiſticen ſapiũt, magis quàm philoſophum, præſertim ſerium, uix mihi fit ueriſimile, ab Ariſtotele fuiſſe profecta. Quod autem dixit de cæcis diuitijs, id ſumptum eſt potiſſimũ ex Ariſtophanis Pluto. Quo in loco Plutus qui deus eſt diuitiarum, rogatus, unde cæcitatis malum obtigiſſet, reſpondit ad hunc modum:

Ὁ Ζεὺς με ταῦτ' ἔδρασεν ἀνθρώποις φθονῶν.
Ἐγὼ γὰρ ὢν μεγάλου, ἠπείλησ' ὅτι
Ὡς τοὺς δικαίους καὶ σοφοὺς καὶ κοσμίους
Μόνους βαδιοίμην, ὅλ' ἐμ' ἐποίησεν τυφλόν
Ἵνα μὴ διαγιγνώσκοιμι τοὺτων μηδένα.
Οὕτως ἐκεῖνος τοῖσι χρηστοῖσι φθονῶ. id eſt,
Hoc me malo malefecit ipſe Iupiter.
Rebus uidelicet inuidens mortalium.
Nam olim puer minabar id fore, ut ad probos,
Doctos, modeſtos, tantum adirem, at Iupiter
Oculos in hoc ademit, ut ne quempiam
Horum liceret iam mihi dignoſcere.
Adeo bonæ ille frugis inuidet uiris.

Hunc locũ imitatus Lucian. in Timone conſimilia quædã de Pluto narrat, quẽ non cæcum modo facit, uerum etiam claudum: cæcum quidẽ ſemper, at tum demũ claudicãtem, quoties ad bonos uiros mittitur, aliàs pedib. perniciſſimis.

Ollæ amicitia. XXIII

Χύτρου φιλία, Ollæ amicitia. In amicos iſtos uulgares quadrabit, quos patina, non beneuolentia conciliat. De cuiuſmodi Iuuenalis:

Te putat ille ſuæ captum nidore culinæ,
Nec male coniectat.

Hos arcanæ literæ, menſæ amicos nominant. Plutarc. item in libello cui titulus, Quo pacto dignoſcas adulatorem ab amico: id genus homines, αὐτολυμδήνους καὶ τραπεζίας, uulgò dici ſolitos narrat, quod uentriculi cibiq; cauſa diligant, non ex animo: quiq; tum præſto ſunt: quoties audiũt, χύτρα χαρὸς ὕδωρ. Nam Ariſtopha. grãmaticus apud Athenæum lib. 9. tradit lotionem manuũ, quæ præcedebat cœnam, uocari χύτρα χαρὸς, à cœna νίψασθαι. In eoſdem, ni fallor, dictũ eſt illud à Menandro comico citante Athenæo:

Οἱ δὲ χύτρᾳ χαρῶν λαβόντες περιμένουσι φίλτατοι. id eſt,
Manibus ut data eſt aqua, hærent tunc amici maximè.

Effertur

Effertur in hunc modum paræmia, ζεῖ χύτρα, ζῇ φιλία. id eſt, Feruet olla, uiuit amicitia.

Antiquiora diphthera loqueris. XXIIII

Ἀρχαιότερα διφθέρας λαλεῖς. i. Antiquiora diphthera loqueris. In eos quadrat, qui nugas narrant, aut de rebus nimiũ priſcis & iam pridem obſoletis. Nam diphthera res quædam erat ex priſcis illis fabulamentis relicta. Siquidẽ aiunt, diphtheram pellem fuiſſe eius capræ, quæ Iouem lactarit, in qua creditũ eſt antiquitus, illũ omnia ſcribere quæ fierent. Vnde quæ nec in hiſtoricorũ literis extarent, nec in hominũ memoria ſeruarentur, ea uelut ex Iouis diphthera petita dicebãtur. Quin ſubinde apud Ariſtop. ἀρχαῖα, παλαιὰ. i. priſca atq; antiqua, pro nugamẽtis leges, quòd antiquitas ferè fabuloſiſſima ſit opinor, & ἀρχαϊκῶς, pro eo quod eſt delirãter ac ſtulte. Simili modo uocamus κρονικὰ uetera & obſoleta deſitaq;. Sic apud Athen. lib. 7. quiſpiã, Arrianus opinor, ταῦτα σιτία κρονικά ἐστιν ὦ ἑταῖρε. id eſt, Iſthæc Saturnia ſunt ô amice cibaria. Poëtæ fingunt Saturnum regno pulſum, & huius loco regnare Iouem.

Auribus lupum teneo. XXV

Extat apud Terẽ. in Phormione: Antiphoni adoleſcẽti uxor erat domi, quam nec eijcere poterat, uel quia non libebat, quòd in eam deperiret, uel quòd integrũ non erat, cũ eſſet iudicũ ſentẽtijs addicta, neq; rurſum retinere quibat, propter patris uiolentiam. Et cũ à patruele felix diceretur, ut qui domi poſſideret id quod amabat, imò, inquit, quod aiũt, auribus teneo lupum. Nã neq; quo modo amittã à me inuenio, neq; uti retinẽã, ſcio. Moxq; leno quaſi referẽs paræmiã, ait ſibi idẽ uſu uenire in Phædria, quem neq; retinere poterat, qui nihil numerabat, neq; repellere, quod eſſet improbe blandus, ac monteis aureos polliceretur. Donatus Græcã paræmiam Græcis adſcribit uerbis: Τῶν ὤτων ἔχω τὸν λύκον, οὔτ' ἔχειν οὔτ' ἀφιέναι δύναμαι. i. Auribus lupũ teneo, neq; retinere, neq; amittere poſſum: Suet. in Tiberio: Cunctãdi cauſa erat metus undiq; imminentiũ diſcriminũ, ut ſæpe lupũ tenere ſe auribus diceret. Plutar. in Præceptis ciuilibus, λύκον δ' φασὶν τῶν ὤτων κρατεῖν. i. aiunt lupũ non poſſe teneri auribus: cũ homines hac parte maximè ducantur, nimirũ perſuaſione. Dicitur in eos, qui eiuſmodi negotio inuoluuntur, quod neq; relinquere ſit integrũ, neq; tolerari poſſit. Videtur ab euentu quopiã natũ, ut alia pleraq;. Aut inde certè, quòd ut lepus aurib. quippe prælongis commodiſſimè tenetur, ita lupus quòd aures habet pro corpore breuiores, teneri ijs nõ poteſt, neq; rurſum citra ſummũ periculum è manibus dimitti, belua tam mordax. Cæcilius apud A. Gell. lib. 15. ca. 9. eãdẽ ſententiã ſed citra metaphorã extulit. Nã hi ſunt, inquit, amici peſſimi, fronte hilaro, corde triſti, quos neq; ut apprehendas, neq; ut amittas ſcias. Huc alluſit Theognis, etiã ſi alienius:

Ἀγχαλέως μοι θυμὸς ἔχει περὶ σῆς φιλότητος.
Οὔτε γὰρ ἐχθάιρειν, ὅτε φιλεῖν δύναμαι. id eſt,
Pectora noſtra tui quàm mire amor afficit, ut quem
Non odiſſe queam, ſed nec amare queam.

Vnde uidetur illud effictum:

Nec tecum poſſum uiuere, nec ſine te. Refertur & à M. Varrone pro exemplo adagionis: Auribus lupũ teneo.

Neceſſarium malum. XXVI

Huic finitimũ eſt illud, ἀναγκαῖον κακὸν. i. Neceſſariũ malum: de ijs quos neq; reijcere poſſis, quòd quibuſdam in rebus opus ſit eorũ opera: neq; cõmode ferre, quòd uiri ſint improbi. Natũ uidetur ex Hybreæ cuiuſdã apophthegmate, de quo meminit Strabo lib. 14. Cùm haberet Euthydamus tyranniciũ quiddã multis alioqui nominibus utilis ciuitati, ita ut cum uitijs uirtutes paria faceret uideretur, Hybreas orator in oratione quadã ſic de illo locutus eſt. Malum es, inquit, ciuitatis neceſſariũ. Nã nec tecũ uiuere poſſumus, nec ſine te. Alexander itẽ Seuerus imperator, rationales, quos tollere decreuerat, poſteaquã perpendiſſet eos citra Reip. incõmodum tolli non poſſe, neceſſariũ malũ appellabat. Huiuſmodi fuit & P. Cornelius Ruffinus, furax quidẽ & impendio auarus, ſed idẽ egregius imperator, à quo Fabricius Lucinus cõpilari maluit, quàm ſub haſta uenire. quemadmodũ refert Gell. lib. 4. Et Cic. De orat. lib. 2. Torqueri poterit & in uxores, cum quibus incõmode uiuitur, ſed abſq; his Reſp. omnino conſiſtere non poteſt. Poteſt & ad rem accommodari. Veluti ſi quis dicat, pharmacon, rem quidem moleſtam, neceſſariã tamen. Euripides in Oreſte:

Ἀνιαρὸν ὦν τὸ κτῆμ', ἀναγκαῖον δ' ὅμως. id eſt,
Moleſta cum ſit res, neceſſaria tamen.

Non abhorret ab hac forma, quod Plin. ſcribit, oraculo proditum fuiſſe, lib. 18. cap. 6. Quónam igitur, inquit, modo utilißime coluntur agri? Ex oraculo ſcilicet, malis bonis: Hoc uelut ænigmate ſignificatum eſt, agros quàm minimo poteſt impendio colendos eſſe.

Non abſque Theſeo. XXVII

Οὐκ ἄνευ Θησέως. i. Haud abſq; Theſeo: Cũ ſignificamus rẽ alieno auxilio confici: Aut cũ ſignificamus rerũ omnium communionẽ ac ſocietatem: Nã Zenodotus ſcribit Theſeũ permultis uiris fortißimis in certaminibus auxilio fuiſſe, quippe qui & Meleagro adfuit in conficiendo apro Calydonio, auxiliatus & Pirithoo pugnanti cũ Centauris, ltẽ Herculi cũ Amazonibus belligeranti. Fabula de apro ſic habet: Oeneus Meleagri pater, cũ de primitijs anni prouentus dijs libans, Dianã præterijſſet, illa irata aprũ immanẽ in agros Calydonios immiſit, omnia populantẽ, ad quẽ conficiendũ Oeneus præſtantiſſimum quenq; exciuit, præmijs ad id propoſitis. Inter multos certauit et Meleager, qui & beluam confecit, ſed accerſito ad auxiliũ Theſeo: Reliquũ fabulæ nihil ad prouerbij ſenſum attinet. De Pirithoo ſic fertur: Pirithous Hippodamiæ procus Cẽtauros, quòd eſſent ſpõſæ cognati, cõuiuio accepit. Qui ſimul atq; mero incaluiſſent, ſpõſæ uim adferre cœperũt, coorta pugna Theſeus Pirithoo auxiliũ ferẽs, cõplureis cẽtauros trucidauit. De Hercule ſic narrãt: Cũ Euriſtheus Herculi iniunxiſſet, ut Hippolytæ Amazonũ reginæ baltheũ adimeret, atq; ille pacta facturus eſſet, ꝓfectus, Iuno ſemper illi infeſta, induta formã Amazonis, famã paßim diſſipauit, aduẽtare hoſpitẽ, uel uerius hoſtẽ, qui uiolata regina, baltheũ, quẽ geſtabat inſigne regni, per uim eriperet. Quod ubi auditũ eſſet. Amazones in Herculẽ parant arma. Hercules ratus hæc nõ errore, ſed dolo geri, Hippolyta occiſa baltheũ abſtulit. Deinde quo magis ulciſceretur Amazonas, bello eas adortus eſt, & oppreſſit, ſed Theſei adiutus opera. Refertur hoc adagiũ & à Plutarcho in eius uita, ſignificatq; Theſeũ, ſicuti dictũ eſt, multis auxilio fuiſſe, tamen ex pleriſq; certaminibus nullũ retuliſſe præmiũ: atq; huius rei citat autorẽ Herodotũ. Alluſit ad puerbiũ Ariſtides in oratiõe ad Thebanos de auxilijs: Καὶ ὅτε τοίνυν ἡμᾶς καλεῖ φίλως ἐθέλοντας, θησεὺς αὐτὸν ἀθάναζε ἀγαγὼν ἀνακέκτηται. i. Cũq; ſanè et ipſi Herculi opus eſſet amico, Theſeus illũ Athenas deductũ reſouet reſocillatq;. Proinde quoties facinus aliqd' alieno nomine celebratur, alterius tamẽ opera potißimũ pactũ, ueluti ſi qs librũ ſuo nomine publicet, in quo ſit doctioris alicuius adiutus opera, cõcinne notabitur hoc adagio: Οὐκ ἄνευ θησέως. i. Nõ abſq; Theſeo. Aut ſi qs dicat, nullã fortunã ſibi iucũdã eſſe poſſe ἄνευ θησέως.

Sphæra per præcipitium. XXVIII

Eiuſmodi prouerbiũ refertur ab Euſtathio in Iliados Homeri lib. 2. ἡ σφῦρα κατὰ πρανοῦς. id eſt, globus per decliue,

Ayuntamiento de Madrid

ſubaudiendum uolatur aut mittitur. Perinde eſt quaſi dicas, currentem incitare. Nam ſphæra uel ſuapte ſponte facile per locum decliuem deuoluitur. Nec male quadrabit in eos, qui uitæ genus aliquod nacti ſunt, ad quod uidentur eſſe natura propenſi, ut conueniat cum illo, τὸν ἵππον ἐπὶ πεδίον, id eſt, equum in planicien.

Magis mutus quàm piſces. XXIX

Ἀφωνότερος τῶν ἰχθύων. id eſt, Magis mutus ipſis piſcibus. Prouerbialis metaphora de uehementer infantibus atque infacundis. Conuenit & in hominem immodicæ taciturnitatis. Horatius in Odis:

O mutis quoque piſcibus
Donatura cygni, ſi libeat, ſonum.

Piſces enim nullam ædunt uocẽ, exceptis perpaucis, inter quos canis marinus. Lucianus aduerſus indoctum: μᾶλλον δὲ τῶν ἰχθύων ἀφωνότερος & ἅλας. i. Imò uerò magis es mutus quàm piſces: Rurſus in Gallo: πολὺ ἀφωνότερος & ἔσομαι τῶν ἰχθύων. i. multo magis ero mutus quàm piſces. Vnde Plutar. in Sympoſiacis exiſtimat Pythagoricos à piſcibus abſtinuiſſe quòd hos quaſi ſuæ diſciplinæ domeſticos agnoſcerent, propter ἐχεμυθίαν. i. ſilentium, quod inter animãtium genera piſcibus eſt proprium. Nam cæterorum ſua quibuſq; uox eſt. Aues permultæ canoræ ſunt, quædam et humanũ ſermonem referunt. Atq; adeo terreſtrium quoq; mãticora apud Aegyptios, ſi Plinio credimus. Solis piſcib. nulla uox. Cauſam adfert Ariſtoteles, quòd his neq; pulmo ſit neq; arteria, neq; guttur. Etiã ſi ſint nonnulli, qui ſonitum quendã ac ſtridorẽ ædunt: quorũ de numero ſunt delphinus, lyra, chromis, uoca, (quẽ hinc dictũ apparet, quòd uocẽ ædat, Mercurio ſacrũ prodidit Athen. lib. 7.) pecten. Verũ cum ſonũ non naturalibus organis uocis ædi putat: ſed uel attritu branchiarum, uel ab interioribus, quæ ſunt circa uentrem. Plutar. exiſtimat Græcis ἰχθῦς hinc appellari, quòd uocem habeat cõpreſſam. Et Lucianus in Halcyone, ἄφωνα γὰρ λέγετε καθ' ὕδατος διαῤῥώμενα. i. Nã muta ſanè quæ in aquis degũt. Athenæus lib. Dipnoſoph. 8. citat autorẽ Mnaſeã Patrenſem, qui prodiderit, in Clitorio amne Arcadiæ piſces eſſe uocales. Itẽ Philoſtephanũ, qui ſcripſerit in fluuio Aorno, qui Pheneũ urbẽ interfluit, piſcibus dictis pœcilis uocẽ eſſe fermè qualis eſt turdorũ, Tametſi Ariſtoteles adimit omnib. piſcibus uocẽ, excepto ſcaphro & porco fluuiatili. Veteres autẽ quemuis piſcem uocabant ἔλλοπα, quòd uocẽ edere non poſſet: ἅλις & ſiquidẽ eſt ἔγγυος. id eſt, cohiberi, & ὀλ uox. Vnde apud Theocritũ ἀλλοπίωνα pro piſcari. Addit Athenæus, Pythagoricos à cæteris animãtibus nõ prorſus abſtinere, ſed quibuſdã ex his ueſci, quædã etiã ſacrificare, ſolos piſces nõ guſtare quaſi ſacros ob ἐχεμυθίαν quã Pythagoras docuit.

Turture loquacior. XXX

Τρυγόνος λαλίστερος. id eſt, Turture loquacior. In garrulos & impendio loquaculos homines dici ſolitum. Sumpta metaphora ab auis natura, quæ non ore tantùm, ſed etiam poſtica corporis parte clamare fertur, ob id opinor, quòd uocem ædens, etiam illam mouere uideatur. Citatur apud Zenodotum ex Plocio Menandri. Aelianus lib. 12. ca. 10. meminit huius prouerbij, deq; aue utraq; corporis parte loquaci. Theocritus in Syracuſanis, mulieres quaſdam loquaculas turtures appellat.

Τρυγόνες ὀνειδισοῦντι πολλάκις ἀπάταν.

Rana Seriphia. XXXI

Βάτραχος ὁ ἐκ Σεῤῥίφου. i. Rana Seriphia. In homines mutos, et canendi dicendiq; prorſus imperitos dicebatur. Inde natũ, quòd Seriphiæ ranæ in Scyrũ deportatæ nõ ædebant uocem. In hunc modũ collectanea Græcorum prouerbiorum decerpta è libris Didymi, Tarrhæi, & aliorum. Totidem uerbis Suidas. Et βάτραχος Σεῤῥίφιος, i. rana Seriphia, Proditum enim eſt in Scripho inſula ranas mutas haberi. Memunit huiuſce rei Pli. lib. 8. ca. 58. Cyrenis, inquit, mutæ fuere ranæ, illatis è continente uocalibus, durat genus earũ Mutæ ſunt etiamnum in Scripho inſula. Eædem aliò translatæ canunt, quod accidere & in lacu Theſſaliæ Sicendo tradũt. Quanquam in uulgatis exemplaribus cicadarũ Scriphiarum mentio fit, non ranarũ: ſed germanã lectionẽ Hermolaus ex fide ueterũ codicũ reſtituit. Seriphus autẽ una eſt inſularũ, quas Græci Σποράδας uocant. Non uidentur autẽ ſatis conuenire uerba Plinij cũ Græcorum cõmentarijs, Nam hic ait mutas eſſe in Scripho, illi negãt uocẽ edere deportatas in Scyrũ, quaſi in Scripho uocales, in Scyro obmuteſcerent. Verũ attentius intuenti rẽ, nihil eſt abſurdi. Seriphus ranas habebat mutas. Eas ut rẽ prodigioſam deportabant in Scyrũ, quas cũ Scyrij mirarẽtur eſſe mutas, præter ingenium ranarum indigenarũ, dicebant βάτραχος ὁ ἐκ Σεῤῥίφου. Ea uox abijt in prouerbium.

Alij ſementem faciunt, alij metent. XXXII

Ἄλλοι μὲν σπείρουσιν, ἄλλοι δ' ἀμήσονται. id eſt, Alij quidem ſementem faciunt, alij uerò metent. Quod citra metaphoram etiam ad hunc modum efferunt: ἄλλοι κάμον, ἄλλοι ὤναντο, id eſt, Alij laborarunt, alij perceperunt emolumẽtum. His ſimillimum eſt illud Fabij dictum apud Liuium libro Ab urbe condita 10. Quam arborem conſeruiſſet, ſub ea legere alium fructum, id indignum eſſe dicere. Huc alludit Heſiodus, cum ſcribit in Theogonia de ſucis:

Ἀλλότριον κάματον σφετέρῳ ἐν γαστέρι ἀμῶνται. id eſt, Atq; metunt uentrem in proprium ſudorem alienum.

Theognis item:

Οὔτε γὰρ ἂν προκάμοιμι, ἄλλῳ κάματον μετὰ δοίην. id eſt, Ante tibi exhauſtos alij ne trade labores.

Conſimili figura dictum eſt à Diocletiano nondũ Cæſare: Ego apros occido, ſed alter fruitur pulpamento. Refertur autẽ in illius uita ad hanc ferme ſententiam: Cum Diocletianus apud Tungros in Gallia, in minoribus adhuc locis militans, in caupona quadam moraretur, & cum Druiade quadam muliere fanuliarẽ conſuetudinem haberet, illaq; parſimoniã hominis incuſaret, ioco, non ſerio reſpondiſſe fertur, tum ſe fore liberalem, cũ imperator fuerit. Ad hoc illa: Noli, inquit, iocari Diocletiane, planè imperator eris, ſimul ac aprũ occideris. Quam quidem mulieris uocem ominis arripiens uice, ſtudioſe ſectari cœpit apros in uenatu, haud intelligens uidelicet ominis ænigma, quod eũctus poſtea explicauit. Nã Numerianus imperator, factione Arrij Apri ſoceri ſui interemptus fuerat. Qua re prodita, milites Diocletianũ uindicẽ creant, & auguſtũ conſalutant. Ille itaq; pro concione, quo Druiadis dictũ expleret, Aprum manu ſua confodit, addens Maronianũ illud:

Aeneæ magni dextra cadis.

Cæterũ interea dũ adhuc priuatus ille multos apros cõfeciſſet, nec affulgeret uſquã imperij ſpes, dicere ſolitũ ferũt: Ego quidẽ apros occido, uerum alter fruitur pulpamẽto.

Aliena iacis. XXXIII

Ἀλλοτρία βάλλεις. i. Aliena iacis. Quoties res parũ ex animi ſentẽtia cadit. Trãslatũ ab ijs qui ludũt alea, quibus iactãtibus interdũ ea cadũt, quæ minimè ſunt ad victoriã accõmoda. Proinde ſi quando fruſtratur nos ſpes, rectè dicemur, ἀλλότρια βάλλειν. Adagiũ refertur à Diogeniano.

Aliam quercum excute. XXXIIII

Ἄλλην δρῦν σείε. i. Aliã quercum excute. In eos conuenit, qui ſine fine petũt aliquid: aut qui cõtinenter ab eodem mutuũ poſtulant. Hos hoc adagio licebit ablegare, ut nobis omiſſis, aliorũ aures ſuis precib. ſollicitẽt. Paræmiã

hinc

Ayuntamiento de Madrid

binc natam putant, quòd olim mortales glandibus uictitabant, Cereris usu nondũ reperto. Has qui quercubus excussis colligebãt, mercede ad id conducti, balaniſtas, id eſt, glandium collectores, ſiue glandiarios appellabant. Qui ſi quãdo circumſpicerent ſi quæ glandes etiamdũ in arbore reliquæ eſſent, prætereũtes per iocum acclamabant: Aliã quercum excute. eam uocẽ uulgus arreptam uertit in prouerbium. Non inconcinne accommodabitur ad negotium relinquendum, ex quo iam nihil emolumenti poteſt capi. Aut mutandũ amicum qui iam utilis eſſe deſijt. Aut præceptorem mutandum, unde nihil eſt quod amplius diſcas.

Nuces relinquere. xxxv

Nuces relinquere, eſt omiſſis ſtudijs ac nugis puerilibus ad grauiora magisq; ſeria conuerti. Perſius:

Et nucibus facimus quæcunque relictis,
Cum ſapimus patruos.

Translata metaphora, uel à uetuſta nuptiarũ cæremonia, in quibus ſponſus uxorem ducens nuces ſpargebat, utpote iam pueritiæ renuntians. Ita Catul. in carmine nuptiali.

Da puer propere nuces.
Concubine nuces da. Vergilius Bucol. 8.
Sparge marite nuces.

Quanquam Plin. lib. 15. ca. 22. cauſas alias adfert, quam ob rem nuces in nuptialibus cæremonijs cõſueuerint antiquitus adhiberi. Sed præſtat ipſius referre uerba: Nuces, inquit, iuglandes, quanquã & ipſæ nuptialium Feſceninorũ comites, multũ pincis minores uniuerſitate, eædemq; portione ampliores nucleo. Necnõ & honor his naturæ peculiaris, gemino protectus operimẽto, puluinati primũ calicis, mox lignei putaminis. Quæ cauſa eas nuptijs fecit religioſas, tot modis fœtu munito, quod eſt ueriſimilius quã quia cadendo tripudiũ ſonũue faciãt. Feſtus itẽ indicat in nuptijs à pueris nuces ſpargi ſolitas, ut nouæ nuptæ intrãti domũ noui mariti, fauſtũ eſſet auſpicium. Addit Seruius pueros catamitos, cũ à turpi ſeruitio recederẽt, ſolitos nuces ſpargere, ſignificãtes ſe poſthac omnia puerilia ſpernere. Vel hinc igitur, uel certè à puerorũ luſibus qui nucibus peraguntur, ductũ prouerbiũ uideri poteſt. Nam talis ac nucibus olim luſitaſſe pueros, uel Horat. teſtis, cùm ait:

—Te talos Aule nuces q;.

Proinde ad hanc prouerbij formam pertinebunt & reliquæ illæ figuræ: Nunquam à nucibus recedere. Redire ad nuces. Nuces abijcere. Nuces intermittere. Nucibus indulgere. Nuces repetere, atque id genus alia.

Bis pueri ſenes. xxxvi

Δὶς παῖδες οἱ γέροντες. i. Bis pueri ſenes. Vna eſt ex illis prouerbialibus inſcriptionibus ſatyrarũ Varronis. Quadrabit in eos qui prouectiore cum ſint ætate tamẽ puerilibus quibuſdã ſtudijs intempeſtiuiter atq; indecore detinentur. Aut in ſenes ætatis uitio deſipiſcentes, tanquam iterum in pueritiã reuolutos. Seneca: Non, inquit, bis pueri ſumus, ut uulgò dicitur, ſed ſemper: uerum hoc intereſt, quòd maiora nos ludimus. Plato lib. De repub. 1. Οὐ μόνον ἄρ' ὡς ἔοικεν ὁ γέρων δὶς παῖς γίγνοιτ' ἄν, ἀλλὰ καὶ ὁ μεθυσθεὶς. id eſt, Non ſolum igitur ſenex, ut uidetur, bis erit puer, ſed ipſe etiam temulentus. Ariſtophanes in Nubibus,

Φάσκειν νομίζειν σὺ παιδὸς τοῦτο τὸ γέρον εἶναι,
Ἐγὼ δέγ' ἀντέποιμ' ἄν, ὡς δὶς παῖδες οἱ γέροντες. i.
Pueri inquiens, tibi uideri facinus illud eſſe.
Reſpondero ipſe contrà, ſenes bis eſſe pupos.

Sophocles in Peleo:

Πηλέα τ' ἀάκμητον οἰκήσοὺς μόνη
Γεροντ' ἀγωγῶ κ' ἀναπαιδεύσω πάλιν.
Πάλιν γὰρ αὖθις παῖς, ὁ γηράσκων ἀεί. id eſt,
Ego Peleum Aeaco ſatum, pueri in uicem,
Senem puella moderor atque tempero.
Nam iterum puer quiſquis ſeneſcit, redditur.

Theopõpus, Δὶς παῖδες οἱ γέροντες ὀρθῶς λόγῳ. i. Pueros bis eſſe ſenes, rectè dicitur. Plato, ἀλλ' ὡς ἔοικε δὶς γέροντ' ἄρα παῖς γέγωμ. i. Similis uidetur bis ſeni puer ſenex. Antiphon, Γεροντοτροφία προσοίκει παιδοτροφίᾳ. i. Senem nutrire, perinde eſt quaſi nutrices puerum. Lucianus in dialogo cui titulus, τὰ πρὸς κρόνον. Οὕτω γὰρ τὴν παροιμίαν ἐπαληθεύσαιμι, ἣ φησι, παλίμπαιδας τοὺς γέροντας γίγνεσθαι. i. Sic enim fiet, ut uerũ uideatur adagiũ, quo dici ſolet, ſenes rurſum repueraſcere. Huc pertinet quod li. De lingua Latina 3. ſcribit Varro, identidẽ in Atellanis haberi pupũ ſenem, quod Oſci ſuapte lingua uocẽt caſnar. Nã ueteres pupũ puerum uocabãt. Neq; uerò prouerbiũ ideo tantũ eſſe dictum, quòd ſenes ætatis culpa deſipiſcãt: uerumetiã quòd omnib. modis in ſenibus iã uelut exacta uita initiũ recurrere uideatur, quẽadmodũ ſcite dixit Ariſto. in problemate quodã, in quo quærit, quónã pacto ſint accipiẽda, quæ priora dicũtur ac poſteriora. Primũ enim redit albor ſimul et raritas capillitij, quorũ utrũq; pueris familiare: deinde balbuties, uelut altera infantia. Præterea gingiua exarmata dẽtibus, aut certè perpaucis, & eis uacillãtibus inſtructa, quod & ipſum cũ infantibus cõmune. Quinetiã ſenibus omne corpus ad puerilẽ decreſcit modũ: cõſimilis uirium imbecillitas. Iã uerò cibi quoq; conſimiles utriq; cõgruũt ætati. Poſtremo morũ ineptia, leuitas animi, et hoc ipſum nihil ſapere, in ſenib. infantiã quãdã referre uidetur. Autor eſt enim in Politicis Ariſt. poſt an. 48. in genij uigorẽ euaneſcere. Quapropter Eurip. in Bacch. ait:

Τὸ γῆρας ὑμῶν ἐσορῶ νοῦν οὐκ ἔχον. id eſt,
Veſtram ubi ſenectam uideo mentis indigam.

Vnde fit, ut ſenes pueris mire delectentur, quaſi ſimiles iam ad ſimilium amorem propenſi.

Sexagenarios de ponte deijcere. xxxvii

Sexagenarios de põte deijcere, eſt natu maiores perinde quaſi deliros, et ad omne uitæ munus inutiles, in otiũ reijcere atq; ab omni functiõe negotiorũ relegare. Inde natũ, quod olim ſexagenarijs ferendorũ ſuffragiorũ ius nõ erat, ætate uelut à publicis munijs dimiſſa. Vel quòd olim iuuẽtus Romana, quo ſola ferret ſuffragia, ſenes inualidos de põtibus præcipites dederit. Nã de ponte ſuffragia ferri iã cœperant, atq; ea ſententia magis probatur Siſinnio Capitoni apud Feſtũ Pompeium, quàm uulgata illa qua putant poſt urbẽ à Gallis liberatã, ob cibatus inopiã ſexagenarios in Tyberim de ponte deijci cœptos. Varro li. De uita patrũ 2. honeſtã cauſam religioſamq; patefacit: cum in quintum gradum peruenerãt, atq; habebant quinquaginta annos, tum deniq; erant publicis negotijs liberi atq; expediti, & otioſi. Ideo in prouerbiũ quidã putant ueniſſe: Sexagenarios de ponte deijci oportere: quòd ſuffragium nõ ferant, quod per pontẽ ferebatur. Nonius Marcellus: Sexagenarios per pontem mittendos, male dici populariter intellexit. Macrobius Saturnalium lib. 1. Adimere uis doctis uiris in uerborum comitijs ius ſuffragandi, ac tanquam ſexagenarios maiores de ponte deijcere? Ouidius in Faſtis:

Pars putat, ut iuuenes ferrent ſuffragia ſoli
Pontibus infirmos præcipitaſſe ſenes.

Vnde & depõtani dicuntur ſenes, iam uelut emeriti, & à ciuilibus negotijs in otium remiſſi. Plato lib. De legib. 6. loquens de magiſtratu τῶν νομοφυλάκων. i. legibus ſeruãdis præfectorũ, non admittit ad eum magiſtratum gerendum minorem annis quinquaginta, nec ſinit in eo perſeuerare maiorem ſeptuaginta: ut ſi quinquagenarius magiſtratum inierit, uiginti annos cũ adminiſtret: ſin ſexagenarius, decẽ duntaxat. Licebit autẽ uti prouerbio, uel in odium ætatis,

Ayuntamiento de Madrid

tanquã ad nihil iã utilis,& ab omni uitæ munere relegãdæ:uel ſimpliciter in eos,q propter ætatis imbecillitatẽ rudes iã donati ſunt,ac ſolutorũ munerũ uacationẽ acceperũt.

Crambe bis polita mors. XXXVIII

Δὶς κράμβη θάνατος.i. Cramбe bis mors eſt.Plinius lib.20.ca.9.inter braſſicæ ſpecies,tertio loco refert & crãben.Dioſcorides lib.2.crambes tres ſpecies facit.Quarum prima, præter q̃ quòd alias ad multa remedia efficax eſt, etiam ebrietatis & crapulæ incõmoda tollit, ſi crudã edas ante cœnã ex aceto,ut indicauit M.Cato. Ariſtoteles in cauſã putat eſſe quòd cũ ipſa ſit frigida,& ſuccum habeat dulcẽ ac diſcutientẽ,ſit ut uinoſos humores in aluũ detrahat,tenues humores in ueſicã delabãtur,ipſa in uẽtriculo remanẽs,corpus refrigeret. Atq; ita humoribus utrinq; deductis,& refrigerato corpore ceſſare crapulã.Ineſt autẽ peculiaris quædã uis crambæ,obſtiſtendi uĩno, ut ſi in uincto ſeratur,uinũ prouenias dilutius.Proinde apud Aegyptios & Sybaritas ſolenne erat,ante omnia ſumere cramben cõctam:quibuſdã mos erat ex amethyſtino uaſculo crambes ſemen ante compotationẽ capere,quo citra periculũ ebrietatis indulgere uino poſſent. Huiuſmodi ferè Athenæus lib.1.addens illud priſcis cramben ac raphanum procodẽ habita.Vnde Theophraſtus prodidit,uitem etiam unum uiuam raphani odorẽ fugere.Verum ut ad prouerbium reddeamus.Suidas ſcribit illam antiquitus in cõuiuijs adhiberi ſolere,uerum recoctam adeo nauſeã afferre, ut Græcis in ſubiidij prouerbiũ abierit.Quoties enim rem iterũ atq; iterum repetitam non ſine moleſtia ſignificabant, dicebãt δὶς κράμβη θάνατος.i. bis crambe mors:hoc eſt,κράμβη δὶς ἐπιθανατος, cramбe recocta. Ad hoc adagij Politianus arbitratur alluſiſſe Iuuenalem, cùm ſcribit in Satyra 7.

Declamare doces, ô ferrea pectora Vecti,
Cum perimit ſæuos claſſis numeroſa tyrannos:
Nam quæcunq; ſedens modo legerat, hæc eadem ſtans
Proferet, atque eadem cantabit uerſibus iiſdem,
Occidit miſeros crambe repetita magiſtros.

Cramben repetitã appellat declamationem maximo cum tædio iterũ atq; iterũ audiendam. Finitimum eſt illi quod alio commemorauimus loco, ὁ Διὸς κόρυθος.i. Iouis filius Corinthus. Contrariũ illi,δὶς καὶ τρὶς τὸ καλὸν. id eſt,bis & ter quod eſt pulchrum. Quod enim per ſe præclarũ, id uel decies repetitum,ut inquit Horatius,placere ſolet. Quod ineptum,id primo guſtu commendatione nouitatis cuncq; toleratur:cæterum iteratum,haud iam ferendum, faſtidium adfert. Et tamen erat priſcis admodum celebris hæc herba,adeo ut nec religione careret,et ob hoc μάντις uocata:per eandẽ iurare mos erat,præſertim apud Iones, νὴ μὰ τὴν κράμβην, ut hinc quoque faſtidij prouerbium ortum uideri poſſit,autor Athenæus lib.Dipnoſophiſt.9.

Ne Hercules quidem aduerſus duos. XXXIX

Μηδ' Ἡρακλῆς πρὸς δύο. i. Ne Hercules quidem aduerſus duos,hoc eſt,Nemo uſq; adeo uiribus excellit,ut unus pluribus par eſſe poſſit. Neq; indecorũ eſt cedere multitudini. Erit autem ſuauior metaphora, ſi ſignificabimus neminẽ quantumuis eruditũ aduerſus duos in diſputãdo ſufficere, aut eundem hominẽ pluribus negotijs ſuſtinendis nõ eſſe ſimul parẽ:aut non poſſe reſiſti precibus duorum rẽ eandem petẽtium. Poterit & aliam in formam uerti prouerbium,ad hunc modũ.Si negãt uel Herculem aduerſus duos eſſe parem,quinam ego tã imbecillis aduerſus duos Hercules ſtabo?Quinquã obiter huius uſum prouerbij,in operis huius teſtibulo paucis oſtendimus. Plato lib.De leg.11. ὀρθὸν μὲν δὴ, πάλαι τε εἰρημένον, ὡς πρὸς δύο μάχεσθαι ταναντία, χαλεπὸν, καθάπερ ἐν τοῖς νόσοις, πολλοῖς τε ἄλλοισι.i.Verum eſt illud & iam olim prouerbio celebratum,arduum eſſe aduerſum duo,eaq; contraria pugnare, quemadmodũ in morbis alijſq; cõpluribus.Significat nobis eſſe geminum pugnam,tum aduerſus diuitias,tũ aduerſus egeſtatẽ.Idẽ in Phædone uſurpauit,ubi Socrati per iocum hortãti,ut Cebetẽ ac Simmiã cõfutet argumẽtatione,reſpõdet Phædon: ἀλλὰ πρὸς δύο δεῖ ἡρακλῆς λέγεται οἷός τε εἶναι.i. At uerò cõtra duos ne Hercules quidẽ dicitur ſufficiſſe.Eodẽ alluſit Catullus in carmine nuptiali,cùm ait:

—Noli pugnare duobus.

Hæc ſententia tametſi non iiſdem uerbis aliquoties legitur apud Hom. ut in Odyſſ. Υ.

χαλεπὸν γὰρ ἐρυκακέειν ἕνα πολλούς. id eſt,
Difficile ac durum eſt, unum compeſcere multos.
Telemachus ita loquitur de ſe, ac procis.

Item Iliados Ε.

Αἰνείας δ' ἐμμεμαὼς ἐπόρουε διὲκ πολεμιάων,
Ὡς εἶδεν δύο φῶτε παρ' ἀλλήλοισι μένοντε. id eſt,
Haud ſtetit Aeneas alioqui ſtrenuus armis,
Conſpexit ſimul atque duos conſiſtere iunctos.

Occaſionẽ adagij uarie narrant.Quidã aiunt Molionidas adortos aliquãdo Herculem ex inſidijs,atq; illum hominũ numero territũ,nõ auſum contra reſiſtere,ſed fuga ſaluti conſuluiſſe,idq; in uulgi ſermonẽ abiiſſe.Vero propius eſt quod refert Suidas,Herculem conſtituto certamine Olympiaco, fretũ uiribus ſuis primũ auſum certare cũ duobus, & utroſq; cõfeciſſe. Hos aiunt fuiſſe Cteaton & Eurytũ, Neptuno patre et Molione matre prognatos.Deinde proxima Olympiade,cõſimili modo cõgreſſum fuiſſe cũ duobus quibuſdã,atq; ab his fuiſſe ſuperatũ.Quãquã ſunt qui hos exiſtimẽt fuiſſe Læum & Pherandrũ,ſed qui uicerint Herculẽ,nõ qui uicti diſceſſerint. At Plato in Euthydemo longe diuerſam ab his hiſtoriã adducit,puta Herculem cũ hydra pariter & cancro quodã immani,qui è mari emerſerat,congreſſũ,inferiorẽ diſceſſiſſe,atq; ob id Iolai nepotis auxiliũ imploraſſe:Sed nõ grauabor ipſius uerba ſubſcribere,in eo igitur quẽ dixi dialogo,Socrates cũ duobus fratribus ſophiſtis,& ut ſunt illi,contumelioſis diſputans, quaſi cũ duobus monſtris unus cõgreſſus,cum illi probro obijceret Dionyſodorus quòd fugeret,neq; ad interrogata reſponderet,ad hunc modum reſpondit: Εἰκότως γὰρ εἶπον ἐγώ· ἵστωρ γάρ εἰμι οὐ φαύλου ὑμῶν.ὥστε πολλὼ δεινὸν μὲν δὴ δύο φεύγειν.πολὺ γάρ τις εἰμὶ φαυλότερος ἢ ἡρακλέης, ὃς δὴ οἷός τε ἦν τὴν τε ὕδρα διαμάχεσθαι σοφιζόμενον, καὶ τὴν σοφίαν ἀνιέσαν ἐκ μιᾶς κεφαλῆς ἀποτμηθέν ἢ λόγῳ, πολλὰς ἀντὶ μιᾶς, καὶ καρκίνῳ ἑτέρῳ τινὶ σοφιστῇ ἐκ θαλάττης ἀφιγμένῳ νεωστί μοι δοκεῖν καλαπεπλευκότι.ὃς ἐπειδὴ ἀπὸν ἐλύπει, ὅτως ἐκ ἢ ἐπ' ἀσφαλοῦς λέγων καὶ διδάσκων, τὸν ἰόλαον τὸν ἀδελφιδοῦν βοηθὸν ἐπεκαλέσατο. ὁ δὲ ἀνὴρ ἱκανῶς ἐβοήθησεν.ὁ δ' ἐμὸς ἰόλεως τἀναντία καὶ ἐγὼ εἰ ἦλθοι, πλέον ἂν θάτερον ποιήσειεν.i. Non iniuria,inquam,fugio.Nam cum alterutri ſim impar, cur nõ fugiam ambos? Equidẽ Herçule multo ſum imbecillior,qui tamen pugnare pariter non ualuit,& aduerſum hydram ſophiſtriam, cui propter ſapientiam pro uno ſermonis capite amputato,multa repullulabant,& aduerſum cancrum ſophiſtam quendã è mari profectum,& nuper,ut arbitror,aduectũ. A quo cum Hercules ad ſiniſtrã angeretur,uerbisq; acriter morderetur,nepotis ſui Iolai auxilium imploranit,qui abunde illi ſuccurrit.Meus autẽ Iolaus Patroclus ſi uenerit,magis alterã certaminis partẽ ſuſtineret.Mordaci uidelicet allegoria,Socrates è fratribus ſophiſtis alterũ hydrã,alterũ cancrũ nominat ſe Herculẽ,Cteſippũ Iolaum.

Vnus uir, nullus uir. XL

Εἷς ἀνὴρ, οὐδεὶς ἀνήρ.i. Vnus quidem uir, nullus eſt.Senſus eſt, nihil

nihil egregiũ præſtari poſſe ab uno homine, omni auxilio deſtituto. Huc pertinet quod ait Euripides in Heraclidis: μιᾶς γὰρ χειρὸς ἀσθενὴς μάχη. i. Nã ſolitariæ manus inualida pugna eſt. Item illud eiuſdem: εἷς ἀνὴρ οὐ πάνθ' ὁρᾷ. i. Vir unus haud uidet omnia. Poterit ad uarios uſus deflecti pro uerbium, uel ad inſuauẽ uitam, ſi nõ adſit conuictor amicus: uel ad iudiciũ haudquaquam uni cõmittendum: uel ad ſtudium literarum, quod citra ſocium & eiuſdẽ, ut aiunt, æmulũ Muſæ, plane friget: uel ad quoduis deniq; peragendum negotium, quod citra alterius adminiculum commodè confici non queat. Adagij mentionem facit Zenodotus.

Aſinus inter ſimias. XLI

Ὄνος ἐν πιθήκοις. i. Aſinus inter ſimias: Vbi quis incidit in homines naſutos, & contumelioſos, ipſe ſtolidus à quibus impune rideatur. Extat apud A. Gell. li. 2. ca. 23. apud quẽ Menander comicus in fabula, cui titulus Plotiũ, maritũ, de uxoris iniuria querẽtẽ inducit his uerbis: ὄνος ἐν πιθήκοις τοι τὸ λεγόμενόν ἐστι δὴ τοῦτο. i. Aſinus inter ſimias, uulgò quod aiunt, ſanè iſtud. Conſtat autẽ ſimiã animal eſſe petulantiſſimũ, adeo ut nõ uereatur etiã leonẽ per laſciuiã agitare, natib. illius affixa. Quin & hodie uulgò ſimile quiddã dicũt: Noctua iter cornices, ubi ſtupidior aliqs in homines petulãtes ac dicaces incidit. Nihil aũt uetat quo minus generaliter uſurpetur, ubi qs in negotiũ incidit uehemẽter moleſtũ, aut in ĩfortuniũ aliqd', unde ſe nõ queat extricare.

Aſinus inter apes. XLII

Ὄνος ἐν μελίτταις. id eſt, Aſinus inter apes. Conſimilem habet cum proximo ſenſum, dici ſolitum, ubi quis infeliciter incidit in homines improbos atq; importunos. Metaphora per ſe liquet, quanquam adagium ab euentu quopiam natum uideri poteſt. Meminit Suidas.

Aſinus in unguento. XLIII

Ὄνος ἐν μύρῳ. i. Aſinus in unguento. Cũ deliciæ adhibentur ijs, quos haudquaquam decẽt, neq; qui uel uti norunt illis, uel delectãtur. Nam aſinus culmos ac fœnũ mauult, quàm aurum uel unguẽtum, quo etiam offenditur. Locus fuerit huic adagio, ſi quando indoctus aliquis in optimos incidat autores, quos ob inſcitiam aut negligat, aut etiã deprauet. Siue cũ amuſo cuipiam cum eruditiſſimis uiris uiuere contigerit, quorũ tamen conſuetudine neq; frui nouerit, neq; omnino gaudeat. Refertur à Diogeniano prouerbium.

Neq; cœlum, neq; terrã attingit. XLIIII

Οὔτε γῆς ὅτε οὐρανὸν ἅπτεται. i. Neq; cœlum neq; terrã attingit. De re uehementer abſurda atq; aliena, quæ nulla uicinitate pertineat ad id de quo agitur. Lucianus in Pſeudomante: ὀκτώ μοι χρησμὸς ἐπεμφθη, ὅτε γῆς φασιν, ὅτε οὐρανοῦ ἁπτόμενος. i. Octo mihi miſit oracula, ſed quæ neq; cœlum, ut aiunt, neq; terram attingerent. Ariſtides in Cimone leuiter alludens ad prouerbiũ, indicat metaphoram ſumptam ab ijs qui in medio pendent aëre, utrinq; liberi.

Nihil ad uerſum. XLV

Οὐδὲν πρὸς ἔπος. i. Nihil ad carmẽ. De ijs qui longe diſcrepant ab ijs quæ propoſita ſunt. Translatũ uidetur à ſcena, ubi hiſtrio ſaltatu geſtuq;, carminis genus repræſentat. Et haud ſcio an alius fuerit qui recitaret uerſus, alius qui geſticularetur. Apparet enim unũ aliquẽ fuiſſe recitatorẽ, cuius eſt illa uox in calce Comœdiarum: Calliopius recẽſui. Nec alioqui uideo quorſum pertineat, quod admonet Cicero ab hiſtrione deligi fabulã ad quã natura ſit appoſitus quod in prologo Comœdiæ Terẽtianæ, qui prologũ dicit, queritur clamoſas fabulas ad ſe deferri, minus laborioſas ad alios. Quod ſi ſaltatio parũ reſpõdiſſet ad numeros carminis, aiebãt: Οὐδὲν πρὸς ἔπος ταῦτά φασιν, οὐδὲ περὶ τούτων εἰρόμην. i. Iſta nihil ad carmẽ, ut dici ſolet, neq; enim de ijs interrogabã. Qui in choreis non reſponderet ad numerũ ſaltationis, cũ ἀκρόστιχον appellabãt: isq; ἀκροστιχεῖν dicebatur. Andreas Alci. hoc ſeculo nõ modo iuris Cæſarei, uerumetiam omnium ſtudiorũ decus, nec minus ſuſpiciendus ob rarum quendam ingenij candorẽ, quàm ob exactam omniũ liberalium diſciplinarum peritiã, lib. Diſpunct. ſuarum 2. conſentit quidẽ mihi in ſenſu uſuq; prouerbij, cæterũ de origine nõnihil diſſentit, mauultq; ab oraculis eſſe natum, quæ quondã carmine reddebãtur, præſertim heroico, cuius inuentor fuerit Pythius Apollo. Græcis autẽ ἔπος dicitur, quòd ἔπουται τὰ πράγματα τοῖς χρησμοῖς. i. Quòd res oraculis reſpõdeant. Hanc enim etymologiã adfert Euſtathius in princ. Iliad. Homericæ: unde probabilius eſſe iudicat Alciatus noſter, quoties euenirent quæ promiſſis aut propoſito non quadrarent, dici ſolitum. οὐδὲν πρὸς ἔπος. Vſus eſt eo Vlp. in Pand. li. 11. tit. De interrog. actio. ca. 12. Quod autẽ ait prætor, omnino nõ reſpondiſſe, poſteriores ſic acceperunt, ut omnino non reſpondiſſe uideatur qui ad interrogata nõ reſpõdit, i. οὐδὲν πρὸς ἔπος. Suidas indicat nõnunquam uſurpari οὐδὲν πρὸς ἔπος, pro temere ac de nihilo, ſiue abs re. Adducit hos uerſus ex poëta neſcio quo:

Οὐδὲν πρὸς ἔπος οὕτως ἀνοήτως ἐκβαλῶ,
Πεῖρ' ἐκπύθωμαι πᾶν τὸ πρᾶγμ' ὅπως ἔχει; id eſt,
Adeo ne temere & inſcienter efferam,
Prius atque rem omnem ut ſeſe habet, cognouero?

Prior uerſus Græcus conſtabit, ſi legas pro οὕτως, χ' οὕτως. Vſurpauit idem Ariſtophanes in Concionatricibus, quem locum retulimus prouerbio, Extra cantionem.

Nihil ad fides. XLVI

Οὐδὲν πρὸς τὴν χορδήν. i. Nihil ad chordam. In eos quorum uita uehemẽter eſt inæqualis quorúmue mores ab oratione diſident. Lucianus De ſaltatione: καὶ μηδὲν ὥς φασι πρὸς τὴν χορδήν, ἕτερα γὰρ ὁ πούς, ἕτερα δ' ὁ ῥυθμὸς λέγει. id eſt, Nihil ad chordam, ut dici ſolet. nam alia pes, alia loquitur rythmus. Idem in Meretricijs, καὶ ὅτι τοῦ πρὸς τὴν κιθάραν ὁ πούς. i. Et quòd pes probe reſponderet ad citharam. Plutar. in commen. de uerecundia, καί τοι ὁ δὶα τὴν ῥ ποδὸς πρὸς τὴν λύραν ἀμετρίαν, ὡς πλάτων ἔλεγε, καὶ πόλεις πόλεσι καὶ φίλοι φίλοις διαφερόμενοι, ἔσχατα δρῶσί τε καὶ πάσχουσιν, ἀλλὰ διὰ τὴν περὶ τὰ νόμιμα καὶ δίκαια πλημμελίαν. i. Haudquaquã ob id quod pes à lyra diſſentiat, ſicut ait Plato, ciuitates cũ ciuitatibus, amicì cum amicis conflictantes, extrema tum faciunt, tum patiuntur, ſed quod circa leges atq; æquitatem peccetur. Locus autẽ quem citat Plutar. eſt in lib. de legib. 7. ἀποδιδόντας πρόσχορδα τὰ φθέγματα τοῖς φθέγμασι. τὴν ἢ ἑτεροφωνίαν καὶ ποικιλίαν οἱ λύραι, ἄλλα μὲν μέλη τῶ χορδῶν ἐπαΐων, ἄλλα ἢ τῶ μελῳδίαν συνθέντος, ῥ ποιῶ, καὶ τὰ λοιπά. i. Reddentes uoces cũ lyræ ſono concordes. Porrò uocis diſcrepantiã diuerſitatemq; quoties alios modos ædunt chordæ, alios is qui cantilenam compoſuit, & cætera. Videtur ad hoc prouerbium alluſiſſe diuus Auguſt. in epiſt. quadam ad Licẽtium: Aut ſi ego canto, inquit, tu autẽ ad aliam uocem ſaltas, nec ſic quidẽ me pœnitet. Habet enim ſuam hilaritatem ipſa cantatio, etiam cum ad eam membra non mouet, cui plena charitatis modulatione cantatur.

Formica camelus. XLVII

Μύρμηξ ἢ κάμηλος. i. Formica camelus. De uehemẽter inæqualib. & modo minimis, modo maximis, quod perinde ſit, quaſi repente camelus in formicã uertatur. Lucianus in prima epiſtola Saturnalium: ὡς ἢ νῦν ἔχομεν, μύρμηξ ἢ κάμηλος, ὡς ἢ παροιμία φησί. i. Nã ut nunc uiuitur à nobis, formica camelus, quẽadmodũ prouerbio dicitur. Loquitur de opibus inæqualiter inter mortales diſtributis, ut huic plurimũ ſuperſit, huic multũ deſit. Neq; intẽpeſtiuè

Ayuntamiento de Madrid

dicetur in eos qui ſibi nō conſtant, in utrāq; partē immodici. Quod genus hominē deſcribit Euripides in Troadib.

Τίς δ' ὥστε πολλὰς ἄλλοτ' ἐς ἄλλους τρόπους;
Μισεῖς δὲ λίαν, καὶ φιλεῖς ὑπὲρ τύχην. id eſt,
Quid ita modo hos, modo in hoſce mores tranſilis?
Odiſti acerbe, amasq; nimium quemlibet.

Os ſublinere. XLVIII

Os ſublinere, pro eo quod eſt dare uerba, & arte quadā illudere, reperitur aliquoties apud autores. Noctius Marcellus tractū putat à ridiculo quodā luſus genere, quo dormientibus ora pinguntur. Plaut. in Aulul. Fidei cenſebam maximam fidē eſſe. Ea ſubleuit os mihi peßimè. Idem alibi: Os mihi probe ſublitū eſt. Idē in Epidico: Ego ſi adlegaßē aliquē, ad hoc negotiū minus hominē quam doctum, manuſq; ad rem callidū, os ſublitū eſſet. M. Varro in myſterijs apud Nonium: æs defraudaſſe cauponē, bonā luto obliuiſſe, cum portitores æra induxere. Sophocles in Antigone:

Οἱ χ' οἵδε, σοὶ δ' οὐ πάλαισι τόδε. id eſt,
Vident & hi, ſed os tibi ſublinunt. Vergilius item in carmine Bucolico, pueros inducit per luſum, Sileni faciem mori ſueco oblinentes, -Iamq; uidenti
Sanguineis frontem moris & tempora pingit,
Ille dolum ridens, quò uincula nectitis inquit?

Dare uerba. XLIX

Dare uerba, paßim obuium eſt apud omnes autores, pro eo quod eſt fallere. Perſius quarta Satyra:

-Vt manus, da uerba, & decipe neruos. Terentius,
Cui uerba dare difficile eſt. Ouidius,
Verba dat omnis amans.

Idem eleganter tranſtulit ad fallendas animi curas.

Detineo ſtudijs animum, falloq; labores,
Experior curis & dare uerba meis.

Sed tum frequentiora, tum expoſitiora ſunt exēpla, quàm ut operæpretium ſit ea perſequi. Tantum illud admonuerim, nonnihil Veneris acceſſurum prouerbio, ſi longius à ſimplici detorqueatur oratione, uidelicet ad fraudem impoſturámue, quæ uel citra uerborum fucos peragitur. Quod genus fuerit, ſi quis dicat, mundum hūc dare uerba ſuis cultoribus: & alcimuſticam, quam uocant artem, dare uerba ſtudioſis: &, cum ſibijpſi dare uerba, qui ſibi pollicetur haud quaquam ſperanda.

Addere manum. L

Illud inuſitatius quod eſt apud Plautū in Perſa: Addere manum: pro eo quod eſt ludibrio habere. Translatum opinor ab ijs, qui manu ad aurem porrecta, motáq; quampiam irrident. Plautina uerba ſunt hæc: Quid ais, crux, ſtimulorum tritor? Quomodo me hodie uerſaſti, ut me in tricas cōieciſti? Quomodo de Perſa manus mihi addita eſt? Item in Pœnulo: Quo pacto auræ Veneri pulchre adij manū. Rurſum in eadem ſcena: Ego ſaxo poſthac dij deæq; cæteri contentiores magis erunt atq; auidi minus, cum ſcibunt, Veneri ut addiderit leno manū. Idem in Aululatia: Ita illis impuris omnibus adij manum. Iterum in Caßina: Satin' lepide addita nobis manus meritò? Quanquam uarie ſcriptum inuenio, nunc adij, nunc addita. Mihi uidetur rectius legi, addidi, ut accipimus ſumptam metaphoram ab irridentium, ut dixi, geſtu, cuius meminit Perſius:

Nec manus auriculas imitata eſt mobilis albas.

Circumtondere comam. LI

Περιυρίζειν τὴν κεφαλὴν, i. Circūtondere comā, Græcis in prouerbio eſt, pro eo quod eſt, ludibrio habere. Nā id luſus gratia fieri ſolet ſtupidis, ut eis nō ſentientibus cæſaries circumtōdeatur. Lucian. in Miſantropo: ἐκάθησο τὸν κολακέα περικειρόμενον ὑπ' ἀυτῆς. Sedebas cū tibi cæſaries ab illis circumtonderetur. Vſurpat idem in Pſeudomante.

Fucum facere. LII

Fucū facere, pro eo quod eſt impoſturā facere, & artificioſa diſſimulatione deludere, frequens eſt apud bonos autores. Terētius in Eunucho: Per alienas tegulas uenißſe clanculū, fucum factum uulieri. Quo loco, factum, ſupinum eſt, nō participium. Quintus frater ad Ciceronē: Si cum, qui tibi promiſerit fucū, ut dicitur, facere uelle ſenſeris, ut te id audiſſe & ſcire diſſimules. Nā fucus herbæ genus, q̄ Græci ϕῦκον uocāt, tingēdis lanis utile. Vnde ſimpliciter fucū pro colore reperire licet, et fucare pro colorare. Hor. in Odis:

Stercore fucatus crocodili. Maxinè ſi colorem non natiuum aut genuinum, ſed artificioſum, ac uelut adulterinum ſignificemus, ut idem Horatius:

Nec amiſſos colores
Lana refert medicata fuco.

Proinde medicamētū illud, quo cuti ſuperinducto mulierculæ uitia formæ diſſimulāt, quaſiq; perſonā aſſumūt, fucū uocāt. Plaut. Vitia corporis fuco occulūt, ut autē fucus eſt color arte additus, ita perſona facies eſt nō uera, ſed appoſititia: unde eleganter dictū à Seneca: Vt perſonam malit q̄ faciem, i. uideri malit quàm eſſe. Lucretius ūē libro tertio,

Nam ueræ uoces tum demum pectore ab imo
Eliciuntur, & eripitur perſona, manent res.

Cornelius Tacitus in dialogo De Oratorib. Ita nec præceptor deerat optimus quidem & electißimus, qui faciem eloquentiæ non imaginem præſtaret. Itaq; perſonatos dicimus, qui aliud præ ſe ferunt quàm ſint. Quin & offucias uocant, inania quædam rerum ſimulacra, quæ uelut præſtigijs quibuſdam, oculis intuentium imponūt. Græci ſimplici uerbo ψευσθέρα uocant, & ψευσισμὸν, huiuſmodi impoſturam, ψεύστην fuci artificem. Qui ſcripſit etymologicum Græcum, autor inſyncerus & impiorus, uocem deductam exiſtimat παρὰ τὴν πλόκην, quæ Græcis coma dicitur appoſititia. Latini galericulum appellāt. Quin & colorem pro fuco uſurpauit Iulianus citante Vlpiano lib. Pandect. 14. Tit. Ad ſenatuſcon. Macced. cap. 9. Sed Iulianus, inquit, adijcit, ſi color quæſitus ſit, ut filius familiás q̄ē mutuam pecuniam acceptarus erat, fide iuberet. Quin & rhetores, probabilem rationem quam ad defenſionem excogitant, colorem appellant. Iuuenalis:

-Dic aliquem uobis, dic Quintiliane colorem.

Et hærente ſummo rhetore, uxor deprehenſa impudentißimo colore ſe tuetur, -Conuenerat olim
Vt faceres tu quod uelles, nec non ego poſſem
Indulgere mihi.

Album calculum addere, & ſimiles figuræ. LIII

Λευκὴν ψῆφον προσθεῖναι. i. Albū calculum addere, pro approbare, ſubinde legimus apud doctos. Inde ſumptū, quod antiquitus miſſis in urnā calculis, ita ferebātur à iudicibus ſentētiæ, ut albis abſolueret, nigris dāmarent. Qui ſi fortè fortuna fuiſſent æquales, tamē liberabatur reus, eiusq; rei cauſam Ariſtoteles copioſißimè reddit in Problematibus. De calculorū more meminit Ouidius Metamorph. lib. 15.

Mos erat antiquis, niueis atrisq; lapillis,
His damnare reos, illis abſolucre culpa.
Tunc quoque ſic lata eſt ſententia triſtis, & omnis
Calculus immiſtem dimittitur ater in urnam.
Quæ ſimul effudit numerandos uerſa lapillos,
Omnibus è nigro color eſt mutatus in album.

Plinius iunior in epiſtola quadā. Nam quo magis intendā limam tuam, confitebor & ipſum me & cōtubernales ab æditione non abhorrere ſi modo tu fortaſſe errori noſtro albū calculum adieceris, id eſt, ſi noſtrū hunc errorem tuo iudicio cōprobaris. Lucianus in Apologia, ὃν ἐμοὶ μὲν ὦ

Ayuntamiento de Madrid

θέμενος, τὴν λευκὴν παρὰ σὸ καὶ πολὺ μοι ἐνεχθῆναι. i. Illud parui æstimans, si mihi contingat, album absque plenumq; suffragium auferre. Plato lib. De legibus 2. ὃν ἂν τιθέμεθα παῦλαν ψῆφον. i. Illud posuerim hūc calculū. Huc adscribendum quòd Alcibiades, nolens sese iudicium permittere sentētijs, ait, ne matri quidem confidere uelle, sed etiam hāc in eiusmodi periculo suspectam habiturum, ne nigrum calculum pro albo subijceret. Aristides in Pericle, simplici uerbo dixit, ἐπιψηφίζειν, pro comprobare, eamq; uocem tanquam Platonicam usurpat.

Creta notare. Carbone notare. LIIII

Ad hanc formam pertinent & illa: Creta notare, pro eo quod est approbare, & Carbone notare, quod est damnare. Propterea quod Pythagoras aiebat id, quod esset colore candido, ad boni naturam pertinere, quod atro mali. Vnde & felicia alba dicimus, infames nigros. M. Tullius in Actione pro Cecinna de teste Sexto Clodio Phormione: Nec minus niger, inquit, nec minus confidens, quàm ille Trentianus Phormio. Et Horatius:

—Hic niger est, hunc tu Romane caueto.

Idem in Sermonibus:

—Sani, an creta, an carbone notandi.

Quem imitatus Persius, ait in quinto Satyra:

Quæq; sequenda forent, & quæ uitanda uicissim,
Illa prius creta, mox hæc carbone notasti.

Rursum Horatius in Odis:

Cressa neu careat pulchra dies nota.

Candidum calculum Cressum notam appellat, qua ueteres dias fortunatos signare consueuerunt. Tametsi sint qui hoc loco pro Cressa legūt Thressa, quòd hic mos fuisse perhibetur Thracibus. Ad hanc formam pertinet etiam illud: Vnione signare, quod sæpius apud autores est, pro eo quod est, inter felicis prosperaq; numerare. Ductum à ueterū superstitione, qui unumquenq; anni diē, missis totidem in urnam, aut, ut apud Scythas, in pharetram calculis signabant, quem arbitrabantur prosperum abiisse, cādido calculo, aut creta, quem egregie felicem unione: Cōtrà, quem inauspicatum, nigro lapillo notabant. Iuuenalis,

Hunc Macrine diem numera meliore lapillo.

Huius superstitionis meminit Plinius lib. 7. cap. 40. Vana, inquiens, mortalitas, & ad circumscribendam seipsam ingeniosa, computat more Thraciæ gentis, quæ calculos colore distinctos, pro experimēto cuiusq; dici in urna condit, ac supremo die separatos dinumerat, atq; ita de uno quoq; pronunciat. Quid quod iste calculi candore illo laudatus dies originē mali habuit? Hactenus Plinius. Plutarc. in uita Periclis historiam refert ab his non abhorrentem, quā fortassis non ab re fuerit hic ipsius uerbis adscribere: ὀκτὼ μέρη διελὼν τὸ πᾶν πλῆθος, ἐπικλήρῳ, καὶ ὃς λαβόντι τὸ λευκὸν κύαμον σωχεῖσθαι καὶ σχολάζειν παρῆκε, τῷ ἄλλῳ μαχομένῳ, διὸ καὶ φασι τοὺς ἐν σπανθείαις τισὶ γενομένους, λευκὴν ἡμέραν ἀγειν, ἀπὸ τοῦ λευκοῦ κυάμου προσαγορευομένην. Vniuersam multitudinem partitus in octo partes sortibus ducebatur, & cui cōtigisset alba faba, huic cæteris pugnantibus permittebat in conuiuijs atque ocio agere; quapropter etiam aiunt eos, quibus res aliquæ suauiter succedunt, eum diem album uocare, nimirum ab alba fabā. Ad hāc uicinam pertinet, quòd quæ præcipua sunt, ea melioris notæ esse dicimus, ueluti quum M. Tull. alicui salutem dici iubet de nota meliore. Tristem notam dixit Liuius. Decad. 1. libr. 4. Posthumius nulla tristi nota est insignitus, i. nulla crudelitatis infamia aspersus.

Calculum reducere. LV

Calculum reducere, est mutare factū, cuius te pœnitet. Aut uertere consilium rei nō satis commode institutæ. Nonius citat Ciceronē in Hortensio. Itaq; tibi concedo, qd in duodecim scrupis olim, ut calculū reducas, si te alicuius dati pœnitet. Translatū apparet, aut à ratiocinantibus, aut, quod est uero propius, à ludo latunculario. In summa, prouerbij speciē habēt, quæcunq; à calculis fingūtur metaphoræ. Vt, ad calculos uocare, pro eo quod est, rationē inire & æstimare. M. Tull. dialogo De amicitia: Hoc qdē est nimis exigue & exiliter ad calculos uocare amicitiā, ut par sit ratio datorū & acceptorū. Valerius Maximus lib. 4. cap. De liberalitate: Si ad calculos reuocetur, parūm utpote septē iugeribus, & hoc in Pupinia abditis redactū: sin animo prærogantis, omni pecunia maius. Et ad calculos reuerti, est redire ad rationē, ac respectū consiliumq;. Cicero ad Attic. Quare nunc saltem ad illos calculos reuertamur, quos tū abiecimus, ut non solum gloriosis consilijs utamur, sed etiam paulo salubrioribus. Et in Epistolis Plinianis, Mouere calculos, pro eo quod est, proponere rationes. Et ponere, inquit, in utraq; parte calculos, id est, utrinq; rationes expendere. Et hic calculus accedat. i. hoc momēti adiungatur. Neq; quicquam prohibet eadem ratione dici, decedere calculum, & detrahere calculum.

Θ præfigere. LVI

Theta præfigere, pro damnare. Persius:

Et potis es uitio nigrum præfigere Theta.

Ausonius in pædagogū ligurito cē carmine Choliambico,

Misselle doctor, & tibi sit obscœno,
Tuumq; nomen, theta fictilis signet.

Sunt qui hoc ad figuram Græcanicæ literæ referant, quòd ea cordis humani transfixi speciem quodammodo repræsentet. Nam nescio an debeamus Isidoro credere, qui primo Etymologiarum libro scribit, ita militari more solere fieri, ut cæsi Θ, salui T signarentur. Certe de hoc signo T fit mentio etiam in Apocalypsi, quæ beati Ioannis Euangelistæ nomine legitur. Sed uero similius, quod scribit Asconius Pedianus, olim in iudicijs sortes, quæ mittebantur in urnam, triplicem notam habere solere. Ac Θ quidem damnationis fuisse symbolum, T absolutionis, Λ ampliationis. i. quoties significabant sibi parum adhuc liquere, ac denuo cognosci oportere.

Stellis signare, obelo notare. LVII

ἀστρασι σημαίνεσθαι, ἢ ἀστρασι τετμήσεσθαι. i. Stellis notare. Eustathius in quintū Odysseæ librum, admonet dictum de his, qui longā ac desertam uiam peragunt, adeo ut necessū habeant regionum situm, stellarum obseruatione signare. Ductam autem esse metaphorā à nauigantibus quibusdam cousq; procedentibus à terra, ut iam cœlum undiq;, & undiq; pontus, stellarū indicio cursum moderari soleant, maximè Cynosuræ, & Helices, teste Arato ὑφ' φαινομένοις,

Οἱ τὴν μὲν κυνόσουραν ἐπίκλησιν καλέουσι,
Τὴν δ' ἑτέρην ἑλίκην μάλιν γε μὴν ἄνδρες ἀχαιοὶ
Φοινίκη τετμήσονται ἵνα χρὴ νῆας ἀγινεῖν.
Τῇ δ' ἄρα φοίνικες πλώουσι πρῴσωσι θαλάσσαν.
ἀλλ' ἡ μὲν καθαρὴ καὶ ἐπιφράσσασθαι ἑτοίμη,
Πολλὴ φαινομένη ἑλίκη πρόσω νυκτὸς ἀπ' ὄρφνης,
ἡ δ' ἑτέρη ὀλίγη μὲν, ἀτὰρ νάυτῃσιν ἀρίστη,
Μαστῆρι δ' ἐπὶ πᾶσα τετεσκέφαται σκεφάλῃσι,
Τῇ καὶ σιδόνιοι θοώτατα ναυτίλλονται.

Quorum carminum interpretationem ascribam ex Germanici Cæsaris interpretatione,

Hic Iouis altrices Helice, Cynosuraq; fulgent.
Dat Graijs Helice cursus maioribus astris,
Phœnicas Cynosura regit: sed candida tota,
Et liquido splendore Helice, nitet haud prius ulla
Cum sol Oceano subiecit condidit ora,
Stella micat cœlo septem qua Cressa flammis.

Ayuntamiento de Madrid

Certior eſt Cynoſura tamen ſulcantibus æquor,
Quippe breuis totam fido ſe cardine uertit,
Sidoniamq; ratem nunquam ſpectata ſefellit.

Et Aratum imitatus Ouidius, libro De triſtibus quarto:

Magna, minorq; fera, quarum regis altera Graias,
Altera Sidonias, utraq; ſicca ratcis.

Idem indicat Vergil. in 5. de Palinuro loquens:

Talia dicta dabat, clauumq; affixus, & hærens,
Nũquã amittebat, oculosq; ſub aſtra tenebat. Idẽ alibi,
Cuncta notat tacito labentia ſydera cœlo.

Conſimiliter Homerus cum aliàs, tum Odyſſ. lib. 5.

Αὐτὰρ ὁ πηδαλίῳ ἰθύνετο τεχνηέντως
ἥμενος, οὐδέ οἱ ὕπνος ἐπὶ βλεφάροισιν ἔπιπτε,
Πληϊάδας θ' ὁρόωντι, καὶ ὀψὲ δύοντα Βοώτην.
ἄρκτον θ', ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν,
Ἣ τ' αὐτοῦ τροφέεται καὶ τ' Ὠρίωνα δοκεύει,
Οἴη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν ὠκεανοῖο. id eſt,

Ille quidem nauim arte regens, clauo aſſidet hærens,
Nec ſinit illapſo torpeſcere lumina ſomno,
Pleiadas, ſeroq; recondentem ora Bootem
Suſpectans, urſamq; alio cognomine plauſtrum,
Quæ fixa uſq; loco ſe circumflectit eodem,
Et nunquam Oceani liquidis aſpergitur undis.

Vnde ἄγροις σημαίνεσθαι τὴν ὁδὸν uidentur ij, qui notulis quibuſdã & coniecturis arte deprehenſis, rẽ alioqui perueſtigatu difficilẽ inquirũt, aut aſſequũtur: aut qui ſignis quibuſdã multo ante colligunt quid ſit euenturum. Poſtea deflexũ eſt, ut ſtellas prænotare dicantur, qui quippiã uelut animaduertendum inſigniunt. Cui diuerſum ὀβελίζειν. i. ueru prænotato quaſi iugulare ac damnare. Translatũ ab Ariſtarcho, qui Homeri carmina in corpus redegit atq; in libros digeßit, uerſus nothos, hoc eſt, adulterinos & ſubditicios, qui nõ uidentur ſapere uenã illam Homericã, ὀβελίσκοις. i. minutis uerubus prænotatis damnãs. cõtrà, qui uiderentur inſignes ac genuini, ἀστερίσκοις. i. ſtellulis illuſtrans. Quem morẽ ſequutus eſt et Origenes, et diuus Hieronym. in literis diuinis. Quin hoc ipſum Ariſtarchi cognomen in prouerbiũ abijt, quòd is eum damnandi notulis probandiq; morẽ excogitarit. M. Tull. Attico: Totũ hunc locum, quem in ariſtocratia, ego uarie meis orationibus, quarũ tu Ariſtarchus es, ſolco pingere, de flamma, de ferro, noſti illas λυκβδους, ualde grauiter pertexuit. Atticum uocat ſuarũ orationum Ariſtarchum. i. cenſorem & emendatorem, quòd illi mos fuerit, ſi quæ parũ probaſſet in ſcriptis Ciceronis, ea ceris rubris notare. Quod quidẽ alibi declarat idem M. Tullius, lib. ad Attic. 16. Quæ mihi florentia uiſa ſunt tuo iudicio. Cerulas enim tuas miniatulas illas extimeſcebam. Idẽ ad Dolabellã: Profert alter opinor, duobus uerſiculis expenſum. Alter Ariſtarchus hos ὀβελίζει. Ego tanquam criticus antiquus iudicaturus ſum. Item M. Varro De lingua Latina Ariſtarchos appellat, criticos grammaticos, qui de libris iudicant. Et Horatius: Fiet Ariſtarchus. i. caſtigator & expenſor alieni ſcripti. Et diuus Hieron. ſubinde quempiã ſui temporis. Ariſtarchũ uocat, quòd arbitrio ſuo alia dãnaret, alia probaret.

Notari ungui, & ſimilia. LVIII

Ad eandem formã pertinent hæc quoq; Notare ungui, quòd ſoleat ungui ſignũ apponi, ubi quid parũ placet. Horatius dixit, Trãſuerſo calamo ſignũ apponere, pro eo quod eſt, damnare. In eundẽ ſenſum, cenſoria uirgula, legitur identidem apud diuum Hierony. pro caſtigandi notandiq; autoritate. Item apud Quintil. lib. Inſtitutionũ primo. Qua quidẽ ita ſunt ſeuere uſi ueteres grãmatici, ut non uerſus modo cẽſoria quadam uirgula notare. A cenſoribus Romanis traductum, quorum partes erant notare, ſi quid in moribus ciuitatis dignũ emendatione iudicaſſent, ac mulctam dicere. Eodẽ pertinent ſpongia, lima, cælum, quæ in emendationis prouerbiũ abierunt. Spongia deletur, quod non placet. Lima detrahitur atq; expolitur quod redundat, quodq; incultum eſt: cælo deformatur itẽ ac fingitur id, quod eſt rudius. Proinde in ſpongiam incubuiſſe dixit Auguſtus Aiacẽ ſuum, quem deleuerat. Et elimata dicuntur expolita. Et ſculpturam orationis, cultum dicunt.

Stilum uertere. LIX

Stilum uertere, eſt mutare quod ſcripſeris. Horatius in Sermonibus:

Sæpe ſtilum uertas.

Antiquitus in tabellis ceratis ſcribitabant ſtilo graphiario, cuius altera parte, nimirum acuta, per æquor cereũ ducta literas exarabant, altera latiore, rurſum oblitterabant quod exaraſſent. Hieronymus aduerſus Rufinum: Quamdiu non renuebam laudationem tuam, ſequebaris ut magiſtrum, fratrem & collegam uocabas, & catholicum in omnibus fatebaris. Poſtquam uero non agnoui laudes tuas, & me indignum tanti uiri præconio iudicaui, uertis ſtilum, & omnia laudata prius, uituperas, de eodem ore & dulce proferens & amarum. Hieronymus imitatus eſt Ciceronem, qui Verrinarum actionum 3. ſcribit in hunc modum: Timuit aliquando & commotus eſt: uertit ſtilum in tabulis ſuis, quo facto cauſam omnẽ euertit ſuam. Inuenitur & ſtilum infigere, & ſtilo appetere, pro eo quod eſt, ſcriptis inſectari atq; inuehi.

Omne tulit punctum, Omnium calculis. LX

Omne tulit punctum, & cũctorum calculis, legimus pro eo quod eſt, omnium ſententia & comprobatione. Quorum prius translatum eſt à cõſuetudine comitiorũ, ubi tabellæ circumferri cõſueuit, in qua puncto appoſito ſignificabãt, cui candidatorum ſuffragarentur: poſterius à iudiciorum ſortibus, de quibus paulo ſuperius meminimus. Horatius: Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci. Nam qui iucunda modo ſcribũt, ijs duntaxat placent, qui uoluptatem appetunt: contrà qui utilia, ab ijs tantũ probãtur, quibus utilitas quæritur: at qui uoluptatem cũ utilitate coniunxit, is omnium ſuffragio laudabitur. Idem in Epiſtolis:

Diſcedo Alcæus puncto illius, ille meo quis?
Quis, niſi Callimachus? Item in epigrammate Choliambico, quod refertur à Porphyrione:

Ciconiarum Rufus iſte conditor,
Hic eſt duobus elegantior Plancis.
Suffragiorum puncta non tulit ſeptem.

Ariſtides in Themiſtocle: ὃ κοινὸν ἅπασιν ἐλλήνων. i. Qui eſt cõmunis Græcorum calculus, dixit pro eo quod erat, totius Græciæ conſenſus, Cicero lib. Tuſcu. quæſt. 2. Quæ flamma eſt, per quam non cucurrerunt, qui hæc olim punctis ſingulis colligebant? Agit autem de magiſtratibus, qui ſingulorum ciuium ſuffragijs mandabantur. Apuleius Aſini ſui lib. 6. Certe calculo cunctorum, utcunq; mors ei fuerat deſtinata. i. omnium ſuffragijs ſententijsq;.

Cumani ſero ſapiunt. LXI

ὀψὲ σοφθάνουσι οἱ κυμαῖοι. i. Sero ſapiunt Cumani. Id adagiũ refertur à Strabone Geographiæ lib. 13. putatq; eos uulgò male audiſſe, tanquam ſtupidos atq; inſulſos, ob hãc cauſam, quòd ducentis annis portus uectigalia exegerint, hoc nomine, ut urbem ædificarent, quæ dare tamen non deſierunt, cum iam urbs eſſet extructa. Adijcit & aliam fabulam: Cumanos publica pecunia mutuò accepta, porticus conſtruxiſſe: deinde cũ pecuniã eam ad diẽ præſcriptum non reddidiſſent, à deambulatione fuiſſe prohibitos. aliquanto poſt cum ingens eſſet pluuia, creditores ludibrij cauſa præconem miſiſſe, qui publicarent edictum, uti

Cumani

Ayuntamiento de Madrid

Cumani porticus ſubirent. Atq; ita uoce præconis admonitos ſubijſſe: inde natũ adagiũ, ſero ſapere Cumanos, qui non niſi moniti ſenſerint defugiendã eſſe pluuiã. Notat et Stephanus Cumã ac Leſbum male uulgò audiſſe ſtupiditatis nomine. Prouerbiũ autẽ nõ ſentit de Cumis Italiæ, ſed Aeolidis, quæ eadẽ dicta fuiſſet Amazoniũ & Phriconitis, aut, ut Herodotus lib. 1. Phriconis. Simillimũ illi: Sero ſapiunt Phryges. Nihil enim uetat, quo minus dicatur & in illos, q non niſi ſuo malo docti prudent recte monẽtibus.

Mala attrahens ad ſeſe, ut cæcias nubes. LXII

Κακ' ἐφ' ἑαυτὴν ἕλκων ὥσπερ καικίας νέφη. i. Sic mala ſibijpſi, ut cæcias nubem attrahens. Verſus eſt ſenarius prouerbio celebratus in eos, qui ſibijpſis litium ac negotiorũ materiã pariunt accerſuntq;. Ducta ſimilitudine ab eius uenti natura, cui nomen cæcias, quẽ Plinius media inter aquilonẽ & exortũ regione flare ſcribit, & unũ contra aliorũ ſeptentrionalium uentorum naturã, nubes non pellere, ſed attrahere. Quin ipſius aſcribam Verba. Ventorũ, inquit, etiã frigidiſſimi ſunt, quos à ſeptẽtrione diximus ſpirare. Vicinus his corus. Hi & reliquos compeſcunt, & imbres abigunt. Humidi auſter & aphricus, & præcipue auſter Italiæ. Narrant & in Ponto cæciam in ſe trahere nubes. Hactenus Plinius. Ariſtot. lib. De mũdo putat cæciã circa ortus æſtiuos flare: additq; hunc à nõnullis eundẽ haberi cum illo, quem alij θρασκίαν nominãt, flatq; proximus argeſtæ. Quid autẽ in cauſa ſit, ut hic uentus nubes nõ more reliquorum à ſe propellat, ſed ad ſe uocet, Ariſtoteles in Meteorologis conatur oſtendere. Vel quòd alius, inquit, uentus reflet aduerſus eodẽ tẽpore, uel quòd hic è ſublimi cœli parte ſpirans, puta orientali, nõ tranſuerſus per terrã feratur, ſed recuruata linea, propter reflexũ, unde exortus eſt, eò recurrit. Atq; ita fit, ut nubes ad ſeſe cogat. Vnde idem in lib. De mundo, cæciã inter eos uentos numerat, q ἀνακάμπτουσι. i. reſupinati flatus uocantur. In problematis autem ſectione uigeſima ſexta, duas huiuſce rei cauſas reddit. Alterã hanc eſſe putat, quòd eodẽ tempore reflet alius uentus cæciæ contrarius. Altera non diſſonat ab ijs, quæ retuli: nempe cæciam ſpirare ab eminentiore cœli regione, nimirũ ab ea quæ uergit ad orientem: hanc autem eſſe æditiorẽ quàm occiduam, colligit ex magnitudine & altitudine maris occidentalis. itaq; fieri, ut cæcias occiduã regionẽ aduerſus inuadens, nubes cõtrahat, easq; ſuo in ſe reflexu ad ſe trahat. Huius rei mentionẽ facit & Plutarch. in Vita Sertorij, ſcribens hũc ducẽ, animaduerſa cæciæ natura, qui tũ fortè flabat, Cacitanos, aut ut Græci codices habent, Characitanos hoſtes ad deditionẽ coegiſſe ad hunc modũ. E regione ſpeluncarũ, in quibus illi ſe continebant, obiecit aggeres cinericios. Quibus incurſatione equitũ concitatis, cæcias tantũ pulueris in fauces ſpeluncarũ deuexit, ut cũ ferre non poſſent, ſeſe Sertorio in manus darent. Refertur adagium ab A. Gellio, lib. 2. cap. 22. idq; ex Ariſtotele. Refertur & à Theophraſto, libr. De natura uentorũ. Sed ab hoc atq; item ab Ariſtotele refertur ut uideatur etiam in bonam partẽ dici poſſe. Ait enim ἕλκων ἐφ' ἑαυτὴν τὸ πλεῖστον ὥσπερ ὁ καικίας νέφη. i. Attrahens ad ſeſe diuitias, ut cæcias nubes. Plutarchus in cõmentario cui titulus, Quo pacto quis poſſit ab inimicis iuuari, ὡς δὲ καικίας τὰ νέφη, οὕτως καὶ ὁ φαῦλος βίος ἐφ' ἑαυτὸν ἕλκει τὰς λοιδορίας. i. Quemadmodum enim cæcias nubes, itidẽ improba uita, probra ad ſeſe attrahit. Vſurpat idem in bonã partem in Præceptis politicis. Vnde de re quauis dici poſſe uidetur in utramlibet partẽ. ut, hic ad ſeſe eruditorum hominũ gregem attrahit, perinde ut cæcias nubes. Hic undiq; pecunias attrahit ad ſeſe, quẽadmodum cæcias nubes. Hunc omnes bonæ felicitates non aliter ſequũtur, quàm cæciã nubes. Nuſquam abſunt iurgia, ubicũq; hic adeſt: neq; enim ſecus ad ſeſe lites attrahit, quàm cæcias nubes. Conſimiliter ad rem referri poteſt: Res eſt tumultuoſa ambitio, quippe inuidiam, ſimultatem, profuſionem atq; id genus alia incommoda non aliter attrahit ad ſeſe, quam cæcias nubes. Modeſtia cunctorum hominũ beneuolentiam allicit ad ſeſe, itidem ut cæcias nubes.

Oleum in auricula ferre. LXIII

Oleum in auricula ferre, eſt apud Martialẽ. Quo loco mihi non ſatis facit interpres Domitius Calderinus, uir alioqui probe doctus. Nam poëta taxare uidetur hominem rigidas ſupinaq; aure, id quod etiam Græci notãt, ἀνὰ ἓς ἔχων, ἀντὶ τοῦ ἄνω τὸ οὖς ἔχων. i. ſublimem & ſupinam aurem habens. Carmen Martialis eſt huiuſmodi:

Narratur quidam belle dixiſſe Marullo:
Qui te ferre oleum dixit in auricula.

Porrò ut in Problematibus ſcripſit Ariſto. aures aqua infuſa offenduntur, oleo non itẽ. Quin ſi fortè aqua in aurẽ inciderit, oleo infuſo medemur, dũ lubrica facta aure, aqua deſluat. Proinde et urinatores oleũ auribus inſtillare cõſueuerunt, quo minus aqua lædãtur. Hinc itaq; uidetur natũ adagiũ, nempe à geſtu eorũ quibus eſt aliquid liquoris infuſum, qd ne effluat, aurẽ ſupinant, quaſi auerſantes ac faſtidientes audire. Neq; tamen negauerim poſſe referri ad aßẽtatores, q uelut oleũ in aurẽ inſtillãt, dũ iucũda loquuntur magis quã ſalutaria. Cui diuerſum eſt illud Perſianũ:

Auriculas teneras mordaci radere uero.

Huc igitur pertinebit & illud euãgelicum, de uenditoribus olei. Verum cui placet hic ſenſus poſterior, in auriculam, accuſandi caſu legat oportet. Quod quoniam & prouerbij ſpeciem præ ſe gerit, & uulgò iactatum Martialis indicat, non exiſtimaui prætereundum.

Quid ſi cœlum ruat? LXIIII

Τί ἂ ἐφορὰν ἡμῖν οὐρανὸς. i. Quid ſi cœlũ ruat? Ironia prouerbialis in eos, q tutiſſimis etiã in rebus ridicule tinẽt. Hoc inde manarit, Ariſtot. indicat li. τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ 5. ſcribens priſcis illis & rudibus mortalibus perſuaſum fuiſſe, cœlũ hoc qd uidebant immunere, Atlantis humeris ſuſtineri. Quòd ſi ille ſe ſubduxiſſet, fore ut è ſublimi in terrã decideret. Idq; nõ ſolũ poëtarũ figmẽtis fuiſſe proditũ, uerumetiã à phyſicis nonnullis adfirmatũ. Plutarc. in li. De facie quæ apparet in orbe lunæ, citat Phenacẽ quẽdã, qui metuerit ne luna decideret ĩ terrã, q; cõmiſeratus ſit uicẽ eorũ qui lunæ fòrẽt ſubiecti, cuiuſmodi ſunt Aethiopes ac Taprobani, ſi tãtũ põdus in eos rueret: idẽ ueritus de terra cœloq;, niſi columnis Atlanticis fulcirentur. Theognis:

ἔρ μοι ἔπειτα πίοσι μέγας ἐφορὰς ὀλύμπου
Χάλκιος, ἀνδράσιν ἄλεμα παλαιγενέσιν. id eſt,
Deinde meo uaſtus capiti illabatur Olympus
Ferreus, antiqui quod metuere uiri.

Terent. ἓν ἑαυτὸν τιμωρούμενος. Quid ſi redeo ad illos, qui aiunt: Quid ſi nunc cœlum ruat?

Alluſit huc Horatius in Odis:

Si fractus illabatur orbis
Impauidum ferient ruinæ.

Vmbram ſuam metuere. LXV

Τὴν ἑαυτοῦ σκιὰν φοβεῖσθαι. i. Suã ipſius umbrã metuere dicuntur qui pueriliter trepidant, ubi nihil omnino ſit periculi. Translatũ uel ab his, qui fortè cõſpecta corporis ſui umbra, ſubito expaueſcunt. Vel à melancholicis quibuſdam, qui autore Ariſtotele, propter oculorũ imbecillos ſpiritus in aëre proximo ueluti ſuã quandã imaginẽ contemplantes, arbitrãtur ſeſe ſuos uidere manes. Socrates in Phædone Platonis: Tu uero tuã, quemadmodũ dici ſolet, metuẽs umbram

Ayuntamiento de Madrid

umbram.i.tibijpſi diſſiſus. Quintus ad Ciceronẽ de conſulatu petendo: Alter ucro,quo dij boni ſplendore eſt. Primũ nobilitate eadẽ qua Catilina. Num Maiore? Non:ſed uirtute. Quamobrẽ qui manũ umbram ſuam metuit,hũc negliges quidem.Quanquã is locus nõ uno modo erat deprauatus in codicibus.Plutarchus Symp.probl.Decade 7. τὸ μὲν τὴ σκιᾶς ἀναπίμπλαθαι καὶ ὄνειρα καὶ δυσχεράναι, ἀληθῶς σκιὰν δόξῃ φοβεῖσθαι.i. Qui umbræ nomen refugiat,ac moleſte ferat, is ucre umbram uidebitur formidare. Agit autem de umbris ita uocatis,qui non ipſi uocati à conuiuatore,ſed uocatum ſequentes adeunt conuiuium.

Vel muſcas metuit præteruolitantes. LXVI

Prouerbialis eſſe uidetur hyperbole,quã refert Ariſt.7. De repub.li.ἀλλὰ δεδιότα μὴν τὰς παραπετομένας μύας.i. Qui muſcas,inquiẽs,etiã præteruolitãtes metuit.i.quãuis friuola de cauſa, Idem ſimilẽ quandã cõmemorat in Moralium ſeptimo, loquens de ijs qui uſqueadeo natura ſunt timidi,ut etiã ſi forex obſtrepat,protinus expauescant.

Funem abrumpere nimium tendendo. LXVII

ἀποῤῥαγήσεται τεινόμενον τὸ καλώδιον. i. Abrũpetur tenſus funiculus.In eos dici ſolitũ,qui dũ extrema experiuntur, alienãt à ſe eos cum quibus agunt,& unuerſæ rei iacturam faciunt,dum plus ſatis attenti ſunt ad lucrũ.Lucianus in dialogo quodam, matrem lenam facit obiurgantem filiam,quòd amatorem in conuiuio nimis peruicaciter contempſerit. periculum autem eſſe,ne præter modum exacerbatus atq; iritatus iuuenis amorẽ pariter & commodum alió conuertat.καὶ ὅρα,inquit, μὴ κἀμὲ τὴν παροιμίαν ἀποῤῥήξωμεν τάνυ τείνοσαι τὸ καλώδιον. i. Ac uide, ne iuxta prouerbium, abrumpamus dum nimium tendimus funiculũ.Pindarus apud Plutarch.νῆ λύοντι τὸν δυσφόρων σχοινίων μεμνῶν.i. Atq; intolerabilium curarũ funiculum ſoluenti.Quanquam hoc ab adagio non nihil eſt diuerſum,magisq; congruit cũ illo,quod eſt apud Senecã in Epiſtolis ad Lucillium, de explicanda catena negotiorum,atq; adeo abrũpenda,ſi nequeat explicari.Prouerbium generaliter trahi poterat ad quemlibet conatũ immodicum,& ob id in malum aliquod erumpentem. Huic finitimũ eſt illud Hebræorũ,haudquaquã inſcite,neq; inuenuſte dictum prouerbiũ:qui nimium emungit fortiter, elicit ſanguinem. Nec abhorret Mimus ille Publianus:

Furor fit læſa ſæpius patientia. Atq; alter huic conſimilis,eiuſdem opinor,etiamſi Senecæ nomine fertur:

Bonus animus læſus, grauius multo iraſcitur.

In matellam immeiere. LXVIII

ἐς τὸν ἀμίδα ἐνουρεῖν.i. In matellam immeiere. Cum ſordide tractantur,aut ad munus aliquod parũ honeſtũ adhibentur ij,qui non indigni uideantur,utpote ipſi ſordidi atque inhoneſti,quaſiq; ad cõtumelias ferẽdas facti.Lucianus de mercede ſeruientibus. δόλερ ὅρ ὅτ' ἀῦτοὶ δεινὸν πάσχοισιν ἄρ, οὔτ' ἐκεῖνοι ὑβρίζειν δοκεῖσιν ἐς τὸν ἀμίδια φασὶν ἐνουρῆσες.i. Itaq; nec hi quicquã indignum aut acerbum patiantur,neq; illi eos cõtumelijs afficere uideantur,ſi quod aiunt,in matellã immingant.Siquidem ad hũc uſum quaſi naſcitur matella. Ex aduerſo Martialis Baſſum quendam ioco taxat,qui in aureum uas incacaret,cũ uitro biberet.

Ventris onus miſero,nec te pudet,excipis auro
Baſſe,bibis uitro,carius ergo cacas.

Riſus Ionicus. LXIX

Γέλως ἰωνικὸς.i.Riſus Ionicus,in molles & uoluptuarios dicitur. Nam Ionum mollicies perinde ut Sybaritarũ faſtus in prouerbiũ abijt,quòd alteri Græcorum, alteri barbarorũ eſſent luxurioſiſſimi. Athenæus lib. Dipnoſoph.12. de luxu Ionum locutus,ait extare paræmiam aureã, quæ mores eius gentis teſtificetur,hanc ut opinor,intelligens. Idem lib.14. docet,ſaltationis genus olim fuiſſe laſciuũ ac petulans,quod Ionicum diceretur. Valerius Maximus li. Rerum memorabiliũ 2. prodidit Ionas primos unguenti coronarumq; in conuiuio dandarum, & ſecundæ menſæ conſuetudinẽ haud parua luxuriæ irritamenta reperiſſe. Maximus Tyrius in diſſertatione,cui titul. Quis ſit philoſophiæ finis : Crotoniates,inquit,Olympicũ oleaſtrum admirat,Spartiates armaturam,uenationes Cretenſis, luxum Sybarites,Ionchoros. Hinc Horatius in Odis.

Motus doceri gaudet Ionicos
Matura uirgo.

Laſciuas ſaltationes, & parum decoras geſticulationes ſignificans. Vnde & apud Ariſtophanem ἰωνικῶς, pro eo quod eſt ἁβρῶς.i.molliter ac delicate.

Riſus Megaricus. LXX

Γέλως μεγαρικὸς.i. Riſus Megaricus,in eos dicẽdũ,qui parũ tẽpeſtiue iocantur,quiq;,quod uetat Quintilianus,malunt aliquoties amicũ,quàm dictũ perdere. Aut quorum artes iam in contemptum abierunt,ſucceßione maiorum artificum obſcuratæ. Neq; male quadrabit in ſenes, qui ætate alienã, luſus quoſdam indecoros, ac uoluptates iuueniles turpiter conſectantur. Nam Ionica comœdia uiguit ad tempus:Deinde in cõtemptum uenit,irriſa ab Atheniensibus.De riſu intempeſtiuo celebratur & hic ſenarius.

Γέλως ἄκαιρος ἐν βροτοῖς δεινὸν κακόν. id eſt,
Non in loco ridere pergraue eſt malum.

Riſus Chius. LXXI

Γέλως χῖος.i.Riſus Chius,de molli laſciuoq; luſu. Quandoquidem et Chiorum mores taxauit uetus comœdia. Adagium commemoratur à Diogeniano.

Quicquid in buccam uenerit. LXXII

Quicquid in buccam uenerit.Quoties libere quoſpiã ac tuto loqui ſignificamus,incircũſpecte,& qcquid forte fortuna in animũ inciderit.Quemadmodũ apud fidos amiculos facere ſolemus, apud quos impune quiduis nugamur atque effutimus.M.Tullius ad Attic.lib.14. Aut ſi nihil erit,qđ in buccã uenerit ſcribes.Idem lib.12. Quid cum corã ſumus,& garrimus quicquid in buccã uenit.Recte torquebitur et in eos q temere atq; incõſideratę loquũtur,pinde quaſi ſermo illis non in pectore naſcatur,ſed in faucibus.

Quicquid in linguam uenerit. LXXIII

Huic planè germanum eſt illud, quod uſurpat Lucianus in libello De ratione conſcribendi hiſtoriam,ἐπινοοῦντες ἢ μὴ ἀναπλάττοντες, ὅτιοῦν ἐπ' ἀκρασίαν γλώττης φασὶν ἔλθῃ.i.comminiſcentes affingentesq; quicquid uerbi temere in linguam,ut aiunt,uenerit.Plato dictum libr. De repub.8.citat ex Aeſchylo Tragico pœta.Vſurpauit & Athenæus libr.Dipnoſophiſt. 5. καὶ ἡ ἀπόνοια ποιητὴν, ὅτιοῦν ἐπ' ἀκρασίαν γλώττης ἔλθῃ.i.Iuxta pœtam qui dixit,quicquid temere in linguam uenerit. Hoc uolut interpretans Iſocrates in oratione panathenaica, ὅμοιον ἂν εἶναι δόξαιμι τοῖς ἀνοήτοις καὶ φορτικῶς,καὶ χυδαίως ὅτι ἂν ὑπέλθῃ λέγουσι.i. Simulus uidebor ijs qui temere & arroganter ac futiliter quicquid in mentẽ uenerit, loquuntur.

Momo ſatisfacere,& ſimilia. LXXIIII

Τῷ μώμῳ ἀρέσκειν.i. Momo ſatisfacere. Prouerbialis eſt hyperbole.Heſiodus in Theogonia & Momi cuiuſdam meminit,quẽ ait,Nocte matre,Somno patre progenitũ.Huic deo mos eſt, ipſum quidẽ nihil operis ædere, ſed aliorum deorum opera curioſis oculis contemplari,& ſi quid eſt omiſſum, aut perperam factum, id ſumma cum libertate carpere.Nã μῶμος Græce reprehenſionẽ ſonat. Ariſtoteles De partib.animaliũ lib.3. meminit huius qui naturã

incuſar

Ayuntamiento de Madrid

inciſarit, quòd bobus cornua in capite ac nõ in armis potius addiderit, uidelicet quo uehemẽtius poſſint ferire. Ad quod alluſiſſe uidetur Lucianus, cũ in 2. Veracũ narrationũ lib. ſcribit ſe uidiſſe boues quoſdã, quibus cornua ineſſent, nõ in frõte quẽadmodũ reliquis, ſed ſub oculis. Idq; ita uiſum eſſe Momo. Huius idẽ Lucianus cũ alijs cõpluribus locis meminit, tũ in dialogo De hæreſibus, huiuſmodi quãdam de eo fabulã refert. Mineruam, Neptunum & Vulcanũ de principatu artificij inter ſe contendiſſe. Et ut quiſq; artis ſuæ præcipuũ aliquod ſpecimẽ ædoret, Neptunum taurũ quendã finxiſſe, Mineruã domũ excogitaſſe, Vulcanũ hominẽ cõpoſuiſſe. Momus delectus arbiter certaminis, et artis expẽſor. Ille inſpecto uniuſcuiuſq; opere, præter alia quæ in reliquorũ operibus reprehendit, illud potiſſimũ in hominis opificio notauit, quòd artifex non in pectore feneſtras aut hoſtiola quædã addidiſſet, quo perſpici poſſet qd in corde lateret, qd'illi ſpecuoſum alioqui, multisq; receſſibus ſinuoſum finxiſſet: cuius fabulæ mentionẽ facit et Plato. Philoſtratus in epiſtola quadã ad uxorem, de Momo ſcribit in hãc fermẽ ſententiã. Hũc in Venere nihil alioqui qd reprehẽderet inueniſſe, niſi q; ſandalium illius calumniabatur, ut ſtridulũ, nimisq; loquax, ac ſtrepitu moleſtũ. Quod ſi Venus citra ſandaliũ inceſſiſſet, ita ut emerſit à mari, tota nuda, nullã omnino anſam carpẽdi Momus inueniſſet. Qui qdẽ deus tametſi nõ perinde gratus eſt atq; cæteri, propterea q; pauci uerã reprehenſionẽ libẽter admittãt, tamẽ haud ſcio an ullus alius è maxima poëticorũ deorũ turba ſit utilior. Quanquam nunc noſtri Ioues excluſo Momo ſolã Euterpen audiãt, blãda ſalutaribus anteponẽtes. Hic igitur Momus uarias adagiorum formas ſuppeditat. Vel cũ Plato De repub. lib. 6. ſcribit, philoſophiæ ſtudiũ eſſe eiuſmodi, ut ne à Momo quidẽ poſſit reprehẽdi. Vel cũ Venus Lucianica iã itura in iudicium, negat ſe dubitaturã, etiã ſi Momus ipſe iudicaturus eſſet. Vel cũ Cicero ſcribit ad Attic. lib. 5. Quod me maxime hortaris, & qd'pluris eſt quàm omnia, in quo laboras ut etiã Ligurino Momo ſatisfaciã, moriar ſiquicquã fieri poterit elegantius. Ergo prouerbij ſpeciẽ habebũt omnes id genus formulæ. Haud dubitẽ tecum uel Momo iudice decertare. Inculpatior eſt eius uiri uita, quàm ut uel Momus ipſe poſſit carpere. Hãc faciẽ ne Momus quidẽ poſſit reprehẽdere. Nec Momũ iudicẽ recuſarim. Hæc uel Momo ipſi ſatis faciãt. Et ſi quæ fingi poſſunt conſimiles. Ad hanc formã pertinet illud Ouidianũ de forma Adonidis:

Laudaret faciem liuor quoque.

Breuiter omnes id genus hyperbolæ prouerbij faciẽ obtinent, ueluti Terentianũ illud: Ipſa ſalus ſi cupiat, ſeruare domũ hanc nõ poſſit. De familia deplorata. Itẽ de loco uehementer munito: Hanc arcem ne Mars quidẽ ipſe expugnarit. De homine præfracto ac ptinaci: Huius animũ ne Vertumnus quidẽ ipſe uerterit. De fœmina ſupra modũ uiroſa: Huius fœminæ libidinẽ ne Priapus quidẽ ipſe ſatiarit. De re neutiquã pbabili, iſtud ne Pitho quidẽ ipſa perſuaſerit. De re tacitu difficili: Hoc ne Harpocrates quidem ipſe aut Angerona cõtinere queat. In tanto rerũ ſtrepitu ne Somnus quidẽ ipſe ſomnũ ceperit. De homine præter modũ ſuſpicaci & diffidẽti, iſte ne Fidei quidẽ ipſi fidem habeat. Hic uel Argũ fallat, de uehemẽter aſtuto. Hic miſerior eſt, quã ut ei uel ipſa inuidere poſſit inuidentia. Verũ de his loquẽdi formulis admonuimus in opis huius initio.

Cœlo ac terræ loquí. LXXV

Qui fruſtra uociferantur, cœlo ac terræ loqui dicuntur. Sic enim ſolent, qui diffidunt hominum præſidijs exclamare: ô cœlum, ô terra. Theognetus apud Athenæum libro 3. ac rurſus libro 15.

Περιλαλόφρικας, γῆ καὶ ὀρανῷ λαλῶν,
Οἷς ἄλλῳ ὅτῳ τὲ μελὲς τ' οὐ λόγων. id eſt,
Terræ loquens cœloq; philoſophatus es,
Sed hiſce nulla eſt cura ſermonis tui.

Confine eſt illi quod alibi retulimus: Vento loqueris.

In portu impingere. LXXVI

Eſt apud Quintilianũ in Inſtitutionibus: In portu impingere, pro eo quod eſt, ſtatim in ipſo operis ingreſſu peccare. Vſurpatur et à diuo Hieron. in apologia ſecũda aduerſus Ruffinũ: Statim de portu egrediens, nauim impegi. Idem ad Pammachiũ: Egredientes de portu ſtatim impegimus. Sumptum à nauigantibus, qui magno cum dedecore prius quàm portu exierint, nauim illidunt. In diuerſum ſenſum inflexit Papyrius Fabianus, referẽte Seneca in cõtrouerſijs: Nauim in portu mergis, de ſene q luxuriari cœperat aliena ætate. Apte dicetur in omnes qui negotio iã propemodum cũ laude confecto, in extremo degenerant. Idẽ eſt apud Græcos, ἓν ᾧ λιμένι προσορμίζῃ. i. In portu impingere. Nilus quidam Græcus autor ita refert, μὴ ἐπάρῃς, μή πως τὸ ναυάγιον ἓν ᾧ λιμένι γένηται. i. ne efferaris animo, ne fortè naufragium tibi fiat in portu.

In limine deficere, aut offendere. LXXVII

Huic proximum ſit illud: In limine offendere, aut deficere. Translatum ab ijs qui domum egreſſuri, ſtatim in limine pedem offendunt, prius quàm quicquam occeperint agere. Vergilius.

—Cur indecores in limine primo Deficimus?

Id eſt, ſtatim, ac uix dum inito bello. Duriuſcule dixit Q. Curtius lib. 6. In ipſo limine uictoriæ ſtamus, pro eo quòd eſt, proxima eſt uictoria. Huic contrariũ eſt quod in Epiſtolis ad Lucillium ſcribit Seneca: In ſummo deficit cliuo. Ducta translatione ab ijs qui conſcenſo propemodum monte, tum deſiſſantur, cum proximi ſunt cacumini.

Cantherius in porta. LXXVIII

Confine eſt ſuperioribus: Cantherius in porta. Natũ à Sulpitio Galba quodã, cui cum prouinciam exituro, cantherius in porta cecidiſſet: Rideo, inquit, te cantheri in porta, cum tam longũ iter ſis iturus, iam laſſum eſſe te, cum uix dum ſis ingreſſus. Quod dictum in prouerbiũ abijt. Refertur adagiũ à Feſto Pomp. in dictione, ridiculus. atq; is indicat conuenire, cum quis in principio rei uix inchoatæ deficit animo. Quid autẽ ſit cantherius, dilucide exponit, nempe equus exectis teſtibus, ut hoc differat cãtherius ab equo, quo mas alis à uerre, capus à Gallo, ueruex ab ariete.

Citra puluerem. LXXIX

ἀκονιτὶ. i. Citra puluerem. Græci dicunt contingere, quo quis facile citraq; negotiũ potitur, translatum uel ab Aphe. i. à puluere is contactu, quo ſe ſpargebat in palæſtrico certamine congreſſurus: uel certe à puluere quo non indecore ſordidari ſcripſit Horatius eos qui certãt Olympia, qui'ue bellum gerunt. Plinius libr. 35. Alcimachus Dioxippum, qui pancratio olympia citra pulueris tactum, quod uocãt ἀκονιτὶ. uicit. A. Gellius libr. 5. Ouandi, inquit, cauſa eſt, cum deditione repente facta, ſine puluere ut dici ſolet, incruentaq; uictoria obuenit. Horatius in Epiſtolis:

Quis circum pagos & circum compita pugnax
Magna coronari contemnat olympia, cui ſpes,
Cui ſit conditio dulcis, ſine puluere, palmæ?

Inuenitur & ἀνιδρωτὶ. i. citra ſudorem, & ἀναιματὶ. i. citra ſanguinem.

Deſerta cauſa. LXXX

ἐρήμη δίκη. i. Deſerta cauſa, cum nemo repugnat. Translatũ à iudicijs, ubi nonnunquã altera pars cedẽs tradit cauſam aduerſario. Itaque deſerta cauſa uincere, eſt uincere nullo

contrà

Ayuntamiento de Madrid

cõtrà pugnãte. Lucianus in Ioue tragœdo: ὡς τε τἄλλο, ἢ δὴ ἐρήμης κρατεῖν ὅτω δοξομεν. i. itaq; quid aliud uidebimur fecisse, quàm deserta causa uicisse? Idẽ in Toxaride: Καὶ τοσάντας πόλεις ἐρήμω ὑπὸ σοῦ ἁλῶναι. i. Totq; ciuitates, nullo defendente, abs te capi. Vsurpat & Socrates in apologia apud Platonẽ: ἐρήμω κατηγορῆντες ἀπολογουμένου δοκοῦμεν. i. Deserta causa, nullo defendẽte accusantes. Iureconsulti cõposita uocc ἐρημοδίκια uocant. Ita Paulus, Pandect. lib. 4. tit. De minorib. cap. & si sine dolo. Itẽ in Eremodicijs ei subuenitur. Cõstat autẽ omnis ætatis hominibus restitutionẽ Eremodicij præstari debere, si doceãt se ex iusta causa abfuisse. Rursum lib. 46. tit. Iudicat. solui. cap. Quum quærebatur. Si interposita iudicatum solui stipulatione, quis reũ non defenderet, postea ex eremodicio sententiã esset passus, an ob rem iudicatã clausula cõmittatur &c. Rursum in Codice lib. 3. tit. De iudicijs, ca. Properandũ. Sin autẽ reus abfuerit, & similis eius, pcesserit requisitio, quemadmodum pro persona actoris diximus, etiã absente reo Eremodiciũ contrahatur. Hæc Iustin. Est igitur ἐρημοδίκιον quũ altera parte absẽte fertur sentẽtia.

Citra arationẽ, citra q; sementẽ. LXXXI

Quæ citra nostrã operam casu nobis eueniunt, ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα contingere dicunt Græci. Lucianus in Parasito: ὅτι δὴ μόνῳ κύμῃ τὸ σοφὸν ὅμοιον ὅτε φυτεύῃ χερσὶ φυτὸν, ὅτε ἀροῖ, ἀλλὰ τὰ ἄσπαρτα, καὶ τὰ ἀνήροτα πάντα νέμεται. i. Quod uidelicet unus iuxta egregiũ illũ Homerum, nec manibus plãtat, nec arat, uerũ citra sementem, citra arandi laborẽ fruitur omnibus. Idẽ in Rhetorũ didascalo: Σοὶ δ' ἄσπορα καὶ ἀνήροτα φυέσθω πάντα. id est, Tibi porrò citra seminandi arandiq; laborem proueniãt omnia. i. citra studium. Natum apparet adagium à fabula insularum fortunatarum, de quibus Horatius in Odis:

Reddit ubi Cererem tellus inarata quotannis,
Et imputata floret usq; uinea.

Sumptum est autẽ, opinor, ex Homero, qui Odysseæ li. 9. Cyclopum terram describit ad hunc modum:

Κυκλώπων δ' ἐς γαῖαν ὑπερφιάλων ἀθεμίστων
ἱκόμεθ', οἵ ῥα θεοῖσι πεποιθότες ἀθανάτοισιν
Οὔτε φυτεύουσι χερσὶ φυτὸν, οὔτ' ἀρόωσιν.
ἀλλὰ τά γ' ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα πάντα φύονται
Πυροὶ καὶ κριθαὶ, ἠδ' ἄμπελοι ἄφατοι φέρουσιν
οἶνον ἐριστάφυλον, καὶ σφῖν Διὸς ὄμβρος ἀέξει. id est,
Venimus in terram, quam magnanimi Cyclopes
Et legum expertes habitant, hi numine freti
Diuũm, nec manibus terræ plantaria figunt,
Vomere nec segetem proscindunt, quin ea cuncta,
Nulla semente, & nullo nascuntur aratu,
Ordea, frumentum, plenisq; onerata racemis
Vineta, & largis hæc Iuppiter imbribus auget.

Dormientis rete trahit. LXXXII

Εὕδοντι κύρτος ἁρεῖ. i. Dormienti rete capit. In eos quibus citra conatũ obtingunt ea quæ cupiunt. Natũ ex euentu, q; aliquando acciderit, ut dormientibus piscatorib. pisces fortè retibus inuoluti caperentur. Quidam ad Timotheũ imperatorẽ Athenienſium referunt, cui q; multa feliciter obtingerẽt, magis cõmoditate fortunæ, quàm ipsius opera, εὐτυχὴς. i. felicis cognomẽ inditũ. In huius inuidiã pingebant nõnulli fortunã ad rete cogentẽ urbes, illo iuxta dormiẽte. Quos ille sic eluſit, autore Plutarcho, ut diceret: Si huiusmodi urbes capio dormiẽs, quid me facturũ arbitramini, si uigilaro? Huc alluſit Terentius cũ ait in Adelphis: Quid credebas dormiẽti hæc tibi cõfecturos deos? Et illã sine tua opera in cubiculũ iri deductũ domũ. Non dissimili forma dictũ est apud T. Liu. lib. ab Vrbe cõdita 7. Vnicũ belli ducẽ qui nihil agenti sibi de cœlo deuolaturã in sinũ uictoriã censet. M. Tull. in Verrẽ actione ult. Sed non idẽ mihi licet quod ijs, q nobili genere nati sunt, qbus omnia populi Romani beneficia dormiẽtibus deferũtur. Quin et hodie uulgò dicitur in id genus homines: Fortunatior est quàm sapientior. Et Eupolis comicus apud Athenæum:

—ὦ πόλις πόλις
ὡς εὐτυχὴς εἶ μᾶλλον ἢ καλῶς φρονεῖς. id est,
—O ciuitas, ô ciuitas
Vt tu quidem es felix magis quàm prouida.

Congruunt quæ dicentur in prouerbio, Athenienſium inconsulta temeritas.

Cum mula pepererit. LXXXIII

Adagium peruetustum: Cum mula pepererit, quoties significamus aliquid nunquã futurũ, aut adeo raro solere accidere, ut improbũ ac stultum uideatur sperare. Ortũ uideri potest ex eo quod refert Herodotus in Thalia: Cum Babyloniorũ urbs obsideretur à Dario, quidã Babylonius conuicijs insectans Darium, atq; exercitũ, Quid, inquit, istlic desidetis Persæ? Quin potius absceditis, tunc expugnaturi nos, ἐπεὰν ἡμίονοι τέκωσι. i. cũ mulæ pepererint: uidelicet ratus id nullo unquã tempore futurũ, propterea quòd natura steriles sunt mulæ. At paulopost euenit, ut Zopyro mula quæpiã pareret, quo quidem ostento in spẽ capiẽdæ Babylonis erectus est, ac cepit. Huic simile quiddã refertur à Suetonio in uita Galbæ Cæsaris. Huius auo procurãti fulgur, cum aquila de manibus exta rapuisset, & in frugiferam quercum contulisset, summum, sed serũ imperium portendi familiæ, responsum est. Atq; ille irridens: Sanè, inquit, cũ mula pepererit. Quod omen ita arripuit Galba, ut eũ postea res nouas molientẽ, nihil æquè confirmarit ac mulæ partus, cæterisq;, ut obscœnũ ostentum horrẽtibus, solus pro lætissimo acciperet, memor sacrificij dictiq; auiti. Plin. lib. 8. cap. 44. de mularũ sterilitate scribit hunc in modum: Obseruatũ est è duobus diuersis generibus nata, tertij generis fieri, & neutri parentũ esse similia. Eaq; ipsa quæ ita nata sunt, non gignere in omni animalium genere, idcirco mulas non parere. Huius rei causam adfert Alexander Aphrodiscus, quòd semina natura & habitu diuersa, si commisceantur, tertiũ quiddam ab utroq; diuersum conficiunt, uimq; simplicium prorsus amittunt: ueluti si misceas albũ nigro, abolitis utriusq; coloribus, redditur fuscus ab utroq; diuersus, quem Græci λευκόφαιον appellãt. Sed multo exactius de his Aristot. lib. De generatione animaliũ 2. cap. 6. refellẽs Democriti & Empedoclis rationes. Quanquam proditum est in annalibus Romanorum mulas peperisse sæpe, uerũ id prodigij loco habitum, ut eodem in loco quem modo citaui, testatur Plinius. Theophrastus uulgò parere in Cappadocia tradit. Aristoteles lib. De natura animalium 1. cap. 6. tradit mulas coire ac gignere, in Syria supra Phœnicen: sed esse id animal ibi sui generis, etiam si simile.

Ad Græcas calendas. LXXXIIII

Huic affinẽ habet sensum, ad Græcas calendas, pro nunquã: Propterea q; Græci non habẽt calendas more Latinorũ, sed νουμηνίας. i. nouilunia. Atq; ad lunæ recursus Græci soluebãt usuras: Vnde Strepsiades in Nubibus Aristophanis, optat sibi incantatricẽ quampiã, quæ carminibus suis efficiat, ne quãdo luna exoriatur: sic enim fore, ut nõ reddat usuras: quandoquidẽ trapezitæ ad lunas mutuã dant pecuniã, & lunis usuræ crescunt. Huc itaq; respexit Augustus, cũ diceret ad Græcas calẽdas soluturos, quos nunquã reddituros mutuũ significabat. De quo in ipsius uita scribit Tranquillus ad hunc modũ: Quotidiano sermone quædã frequẽtius et notabiliter usurpasse eũ litteræ ipsius αὐτόγραφοι ostentant. In quibus identidem, cum aliquos

nunquam

Ayuntamiento de Madrid

nunquã ſoluturos ſignificare uult, ad Calendas Græcas ſoluturos ait. Huic ſimile eſt, qd nũc inter eruditos iactatur, anno magno Platonis, quem exiſtimant nunquam futurũ.

Aceſſæi luna. LXXXV

Ἀκεσσάιος σελήνη. i. Aceſſæi luna. Dictũ in cõperendinatores, qui nouã ſubinde cauſam cõminiſcuntur, quo negotiũ proferant: à nautæ cuiuſdam moribus ortum cui Aceſſæo fuerit nomen. Is cũ eſſet ignauus, ita prorogare conſueuit nauigationẽ, ut ſe diceret lunam magis opportunam expectare. Nã Græci, præcipueq; ex his Lacedæmonij, quicquid eſſent rerum auſpicaturi. ſuperſtitioſe lunam obſeruabant. Id quod tacite notat Euripides, cum in Iphigenia in Aulide reſpõdet Agamemnon, tum nupturã filiam, ubi lunæ dexter circulus aduenerit, uidelicet de plena luna ſentiens. Lucianus in libello De aſtrologia, palàm refert Lycurgũ legem inſtituiſſe Lacedæmonijs, ne prælijs inirent ante pleniluniũ. In eam ſuperſtitionem iocatur Ariſtophanes: τῇ πανσελήνῳ. i. pleniluniõ, ſero aut nunquam futurũ ſignificans. Etenim cũ Datis & Artaphernes ductores regis Perſarũ, in Marathonem irrupiſſent, pleniluniũ obſeruabãt, ut tũ exirent in prælium. Ergo prius quàm illi uenirẽt, Athenienſes bellũ aggreſſi ſunt. Hiſtoriæ meminit Herodotus lib. 6. Inde quaſi prouerbio de cunctantibus, & quauis occaſione rẽ proferentibus, dicitur, ἐν τῇ πανσελήνῳ. i. pleniluniõ. Adagiũ refertur à Diogeniano. De lunis Laconicis & alibi nõnihil nobis dicitur.

Vbi per harma fulgurarit. LXXXVI

ὁπότε δὶ ἅρματος ἀστράπτοι. i. Vbi per harma fulgurat. De ijs quæ nimis cunctanter ac ſero, aut admodũ raro fiunt, aut cũ nimis anxie ac ſuperſtitioſe captatur rei gerendæ opportunitas. Strabo li. geographiæ 9. unde natũ ſit adagium, indicat ſcribens uicũ quempiã eſſe deſertũ atq; infrequentẽ apud Mycaletũ Bœotiæ, ſeu Mycaleſſum Tanagræi iuris, quẽ harma. i. currum nominant. Rurſum alterũ ab hoc diuerſum, eiuſdẽ tamẽ nominis in Attica, quæ quidẽ tribus ex Atticæ populo Tanagræ ſimilis, atq; ob hãc ſimilitudinẽ nominis quoq; cõmunionem ſortitũ. Cæterum harma Bœotiæ ſic uocatũ, q Amphiarao excuſſo currus inanis in eũ locũ delatus ſit, ubi nunc ſacellum eius extat. Alij ferũt Adraſto fugiente, currũ eius eo loco confractũ fuiſſe, ipſum Arionis opera ſeruatũ: hinc natã parœmiam: ὁπότε δὶ ἅρματος ἀστράπτοι i. Vbi per harma fulgurat, uidelicet Pythicis uatibus fulgur aliquod certũ, qd ex eo loco ueniret, obſeruãtibus, eoq; uiſo ſacra Delphos mittẽtibus. Obſeruabãt autẽ ad mẽſes treis, ſingulis mẽſibus treis dies, noctesq; totidẽ: idq; è Iouis fulguralis foco, q eſt in muro inter Pythiũ & Olympiũ. Hæc fermè Strabo. Vſum adagij Plutarc. palã indicat in Sympoſiacis: Οἱ γάρ, inquiẽs, σπανίως καὶ δι' ἅρματος ὥς φασιν ἑστιῶντες, ἀναγκάζονται τὸ πρόσφορον καὶ ἀναγράφειν. i. Etenim q raro & per harma, ut aiunt conuiuium exhibent, hi coguntur utcunq; accõmodum, ac notum deſcribere. Itaq; de raris & incertis dici ſolũ uidetur. Poterit & per iocum accõmodari ad ea, quæ nunquam eueniura credamus, quemadmodũ aiunt, ad Græcas calendas.

Lydius lapis, ſiue Heraclius lapis. LXXXVII

Λίθος Ἡρακλέα ἢ λίθος Λυδός. i. Heraclius, ſiue Lydius lapis. In eos dicitur, q uehemẽter acri exactoq; iudicio ſunt, Refertur à Theophraſto lib. De natura lapidũ. Ait enim lapidẽ quendã eſſe, qui Lydius ſeu Heraclius dicatur, qui attritu aurum atq; argendum cuiuſmodi ſit arguat. Hunc quendã Magnetem putant, uelut Herculanũ, qui ferrum ad ſeſe trahit: unde nomẽ etiã additũ σιδηρείτης, ſed ex Theophraſti uerbis ſatis liquet βάσανον ſignificari, quẽ Latini uocant indicem, in quem Battus ille paſtor apud Ouidium transfiguratus eſt, manente nimirum etiamnum in lapide prodendi ſtudio. Nec Heraclijũ uocatũ ab Hercule, ſed ab Heraclea Lydiæ ciuitate. De hoc meminit Plin. li. 33. ca. 8. his quidẽ uerbis: Auri argentiq; mẽtionem comitatur lapis, quẽ coticulam appellant, quõdam non ſolitus inueniri, niſi in flumine Tmolo, ut autor eſt Theophraſtus, nũc uero paſſim, quem alij Heracleum, alij Lydium uocant. Sunt autem modici, quaternas uncias longitudinis, binasq; latitudinis nõ excedentes. Iis coticulis periti, cũ è uena luna rapuerint experimentũ, protinus dicũt, quantum auri ſit in ea, quantũ argenti uel æris, ſcrupulari differentia, mirabili ratione non fallẽte. Huc alluſit Theocritus in Aita:

Λυδὸν ἴσον ἔχῃ τὸν ἐὸν πόδα. id eſt,
Vt Lydo lapidi par os habeam.

Nimirũ quo in uarijs oſculis optime iudicaret, ciuis eſſẽt, ſic enim ineptiunt amantes. Scholiaſtes putat hos lapides apud Lydos inueniri, & hinc prouerbiũ ortum. Et ne dubites quin de indice loquatur, ſequitur - χρυσὸν ὁποῖόν

Πείθοντα μὴ φαῦλον ἐτάτυμον ἀργύριόν. id eſt,
Cuius ab effectu explorat menſarius aurum
Sit ne probum.

Adagium accõmodari poteſt uel ad perſonam, uel ad rẽ. Ad perſonam hoc pacto: Tu ſcriptorum meorũ optimus iudex, planeq;, quod dici ſolet, λίθος Ἡρακλέα. Item hoc modo: In penſitandis æſtimandisq; ingenijs emunctiſſimæ naris, ac prorſum Lydius, ut aiunt, lapis. Ad rẽ transfertur hoc pacto. Adoleſcentium ingenia libertas aperit, uiris commiſſum imperium, Lydius, quod aiunt, lapis eſt.

Amuſsis alba. LXXXVIII

Λευκὴ γάμμη. i. Alba amuſsi, hoc eſt, nullo delectu, ac citra diſcrimen. Aulus Gellius in Noctibus Atticis: Nanque illi omnes, & eorũ maximè Græci, multa & uaria lectitantes, in quas res cunq; inciderant, alba, ut dicitur, linea ſine cura diſcriminis, ſolã copiã ſectati cõuerrebant. Plutarch. in cõmẽtario, περὶ τῆς ἀδολεσχίας. Εἰ μὲν οὖν ἀτεχνῶς, ἡ λευκὴ γάμμα πρὸς τοὺς λόγους ἀδολέσχης. i. Eſt igitur planè alba linea erga ſermones garrulus, propter ea quòd nullo delectu quauis de re quiduis nugetur. Effertur & expreſsius adagiũ à nõnullis, λευκῷ λίθῳ λευκὴ γάμμα. i. In albo lapide alba linea. Diciturq; uel in eos, q nullo ſunt iudicio, uel in ſtupidos, uel in eos, qui incertis probant, aut ſignificant incerta. Sophocles in Cidalione apud Suidam:

Οὐ μᾶλλον, ἢ λευκῷ λίθῳ λευκὴ γάμμη,
Τοῖς μὲν λόγοις τοῖς σοῖσιν ὀ τεκμαίρομαι. id eſt,
Nihilo mihi plus indicat ſermo tuus,
Quàm lapide in albo ſignat alba linea.

Citatur à Nonio Marcello Lucilius lib. 30. ſed corrupte, ut opinor. Quod genus ſunt pleraq; illius:

_Et amabat omneis
Nam diſcrimen non facit, neq; ſignificat linea alba.

Vſurpatur & à Platone in dialogo, cui titulus, Charmides, ubi Socrates ait, ſe erga formoſos adoleſcẽtes perinde eſſe, ut albam amuſsim in albo lapide, propterea quod neque diſcerneret, ſatis inter formas, & omnes ex æquo amaret. Solet enim funiculus ille minio oblini, quo diſcrimen faciat, unde & rubricam uocauit Perſius:

Ac ſi oculo rubricam dirigat uno.

Eadem per eadem. LXXXIX

Αὐτὰ δὶ αὐτῶν. i. Eadem per eadem. Refertur in collectaneis Diogeniani, de his, qui ſemper eadem inculcant, aut eadem aſſidue faciunt. Non diſsimile illi, quod alio reddidimus loco, ὁ Διὸς κόρινθος. i. Iouis Corinthus. Poteſt & in eos torqueri, qui res nugaces nugaciter tractant, ueluti ſi quis in autorem indoctũ indoctos ſcribat commẽtarios, aut

Ayuntamiento de Madrid

aut in obſcœnum obſcœnos.

Ad amuſsim. xc

Frequens eſt apud autores, ad amuſsim, examuſsim, examuſſatim, amuſſatim, pro eo quod eſt exquiſita diligẽtia, atq; exactiſsima cura. Gellius lib. 1. cap. 4. Ad hæc omnia ſcripta antiquiora tam curioſe ſpectabat, aut uirtutes perſibat, aut uitia rimabatur, ut tuaticum factũ eſſe ad amuſſim diceres. Et amuſsitata pro examinatis apud Noniũ. Translatum à fabris lapidarijs, aut lignarijs, qui funiculo illo regulari, operis æqualitatem explorant. Quanquam Feſtus in dictione Examuſsim teſtatur, amuſsim quibuſdã eſſe non lineam, neq; regulam, ſed ferramentum quo fabri in poliendo utantur. Perſius de poëta abſoluta carmina componente, quod modo citauimus:

–Scit tendere uerſum,
Non ſecus, inquit, ac ſi oculo rubricam dirigat uno.

Item in carmine de uiro bono, quod Vergilio tribuunt:

Ne quid hiet, ne quis protuberet angulus, æquis
Partibus ut coëant, ne quid deliret amuſsis.

Vſurpat idem Baſilius ad nepotes, cũ iubet unamquamq; diſciplinam ad finem felicitatis referre, perinde quaſi lapides, iuxta Doricum prouerbium, ad amuſsim dirigentes. Natum uideri poteſt apud Homerum Odyſſeæ ε. cũ loquitur de Vlyſſe nauem ſibi fabricante:

Εἶσε δ' ἐπισταμένως, κανὶ τύκι πάντα μεμύκει. id eſt,
Expoluit multa arte ſuperq; induxit amuſsim.

Rurſus Iliados ο.

Ἀλλ' ὡς τε πάντα μὲν ἐπὶ νῆϊον ἴδμονι τέκτονι
Τέκτονος ἐν παλάμῃσι πολύφρονος ὅς τε μάλιστα
Εὖ ἐπίστηται σοφίης ὑποδημοσύνησιν ἀρηρώς. id eſt,
Materiam uetuſti nauilem exæquat amuſsis,
Ducta fabri docti digitis, qui calleat artem
Quæcunq; eſt, tenuatq; probe, monitrice Minerua.

Eſt apud eundem & alijs aliquot locis.

Ad unguem. xci

Ad unguem, eundem habet ſenſum. A' marmorarijs ſumpta metaphora, qui ſuperinducto ungui, commiſſuras explorant marmorum. Horatius:

–Fonteius ad unguem Factus homo:

Id eſt, abſolutus. Idem in Arte,

Carmen reprehendite, quod non
Multa dies, & multa litura coërcuit, atq;
Perfectum decies non caſtigauit ad unguem.

Vergilius ſecundo Georgicôn libro,

Nec ſecius omnis in unguem
Arboribus poſitis ſecto uia limite quadret, Perſius:
Vt per leue ſeucros
Effundat iunctura ungues.

Macrob. Saturn. lib. 1. Nec quiſquã alius tam futilis poſſet eſſe iudicij, qui Romani anni ſic ad unguẽ, ut aiunt, emendatum ordinẽ non probaret. Ad conſimilem modũ Græci quod exactũ ſit, & impenſius accuratũ, ὀνύχου uocant. Plutar. De præceptis bonæ ualetudinis: Ἡ μὲν ὑγιεινὴ σφόδρα καὶ ὀνύχου λεγομένου ἀκριβής. i. Itaq; uehemẽter exacta, quæ ad unguem obſeruata dicitur uictus ratio. & ἐξονυχίζειν, pro ἀκριβῶς ἐξετάζειν. Quã uocẽ uſurpat & Athenæus li. 3. ἐξονυχίς ἐστι τὰ παραλειπόμενα τοῖς πάνυ ἀκριβολογουμένοις τὰς ἀκάνθας. i. Porrò ad unguem explorata omnia, quæ congruunt ijs, qui cum ſpinis diſputãt.

Incudi reddere. xcii

Eleganter Horatius incudi reddere dixit, pro eo quod eſt, refingere ac mutare, corrigereq;:

Et male tornatos incudi reddere uerſus.

Conſimuli forma dicunt recoquere. Quintilianus libr. 12. Sed præcipue tamen Apollonio Moloni, quem Romæ quoq; audierat, Rhodi rurſum reformandum, ac uelut recoquendum dedit. Item Horatius:

Recoctus Scriba ex quinqueuiro.

Lesbia regula. xciii

Leſbia regula, dicitur quoties præpoſtere, nõ ad rationẽ factum, ſed ratio ad factũ accõmodatur. Et cum lex moribus applicatur, nõ mores ad legẽ emendãtur: aut quoties princeps ſe populi moribus accõmodat, cũ contra cõueniat plebem ad principis arbitriũ uitam inſtituere, ſi modo princeps ipſe ad honeſti regulã ac ſcopũ reſpiciat. Huius adagij mentionẽ facit Ariſtoteles 5. Moral. lib. Τὸ γὰρ ἀορίστου καὶ ὁ κανὼν, ὥσπερ καὶ τῆς Λεσβίας οἰκοδομῆς ὁ μολύβδινος καιών. πρὸς γὰρ τὸ σχῆμα τῆς λίθου μετακινεῖται, καὶ ὁ μόνιμος κανών. i. Siquidẽ infinitæ rei infinita itẽ regula, quemadmodũ plũbea Leſbiæ ædificationis regula: ad lapidis enim figurã tranſmouetur, neq; manet regula.

Indignus qui illi matellam porrigat. xciiii

Hyperbole prouerbialis eſt, de uehementer inæqualibus, ac ne ulla quidem ex parte conferendis. Martialis,

Diſpeream ſi tu Pyladi præſtare matellam
Dignus es, aut porcos paſcere Pirithoi.

Nam ordidiſsimũ obſequiũ eſt, micturienti matulã exhibere, quo qui ſit indignus, is uidelicet nimio inferior uidetur. Vnde diuus Hieronymus in epiſtola ad Nepotianũ, inter ſordida captatorũ miniſteria hoc quoq; cõmemorat: Ipſi, inquit, apponunt matulam, obſident lectum. Plutarchus in Apophthegmatis Laconicis refert puerũ quendã Spartanum ab Antigono captum ac uenditum, paruiſſe quidem emptori in omnibus quæ nõ eſſent indecora ingenuis. Cæterũ iuſſus adferre matulã detrectauit obſequiũ, addens, Non ſeruiam: Surgente domino, puer, ſenties, inquit, quẽ emeris, ſimulq; conſcenſo tecto ſeſe præcipitẽ dedit. Extat & hodie uulgò tritiſsimus ſermo: Indignus eſt, qui illi calceos detrahat. Quod adagium uſurpatum eſt in literis Euangelicis à Ioanne Baptiſta. Quin etiam negãt eodem die nominandos, quos admodũ inæquales uolunt uideri.

Scopæ diſſolutæ. Scopas diſſoluere. xcv

Homines nihili, nullius q; prorſus conſilij, Cicero ſcopas diſſolutas nominat, ſcribens ad Attic. epiſt. lib. 7. his quidẽ uerbis: Cæſarem uidi Minturnis ad viii. Cal. Febr. mane, cum abſurdiſsimis mãdatis, nõ ad homines, ſed ſcopas diſſolutas, ut id ipſũ ille mihi uideatur irridẽdi cauſa feciſſe. Idem in oratore perfecto, agens contra eos qui numeros orationis cõtemnunt, ſcopas diſſoluere dixit, pro eo quod eſt rem prorſus inutilẽ efficere. Nam ſcopæ colligatæ, & ſpeciem uidentur habere qualemcunq;, & ad uerrendum pauimentum ſunt accõmodatæ. Porrò ſi diſſolueris, nihil inutilius, nihil inelegantius. Tulliana uerba ſunt hæc: Sed ſi quos magis delectant ſoluta, ſequantur ea ſanè: modo ſi qs Phidiæ clypeũ diſſoluerit, collocationis uniuerſam ſpeciem ſuſtulerit, nõ ſingulorũ operũ uenuſtatẽ: ut in Thucydide, orbem modo orationis deſidero, ornamenta cõparent. Iſti autem cum diſſoluunt orationem, in qua nec res, nec uerbum ullum eſt, niſi abiectum, non clypeũ, ſed ut in prouerbio eſt, & ſi humilius dictum eſt, tamen conſimile eſt. ſcopas, ut ita dicam, mihi uidentur diſſoluere.

Apertis tibijs. xcvi

Apertis tibijs. i. clariore uoce. Translatum à tibicinibus, qui quædam obturatis tibiarũ foraminibus, quaſiq; preſſiore ſono canunt, quædã apertis tibijs, acriore ſonitu. Quintil. Inſtitutionum lib. 11. Illa uero iam penè apertis, ut aiũt, tibijs, qui quocunq; inciderunt, uetercm conſuetudinẽ fori, & priſtinum morẽ iudiciorum requirunt. Venuſtior erit

metaph

Ayuntamiento de Madrid

metaphora, ſi quis dicatur apertis tibijs inuehi in quempiam, id eſt, non clanculum obtrectare, ſed palàm inſectari, lacerareq; conuicijs: aut apertis tibijs laudes cuiuſpiam celebrare, id eſt, palàm & magnifice. Fortaſſis ad hanc ſententiam pertinet ſenarius ille Græcus quem citat Tullius in Epiſtolarum ad Atticum lib. ij. ex poëta neſcio quo: Cn. quidem, inquiens, noſter, planè iam quid cogitet neſcio:

Φυσᾷ γὰ οὐ σμικροῖσι αὐλίσκοις ἔτι. id eſt,
Neque enim minutis iam ille ſpirat tibijs.

Videtur innuere, Pompeium ingētia promittere per legem agrariam, & rem maximam moliri. Athenæus lib. 4. refert tibiarum genus, quas Anacreon ἡμιόπους appellat, cæteris minores, ſonoq; minus claro, quod ipſum indicat cognomen.

Quid opus erat longis canere tibijs? XCVII

Dion lib. 1. huiuſmodi quoddam adagium refert Τί γὰ μέλει μακροῖς αὐλοῖς αὐλεῖν, id eſt, Quorſum attinebat me longis tibijs canere? Idq; aiunt conuenire in eos, qui ſumpſiſſent inanem operam, aut ſumptum. Ductum ab Othone, qui poſt cæſum Galbam fecerat ſacrum, in quo exta inauſpicatos exitus portendebant. Itaq; pœnitens ſumptus & operæ fruſtra inſumptæ fertur ita dixiſſe: τί με ἔδει μακροῖς αὐλοῖς αὐλεῖν, quæ uerba deinde in uulgi fabulam abierunt. Olim in ſacris, longis tibijs cani ſolitum eſt, qui mos poſtea ſublatus, autore Plutarcho. Meminit huius & Suetonius in uita Othonis: Poſtridie quoq;, inquit, in augurando tempeſtate orta, grauiter prolapſum, identidem obmurmuraſſe: τί γὰ μοι καὶ μακροῖς αὐλοῖς. id eſt, Quid mihi cum longis tibijs? Quo quidem loco demiror quid commouerit quendam, non obſcuri nominis interpretem, ut reiectis Suetonij uerbis uelut adulterinis, Dionis ſupponenda putaret: quaſi uero nephas ſit autoribus eandem ſententiam diuerſis explicare formis, aut quaſi non elegantius etiam dixerit Suetonius quàm Dion.

Vtinam mihi contingant ea, quæ ſunt inter Corinthum & Sicyonem. XCVIII

Euſtathius enarrans Iliados. 2. librum ait hunc uerſum olim prouerbio fuiſſe celebratum:

Εἴη μοὶ τὰ μεταξὺ κορίνθου καὶ σικυῶνος. id eſt,
Sit mihi quod Sicyonem interiacet atque Corinthum.

Id inde uenit in adagium, quòd urbs utraque eſſet opulentiſſima, agriq; longe feraciſſimi interiacerent. Ariſtophanes in Auibus, indicat ex oraculo natum:

Αλλ' ὅταν οἰκίσωσι λύκοι πολιάς τε κορώνας,
Ἐμ πάντῃ τὸ μεταξὺ κορίνθου καὶ σικυῶνος. id eſt,
Cornix cana lupusq; ubi eadem ſede morantes
Quod ſpatium Sicyonem dirimit atque Corinthum.

Interpres adſcribit Æſopo conſulenti de parandis opibus, ita reſponſum fuiſſe:

Εἰ τὸ μέσον κτήσαιο κορίνθου καὶ σικυῶνος. id eſt,
Si teneas quod agri Sicyonem, interq; Corinthum eſt.

Refertur & à Zenodoto, atque item Athenæo lib. Dipnoſophiſtarum 5. conueniet ubi quis optat ingentia. Poterit & per iocum torqueri in eum, qui quod aſſequi non poteſt id uotis tamen quaſi ſomniat. Simili figura dictum eſt illud Theocriti in Ergatinis:

Αἴθε μοι ἅσαν ὅσα κροῖσος πόκα φαντὶ πεπάσθαι. id eſt,
Quæ Cræſum tenuiſſe ferunt, utinam illa mihi ſint.

Deum eſſe, deum facere. XCIX

Hyperbolæ ſunt prouerbiales de ſingulari laude dignis. M. Tullius in Oratoris ſui lib. 2. In quo tu mihi, inquit, deus eſſe uideris, id eſt, ſingularis ac ſummus. Terentius in Adelphis: Deum te facio, id eſt, ſummis laudibus effero. Inde natum, quòd priſci mortales, ſi quem ob egregias, ac minime uulgares uirtutes ſuſpicicbant, eum deum, ac dijs genitum dicebāt. Id quod euenit Alexādro Magno, Scipioni Africano, Octauio Auguſto, cumq; his alijs compluribus. Cui quidem rei Ariſtoteles adſtipulatur Moralium lib. 7. hanc, inquiens, uirtutem heroicam uelut homine maiorem, & diuinitati proximam uocant. Hinc & Homerus Priamum de Hectore loquentem facit ad hunc modum Iliados ω. —Οὐδὲ ἐώικει
Ανδρὸς γε θνητῷ τάδε ἔμμεναι, ἀλλὰ θεοῖο. id eſt,
Nec iam hominis ſanè mortalis filius ille
Eſſe uidebatur, ſed diuo ſemine natus.

Porrò Laconibus, ut idem teſtatur, peculiaris hic erat mos, ut cum uehementer quempiam admirarentur, diuum uirum appellarent. Idem commemorat Socrates apud Platonem in Menone: καὶ οἱ λάκωνες ὅταν τινὰ ἐγκωμιάζωσι ἀγαθὸν ἄνδρα, θεῖόν φασιν ἀνὴρ ὅτου, id eſt, Et Lacones quoties laudant aliquem uirum bonum, diuinus, inquiunt, uir hic. Inde illa apud Homerum ſolennia: θεῷ ἴκελος καὶ θεοειδής. id eſt, Deo ſimilis, & diuina ſpecie. καὶ ἰσόθεος καὶ ζάθεος. id eſt, Deo par, & admodum diuinus. Contrà, inſigni improbitate uiros, beluas appellamus, idq; etiam uulgò tritiſſimum eſt. Diuus Hieronymus ad Aurelium Auguſtinum ſcribens, per ironiam torſit in quoſdam, non contentos communi hominum iudicio, ſed noua quædam deſiderantes, deos illos appellans. Quintilianus Inſtitutionum lib. 1. hominem omnibus numeris conſummatum, uulgò mortalem deum dici ſolitum indicat. Nam ſapientes, inquit, formantes eum, qui ſit futurus conſummatus undique, & dicunt mortalis quidam deus, non modo cognitione cœleſtium uel mortalium putant inſtituendum &c.

In cœlo eſſe. C

Cui confine eſt, in cœlo eſſe, pro eo quod eſt, ſupra modum fortunatum eſſe ac glorioſum. M. Tullius ad Atticum libro 2. Bibulus in cœlo eſt, nec quare ſcio, ſed ita laudatur, quaſi unus homo nobis cunctando reſtituat rem. Idem alibi ad eundem: Si uero quæ de me pacta ſunt, ea non ſeruantur, in cœlo ſum. Rurſum alibi: Nihil enim συλλογιζομένοις in cœlo eſſe. Huc alluſit Horatius, cum ait:

Dijs miſcent ſuperis. id eſt,

Beatū me & celebrē reddūt. Et Theocritus in Hodœporis,

Ες ὀράνὸν ὔμμιν ἀλεῦμαι.
In cœlum uobis ſaliam.

Ex aduerſo, qui repente decidunt à ſumma felicitate dicuntur ex aſtris decidiſſe. M. Tullius ad Atticum lib. 2 de Pompeio loquens: O ſpectaculum uni Craſſo iocundum, cæteris non item. Nam quia deciderat ex aſtris, lapſus potius quàm progreſſus uidebatur. Sed expende lector, an hoc dictum magis pertineat ad illud quod alibi retulimus: Tertius è cœlo cecidit Cato. Huic formæ cognatum eſt, in cœlum laudibus ferre, pro eo quod eſt ſummopere laudare. T. Liuius Decadis primæ libro 2. Manat tota urbe rumor: Fabios ad cœlum laudibus ferunt.

CHILIADIS PRIMAE CENTVRIA VI.

Sæpe etiam eſt holitor ualde opportuna locutus. I

AVLVS Gellius in noctibus ſuis lib. 2. cap. 6. teſtatur hunc uerſiculum olim prouerbio fuiſſe celebratum:

Πολλάκι καὶ κάπωρος ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπεν. id eſt,
Sæpe etiam eſt holitor ualde opportuna locutus.

Quo quidem admonemur, non eſſe faſtidiendam ſalutarem ſententiam propter autoris humilitatem: nam fieri nonnun-

Ayuntamiento de Madrid

quam, ut aliquis insimæ sortis ac notæ uir, aut minime doctus, dicat quiddam haud quaquam aspernãdum etiam summis uiris. Huic respondet illud Cæcilianum apud Ciceronem in Tuscul. quæst. Sæpe est etiam sub pallio sordido sapientia. Neq; dissonat Plautinum illud in Captiui duo: Vt sumnia sæpe ingenia in occulto latent. Porrò quod ad Græcum attinet adagium, lectorem admonendum putaui, hunc quidem ad modũ in omnibus, quos adhuc uiderim, Gellianis codicibus inueniri scriptum. Verum sicuti recordor, aliquãdo scrupulum iniecit mihi, ac mẽdam subesse monuit Paulus Bombasius Bononiensis, inter bonarum literarum professores eius ciuitatis ut multo doctissimus, ita longe primi nominis, idq; iure optimo, quippe qui primus ibi Græcas pariter ac Latinas literas pari facultate publice priuatimq; docere cœperit: uir alioqui naris emunctissimæ, acerrimiq; iudicij. Mihi uero tum propter egregiam ac multijugam eruditionem, tum ob incredibilem quandam morum suauitatem ita coniunctus, ut haud scium, an cum ullo mortaliũ unquam mihi fuerit uel arctior necessitudo, uel consuetudo iucundior. Hunc igitur in literarijs illis nostris confabulationibus aliquando dixisse memini, nequaquam placere sibi dictionem illam κάπωρος in Gellio prouerbio: planeq; suppositiciã & adulterinam uideri: suspicari uero sese, ut pleraq; sunt apud eum autorẽ deprauata, pro μωρὸς, nescio quem holitorẽ, illud κάπωρον submisisse. At tum quidem, quanquam & admodum uerisimile uideretur, & plurimum apud me ualeret hominis tam eruditi iudicium, tamen haud etiam sum ausus, in tanto exemplarium consensu solus dissentire. Verum dum sursum ac deorsum in Græcis autoribus oberro, forte fortuna in collectaneis quibusdam, nullũ quidem autoris titulum præferentibus, sed eiusmodi tamen, ut aut Stobæi, aut certe ex hoc decerpta uiderentur, huiusmodi carmen inueni citatum ex Aeschyli tragœdia, cui titulus, Phryges:

Πολλάκι τοι κὴ μωρὸς ἀνὴρ κἀλακαίετον εἶπε. id est,

Sæpe etiam stultus fuit opportuna locutus.

Proinde prorsum in Bombasij mei pedibus eo sententiam, atq; omnibus eruditis eundum censeo, ut μωρὸς legatur pro κάπωρος, maximè, quòd eadem sententia totidem uerbis etiam uulgò nunc dicitur, a uiro stulto nonnunquam sapiens dictum proficisci. Respondet autem ad illam, quam superius ex Euripide citauimus,

Μωρὰ γὰ μωρὸς λέγει. id est,

Nam stulta stultus loquitur.

Etenim hoc tametsi uere dictum est, tamen fit nonnunquam, ut fatuus uel casu, uel imprudens aliquid egregie dicat, & ad rem uehementer accommodatum. Id quod accidere sæpenumero uidemus. Quid enim potuit uel ab homine falsissimo dici accommodatius, quàm quod narrat Suetonius dictum à quodam, qui mente parum constabat, in Pompeium & Iulium Cæsarem: Saluc rex, salue regina. Cum Pompeius regni affectati laboraret inuidia, Cæsarem rumor esset, Nicomedi regi uxoris uice fuisse.

Copiæ cornu. II

Ἀμαλθέας κέρας. id est, Copiæ cornu. Cum affatim omnia superesse significamus, copiæ cornu dicimus. Translatum à peruetusta fabula, quæ uarie narratur apud autores. Quidam ad hunc modum narrant: Rhea Iouem enixa, metu patris infantem in Creta occuluit, nutriendum à duabus nymphis, Adraste & Ida, Melissei filiabus. Hæ nutricauerunt illum capræ cuiusdam lacte, cuius nomen fuerit Amalthea: eam capram Iupiter iam adultus in sydera retulit, uocaturq; à Græcis αἴξ θρεμία. id est, capra cœlestis. Huius alterum cornu nymphis nutricibus dedit, uidelicet officij prænium, hanc adijciens facultatem, ut quicquid optassent, id illis ex eo cornu largiter suppullularet. Ouidius Fastorum libro 5. paulo diuersius fabulam narrat hoc pacto,

Nais Amalthea Cretæa nobilis Ida
Dicitur in syluis occuluisse Iouem.
Huic fuit hœdorum mater formosa duorum,
Inter Dictæos conspicienda greges,
Cornibus aërijs, atque in sua terga recuruis,
Vbere, quod nutrix posset habere Iouis.
Lac dabat illa deo, sed fregit in arbore cornu,
Truncaq; dimidia parte decoris erat.
Sustulit hoc nymphe, cinxitq; decentibus herbis,
Et plenum pomis, ad Iouis ora tulit.
Ille ubi res cœli tenuit, solioq; paterno
Sedit, & inuicto nil Ioue maius erat,
Sydera nutricem, nutricis fertile cornu
Fecit, quod dominæ nunc quoque nomen habet.

Legimus & Herculẽ Aetolis donasse copiæ cornu, propter coërcitũ cornù fluminis Acheloi: quare regionem illam antea sterilem, fertilissimam reddidit: cornu nimirum laborum duriciem significante, frugibus feracitatem. Hunc igitur titulum Phocion quidam Peripateticus libro suo indidit, ut testatur A. Geli. Plinius item ostendit Græcos aliquot hanc inscriptionem nonis arrogantem suis commentarijs imposuisse, tanquam nihil in eis non contineretur, & quidnis inde peti atque accipi possit. Lucianus De mercede seruientibus Καὶ ἕξεις τὸ ἀμαλθέας κέρας, καὶ ἀμέλξεις ὀρνίθων γάλα. i. Et habebis copiæ cornu, & lac gallinaceum emulgebis. Philostratus Dionem sophistam appellat ἀμαλθέας κέρας, uelut omni genere uirtutum expolitum. Plautinus quidam seruus, epistolam quandam copiæ cornu uocat, quòd plurimũ ex ea commodorum capi posset. Aulus Gellius lib. 14. cap. 6. Et simul dat mihi librum grandi uolumine, doctrinis omnigenis, ut ipse dicebat, præfatentem. Accipio cupidus & lubens, tanquam si copiæ cornu nactus essem. Apud Athenæũ Philoxenus secundam mensam uarijs cupedijs instructam, copiæ cornu uocat. Citatur à Suida carmen huiusmodi:

Εὐθ' ἵνα βίος ἁμαλθέας κέρας ἄγῃς. id est,

Capræ ubi Amaltheæ præbet mihi pabula cornu.

Carmen est heroicum. Effertur adagium hoc quoque pacto, αἴξ θρεμία. id est, capra cœlestis. Comœdia uctus notat Polyagrũ quendam uxorem ad quæstum prostituentem, quam cœlestem capram uocat, ob immensum quæstum, ut testatur Plutarchus in commentario De audiendis poëtis, Εὐπλάμων πολύαγρος ἀρέσκει αἶγα πλείονος φέρων θέμενος. id est, Fortunatus polyager, id est, multorum agrorum possessor, cœlestem capram opes adferentem alens. Idem alibi aduersus Stoicos, ὃ ἂν τῶν φαύλων λαβὼν ἀμάλθειαν. id est, At qui Stoicam acceperit Amaltheam, irridens paradoxa Stoicorum, qui suo sapienti tribuunt uniuersa, diuitias, libertatem, sanitatem, regnum. Horatius in Odis:

Beata pleno Copia cornu.

Lac gallinaceum. III

Ὀρνίθων γάλα. id est, Gallinarum lac eundem habet sensum. Dicitur enim in opulentos, & quibus quiduis rerum suppeditat. Aut de raris inuentu atq; ob id precioſis: ut sit hyperbole significans nihil omnino deesse. Plinius in præfatione historiæ mundi, irridens Græcorum delicioſas quasdam & magnificas inscriptiones: Cerion, inquit inscripsere, quod uolebant intelligi fauum, alij κέρας ἀμαλθέας, quod copiæ cornu, uelut lactis gallinacei sperare poſis in uolumine haustum. Aristophanes in Vespis:

Ἐγὼ γοῦν οὐκ ἂν ὀρνίθων γάλα
Αντὶ τοῦ βίου λάβοιμ' ἄν, ὃς μὲ νῦν ἀποστερεῖς. id est,

Non lac Hercle gallinaceum
Hacce pro uita capiam, quam mi adimis in præsentia.

Eustathius in quartum Odysseæ, citat hoc adagium ex Anaxagoræ

Ayuntamiento de Madrid

χαγορᾶ fabula, cui titulus, ὠὰ. Rursum Aristophanes comicus in fabula, cui titulus, ὄρνιθες.

Δώσομέν ὑμῖν Αὐτοῖς, παισὶ, παίδων παισὶν
Πλεθυγίαν, εὐδαιμενίαν,
Βίον, ἐρεώλω, νεότητα, γέλωτα,
Χορὸς, θαλίας, γάλαθ' ὀρνίθων,
Ως τε παρίσαι ὑμῖν κοπιᾶν Ὑπὸ τ ἀγαθῶν. id est,

Dabimus uobis ipsis, filijs, filiorum, filijs, opulentiam bonæ ualetudinis, felicitatẽ, facultates, pacem, iuuentã, risum, choros, festa, lac gallinarũ, ut sitis præ bonorũ copia laboraturi. Strabo Geographiæ lib. 14. narrat de Samiorũ agris, quòd essent omnium rerum ampliter feraces, illud uulgò iactatum esse, quòd lac etiam ferrent gallinaceum. Idem testatur hoc adagium apud Menandrum comicum inueniri. Athenæus libro Dipnosophistarum nono, ex mediæ comœdiæ scriptore quopiam Mnesimacho, senarios hos adducit,

—καὶ τὸ λεγόμενον,
Σπανιώτερον πάρεσιν ὀρνίθων γάλα,
Καὶ φασιανὸς ἀποτίλμῳ καλῶς. id est,

Et quod dicitur prouerbio,

Lac suppetit res rara, gallinaceum, ac
Plumis reuulsis phasianus adprobe.

Rursum libro nono adducit ex Numenio:

Ἢ δ' ὅπερ ὀρνίθων καλεῖται γάλα. id est,

Atq; quod gallinæ dicitur lac. Idem lib. 3. indicat, quibusdam lac gallinaceum esse, album oui.

Non omnibus dormio. IIII

Non omnibus dormire dicuntur, qui non omnibus inseruiunt, neque per omnia gerunt morem. Translatum putant à maritis quibusdam nimis obsequentibus, qui uxores suas adulteris scientes produnt, somnum interim inter pocula simulantes, ut adultero quod libet liceat. Quod genus obsequij notans Iuuenalis:

Doctus, inquit, spectare lacunar,
Doctus & ad calicem uigilanti stertere naso.

Plutarchus in libro, cui titulum fecit, ἐρωτικῶν, fabulam super hac re non illepidam narrat. Cum Galba quispiam conuiuio Mœcenatem accepisset, sentiretq; iam è nutibus hominem inflammatum in uxorem suam, sensim demisit caput, perinde quasi dormiret. At cum interea famulus quispiam ad mensam accedens, uinum clàm tolleret, ibi iam uigil & oculatus: Infelix, inquit, an nesciebas me soli Mœcenati dormire? Meminit huius adagij, & ad hunc quem dixi modum exponit Festus Pompeius, citans ex Lucilio, tractum ostendens à Capio quodam, qui Pararencho dictus sit, quòd simularet dormientem, quo impunitius eius uxor mœcharetur. Idem indicat huius rei meminisse Lucilium. Vsurpat & M. Tullius lib. Familiarium epist. 7. Olim non omnibus dormio, sed ego mi Galle, non omnibus seruio. Videtur indicare Cicero alterum, puta, non omnibus dormio, uetus fuisse, alterum nempe, non omnibus seruio, nouum. Vtrunque certe prouerbiale, sed prius illud pertinet ad concessionem iuris, hoc posterius ad obsequium impendendum. Idem Tullius Epistolarum ad Atticum lib. 13. Est bellum aliquem odisse libenter, & quemadmodum dicitur non omnibus seruire. Qui quidem locus, ut hoc obiter admoneam, mihi non uidetur carere mendo. Fortasse scriptum erat, & quemadmodum non omnibus dormire, ita non omnibus seruire. Quin & hæc ipsa uox, seruire, non uacat metaphora, cum dicimus, seruire scenæ, seruire tempori, seruire uitijs, seruire ingenio uxoris, seruire populo, seruire commodis priuatis, pro eo quod est, nihil non facere quo satisfacias.

Sardi uenales. V

Σαρδιανοὶ ὠνιοι. i. Sardi uenales. In eo libello, cui titulus est, De uiris illustribus, quẽ alij Plinio, nonnulli Suetonio tribuunt, utriusq; reclamante stilo, huiusmodi quoddam adagium refertur: Sardi uenales, de negotio infinitæ prolixitatis atque inexplicabili. Idq; hinc esse ortum tradunt, quòd Tiberius Sempronius Gracchus, cum altero consulatu Sardiniam domuisset, tantũ ex ea captiuorum adduxit, ut longa uẽditione res in prouerbiũ abierit. Plutarc. in Problematis Romanorum, aliam adfert causam, nimirũ olim inoleuisse morem apud Romanos solennem, ut qui ludos ædem in Capitolio, Sardos uenales pronunciarent, prodiretq; puer quispiã, per ludibriũ monili cinctus, quã bullam uocant. Eum morẽ hinc ortum putat, quòd Veientes Hetruscorũ populi, multũ temporis cum Romulo bellum gessissent, quodq; horum urbem postremã Romulus expugnasset. etiã si T. Liuius lib. 1. narrat, uictos quidem à Romulo Veientes, sed tamẽ uictorẽ ab urbe munita abstinuisse. Vnde & regem ipsum, & cum hoc captiuos quàm plurimos Romã deductos, uenales pronunciauit. Porrò cum Lydi ab initio fuerint Hetrusci, quemadmodũ testatur & Herodotus lib. 1. Lydorũ autẽ caput erat Sardis, inde factũ, ut Hetruscos Sardorũ nomine pronũciarit uenales. Refert eadem Plutarch. in uita Romuli, licet aliquanto diuersius. Debellatis Veijs captus est illorũ dux, qui cum esset prouectæ ætatis, uisus est rem imprudẽtius gessisse quàm pro ætate. Vnde mos inoleuit, ut quoties Romani ob partam uictoriam immolarent uictimam, senem purpura indutum per forum in Capitolium inducerent, bullaq; ad collum appensa, quòd tum erat puerorum insigne, præco Sardianos uenales pronunciaret. Hetruriæ caput Veij sunt, & Hetrusci Sardianorũ coloni putãtur. Vsus est hoc adagio M. Tullius lib. Epistolarũ familiarium 7. ad Gallum: Habes, inquit, Sardos uenales, alium alio nequiorem. Sentit Cicero de contemptis & improbis: &, ni fallor, patria quoque Sardis. Nam ita scribit paulo antè hunc locum: Id ego in lucris pono non ferre hominem pestilentiorem patria sua.

Dasypus carnes desiderat. VI

Δασύπους κρεῶν ἐπιθυμεῖ. id est, Dasypus carnes desiderat. Dicitur in eos, qui ea requirũt ab alijs, quæ ipsis affatim sunt domi. Est enim dasypus de genere leporum. Lepus autem, ut autor est Plinius lib. 8. cap. 55. animal est innocuum, esculentum & fœcundum, omnium prædæ nascens: Solus præter dasypodem super fœtat, aliud educans, aliud in utero pilis uestitum, aliud implume, aliud inchoato gerens partu. Dictus est autem dasypus, à pedibus birsutis ac uillosis.

Tute lepus es, & pulpamentum quæris. VII

Sunt qui existiment cum proximo idem esse, quod legitur in Eunucho Terentiana: Tute lepus es, & pulpamentum quæris. Dictum est autem à mulite glorioso in adolescentẽ Rhodium, qui scorto suo alludebat, ipse ea ætate, qua scorti uicibus fungi posset. Donatus allegoriam uarijs modis exponit, indicans prouerbium hoc in molles conuenire, propterea quòd lepus à posteriore parte, hoc est, à lumbis & clunibus pulpamentum de se præbeat, eaq; corporis parte lautissimus sit: uel quòd eum canes, amatorum instar, sequantur. uel quòd lepus à physicis dicatur incerti sexus, modo mas, modo fœmina. Quæ commenta mihi frigidiora uidentur, ac ut simplicius, ita uerius esse puto, ad Græcam paroemiam referre: δασύπους κρεῶν ἐπιθυμεῖ. Flauius Vopiscus in Numeriano imperatore, scribit adagium Terentianum, Liuij esse Andronici uetustissimi Romanorum comici.

Pari iugo. VIII

Pari iugo dixit Plinius in Epistola pro eo quod est, pari studio, pariq; conatu. Quadrabit in eos, qui negotium commune certatim ac simili contentione agunt. Translatum à bubus, idem plaustrum æquali iugo trahentibus. Plinij uerba sunt hæc: Habet quidem gloria in studijs præsertim quiddam

Ayuntamiento de Madrid

ἀκοινώνητον, nobis tamen nullum certamen, nulla contentio, cum uterque pari iugo non pro se, sed pro causa niteretur. Theocritus in Aita,

Αλλάλως δ' ἐφίλησαν ἴσῳ ζυγῷ. id est,
Pariq; iugo sese inuicem amabant.

De amore mutuo & æquali, quem Græci uocant ἰσόρροπον. Huic finitima sunt, quæ scribit diuus Hieronymus ad Augustinum: Romæ dicuntur esse quàm plurimi, qui poßint & audeant tecum congredi, & in disputatione sanctarũ scripturarũ iugũ ex æquo ducere. Extat & in Græcis prouerbiũ:

Εγώ τε καὶ σὺ ταὐτὸν ἕλκομεν ζυγόν. id est,
Idem egoq; tuq; ducimus simul iugum. quod suo referemus loco.

Vno fasce complecti. IX

Vno fasce complecti legitur apud eũdem Plinium, pro eo quod est, eadem opera, & coniunctim agere, non separatim. Verebamur, inquit, ne nos dies, ne nox, ne latera deficerent, si tot crimina, tot reos uno uelut fasce complecteremur. Translatum est ab ijs, qui res multas simul colligant, quo commodius gestari queant. Id Græci dicunt συλλήβδην, id est, comprehensim.

Salem & mensam ne prætereas. X

1 Αλα καὶ τράπεζαν μὴ παραβαίνειν. id est, Salem & mensam ne prætereas. Ne negligas amiculorum consuetudinem, aut ne uioles amicitiæ iura. Nam his rebus olim conciliabantur amici, & familiares antiquitus mutua inter sese conuiuia actitabant. Quemadmodum testatur etiam Diogenes Laërtius in uita Pythagoræ. Et astipulatur Theocritus in Hyla.

Οἱ μίαν ἄμφω ἑταῖροι ἀεὶ δάνιστο τράπεζαν. id est,
Qui ad mensam semper eandem
Cœnabant ambo fidi nimirum ut amici.

Loquens de Hercule ac Telamone. Tum Euripidis Hecuba, Polymnestoris exaggerans facinus, hospitalis etiam mensæ facit mentionem:

Κοινῆς τραπέζης πολλάκις τυχὼν ἐμοί. id est,
Mensa receptus sæpe communi mihi.

Quin & Esdræ lib. 1. cap. 4. ita legimus, Nos ergo memores salis quod in palatio comedimus, quia læsiones regis uidere nephas ducimus &c. Inde est, quòd, ut docet apud eundem Laërtium Alexander in commentarijs Pythagoricis: Pythagoras uetabat frangi panem, uidelicet ne dissecaretur quod amicos copularet. Idem censuit salem potißimum in mensa apponendũ, quòd æquitatis ac iustitiæ nos admoneat, ut quod & seruet, tueaturq; quicquid occuparit, & ex liquidißimis rebus aqua mariq; fiat. Origenes aduersus Celsum lib. 2. Parium quempiam Iambographum adducit, qui Lycomantẽ infectatus sit, quòd salem ac mensam esset prætergressus. Idq; detorquet ad Iudam Christi proditorem. Idem in Matthæum sic loquitur de Iuda: Neq; salis eiusdem neq; mensæ, neq; panis communicati memor est factus. Atq; haud scio an Christus ipse, religionis nostræ princeps, huc alluserit, ut illi consilium fuisse uidetur in rebus multo uulgatißimis altißima mysteria sua recondere, præscius fore ut
2 hoc symbolum à Iudæis irrisum gentes amplecterẽtur. Certe apud Macedones patrio ritu fœdus, quod sanctißimum uellent haberi, sic inibant, ut panem gladio diuisum uterque libaret. Autor Q. Curtius libro octauo.

Baceli similis. XI

Ικελος βακήλῳ, καὶ βάκηλος εἶ. id est, Bacelo similis, & Bacelus es. In cinædos ac parum uiros dictum, aut in magnos quidem corpore, sed animo stupidos. Tractum à forma moribusq; Baceli cuiusdam. Ait Suidas Bacelum proprie significare eum, qui sit exectus, eoq; in molles dici, quòd hoc morbo potißimum laboret illud hominum genus. Antiphanes in Caribus, Bacelum quempiam taxat apud Athenæum lib. 4.

-Οὐχ ὁρᾷς ὁρχήμενον
Τὰς χεῖρας τὸν βάκηλον, ὃδ' ἀσχημόνως; id est,
An Bacelum non uides,
Manibus sic saltitantem, nec pudet?

Meminit huius Suetonius in uita Augusti, scribens eum peculiari uocabulo, Baceolum pro stulto aßidue solitum dicere, quanquam in uulgatis codicibus Baceolus scriptum est. Hermolaus existimat & apud Quintilianum recte pro Bagoa, Bacelum legi posse. Verba Fabij sunt hæc, At uero statuarum artifices, pictoresq; clarißimi, cum corpora speciosißima pingendo fingendoue effingere cuperent, nunquam tamen in hunc inciderunt errorem, ut Bagoam, aut Megabysum aliquem in exemplum operis assumerent sibi. Verum equidem non uideo, cur Fabiana scriptura mutanda sit, cum βαγώας barbara lingua significet eunuchum, quo nomine Lucianus philosophum quendam inducit qui uultu corporisq; figura eunuchum præ se ferret. Quin & Ouidius De amoribus seruum puellæ custodem Bagoum appellat,

Quem penes est dominam seruandi cura Bagoũ.

Batalus. XII

Βάταλος εἶ. id est, Batalus es. Olim in effœminatos per contumeliam dicebatur. Plutarchus ostendit id cognominis Demosthenei puero inditum fuisse, & ab inimicis probro obiectum. Porrò cognominis huius idem uarias adfert rationes: uel quòd Batalus quispiam fuerit tibicen, mollis & effœminatus, qui muliebribus sandalijs primus omnium in scenam prodierit, ac musicã, ut ita dixerim, euirarit: uel quòd pœtæ cuidam obscœno nomen fuerit Batalo: uel quòd apud Atticos Batalus appellata sit ea pars corporis, quæ uereeunde nominari non potest. Meminit huius rei Libanius. Idem nempe Demosthenes iam prouecta ætate, simili contumelia dictus est Argas: siue quòd hoc nomine fuerit quispiam malarum autor legum: siue quòd, ut existimat Suidas, serpentis genus sit Argas. Dicunt item Græci βαταλίζειν, pro eo quod est, turpiter atque effœminate uiuere.

Bene plaustrum perculit. XIII

Rusticorum prouerbiũ est, Bene plaustrum perculit. Apparet dici solitũ in eos, qui quempiã impellũt, quò suapte sponte iã propẽdebat. Translatũ à plaustris onustis, quæ quo exonerentur, solent euerti. Fit autẽ id cõmodius in eam partem, in quã propter solũ decliuius inclinãt. Donatus indicauit hoc adagiũ, exponens in Eunucho hæc Parmenonis uerba, Perculeris iam tu me? Ab hac sentẽtia non abhorret Plautinum illud in curculione. Qui monet, quasi adiuuat. Verba sunt lenonis, quilibẽtius sit mutaturus fidẽ, admonitus à trapezita, quod tamẽ uel citra monitorẽ erat facturus. Idem eleganter expreßit Sophocles apud Plutarchũ in uita Artaxerxis.

Ταχεῖα πρὸς τὰ κακὼν ὁδοιπορᾶ. id est,
Rerum malarum facilis est persuasio.

Plerique ad deteriora procliues sunt.

In Care periculum. XIIII

Εν καρὶ τὸ κίνδυνος. id est, In Care periculum, subaudi, facite, hoc est, in homine, aut re uiliore, fac periculosam experientiam, in qua si parũ feliciter cesserit, non multũ sit dispendij capiendum. Huic adagio Carum mores fecere locum. Hic populus est, ut autor est Mela Pomponius, incertæ originis, ut quos alij αὐτόχθονας, id est, indigenas, nonnulli Pelasgos, alij Curetes existiment, gens usque adeo armorum pugnæq; amans, ut aliena etiam bella mercede conducti soliti sint gerere. Vnde Theocritus in Encomio Ptolemæi,

Φιλοπολέμοις τε κάρεσσι dixit, id est,
Bellandiq; auidis Caribus.

Item Herodotus in Euterpe, ostẽdit Cares barbaro seruiliq; fuisse ingenio, & ad quiduis malorũ ferendũ paratos, mercede propositã. Id quod indicat & Aristophanes in Auibus,

Εἰ δ'

Εἰ ὁ Ἄρλος ὅτι καὶ κάρ. id eſt, Quod ſi ſeruus eſt & Car. Strabo lib. Geographiæ 14. narrat Cares tota quondam erraſſe Græcia, paßimq; ſtipendijs meruiſſe. Cæterum in rebus bellicis uſque adeo præcelluiſſe, ut paßim apud poëtas arma bellica Carica nominẽtur, quemadmodum Anacreon Caricam loricam, Alcæus Caricam criſtam dixit, ad quam alludit Ariſtophanes in Auibus. Suidas ſcribit, Cares primos mortalium mercede militaſſe, ut qui uitam ſuam uilem haberent. Hos igitur qui conduxerant, primos in acie collocare conſueuerant, ut primos hoſtium impetus ſuo exciperent periculo, aut ubi fortuna belli difficillima uideretur illic obijciebantur. Perſæ ſua lingua κάρδακας appellabant, qui rapto uiuebant. Carum laudem his temporibus æmulari uidentur Eluetij, gens bello nata, ſimplex alioqui, ac minime malum hominum genus, planeq; dignum, ut equidem ſentio, quod hac quoq; nota uacaret, & in literis, & in cæteris honeſtis ſtudijs egregie ualiturum, ſi relictis bellis huc animum appellerent. Vſurpat hoc adagium Socrates apud Platonem in Euthydemo, iubens in ſe potius fieri periculum transformationis, uelut in homuncione Care, quem ſi perdas, non admodum grauis ſit iactura. Εἰ ὑμεῖς οἱ νέοι φοβεῖσθε, ὥσπερ ἐν καεὶ ἐμοὶ ἔχω ὁ κίνδυνος. ὡς ἐγὼ ἐπειδὴ καὶ πρεσβύτης εἰμὶ παρακινδυνεύειν ἕτοιμος, κἀγὼ παραδίδωμι ἐμαυτὸν Διονυσοδώρῳ τούτῳ ὥσπερ τὴν μηδείαν τὴν κόλχω. ἀπολλύτω με. καὶ ἐν μὲν βάλῃται, ἐξέλθω. ἐὰν δ' ὅτι βάλῃται τοῦτο ποιήτω. μόνον χρηστὸν ἀποφαίνω. id eſt, Quod ſi timetis uos iuuenes, in me tanquam in Care fiat periculum. Nam & ipſe quandoquidem ſenex ſum, paratus ſum ſubire periculum, meq; ipſum trado huic Dionyſodoro, quaſi Medeæ Colchicæ. perdat me, & ſi uelit in lebete coquat me. Sin minus, quicquid uoluerit, id faciat, tantum ut me reddat probum. Idem in Lachete huc reſpexit, cum ait: Cogitandũ eſſe ijs, qui primum docere incipiunt, & artis ſuæ periculum cum magno iuuenum periculo faciunt, non Carem quempiam mercenarium, ſed ciuium liberos in diſcrimen adduci. Et hunc imitatus Ariſtides in oratione Panathenaica, ἐν ᾧ καεὶ, κοὐκ ἐν τοῖς ἑαυτῶν σώμασι τὰς πείρας ποιούμενοι. id eſt, In Care uero, non in ſuis ipſorum corporibus facientes periculum. Vſus eſt eodem M. Tullius in actione pro L. Flacco: Quid, inquit, de tota Caria? nónne hoc noſtra uoce uulgatum eſt, Si quid cum periculo experiri uelis, in Caria potiſſimum eſſe faciendum? Quem quidem locum apparet eſſe uitiatum, neque uereor deierare, in Care legendum eſſe, non in Caria. Huic diuerſum eſt illud: Aureo piſcari hamo: quod alibi reddemus.

In dolio figulare artem diſcere. XV

Item illud, ἐν τῷδῳ τὴν κεραμείαν μανθάνειν. id eſt, In dolio figulariam artem diſcere. De ijs, qui protinus maximis in rebus artificij ſui capiunt experimentum, cum paulatim à minutis ad ſumma proficiſci cõueniat. Neq; enim figulus ſtatim à dolio, id eſt, uaſe maximo artem auſpicatur, ſed à puſillis quibuſdam uaſculis, in quibus non ſit graue diſpendium, ſi quid ſecus accidat. In hunc fermè ſententiam uſurpat Plato in Lachete: Σκεπτέον γὰρ μὴ δὲ ἐν ᾧ καεὶ ἡμῖν ὁ κίνδυνος κινδυνεύηται, ἀλλ' ἐν τοῖς υἱέσι τε καὶ ἐν τοῖς τῶν φίλων παισὶ, καὶ ἀτεχνῶς τὸ λεγόμενον ἵνα μὴ παροιμίαν ἡμῖν συμβαίνῃ, ἐν τῷδῳ ἡ κεραμεία. id eſt, Conſiderare oportet, ne hoc periculum nobis fiat, non in Care, ſed in filijs, ſimul atq; amicorum liberis, ac planè contingat, quod prouerbio dicitur, in dolio figulina. Dicæarchus ad aliam ſententiam torquet prouerbium, ut admoneat unumquenq; artificem in ſuis negotijs exerceri oportere, uelut aurigam in ducendis curribus, nauclerum in gubernanda naui, medicum in curandis morbis. Tanquam abſurdum ſit, figulum in auriga-

tione uerſari, re uidelicet aliena, ac non magis in dolio. Atque ita huc pertinebit illa ſententia:

Quam quiſque nouit artem, in hac ſe exerceat.

Et Horatianum illud in Epiſtolis:

Nauim agere ignarus nauis timet, abrotanum ægro
Non audet niſi qui didicit dare, quod medicorum eſt
Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.
Scribimus indocti, doctiq; poëmata paßim.

Sic propemodum uſurpat Gregorius Theologus in Apologia De fuga: ὡς τόγε παιδεύειν ἄλλους ἐπιχειρεῖν, πρὶν αὐτὸς ἱκανῶς παιδευθῆναι, καὶ ἐν τῷδε τῶν κεραμείαν τὸ δὴ λεγόμενον, ἐν ταῖς τῶν ἄλλων ψυχαῖς ἐκμελετᾶν τὴν διδασκαλίαν, λίαν ἐμοὶ φαίνεται ἀνοήτων, id eſt, Itaque alios uelle docere, priuſ quàm ipſi ſatis edocti ſint, & in dolio, quod aiunt, figulinam, in aliorum animis meditari pietatem, mihi quidem uidetur hominum inſigniter deſipientium.

Ne ſutor ultra crepidam. XVI

Huic finitimũ eſt illud, Ne ſutor ultra crepidam, id eſt, Ne quis de his iudicare conetur, quæ ſint ab ipſius arte, profeſſioneq; aliena. Quod quidem adagiũ natum eſt ab Apelle nobiliſſimo pictore. De quo Plin. lib. 35. cap. 10. ſcribit in hunc modum: Idem perfecta opera proponebat in pergula tranſcuntibus, etq; poſt ipſam tabulam latens, uitia quæ notarentur auſcultabat, uulgum diligentiorẽ iudicem quàm ſe præferens: feruntq; à ſutore eſſe reprehenſum. quòd in crepidis una intus pauciores feciſſet anſas. Eodẽ poſtero die ſuperbè ob emendationẽ priſtinæ admonitionis cauillãte circa crus, indignatum proſpexiſſe, denunciantẽ ne ſupra crepidam ſutor iudicaret. Quod & ipſum in prouerbium uenit. Hactenus Plinius. Huic ſimilimũ eſt, quod refert Athenæus Stratonicus citharœdus fabro ſecum de muſica cõtendenti: Non ſentis, inquit, te ultra malleum loqui. Eodem pertinet. quod huius nepos in epiſtolis ſcripſit, de artificio non recte iudicare quenquam, niſi & ipſum artificem. Quodq; 1. Moralium lib. dixit Ariſtot. earum rerum unumquenque iudicem eſſe idoneum, quarũ ſit eruditus. Et quod idem ſcripſit lib. 2. Naturalium, cæcum diſputare de coloribus. Quæ uerba iam inter noſtri temporis ſcholaſticos in prouerbium abierunt, quoties quiſpiam de rebus ignotis diſputat. Ad eandẽ ſententiam referendum, quod ait Fabius Pictor apud Quintilianum, Felices futuras artes, ſi ſoli artifices de ijs iudicarent.

Dij facientes adiuuant. XVII

Varro lib. De Re ruſt. 1. Et quoniam, ut aiunt, dij facientes adiuuant, priuſ inuocabo deos. Significat diuinam opem non ceſſantibus, ſed induſtrijs, & pro ſua uirili conantibus auxilio eſſe ſolere. Huc arbitror referendum illud Homericum carmen, quod iam uelut in prouerbium abijt:

Τυλέμαχ' ἄλλα μὲν αὐτὸς ἐνὶ φρεσὶ σῇσι νοήσας,
Ἀλλα ὑ καὶ δαίμων ὑποθήσεται. id eſt,
Hæc partim ipſe tuo perpendes pectore tecum,
Partim aliquis diuûm tibi ſuggeret.

Id M. Tullius uſurpauit lib. Epiſt. ad Attic. 6. Omnia uobis imperatis agenda. Sed tamen —Ἀλλα μὲν αὐτὸς,
Ἀλλὰ ὑ καὶ δαίμων ὑποθήσεται. id eſt,
Partim ipſe inuenies, partim fors ſuggeret ipſa.

Cum Minerua manum quoque moue. XVIII

Huic finitimum eſt, σὺν ἀθηνᾷ κ χεῖρα κίνει. id eſt, Auxiliante Minerua manum interim moue. Monet adagium, ne fiducia diuinæ opis induſtriam remittamus. Conuenit peculiariter in mulieres, quæ lanificium exercent, fauente quidem atq; inuocata Minerua: ſed nihilo ſegnius interim operi inſiſtentes. Sunt qui putent ab agaſone quopiam natum, cuius aſinus cum luto infixus hæreret, deberetq; illi ſuccurrere, ocioſus Herculem implorabat. Huic reſpondiſſe deum, uti

Ayuntamiento de Madrid

interim manum admouerit aſino laboranti, atq; ita demum numen adfuturum. Alij diuerſam huic fabulam adferunt, puta quendam cum eſſet decertaturus, Mineruam conſuluiſſe, num futurum eſſet ut victor diſcederet. Reſponſum eſt, fore. Verum cum ille ingreſſus in theatrum, in certamine manibus ſtaret otioſis, percuſſum ab aduerſario victum fuiſſe. Ad hoc adagium pertinet elegantiſſimum illud carmen, quod ex Agathonis tragœdia citat Ariſtoteles, libro Moralium Eudem. 5.

Τέχνη τύχῃ ἔοικε, καὶ τύχη τέχνῃ. id eſt,
Fortunam ut ars, fortuna ita artem amat inuicem.

Citatur à Suida ſenarius hic in eandem ſententiam,

Αὐτός τι νῦν δρῶν, εἶτα τοὺς θεοὺς κάλει. id eſt,
Fac interim aliquid ipſe, dein deos uoca.

Noſtro marte. XIX

Quoties nullis auxilijs adiuti, noſtropte ingenio, proprijſq; uiribus rem peragimus, noſtro Marte peragere dicimur. Aut etiam cum noſtro periculo res geritur. M. Tullius libro Officiorum 3. Hanc igitur partem relictam explebimus, nullis adminiculis, ſed, ut dicitur, Marte noſtro. Inactenus ille. Idem Philippica 2. de Deiotaro loquens. Rex enim ipſe ſua ſponte, nullis commentarijs Cæſaris, ſimul atq; audiuit eius interitum, ſuo Marte res ſuas recuperauit. C. lib. 2. titulo Ne liceat potentioribus, cap. 1. Diuine admodum conſtituit Diuus Claudius conſultiſſimus princeps, parens noſter, ut iactura cauſæ afficerentur hi, qui ſibi potentiorum patrocinium aduocaſſent, ut hoc propoſito metu, iudiciariæ lites potius ſuo Marte decurrerent, quàm potentiorum domorum opibus niterentur. Rurſus lib. 3. titulo De iudicijs, cap. 11. Illo proculdubio obſeruando, ut ſi neq; per alterutram litigantium partem, nec per iudices ſteterit, quo minus lis ſuo Marte decurrat, ſed per patronos cauſarum licentia detur iudici. Translatum uidetur ab imperatoribus, qui ſuis ipſorum auſpicijs & copijs bellum ſuſtinent: ſi quidem Plautus etiam Meis copijs, dixit, pro Meo Marte. Sapiunt prouerbium etiam illa, Vario Marte, dubio Marte, iniquo Marte. Huic adagio penè diuerſum eſt illud quod alibi retulimus, ἐκ ἄνευ θησέως. id eſt, Non abſque Theſeo.

Nequicquam ſapit, qui ſibi non ſapit. XX

Sententia uel hodie uulgò frequentiſſime tractata. Fruſtra ſapere, qui ſibi non ſapiat. Plato in Hippia maiore. Καὶ πολλοῖς, inquiens, συμβαίνει, ὅτι τὸν σοφὸν, αὐτὸν αὑτῷ μάλιστα δεῖ σοφὸν εἶναι. id eſt, Idem itidem & pleriſq; uidetur, quòd oportet eum qui ſapiat, ipſum ſibi maxime ſapientem eſſe. Vſurpat & Cicero in epiſtola quadam ad Trebatium, oſtendens ex tragœdia Medea ſumptam: Et quando, inquiens, cœpi agere Medeam, illud ſemper memento:

Qui ſibi ipſe ſapiens prodeſſe nequit, nequicquam ſapit.

Eſt autem uerſus trochaicus. Idem Epiſtolarum familiarium lib. 13. ad Cæſarem imperatorem: Itaque ab Homeri magniloquentia confero me ad uera præcepta Euripidis:

Μισῶ σοφιστὴν ὅς τις οὐχ αὑτῷ σοφός. Quem uerſum ſenex Præcilius laudat egregie. Idem lib. De diuinatione 1. citat ex Ennio in diuinos, Qui ſibi ipſimet non ſapiunt, alteri monſtrant uiam. Quibus diuitiæ pollicentur, ab his drachmas ipſi petunt. Citatur à Luciano in Apologia:

Μισῶ σοφιστὴν ὅς τις οὐχ αὑτῷ σοφός. id eſt,
Sapientem eum odi, qui ſibi ipſe non ſapit.

Eundem Alexander torſit in Caliſthenem, qui ſe moribus eorum quibuſcum uiuebat non accommodaret, ſed præ ſe ferebat, nihil eorum quæ illic gerebantur ſibi placere. Eáq; libertas optimo uiro attulit exitium, cum Anaxarchus philoſophus omnium adulatorum abiectiſſimus, haberetur in precio. Eam ſententiam ſic ad unguem ſeruant huius temporis homines, ut hominis uocabulo uideatur indignus, qui non quauis ratione ſuis conſulere commodis nouerit. Huius generis eſt illud apud Suetonium:

Aſpice felicem ſibi, non tibi Romule Syllam.

Cantherium in foſſa. XXI

Cantherium in foſſa: ruſticum prouerbium ſed tamen è re militari natum. Hoc licebit uti quoties quis ad id negotij trahitur, in quo nequaquam ualeat. Aut ubi res uchementer erit impedita, periculoſáue. Refertur à T. Liuio, decadis tertiæ lib. 3. Narrat autem cum Fabius Capuam obſideret ſecundo bello Punico, rebellium Taurean inter equites Campanos nobiliſſimum, è Rom. exercitu quemuis ad ſingulare certamen euocaſſe, auſumq; prodire Claudium Aſellium. Deinde ubi diutius uterq; alterum libero campo eluſiſſet, Campanus in cauam uiam deſcendere iuſſit, alioqui equorum, non equitum fore certamen. Eò cum Romanus, re quàm uerbis ferocior, extemplo deſcendiſſet, rurſum eluſit Taurea ſermone, qui poſtea in ruſticum uerſus eſt prouerbium: Minime feſs, inquiens, cantherium in foſſa? Quanquam ex Liuianis uerbis parum liquet adagij ſenſus, tamen coniecturis facile deprehenditur. Pugnat autem cum illo, quod alibi dicemus: τὸν ἵππον εἰς πεδίον, id eſt, Equum in planiciem. Etenim quemadmodum plurimum ualet equus in planicie, ita minime ualet in foſſa.

Tantali talenta. XXII

Τάλαντα ταντάλου. id eſt, Tantali talenta. De immenſis opibus. Nam Tantalus Phryx ob luculentas diuitias in fabulam hominum uenit, ita ut fingatur & apud inferos ſimile quiddam pati, cuiuſmodi ſolent inter congeſtas opes tenaces iſti diuites. Horatius,

Tantalus à labris ſitiens fugientia captat
Pocula, quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur. Oſtendit, allegoriam figmenti ad diuites ſordidos pertinere. Vſurbatur adagium à Platone in Euthyphrone. Suidas ait eſſe et apud Epicharmũ, & apud Anacreontem. Effertur & ad hunc modum, cum uenuſta quadam uocum alluſione: τάλαντα ταντάλου ταλαντίζεται. id eſt, Tantali talenta talentizat: hoc eſt, librat & accumulat. Porro Tantalum prædiuitem fuiſſe teſtatur uel illud ex tragœdia carmen apud Plutarchum, lib. De exilio:

Σπείρω δ' ἀρόσας δλώδεχ' ἡμέρων ὅλον. id eſt,
Viam iterum duodecim ſero iugera.

Idem alibi, ingentes diuitias, πλοῦτον ταντάλειον appellat: id eſt, opes tantalicas. Antiphanes apud Athenæum libro 6.

Οἷαν ποτ' ἔσχε κἀν θεοῖς ὁ ταντάλου,
Μαλακὸν ταλάντοις ἐκταλαντωθὲν ἀνήρ. id eſt,
Qualem olim habebat & Thribon, qui molliter
Exutus eſt ipſis talentis Tantali.

Pelopis talenta. XXIII

Conſimili figura Theocritus in Idyl. Θ. dixit Pelopis talenta:

Μῆμοι γὰρ πέλοπος, μῆμοι χρύσια τάλαντα
Εἴη ἔχων, μηδὲ ποδοῖν θέλαρ ἀέμων. id eſt,
Non pelopis mihi ſint agriq;, auriq; talenta,
Nec uentos celeres anteuolaſſe pedi.

Porrò talentũ apud Atticos, maxima pecuniæ ſumma erat. Talentum minus ualebat libras ſexaginta, talentũ magnum octoginta. Vnde illud in Phormione:

Si quis daret talentum magnum. Immo malum.

Et Ariſtophanes, -Αλλ' ἐγώ γ' ὀπέρχομαι
Οὐκ ἂν γρυλλίου τοῦ ταλάντου χρυσίου. id eſt,
-At ego ſanè Opuntius
Nolim eſſe, ſi quis det talentum mi aureum.
Id eſt, Nolim eſſe luſcus uel quantalibet pecunia.

Midæ diuitiæ. XXIIII

Μίδου πλοῦτος, καὶ μίδου πλουσιώτερος, id eſt, Midæ opes, & Mida

& Midæ locupletior: in prouerbium abierunt, propter immensas eius regis opes, quæ fabulis quoque compluribus fecere locum. Statius in Surrentino Pollij:

Viue Midæ gazis, & Lydo ditior auro.

Fuit hic Midas Phrygiæ tyrannus, cui iuxta poëtarum figmenta, concessum à dijs est, ut propter Bacchum hospitio acceptum, quod uellet optaret, accepturus quicquid optasset. Optauit ut quicquid corpore contigisset, protinus in aurum uerteretur. Historicorum literis proditum est, huic puero dormienti formicas in os grana tritici congessisse: respondisse augures, omnium mortalium illum ditissimum futurum, atque ita euenisse. Huic Plinius primum attribuit locum inter insigniter diuites, libro tricesimotertio.

Non omnino temere est, quod uulgò dicitant. XXV

Apud Aristotelem usurpatur prouerbij uice, & apud eruditos iam olim in prouerbium abijt nobilis illa Hesiodi sententia: Οὐ πάντες ἄϱδην, quemadmodum ait Aristides in defensione Periclis, quæ dicit, Non usquequaque irritum esse solere, quicquid rumore populi iactatum fuerit. Ea est in operis uolumine secundo, cui titulus, Opera & dies:

Δεινὼ δ' ἠ βϱοτῶν ὑπαλύειο φάμιο.
Φήμη γάϱ τε κακὴ πέλεται, κέφη μὲν ἀέϱαι
Ῥεῖα μαλ', ἀϱγαλέη δ' φέϱεμεν, χαλεπὴ δ' ἀποβλῆσθαι.
Φήμης δ' οὔτις πάμπαν ἀπόλλυται, οὐδ' τινα πολλοὶ
Λαοὶ φημίζωσι, θεὸς νύτις ἔστ' καὶ αὐτή. id est,

Rumores hominum cures uitare molestos.
Fama malum est, oritur, surgitq; facillima: uerùm
Difficile hanc perferre, graue est sedare coortam.
Nam non ulla quidem prorsum perit irrita fama,
Per populos quæcunque uolat, quia numen & ipsa est.

Potest bifariam accipi sententia: nimirum aut non planè falsum uideri, quod plurimis est in ore, quodq; populi consensus approbat: aut non prorsus aboleri posse rumorem, etiam falsum, qui iam in uulgus dimanarit. Proinde admonet, ut solicite caueamus, ne uel falsò per temeritatẽ in fabulam uulgi uenire cõtingat. Quod autem famã deam dixit, cum Homero sensit, qui compluribus locis ὄσσαν suam inducit. sic enim deam ipsam appellat. Et hunc æmulatus Verg. in 4. Aeneid.

Hæc passim dea fœda uirûm diffudit in ora.

Domum cum facis, ne relinquas impolitam. XXVI

Cùm nulla huius poëtæ sententia non cesserit in prouerbium, tamen equidem eas libentius recensuerim, quæ propter ænigmatis inuolucrum, propius accedunt ad speciem prouerbialem: quod genus est illa ex eodem, quẽ modo citaui, libro:

Μηδὲ δόμον ποιῶν ἀνεπίξεσον καταλείπῃ,
Μή τοι ἐφεζομένη κρώζῃ λακέρυζα κορώνη. id est,

Néue domum fabricans, linquas mutilamq; rudemq;,
Ne fors insideat cornicans garrula cornix.

Proculus interpres admonet locum hunc bifariam accipi. Quibusdam uideri, monere poëtam uti quisque domicilium ante hyemem absoluendum curet, ne tum non habeat, quo depellat frigoris molestiam. Hyemem enim cornicis indicatam symbolo, uidelicet auis hybernæ. Porrò cùm semper abàs, tum maxime mensibus hybernis οἶκος φίλος, οἶκος ἄεικος. id est. Est grata domus, domus optima: quemadmodum in prouerbio est. Alij putant significatum, ædificium semel institutum, non oportere semiperfectum relinquere, ne uulgò risui sis: & qui præterierint obloquãtur carpãtq; leuitatem tuam, qui quod cœperis non absoluas. Quandoquidem hunc obloquendi morem uulgò peculiarem esse, uel Euangelicæ notant parabolæ. Eam autem obtrectantiũ petulantiam per cornicem uoluit indicare poëta: nempe auem garrulam & obstreperam: ut hinc etiam uerbum prouerbiale ductum sit, κρώζῃ. At ipsi Proculo magis probatur, ut καθολικῶς accipiamus, unicuique negotio, quod semel instituerimus, finem idoneum imponendum, ut nihil omnino desideretur, & ubique connitendum ad perfectionem. Id quo longius auocabitur à simplici sermone, hoc uenustius fiet, & magis prouerbiale. Veluti si quis adhortetur aliquem, ne literarum studium deserat, sed laudabiliter institutis summam imponat manum, ne uulgò ludibrio sit quòd à bene cœptis desiterit, Hesiodium hoc objiciens:

Μηδὲ δόμον ποιῶν, ἀνεπίξεσον καταλείπῃ,
Μήτοι ἐφεζομένη κρώζῃ λακέρυζα κορώνη.

Ne à chytropode cibum nondum sacrificatum rapias. XXVII

Ænigmaticum est & illud, quod eo loco continenter sequitur:

Μηδ' ἀπὸ χυτροπόδων ἀνεπιῤῥίκτων ἀνελόῤῥα
Ἐσθέμεν, μηδὲ λόεσθαι. id est,

Néue à chytropode sublatam protinus escam
Ante sacrum, neque lotus edas.

Indicat & M. Tullius, irreligiosum fuisse, cibum è patella edere. Scribit enim ad hunc modum lib. De finibus 2. Atqui reperiemus asotos, primum ita non religiosos, ut edant de patella, deinde ita mortem non timentes, ut illud in ore habeant ex Hymnide:

Mihi sex menses satis sunt uitæ, septimum orco spondeo.

Est autem uersus trochaicus. Suetonius in Vitellio prodit, eum illum adeo non profundæ modo, uerumetiam intemperiuæ fuisse gulæ, ut ne in sacrificio quidem unquam, aut ullo itinere temperarit, quin inter altaria ibidem statim uiscus & farra è foco penè rapta manderet, cireaq; uiarum popinas fumantia obsonia, uel pridiana, atq; semesa. Quantum ad simplicem attinet sensum, docet, ne ritu pecudum ad cibum capiendum irruamus, sed ita demum edamus, si prius inde primitias dijs immolauerimus. Antiquitus enim ut autor est in Symposiacis Plutarc. inter res sacras habebatur & mẽsa quotidiana, proinde cibum sumpturi, dijs consecrabant τὰς ἀπαρχὰς, hoc est, primitias: ac deinde non indecore neq; tumultuãter, sed religione quadã ad conuiuiũ accedebant lotis manibus: nõ aliter, quàm ad sacrũ epulum. Qui mos & hodie durat apud benemoratos Christianos. Sed prouerbialius fiet, si intelligamus, non esse spoliandos, nec inhumanius expilandos ministros aut seruos nostros, uerũ & illis aliquam pecuniæ portionẽ relinquendam, quo uiuant. Fortassis quadrauerit & in hos, qui præpropera auiditate cõmodũ auferre student, prius quàm oporteat: & quod ãmodo messem facere, prius quàm maturuit seges: ueluti si quis legatũ aut promissum statim è uestigio flagitet, cum ciuilius sit in dies aliquot silere: aut si quis modo nactus imperiũ, protinus incipiat populum exactionibus spoliare: aut si quis sponsam puellam non expectata ætate, nec expectatis nuptiarum cæremonijs properet amplecti. Sumptũ est à ritu sacrorum, in quibus olim epulabantur. Huc pertinet & illud, quod alibi retulimus ex Athenæo libro 9. ἀπὸ τηγάνου. id est, à patella frixoria. Libro sexto refert hunc senarium ex Pherecrate:

Ἀπὸ τηγάνου τ' ἔφασκον ἀφύας φαγεῖν. id est,

Se uesci apuis dixit è sartagine.

Quidam pro lopade τήγανον dixere, quod Iones ἤγανον. Hinc uox composita ἀποηγανίζειν. Ita Phrynichus apud Athenæũ lib. 6. ἥδιον' ἀποτηγανίζειν ἄνευ συμβόλων. id est, Iucundum est à sartagine tollere sine symbolis. id est, si nihil sit soluendũ, & si id liceat immuni. Rursus aliàs apud hunc ipsum ex Archestrato: ἁφαρπάζοντα ὀβελίσκους. id est, Rapiens à ueru. De muliere quæ sacra nondum immolata deuorare dicta sit. Apud eundem libro sexto, Anaxandrides:

Τῶν ζωγράφων μὲν ἡ καλὴ χειϱουργία,
Ἐν τοῖς πίναξι κρεμαμένη θαυμάζεται.

Ayuntamiento de Madrid

Αὕτη ἡ σεμνὸς ἐκ λεπάδ' ἀρπάζεται,
Ἀπὸ τ' ταχὺς τ' εὐδέως ἀφανίζεται, id est,
Picturis opera pulchra, tabula penſili
Spectantur, ac ſpectata ſunt miraculo, at
Rapiuntur hæc è lopade pulchre, ac protinus
Reduntur ipſa euanida è ſartagine.

In genere poterit accommodari ad quemuis, qui negotium irreuerenter, & illotis, ut aiunt, pedibus aggreditur.

Hæc potior. XXVIII

Plutarchus in Problem. Græcanicis prouerbium quoddam refert ad hunc modum: Ἀπόρησε δὲ ἐξηγήσασθαι τὸ παροιμιῶδες, Ἄλλη κυρία, δίνωρ ὁ ταραντῖνος ἀρχηγέτης, ἀνὴρ ὢν ἀσαφὴς ἐν τοῖς πολεμικοῖς, ἀποχειροτονησάντων αὐτὸ τινα γνώμιον τῶν πολιτῶν, ὡς ὁ κήρυξ ἀνεῖπε τὴν νικῶσαν, αὐτὸς ἀναστεῖλας τὴν δεξιάν, Ἄλλη εἶπε, κρείσσων ὄντως ὁ θέφρακτος ἰσχύει. πρωτισόζυξ ἡ καὶ ὁ ἀπολλόδωρος ἐν ξυρίνῳ, Ἄλλη κύκνος, αὕτη πλέον ἰσπόνδει, ἀλλ' αὕτη φάναι βελτίων. μὴ ἐπιχειρῶσι τὴν τ' ἐλαττόνων χειροτονίαν. Horum uerborum hic fermè ſenſus, Vnde ſluxit illud, quod prouerbij uice dicitur, Hæc uictrix? Dinon Tarentinus, auctor exercitus, uir apprimè fortis, reiq; bellicæ ſanè quàm peritus, cum in concione dixiſſet ſententiam, eaq; ciuium ſuffragijs eſſet reiecta: deinde præco pronunciaret ſententiam, quæ uinceret, ſublata dextera: hæc, inquit, potior. Nam hunc ad modum retulit Theophraſtus. Cæterum Apollodorus in Rhytino illud adiunxit, cum præco reſpondiſſet, at hæ ſententiæ numero plures ſunt, Dinonem protinus ſubiecisſe: ſed hæ meliores. Atq; ita pauciorum ſententiam fuiſſe promulgatam. Quibus ex uerbis conijcere licet, ita uulgò dici ſolere, ſi quando ſignificaretur conſilium aliquod eſſe præſtantius & cõducibilius, etiamſi pluribus ſecus uideretur. Aut ubi qui numero pauciores eſſent, facultate præpõderarent. Quod genus fuerit, ut rem exemplis demonſtrem. Maxima pars hominum uoluptate lucriſq; felicitatem metitur, perpauci uirtutẽ amplectũtur. Caue ne quid te moueat multitudinis exemplũ, αὕτη γὰ κρείσσων. Item nemo pene eſt in toto principis famulitio, qui tibi non bene uelit: ſed unus tibi refragatur, qui tantum ubiq; ualet ut in ipſum ferè principem agat tyrannum: Quare ſi res è ſuffragijs penderet, uiceras, Sed αὕτη κυρία. Porphyrion leuiter, ceu digito prouerbium indicat, exponens eum locum in Horatianis Epodis:

Eamus omnis execrata ciuitas,
Aut pars indocili melior grege.

Quanquam deprauate, ſicut opinor, legitur in multis exemplaribus κρέσσον νίκα. Caſtigate legetur, ni fallor, καρρόνων νίκα, hoc eſt, præſtantiorum victoria. Nam Oda concionalis eſt, ac fugam decerni iubet, cõmunibus omnium ſuffragijs. Quòd ſi fieri non queat, ut id quod eſt optimũ, multitudini probetur, ſaltem uincat ea ſententia quæ ſit potior, etiamſi paucioribus ſuffulta ſuffragijs. Ad id faciunt quæ Plato ſcripſit lib. De legib. 1. pulcherrimum eſſe uictoriæ genus, cum turba cedit potioribus: & in decernendo magis ſpectatur pondus ſuffragiorum, quàm numerus. Verba Platonis ex eo quem dixi libro, ſunt hæc: ἐν ὁπόσαις μὲν γὰ οἱ ἀμείνονες νικῶσι τὸ πλῆθος καὶ τὰς χείρους, ὀρθῶς ἂν αὕτη κρατοῖτο τε αὖτ' λέγοιθ' ἡ πόλις, ἐπαίνου τότε ἂν δικαιότατα τὴν τοιαύτην νίκην, τἀναντίον δὲ ὅπου τἀναντία. i. Quibuſcunq; ſiquidem in ciuitatibus meliores qui ſunt, ij uincũt multitudinem ac deteriores: ibi reſpublica ſeipſa ſuperior, recte dicitur: & huius victoriæ nomine meritiſſimo laudabitur. Secus autem, ubi ſecus accidit. Eodem reſpexit Plinius, cum queritur in epiſtolis numerari ſententias, nõ expendi. Huc pertinet Liuianum etiam illud: Maior pars uicit meliorem. Indicat idem Homerus Iliados lib. 1. Ἐπεὶ τὰ χερείονα νικᾶ. Quando ſuperãt iam deteriora. Neq; uero prætercundum hoc loco, quod de Zenone philoſopho memorat Diogenes Laërtius. Zenon cum uideret Theophraſtum magnificari, laudariq; quòd plures haberet auditores, ad hunc reſpondit modum: Ἐκείνῳ μὲν χορὸς μείζων, ἡμῖν δὲ συμφωνότερος. id eſt, Maior quidem eſt illius chorus, at meus melius conſonans. Itaq; locus fuerit adagio, ſiue cum negabimus ſpectandum, quàm multis placeamus, ſed quàm bonis, ſiue cum ſuadebimus, id ſequi oportere, nõ quod plurimis placeat, ſed quod per ſe ſit optimum factu, etiam ſi pauciſſimorũ calculis approbetur. Siue cum dicemus, unius aut alterius ſtudium pluris eſtimandũ, qui uel opibus, uel gratia, uel autoritate præpolleat, quàm multitudinis beneuolentiam, quæ numero tantum ſuperior ſit, reliquis omnibus inferior. Quemadmodum apud Plautum quiſpiam contemnere ſe dicit minutos illos deos, modo Iouem unum ſibi propitium habeat. Nec abſurde trahetur in uſum, quoties una uis plus poteſt reliquis omnibus, ut ſi quis dicat, Hæc cauſa pluribus probatur, pluribus fulcitur rationibus, nititur æquo, dictatur à legibus, uerum altera κυρία. Sic enim uolo, ſic iubeo. Nam omnia cedant neceſſe eſt, quotics rex huiuſmodi promit oraculum, quale profert apud Homerum Agamemnon:

Εἰ δέκε μὲν δώωσιν, ἐγὼ δέκομ' αὐτὸς ἕλωμαι. id eſt,
Ipſe equidem eripiam, ſi tradere forte grauentur.

De huiuſmodi Lucianus in Captiuo, καὶ τὸ δίκαιον ἐν τῇ χαρᾷ τιθεμένων. id eſt, Qui ius in manu reponunt, quiq; ius in manu poſuerunt. Pyrrhum è liberis quidam adoleſcens admodum, interrogabat cuinam eſſet relicturus regnum. Is reſpondit, ὅς ἄν, inquit, ὑμῶν τὴν μάχαιραν ὀξυτέραν ἔχῃ. id eſt, Quicunque ueſtrum acutiorem habet gladium. Id dictum Plutarchus in eius uita non arbitratur multum abeſſe ab illa tragica execratione,

Θνήσκων σιδήρῳ δῶμα διαδόχαις τοῖς ἀδελφοῖς. id eſt,
Fratres acuto diuidant ferro domus Vices habendæ.

In hos igitur qui ui rem gerũt, & quibus, ut Ennius ait, ferro geritur res, quibus ius eſt in armis, & quibus leges inter arma ſilent, per ironiam recte torquebitur, αὕτη κρέσσων, καὶ αὕτη κυρία. Nam Græcis κύριος, non ſolum dominum ſignificat, uerum etiam eum, qui præualet autoritate. Et Suidas indicat concionem illis κυρίαν dici: in qua ſoliti ſint creari magiſtratus. Ariſtophanes in Acharnenſibus κυρίαν ἐκκλησίαν appellat, in qua ἐκύρουν τὰ ψηφίσματα. id eſt, uincebant ſuffragia. Nonnunquam ad rem refertur, ut apud Euripidem in Iphigenia Aulidenſi,

Οὗμὸς, ἔχω δ' ἔπος μὴ δὲ κυριώτερον λέγειν. id eſt,
Plus ualere noſtra debet, quàm huius hic oratio.

Significat enim ſeruus, quanquam eſſet conditione inferior Menelao, tamen hoc ſe potiorem eſſe, quòd iuſtiorem haberet cauſam. Non abhorret hinc quod M. Tullius dixit in Piſonem. Sed omitto ut ſit factus uterque noſtrum. Sit ſanè fors domina campi.

Delius natator. XXIX

Δήλιος κολυμβητής. Delius natator. Olim uulgò dicebatur admodum natandi peritus, quiq; poſſet in ſumma natare aqua. Natum adagium, aut certe factum illuſtrius ex Socratis apopthegmate. Cum enim huic Euripides librum obtuliſſet Heraclitii, cui cognomen additum σκοτεινῷ, propter affectatam ſcriptorum obſcuritatem: rogaretq; ciuſmodi uideretur, reſpondiſſe fertur hoc pacto, ἃ μὲν συνῆκα γενναῖα, οἶμαι δ' καὶ ἃ μὴ συνῆκα, χρῄζει δηλίου δεῖται κολυμβητοῦ εἰς τὸ μὴ ἀποπνιγῆναι ἐν αὐτῷ. id eſt, Quæ quidem intellexi, præclara; arbitror autem & ea quæ non intellexi, quanquam natatore Delio opus, ut ne quis in eo præfocetur. Hæc Socrates alludens ſimul & ad prouerbium, & ad Heraclitii ſenſus nimium abſtruſos ac profundos: ut niſi natator inſignite peritus contigiſſet, periculum eſſet, ne lector in eo

libro

Ayuntamiento de Madrid

libro ſuffocaretur mergereturq;. Laërtius in Heraclito refert hoc dictum ad Cratetẽ quendã, qui primus Heracliti librũ de natura Græcis intexerit, & hoc elogio cõmendarit.

Dicendo dicere diſcunt. XXX

Ex τῷ λέγειν τὸ λέγειν τυγχάνεται. i. Dicendo conſequimur ut dicamus. Syrianus Hermogenis interpres, Euagoram ſophiſtam taxat, qui dicendi facultatem non puarit ratione, ſed uſu duntaxat conſtare, fieriq; ut dicendo conſequeremur dicendi facultatem. Ἀξιῶντος δὲ, inquit, τῷ συφιστῇ παροιμίαν, τὸ λέγειν ἐκ τοῦ λέγειν τυγχάνεσθαι. i. Exiſtimantis iuxta uulgare prouerbium, dicendi facultatem dicendo contingere. Vſurpauit & M. Tullius lib. 1. De oratore, in quo, inquit, fallit eos, quòd audierunt, dicendo homines ut dicant efficere ſolere. Verum etiam illud dicitur, peruerſe dicere, homines peruerſe dicendo facillimè conſequi. Plinius libr. Epiſt 6. Video etiam multos paruo ingenio, literis nullis, ut bene agerent agendo conſequutos. Latius autem patet adagium, nempe ad cuiuſuis rei peritiam quam potiſſimum uſus ſuppeditat, optimus rerum omnium magiſter. Proinde prouerbiales erunt omnes id genus, fabricando fabricam diſces, canendo muſicam, militando militarem artem, ſcribendo diſces ſcribere.

Multi boníq. XXXI

Πολλοὶ καὶ ἀγαθοί. *Multi boniq;.* Prouerbiali figura dicebatur olim. Translatum à ritu ſacrorum, in quibus ſacrificus rem diuinam facturus dicebat, τίς τῆδε; id eſt, Quis hic? Dein qui aderant, reſpondebant. πολλοὶ καὶ ἀγαθοί. id eſt, Multi & boni. Atq; hæc partim ominis cauſa dicebantur: oportebat enim in ſacris εὐφημεῖν, hoc eſt, bene ominata dicere: partim ut ſi quis eſſet ſibi conſcius admiſſi piaculi, diſcederet à myſterijs. Plutarchus in Sympoſiacis, Ἐπὶ μάρτυρές γε τῷ Πλάτωνι πολλοὶ τ' ἀγαθοί τε πάρεσαν. id eſt, Quandoquidem Platoni teſtes adſunt multiq; boniq;. Sed de hoc ante meminimus. Quo quidem alluſit & Ariſtides in Pericle, Ἀλλ' ὅσ γ' ἂν εἷς τῶν καλῶν κἀγαθῶν ἀνεπίφθονον αὐτῷ καὶ καθαρὰν τὴν μαρτυρίαν ἀπέλιπε. id eſt, Verum uelut unus è numero honeſtorum ac bonorum, citra inuidiam, ac purum illi reddidit teſtimonium. Quinetiam Homericum illud iam prouerbij uice receptum eſt, Ηύς τε μέγας τε Magnuſq; bonuſq;. Eſt ſubinde & apud Ariſtophanem. Prouerbium igitur locum habuerit, quoties aut teſtes, aut indices, aut coniectores ſignificamus idoneos, ac neutiquam reijciendos.

Heroum filij noxæ. XXXII

Ἀνδρῶν ἡρώων τέκνα πάσματα. id eſt, Virorum heroum filij noxæ. Veteribus illud obſeruatum fuit, præſtantium uirorum filios multum à progenitorum moribus abfuiſſe. Vnde & Demoſthenes dixit, Τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὥσπερ εἰμαρμένον ἦν, φαύλους ἀποβαίνειν τοὺς υἱούς. id eſt, A uiris egregijs, perinde quaſi fato quodam id accidat, improbos proficiſci filios. Quæ quidem Demoſthenis ſententia refertur ab Ariſtide in Cimone. Interpres, quiſquis is fuit, homo nec indiligens, nec indoctus, hoc loco prouerbium citat, quod modo retulimus. Manet & hodie uulgatus iocus: ex ſapientiſſimis patribus ſtultiſſimos propagari liberos. Euripides in Heraclidis, generaliter hanc ſententiam ad omnes mortales retulit,

Ἐνα γὰρ ὃν πολλοῖς ἴσως
Εὑρεῖς ἄν ὅς τις ἔστι μὴ χείρων πατρός. id eſt,
Vnum forſan inter plurimos
Inueneris, qui patre non ſit nequior.

Adſtipulatur huic ſententiæ locis aliquot Homerus, nominatim Odyſſeæ E.

Πεῦκαι γὰρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται,
Οἱ πέλεκες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους. id eſt,

Æquat rara patrem ſoboles, ſed plurimi ab illis
Degenerant, pauci ſuperant probitate parentem.

Declamat hoc argumentum Aelius Spartianus in Seuero Cæſare, multis exemplis declarans: ita ferè uſuuenire, ut uiri, ſeu uirtute, ſeu literis, ſeu fortunæ indulgentia inſignes, aut nullos omnino liberos habuerint, aut tales reliquerint, ut magis ex uſu rerum humanarum fuerit, illos abſq; liberis decedere.

Nunquam ex malo patre bonus filius. XXXIII

Euripides hanc ſententiam prouerbio celebrem fuiſſe teſtatur, ex malo patre non progigni bonos liberos:

Φεῦ φεῦ, παλαιὸς αὖν ὡς καλῶς ἔχει.
Οὐκ ἂν γένοιτο χρηστὸς ἐκ κακοῦ πατρός. id eſt,
Heus heus, ut illud dictitant recte, probum
Patre ab improbo non poſſe naſci filium.

Adſtipulatur huic dicto prouerbium illud: κακοῦ κόρακος κακὸν ὠόν. id eſt, Mali corui malum ouum. Item illud Theognidis:

Οὔτε γὰρ ἐκ σκύλλης ῥόδα φύεται. id eſt,
Non etenim ex ſquillis roſa naſcitur.

Atq; id genus alia, quæ ſuis referentur locis.

Alio relinquente fluctu, alius excepit. XXXIIII

Ariſtides in Themiſtocle: Θεμιστοκλέα γὰρ τὰ δίεντερα ἀεὶ τῶν πρόσθεν μείζονα ἐξελέχετο, καὶ τὸ τοῦ παροιμίας αὐτῷ πεπεισμένα. τὸ μὲν γὰρ ἔλιπεν αὐτὸν κῦμα, τόδ' ἐγκατελάμβανεν, ἕως διεξῆλθε διὰ τῶν τεκυμάτων νικῶν. id eſt, Themiſtoclem poſteriora ſemper maiora prioribus excipiebant, atque illud quod prouerbio dicitur, illi accidit: Nam hæc illum reliquit unda, illa uerò excepit, donec per tricymias uictor euaſiſſet. Videtur autem uerſus fuiſſe prouerbialis, quem Ariſtides ad uſum ſuæ ſententiæ, nonnihil detorſerit. Legetur integre ad hunc modum: Τὸ μὲν γὰρ ἔλιπε κῦμα, τόδ' ἐγκατελάμβανεν. id eſt, Hæc me reliquit unda, at illa corripuit. Sumpta metaphora à periculosè nauigantibus, qui ſemper poſt unius impulſum fluctus, alium expectant, ſuccedentibus inuicem procellis, Atque etiam numerant undarum inſultus, periclitantes nautæ. Nam decimam quamq; maximè formidant, quam uetercs decumanam appellabãt. Græci grauiſſimas illas procellas, τεκυμίας uocant. Nec inconcinne deflectetur ad incurſus malorum, cum ut ferè fit, calamitas calamitati ſuccedit, iuxta prouerbialem illum uerſiculum:

Fortuna obeſſe nulli contenta eſt ſemel.

Duobus pedibus fugere. XXXV

Ἐκ δυοῖν ποδοῖν καταφεύγειν. id eſt, Duobus pedibus confugere. Ariſtides in oratione Panathenaïca: καὶ μὴν αὐτὸ τοῦτο πρῶτον, τὸ πάντας τοὺς ἐν χρείᾳ βοηθείας καταφεύγειν ἐπὶ τὴν πόλιν ὥσπερ ἐκ δυοῖν ποδοῖν ὡς ἀληθῶς, καὶ μηδεμίαν τῶν ἄλλων πόλεων ὁρᾶν, μέγα καὶ φανερὸν σύμβολον ὄντι, καὶ σχολῆς ἄμεινον, ἢ πρόσχημα εἶναι δὲ ἀρχῆς. id eſt, Atqui primum illud ipſum, quòd quibuſcunque opus eſſet auxilio, ad hanc confugerent ciuitatem, planè tanquam duobus pedibus, neque ullam aliam reliquarum ciuitatum reſpicerent, magnum & euidens argumentum eſt, ac monimentum columna præſtantius, eam protinus ab initio præcelluiſſe. Is qui ſcholij quibuſdam haudquaquam contemnendis, hunc autorem illuſtrauit: admonet prouerbium ductum ab ijs qui feſtinant curſu, ut non diſſimile uideatur illi, ἀμφοτέραις χερσὶν. id eſt, Ambabus manibus, quo prouerbio ſedulitatem celeritatemq; peragendi negotij ſignificamus: Vel à nauigantibus, perinde quaſi dicas, duobus clauis. Nam gubernaculum nauis pedem appellant, quod eo nauis quum huc atque

Ayuntamiento de Madrid

illuc uertitur, uelut ingredi uideatur. Itaq; confine fuerit illi quod alibi diximus, ἐπὶ δυσὶν ἑρμεῖν. ut alterutrum sensum accipiamus, aut summo studio, summaq; celeritate illos ad urbem confugere solitos, aut tutissimum illic omnium receptaculum fuisse. Quanquam Aristophanes ὠκύποδι, ad celeritatis significationem retulit, cùm ait:

Ἀνεπτόμισθ' ὀκ ἐς πατρίδ' ἀμφεῖν ποδοῖν. id est,

E patria utroq; deuolauimus pede. Interpres admonet à nauibus sumptum, secundo uento currentibus: sensum autem esse hunc, summa ui, summoq; conatu.

Quis aberret à ianua. XXXVI

Τὶς ἂν θύρας ἁμάρτοι. i. Quis aberret à ianua? Dici solitum, ubi quis penitus aberret à uero, totoq; fallitur iudicio. Vsurpatur ab Aristotele τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ, lib. 2. ipsa statim in fronte: & in omnibus quidem exemplaribus, quæ mihi uidere contigit, θύρας per υ scriptum reperio. Præterea ianuam uertit Agyropylus, nec malus interpres, nec philosophus cuiquam aspernandus. Ad hæc Auerrois, cuius nunc præcipua in philosophiæ scholis autoritas, hunc enarrans locum, palàm declarat sese de ianua sensisse. Denique in commentarijs Alexandri Aphrodisei, consimili modo θύρας inuenio. Quod si quomodo fas esset, à tot exemplaribus à tantis autoribus dissentire, mihi quidem magis probabilis lectio uideatur, si θύρας legatur per ω, non per υ. Quod autem θύρας irrepsit, mirandum non est. Primum, quòd perfacilis erat lapsus unius literulæ deprauatione, haud scio, an fortuita, maximè quum in sono nihil fermè sit discriminis. Deinde metaphoræ ratio magis obuia magisq; ad manum sita, fieri potuit, ut doctis etiam philosophis ὑποσυρεῖ inposuerit. Quippe quibus fabula non perinde nota fuerit, ut communis illa similitudo de domus ingressu, deq; primis cognitionis principijs. Posthæc de codicum inter se consensu nequaquam mirandum uidebitur, ijs qui sunt uel mediocriter in pensitandis conferendisq; codicibus exercitati. Fit enim sæpenumero, ut unius archetypi mendum modo ueri fucum aliquem præ se ferat, in uniuersam deinde ueluti posteritatem librorum propagetur,

Καὶ ὠδῖνας ὠδῖνι κάτοι μετόπισθε γένωνται.

Neq; uerò hæc dixerim, quòd hac de re, si quis fortè diuersum sentiat, digladiari uelim, uel quòd hoc sit ab nostro instituto alienum, uel quòd non ignorem quàm lubrica, plenaq; discriminis res sit, in tantis autoribus quicquam immutare. Tantum coniecturas quibus adducor, in medium adferam. Quæ si cui uidebuntur idoneæ, nostræ subscribet opinioni: sin minus ueterem sententiam hoc iam obtinebit libentius, quòd etiam in dubiũ uocata uicerit. Primum igitur omnium mihi scrupulum haud mediocrem iniecit uetustissimus simul & emendatissimus codex orationum Aristidis rhetoris, in quo non solum θύρας inuenio scriptum, uerumetiam indicatam fabulam antiquissimam pariter & autorem, unde prouerbium hoc Aristotelicum, ni fallor, demanarit. Igitur Aristidis in oratione, cui titulus Pericles, uerba sunt hæc. Οὐκοῦν περί τινα τῶν ἀντιπάλων ἐλεῖν ἕνα τῶν φίλων θηρεύσας ἄγοις, καὶ πόνους ταυτὸν ᾠ σινδάρᾳ πολεῖ, ὃς ἐς θύρας διήμαρτε, καὶ τὸν ἀδρυτίωνα φίλτατον ὄντα ἀνῃρῆ πρός διέφθαρε. i. Itaq; prius quàm aduersariorũ quempiam ceperis, unum ex amicis uenatu nactus adducis. Atque idem accidit tibi, quod apud Pindarum Peleo, qui aberrans à fera quam petebat, Eurytionem, quem sibi charissimum habebat, interemit. Adstipulantur hoc loco scholia quæ extant in hunc autorem, nullo quidem certo titulo, ueruntamen, sicuti res indicat hominis nec indiligentis, nec indocti. Proinde non grauabor & huius adscribere uerba, si quis fortè fortuna requisiturus est. μέμνηται, inquit, ἐν ὕμνοις σίνδαρος, ὅτι τὸν εὐρυτίωνα τὸν ἴφι τὸν ἄκτορος παῖδα, ἕνα ὄντα τῶν ἀργοναυτῶν, σωθηρεύσας ἄκων ἀπέκτανε πηλεύς. φίλον δὲ λέγει, ἐπειδὴ συνῆν τῇ θέτιδι. πηλεὺς γὰρ ὁ θετίδος, θυγατέρα ἄκτορος τὴν πολύμηλον εἶχε γυναῖκα, ὁ δὲ ἄκτωρ πατὴρ ἦν, ὃς παῖδα ἔσχε τὸν εὐρυτίωνα. i. Meminit in hymnis Pindarus, quemadmodum Eurytionem Iri, cui pater Actor filium ex Argonautis unum, secum uenantem imprudens occiderit Peleus. Amicum autem uocat, quòd huic esset affinis. Nam Peleus ante Thetidem, Polymelũ habuerat uxorem Actoris filiam. Porrò Actor Iri pater erat, cui filius Eurytion. Proinde non dissimile ueri uidetur ex Pindaro profectum adagium, quod tacito sicuti ferè facit, autoris nomine usurpauit Aristoteles, ut intelligamus illũ τὸν θύρας διαμαρτεῖν, qui non solum feram ea parte non ferit, quã destinarat, uerum toto aberrat captu, ne attingẽs quidẽ quod appetebat, Iam uerò neq; postularim, ut quisquam hæc probet: nisi uidebuntur cũ Aristotelis sententia uel ad amussim, ut aiunt, congruere. Differit enim eo loco philosophus de rerum naturaliũ cognitione, quæ sit eadem & facilis & difficilis. Facilitatis illud argumentum adducit, quòd ea nemini nõ aliqua ex parte contigit: difficultatis, quòd exacte nulli. Neminẽ autem fuisse qui nihil omnino ueritatis in rerum cognitione naturalium attigerit, id prouerbio ueluti fulcit, τὶς ἂν, inquiens, θύρας ἁμάρτοι; Tanquam singulorũ exactam tenere scientiam, perinde sit quasi si quamcunque partem destinaris, eam citra errorem feries. Rursum ubiq; labi, sit uelut à toto corpore aberrare, & in aliud longe diuersum ceu telum deflecti coniecturam. Verum quo curioso etiam lectori, ac δυσωπήτῳ fiat satis, ipsius Aristotelis ex eo quem dixi libro, uerba subscribam, Η περὶ τὸν ἀληθὰς θεωρίαν, τῇ μὲν χαλεπὴ, τῇ δ' ῥᾳδία. Σημεῖον δ', τὸ μήτε ἀξίως μηδένα δύνασθαι τυχεῖν ἁπάντων, μήτε πάντως ἀποτυγχάνειν, ἀλλ' ἕκαστον λέγειν τι περὶ τῆς φύσεως, καὶ καθ' ἕνα μηδὲν, ἢ μικρὸν ἐπιβάλλειν αὐτῇ, ἐκ πάντων δὲ συναθροιζομένων γίνεσθαί τι μέγεθος ὥστε τ' εἰπεῖν εἰκότως ἔχειν, καθάπερ τυγχάνομεν παροιμιαζόμενοι, τὶς ἂν θύρας ἁμάρτοι. τούτῳ μὲν εἶναι ῥᾳδία, τὸ δὲ ὅλον τ' ἔχειν, καὶ μέρος μὴ δύνασθαι, δηλοῖ τὸ χαλεπὸν αὐτῆς. i. Veritatis consideratio partim difficilis est, partim facilis. Huius rei illud argumentum est, quòd neq; quisquam illam sit assecutus pro rei dignitate, neq; rursum omnino frustratus sit aliquis: sed cũ unusquisq; aliquid de natura differat, fit ut unusquisq; per se nihil, aut paulum adferat ad illam momenti: uerũ ex omnibus in unum collectis aliqua magnitudo confletur. Itaq; si res ad eum uidetur habere modum, quemadmodũ prouerbio dicimus, quis non attigerit ostium, hoc quidẽ nomine facilis fuerit. Cæterum habere totum, partem autem non posse, difficultatem illius declarat. In his philosophi uerbis non uideo quis locus sit ianuæ. Verum illa similitudo principiorum et ostij præbuit, ni fallor, erroris ansam. Quin potius ἁμαρτάνειν τὸ θύρας Aristoteles sentit cum qui nulla ex parte consequitur quod petit, id quod mox τὸ ὅλον ἔχειν uocat, quasi confusim ac generatim habere: cui contrariũ τὸ μέρος ἔχειν facit. uelut exacte tenere, & non solum feram utcunque, sed hanc aut illam beluæ partem quam maximè uelis attingere. Tametsi in hunc locum interpres tam multos adfert sensus, ut nullum idoneum percepisse uideatur. Idem admonet etiã lectionem aliam alijs placere. Quod quoties fit, mihi protinus suboritur suspicio, mendum aliquod subesse. Alioqui ἁπλῶς ὁ μῦθος τ' ἀληθείας ἔφυ. i. Simplex ueritatis oratio, quemadmodum uerè dixit Euripides. Iam uerò mihi telum illud restat potissimũ Alexander Aphrodiseus, qui præterquam quòd tota eius oratio nostræ sententiæ palàm suffragatur, nominatim etiam admonet, prouerbij metaphoram à sagittarijs esse ductam, quorum nemo solet à lato aberrare scopo, nimirum cuiusmodi est tota belua, cum ab exili scopo non

po nonnunquam aberrent. Sed præſtiterit & huius uerba extenus ſubſcribere, quatenus ad prouerbij pertinent explanationem: Δοκεῖ δέ μοι διὰ τὴ μὲν τὸς πολλὸς τε ὑπιβάλλεσθ λέγειν περὶ ἀυτῆ, ὴ μηδένα ἀυτῶν πάσχειν διαμαρτάνειν δέκνυσθ τὸ κατὰ φύσιν ἅμα εἶναι τιθέντε τὴν πραγματείαν. διὰ τὴ δὲ μηδένα κατ' ἀξίαν εἰρηκέναι περὶ ἀυτῆ, τὸ μέγεθ & ἀυτ' ἐνδέκνυσθ καὶ τὴν χαλεπότητα, ὴ ὅτι μὴ χρὴ παράργων ποιεῖσθ τὴν ζήτησιν ἀυτῆ. ἔχεσθαι μὲν γὰ ἀυτῆ χρὴ, ὅτι ἅμα τῆ κατὰ φύσιν, μὴ παράργως· ὴ, ὅτι ὑπὶ χαλεπή. προβλητέ δ' ἂν ἡμᾶς δι' ὧν εἴρηκε καὶ ἐπὶ τὸ μήτε καταφρονεῖν ἀυτῆ ὡς ῥᾳδίας πάντη, μήτε ἀπογινώσκειν, ὡς πάντη χαλεπῆς. ὡς' εἴπερ ἔσικεν ἔχειν καθάπερ τυγχάνομεν παροιμιαζόμενοι τὶς ἂν θύρας ἀμάρτοι, ὅτι τὸ πάντας τὶ ὑγιὲς εἰρηκέναι τὸς περὶ ἀυτῆ λέγοντας σημεῖον ἂν εἴη, τ' ῥᾳδίαν αὐτὴν εἶναι, ἐδείξε τῆ παροιμία προσχρησάμενο & τῆ, τὶς ἂν θύρας ἁμάρτοι. ἢ λέγεται μὲν ὑπὶ τῶν σὺκόλων καὶ μηδὲν χαλεπὸν καὶ δυσάρεστον ἐχόντων εἴρηται ὴ ἀπὸ τῶν τοξοτῶν, τῶν ἐπὶ σκοπὸν τοξευόντων. οὗτοι γὰ ἂν μὲν γένδε ὁ προκείμεν & ἡ σκοπὸς εὐ ῥᾳδίως αὐτ' τυγχάνουσιν. ἂν δὲ ἡ πλατὺς, ὁ χαλεπὸν τὸ τότε τυγχάνειν, διὸ καὶ πάντες τυγχάνουσιν ῥᾴδιον τότε. id eſt, Videtur autem mihi quod permulti tentant de ea differere, neque quiſquam illorum omni ex parte fallitur, hoc argumento demonſtrare tractationem hãc nobis naturalem eſſe. At rurſum quòd nemo pro dignitate plenéq; de illa ſit locutus: ex hoc & amplitudinem illius & difficultatem argui poſſe. Simulq; illud admonere, non oportere obiter aut indiligenter ueſtigationem illius peragere: imò ſectandam quidem eſſe, propterea quòd ad eam natura propenſi uideamur: at rurſus non oſcitanter, eo quòd ſit difficilis. Atq; his uerbis adhortatur nos, ut eam neq; contemnamus tanquam omnino facilem, neq; rurſum per deſperationem ab ea deterreamur, tanquã admodum difficili. Itaq; ſi perinde uidetur habere, quemadmodum prouerbio dicimus, quis non attigerit ianuam? quòd omnes aliquid rectè dixerint, quicunq; de ea ſunt locuti. id facilitatem illius arguere, adhibito prouerbio demonſtrat. Nempè illo, quis non attingat hoſtiũ? Quod quidem uſurpari conſuecuit, de rebus factu procliuibus, in quibus omnino nihil inſit, uel difficile uel arduum. Sumptum eſt autem à ſagittarijs, ad ſcopum propoſitum iaculantibus. Siquidem ij, ſi ſcopus fuerit minutus, facilè fit ut fallant, neq; feriant: ſin autem amplus, haud difficile feriunt. Hactenus Alexandri uerba retulimus, è quibus ſatis abundè arbitror liquere, θήρας legendum, nõ θύρας. Quanquam totum hoc quicquid eſt, eruditorum iudicio relinquimus. Etenim ſi quis erit cui ianua illa impendio placebit, habiturus eſt quo ſuffragium ſuum non omnino abſurde tueri poſſit. Haud enim ſcio an & antiquitus fieri ſoleat, quod hodie nonnullis in locis uidemus ut aggeres qui ſcopum ſuſtinent, à lateribus atq; item à tergo muris defendantur, ſupernè imminente tecto, ut ingreſſus ille qui patet, ianuæ ſpeciem habere uideatur. Porrò uehementer imperitus ſit oportet, qui non ſolum non attingat ſcopum aut aggerem, uerum etiam ab ipſo aberret ingreſſu, quem difficile non ſit uel cuiuis attingere. Mihi tamen uerò propius uidetur, ut ad Pindaricam fabulam referatur adagium. Sed ſuper hoc quemadmodum dixi, docti pronuntiabunt. Nos commentatoris officio functi, ſat habuimus, quod apud autores inuenerimus, quodq; nobis uideatur, id expendẽdum in medium proponere. Affine uidetur huic prouerbio quod apud Platonem legitur in Phædro: Λύσιας τ' παντὸς ἁμάρτηκε. i. Lyſias prorſum aberrauit. Alluſit huc leuiter Lucianus in Timone, cùm ait: Iouis fulmen quod in Anaxagoram philoſophum torſerat, fallente manu, ab ipſo quidem aberraſſe, cæterum in Caſtoris ac Pollucis templum fuiſſe detortum. Nec abhorrent ab hac forma toto aberrare cœlo, & tota aberrare ista quæ retulimus aliàs.

Salſuginoſa uicinia. XXXVII

Ἀλμυρὸν γειτόνημα. id eſt, Salſuginoſa uicinia. De ſterili, agreſti, atq; inhumana uicinia dicebatur. Ariſtides in Themiſtocle: ἔξω τὸ γειτόνημα ἁλμυρὸν ὥς φασιν. id eſt, Sit ſalſa, ut aiunt, uicinia. Interpres adſcripſit adagium ex Alcmane Lyrico poëta ſumptum. Plato libr. De legib. 4. μάλαγε μὴ ὄντως, ἁλμυρὸν καὶ πονηρὸν γειτόνημα. i. Haud ſanè uerè ſalſuginoſa, malaq; uicinia. Transferri poteſt uel ad negotium multi quidem laboris, at parum frugiferum: uel ad uicinos moleſtos. Traductum ab agris mari finitimis, qui plerunque ſolent ad culturam inhabiles eſſe. Proinde Vergilius etiam terram ſalſam, ut minimè feracem damnat. Ad hæc uidemus homines & ipſos littorales ferè cæteris inhumaniores, tanquam immanitatis nonnihil ex immaniſſimo contrahant elemento.

Ad fractam canis. XXXVIII

Πρὸς ἠχοῦσαν ἄλφιτα. Ad fractam canis, ſubaudi uel chordam, uel citharam. Suidas oſtendit dici ſolitum de ijs qui fruſtra laborant. Antiquis mos erat ad citharam canere, in qua ſi qua chorda rupta ſit, ad eam fruſtra uocem accommodes, cum illa non reſpondeat. Fabulam de cicada, fractæ fidis uicem ſupplente, diximus alibi. Quinquam non inſcite accommodabitur, ubi non reſpondetur officijs alicuius, aut ubi quis ſuadet obſtinato, aut orat inexorabilem.

Vtre territas. XXXIX

ἀσκῶ ἢ ἀσκίῳ μορμολύττεσθ. i. Vtre terrere, ſiue terreri. Dici ſolitum, quoties inanem formidinem aut concipit aliquis, aut incutit. Sumptum ab ijs qui uaſorum inanium ſtrepitu pauefaciunt pueros, aut alioqui formidoloſos, uel potius qui uaſorum huiuſmodi ſonitu propellunt aues, ut indicat in Auibus Ariſtophanes. Extat apud Diogenianum, atq; huic finitimum putat, ἀσκῷ φαυλίζειν. Heſychius unica dictione pronuntiat, ἀσκοφλαυεΐζειν pro inani metu. Putat idem ualere τῇ σκιᾷ μορμύσσειν. i. umbra territas.

Leonem larua terres. XL

Μορμολυκίοις ἀκροᾶς τὸν λέοντα. id eſt, Laruis terres leonem. Apud eundem refertur. Conueniet de minis inanibus ac terriculis deridendis. Quanquam, ut inquit Plinius hoc tale tanquam ſæuum animal rotarum orbes circumacti, currusq; in uias, & gallinaceorum criſtæ cantusq; etiam magis terrent, ſed maximè ignes. Quod ni fallor memoria, reperi apud autorem quempiam, leonem etiam laruis & appoſititijs uultibus offendi. Adagium uſurpat Seneca libr. 2.

Principatus Scyrius. XLI

ἀρχὴ σκυρία. id eſt, Imperium Scyrium. De frigido tenuique regno. Scyrus inſula, quàm olim incoluere Pelaſgi & Cares, petricoſa & infrugifera, nec ullius bonæ rei ferax. Suidas addit, quoſdam referre prouerbium ad Theſeum, qui cùm inuaſiſſet ditionem Lycomedis, atque huius uxorem ſollicitaſſet ad ſtuprum, præcipitatus ſit: unde uidetur ſæuum imperium dictum principatus Scyrius. Legimus & de ſaxis Scyronijs, quod an ad hoc prouerbium pertineat neſcio. Iuxta priorem interpretationem adagium eleganter accommodabitur ad munus aliquod, unde præter inanem titulum, & moleſtam adminiſtrandi curam nihil emolumenti capitur: autor Zenodotus.

Poſt Lesbium cantorem. XLII

Μετὰ λέσβιον ᾠδόν. i. Poſt Lesbium cantorem. Hoc adagio ſignificabant aliquem non primas, ſed ſecundas tenere partes: Finitimum illi: Οὐδὲν πρὸς τὸν παρμένοντ & ὖν. i. Nihil ad Parmenonis ſuem. Lacedæmonicum prouerbium hac natum occaſione, quemadmodum narrat Suidas: Cum

Laced

Lacedæmoniorum res ſeditionibus tumultuarentur, conſultum oraculum iuſsit, uti Leſbium cantorem accerſerent. Accerſitus itaq; Terpãder Leſbius ninirum Antiſſæus, & ad Lacedæmonios miſſus. Is canendo ſic illorũ animos deliniuit, ut ſeditionem omnem ſedaret, redactis in concordiam ciuibus. Qua ex re factũ eſt, ut Lacedæmonij Leſbijs cantoribus primas in arte muſica partes tribuerent, & ſi quẽ alium canentem audiſſent, protinus dicerent, μετὰ λέσβιον ᾠδόν. i. Poſt Leſbium muſicum. Zenodotus prouerbium hoc citat ex Cratini fabula, cui titulus Chiron. Meminit huius adagij Plutarchus in commentario quem inſcripſit περὶ τῶν ὑπὸ τ θέως βραδέως τιμωρουμένων. Quanquam mihi quidem ſtilus non redolet Plutarchum: Nihil autem uetuerit quo minus prouerbium etiam ad rem deflectatur, ueluti ſi quis affirmans quærendam eruditionem, ſed poſt paratam pecuniam dicat, μετὰ λέσβιον ᾠδόν.

Callipides. XLIII

Καλλιππίδης olim prouerbio dicebatur, qui in moliendis negotijs cum multa ſe facturum minaretur, nihil tamen conficeret: aut quemadmodum ait Terentius, qui ſedulo mouens ſeſe, nihil promoueret. M. Tullius ad Atticum libr. 13. Quod ad me de Varrone ſcribis, ſcis me antea orationes, aut aliquid id genus ſolitum ſcribere, ut Varronem nuſquam poſſem intexere. Poſtea autem quam hæc cœpi φιλολογώτερα, Varro mihi denũtiauerat magnam ſanè & grauem προσφώνησιν. Biennium præterijt, cum ille καλλιππίδης aſſiduo curſu nullum cubitum proceſſerit. Quibus uerbis Cicero notat M. Varronis tarditatem, qui cum magnas quaſdam ſpes oſtenderet, re nihil unquam abſolueret. Suetonius Tranquillus in Tiberio: Ad extremum uota pro itu ac reditu ſuo ſuſcipi paſſus eſt, ut uulgò iam per iocum Callipides uocaretur, quem curſitare, ac ne cubiti quidem menſuram progredi, prouerbio Græco notatum eſt. Hactenus Tranquillus. Parum autem liquet, utrum omnis prouerbij ratio ſita ſit in Callipidis cognomine, quod à pulchritudine equorum eſt dictum: an aliud quoddam fuerit prouerbium, quod in Callipidem ſit dictum, quemadmodum ex Suetonij uerbis coniectura ſumi poſſe uidetur. Deinde quis hic fuerit Callipides, cuius tardam celeritatem notarit adagium, non ſatis perſpicuum eſt, niſi quòd haud diſſimile ueri uidetur accipiendum eſſe, de Callipide tragœdiarum hiſtrione: cuius meminit Plutarchus in apophthegmatis Laconicis, his quidem uerbis: Ἀ δὲ τοὺς ἄλλους ἑώρα θαυμάζοντας, ἐδόκει μηδὲν γινώσκειν. καὶ ποτε καλλιππίδης, ὁ τῶν τραγῳδοποιῶν ὑποκριτὴς ὄνομα καὶ δόξαν ἔχων ἐν τοῖς ἕλλησι, καὶ σπουδαζόμενος ὑπὸ πάντων, πρῶτον μὲν ἀπῄτησεν αὐτὸν, καὶ προσέπεμψεν, ἔπειτα σοβαρῶς εἰς τοὺς συμπαρόντας ἐμβαλὼν ἑαυτὸν ἐπεδείκνυτο, νομίζων ὠφελεῖσθαί τινος φιλοφρονήσεως. τέλος δὲ εἶπεν, οὐκ ἐπιγινώσκεις μὲ ὦ βασιλεῦ. οὐκ ἤκουσας ὅστις εἰμι; ὁ ἀγνοήσας ἀποβλέψας εἰς αὐτὸν, ἀλλ' οὐτός ἐστι καλλιππίδας, ὁ διακλίκτας; εὕτως ἠλαζονεύοντο τὰς μίμησις καλοῦσι. Quorum uerborum hæc fermè ſententia eſt: Quarum rerum admiratione reliquos teneri uidebat, eas ipſe ne cognoſcere quidem uidebatur. Euenit aliquando ut Callipides tragœdiarum hiſtrio, multi nominis atque opinionis inter Græcos, & ab omnibus in pretio habitus, primum illi fieret obuius, ac ſalutaret: deinde arrogantius inter reliquos regis aſſectatores admiſceret ſeſe oſtentaretq;, ratus futurum ut ille prior aliquid comitatis inciperet exhibere. Tandem cum diceret etiam: Non agnoſcis me rex, nec qui ſim audiſti? Ageſilaus contemptatus hominem: An non tu es, inquit, Callipides ille dicelicta? Nam ſic appellant Lacedæmonij mimos. Hæc Plutarchus. Δίσκηλον autem apud Græcos ſimulachrum ac repræſentationem, imitamenq; ſignificet, ut autor eſt Eudemus. Vnde Lacedæmonij mimi uocabulum duxiſſe uidentur, quod ipſum etiam ἀπὸ τῆς μιμήσεως, hoc eſt, ab imitatione dictum eſt nobis. Licet igitur conijcere, Callipidem hunc, aut quiſquis is fuit, ita geſticulationibus uti ſolere, ut cum mira agilitate moueri uiderctur, à loco tamen non diſcederet. Meminit huius nominis etiam in Nebulis Ariſtophanes, indicans eam uocem ἀπὸ τῶν ἵππων eſſe deductam.

Balneator. XLIIII

Βαλανεύς. id eſt, Balneator, ſiue balnei caupo. Id nominis uulgato conuicio dicebatur in hominem alienarum rerum plus ſatis curioſum. Propterea quòd huiuſmodi genus hominum, quoniam in otio uiuit, neque ſuis negotijs diſtinctur, aliena curare conſueuit. Quemadmodum ille Damaſippus Horatianus,

—Aliena negotia curans, Excuſſus proprijs. Cuiuſmodi ſunt & tonſores. Vnde idem Horatius: —Opinor
Omnibus & lippis notum & tonſoribus eſſe.

Plato lib. De repub. 1. uidetur uſurpare in uerboſos. Quanquam germana inter ſe uitia ſunt, curioſitas & garrulitas, teſte uel Horatio:

Percunctatorem fugito, quia garrulus idem eſt.

Meminit adagij Diogenianus.

Bacchæ more. XLV

Βάκχης τρόπον. i. Bacchæ more. De tetricis ac taciturnis dictitari ſolitum, quòd eſſent huiuſmodi Mænades illæ, Bacchico afflatæ furore. Autor idem Diogenianus.

At Iuuenalis retulit ad uitam intemperantem:

Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia uiuunt.

A' laſſo rixa quæritur. XLVI

Seneca De ira libr. 3. prouerbium huiuſmodi refert: A' laſſo rixa quæritur. Aut, laſſus rixam quærit. Quod in quem ſenſum antiquitus fuerit uſurpatum, non ſatis liquet. Quòd ſi coniecturas ſequi licet, apparet dictum in quoſdam moroſiores, & ad rixandum procliuiores: non quòd offendantur, ſed quòd alioqui animo male affecti ſunt, ut ſunt difficiles ac ſubmoroſi, quibus fortuna aduerſa eſt. Sed ipſius Senecæ uerba ſubſcribam, ex quibus prouerbij ſenſus hic, ut opinor, colligi poterit: Ideo quibus ſtomachus ſuſpectus eſt proceſſuri ad res agendas maioris negotij, bilem cibo temperent, quam maximè mouet fatigatio: ſiue quia calorem inedia compellit & nocet ſanguini, curſumq; eius uenis laborantibus ſiſtit: ſiue quia corpus attenuatum & infirmum incumbit animo. Certè ob eandem cauſam iracundiores ſunt, ualetudine aut ætate feſſi. Fames quoque & ſitis ex eiſdem cauſis uitanda eſt. Exaſperat enim & incendit animos. Vetus dictum eſt, à laſſo rixam quæri, Acque autem & ab eſuriẽte, & ab omni homine quem aliqua res urit. Nam ut ulcera ad leuem tactum, deinde etiam ad ſuſpitionem tactus condoleſcunt: ita animus affectus, minimis offenditur: adeo ut quoſdam ſalutatio, epiſtola, oratio, & interrogatio ad litem euocent. Nuſquam ſine querela ægra tanguntur. Hactenus Seneca. Huc pertinet quod ſcribit Plin. libr. 22. cap. 24. Sic & in Liſitudine proniores eſſe ad iracundiam & in ſiti.

Gladiator in harena conſilium capit. XLVII

Gladiator in harena conſilium capit. Admonet è re nata mutandum aliquando conſilium, & tempori, quod aiunt, ſeruiendum. Refertur & hoc ab Annæo Seneca libro Epiſtolarum ad Lucillium tertio. Iam intelligis, inquit, educendum eſſe te ex iſtis occupationibus ſpecioſis & malis. Sed quomodo id conſequi poſſis, quæris. Quædam non niſi à præſente monſtrantur. Non poteſt medicus

per

Ayuntamiento de Madrid

per epiſtolas cibi aut balnei tempus eligere. Vena tangenda eſt. Vetus prouerbium eſt: Gladiatorem in harena capere conſilium. Aliquid aduerſarij uultus, aliquid manus motus aliquid ipſa inclinatio corporis intuentem monet. Quid fieri ſoleat, quid oporteat, in uniuerſum & mandari poteſt & ſcribi. Tale conſilium non tantum abſentibus, ſed etiam poſteris datur. Illud autem quando fieri debeat, aut quemadmodum ex longinquo nemo ſuadebit. Cum rebus ipſis deliberandum eſt. Hactenus ille. Cæſar commentario belli Gallici 5. Quod plerunq; his accidere conſueuit, qui in ipſo negotio conſilium capere coguntur. Dicimus & è re nata conſilium capere.

Inelegantior Líbethrijs. XLVIII

Ἀμαθέστερος Λιβηθρίων. id eſt, Indoctior Libethrijs. Prouerbialis hyperbole, quadrans in hominem admodum idiotam, & ab omni Muſarum commercio prorſus alienum. A gentis huius agreſti imperitia ſumptum eſt prouerbium. Tradunt enim Libethrios, muſices ac poëtices, breuiter omnium elegantiarum diſciplinarum ſtolidiſſimos contemptores fuiſſe, adeo, ut apud hos quidam occiſum Orpheum exiſtiment, quorum de numero Zenodotus eſt, qui Libethrios gentem Perſicæ ſcribit fuiſſe. Seruius Libethrum fontem quempiam eſſe credidit, unde Vergil. in Melibœo Muſas Libethridas cognominarit. Plinius lib. 4. mentionem facit Libethræ fontis: quem conſtituit in Magneſia quæ Theſſaliæ regioni adiungitur. Solinus Libethrum uocat genere maſculino. Strabo item libr. Geographiæ 9. Libethri meminit: Hoc in loco, inquit, conſecrata eſt Muſis ædes, fonſq; caballinus, & Libethridum ſpelunca nympharum. Quæ ex re ſuſpicari licet, eos qui & Helicona & Pieriam & Libethrum & Pimpliam eiſdem Muſis conſecrarunt, Thraces extitiſſe. Pieres autem uocabantur, quibus extinctis loca hæc Macedones nunc poſſident.

Domeſticum theſaurum calumniari. XLIX

Τὸν οἰκοι θησαυρὸν διαβάλλεις. id eſt, Domeſticum theſaurum calumniaris, ſiue traducis, hoc eſt tua ipſius carpis laceraſq;. Simillimum illi, quod alibi retulimus, Horatiano: Vineta propria cædere. Ariſtides rhetor in Pericle: Τὸν οἰκοι θησαυρὸν διαβάλλοιμεν, ἂν ταῦτα διασύροιμεν id eſt, Domeſticum theſaurum inſimulabimus, ſiquidem iſtis obtrectabimus. Nullus autem ſanæ mentis, quæ domi recondita habet, traducit ac reprehendit: ſed ſuis quiſq; fauet, alienis inuidet. Conueniet & in illos, qui ſua ipſorum arcana non celant.

Qualis uir talis oratio. L

Annæus Seneca in epiſtolis, quas ſcripſit ad Lucillium lib. 20. Apud Græcos, inquit, in prouerbium ceſſit: Talis hominibus fuit oratio, qualis uita. Græcum id prouerbium extat apud Ariſtidem, in ſecunda Rhetorices aduerſus Platonem defenſione: Οὐκ ἀποχρᾶτε ἢ ἃ παροιμία τόταν ἃ λέγησα, οἷος ὁ τρόπος, τοιοῦτον εἶναι καὶ τὸν λόγον, καὶ πάλιν τὸ ἕτερον ὡσάυτως. id eſt, Non diſſonat autem ab ijs adagium quo dicunt, cuiuſmodi ſunt mores, eiuſmodi & orationem eſſe: Ac rurſum: Qualis ſit oratio, tales item eſſe mores. Ad eandem facit ſententiam, quod inter Solonis apophthegmata commemorat Diogenes Laërtius: τὸν λόγον εἴδωλον εἶναι τῦ ἔργου. id eſt, Orationem factorum eſſe ſimulachrum. Perſius 5. Satyra, ſententiam hanc allegoria texit, cùm ait:

—Pulſu dignoſcere cautus,
Quid ſolidum crepet, & pictæ tectoria linguæ.

Nimirum innuens, haud aliter animum hominis ex oratione ſpectari, quàm uaſa dignoſcuntur crepitu, quem reddunt digito pulſata. Idem in Satyra 3.

—Sonat uitium percuſſa, maligne
Reſpondet, uiridi non cocta fidelia limo.

Idq; prouerbij non ſolum locum habet, cum improbum, aut probum uirum argüit oratio, uerumetiam cum ex ſtilo perpendimus ingenium cuiuſque, omnemq; mentis habitum ex ipſa dictionis ratione coniectamus. Eſt enim tumidi, ſtilus turgidus: abiecti, humilis, exanguis: aſperi, ſcaber: amarulenti, triſtis ac maledicus: delicijs affluentis, picturatus ac diſſolutus: Breuiter omne uitæ ſimulachrum, omnis animi uis, in oratione perinde ut in ſpeculo repræſentatur, ac uel intima pectoris, arcanis quibuſdam ueſtigijs deprehenduntur. Itaque Seneca Mœcenatis delicias ac mollitiem ex ipſa hominis dictione colligi ſcribit. Huc pertinet, quòd Socrates apud Platonem iubet loqui Charmidem ut eum uideat, nimirum hominem ex oratione æſtimaturus. Idem in Gorgia negat ſe noſſe Archileum Perdicæ filium, quod nunquam cum eo uenerit in colloquium. At uulgò prædicant ſe noſſe hominem quem uiderint tantum, quum animus hominis non perſpiciatur, niſi ex oratione.

Ἡ ψελλὴ ὁ πιπτλυϛ. LI

Ἡ ψελλὴ ὁ πιπτλυϛ. id eſt, Balba non credit. Iocus prouerbialis, ubi quis ſua mala conatur diſſimulare, quæ præ ſe fert, etiam cum diſſimulat. Veluti ſi quis neget ſe blæſum eſſe, idq; ipſum non poſſit, niſi blæſe dicere. Dictum eſt enim πιπτλευα pro πιϛευα. Propterea quòd qui linguæ uitio laborant, in literis duabus, ſigma & rho potiſſimum laborant. Refertur à Suida. Notatus eſt & Alcibiadis labdaciſmus qui pro ρ litera, λ ſolitus ſit pronuntiare, non linguæ uitio, ſicut arbitror, ſed magis ob delicias. Apud Ariſtophanem in Veſpis, ubi quiſpiam pro θεως θεολς, προς κόρακας κόλακας dixiſſet ὁλᾶς θεολς; τὺ περαλὺ κόλακας ἔχει. alter ſubijcit:

Ορθῶς γε τ' ἀλκιβιάδης ἐτρόλισεν. id eſt,
Recte Alcibiades hæc quidem ebalbutijt.

Noſtris ipſorum alis capimur. LII

Τοῖς αὐτ' πτεροῖς ἁλισκόμεθα. i. Noſtris ipſorum pennis capimur Ariſtoph. in Auibus:

Ταυτὶ μὲν κάσμεσθα χὴ τ' ἀισχύλου,
Τἀλλ' ὀχ ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς αὐτῶν πτεροῖς. id eſt,
Atque hic quidem coniecimus iuxta Aeſchylum,
Hæc non ab alijs, imò pennis proprijs.

Aeſchylus autem, ut admonet interpres, in fabula, cui titulus Myrmidones, hoc prouerbium appellat λιβυϛικὸν, quòd ex apologo Libyco ductum ſit. Fertur autem apologus huiuſmodi, aquilam ictam ſagitta, cùm inſpexiſſet iaculum ad imaginem pennarum effictum, imitatumq; dixiſſe:

Τἀλλ' ὀχ ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς αὐτῶν πτεροῖς
Ἁλισκόμεθα. id eſt,
Hæc non ab alijs, imò pennis proprijs Capimur.

Vſus eſt hoc Athenæus libro undecimo, Καὶ ταῦτα ὀχ ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς σαυτ πτεροῖς χὴ τὸν θαυμάσιον ἀισχύλον ἅλωκε. id eſt, Idq; non ab alijs, ſed tuis ipſius alis caperis, ut egregius ille dixit Aeſchylus. Conuenit in eos, qui ipſi præbent occaſionem ſui mali, ut Chremes Terentianus ὠ ἑαυτὸν τιμωρημένω, cum ſeruum hortatur, ut tecbnam aliquam in Menedemum intendat, à quo mox ipſe deluditur dolis.

Bonæ fortunæ. Siue Boni genij. LIII

Ἀγαθῦ δαίμονος. id eſt, Boni genij, uel Bonæ fortunæ, ſubaudi, nomine, ſermo eſt bene ominantis in re quapiam aggrediunda quemadmodum & illud Perſianum: Hoc bene ſit. Itaque feſtiuius erit cum ad iocum trahetur de eo, qui rem

Ayuntamiento de Madrid

rem inceptat, leuem quidem illam, sed perinde laborans quasi esset maxima. Velut si sordibus quispiam tandem uini cadum relineret, aut caseum diu seruatum aliquando proponeret ἀγαθῆ δαίμονος. Zenodotus & item Aristophanis interpres ostendit, prouerbium hinc esse natum, quòd olim peracto conuiuio sublatáq; mensa meracum inferri consueuit. Isq; calix ἀγαθῆ δαίμονος, id est, boni genij appellatur. Huius commenti autorem citat Theopompum interpres Aristophanis in Vespis. Nec diuersum est quod adfert ex Apollodoro, cui sententiæ suffragari uidetur Aristophanes in Equitibus,

Μὰ δί' ἄλλ' ἄκρατον οἶνον ἀγαθῆ δαίμονος. id est,
Non per Iouem, uerum boni genij merũ. Item in Vespis.
Μηδέποτε πίοιμ' ἀκράτῳ μισθὸν ἀγαθῆ δαίμονος. i.
Ne merum unquam bibere detur præmium genij boni.

Idem in eodem,

Καὶ σπεῖσον ἀγαθῆ δαίμονος. id est,
Ac boni libato genij nomine. Paulo diuersius in Pace,
Νῦν γὰρ ἁμῖν ἁρπάσαι πάρεστιν ἀγαθῆ δαίμονος. id est,
Nam boni genij licet nunc rapere nobis nomine.

Quanquam Athenæus lib. dipnosophistarum 11. palàm demonstrat, à lotione quæ cœnati utebantur, calicẽ inferri solere, qui dicebatur ἀγαθοῦ δαίμονος. Qui sanè mos hodieq; durat Germanis. Id poculum ostendit dictum μεταίνιπτρον, quod à lotis manibus adferretur, qui mos et hodie religiosè seruatur apud Britannos. Antiphanes in Lampade:

Δαίμονος ἀγαθοῦ μετάνιπτρον ἐνθαγεῖν.
Boni dei metaniptron deuorare, Rursum idem,
Αλλὰ μοὶ δαίμονος ἀγαθοῦ μετάνιπτρον.

Hunc calicem quisquis accepisset, præbibebat alteri cuipiã, ut idem autor indicat. Erat autem mos apud ueteres, ut propinantes, aut bibituri, deum quempiam, aut hominẽ ominis causa præfarentur, eumq; gignendi causa proferebant. Quemadmodum apud Lucianum in Lapithis Alcidamus Cynicus, sponsæ Herculis nomine propinat. Item Horatius:

Da lunæ propere nouæ,
Da noctis mediæ, da puer auguris.

Alijs magis placet hinc ductum adagium, quòd antiquitus primus calix ἀγαθοῦ δαίμονος sit appellatus, eaq; uoce bene ominari soleant, ob Bacchum, ceu uernaculum ac domesticũ deum. Quinetiam mensis cuiusq; diem à primo proximum, ἀγαθοῦ δαίμονος appellitabant antiquitus. Fertur & apud Thebanos sacellum fuisse ἀγαθοῦ δαίμονος. Denique est & insula quædam huius nominis in mari Indico, quemadmodũ ostendit Stephanus. Plutarchus conuiualium quæstiunculariũ decade tertia, demonstrat antiquitus fuisse morem ut non gustarent uinum, nisi prius libassent alicui deo, quo potus illius ceu pharmaci, sibi innoxius esset & salutaris. Atq; Athenis quidem undecimo mensis die immolabant uini primitias, eumq; diem pithœniam appellabant. Ast apud Bœotos septimo mẽsis ineuntis die, sacris peractis bono dæmoni, gustabant ab exorto Zephyro, quòd is uẽtus præcipue suscitet moueatq; uinum, adeo, ut quod illum effugerit, uideatur iam duraturum. Mensis autem is uocabatur πρωτανεύς. Aristides in Themistocle uidetur ad hoc allusisse: prouerbium cùm ait: Αλλὰ καθέζου τοῖς ἕλλησιν ἀφ' ἀγαθοῦ δαίμονος. i. Verum constitit Græcis boni genij uice. Quanquam hoc magis referendum ad id, quod alibi diximus: Bonus genius & malus genius.

Ad aquam malus. LIIII

Εφ' ὕδωρ κακὸς. i. Ad aquam malus. In infimæ sortis homines olim dicebatur, ac sordidissimis quæstibus addictos, propterea quod antiquitus infames habebantur, multoq; omniũ contemptissimi, qui litigantibus aquam subministrare consueuerunt. Nam aliàs admonuimus, ueteres ad clepsydrariũ mensuram in iudicijs dicere solitos. Infundebatur & certantibus per clepsydras aqua. Eam aquam tenues quidam, ac nullius frugis homines infundebant, dispensabantq;. Porrò qui hoc ministerio fungebantur, Athenis habebantur reiecti, rei pariter ac bonæ famæ indigi, non aliter quàm Romanis legibus notantur scenici, & aliorum publicorum certaminum ministeria quædam. Est aliud huic confine βάλλ' ἐς ὕδωρ. i. auser in aquam. i. in malam rem.

Phocensium execratio. LV

Φωκέων ἀρά. i. Phocensium execratio. De iureiurando multis uinculis astricto. Nam olim in fœderibus quo minus uiolarentur, adhibebant, non solum promissa, dextras, & sacrificium, uerum execrationes in caput eius, quicunq; non staret pactis, id quod ex Euripide licuit colligere, cuius hi uersus in Iphigenia Aulidensi:

Ορκους σιωπᾶν, δεξιάς τε συμβαλεῖν
Μυηστῆρας ἀλλήλοισι, καὶ δι' ἐμπύρων
Σπόνδας καθεῖναι, κἀπαράσασθαι τάδε.

Eorum uersuum sententiam nos olim sic uertimus:

Vt coirent iureiurando proci,
Atque inter ipsos iungerent dextras, adhæc
Adolenda diuûm ponerent aris sacra:
Ac semetipsi astringerent, diris ad id
Caput obligantes execrationibus.

Prouerbium autem, ut ad id redeam, ab huiusmodi profectum est casu. Phocenses Ioniæ populus, olim communi populi consilio patrium solum reliquerunt, adacti deuotionibus, atque execrationibus quibusdam, ne quisquam usquam de repetenda patria cogitaret, itaq; iuxta Dianæ oraculum Aristarcho duce, Galliam Narbonensem adierunt, ibiq; ciuitatem florentissimam Maßiliam condiderunt. Cuius historiæ mentionem faciunt Herodotus lib. 1. Strabo 4. Meminit & Horatius lib. Epodon:

Fortè quid expediat communiter, aut melior pars
Malis carere quæritis laboribus.
Nulla sit hac potior sententia, Phocæorum
Velut profugit execrata ciuitas,
Agros, atque lares patrios, habitandaq; phana,
Apris reliquit & rapacibus lupis.

Deinde qui fecerit ciusmodi ritus execrationis aperit:

Sed iuremus in hæc, simul imis saxa renarint
Vadis leuata, ne redire sit nephas.
Neu conuersa domum pigeat dare lintea, quando
Padus Matina lauerit cacumina,
In mare seu celsus procurrerit Apenninus,
Nouaq; monstra iunxerit libidine
Mirus amor, iuuet ut tigres subsidere ceruis,
Adulteretur & columba miluio,
Credula nec flauos timeant armenta leones,
Ametq; falsa leuis hircus æquora.
Hæc & quæ poterunt reditus abscindere dulces
Eamus omnis execrata ciuitas.

Stephanus Φωκάιαν urbem Ioniæ facit, cuius denominatiuum Φωκαιεὺς, iuxta Herodotum, καὶ Φωκαεὺς, & alteram eiusdem nominis in Mycala Cariæ. Est autem & Φωκὶς Bœotiæ regio, iuxta Parnassum, à quo denominatiuum Φωκεῖς καὶ Φωκικοί. Hoc idcirco uisum est mihi admonere, quod quidam affinitate nominum labi uidentur. Siquidem à Phocæis siue Phocæensibus Ioniæ ductum est hoc prouerbium, à Phocicis Bœotiæ natum est, quod alibi referemus, Phocensium, seu Phocidensium desperatio. Prouerbium refertur à Zenodoto.

Sybaritica oratio. LVI

Συβαριτικοὶ λόγοι. id est, Sybaritici sermones. Hesychius narrat Ακωπον quempiam, Sybaritam opinor, summo studio

Ayuntamiento de Madrid

ſtudio incubuiſſe, ut orationis quoq; genus haberet lautum & opiparum: hinc iocum prouerbialem ortum, ut oratio nitidior & accuratior, Sybaritica diceretur. De luxu Sybaritarum in apparandis conuiuijs, dictum eſt in prouerbio, Sybaritica menſa. Sic & Aſiaticum dicendi genus uenit in prouerbium. Fit enim ferè, ut qualis uita talis ſit oratio. Congruet & in orationem arrogantem atq; ampulloſam. Nam et faſtus nomine notati ſunt Sybaritæ, Sybaritæ per plateas.

A' linea incipere. LVII

ἀπὸ γραμμῆς ἄρχεσθαι. i. A' linea incipere dicuntur, qui ab ipſo rei exordio ſumunt initium. Ariſtides ſophiſta in Themiſtocle. Αὕτη πρώτη θεμιστοκλέους ἰδέας καὶ κέλευσις, ἐντεῦθεν ὅρα τὴν ἀνάρχα, ἀπὸ γραμμῆς ἀρξάμενος. i. Hoc primum Themiſtoclis ſpecimen, ac probatio. Hinc uirum ſpectato, à linea exorſus. Is qui in hunc autorem addidit ſcholia, putat hoc prouerbium finitimum illi, ἀφ' ἑστίας ἀρξάμενος. i. A' lare exorſus. Mihi magis uidetur cognatum illis, quæ diximus alibi: A' capite, à carceribus. Sic enim uocabant unde primum emittebantur equi, quod ipſum & oppidum uocatur, autore Feſto. Sumpta eſt autem metaphora ab his, qui curſu certant in ſtadijs. Nam ijs linea quædam ducitur, ad quam ex æquo ſtent, donec currendi ſignum accipiant, ut oſtendit Ariſtophanis interpres in eo quem mox citabimus loco. Tertullianus lib. aduerſum Marcionem primo: Age igitur ad lineas rurſus & ad gradum. Ad lineas dixit, pro eo quod eſt, ab integro.

A' carceribus. LVIII

ἀπὸ βαλβίδων. id eſt, A' repagulis, ſiue carceribus. Eandem habet ſententiam cum eo quod proximè retulimus. Ariſtophanes in Veſpis:

Καὶ μὴν σὺθὺς γ' ἀπὸ βαλβίδων περὶ σὲ ἀρχῆς ἀποδιώξω. id eſt,

At qui protinus à carceribus, de fonte rei referabo.

Id eſt, ἀπ' ἀρχῆς σὺθέως.

Interpres oſtendit, ut modo dixi, metaphoram mutuo ſumptam à ſtadijs, in quibus carceres erant repagula quædam, unde curſus initium erat, quæ Græci βαλβίδας ſeu ἀφετηρίας appellant: iuxta has linea tendebatur, cui inſiſtebant curſuri. Vnde frequentes illæ apud Latinos etiam ſcriptores formulæ, à carceribus ad metam, à meta ad carceres. Quæ quidem exempla citauimus alibi.

Noua hirundo. LIX

Νέα χελιδὼν. i. Noua hirundo. Suidas hoc adagium citat ex Auibus Ariſtophanis, fallente, ſicut opinor, memoria. Nam extat apud hunc poëtam in Equitibus, his uerſibus,

ἐξηπάτων γὰρ τὰς μαγείρους, ἐπιλέγων τοιαυτί,
Σκέψασθε τἀλλᾶς ἢ χ' ὁρᾶθ', ὥρα, νέα χελιδών.
Οἱ δ' ἔβλεπον, κἀγὼ τοσούτῳ τῶν κρεῶν ἐκλεπτόμην. i.
Etenim coquos ego fefelli, fatus hæc ad illos:
Spectate pueri, non uidetis uer, noua ecce hirundo:
Illi tuentur, interim autem ſuſtuli ipſe carnes.

Interpres admonet prouerbiali figura dictum, ac perinde ualere, quaſi dicas initium ueris, propterea quòd id temporis appareat hæc auis. Quemadmodum & Horatius,

—Zephyris & hirundine prima.

Suidas ait dici ſolere, quoties uerba darentur alicui. Sumptum à ioco puerili. Nam hi data opera, nouam hirundinem adſimulantes uidere ſeſe, oſtendunt alijs: deinde contemplantibus: illis & intentis, interim quod uolunt ſurripiunt. Theognis apud Athenæum libr. 8. declarat Rhodijs ſolenne fuiſſe, quotannis publicis uotis inuitare hirundinem ſub tempus uernum, quod illi χελιδονίζειν appellabant, acclamantes in hunc modũ: ἦλθε ἦλθε χελιδὼν καλὰς ὥρας ἄγουσα καὶ καλοὺς ἐνιαυτούς. i. Veni ueni hirundo, pulchra tempora adducens, ac pulchros annos. Proinde quadrabit in eos, qui falſa ſpe quapiam iniecta fallunt ac nocent.

Iouis & regis cerebrum. LX

Διὸς ἐγκέφαλος. i. Iouis cerebrum: καὶ βασιλέως ἐγκέφαλος. id eſt, Regis cerebrũ. De cibo uehementer opiparo ac ſuaui. Aut de molliter delicateq; uiuentibus. Clearchus apud Zenodotum ſcribit, opiparas epulas apud Perſas, Iouis ac regis cerebrum appellari. Athenæus lib. 12. docet, Sardanapalum ijs, qui uoluptatem aliquam eſſent commenti, Iouis ac regis cerebrum apponere ſolitum, cibum opinor exquiſitũ. Idem lib. 14. Iouis cerebrum inter ſecũdæ menſæ delicias annumerat. Apud Apulcium in prima Apologia citatur Ennius:

Quid ſcarum præterij, cerebrum Iouis penè ſupremi.
Neſtoris ad patriam hic capitur, magnuſq; bonuſq;.

Ephippus apud Athenæum, Διὸς ἐγκέφαλον. id eſt, Iouis cerebrum inter ſecundæ menſæ lautitias commemorat. Idem cibum prælautum νέκταρ & ἄμβροσίαν uocat, id eſt, nectaris florem. Atque alibi uinum, τὸ ἀφροδίτης γάλα. id eſt, Veneris lac ab Ariſtophane nominatum docet. Rurſum alio in loco ſuaues cibos, τὰ ἑλένης βρώματα. id eſt, Helenæ cibos dictos indicat.

Non mouenda moues. LXI

ἀκίνητα κινεῖς. i. Non mouenda moues. Quadrabit aut in eos qui moliuntur ἀθεμίτου aliquid, aut qui res ſacras uiolant, aut qui pacta mutant, ſiue qui comitijs inceſſunt eos, quibus ob autoritatem debetur reuerentia. Zenodotus inde natum putat, quòd fas non ſit mouere, neque aras, neque ſepulchra, neq; ſacella, quibus reuerentia quædam ac religio debetur. Plutarchus in commentario De dæmonio Socratis, ſcribit hanc uocem æditam cuidam euocanti manes amici defuncti, τὰ ἀκίνητα μὴ κινεῖν. Idem, ᾧ καὶ ἐρωτικῶς uſurpat in eum, qui receptam de dijs opinionem conuellere uidebatur. Meminit huius Plato libr. De legibus 8. proferens legem quam Iouis terminalis appellat, ne quis uicini ciuis, aut hoſpitis, limites agrorum moueat, ne quis item urbis, aut regionis pomeria moueat, malitq; quiſque ſaxum ingens mouere, quàm exiguum lapidem, fœdere iureq; iurando fixum. uoluiſſe, inquit, τὰ ἀκίνητα κινεῖν ἀληθῶς τοῦτο εἶναι. Exiſtimans hoc eſſe uerè quod dicitur, nõ mouenda mouere. Idem lib. De legib. 11. ὅτι πολλοῖς γὰρ δὴ λεγόμενον εὖ τὸ μὴ κινεῖν τὰ ἀκίνητα. i. Inter multa illud rectè ſanè dicitur: Ne moueris non mouenda. Meminit & eiuſdem operis libr. 3. Et in Epigrammate quodam ita legitur,

ἀκινήτων ἅπτεται δὲ ἀΐδης. id eſt,
Immota haud tangit ne Libitina quidem.

Sophocles in Antigone,

ὄρσεις μὲ τ' ἀκίνητα δὴ φρενῶν φράσαι. id eſt,
Coëgeris me non mouenda proloqui.

Idem in Oedipo Coloneo,

ἀλλ' εὖ γὰρ ἀνδρὸς ἥδιστ' ἀκίνητ' εἶπας. id eſt,
Neque enim ſuaue eſt, uerba in auras eloqui,
Quæ ſit nephas mouere.

Plutarchus in libello De auſcultando: ἐπιθυμία κινοῦσα χορδὰς τὰς ἀκινήτους. id eſt, Cupiditas chordas mouens non mouendas. Idem περὶ τῆς ἀδολεσχίας,

Κινοῦσα χορδὰς τὰς ἀκινήτους φρενῶν. id eſt,
Fides mouens minimè mouendas mentium. Elegantèr hoc alluſit oraculum quod extat in Eratone Herodoti:

Κινήσω καὶ δίζηλον, ἀκίνητόν περ ἐοῦσαν. id eſt,
Et Delum quamuis ſit adhuc immota mouebo.

Simul enim reſipexit ad fabulam, ſiue mauis hiſtoriam, Delon antea fluitantem, poſtea fixam in gratiam Apollinis. Vnde Maro:

Immotamq; coli dedit, & contemnere uentos.

Neque mel, neque apes. LXII

Μήτε μέλι, μήτε μέλισσας. i. Neq; mel, neq; apes. In eos dici ſolitum

Ayuntamiento de Madrid

ſolitum, qui recuſant incommodum ferre, quod ſit cum commodo quopiam coniunctum. Veluti ſi quis apes, quòd ſint aculeatæ, nolit petere, is nec melle quidem, quod optat, fruetur. Res enim mortalium ita temperauerunt ſuperi, ut ſemper incommoditas comes ſit commoditatum. Tryphon grammaticus in figuris hoc exemplum adfert paroemiæ, citatq; ex Sappho poëtria Leſbia:

Μήτ' ἐμοὶ μέλι, μήτε μέλιττα. id eſt, Neque mihi mel, neque apis.

Celebratur Mimus ad hanc faciens ſententiam:

Feras quod lædit, ut quod prodeſt, perferas.

Eodem pertinet illud Plautinum: Fortiter malum qui patitur, poſt potitur bonum. Idem obſcurius quidem, ſed tamen eleganter innuit Homerus, ut opinor, per herbam moly, cui radicem nigram, florem lacteum attribuit, radicis nigræ ſymbolo laboris moleſtiam ſignificans, qua peruenitur ad animi tranquillitatem, uirtutis abſolutæ præmium.

Tuſsis pro crepitu. LXIII

Βὴξ ἀντὶ πορδῆς. Tuſsis pro crepitu. Dici ſolitum, quoties aliquis perplexus, aliud pro alio ſimulat. Veluti ſi quis in adulteræ domo deprehenſus, fingeret ſe quippiam mercatum uenisſe. Translatum ab ijs, qui crepitum clara tuſsi diſſimulant, quod genus homines etiam hoc tempore non raro magno cum riſu deprehenduntur.

Cornicibus uiuacior. LXIIII

Ὑπὲρ τὰς κορώνας βεβιωκώς. i. Cornicibus uiuacior. De uehementer annoſis, prouerbialis hyperbole, ab auis eius prodigioſa uiuacitate ſumpta, de qua ita ſcribit Plutarch. in commentario, qui inſcribitur, περὶ τῶν ὀλιγοχρονίων, citans Heſiodum ſub perſona Naidis, ætates animalium uarias ſic complectentem.

ἐννέα τοι ζώει γενεὰς λακέρυζα κορώνη
ἀνδρῶν ἡβώντων, ἔλαφος δέ τε τετρακόρων.
Τρεῖς δ' ἐλάφους κόρακες γηράσκεται. αὐτὰρ ὁ φοῖνιξ
ἐννέα τοὺς κόρακας, δέκα δ' ἡμεῖς τοὺς φοίνικας,
Νύμφαι ἐυπλόκαμοι κουραὶ Διὸς αἰγιόχοιο. id eſt,
Ter tria ſecla hominis tranſmittit garrula cornix,
Quatuor at peragit cornicis tempora ceruus,
Ceruinam ætatem coruus ter præterit ater,
Coruinos annos nouies agit Indica Phœnix.
Atqui criſpicomæ, ſoboles Iouis alma tonantis,
Egredimur decies Phœnicia ſecula nymphæ.

Hos uerſus Heſiodios interpretatus uidetur quidã quiſquis fuit. extat autem carmen inter reliquas Maronis appendices, Eſtq; huiuſmodi:

Ter binos, deciesq; nouem ſuperexit in annos
Iuſta ſeneſcentum quos implet uita uirorum,
Hos nouies ſuperat uiuendo garrula cornix,
Et quater egreditur cornicis ſecula ceruus,
Alipedem ceruum ter uincit coruus, at illum
Multiplicat nouies phœnix reparabilis ales.
Quem uos perpetuo decies præuertitis æuo
Nymphæ Hamadryades, quarum longiſſima uita eſt.
Hi cohibent fines uiuacia fata animantum,
Cætera ſecreti nouit deus arbiter æui.

Hos uerſus ideo pariter libuit ſubſcribere, ut mihi ſæpius ex tempore, id quod erit neceſſe uertenti, uenia detur, ſi quando uidebor non omnia uſquequaq; ad amuſſim reddere, cum in his apparuerit, quantum ſibi permiſerit antiquitas in tra ducendis poëtarum carminibus. Eandem hanc Heſiodi ſententiam oppido quàm commode, breuiterq; reddit Plinius: Heſiodus inquiens, cornici nouem noſtras attribuit ætates. Quadruplum eius ceruis: id triplicatum coruis. Etiam ſi nonnullis autoribus hæc fabuloſa uidentur. Inter quos Ariſtotcles arbitratur homine nullum aliud animal eſſe uiuacius, excepto elephanto. Martialis,

Et cornicibus omnibus ſuperſtes.

De anu nimium uiuace. Item Horatius in Odis,

—Seruatura diu parẽ Cornicis uetulæ tẽporibus Lyceen.

Eodẽ pertinet quòd philoſophus ille moriens, cornicibus inuidiſſe legitur longæuitatem, quam natura negaſſet homini. Syneſius in epiſtola quadam: Εἰκὸς ὅτι κορώνης ἐνιαυτὸς ἄρξαι παρ' ἡμῖν, τὸ δικαιότατον. i. Conſentaneum eſt iuſtiſſimum principem, cornicis annis apud nos imperaturũ eſſe.

Tithoni ſenecta. LXV

Τιθωνοῦ γῆρας. i. Tithoni ſenecta. Fabulæ tradunt Tithonum adamatum ab aurora in cœlum ſublatum fuiſſe, atque illius ſucco perfuſum, ad tantam peruenisſe ſenectutem, ut tandem optauerit, ut in cicadam uerteretur. Lucianus in quodam dialogo: καὶ ὑπὲρ τιθωνὸν ἔζη ὁ γέρων. i. Atq; ultra Tithonum uiuebat ſenex. Huius Tithoni perſonam inducit Ariſto Chius in libro De ſenectute, propter uiuacitatis miraculum, ut teſtatur in Catone M. Cicero. Suidas adagium refert hunc in modum, καταγηράσαις τιθωνῦ βαθύτερον. id eſt, Seneſcas Tithono profundius.

Neſtorea ſenecta. LXVI

Iidem certè apud Latinos Neſtoris anni in prouerbium abierunt, cui treis ætates attribuit Homerus in Odyſſ. 3.

Τεῖς γὰρ δὴ μοῖρ φασὶν ἀνάξασθαι γένε' ἀνθρώπων. id eſt.
Illum iam exegiſſe hominum tria ſecula fama eſt.

Idem affirmat in primo Iliados. Et Iuuenalis:

—Atq; ſuos iam dextra computat annos.

Tertiam ætatem indicans. Breuiter prouerbij faciem habebit, quicquid ab ijs ſumetur, qui inſigni uiuacitate fuerunt. Vt Phœnice uiuacior, quem Heſiodus ſcribit, nouem corui ætates uiuere: & ceruo uiuacior, coruo uiuacior: & Tireſia uiuacior, quem tragœdia fingit ſex ætates hominum uixiſſe. Et Scribus uiuacior: quos Græcis hiſtoriis proditum eſt, trecentos annos uiuere. Quod genus exempla ſiquis deſideret, legat Lucianum de Macrobijs, id eſt, longæuis, & Plinij 7. libri cap. 48.

Vltra penſum uiuit. LXVII

Lepidum eſt quod ait Lucianus in Philopſeude: ὑπὲρ μοῖραν ἄτρακτον ἤδη βιοῦ. i. Iam enim ultra fuſum uiuit, hoc eſt, uiuit ultra fatalem diem. Alluſum ad Parcarum fuſos, quibus æuum mortalium cuolui fabulantur poëtæ. Quin & theologi metam uitæ fatalem, periodum appellant, quam prætercurrere nulli fas ſit.

Facilè cum ualemus, recta conſilia ægrotis damus. LXVIII

In Andria Terentiana ab adoleſcente non admodum cordato, cordatiſſima ſimul & elegantiſſima ſententia profertur. Facilè cum ualemus, recta conſilia ægrotis damus. Tu ſi hic ſis, aliter ſentias. Ea nata uidetur ex oraculo Thaletis philoſophi. Nam is, ut autor eſt Laërtius, interrogatus quid nam eſſet difficillimum, reſpondit, γνῶναι σεαυτὸν. i. noſſe ſeipſum. quid facillimũ, reſpondit: ἄλλῳ ὑποτίθεσθαι. i. alteri conſilium dare. Comicus autem translationis gratiam admiſcuit. Euripides in Alceſtide:

Μὴ νῦν ὑπέρβαιν', ἀλλ' ἐναισίμως φέρε. id eſt,
Ne nimius hic dolor eſto, ſed modice feras.

Verba ſunt Herculis Admetum conſolantis ſuper uxoris morte. At ille,

Ῥᾴον παραινεῖν, ἢ παθόντα καρτερεῖν. id eſt,
Facilius eſt monere, quàm ſitũ in malis Animo imperare.

Fertur & huic ſimilis ſententia prouerbialis,

ἅπαντες ἐς μὲν τὸ νουθετεῖν σοφοί,
Αὐτοὶ δ' ἁμαρτάνοντες, ὃ γινώσκομεν. id eſt,
In admonendo ſapimus omnes, uerum ubi
Peccamus ipſi, non uidemus propria.

Ducta

Ayuntamiento de Madrid

Ducta est sententia à communibus hominũ moribus. Omnes enim ægrotantibus rectè præcipiunt, quid fugiendum, quid agendum, & obiurgant nonnunquam. quod salutis causa nõ obtemperent bene monentibus. Ipsis posteaquam in morbũ inciderint, non succurrunt illa præclara monita, sed alijs itẽ monitoribus & obiurgatoribus est opus. Porrò cupiditas omnis animi morbus est, quo uelut excæcatus, aut non perspicit. aut si perspicit, sequi non potest ea quæ sunt ad salutẽ necessaria. Nam Phædria Terentianus prudens & sciens in flammam manum mittit, & uiuus uidenśq; perit. Item Horatius fugienda sequitur, fugiens quæ prosore credit. Perspicit auarus aliquando, quàm prodigiosa res sit ambitio. Contrà ambitiosus auari morbum peruidet, & uterque alteri in alieno malo rectè consulit. neuter in suo sapit.

Quæ supra nos, nihil ad nos. LXIX

Τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. id est, Quæ supra nos, nihil ad nos. Dictum Socraticum, deterrens à curiosa uestigatione rerum cœlestium & arcanorum naturæ. Refertur prouerbij uice à Lactantio lib. 3. cap. 20. Ex his, inquit, unum eligam, quod ab omnibus sit probatum, celebre. Hoc prouerbium Socrates habuit: Quod supra nos, nihil ad nos. Torqueri potest & in illos qui de negotijs principum, aut theologiæ mysterijs temere loquuntur. Vertere licebit & in contrarium, quæ infra nos, nihil ad nos. Vbi significamus res leuiusculas, quàm ut nobis curæ esse debeant.

Notum lippis ac tonsoribus. LXX

Quæ iam in ora uulgi abierunt, omnibus tonsoribus ac lippis nota dicuntur: propterea quod olim in tonstrinarum consessibus omnes rumores narrari consueuerunt. Quod indicat Aristophanes in Pluto:

Καί τοι λόγον γ' ἦν, νὴ τὸν ἡρακλέα πολὺν
Ἐπὶ τῶν κειρέσιοι τῶν καθημένων,
Ὡς θαπίνης ἀνὴρ γεγένηται πλούσιος. id est,
Hercle profecto sermo erat uidelicet,
In officinis desidentium frequens
Tonsorijs, hominem repente diuitem Factum esse.

Et apud Terentium Antipho in tonstrina de puella cognoscit. Item Horatius de tonstrina:

—Gaudent ubi uertice raso
Garrula securi narrare pericula nautæ.

Idem in Sermonibus: —Opinor
Omnibus & lippis notum & tonsoribus esse.

Vbi prouerbium explicuit, significans rem uulgò iactatam. Nam lippi in tonsorum officinis desident, expectentes remedium oculorum. De tonsorum garrulitate complura lectu digna recensct Plutarchus in libello quem scripsit De futili loquacitate. Quorum unum illud referre non pigebit. Cum aliquando, inquit, in tonstrina sermo esset de Dionysio, diceretuŕq; tyrannidem illius adamantinam esse & inexpugnabilem, ridens tonsor: Hæccine, inquit, loqui nos de Dionysio, in cuius iugulo ego subinde teneo nouaculam? Quod dictum simul atq; Dionysius rescisset, tonsorem in crucem sustulit, atq; ita quod ait Plinius, uoces per iugulum rediere in auctorem. Vt autem tonsorum genus usq; adeo loquax sit, id existimat esse in causa, quòd in eorũ officinas loquacissimi quique conueniant desideantq;, quorum assiduo conuictu garrulitatis morbo inficiuntur & ipsi. Quas ob res Theophrastus, ut idem testis est Plutarchus, τὰ κειρεῖα ἄσιτα συμπόσια, id est, sine uino compotationes appellauit, quòd illic loquacitate ceu temulenti reddantur homines. Simili infamia laborant balneatores, quòd illic quoque desideant ociosi garrientes quidlibet. Quin hinc factũ est, ut ueteres ærarias officinas λέσχας dixerint, ut indicauit Ioannes grammaticus, quòd hybernis frigoribus huc sese turba tenuium teporis gratia conferre consueuerit, ibiq; desidens

ociosis fabulis tempus fallere. Hæc loca uelut ignauis apta. Hesiodus iubet uitare agricolam,

Πὰρ δ' ἰδὶ χάλκειον θῶκον καὶ ἐπαλέα λέσχην
Ὥρῃ χειμετόῃ. id est,
Mensibus hybernis ualeat ferraria sedes,
Ac nugæ tepidæ.

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus. LXXI

Oppidò quàm eleganter extulit Horatius:

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.

Vitium illud significans humanis ingenijs insitum, ut semper alienam sortem magis mirentur, suam contemnant ac fastidiant, optẽt inexperta, experta damnent. Siquidem ephippia uocantur, quas uulgò sellas equestres appellant, additas in hoc ut commodius sedeat eques. Veteres bubus arabant, non equis. Videtur esse sumpta allegoria ex apologo quopiam. Citra metaphoram dixit Terentius: Nostri nosmet pœnitet.

Fertilior seges est alieno in aruo. LXXII

Ouidius mutauit metaphoram, eundem explicans sensum.

Fertilior seges est alieno semper in aruo.

Viciniũq; pecus grandius uber habet. Persius Satyr. 6.

-Securus & angulus ille Vicini, quia pinguior.

In eandem sententiam celebratur & Mimus, unus, ut opinor, ex illis Publij ab A. Gellio laudatis:

Aliena nobis, nostra plus alijs placent. Et Horatius:

Qui fit Mæcenas, ut nemo quam sibi sortem
Seu ratio dederit, seu fors obiecerit, illa
Contentus uiuat, laudet diuersa sequentes?

Fecem bíbat, qui uínum bibit. LXXIII

Haud dubium quin prouerbialiter dixerit Aristoph. in Pluto, fecem epotandam eidem qui uinum prius ebiberit: id est, qui fruitus sit optimis eundem boni consulere debere deteriora:

Ὅμως δ' ἐπειδὴ καὶ τὸν οἶνον ἤξιάς
Πίνειν, σιωπηστέον ἐστὶν τὴν τρύγα. id est,
At ubi haud grauatus bibere uinum es, fix item
Tibi nunc eidem est ebibenda scilicet.

Verba Chremyli de muliere, quæ quondam uernans ac florens ætate placuerat, tum anus fastidiebatur à iuuene.

Crœso, Crasso ditior. LXXIIII

Apud Græcos opulentia Crœsi Lydorum regis in prouerbium abijt, præsertim nobilitata dicto Solonis. Apud Romanos item M. Crassi, cui cognomentum etiam diuitijs additum est. Hic negabat diuitem esse, nisi qui reditu annuo legionem tueri posset. In agris suis sestertiũm uicies mille possedit. Commemorantur & alij nonnulli apud Plinium lib. 33. cap. 10. & item 3. qui immodicas opes possederunt, atq; in his est Aristoteles sanctus ille philosophus, ac nostratium theologorum pene deus, cuius hæredes in auctione 70. patinas argenteas uenum produxisse leguntur. Verum non itidem in uulgi cessere sermonem. Proinde nihil attinet hoc loco referre. Festiuior erit adagij figura, si numerum etiam commutemus, ut diuus Hieronymus: Crœsos licet spires, & Darios, literæ marsupium non sequuntur. Horatius & Arabum gazas dixit, pro cumulatissimis opibus non sine specie prouerbiali, quemadmodum & Persicos apparatus, pro nimis exquisitis ac sumptuosis.

Pactoli opes. LXXV

Τὸν παχτώλου πλοῦτον. id est, Pactoli diuitias, pro summis opibus alicubi dixit Philostratus. Est autem Pactolus Lydiæ fluuius, ex monte Tmolo profluens, aureis scatens harenis, unde & χρυσορόας à poëtis cognominatur. Cuiusmodi narratur & Tagus in Hiberia, et Ganges in India, & Hebrus

Ayuntamiento de Madrid

in Thracia. Plinius addit Padum in Italia, negatq; ullum esse aurum absolutius, quàm id quod in fluuijs reperitur, utpote cursu ipso trituq; perpolitum. Horatius in Epodis:

Sis pecore & multa dites tellure licebit,
Tibiq; Pactolus fluat. Iuuenalis:
-Tanti tibi non sit opaci
Omnis harena Tagi, quodq; in mare uoluitur aurum.

Has hyperbolas in varios usus accommodare licebit. Veluti si quis dicat: Hos tantos sumptus sustinere nemo queat, ne si Pactolus quidem illi doni fluat. Huius hominis cupiditatem ne Tagus quidem ipse posßit explere. Nihil mediocre sperabat, sed totos Pactolos ac Tagos animo conceperat. Aut Pactolos pollicebatur, id est, diuitias effertißimas.

Iro, Codro pauperior. LXXVI

Contrà, Iri & Codri paupertas prouerbio locũ fecit. Ouidius:

Irus erit subito, qui modo Crœsus erat De Codro Iuuen.
Tota domus Codri rheda componitur una.

De Iro mentionem facit Homerus Odysseæ Σ. Scribitq; eum publicum fuisse mendicum apud Ithacẽses, corpore specieq; prægrandi, à matre dictum Arnæum, à iuuenibus Irum fuisse nominatum, quòd iret nuntius quò usus esset. Cum hoc commissus Vlysses, cum haberetur & ipse pro mendico, eijcit hominem. Quin & Hecale paupertate nobilis est, cuius meminit Plautus in Cistellaria:

Siquidem eris ut uolo, nunquam Hecale fies.

Meminit & Ouidius:

Cur nemo est Hecalen, nulla est quæ ceperit Irum.
Nempe quòd alter egens, altera pauper erat.

His formulis quot modis uti liceat, in operis ingressu satis ostendimus.

Mysorum postremus. LXXVII

Μυσῶν ἔσχατος. id est, Mysorum extremus. Strabo Geographiæ lib. 12. refert Mysorum populum usqueadeo contemptum fuisse, ut prouerbio locum fecerit. Id usurpat M. Tullius in oratione pro Lucio Flacco: Quid, inquit, porrò in Græco sermone tam tritum atque celebratum est, quàm si quis despicatui ducitur, ut Mysorum ultimus esse dicatur? Idem ad Quintum fratrem: Nisi me fortè Paconij nescio cuius hominis, ne Græci quidem, at Mysi, aut Phrygis potius querelis moueri putas, nimirum gentis eius contemptum declarans. Summum itaque despectum & infimam humilitatem hoc adagio significabimus.

Mysorum ultimus nauigat. LXXVIII

Ἔσχατος μυσῶν πλεῖ, id est, Mysorum postremus nauigare, prouerbiali ioco dicebatur, qui frustra laboraret. Origo prouerbij, sicuti fit in plerisq;, nõ uno narratur modo. Quidam tradunt olim Græcis pestilentia laborantibus, oraculo responsum esse, ut ad ultimum Mysorum nauigarẽt. Ac primum quidem ambigebant, quid sibi uellet oraculum. Tandẽ diu circumacti repererunt Aeoliam in extremis Mysorum esse sitam, atq; eò demigrandum esse monuisse numen. Alij scribunt Telepho, post interemptos auunculos, consulenti Pythium, quò gentium sibi demigrandum foret: nam antiquitus mos erat homicidis solum uertere: responsum uti ad extremam Mysorum regionem sese conferret: ueniscq; in Teuthraniam, quæ Mysiæ extrema pars est, atque eius loci principatum obtinuisse. Sunt qui dicant, hunc non ob cædem auunculorum fugisse, sed uti matrem quæreret, quam in Teuthrania tandem inuenerit. Prouerbium autem dictitatum, ubi dura quæpiam imperarentur, factuq; difficilia.

Tangere hulcus. LXXIX

Κνᾶν ἢ θίγειν τὸ ἕλκος. id est, Mouere seu tangere hulcus, est mouere dolorem, eiusq; rei facere mentionem, quæ nos magnopere urat. Terentius: Quid minus necesse fuit, quàm hoc hulcus tangere? Quo loco Donatus admonet subesse prouerbium. Octauius Augustus, ut autor est Tranquillus, filiarum Iuliarum, & neptis infamẽ uitam, morte ipsa grauius tulit, nec eas aliter appellare consueuit, quàm treis uomicas, aut tria carcinomata sua, nimirum quòd earum non sine magno dolore suo recordaretur. Hanc metaphoram M. Tullius oppido quàm eleganter expressit in Clodium, qui populum fame iam exasperatum, concionibus insuper seditiosis in rabiem agebat: Vt tu, inquit, in hoc hulcere tanquam unguis existeres. Plutarchus de adulatione: Κρυφίᾳ λόγᾳ κνήσας & ἕλκος. i. Arcani sermonis cùm mouisset hulcus.

Refricare cicatricem. LXXX

Cum dolor temporum spatio iam mitior renouatur, Refricari cicatrix dicitur. Notum unde ducta metaphora. Nempe à corporali uulnere, quod iam coijt cicatrice obductum. Quæ si fictu denuo aperiatur, recrudescit uulneris pristini dolor. Cicero ad Atticum: Appij uulnera non refrico. Idem in Rullum: Ne aut refricare obductam reip. cicatricem uiderer. Idem refricare dolorem dixit lib. De oratore ij. Dicimus & refricare memoriam, & suffricare memoriam, pro eo quod est leuiter renouare, sed in malum ferè partem.

Odorari, ac similes aliquot metaphoræ. LXXXI

Translationes quæ ducuntur a corporis sensibus, quoniam uelut ad manum sunt, & quasi de proximo sumuntur, omnes fermè prouerbiales sunt, quemadmodum admonuimus in operis huius initio. Velut odorari pro resciscere, & sagaciter deprehensum, atque animaduersum cognoscere. Odor pro suspicione ac rumore. Cicero: Est nonnullus odor dictaturæ. Olfacere apud Terentium in Adelphis, pro deprehendere. Subolere apud eundem, pro suspectum esse. Obolere pro molestum esse, aut esse in suspicione. Vnde & nasuti dicuntur, & emunctæ nares, & muccosis naribus. Denicq; nasus ipse in prouerbium abijt, pro iudicio. Horatius:

-Non quia nullus illis nasus erat.

Et putent quæ displicent. Huc pertinent & illa: Olet mendacium. Redolent Atticismum. Olent lucernam. Itidem gustum rei uocamus, ueluti primam illam experientiam & degustationem, quasiq; specimen. Cicero ad Atticum: Hominem degustes. Idem ad eundem. Et Latinus ille tuus Atticismus ex interuallo regustandus. Vnde & saliuam primam dicimus primum illum gustum, quem pueri tanquam à nutricibus imbibimus. Et palato satisfacere dicitur, quod animo placet. Et deuorare dicimur, cum rem alioqui acerbam ueluti citra sensum perferimus, translatione sumpta ab his qui amara catapotia tanquam inuito palato solent absorbere. Vnde aliquoties apud Ciceronem & Fabium: Deuorare tædium, absorbere molestiam. Affinia sunt illa. Sapiunt arrogãtiam. Resipiunt iuuenile quiddam. Concoquere item, pro uincere molestiam. Nauseare, cum tædio audire. Euomere, dicere quod dolor non sinebat reticere. Et expuere miseriam ex animo. Conspuere pro lacessere maledictis. Despuere pro contemnere. Stomachari, pro indignari. A uisu item multæ ducuntur metaphoræ, ut oculis ferre, pro uehementer amare, curæq; habere. In oculis esse. Obuersari oculis, pro eo quod est recordari, & in memoria cogitationeq; esse. Respicere, curam agere, & rationem habere. Prospicere, in posterum consulere. Despicere, fastidire. Suspicere, mirari. Conniuere, pro data opera dissimulare. Cæcutire, hallucinari, pro falli iudicio. Verum hæc longius persequi, nec huius est instituti, & infiniti fuerit operis. Quare quanquam istiusmodi uidentur ad prouerbiorum cognationem pertinere, tamen ea minutius exactiusq; conquirere, non est sententia, maximè quòd iam hanc prouinciam sibi sumpsit Richardus Pacus, nationc Britannus, cuius & sæpius libet meminisse, iuuenis, ut nihil interim dicam de moribus, prorsum tali di-

gnus

Ayuntamiento de Madrid

gnus ingenio, Græcæ pariter ac Latinæ literaturæ cum primis eruditus, tum haud mediocriter exercitatus in euoluendis omnijugæ professionis autoribus: deinde oculatissimus in annotandis ijs quæ lectorum uulgus illotis, ut aiunt, pedibus præterciunt, deniq; iudicij nequaquam iuuenilis, sed excussi exactiq;. Hic, inquam, felicibus Musarum auspicijs opus animo concepit, iam opinor etiam præ manibus habet, magno, ni fallor, usui futurum politioris literaturæ studiosis, in quo quicquid est apud utriusq; linguæ scriptores insignium metaphorarum, quicquid festiuiter ac scite dictorum, quicquid huiusmodi gemmarum ac delitiarum orationis, in unum uolumen concinnare destinat.

Mihi istic nec seritur, nec metitur. LXXXII

Plautus in Epidico, sanè quàm elegans adagium usurpauit: Mihi, inquiens, istic nec seritur, nec metitur, id est, ista res nihil ad me pertinet, ut quæ neq; meo fiat periculo, neq; emolumento. Metaphora notissima est. Etenim qui sementē facit, is suo impendio suoq; periculo facit: qui metit, compendium accipit, & in tuto est. Diuersum est huic quod est apud Plautū in Mercat. Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi eidē metis.

Ab ipso lare. LXXXIII

Ἀφ' ἑστίας ἄρχε. id est, A lare incipe, hoc est, à domesticis ac familiaribus initium sumito, rectè dicetur in magistratus, & alienæ uitæ censores, quorum officium est, ut in primis suos, suorumq; uitam corrigant. Nam ἑστίαν Græci uocant, quem nos Larem ac Vestam uocamus. Aristophanes σφῶν ἑστίᾳ, Οὐκ ἀλλ' ἵνα

Ἀφ' ἑστίας ἀρχόμενος ἐπιτρίψω τινά. id est,

Non, uerum ut aliquem exorsus à lare obteram.

Ductum à uetusto ritu sacrorum, in quibus primitiæ laribus immolabantur. Aristocritus citante interprete, fabellam huiusmodi refert. Cum deuictis Titanibus, Iupiter imperio potitus esset, Vestæ permisit optionem, ut quicquid uellet, eligeret è regni partibus. Illa primum uirginitatem poposcit: deinde sacrorum omnium quæ dijs immolarent homines, primitias. Inde abijsse in consuetudinem, ut in omni sacro primæ partes lari tribuerentur. Vsus est hoc adagio Plato in Euthyphrone: Βουλοίμην ἂν ὦ σώκρατες, ἀλλ' ὀκνῶ μὴ τἀναντίον γένηται. Ἀτεχνῶς γὰρ ἀφ' ἑστίας δοκεῖ μοι ἄρχεσθαι κακηγορεῖν τὴν πόλιν, ὁπόταν ἐπιχειρῶν ἀδικεῖν. id est, Equidem cupiam, uerum uereor ne res in diuersum exeat. Nam mihi quidem lædendæ reipub. ab ipso lare facere uidetur initium, cum te tentat lædere. Plutarchus in lib. de Polyphilia. Πρῶτον μὲν ὥσπερ ἀφ' ἑστίας ἀρξάμενοι. id est, primum igitur uelut à lare exorsi. Totidem fermè uerbis utitur in commentario, Περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ θεοῦ βραδέως τιμωρουμένων. Vsurpat & in libello quem scripsit aduersus Herodotum. Aristides in Pericle. Οὐκ ἀφ' ἑστίας ἀρξάμενος ἀλλ' αὐτὸς αὑτοῦ τὸ σύμμετρον ἤρατο, πρὸ τοῦ πλείονος. id est, At ille à suo ipsius exorsus lare, maluit æqualitatem sequi, quàm reliquos antecellere. Interpres admonet dici solitū de ijs qui ab ipso statim initio, uel boni sunt, uel mali. Quasi dicas, ab ipsis incunabulis, quod Lar statim nascētes excipiat.

Propria uineta cædere. LXXXIIII

Huic affine est illud Horatianum: Vt uineta egomet cædam mea: id est, Vt à meipso incipiam, & poëtas ipse poëta carpam ac lacerem. Translatum uideri potest uel ab amputantibus uineam, uel ab ijs qui per iniuriam nouellas uites lædunt. Horatius in Epistolis:

Multa quidem nobis facimus mala sæpe poëtæ,
Vt uineta egomet cædam mea.

Aedibus in nostris quæ praua, aut recta geruntur. LXXXV

A. Gellius scribit hunc Homericum uersiculum qui est Odyssææ δ. prouerbij uice Diogeni semper in ore fuisse:

Ὅτι τοι ἐν μεγάροισι κακῶν τ' ἀγαθῶν τε τέτυκται. id est,

Aedibus in nostris quæ praua, aut recta gerantur.

Quod alij tribuunt Socrati, Diocles adscribit Diogeni, ut refert Laërtius. Socrates autem hoc dicto dehortans à studio rerum naturalium ac supernaturalium, item à disciplinis mathematicis, reuocabat ad curam moralis philosophiæ, quòd hæc tractat ea quæ propriè ad nos pertinent. Plutarchus in comment. De seruanda bona ualetudine, prouerbij uice usurpauit: Εἰ μᾶλλον αὐτὸν οἴεται προσήκειν γεωμετρίας ἢ διαλεκτικῆς καὶ μυστικῆς ὀρᾶσθαι μεταποιούμενον, ἢ ζητεῖν καὶ παθάπερ βλόμενον,

Ὅτι τοι ἐν μεγάροισι κακόν τ' ἀγαθόν τε τέτυκται. id est,

Si magis officij sui putat esse, ut in geometriæ, dialecticæ, musicæq; studio uersari uideatur, quàm ut inquirat, cupiatq; cognoscere,

Aedibus in proprijs quæ praua, aut recta gerantur.

Quo uersu monemur, ut ea potissimum quæ ad nosipsos pertinēt, curemus, externa atq; aliena ne inquiramus. Quo uitio festiuiter Martialis Ollum quendā notat, qui malorum alienorū erat obseruator curiosissimus, & taxator acerrimus, cū ipse uxorē haberet adulteram, filiā uiro maturam, deberetq; etiamnum pro togula. Diogenes Cynicus cui carmē hoc, ut modo dixi, semper in ore cōsueuit esse grāmaticos nimis ridicule facere aiebat, qui tāto studio Vlyssis mala inquirerent, sua ignorarent. Huc referri potest & illud apud Homerum pene solenne: Habetur enim ζ. Iliados α. θ. & φ.

Αλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε. id est,

Quin in tecta abiens, tua propria munia cura.

Plutarchus πολυπραγμοσύνην definit, φιλομάθειαν ἀλλοτρίων κακῶν. id est, Curiositatem, studium aliena mala cognoscendi, Atq; id hominum genus lamijs simules ait, quæ domi oculos reconditos habent, foras egressuræ reponunt, Atque ita fit, ut domi cæcutiant, foris sint oculatissimæ. In huiusmodi præpostere oculatos eleganter torseris illud Sophoclis de senibus dictum:

Πόρρωθεν εἰσορᾷ, ἐγγύθεν δ' οὐ τῶν τυφλός. id est,

Procul uidens, sed cominus uidens nihil.

Nam id senibus accidit, ut propius admota non cernant, longius semota uideant, atq; huius rei causam reddit Plutarchus Conuiuialium quæstionum Decade prima.

In se descendere. LXXXVI

In se descēdere, est sua ipsius uitia quempiam inspicere. Translatum uel à fodinis, uel à cellis, in quas qui descendunt, quid illic repositum reconditumq; sit, noſse possunt. Alludsum est autem ad specus illos & sinus humani cordis, quibus Momus fenestram adhiberi uoluit. Persius:

Vt nemo in se tentat descendere nemo,
Sed præcedenti spectatur mantica tergo.

Tecum habita. LXXXVII

Proximum Homerico carmini uidetur et illud eiusdem Persij:

Tecum habita, ut noris quàm sit tibi curta supellex.

Id est, domi tuæ uiuito, ut intelligas quàm tenuis sit tua fortuna. Translatum ab ijs qui in principum familijs agunt, & ut uulgò fit, ex alienis opibus perinde quasi suis intumescunt, quibus si domi uiuendum sit, uix salinum habeāt quod apponant. Tecum igitur habita, id est, tuapte supellectile te metire, ac tuis ipsius malis bonisue te ipsum expēde. Haud scio an huc pertineat quod scribit M. Tullius in Catone maiore, secum ut dicitur uiuere.

Messe tenus propria uiue. LXXXVIII

Idem diuersa explicuit metaphora Persius Satyra sexta:

Messe tenus propria uiue. id est,

Sumptum facito pro modo facultatum tuarum. Ab agricolis traductum, qui sumptus annuis agrorum prouentibus

Ayuntamiento de Madrid

metiuntur. Neque enim res consistere potest, cum quæstum superat sumptus, quemadmodum ait Plautus. Ostentatorem diuitiarum elegante uerbo Alexis apud Athenæum lib. 6. πτωχαλάζονα dixit, eodem uerbo declarans fastum cum paupertate coniunctum. Nunc mundus hoc hominum genere plenus est, qui plusquam tyrannicum fastum cum paupertatis professione coniungunt.

Tuo te pede metire. L XXXIX

Ad eandem sententiam pertinet illud Horatianum:

Metiri se quenque suo modulo, ac pede uerum est.

Lucianus in libello, cui titulus, Ὑπὲρ τῶν ἀιόνων. Ἀλλὰ διακείνης καὶ παραμέτρησ ὠ οἰκείῳ μέτρῳ ἕκαστον. id est, Verum dijudices dimetiarisq; propria utrunque mensura. Nimirum hoc est quod dixit Horatius, suo modulo, οἰκείῳ μέτρῳ, & tanquam interpres sui adiecit, ac pede. Pindarus item:

Χρὴ δὲ καθ' ἑαυτὸν ἀεὶ παντὸς ὁρᾶν μέτρον. id est,

Oportet autem iuxta suam quenque conditionem uniuscuiusque rei spectare modum. Et Aristophanes in Auibus,

Οὐκ ἀναμετρήσεις σαυτὸν ἀπιὼν ἀλλαχῆ. id est,

Non ipse te remetieris hinc loci Alio profectus.

Monet adagium, ne quis se dilatet ultra conditionem suam, néue seipsum ex aßentatorum laudibus, aut uulgi opinione, aut fortunæ fauore, uerũ proprijs ac ueris dotibus, animiq; uirtutibus æstimet. Translatum ab ijs, qui corporis humani modum, pedum numero æstimant. Porrò iusta cuiusq; hominis mensura, septem ipsius pedibus constat, si quid pictoribus & statuarijs credimus. Eodem pertinet illud Martialis.

Qui sua metitur pondera, ferre potest.

Non uidemus manticæ, quod in tergo est. XC

Catullus in Scazonte:

Sed non uidemus manticæ, quòd in tergo est. id est,

Non uidemus nostra ipsorum uitia, cum aliena curiosis oculis perspiciamus. Prouerbium natum est ex Apologo quopiam Æsopico, qui fertur huiusmodi apud Stobæum. Αἴσωπος ἔφη δύο πήρας ἑκάστου ἡμῶν φέρειν. τὴν μὲν ἔμπροσθεν, τὴν δ' ὄπισθα, καὶ ἐς μὲν τὴν ἐμπροσθεν ἀποτίθεσθαι τὰ τῶν ἄλλων ἁμαρτήματα, ἐς δὲ τὴν ὄπισθα, τὰ ἑαυτῶν. Quorum uerborum hæc fermè sententia. Finxit Æsopus singulos mortales binas habere manticas, hoc est, peras, alteram ante pectus, alteram à scapulis tergoq; propendentem. Sed in priorem, inquit, aliena uitia immittimus, in posteriorem nostra. Persius,

Vt nemo in sese tentat descendere nemo,
Sed præcedenti spectatur mantica tergo. Horatius,
Respicere ignoto discet pendentia tergo.

Diuus Hieronymus: Sed illa est uera inter amicos reprehensio, si nostra opera non uidentes aliorum, iuxta Persium, manticam consideremus.

Festucam ex alterius oculo eijcere. XCI

Hanc humani ingenij cæcam φιλαυτίαν non solum poëtarũ literæ uerum etiam euangelicæ, neq; enim grauabuntur in hunc citari ordinem, notarunt, cùm aiunt quosdam esse, qui festucam uideant in oculo fratris, in suo trabem non uident, id est, aliorum uel minimis uitijs offenduntur, suis & maximis blandiuntur. Sic enim habet Matthæus. Τί δὲ βλέπεις τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου, τὴν δὲ ἐν τῷ σῷ ὀφθαλμῷ δοκὸν οὐ κατανοεῖς; ἢ πῶς ἐρεῖς τῷ ἀδελφῷ σου, ἄφες ἐκβάλω τὸ κάρφος ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου, καὶ ἰδοὺ ἡ δοκὸς ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου; id est, Quid autem uides festucam in oculo fratris tui, trabem uerò quæ in oculo tuo est, non intelligis? Aut quomodo dices fratri tuo, sine eijciam festucam ex oculo tuo, & ecce trabes in oculo tuo? Sic enim ad uerbum Græca reddita sonant. Diuus Hieronymus: Qui per trabem, inquit, oculi sui, festucam alterius nitatur eruere. Hoc hominum genus Horatius eleganter notat,

Cum tua, inquiẽs, peruideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum uitijs tam cernis acutum,
Quàm aut aquila, aut serpens Epidaurius? Idem alibi,
Qui ne tuberibus propriis offendat amicum
Postulat, ignoscat uerrucis illius æquum est.

Quod ipsum prouerbij speciem euidentem ante se gerit. Tubera maiora uitia dixit, uerrucas minora, quæ alibi neuos appellauit.

Intra tuam pelliculam te contine. XCII

Intra tuam pelliculam te contine. Porphyrion prouerbium esse admonet, quo uetamur obliti sortis nostræ, maiora conari, quàm pro nostra facultate. Idq; inde sumptum putat, quòd olim ductores in pellibus, hoc est, pelliceis tentorijs dormitarent. Mihi uidetur rectius referri ad asinum illum Cumanum, quem apologi fabulantur adaptasse sibi leonis exuuiũ, atq; ita sese ad tempus pro leone gessisse: Verum eam rem illi magno fuisse malo, cum agnitus, & magno omnium risu, aliena apposititiaq; exutus pelle, fustibus ad necem cæderetur. Neq; absurdè quis ad Cleonem Athenienscm referat, qui ex Byrsopola, hoc est, coriario creatus exercitus ductor, fortuna fauente uictoriam reportauit, capta Pylo, suam ipsius ciuitatem furto spoliauit, atque ad eum modum ad summas opes euectus est: tandem per alium electus maleq; acceptus, pœnas dedit, quòd non in propria pelle quiesset. Hic inducitur in Aristophanis comœdia, cui titulus Equites, neq; non alijs locis subinde mordetur ab eodem poëta. Huc nimirum uidetur alludisse Plautus, cum militem gloriosum & iactabundum fingit elephantino corio circumtectum, non suo, siue quod stolidum significaret, siue quod maiora, quàm pro facultate loquentem. Horatius,

Et merito quoniam in propria non pelle quiessem.

Martialis in sutorem quendam, qui Cleonis exemplo, prius ad summas cuectus diuitias, ut uenti erant, ita uelum in altum sustulit, deinde ad pristinam rursus inopiam largitionibus suis redactus est, ut nihil iam esset nisi cerdo:

Lusisti, inquit, satis est, sed te, mihi crede, memento
Intra pelliculam cerdo tenere tuam.

Item Seneca in Epist. Sapientẽ undiq; submouẽt, & intra cutem suam cogunt. Id citra metaphoram sic extulit Ouidius:

Crede mihi, bene qui latuit, bene uixit, & intra
Fortunam debet quisque manere suam.

Alluſit huc & Lucianus in Imaginibus, ὃκ ἔτι μένουσιν ἐπὶ τῶν ὑπαρχόντων. id est, Non iam manent in his quæ adsunt: de his qui fortunæ successibus elati, suæ conditionis non satis meminerunt. Denique mihi non absurdum uidetur, si prouerbium referatur ad Marsiæ excoriati fabulam, qui quoniam parum memor suæ conditionis, ausus est cum Apolline certare, sua pelle exutus est.

Pennas nido maiores extendere. XCIII

Est apud Horatium in Epistolis, non dubium quin prouerbialis metaphora: Pennas nido maiores extendere, pro eo quod est, rem, fortunamq;, quam mediocrem aut tenuem à maioribus acceperis, auctiorem reddere, Quod quidem, si uirtute fiat, summa laus est, tantum abest ut uitio dandum existimem.

Me, inquit, libertino natum patre, & in tenui re,
Maiores pennas nido extendisse loqueris,
Vt quantum generi demas, uirtutibus addas.

Translatum ab auium pullis, qui sic grandescunt, subnascentibus plumis, ut materno nido capi non possint.

In

Ayuntamiento de Madrid

In tuum ipſius ſinum inſpue. XCIIII

Hac noſtra tempeſtate multis regionibus hoc circũfertur adagium. Iubent enim hominem aliena uitia taxantem, in ſuum ipſius ſinum inſpuere, tanquam admonentes, ut domeſticorum malorum recordatione deſinat arrogantius inſectari uitam alienam. Idem antiquis fieri ſolere, colligi utcunq; poteſt ex uerbis Plinianis, qui lib. 28. cap. 4. ſcribit hunc in modum. Veniam quoq; à deis ſpei alicuius audacioris petimus, in ſinum ſpuendo. Idem in eodem capite ſcribit ex autoritate Salpæ, torporẽ ſedari quocunq; membro in ſtupente, ſi quis in ſinum expuat. Quorum utrunque non prorſus abhorret à noſtro uulgato prouerbio. Siquidem qui carpit aliena, ſpe quadam improba peccat, quaſi ſperet ſibi nihil ſimile à quoquam opprobrari poſſe, cum nemo ſit, qui non aliquo uitio teneatur. Et qui proprij mali, quaſi ſui ipſius ſenſu caret, ceu torpore quodam tenetur. Seneca lib. De beneficijs ſeptimo: Fortaſſis uitium de quo quereris, ſi te diligenter excuſſeris, in ſinu inuenies. Lucianus in apologia De mercede ſeruientibus, καὶ ὅτι δυεῖς τὸν κόλπον ὥσπερ πρότερον ἠξίους κατηγορεῖν. id eſt, Quodq; non prius in tuum ipſius ſinum inſpueris, quàm accuſare cœperis. Idem in uotis, ὑπερμαζᾶς γε ὦ ἀδιέμαστε, καὶ τὸν κόλπον ὡς ὤφλες, δῆλε οἶσθα ὅτις ὢν ναυκληρεῖς. Iocatur quiſpiam in amicum, quòd tanquam oblitus ſui opes immenſas imaginaretur, neq; in ſinum ſpueret, ut agnoſceret, quis nam eſſet. Idem indicat Theocritus Ecloga ſexta. Nam Polyphemus cum paulo arrogantius ſuam formam extuliſſet:

Ὡς μὰ Βασκανδὼ δὲ, τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον.
Ταῦτα γὰ ἁ γρᾶά με κοτυτταῖς ὀξεδίδαξεν, id eſt,

Quorum carminum hæc fermè ſententia eſt: Ne quid me lædat inuidia, néue noceat faſcinatio, ter in meum inſpui ſinum. Nam id me Cotyttaris anus docuit. Scholiaſtes addit eum morem ſua etiamnum ætate duraſſe mulierculis, ut abominantes inuidiam in ſinum expuant. Refert & Callimachi uerſum.

Δαίμων, τὶ κόλποισιν ὑπὸ πτύσι γωνάμενος. id eſt,
O fortuna, ſinum mulier quur conſpuit omnis.

Huc fortaſſe pertinet quod ait Lucianus in Necyomantia, τρὶς ἂν μοῦ πρὸς τὸ πρόσωπον ἀποπτύσας. id eſt, Poſtea quàm ter mihi deſpuiſſet in faciem. Nec alienum hinc eſt, quod in ſecunda Satyra ſcripſit Perſius:

–Frontemq; atque uda labella
Infamu digito, & luſtralibus ante ſaliuis Expiat.

E ſimili ſuperſtitione profectũ eſt, quod indicat Athenæus libro primo, priſcos ad depellenda mala ſolitos ter abſtergeri. Refert uerſiculum hunc Cyrenæi,

Τεῖς δ' ἀπομαξαμένοισι θεοὶ δώσουσιν ἄμεινον. id eſt,
Ter uerò abſterſis melius bona numina donant.

Noſce teipſum. XCV

Ad eam ſententiam pertinent tria illa, inter omnia ſapientum apophthegmata uel maximè celebrata, adeo ut quemadmodum in Charmide teſtatur Plato pro foribus templi Delphici ab Amphictyonibus inſcripta, ueluti digna deo uiderentur. Quorum primum eſt γνῶθι σεαυτόν. Noſce teipſum. In quo modeſtiæ mediocritatiſq; commendatio eſt, ne nobis uel maiora, uel etiam indigna ſequamur. Nam hinc omnis uitæ peſtis oritur, quòd ſibi quiſq; blanditur, & quantum alijs præter æquum detrahit, tantum ſibi philautiæ uitio præter meritum tribuit. M. Tullius ad Q. fratrem lib. 3. Et illud γνῶθι σεαυτὸν, noli putare ad arrogantiam minuendam ſolum eſſe dictum, uerumetiam ut bona noſtra norimus. Fertur hic quoque ſenarius inter ſententias prouerbiales:

Τὸ γνῶθι σ' αυτὸν παντὶ χρῆναι χρήσιμον. id eſt,
Vbique confert, ut teipſum noueris.

Citatur à Nonio Marcello Satyra quædam Varronis hoc titulo, γνῶθι σεαυτόν. Ouidius De arte amandi,

–Fama celebrata per orbem
Litera, cognoſci quæ ſibi queq; iubet. Iuuenalis,
–E cœlo deſcendit γνῶθι σεαυτόν.

Ouidius hanc ſententiã ad Pythagorã autorem refert. Platonicus Socrates ab Apolline profectam arbitratur. Plato in Phædro, ὦ δαιμόνιε ἄρα τὸ δελφικὸν ἐπίγραμμα γνῶναι ἐμαυτὸν, id eſt, Nondum poſſum meipſum iuxta Delphicam inſcriptionẽ cognoſcere. Sunt qui ex Homero tanquam Oceano, hanc quoq; mutuo ſumptã exiſtiment, apud quem Hector, cum in reliquos omneis impetum faceret, tamen Aiacem ut ſe præſtantiorem declinauit. Sic enim ait poëta:

Αἴαντος δ' ἀλέεινε μάχην τελαμωνιάδαο. id eſt,
Congreſſum Aiacis fugit Telamone creati.

Diogenes Thaleti tribuit. Apud hunc Antiſthenes Phemonoæ adſcribit, cæterum Chilonem uſurpaſſe. Thales autem rogatus, Τί ἐστι δύσκολον; ἔφη, τὸ ἑαυτὸν γνῶναι. τί ἔυκολον; ἄλλῳ ὑποτίθεσθαι. id eſt, Quid eſt difficile? reſpondit, ſeipſum noſſe. Quid facile? alterum admonere. Macrobius primo in Scipionis ſomnium commentario tradit, cuidam Delphicum oraculum conſulenti, quonam itinere poſſet ad felicitatem peruenire, reſponſum ad hũc modum: Si teipſum cognoueris. Id autem oraculum redditum fuit Cræſo, ut autor eſt Xenophon in Pædia Cyri. Citatur à Gnomologis Græcis hic ex Antiphane ſenarius:

Εἰ θνητὸς εἶ βέλτιστε, θνητὰ καὶ φρόνει. id eſt,
Præclare, ſi mortalis es, mortalia hic cogites.

Eandem ſententiam ſic extulit Pindarus, θνατὰ θνατοῖς πρέπει. id eſt, Mortalia mortales decent. Demonax interrogatus quando cœpiſſet philoſophari, poſteaquam, inquit, cœpi noſſe meipſum. Socrates quod Apollinis oraculo ſolus eſſet ſapiens iudicatus, quum Græcia tot haberet ſophos, ſic interpretatur: quòd cæteros profitentes ſe ſcire quod neſciebant, hoc nomine uinceret, quòd ſciret ſe nihil ſcire, & hoc unum ſe ſcire profitebatur. Cæterum hanc Socratis modeſtiam uicit Anaxarchus, qui prædicabat ſe ne id quidẽ ſcire, quòd nihil ſciret. Apud Menandrum Comicum quiſpiam corrigit hoc omnibus laudatiſſimum dictum.

Κατὰ πολλ' ἄν ἐστιν, ὦ καλῶς ἠνημένον,
Τὸ γνῶθι σ' αυτὸν, χρησιμώτερον γὰ ἦν
Τὸ γνῶθι τοὺς ἄλλους. id eſt,
Multis modis dictum uidetur perperam,
Cognoſce teipſum, magis enim in rem fuerat hoc,
Cognoſce cæteros.

Ne quid nimis. XCVI

Alterum diuerſis uerbis eandem fermè ſententiam complectitur, μηδὲν ἄγαν. id eſt, Ne quid nimis, quam quidem tanquam uulgò celebratam, Terentius in Andria etiam Soſiæ libertini perſonæ tribuit. Diogenes Laërtius Pythagoræ aſcribit. Ariſtoteles 3. Rhetoricorum lib. ad Biantem autorem refert, tractans de iuuenum immoderatis affectibus, quos ait ubique nimia uehementia peccare: nam & amare nimium, pariter & odiſſe nimium. Senes non item, ſed ut ipſius Ariſtotelis utar uerbis, πρὸς τὴν βίαντος ὑποθήκην, καὶ φιλοῦσιν ὡς μισήσοντες, καὶ μισοῦσιν ὡς φιλήσοντες. id eſt, Iuxta Biantis admonitionem, & amant tanquam oſturi, & oderunt tanquam amaturi. Sunt qui Thaleti tribuant. Sunt qui Soloni, teſte Laërtio. Plato quodam loco ex Euripide citat. Neq; deſunt qui ad Homerum ueluti fontem referant: cuius hi uerſus ſunt in Odyſſeæ O.

Νεμεσῶμαι δ' καὶ ἄλλῳ
Ανδρὶ ξεινοδόκῳ, ὅς κ' ἔξοχα μὴν φιλέησιν
Εξοχα δ' ἐχθαίρησιν. ἀμείνων δ' ἄσιμα πάντα. id eſt,
Mihi nequaquam is placet hoſpes,

Ayuntamiento de Madrid

Qui ualdè præterq; modum simul odit, amatq;.
Sed puto rectius esse ut sint mediocria cuncta.

Idem in Iliados K.

Τυδείδη, μητ' ἄρμε μάλ' αἴνεε, μήτ' ἔτι νείκει. id est,
Ne nimis aut laudes Tytida, aut uituperes me.

Equidem ad Hesiodum referre malim. Cuius illud est in opere, cui titulus Ἔργα καὶ ἡμέραι.

Μέτρα φυλάσσεσθαι, καιρὸς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος. id est,
Mensuram serua, modus in re est optimus omni.

Euripides cum alijs aliquot locis, tũ in Hippolyto coronato:

Οὐτω τὸ λίαν γ' ἤσσον ἐπαινῶ
Τοῦ μηδὲν ἄγαν. id est,
Sic equidem minus approbo, quicquid
Est uehemens, quàm quod uulgus ait, Ne quid nimium.

Pindarus apud Plutarchum, σοφοὶ δὲ καὶ τὸ μηδὲν ἄγαν ἔπος, εἶναι σαν περισσῶς. id est, Sapientes hoc uerbum, ne quid nimis, præter modum laudarunt. Sophocles in Electra,

Μηθ' οἷς ἐχθαίρεις ὑπερᾴχθεο μήτ' ἐπιλάθου. id est,
Ne nimium, præterq; modum te torqueat ille
Quem odisti, sed nec neglexeris immemor hostem.

Plautus in Pœnulo: Modus omnibus in rebus soror est optimus. Eodem pertinet Homericum illud Iliados N.

Πάντων μὲν κόρος ἔστι καὶ ὕπνου καὶ φιλότητος
Μολπῆς τε γλυκερῆς καὶ ἀμύμονος ὀρχηθμοῖο. id est,
Cunctarum rerum satietas contingit, amorisq;
Et somni, & blandæ citharæ, choreæq; decentis.

Id imitatus uidetur Pindarus in Nemeis,

Κόρον δ' ἔχει καὶ μέλι, καὶ τὰ τέρπν' ἄνθ' ἀφροδίσια. id est, Satietatem habet & mel & iucundi flores ueneri.

Plin. lib. 11. Pernicioſiſſimum autem & in omni quidem uita, quod nimium. Horatius:

Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos ultra, citraq; nequit cõsistere rectũ. Rursus idem:
Virtus est mediũ uitiorũ utrinq; redactum. Phocylides,
Πάντων μέτρον ἄριστον. id est, Omnium modus optimus.

Et Alpheus in Epigrammate.

Τὸ μηδὲν γ' ἄγαν, ἄγαν μὲ τέρπει. id est,
Hoc ne quid nimium, nimis placet mi.

Quintilianus scripsit modũ in pronũtiatione regnare, quẽadmodũ in cæteris omnibus. Denique Plutarc. in Camillo docet, pietatem esse mediã inter contemptum numinũ & superstitionem, ἡ δ' εὐλάβεια, καὶ τὸ μηδὲν ἄγαν, ἄριστον. id est, Pietas autẽ, & quod aiunt, ne quid nimis, optimum est. Nihil autem est rerũ omniũ, in quo nõ peccari queat nimietate, præter amorem dei, quod alijs uerbis fatetur & Aristoteles, pro deo supponens sapientiam. Huc pertinet quod ex poëta quopiam refert Athenæus lib. 1. de laudibus uini.

Πάσας δ' ὀκαδίας, ἀνίας ἀνδρῶν ἀλαπάζει.
Πινόμενον κῆρ μέτρον, ὑπὲρ μέτρον δὲ χερείων. id est,
Atqui omnes hominum pellit de pectore curas
Si modice biberis, sin absque modo, nociturum est.

Sponde, noxa præsto est. XCVII

Ἔγγυα, παρὰ δ' ἄτη. i. Sponde, sed noxa præsto est. Quæ quidem omnia Socrates apud Platonẽ putat ad eandem sententiam pertinere. Nam qui pro altero fideiubet, id pollicetur, quod non sit in ipso situm præstare, nempe fidem alienam, sed primum illud Apollini tribuit, reliqua duo à mortalibus adiecta credit. Plinius lib. 7. cap. 32. cuncta pariter adscribit Chiloni, sed ita ut oraculorũ uice fuerint habita. Rursus, inquiens, mortales oraculorum sociciatem dedere Chiloni Lacedæmonio, tria præcepta eius Delphis consecrando aureis literis, quæ sunt hæc: Nosse se quenq;. Et nihil nimiũ cupere. Comitemq; æris alieni, atque litis esse miseriam. Explicuit Plinius, quid sit spondere. Fideiubemus enim pro eo cui creditur pecunia, & sæpe fit, ut fideiussor cogatur creditori numerare pecuniã Fideiubemus & apud iudices, de sistendo reo, atq; illo fallente plectuntur uades. Et hoc dictum ad Homerum autorem referunt. Cuius hoc est carmen Odyss. θ.

Δειλαί τοι δειλῷ γε καὶ ἐγγύας ἐγγυάασθαι.

Chersias apud Plutarchum in conuiuio Platonis refert ad fabulam Homericam de Ate, quæ quòd adfuerit Iouis sponsioni, de natiuitate Herculis, ab eo præcipitata est in terram. Citantur, ac laudantur hæc tria apophthegmata à Plutarcho in libello de futili loquacitate.

Nouit quid album, quid nigrum. XCVIII

Οἶδε τὸ λευκὸν, καὶ τὸ μέλαν. id est, Nouit quid album, quid nigrum. Duplicem in sententiam accipi potest. Aut nouit discrimen recti, prauiq;: aut nouit id, quod nemo uel indoctus ignorat. Nam euidentius est albi nigriq; discrimen, quàm ut quisquam non uideat. Aristophanes in Equitibus:

Νῦν ἀρίγνωτον γ' ἐδεὶς ὅς τις οὐκ ἐπίσταται
Ὁστις ἢ τὸ λευκὸν οἶδεν, ἢ τὸν ὀρθιον νόμον. id est,
Nunc Arignotum lyristen nullus est qui nesciat,
Qui album nouerit, rectósue nouerit modos.

Interpres ostendit, exponitq; prouerbium. Videtur esse tractum à priscis illis mortalibus, qui duos tantum naturales colores nouerant, album & nigrum, teste Pompeio.

Albus an ater sis, nescio. XCIX

Albus an ater sis, nescio. Solet dici de homine uehementer ignoto. Cicc. Philippica secunda: Me nemo nisi amicus fecit hæredem, ut cum illo commodo, si quod erat, animi quidam dolor iungeretur. Te is, quem nunquam uidisti, L. Rubrius Cassinas fecit hæredem. Et quidem uide quàm te amarit is qui albus, atérue fueris ignorans, fratris filium præterijt. Quintilianus in undecimo Oratoriarum institutionum lib. Negat, inquit, se magnificare aliquis poëtarum, utrum Cæsar sit albus, an ater homo: Catullum, opinor, digito indicans, cuius in Cæsarem hoc extat carmen:

Nil nimium studeo Cæsar tibi uelle placere,
Nec scire utrum sis albus, an ater homo.

Apuleius in apologia Magiæ: Etiam libenter te nuper usq; albus an ater esses, ignorabam, adhuc herele non satis noui. Diuus Hieronymus aduersus Heluidium: Quis te, oro, ante hanc blasphemiam nouerat? Quis dupondio supputabat? Cõsecutus es, quod uolebas. Nobilis es factus in scelere. Ego ipse, qui contra te scribo, cum in eadem urbe tecum consistam, qua balbutis & erubescis, albus, ut aiunt, an ater sis nescio. Horatius in extrema epistola:

-Vultu mutabilis albus & ater.

Quo loco Porphyrion admonet prouerbiali figura dictum, albus & ater pro eo, quod est bonus & malus, & Horatium album, aut ad liberalem, aut lætum reddidisse, atrum ad sordidum & ærumnosum. Huc festiuiter allusit Matron apud Athenæum libro quarto de sepia loquens.

Ἡ μόνη ἰχθύων ἐσσα, τὸ λευκὸν καὶ μέλαν οἶδε. id est,
Quæ quum sit pisces, sola album nouit & atrum.

Est enim sepia colore albo, sed succum habet atrum quem spargit in metu ne deprehendatur.

Non nouit natos. C

Simillima huic figura est, natum non noui, pro eo quod est, prorsus ac modis omnibus ignoro. M. Tullius lib. Familiarium epist. 9. ad Papyrium: Nam mihi scio iam à regibus ultimis allatas esse literas, quibus mihi gratias agunt, quòd se mea sententia reges appellauerim, quos ego non modo reges appellatos, sed omnino natos nesciebam. Simillimum est illi, quod est apud Aristophanem in Vespis. ὅς ἐμ' ἐδ' ἀν ζῶντ' ἤδει. id est, Qui me ne uiuum quidem nouisset, id est, nullam omnino mei rationem habuisset. Item Theocritus in Pharmaceutria:

Οὐδ'

Οὐδ' ἔγνω πότερον τεθνάκαμεν ἢ ζοοὶ εἰμὲς, id est,
Non enim illud utrum sim uiuus, an mortuus nouit.

In eandem sententiam usurpauit Plautus in Euclione: Non magis me respicias, quàm si natus nunquam siem.

CHILIADIS PRIMAE CENTVRIA VII.

Odi memorem compotorem. I

Ισὼ μνάμονα συμπότην. id est, Odi memorem compotorem. In eos, qui quæ inter amicos & inter pocula dicũtur liberius, foras eliminant. Lucianus in Lapithis, ex poëta quopiam citat. Martialis:

Μισὼ μνάμονα συμπόταν Procille.

Iocatur enim poëta in Procillum quempiã, qui inter pocula iussus postridie cœnatum uenire: uenit serio, perinde quasi, quæ inter uina dicũtur, pondus habere debeant. Huius prouerbij meminit Plutarchus in Symposiacorum primo statim problemate, ubi quærit, num conueniat in conuiuijs philosophari. Putat autem dictum aduersus eos, qui præter modum instant & urgent in conuiuijs, ad bibendum impellentes, exigentesq; præscriptum poculi modum. Solent enim nonnulli, non admodum auidi bibendi sic effugere, ut interiectis sermonibus conuiuas in obliuionem auocent. Deinde si quis fortè memor exigat, mentiuntur iam ebibisse sese. Dores autem in Sicilia ὑπερέθμους, id est, conuiuiorum, seu mensurarum præfectos, Mnamonas appellant, quos Latini moderatores uocant, teste Nonio, quòd bibendi modum imperet. Vnde prouerbium quadrare uidebitur in eos, qui modum in conuiuio præscriptum, nimium exacte requirant. Alijs magis uidetur, ut prouerbium admoneat ἀμνησίαν. hoc est, obliuionem omnium, quæ in conuiuijs uel fiunt uel dicuntur. Id enim testatum esse & maiorũ fabulis qui Baccho simul & ferulam & obliuionem consecrarint, nimirum hoc innuentes, non oportere meminisse, si quid in conuiuio peccatum sit, aut certè leuem admodum ac puerilem reprehensionem sufficere. Nam ferula pueros cædi solitos, uel Iuuenalis indicat.

Et nos ergo manum ferulæ subduximus.

Idem Plutarchus aliàs eodẽ in opere narrat, Lacedæmonijs hunc fuisse morem, ut si quẽ amicum aut hospitem in domũ acciperent, ostensis foribus dicerent, τάυτῃ ὀκ ἐξέρχεται λόγος. i. Hac non egreditur sermo. Damnat autem hanc consuetudinem, propterea quòd secretiat in conuiuijs sermonibus utendum non ineptis, sed eruditis ac frugiferis, quos efferri sit honestum & conducibile. Refert idem in uita Lycurgi, ex cuius institutione qui natu maximus erat stabat ad ostiũ, & ad conuiuium ingredientibus dicebat, ostensis foribus, διὰ τύτων ἔξω λόγος ὀκ ἐκπορεύεται. id est, per hasce nullus sermo progreditur foras. Horatius hoc quoque inter iucundi conuiuij commoditates commemorat:

- Ne fidos inter amicos
Sit, qui dicta foras eliminet.

Huc pertinet ille Græcorum senarius:

Τὸν γ' γυναικὸς ὄρκον εἰς οἶνον γράφω. id est,
Inscribo uino si qua iurat fœmina.

Inuenis irrita esse solere quæcunq; in cõpotationibus effutiuntur. Alluditur autẽ ad prouerbiũ quod alibi retulimus, εἰς ὕδωρ γράφω i. In aqua scribo de re euanida. Huc adscribendum, quòd quemadmodum in Symposiacis testatur Plutarchus, ueteres Bacchum obliuionis filium finxerant, idq; per iocum inuertit apud hunc quispiã, dicens patrem potius obliuionis appellandum fuisse quam filium, quòd uinũ præsertim immodicũ, uel ante senectã adimat homini memoriã,

Duabus sedere sellis. II

Duabus sedere sellis, est incertarum esse partium, & ancipiti fide, ambabus satisfacere uelle. Quo uerbo noue compositio, ἀλλοπρόσαλλον Homerus appellat Martẽ, i. nunc his, nunc illis partibus fauentem. Macrobius in Saturnalibus cœnis: Laberius munus in senatum à Cæsare lectus, cũ à Cicerone ad consessum non reciperetur, dicente: Reciperem te nisi angustè sederemus: nimis mordaciter respondit, Atqui sclebas duabus sellis sedere: obijciens tanto uiro lubricum fidei. Sed id quod Cicero dixit, nisi anguste sederemus, scomma erat in Cæsarem, qui in senatũ passim tam multos admittebat, ut eos quatuordecim gradus capere nõ posset. Hactenus Macrobius. Est autem omniũ consensu turpissimum, cũ utraq; parte colludere. At Solon legem tulit, qua punirentur hi qui in ciuitatis tumultu neutri partium adhæsissent.

Duos parietes de eadem dealbare fidelia. III

Huic finitimũ uidetur illud: Duos parietes de eadẽ dealbare fidelia, pro eo quod est, eadem re duplicem inire gratiam, eademq; opera duos pariter demereri. M. Curius ad Ciceronem: Sed amice magne, noli hãc epistolam Attico ostendere. Sine eum errare, & putare me uirum bonũ esse, nec solere duos parietes de eadẽ fidelia dealbare. Volebat enim Curius pariter & Attico & Ciceroni uideri summus, ac de se uno fructum quidem Ciceronis, mancipium autem Attici facere. Tractum uidetur ab his qui parietibus opus albariũ superinducunt. Legitur & huiusmodi Græcum adagium apud Suidam, δύο τείχους ἀλείφεις. i. Duos linis parietes. In eos qui in factionibus utrisq; partibus blandiuntur. Ad hanc classem pertinet illud Hebræi uatis, utroque claudicare pede. Item illud euangelicum. Duobus seruire dominis. Rursum illud ex Apocalypsi, de ijs qui neque calidi sunt, neque frigidi.

Vnica filia duos parare generos. IIII

His simile quiddam etiam nunc uulgò dicũt, dignum uidelicet, quod uel unum inter antiquitatis adagia connumeretur, Vnica filia geminos uiros parare generos, ubi quis idem beneficium duobus simul pollicetur, aut pro eodem officio quod alteri præstiterit, à duobus gratiam reposcit.

Nescis quid serus uesper uehat. V

Nescis quid serus uesper uehat. Ex Menippeis Varronis Satyris citatur hic titulus, tum ab A. Gellio, tum à Macrobio, neq; dubitandum quin prouerbialis, sicut sunt & alij plerique. Quo salubriter admonemur, ne præsentium successuum prosperitate sublati, futuri curam abijciamus. Neque ulla de re securi simus, prius quàm exitum uiderimus. Idem hodie quoq; uulgò dicunt, diem nondũ ad uesperam decurrisse, cum significant diuersum exitũ posse accidere. Apparet Maronem ad paræmiam alludisse, cùm ait 1. Georg. lib,

Denique quid serus uesper uehat.

Agens de prognosticis occasus. Potest referri & ad illam Solonis sententiam: ὄψε τέλος μακρὸς βίος. id est, Spectta finem longæ uitæ. T. Liuius Decadis 5. lib. 3. In secundis rebus nihil in quenquam superbe ac uiolenter consulere decet, nec præsenti cedere fortunæ, quum quid uesper ferat incertum sit. Huc alludit Philippus rex apud eundem Decadis 4. lib. 9. quum Thessalis respondens minacem clausulam adiecit, nondum omnium dierum solem occidisse.

Multi Thyrsigeri, pauci Bacchi. VI

Πολλοί τοι ναρθηκοφόροι, παῦροι δὲ τε βάκχοι. id est,
Plureis thyrsigeros, paucos est cernere Bacchos.

Carmen hexametrum prouerbio Græcis celebratum, quo significatum est, compluribus mortaliũ adesse uirtutis insignia, aut etiã famam, qui tamen uera uirtute uacent. Vt non

Ayuntamiento de Madrid

omnes uerè theologi, qui pileum theologicum gerũt, qui uel hoc nomine ſunt donati. Non omnes poëtæ, qui ſe eo titulo circumferunt. Non omnes monachi, qui cucullo onerantur. Non omnes Chriſtiani, qui Cæremonijs agũt Chriſtianum. Non omnes generoſi, qui torquem geſtant aureum. Non omnes uirgines, quæ paſſis ſunt capillis. Non omnes reges, qui diademate inſigniuntur. Non omnes epiſcopi, qui mitram gerunt bicornem, aut pedum argenteum. Non omnes ſummi pontifices, qui uocantur ſanctiſſimi, quiq; triplici corona inſigniuntur. Non omnes imperatores, qui in uexillis oſtentant aquilam. Neq; τραγαποφοζία, aut τριβωνοφοζία, quemadmodum loquitur Plutarchus, philoſophum facit, hoc eſt, geſtata barba, aut geſtatum pallium. Translatum à cæremonijs Bacchanalium, in quibus thyrſos, id eſt, haſtas quaſdam uiteas quatiebant afflati furore. Vſurpatur à Platone in Dialogo, cui titulus Phædon. Alluſit huc eleganter Plutarchus in libello quem ſcripſit aduerſus Colotam: Εἰς τὰν ἑταίραν ἀεταίλιμ@ ὁ ἀγκὼς, εἶτα κὴ τὸν ἄνδρα, τὰν δὲ καθλημίας, ὁ ναρθηκοφόρον, ἀλλὰ ἐμμανέταλον ὀργιαζικὸ πλάτων@. id eſt, Quidam amicus Ariſtodemus Aegienſis: nam hominem noſti, Academicorum, non thyrſigerum, ſed ardentiſſimum myſtem Platonis. ναρθηκοφόρον appellat, nomine & cultu duntaxat Academicum, non re. Scitum eſt & illud Herodis Attici in palliatum, crinitum, barba ad pubem uſque porrecta: uideo barbam & pallium, philoſophum nondum uideo.

Non omnes qui habent citharam, ſunt citharœdi. VII

M. Varro lib. De re ruſtica 2. eandem ſententiam extulit diuerſa metaphora: Sed non omnes, inquit, qui habent citharam, ſunt citharœdi. Huc adſcribendum uidetur, quod lepide ſcripſit Seneca, quendam perſonam malle, quàm faciem. Faciem uocat ubi quis talis uidetur qualis eſt: perſonam, cum præſe fert aliquis quod non eſt. Poteſt & ad auaros torqueri, ſi neges eos diuites, qui poſſident opes, ſed qui rectè norint uti. Vti non eſt citharœdus, quiſquis tenet citharam, ſed qui cithara rectè nouerit uti. Non is rex, cui contigit amplum imperium, ſed qui ſciat adminiſtrare.

Plures thriobolos, paucos eſt cernere uates. VIII

Πολλοὶ θριοβόλοι, παῦροι δέ τε μάντιες ἄνδρες. id eſt, Plures thriobolos, paucos eſt cernere uates.

Simile carmen eſt ſuperiori, eodem modo Græcis celebratum. Philochorus apud Zenodotum autor eſt, olim tres nymphas Apollinis nutrices, Parnaſſum incoluiſſe, quæ Thriæ dicerentur, unde poſtea receptum ſit, ut calculi ſortes q; diuinorum Thriæ uocarentur. Vnde thrioboli, qui thrias in urnam diuinam iaciunt. Sunt qui affirment rationem diuinandi per ſortes à Minerua fuiſſe repertam, quæ cùm magis floreret, quàm oracula Delphica, mendax & uana reddita eſt, idq; opera Iouis, Apollini gratum facere cupientis. Deinde ubi rurſum mortales Delphica frequentarent oracula, Pythiam ad hunc modum dixiſſe:

Πολλοὶ θριοβόλοι, παῦροι δέ τε μάντιες ἄνδρες.

Multi qui boues ſtimulent, pauci aratores. IX

Conſimilem habet ſententiam & hic uerſus,

Πολλοὶ βακχῦται, παῦροι δέ τε γῆς ἀροτῆρες. id eſt, Qui taurum ſtimulent multi, ſed rarus arator.

Multi præ ſe ferunt quod nõ ſunt. Siquidem antiquitus arabant bubus, ut antè dictum eſt: eos extimulabant prælonga arundine, aut haſtili cuſpide quapiam acuminato. Qui mos & hodie durat apud Italos.

Simia in purpura. X

Πίθηκ@ ἐν πορφύρᾳ. id eſt, Simia purpurata. In uarios uſus poteſt adhiberi præcepti, nempe uel in hos, qui tametſi magnifico cultu ſint ornati, tamen cuiuſmodi ſint ex ipſo uultu moribus q; cognoſcitur: uel in hos quibus dignitas indecora additur: uel quoties rei per ſe fœdæ, aſcititia peregrinaq; ornamenta indecenter admouentur. Quid enim tam ridiculũ, quàm ſimiæ ueſtitæ purpureæ ueſtes? Atq; id tamen non raro fieri uidemus apud iſtos qui ſimias habẽt in delicijs, ut quàm maximè poſſunt, ad humanum morem ornent ac ueſtiant, aliquoties & purpura, quo parum attentos, aut imperitos fallant, proq; homine ſalutetur ſimia, aut ſi deprehenſus fuerit fucus, res magis ſit ridicula. Quàm multos id genus ſimios uidere eſt in principum aulis, quibus ſi purpuram, ſi torquem, ſi gemmas detrahas, meros cerdones deprehendes. Lepidius erit ſi longius transferatur, uelut in eos qui barba pallioq; ſimulant ſanctimoniam. Tales Auguſtinus alicubi non ineleganter amiculo philoſophos appellat. Et Ammianus lib. 14. Antigonum quendam amictu tenus philoſophum appellat, de barba tenus ſapientibus antea nobis dictum eſt.

Simia ſimia eſt, etiam ſi aurea geſtet inſignia. XI

Πίθηκ@ ὁ πίθηκ@, κἂν χρύσια ἔχῃ σύμβολα. id eſt, Simia ſimia fuerit, etiam ſi aurea geſtet inſignia. Superiori reſpondet, admonens fortunæ ornamenta non mutare hominis ingenium. Citatur adagium à Luciano in oratione contra ineruditum. Natum uidetur à ſimijs illis Aegyptijs ſaltationem humanam imitantibus. Lucianus refert apologum in hunc modum: Rex quidam Aegyptius ſimias aliquot inſtituit, ut ſaltandi rationem perdiſcerent. Vt enim nullum animal ad figuram hominis propius accedit, ita nec aliud actus humanos aut melius aut libentius imitatur. Artem itaq; ſaltandi protinus edoctæ ſaltare cœperunt, inſignibus indutæ purpuris, ac perſonatæ. Multoq; iam tempore maiorem in modum placebat ſpectaculum, donec è ſpectatoribus facetus quiſpiam, nuces, quas clanculum in ſinu geſtabat, in medium abiecit. Ibi ſimiæ, ſimul atq; nuces uidiſſent, oblitæ choreæ, id eſſe cœperunt quod antea fuerant, ac repente è ſaltatricibus in ſimias redierunt. Contritiſq; perſonis, dilaceratis ueſtibus pro nucibus inter ſe depugnabant, non ſine maximo ſpectatorum riſu. Narratur apologus non abſimilis de fele, quam Venus belle adornatam in pediſſequarum ordinem aſciuerat, ac ſatis apte ἐγωναίζε, donec mure è cauo quopiam in medium procurrente declarauit ſeſe nihil aliud eſſe quàm felem.

Aſinus apud Cumanos. XII

Ον@ παρὰ κυμαίοις. id eſt, Aſinus apud Cumanos. Competit in eos, qui cùm ſint inepti ridiculiq;, tamen apud ignotos ipſa nouitate habentur in pretio. Aut in eos quibus honos aliquis præter meritum additus à fortuna, tumorem & inſolentiam, ita ut ferè fit, conciliat, id quod eleganter notat Demoſthenes Olynthiacarum orationum 1. τὸ γὰ τῦ πράττειν παρὰ τὰν ἀξίαν, ἀφορμὴ τ κακῶς φρονεῖν, τοῖς ἀνοήτοις γίνεται. id eſt, Felicitas enim & rerum ſucceſſus, qui contigerit immerenti, ſtultis ueſaniæ cauſam præbere ſolet. Cui congruit illud ex Aeſchylo citatum:

Η βαρὺν φόρημ' ἄνδρωπ@ ὀλυχῶν ἄφρων. id eſt, Grauc pondus annens, rebus utens proſperis.

Narrauimus alibi fabulam de aſino fugitiuo, qui apud Cumanos ſe geſſit pro leone.

Ira omnium tardiſsimè ſenescit. XIII

Ο θυμὸς ἔσχατον γηράσκει. id eſt, Ira poſtremum ſeneſcit. Huic diuerſum illud Ariſtotelis apophthegma, qui autore Laërtio, rogatus quæ res quàm ocyſſimè conſeneſceret, reſpondit beneficium. M. Tullius utrunque complexus: Cui placet, inquit, obliuiſcitur, cui dolet, meminit. Nam uulgò

mortal

Ayuntamiento de Madrid

mortales iniuriæ tenaciſſime meminiſſe ſolent, beneficiorũ quàm facillime obliuiſci. Græcum adagium uidetur ex Sophocle ſumptum, cuius in Oedipo Colonco hæc ſunt uerba:

Θυμῷ γὰ ὀδλὲν γῆρᾶς ὅτιμ ἄλλο, πλὴν
Θανεῖν, θανόντων ὀδλὲν ἄλγ' ἄπεται, id eſt,
Senecta nulla obtingit iracundiæ
Niſi mors, ſepultos nullus attingit dolor.

Hoc idem innuit Homerus lepidiſſimo ſanè figmento de Litis & Ate. Hanc deam facit, quæ noxas ac turbas ſoleat immittere rebus mortalium, atq; ipſam quidem acribus oculis ac præuelocibus eſſe pedibus. Cæterum poſt eam multo interuallo conſequi Litas deas, quæ quod Ate turbauerit, ſarcire moliantur. Has & ſtrabis oculis fingit, & pedibus claudis, illud nimirum innuens, offenſas eſſe citas, reconciliationes eſſe tardas, propterea quòd iniuriæ diu meminiſſe ſolent homines. Carmen ipſum Homeri ſubſcribam ex Iliadis libro nono,

Καὶ γάρ τε λιτάὶ εἰσι διὸς κοῦραι μεγάλοιο,
Χωλαί τε ῥυσαί τε παραβλῶπες τ' ὀφθαλμὼ,
Αἳ ῥά τε καὶ μετόπισθ' ἄτης ἀλέγουσι κιοῦσαι.
ἣ δ' ἄτη σθεναρή τε, καὶ ἀρτίπος, οὕνεκα πάσας
Πολλὸν ὑπεκπροθέει, φθάνει δέ τε πᾶσαν ἐπ' αἶαν
Βλάπτουσ' ἀνθρώπους, αἱ δ' ἴσχανόωσι ὀπίσσω.
ὃς μὲν τ' ἀιδέσεται κούρας διὸς ἀσσον ἰούσας,
Τόνδε μέγ' ὄνησαν, καί τ' ἐκλυον εὐξαμένοιο.
ὃς δέ κ' ἀνήνηται, καί τε στερεῶς ἀπόείπῃ,
Αἴσσονται δ' ἄρατάί γε διὶ κρονίωνα κιοῦσαι,
Τῷ δ' ἄτην ἅμ' ἕπεσθαι ἵνα βλαφθὲις ἀποτίσῃ.

Quorum uerſuum non indolem neq; gratiam, ſed ſententiam utcunq; reddemus Latinis auribus.

Nam Litas etiam genuit Saturnius ingens,
Rugoſas, pedibus claudis, ac lumine læſas,
Quæ Ates à tergo ueniunt, medeantur ut illi.
Ipſa Ate, pedibusq; ualens, & robore præſtans,
Proinde gradu celeri longe præcurritur, omneis
Occupat, & terras prior aduenit illa per omneis,
Mortales lædens: uerum hæ poſt terga ſequuntur
Sarturæ quicquid commouerit illa malorum.
At uero natas Ioue qui reueretur, & audit,
Se ſimulac adiere, huic commoda plurima gratæ
Conciliant, huiusq; uicißim uota receptant.
Reijcit at ſi quis præfracte & pernegat illis,
Tunc adito Ioue patre, precantur, ut ilicet Ate
Huic adſit, pœnasq; ſuo det deniq; damno.

Eiuſdem Ates fit mentio Iliados T. ubi Iupiter imputans huic deæ, quòd à Iunone deceptus eſſet, illam capillis arreptam in terras præcipitem dedit, interdicens ne unquam rediret in cœlitum contubernium. Hoc Homeri figmentum quidam exiſtimant eſſe finitimum ei, quod de Lucifero cœlis deturbato credunt Chriſtiani.

Si uultur es, cadauer expecta. XIIII

Captatores teſtamentorum & hæredipetæ, uulgata metaphora uultures appellantur, quòd ſenibus orbis ceu cadaueribus inhient. Nam huic aui proprium, cadaueribus tantũ uiuere. Vnde & natura tantũ illi ſagacitatis addidit, autore Plinio, ut biduo, aut triduo præuolet illuc, ubi cadauera ſint futura: eoq;, ut refert uere Magnus ille Baſilius, ingenti agmine ſolet comitari caſtra militum. Hoc minus nocens, quàm ſint homines iſti diuitum funeribus imminentes, quòd neq; fruges attingit, neq; ullum animal, quantumuis imbelle, occidit, aut infectatur: tantum cadauera, uel eorum quæ ſponte interierunt, uel ab alijs relicta ſunt, depaſcitur. In quibus tamẽ abſtinet à ſui generis. i. auium cadaueribus. Quemadmodum & Plutarchus docet in problematis rerum antiquarum, ne quid interim adferam ex Aegyptiorum opinione, qui dicũt uultures omnes eſſe fœminas, nec aliter ex euro concipere, quam è Zephyro grauidæ fiunt arbores. Vnde mirum eſt, hanc auem innocentiſſimam apud homines tam male audire. Proinde qui diuites audent aut accuſare, aut ueneno tollere è medio, miluij uocantur: qui uero duntaxat obſequijs & adulationibus aucupantur, ut miſceantur teſtamento, uultures prouerbio dicuntur. Seneca lib. Epiſt. 15. epiſtol. 96.

Si uultur es, cadauer expecta. Martialis lib. 6.

Amiſit pater unicum Silanus.
Ceſſas mittere munera Oppiane?
Heu crudele nephas, malæq; Parcæ,
Cuius ulturis hoc erit cadauer?

Diogenianus in collectaneis meminit huius adagij, ſed alia figura. ἄπερ γυπὲς. i. uultur um ritu. Admonet autem dictum de ijs, qui uel ob hæreditatis, uel alterius alicuius emolumenti ſpem inſidiantur cuipiam.

Coruum deluſit hiantem. XV

Haud diſſimili figura dictum eſt ab Horatio in eum qui captatorem ſuum arte fruſtratus fuerat,

—Coruum deluſit hiantem.

Nam hæc quoq; auis cadaueribus imminet.

—Plerunq;, inquit, recoctus
Scriba ex quinqueuiro coruum deluſit hiantem.

Loquitur de Corano, qui Naſicæ ſocero, ſpe teſtamenti per dolum oſtentata, moriens, nihil præter plorare reliquit. Videtur autem hoc adagium effictum, & imitatum ad illud Græcorum, λύκος ἔχανεν. id eſt, Lupus hiat. Vt itidem dicere liceat: lupum deluſit hiantem, & κόραξ ἔχανεν. id eſt, Coruus inhiabat.

Cornicari. XVI

Quin & Græci prouerbio κρώζειν, dicunt, pro eo quod eſt, inhiare prædæ aut inepte garrire. Ariſtophanes in Pluto:

Σὺ μὲν οἶδ' ὃ κρώζεις, ὡς ἐμοῦ τι κικλοφότος
Ζητῆς μεταλαβεῖν. id eſt,
Quid crocites ſcio, nempe ſi quicquam rei
Furto inuolarim, ut hinc tibi partem feras.

Interpres admonet eſſe prouerbium in eos, qui cornicum more fruſtra cornicantur. Sunt autem uerba Chremyli ſenis, qui ait ſe non ignorare, quid ſibi uellet Blepſidemus, ſurſum ac deorſum uertens orationem, dum ſtudet furti confeſſionem elicere, nimirum ut conſcius in prædæ partem ueniret. Perſius ſatyra 5.

Neſcio quid tecum grauc cornicaris inepte.

Vſus eſt & diuus Hieronymus in epiſtola ad Ruſticum monachum.

In uino ueritas. XVII

ἐν οἴνῳ ἀλήθεια. id eſt, In uino ueritas, paſſim apud autores uſurpatum adagium, ſignificans ebrietatem animi fucum tollere, & quicquid in pectore conditum eſt, in apertum proferre. Vnde diuinæ literæ uetant uinum dari regibus, quòd ibi nullum ſit arcanum, ubi regnet ebrietas. Plinius lib. 14. cap. 22. ſcripſit, uinum uſq; adeo mentis arcana prodere, ut mortifera etiam inter pocula loquantur homines, & ne per iugulum quidem redituras uoces contineant: uulgoq;, inquit, ueritas attributa uino eſt. Celebratur & Perſæ cuiuſdam apophthegma, qui negauit tormentis opus eſſe ad exquirendum uerum, uino enim rectius elici, quod approbans Horatius in Odis:

Tu lene, inquit, tormentum ingenio admoues
Plerunq; duro, tu ſapientium
Curas, & arcanum iocoſo
Conſilium retegis Lyæo. Idem in Arte poëtica,
Reges dicuntur multis urgere culullis,
Et torquere mero, quem perſpexiſſe laborent,
An ſit amicitia dignus. Rurſum alibi,

Ayuntamiento de Madrid

Quid non ebrietas deſignat? operta recludit.

Effertur & ad hunc modum apud Athenæum lib. 2. paræmia, οἶνος καὶ ἀλήθεια. i. Vinum & ueritas. Quòd largius poti non tantum effutiunt ſua arcana, uerumetiam audacius in alios loquuntur. apud Plutar. in uita Artaxerxis, Sparamixas Mithridati per uinum quiddam inſolentius eloquuto, φθόνος μὲν ὦ Μιθριδάτα, ἐπεὶ δέ φασιν Ἕλληνες, οἶνος καὶ ἀλήθεια ἔνεστι. i. Nulla quidem inuidia eſt ô Mithridates, cæterum quando Græci dicunt, uinũ & ueritatem eſſe, &c. Celebratur à Græcis hæc quoq; ſententia prouerbialis, τὸ ἐν τῇ παροινίᾳ τοῦ νήφοντος, ἐπὶ τῶν γλώσσης τοῦ μεθύοντος i. Quod in corde ſobrij, id in lingua ebrij. Theognis,

ἐν στυγὶ μὲν χρυσόν τε, καὶ ἄργυρον ἴδμεν ἄνδρες
Γινώσκομεν, ἀνδρὸς δ' οἶνος ἔδειξε νόον. id eſt,

Aurum aut argentum fabris dignoſcitur igni,
Vinum hominis prodens arguit ingenium.

Athenæus hunc ſenarium citat ex Euripide:

Κάθοπτρον γὰρ εἴδους χαλκὸς ἐσθ', οἶνος δὲ νοῦς. id eſt,

Formæ ære lucet, uinu produnt pectora.

Apud eundem Ephippus:

Οἶνός σε πολλῶν καὶ πολλὰ ἀναγκάζει λαλεῖν,
Οὐκὸν μεθύοντάς φασι τ' ἀληθῆ λέγειν. id eſt,

Vis multa uini, multa te cogit loqui,
Loqui proinde uera dicunt ebrios.

At idem libro 10. refert Anacharſidis dictum, ὅτι ψυχαῖς δόξαι τοῖς μεθύουσι γίγνονται. i. quòd falſæ opiniones accidunt temulentis: ac mox narrat quiddam haud infeſtiuum. Quidam è conuiuis dixerat Anacharſidi, Vxorem duxiſti admodum deformem. At ille, Prorſus, inquit, idem mihi uidetur. ſed heus puer, porrige poculum meracius ut illam faciam formoſam. Non ſolum igitur amanti, uerum etiã ebrio τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται, quemadmodum inquit Theocritus. At qui uerum poteſt dicere, qui labitur rerum iudicio? Sed ueritas non ſemper reſpondet mendacio, uerum interdum ſimulationi. Poteſt autem fieri, ut ex animo loquatur, qui tamen falſum dicat, & uerum dicat, qui non uere loquatur. Poſtremo prouerbium non ſentit de inſana temulentia, quæ facit, ut quæ fixa ſunt uideantur ambulare, & quæ ſimplicia uideantur multiplicia: ſed de moderata, quæ dyſopiam ac fucum excutit. Alcibiades in Sympoſio Platonis: τὸ δ' ἐντεῦθεν οὐκ ἄρ μοι ἠνέσατε λέγειν καὶ εἰ μὲν πρῶτον μὲν τὸ λεγόμενον, οἶνος καὶ παῖς τε παίδων, καὶ μετὰ παίδων, ἦν ἀληθής. id eſt, Quæ uerò nunc ſequuntur non prius audietis, quàm prouerbium illud recenſuerim: Vinum & cum pueritia, & ſine pueritia, ueridicum eſt. Quibus ex uerbis liquet, idem de pueritia quod de uino, prouerbio iactatum fuiſſe. Durat & hodie uulgò tale prouerbium, non audiri uerum, niſi à tribus hominum generibus, pueris, ebrijs, & inſanis. Huc adſcribendum arbitror ueterſiculum illum prouerbialem:

ἢ γλῶσσ' ἁμαρτάνουσα τ' ἀληθῆ λέγει. id eſt,

Verum ſolet prolapſa lingua dicere.

Nam uerum eſſe creditur, quod exciderit imprudenti, quandoquidem id demum uacat fictionis ſuſpicione. Ex huiuſmodi lapſu colliguntur, & omina certioris fidei,

Sæpe Neoptolemi pro nomine nomen Oreſtis
Exit, & errorem uocis ut omen amo.

Deniq; M. Tullius in Topicis, inter ea quæ certam faciunt fidem, commemorat pueritiam, ſomnum, imprudentiam, uinolentiam, inſaniam.

Bos in lingua. XVIII

Βοῦς ἐπὶ γλώττης: i. Bos in lingua. In eos qui non audent libere quod ſentiant dicere: Translatum, uel à robore animantis, quæ ſi linguã opprimens, nõ ſinat eam eloqui. Vel hinc quòd Athenienſium nomiſma quondam bouis obtinuit figuram. Item apud Romanos Seruius rex, ouium ac boum effigie primus ſignauit æs. autore Plinio lib. 18. ca. 3. Idem teſtatur Plutarchus in Problematibus rerum priſcarum, quòd priſcis omnis ferè poſſeſſio erat in gregibus & armentis. Vnde & à pecoribus dictam pecuniam uolunt. Itaq; qui mulctæ pendendæ metu deterriti reticerent, aut qui pecunia corrupti loqui non auderent, bouem in lingua dicebantur habere. At Iulius Pollux 9. De rerum uocabulis lib. prouerbiũ hoc exponens, his fermè conſentanea commemorat, addens ipſum nomiſma bouẽ uulgò uocari ſolere. Proinde in Deliacis ſpectaculis, ſi cui munus dandum erat, præconem pronunciare ſolitum, tot boues illi dabuntur. Bouẽ autem ualuiſſe duabus drachmis Atticis, unde fuiſſe qui crederent hoc nomiſma Deliorum fuiſſe proprium, non Athenienſium, Addit item in Draconis legibus extare mentionem, περὶ τῶν ἀποτίνειν δεκάβοιον. i. De pendendis decem bubus. i. nummis decem. Neq; defuiſſe, qui ſenſerint, Homerum quoq; de nomiſmate locutum, non de animante, cùm ait:

Χρύσεια χαλκείων ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων.

Verum hanc opinionem alio in loco refellit Iullius Pollux, oſtendens illam fuiſſe commutationem rerũ citra nummos, Qui ſcripſit ſcholia in Homerum lib. 2. tradit bouem apud priſcos in honore fuiſſe, quum multis de cauſis, tum præcipue quòd Apollini ſacrum ſit animal. Itaque in altera parte nomiſmatis inſculpebant bouem, in altera faciem regiam. Adagium autem effert ad hunc modum, Βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ βέβηκεν. i. Bos in lingua incedit, admonens id dici ſolitum, ubi quis pecuniæ cauſa taceret. Theognis,

Βοῦς μοι ἐπὶ γλώσσῃ. id eſt, In lingua mihi bos.

Philoſtratus in uita Apollonij: γλῶτταν τε ὡς πρῶτον ἀνθρώπων σωφρονεῖ, βοῦν ἐπὶ αὐτῇ σιωπῆς εὑρὼν λόγια. i. Linguam primus hominum coërcuit, bouem in illa ſilentij inueniens decretum. De Pythagora loquitur, ſilentij autore. Item in Scopeliano ſophiſta: καὶ οὐ χρὴ θαυμάζειν εἰ πεπεδημένοι τὼν γλωττάν τινες καὶ βοῦν ἀφωνίας ἐπ' αὐτῇ βεβλημένοι. i. Neq; mirandum eſt, ſi quidam linguam habentes uinctam, bouc ſilentij cum occupante. Extat apud Aeſchylum in Agamemnone.

Τὰ δ' ἄλλα σιγῶ, βοῦς ἐπὶ γλώττης μέγας βέβηκεν. i.
Taceo cætera, linguam occupauit bos quidem Ingens.

Argentanginam patitur. XIX

ἀργυρᾴγχλην πάσχει. i. Argentanginam patitur. Superiori finitimum eſt, natum ex hiſtoria, quam refert A. Gellius in Noctibus Atticis, atq; item Plutarchus in uita Demoſthenis. Ea eſt huiuſmodi. Quum aduerſus Mileſiorum legatos, qui auxilij petendi cauſa Athenas uenerant, acriter in concione diſſereret Demoſthenes, obſiſteretq;, quo minus impetraturi poſtulata uiderentur, cauſa in diem poſterum reiecta, legati Demoſthenem ipſum adierunt, magnaq; pecuniæ ſumma, ne contra ſe diceret, redemerunt. Poſtridie, quum res denuo foret agenda, Demoſthenes multa lana collo circumuoluto in concionem prodijt, fingens ſeſe σηπάγχλην. i. anginam pati. Eamq; rem impedimento eſſe, quo minus ex more diceret. Tum è populo quiſpiam, cui ſimulatio ſubolebat, exclamabat, eum non σηπάγχλην, ſed ἀργυρᾴγχλην pati. Eſt autem ſynanche morbi genus, quem uulgus medicorum deprauate ſquinantiam appellat. Hunc Arcteus Cappadox lib. 1. commemorat inter morbos acutos, oſtendens bifariam appellari, uel κυνάγχλην, quòd id mali canibus ſit familiare, uel σηπάγχλην, quod ſpiritum coartet ac præfocet.

Equus me portat, alit rex. XX

ἵππος μέ φέρει, βασιλεὺς μὲ τρέφει. id eſt,

Me rex alit, ac me portat equus.

Refertur inter Græcorum adagia, atq; addunt hinc natum. Iuuenis quidam ſub rege Philippo ſtipendia faciebat. Is cùm admon

admoneretur ut miſsionem peteret, ſeſeq; à militia abdicaret, negauit ſe facturum, his quidem uerbis:

ἵππος μὲ φέρει, βασιλεὺς μὲ ἕλφει. id eſt,

Equus me portat, rex me alit.

Significans ſe commodiſsime uiuere, ut qui & pedibus alienis ingrederetur, & aliena pecunia paſceretur. Huc alluſit Horatius cum in Epiſtolis ſub Ariſtippi perſona ſic ait:

Rectius hoc, &

Splendidius multo eſt, equus ut me portet, alat rex.

Quo quidem in loco Acron huius admonet prouerbij, cuius etiam meminit Diogenianus. Apparet è tragœdia quapiam aſcitum. Eſt enim carmen anapeſticum dimetrum.

Etiam corchorus inter olera. XXI

Καὶ κόρχορος ἦν λαχάνοις. id eſt, Etiam corchorus inter olera. Dicitur ſolitum in homines nullius precij, qui tamen in numero aliquo ſtudeant haberi. Nam κόρχορος, oleris genus eſt uiliſsimi, quod Plin. lib. 21. in catalogo olerum recenſet. Idem alibi commemorat inter herbas ſponte naſcentes. Scribit autem corchorum Alexandrini cibi herbam eſſe, conuolutis ſolijs, ad ſimilitudinem mori, multis remedijs utilem. Meminit prouerbij Theophraſtus, libr. De plantis 7. cap. 7. Corchorum referens inter olera quæ uel cocta uel cruda poſsint edi, uerum ob amaritudinem prouerbio eſſe infamem. Suidas & Heſychius autores ſunt, nonnullis piſcem exiſtimari corchorum, contemptiſsimum, nulliusq; precij, qualis ſit hippurus. Ariſtophanes in Veſpis: κεἶθ' ἅψαμεν ἁ κορχόρου. i. Deinde corchorum attigimus. Nec hic tacuit interpres de prouerbio.

Graculus inter muſas. XXII

Cui non diſsimile uidetur, κολοιὸς ἐν τοῖς μούσαις. i. Graculus inter muſas. Indoctus inter doctiſsimos: infantiſsimus inter eloquentiſsimos. Recte dicetur & in homines oſtentatione falſæ doctrinæ ſeſe iactitantes & uiris eruditis impudenter obſtrepentes. Eſt enim graculus auis minime canora, ſed tamen odioſe garrula atq; obſtrepera. Confine eſt his quod in Bucolicis ait Vergilius:

Sed argutos inter ſtrepere anſer olores.

Cygnos canoros eſſe ſic omnium poëtarum literis eſt decantatum, ut nihil ſit celebratius, etiam ſi nemini contigit hunc audire cantum. Nec deſunt philoſophi, qui huiuſce rei rationem quoque reddere conentur. Aelianus addit, eos non canere, niſi flante Fauonio. Vnde fertur etiam prouerbium, κύκνου ᾆσμα. i. Cygnea cantio. Contrà, anſeres moleſto quodam ſtridore obganniunt. Proinde cum indoctus inter eruditos garrit, in tempore uſurpabitur adagium: Anſer inter olores.

In lente unguentum. XXIII

Τὸ ἐπὶ φακῇ μῦθος. i. In lẽticula fabulam, ſubaudi narrat. Vbi quis mentionem inducit uilis cuiuſpiam & nihili hominis, alijs de uiris egregijs uerba facientibus. Ad hunc quidẽ modum legitur in omnibus uulgatis exẽplaribus, apud A. Gell. lib. 13. cap. 27. Verum placet Hermolai caſtigationi ſubſcribere, qui locum hũc ita reſtituit, ut legat, τὸ ἐν φακῇ μύρον. i. In lente unguentum. Quadrat autem in hominem aut in rem quampiam, quæ neutiquam in tempore adhibeatur ijs, quibus minime congruit. Veluti ſi philoſophum iuuenum laſciuientium conuiuio miſceas: aut inter pocula de rebus grauibus ac theologicis incipias diſputare. Quemadmodum uidelicet lenticulæ uili legumini, inepte quis admiſcuerit unguentum. Siquidem autore Dioſcoride & oculorum aciem ebetat, ſtomacho grauis, inteſtinis noxia, neruis, pulmoni, et capiti inimica, gignit turbulenta inſomnia. Dicetur etiã ubi plura inter ſe diſsimilia confundẽtur. Verba Frontonis apud Gelliũ ſunt hæc: Videte tamen, ne exiſtimetis ſemper, atq; in omni loco, mortales multos, pro multis hominibus eſſe decendum: ne planè fiat Græcũ illud de Varronis ſatyra prouerbium, τὸ ἐν φακῇ μύρον. i. In lente unguentum. Idem uſurpauit M. Tull. lib. ad Attic. 1. Legati, inquit, cum autoritate mitterentur, qui adirent Galliæ ciuitates, darentq; operam ne eæ cum Eluctijs ſe iungerent. Legati ſunt, Q. Metellus Creticus, & L. Flaccus, τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον. Lentulus Clodiæ filius. Tametſi hic quoq; locum codẽ modo laborat, quo Gellianus ille. Citatur autẽ adagiũ ab Ariſtotele, in libr. De ſenſu & ſenſili: ἀλλ' ὅπερ ὀλιγάκις εἶπε σκώπτων τραπέζης, ὅταν φακοῦ ἕψηται, μὴ ἐπιχεῖν μύρον. i. Nam uerũ eſt, quod ait Stratis Euripidem taxans, ubi lenticula coquitur, non oportere unguentum infundere. Quo ſanè loco, quæ portenta habeant noſtri uulgati codices, nihil attinet hic commemorare. Citat & Athenæus lib. Dipnoſoph. 4.

Παραινέσαι σφῶιν τι βόλεμαι σοφόν,
ὅταν φακοῦ ἕψητε μὴ ἐπιχεῖν μύρον. id eſt,
Vos admonere callidum quiddam uolo,
Vbi lens coquitur, unguenta ne qua infundite.

Ex Phœniſſis Stratidis Comici poëtæ. Citat & ex Sopatri Nereide: ἰθακὸς ὀδυσσεὺς τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον παρεῖσι, θᾶσσ' ὑμέ. i. Ithacenſis Vlyſſes in lente unguentum adeſt, aude anime. Adducit & Clearchum prouerbiorum collectorem, qui hoc quoque recenſuerit prouerbij titulo, τὸ ἐν φακῇ μύρον. Addens extare apud Varronem, complureisq; Latinorum uſos eo prouerbio, quibus incognitum tamen ſit, unde Varro deſumpſerit eum iambicum. Huc mihi uidetur Ariſtophanes alluſiſſe, cum ait ἐν ἐρεθίνῃ.

Κἀπιφυτίυσᾷς ἕρπυλλον ἄνω,
Καὶ μύρον ἐπιχεῖς. id eſt,
Prætereà ſeres ſerpyllum ſurſum,
Et unguentum infundes.

Porrò unguentũ intelligo oleum odoratũ, ac uelut unguentarium. Alioqui plebeium oleum immiſcere lenti, nihil prodigioſum. Athen. lib. 2. citat hunc trimetrum ex Eupolide:

ὄψῳ πονηρῷ πολυτελῶς ἠρτυμένῳ. id eſt,
Conditum opipare uile malumq; opſonium.

Eſt autem apud ſcriptores hoc legumen cũ primis celebre, quemadmodum bulbus, cepe, & alliũ, nonnulli etiam encomium lentis ſcripſere. Quædam per ſe pulchra ſunt, quæ tamen ſibi non congruunt. Elegantis igitur eſt, ſcire quid cui conueniat. Diocles philoſophus habitus eſt ὀψοφάγος. Hic cuidam interroganti, uter piſcis eſſet melior, congrus an labrax, nobis dictus lupus, alter, inquit, elixus, alter aſſus. Sic Flaccus de poëta, Bello malus, utilis urbi, Quoties munus delegatur minus accommodo, apte dixeris ἐν φακῇ μύρον. Adijcitur & hoc: apud autores dictionẽ hanc cõperio uarie ſcriptam, nunc circumflexe, φακοῦ, quod cum tam crebro occurrat, uix inſcitia caſu'ue factũ uideri poteſt. Vnde conijcio φακοῦ dictam ex contractione pro φακέαν. Nam φακέας legimus apud Athenæum. Idem λεοντοῦ dictam admonet, pro λεοντέαν. Hæc igitur quibus placet origo, malunt dicere φακῆ: quibus magis placet forma communis, origine neglecta ſcripſerunt φακῆν & φακὴν.

Anulus aureus in naribus ſuis. XXIIII

Huic penè cognatũ eſt illud quod extat in prouerbijs Hebræorũ: Anulus aureus in naribus ſuis. Sic enim habetur in prouerbijs cap. 11. Circulus aureus in naribus ſuis, mulier pulchra & fatua: Vbi res quæpiã per ſe præclara, illic adhibetur, ubi minime addecet. Vt ſi ſtulto contingant opes, fatuæ forma, genus ignauo, eloquentia uiro improbo, magiſtratus imperito. His enim rebus nõ modo nõ ornãtur, uerumetiam magis ridiculi fiũt. Olim autẽ anulis quibuſdã aureis in auriculas inſertis, ornari ſeſe credebãt, maxime barbari. Inſeritur et ſuillis naribus anulus æreus, quo minus noceãt agris noſtri

roſtri ſuffoßione, quæ peculiaris eſt huic animanti, quapropter & agricolationem monſtraſſe creditur. Quod ſi anulum aureum roſtro ſuillo inſeras, res ſit oppido quàm ridenda. Celebratur apud Græcos Menandri uerſiculus ab hac ſententia non admodum abhorrens:

Μισῶ πονηρὸν, χρηςὸν ὅταν εἴπῃ λόγον. id eſt,
Odi improbum, qui uerba proloquitur proba.

Huc pertinet illud, quod memorat in noctibus A. Gellius: cum quiſpiam improbatæ famæ uir ſententiã dixiſſet Reip. conducibilem, iuſſerunt eandem ab alio quopiam integro, bonoq; uiro pronunciari, atque illius nomine decerni, quod abſurdum exiſtimarent, à malo uiro bonum conſilium, aut bonam ſententiam proficiſci. His adiungendum eſt illud Antiphanis apud Athenæum lib. 6.

Σαπρὸν σίλυρον ἀργυρᾶς πίναξ ἔχων. id eſt,
Putrem Silurum quadra habens argentea.

Quidam Silurum exiſtimant eum eſſe, quem nunc uulgò Sturionem dicimus, piſcem multo omnium laudatiſſimum.

In eburna uagina plumbeus gladius. XXV

Huic confine eſt illud, ἓν ἐλεφαντίνῳ κολεῷ τὸ μολύβδινον ξίφος. i. In eburna uagina plumbeus gladius, natum ex Diogenis Cynici apophthegmate. Nam cum adoleſcens quiſpiam, inſigni forma, fœdum quiddam atq; obſcœnum dixiſſet: Ex eburna, inquit, uagina plumbeum gladium educis.

Omnia octo. XXVI

ἅπαντοκτὼ. i. Omnia octo. Cum nihil deeſſe ſignificamus, aut cum multa inter ſe ſimilia uidentur, paræmiam hinc natam exiſtimant. Steſichorius poëta in oppido Catana ſplendidæ ſepultus fertur, monumento diligenti quadã ratione ex omnibus octonis conſtructo, octo columnis, octo gradibus: angulis octo. Atq; hinc prouerbium increbuiſſe ἅπαντοκτὼ. Meminit huius & Iulius Pollux in nono, agens de luſu taxillorum, quem ait numeris conſtare, in quibus ſit unus qui Steſichorius appelletur, nimirum octo, idq; cognominis ſumptum eſſe ab eius monumento. Sunt qui dicant eum, qui Corinthios in unam ciuitatem coëgit, ciues uniuerſos in octo tribus diſtribuiſſe, atque hinc ortum uulgi ſermonem. Neque deſunt qui ſcribant, idq; Euandro, ut citant, autore, octo deos eſſe, qui rerum imperent ſummæ, ignem, aquam, terram, cœlum, lunam, ſolem, mithram, noctem. Mithram autem Perſæ, eundem cum ſole exiſtimant. Rurſum alij dicunt octo fuiſſe certaminum ſpecies in Olympijs, atque inde ductum adagium: Omnia octo. Quòd ſi nobis quoq; conceditur in ænigmate diuinare, non abſurde natũ uideri poteſt à fabula, quam narrat Plutarchus in commentario de Dæmonio Socratis. Delijs ac cæteris Græcis oraculo reſponſum fuiſſe apud Ægyptios, ita demum malorum finem fore, ſi aram quæ in Delo erat duplaſſent. Qui cum non intellexiſſent, quid ſibi uellet oraculum, ridiculè duplatis ſingulis aræ lateribus imprudentes ſolidum octuplum effecerunt, ob inſcitiam proportionis quæ longitudine duplum reddit. Cæterum hac in re conſultus Plato geometriæ cum primis peritus, reſpondit deum Græcis imperitiam exprobraſſe, monere, ut geometriæ darent operam. Delectatum apparet hoc prouerbio Heliogabalum imperatorem, cui morem hunc fuiſſe ſcribit Aelius Lampridius, ut ſimul ad cœnam uocaret octo caluos, octo luſcos, octo podagroſos, octo ſurdos, octo nigros, octo prælongos, & octo præpingues & obeſos.

Omnia idem puluis. XXVII

Πάντα μία κόνις. i. Omnia idem puluis. De indiſcreta ſimilitudine. Lucianus ἀλλὰ πάντα μία ἡμῖν κόνις φασὶ. id eſt, Quin nobis omnia idem, quod aiunt, puluis. Alludens ad defunctorum cineres, inter quos nihil apparet diſcriminis. Confine illi, quod alio demonſtrabimus loco, eiuſdem farinæ. Siquidem antiqui farinam pollinem uocabant.

Currus bouem trahit. XXVIII

ἅμαξα τὸ βοῦν ἐλαύνει. i. Currus bouẽ ducit, de re quæ præpoſtere geritur. Veluti ſi uxor præſcribat marito, ſi diſcipulus reprehendat præceptorem, ſi populus imperet principi, ſi ratio pareat affectui. Lucianus in Terpſione: Νῦν ἡ τὸ τοῦ παροιμίας, ἡ ἅμαξα τὸν βοῦν πολλάκις ἐκφέρει. id eſt, Nunc id euenit, quod uulgò dici ſolet: Plauſtrum ſæpenumero bouem ipſum auſert. Translata metaphora à plauſtris per decliue retro labentibus, unáq; ſecum bouem auferentibus.

Ab equis ad aſinos. XXIX

ἀφ' ἵππων ἐπ' ὄνους. i. Ab equis ad aſinos. Vbi quis à ſtudijs honeſtioribus ad parum honeſta deflectit, ueluti ſi quis è philoſopho cantor, è theologo grammaticus, è mercatore caupo, ex œconomo coquus, è fabro fieret hiſtrio. Quadrabit item, ubi quis è conditione lautiore ad abiectiora deuenerit. Procopius ſophiſta in epiſtola quapiam: Τὸ δὴ λεγόμενον, ἀφ' ἵππων ἐπ' ὄνους μεταβεβήκαμεν. i. Iuxta prouerbium, ab equis ad aſinos tranſiuimus.

Ab aſinis ad boues tranſſcendere. XXX

Huic diuerſum eſt illud Plautinũ: Ab aſinis ad boues tranſcendere, pro eo quod eſt, ex humiliore conditione ad ditiorum partes tranſire. Sic enim apud Plautum in Aulularia, Euclio, cuius pauperculi dies quidam expetebat affinitatem: Venit hoc mihi in mentem Megadore, te eſſe hominem diuitem, factioſum, me item eſſe hominem pauperum pauperrimum. Nunc ſi filiam locaßim meam tibi, in mentem uenit, te bouem eſſe, & me eſſe aſellum. Vbi tecum coniunctus ſiem, ubi onus nequeam portare pariter, iaceam ego aſinus in luto, tu me bos haud magis reſpicias, natus quàm ſi nunquam ſiem. Et te utar iniquiore, & meus me ordo irrideat, neutrobi habeam ſtabile ſtabulum. ſi quid diuortij fuat, aſini me mordicus ſcindant, boues incurſent cornibus. Hoc magnum periculum eſt, me ab aſinis ad boues tranſcendere. Hactenus Plautus. Videtur allegoria ex apologo quopiam mutuo ſumpta, qui mihi in præſentia non ſuccurrit.

Ab aſino delapſus. XXXI

ἀπ' ὄνου καταπεσὼν. i. Ab aſino delapſus. In eos dicitur, qui inconſulte quippiam agunt, & imperite: aut in eos, qui à præſentibus commodis, quibus ob inſcitiam uti neſciunt, excidunt. Eſt autem in Græcis uerbis faceta alluſio ad finitimam orationem, mutato accentu, ἀπὸ νοῦ. i. à mente delapſus, tanquam uecors & mentis impotens. Vtitur hoc adagio Plato lib. De legib. 3. Δεῖν φάνεται ἐμοιγε οἷόνπερ ἵππον τὸν λόγον ἑκάστοτε ἀναλαμβάνειν, μὴ καθάπερ ἀχάλινον κεκλιμένον τὸ στόμα, βίᾳ ὑπὸ τοῦ λόγου φερόμενον κ[illegible]τὴν παροιμίαν, ἀπόπτιν & ὄνου πεσεῖν. i. Mihi ſanè uidetur ſermo uelut equus undiquaq; reſtringendus, ne tanquam os habens effrene, impetu abreptus, iuxta prouerbium, ab aſino tanquam à mente excidat. Vtitur item Plutarchus in Gryllo. Rurſum Ariſtophanes in Nubibus:

Κακῶς γ' ὄντως ἔχεις, ὡς γέμοι δοκεῖς.
ἵππους γ' ἐλάυνων ἀζέπεσον νὴ τὸν Δία.
Τί δῆτα λυπεῖς, ὥσπερ ἀπ' ὄνου πεσών; id eſt,
Mali, ut uidetur, accidit tibi quippiam.
Ita per deos, equos agens, miſer excidi.
Quid hæc ita, ut delapſus aſino blatteras?

Primus uerſus dicitur à Strepſiade Daniſtam irridẽte, quòd pecuniam filio ſuo mutuo datam repetat. Alter eſt Daniſtæ, iuuenem tacita illuſione notantis, qui ſtudio alendorũ equorum pecuniã cã abſumpſerat. Tertius rurſum Strepſiadis, dicentis illum delirare, perinde quaſi non ab equis, ſed ab aſino

Ayuntamiento de Madrid

asino decidisset, hoc est ἀπὸ νοῦ. i. à mente. Quandoquidem & Latinis mente lapsi dicuntur, qui mente exciderunt. Suetonius in Augusto: Rectorē quoq; solitus apponere, ætate puerus, aut mēte lapsis. Quidā huic quoq; prouerbio huiusmodi assingūt fabulā. Duo quidā, cū in desertis locis asinum quempiā forte fortuna nacti essent cōtendere inter sese cœperūt, uter eum uti suū domū abduceret: nā utriq; pariter à fortuna uidebatur obiectus. Hac interim de re illis inuicē altercantibus, asinus sese subduxit, ac neuter eo potitus est. Atq; hinc prouerbium natū autumant. Mihi magis placet in adagio captatam fuisse alluſionē, de qua diximus, maxime quòd animaduertam grammaticis id studio fuisse, ut omnibus adagijs fabulam aliquam, aut historiam, uel commentitiam adiungerent. Vt autem Suetonius dixit mente lapsos, ita Vlpianus titulo De magistratibus conueniendis, facultatibus lapsos dixit qui redacti essent ad inopiam.

Telluris onus. XXXI

Γῆς βάρος. i. Terræ onus. De homine uehementer inutili, qui nihil aliud quàm terram suo pondere grauet. Refertur inter adagia Græcanica, natum ex Homero, apud quē Achilles Iliados σ. hoc pacto loquitur, indigne ferens ocium, & quòd non ineat prælium cum reliquis copijs.

Αλλ' ἦμαι παρὰ νηυσὶ βαθυζώνοισιν ἄχθος ἀρούρης. id est,
Nauibus asideo telluris inutile pondus,

Rursum in Odyssea υ.

Οἷον μήτηρ τέτυκέν τε τέκεν τε μάλ' ἀτρέμα χερσὶν
Σίτῳ καὶ οἴνῳ κεχρημένον, ἠδὲ τι ἔργων
Ἥμαιον ὅτε βίης, ἀλλ' αὖτως ἄχθος ἀρούρης; id est,
Quem tandem nobis errorem adducis edacem,
Enectumq; fame, uinoq; & panis egenum,
Artibus edoctum nullis, neque uiribus ullis
Pollentem, ac tantum telluris inutile pondus?

Vtitur eo Plato in Theæteto, οἴονται γὰρ ἀκέφαλ, ὅτι ὄντως λῆρον ἀσύμφορον, γῆς ἄλλως ἄχθος. i. Existimant enim se non haberi pro nugis & inutilibus terræ oneribus. Nec illepidū, nec prorsus, ni fallor, ἀπροσδιόνυσον est, quod memorat Athen. li. 8. Stratonicus quidam citharœdus Corinthi peregrinabatur. Hunc cum anicula quædam fixis oculis intueretur, idq; diu, tandē: Quid, inquit, tibi per deos uis mater, aut quid me sic continenter intueris? Demiror, inquit illa, si matris uterus te decem menses ferre potuit, cum ciuitas angitur, unum duntaxat diem te portans. In tales quadraret epitaphium, quod Timocreontis Rhodij Poëtæ, cæterum uoracis ac bibacis sepulchro inscriptum indicat Athenæus lib. 10.

Πολλὰ πίων καὶ πολλὰ φαγὼν, καὶ πολλὰ κακ' ἀπὸν
ἀνθρώπων, κεῖμαι τιμοκρέων ῥόδιος. id est,
Multum edi, multumq; bibi, mala plurima dixi in
Mortales, iaceo hic Timocreon Rhodius.

Arabius tibicen. XXXII

ἀράβιος αὐλητής. i. Arabius tibicen, aut ἀράβιος ἄδει. i. Arabius nūcius, in eos dici solitum, qui à semel cœptis nunquam desistūt. Quōd uitij Placcus cantoribus peculiare esse scripsit, ut iussi cantare, nunquam adducantur ut incipiant: si iniussi cœperint, nunquam desinant. Citatur ex Menādro: ἀράβιον ἆρα ἐγὼ κεκίνηκα αὐλόν. i. Arabiam ego hercle tibiam excitaui. Meminit adagij Iul. Pollux, cap. De loquacibus, ad hunc modum: ἀράβιος αὐλός. i. Arabia tibia. Citatur & Cantharus in Medea: Κιθαρῳδὸν ἤγειρατο ἀράβιον. i. Citharœdum excitauit Arabium. Celebratur Græcis & hic uersiculus de tibicine Arabio:

Δραχμῆς μοῦν αὐλεῖ, τετράδραχμον δ' ἄνεται. id est,
Drachma canit, sed quatuor compescitur.

Quòd paululo precio prouocaretur ad canendum, non nisi magna mercede desisteret. Adagium hinc natū existimant, quòd olim tibijs canendi artem non discebant ingenui tanquam sordidam, sed hanc sola mancipia exercebant, quæ plerunq; ex Arabia producebantur. Deinde ingenuis usque adeo placere cœpit, ut indoctus haberetur, qsquis huius esset rudis, donec Alcibiades tibias abijceret, oris deformitate conspecta ad speculum. Conueniet & in eos qui laborant morbo, quem Græci uocant ἀπεραντολογίαν. i. qui dicendi finem facere nesciunt. In quos extat illud Sophoclis:

ἀνὴρ γὰρ ὅστις ἥδεται λέγων ἀεὶ,
Λίθῳδον αὑτὸν τοῖς ξυνοῦσιν ὧν βαρύς. id est,
Quicunque gaudet continenter proloqui,
Is se grauem esse quotquot adsunt, non uidet.

Artem quæuis alit terra. XXXIII

Τὸ τέχνιον πᾶσα γαῖα τρέφει. i. Artem quæuis alit regio. Prouerbialis sententia, qua significatū est, certissimum uiaticum esse eruditionem aut artificiū aliquod. Nam hæc neq; eripi possunt à latronibus, & quocunq; terrarum abeas, te comitantur, nihil adferentia sarcinæ. Sueton. scribit, aliquādo Neroni prædictum à mathematicis, fore ut imperio destitueretur: unde uocem illam Neronis celeberrimam extitisse, τὸ τέχνιον πᾶσα γαῖα τρέφει, quo maiore uenia meditaretur citharœdicam artem, principi gratam priuato necessariam. Itaq; cum intelligeret sibi percundum, illud identidem dictitabat, qualis artifex pereo, uelut indignum esset, qui tantus esset musicus, ut ubiuis gentium uiuere posset, nunc fame ad mortē adigi. Nec enim assentior hoc loco interpretū sententiæ, qui locum apud Sueton. hunc secus enarrant. Idem nullo conuicio magis offensus est, quàm quòd quidā illum malum citharœdum appellasset. Idem euenit Dionysio Syracusano tyranno, qui imperio exutus Corinthi ludū aperuit, ac pueros literas & musicam docuit. Apparet autem senarium esse, quem citat Suetonius, sed paucarum syllabarum commutatione deprauatum: fortassis sic restitueretur,

Τὸ τέχνιόν γε πᾶσα γαῖα ἐκτρέφει.

Fertur inter Græcorum sententias huiusmodi senarius, ab hoc prouerbio non admodum dissidens:

Λιμὴν ἀτυχίας ἐστὶν ἀνθρώποις τέχνη. id est,
Ars ipsa inopiæ portus est mortalibus.

Hoc est, Vnicum confugium in egestate ars est. Vnde qui sapiunt, etiam si supperat abunde res familiaris, tamen liberos suos opificium aliquod discere cogunt, quo si contingat, ut fortuna auferat opes, aut in exilium ire iubeantur, sit quo sibi uictum parent. At nunc pleriq;, quibus domi nihil est, in diuitum familijs conseneſcunt: unde si pellantur, aut mendicandum sit, aut tollendum quod non posuerunt, contra Platonis legem. Qui scripsit Cornu copiæ Latinum, citat similimum huic prouerbium, opinor, uulgò iactatum: Sua cuiq; ars pro uiatico est. Honestissimum sanè uiaticum, modo ars sit honesta. Cæterum nunc passim obambulant, quibus nulla est ars, sed condonationes ac dispensationes, ut uocant, emptas ac reuendendas, pro uiatico circumferunt.

Non eras in hoc albo. XXXIIII

Non eras in hoc albo, hoc est. Non eras in hoc numero. Translatum ab albata tabula, in qua quondā scribebantur nomina iudicū. Plin. in præfatione historiarū mundi: Cum hanc operam condicerem, non eras in hoc albo. i. non eras in eorum numero, quos hæc lecturos credebam. Erat & albū prætoris, in quo leges & formulæ describebantur. Pandectarum lib. 1. tit. De ædēdo, ex Vlpiano cum quoq; edere Labeo ait, qui producat aduersarium suum ad album, & demonstret quid dicturus sit. Atq; hoc sanè loco aduersariū non declarat eum quicum lis est, sed tabulas ex tempore notatas memoriæ gratia. In quem sensum M. Tull. usus est in oratione pro Roscio, idq; non semel. Andreas Alciatus existimat legendum, Aduersaria, nō aduersarium, lib. Disiunctionum 3. Item 2. eiusdem operis lib. titulo 1. multa fit mentio de albo.

Quintil

Quintil. lib. Inſtit. 11. Quorum alij ſe ad album & rubricas tranſtulerunt, uidelicet leguleios & formularios irridens, qui non ex libris iuriſprudentium, ſed ex albo prætoris iuris ſcientiam diſcerent. T. Liuius Decadis 1. lib. 9. Ciuile ius repoſitum in penetralibus pontificum euulgauit, faſtoſq; circa forum in albo propoſuit, ut quando lege agi poſſet ſciretur. Apuleius metamorphoſeos lib. 6. meminit albi. Siquidem Iouem adlocuturum deos, ita facit exordiri: Dei conſcripti muſarum albo. Quibus in uerbis mihi ſubeſſe uidetur obſcura quidem, ſed faceta alluſio ſcriptoris ad deos à poëtis confictos: quaſi ij demum in deorum numero ſint, quos illic Muſæ, quibus afflati ſcribunt poëtæ, conſtituerint.

Oleo tranquillior. xxxv

Oleo tranquillior, Hyperbole prouerbialis, in homines minime iracundos, leniq; ingenio præditos, à liquoris natura ſumpta, quo nihil magis tacitum magisq; lene. Plautus in Pœnulo: Ita hanc canem faciam tibi oleo tranquilliorem. Eſt autem uſqueadeo tranquilla olei natura, ut mare quoq; rem omnium ſæuiſſimam tranquillet, atq; ob id urinantes aiunt oleum ore ſpargere, quòd mitiget elementi naturam aſperam, lucemq; deportet. Autor eſt Plinius libro 2. Idem confirmat Plutarchus, & cur ita fiat, rationem reddit in libello De cauſis naturalibus. Rurſus in conuiuialium quæſtiuncularum Decade 6. cauſam adferens, cur Homerus inter tot liquores, oleum duntaxat appellarit ὑγρὸν. i. humidum, ſiue liquidum, oſtendit oleo nihil ineſſe aſperum, ſed undiq; lene eſſe, & ob id maxime reddere imagines more ſpeculorum. Præterea nec motum aut percuſſum ſtrepit, quemadmodum humores reliqui, nec luctatur cum igni, ſed tacite paſcit. Denique non eſt alius liquor qui tam late diffundatur, quum inungitur corpori, aut ſerius ſicceſcat, aut æque molliat ac leniat. Vtitur hoc adagio & Plato in Theæteto de ſcientia, placida ingenia, quæ leniter ac tranquille ad diſciplinas & diſputationes accedunt, oleo molliter fluenti comparans, ὁ ὢ οὕτω λάθως τε καὶ ἀπλάτως καὶ ἀνυσίμως ἔρχεται ἐπὶ τὰς μαθήσεις καὶ ζητήσεις μετὰ πολλῆς δὴ πραότητος, οἷον ἐλαίου ῥεῦμα ἀψοφητὶ ῥέον, ὥστε θαυμάσαι τὸ τηλικοῦτον ὄντα οὕτω ταῦτα διαπράττεσθαι. id eſt, At hic adeo leniter ac circumſpecte, ſimulq; expedite ingreditur ad diſciplinas quæſtionesq;, multa cum manſuetudine olei in morem, citra ſtrepitum fluentis, ut admireris tantus cum ſit hæc ad eum modum agere.

Auricula infima mollior. xxxvi

Huic ſimillimum quod M. Tullius uſurpat in epiſtolis ad Q. fratrem, libr. 2. Tu, inquiens, quemadmodum me cenſes oportere eſſe in republica & in noſtris inimicitijs, ita & eſſe, & fore auricula infima ſcito mollior em. Ammianus lib. 19. In alijs ninium ſeuerus, in hoc titulo, ima, quod aiunt, auricula mollior. Translata metaphora ab ea auriculæ parte, qua non eſt aliud in humano corpore mollius, aut flexibilius lentiusq;, ut quæ nec oſſe rigeat, neque carthilagine durefcat, neq; neruis intendatur.

Apio mollior, aut mitior. xxxvii

ἀπίου πεπάτερος. Apio mitior. Simili figura dictum eſt à Theocrito,

Καὶ δὴ μὰν ἀπίοιο πεπάτερος. id eſt,
Et iam certe apio manſuetior.

Eſt autem apius Græcis raphanus, aut pyri genus.

Spongia mollior. xxxviii

Eiuſdem eſt generis ἢ σπογγίας μαλακώτερος. i. Spongia mollior. Sic enim aſſentator quiſpiam loquitur apud comicum quempiam, citante Plutarcho in commentario De diſcrimine adulatoris & amici.

ἐμὲ νικόμαχε πρὸς τὸ φρατιώτιν τάξατε,
ἂν μὴ ποιήσω πέπονα, μαζίγων ὅλον,
ἂν μὴ ποιήσω σπογγίας μαλακώτερον
Τὸ πρόσωπον. id eſt,
Nicomache me iſti militi opponas uelim,
Niſi pepona loris, quantus eſt, effecero,
Niſi ſpongia illi molliorem qualibet
Reddidero uultum.

Ad eundem modum dicebant, pepone mollior. Theopompus apud Athenæum libr. 2. Μαλακωτέρα πέπονος καὶ σικύης μοι γέγονε. i. molliora mihi pepone & cucumere facta ſunt. Ad hanc formam pertinet, quod idem citat ex Epicharmo, Πραότερος ἔγωγε μαλάχης. i. Mitior equidem malua, quòd ea herba uim habeat leniendi. Item cinædo mollior. Plautus in Aulularia, Ita fuſtibus ſum mollior magis, quàm ullus cinædus. Nam priſci ſaltatores & pãtomimos cinædos uocabant, quòd cum geſticulatione canerent. Similiter Catullus,

Cinæde Thalle mollior cuniculi capillis.

Felicibus ſunt & trimeſtres liberi. xxxix

Τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ τρίμηνα παιδία. id eſt,
Felicibus ſunt & trimeſtres liberi.

Senarius prouerbialis in principum ac diuitum felicitatem, quibus per adulationem omnia laudi uertuntur, quiq; ſibi nihil non licere putant, adeo ut quod in homine plebeio perinde ut ſummum ſcelus damnatur, in illis uirtutis titulo celebretur. Vnde nata ſit paræmia Suetonius Tranquillus declarat, Claudij Cæſaris uitam his uerbis exordiens: Patrem Claudij Cæſaris Druſum, olim Decimum, mox Neronem prænomine: Liuia cũ Auguſto grauida nupſiſſet, intra menſem tertium peperit, fuitq; ſuſpicio ex uitrico per adulterij conſuetudinem procreatũ. Statim certe uulgatus eſt uerſus,

Τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ τρίμηνα παιδία. id eſt,
Potentibus ſunt menſium & partus trium.

Nam menſe ſeptimo, decimo & undecimo, legitimi ſunt partus: quarto & octauo, neque uitales ferè, & perquam rari: menſe tertio, nulli partus editi leguntur. Autor Plinius lib. ſeptimo, cap. quinto.

Aurem uellere. xl

Aurem uellere, ueteres dicebant admonere: à priſco ritu ſumpta figura quo in ius ducturi quempiam aurem uellicabãt, atteſtantes eum quem quaſi teſtem meminiſſe uolebant: inde Horatianum illud in Sermonibus,

—Et licet atteſtari. ego uero Oppono auriculam.

Siquidem ut frons antiquitus erat ſacra Genio, ueluti ſcribit in Maronis Silenum Seruius, ut digiti Mineruæ, genua Miſericordiæ, ita auris Memoriæ deæ, quam Græci μνήμοσύνην uocant. Vergilius in Sileno,

Cum canerem reges, & prælia, Cynthius aurem
Vellit, & admonuit paſtorem, Tityre pingues
Paſcere oportet oues, deductum dicere carmen.

Quod imitatus Calphurnius in Bucolicis,

—Vellit nam ſæpius aurem
Inuida paupertas, & dicit uilia cura.

Non nihil decoris adiunxit prouerbio Calphurnius, quod ad rem tranſtulit. Quanquam poteſt paupertas hoc loco pro dea accipi. Seneca libro De beneficijs quarto: Nec tanquam munus dabo, ſed uerba mea redimam, & aurem mihi peruellam, damno caſtigabo promittentis temeritatem. Rurſus libro ſecundo, Loquar mecum, & mihi aurem peruellam, hoc eſt, ero mihijpſi monitor, ne ſimiliter peccem. Vtitur in hunc modum, & alijs aliquot locis, ut in epiſtola quadam: Sit ergo aliquis cuſtos, & aures ſubinde peruellat, abigatq; rumores, & reclamet populis laudantibus.

Alter Hercules. xli

Prouerbialis hyperbole, ὅτος ἄλλος Ἡρακλῆς. id eſt, Hic alter Here

Ayuntamiento de Madrid

ter Hercules. De uiro præſtrenuo ac laborum tolerantiſſimo. Extat hoc titulo fabula quæpiam ex Menippeis Terentij Varronis, mirum ni prouerbiali. Ariſtoteles libr. Moral. Eudem. 7. ὁ γὰρ φίλος βέλτιστος εἶναι, ὥσπερ ἡ παροιμία φησὶν, ἄλλος ἡρακλῆς, ἄλλος ἕτερος ἐστί. Nã amicus cupit eſſe, ſicuti prouerbio dicitur, alter Hercules, alter hic. Plutarchus ſcribit id cognominis uulgò Theſeo attributum, quòd multa fortiter patraret exemplo Herculis. Laërtius in uitis philoſophorum oſtendit & Cleanthem philoſophum alterum Herculem uulgò dictum fuiſſe, quòd eſſet omnium laborum patientiſſimus, adeo ut noctu hauriendo è puteo aquam uictum diurnũ pararet, unde & φρεάντλης dictus pro Cleanthe, & nihilo tamen ſegnius egregiam operam interdiu nauaret philoſophiæ. Clearchus apud Zenodotum aliam fabulam adjert, unde hoc ſit natum adagium. Ait enim Briarcũ, qui & ipſe Hercules dictus eſt, profectum Delphos ſublatis inde theſauris aliquot ac monumentis, ex ijs quæ eo in loco ſeruabantur, iuxta ueterem quandam conſuetudinem, ad columnas quas Herculis cognominant, ſeſe contuliſſe, atque itidem illis quæ illic erant, fuiſſe potitum. Deinde Tyrium Herculem ueniſſe Delphos ut oraculum conſuleret, deumq; reſpõdiſſe, ἕτερος ἄλλος ἡρακλῆς. i. Hic alter Hercules, atq; oraculũ in adagionẽ abiiſſe. Nec deſunt qui huius dicti originem referant ad Titormũ quẽdam buſſequam, qui multis exemplis Milonem ſuperarit. Is ſe profitens ſuperatũ, ſublatis in cœlum manibus dixit, ὦ Ζεῦ, μὴ τοῦτον ἡρακλῆν ἡμῖν ἕτερον ἑκατέρας; O Iupiter, num hunc nobis Herculem alterum genuiſti? Huc pertinet illud Theocriti in Paſtoribus,

Φαντὶν ἡρακλῆα βίλλω καὶ καρτερὸς ἐξέμεν, id eſt,
Viribus Alcidæ hunc certare & robore dicunt.

Subijcitq; Paſtor,

Κἄμ' ἔφαθ' ἃ μάτηρ πολυδεύκεος ἤμεν ἀμείνω. id eſt,
Me quoq; Pollucem mater præcellere dixit.

Erat enim hic excellens in pugilum certamine. Et Græculus adulator apud Iuuenalem diuitem imbecillum Herculi æquat, Antæum procul à tellure tenenti. Macrobius libr. Saturnalium 3. ſcribit in hunc modum: Salios autem Herculi propter ubertatem doctrinæ altioris aſſignat, quia is deus & apud pontifices idem qui & Mars habetur. Et ſanè ita Menippea Varronis affirmat, quæ inſcribitur, ἄλλος ἕτερος ἡρακλῆς, quia cum de Hercule multa loqueretur, eundem eſſe cum Marte probauit. Apud Latinos quoque Ruticello cuidam prodigioſis uiribus Herculis nomen attributum. Is mulum ſuum tollebat, ut ſcribit M. Varro, citante Plinio lib. 7. At Hippocrati medico, quòd peſtilentiam ab Illyrijs uenientem prædixiſſet, dimiſſis ad auxiliandum circa urbes diſcipulis, Græcia ob meritum eoſdem decreuit honores quos Herculi, nam & is ἀλεξίκακος habitus eſt. Autor idem Plinius eodem libr. Quin nomen hoc Herculis uidetur uulgari ſermone ad omnes uiros egregie fortes transferri ſolere, non aliter quàm Catonis ad graues & ſapientes. Nam Varro quadragintatres Hercules enumerat, additq; hoc nomine honoratos fuiſſe omnes, qui fortiter quippiam egiſſent. Teſtatur & Macrobius in Saturnalibus hoc nominis compluribus fuiſſe commune, & ante Amphitryonis priuignum. Sic & Achilles appellabantur inſigni fortitudine duces: quorum de numero fuit Lucius Siccius Dentatus, ob ingentẽ fortitudinẽ Romanus Achilles appellatus, quòd centum & uiginti prælijs cum hoſte pugnaſſet, nec ullam haberet cicatricem auerſam. Autor A. Gellius libr. 2. cap. 11. Deniq; rationem aut argumentum Achilleum uocant, quòd ſit inſuperabile & inſolubile.

Bipedum nequiſsimus. XLII

Bipedum nequiſſimus, de homine uehementer improbato, quiq; uel pecudes nequitia ſuperet. Dictum eſt in Regulum quendam oratorem, quem Plinius in epiſtolis ſubinde ſuis pingit coloribus, ubi & adagium hoc refertur: ſed ante hunc Cicero torſerat in Clodium in oratione pro domo ſua, Hoc tu proſcriptore, hoc conſiliario, hoc miniſtro, omnium non bipedum ſolum, ſed etiam quadrupedum impuriſſimo rempub. perdidiſti. Conſimili figura Alexander imperator apud Aelium Lampridium: Nuper certe patres meminiſtis, cum ille omnium non ſolum bipedum, ſed etiam quadrupedum ſpurciſſimus, Antonini nomen præferret: Heliogabalum ſignificans, imperatorum unum omnium effœminatiſſimum, & quem optimo iure Romanum Sardanapalum poſſis dicere. Addit autem in hoc ſermone nominis generalitas gratam quandam & nouam ἔμφασιν, quemadmodum & nullum animal, pro nullo homine uulgò dicimus.

Adamantinus. XLIII

ἀδαμάντινος. i. Adamantinus, pro eo quod eſt inexorabilis, aut infatigabilis. Huic prouerbio incredibilis huius lapidis duricies locum fecit: de qua Plinius libro 37. ſcribit ad hunc modum: Incudibus adamantes deprehenduntur, ita reſpuentes ictum, ut ferrum utrinq; diſſultet, incudesq; etiam ipſæ diſſiliant. Quippe duricia inenarrabilis eſt, ſimulq; ignium uictrix natura, & nunquam incaleſcens. Vnde & nomen indomitæ uis, Græca interpretatione accepit. Hactenus Plinius. Vnde quicquid inuictum atque inexpugnabile, id adamantinum uocamus. Heſiodus,

ἀλλ' ἀδάμαντος ἔχει κρατερόφρονα θυμόν. id eſt,
Durus at his animus ſolido ex adamante creatus.

Theocritus in Amaryllide,

Καὶ κέμ' ἴσως ποτίδρᾳ, ἐπεὶ ὀλίγον ἀδαμαντίνα ἐντί. id eſt,
Me quoq; reſpiciet, neq; enim eſt adamantina forſan.

Eodem pertinet quòd Homerus Vulcanum fingit, adamantinis uinculis irretientem Venerẽ & Martem, quòd Maro portas & columnas inferorum ex adamante fabricatus eſt. Socrates in Gorgia Platonis rationes adamantinas uocat. i. inexpugnabiles. Rurſus libro De republica 10. ἀδαμαντίνως ἔχειν dixit pro firmiter tenere. ἀδαμαντίνως δεῖ δὴ τοῦτῳ τούτῳ δόξαν ἔχοντα, εἰς ἅιδου ἰέναι. i. Oportet nimirum adamantine ſententiam hanc obtinentem ad inferos proficiſci. Plutarch. in uita Dionis, ἐν ᾧ τότε προῆσα καὶ νεμομένῳ κατὰ μικρὸν ἢ περὶ τὸ μεράκιον ἄνεσις, τοὺς ἀδαμαντίνους δεσμοὺς ἐκείνους, οἷς ὁ πρεσβύτερος Διονύσιος ἔφη δεδεμένῳ ἀπολιπεῖν τοῦ μοναρχίαν, ὄζέτηξε καὶ διέφθειρεν. i. Ex hoc autem progreſſa ac paulatim ſerpens circa adoleſcentem remiſſio, adamantina illa uincula, quibus ſenior Dionyſius dixerat ſe relicturũ aſtrictam monarchiam, ſoluit ac perdidit. Horatius in Odis:

Quis Martem tunica tectum adamantina. Item alibi:
Si figit adamantinos
Summis uerticibus dura neceſsitas Clauos.

Itidem Auguſtinus aduerſus Manichæum: Sed cum oſtendere cœpero certas neceſſarias q; rationes, quæ illas propoſitiones adamantinis, ut dicitur, catenis innexæ conſequuntur. Denique ſcriptoribus aliquot propter infatigatam ſtudij tolerantiam, adamantini cognomen inditum, ut Didymo grammatico, & Origeni theologo. In conſimilem ſenſum uſurpat Pindarus in Iſthmijs encomio quinto, laudans Lamponem quendam inter fortes fortiſſimum, qualis eſt Naxia cos inter reliquas.

Φάτις υἱὸν ἀνδρῶν ἐν ἀθλητᾶσιν ἔμμεν
Ναξίαν πέτρας ἐν ἄλλαις
Χαλκοδάμαν τ' ακόναν. id eſt,
Diceres ſanè eum uirum inter athletas eſſe
Naxiam in cæteris ſaxis ferriq; domitricem eotem.

Plinius lib. 36. ca. 7. memunit Naxij marmoris, quod diu fuit in precio, & hinc cotes dictas naxias, quæ in inſula Cypro naſcer

naſcerẽtur. Eſt autem Naxus una Cycladum haud procul à Paro, cuius marmora celebrãtur ob candorem. Pindari interpres ponit Naxum hanc in Creta, quid ſecutus incertũ. Plinius ponit Naxum oppidũ in Sicilia. Stephanus indicat hoc nomen, ut pleraq; ſunt, cõpluribus locis eſſe commune. Addit Creticam cotẽ appellatã Naxiã, quæ eadẽ dicta ſit ναξίας. Subindicat autẽ hoc prouerbium magis pertinere ad dijudicandũ & proãendum quod fallebat, quàm ad robur, quem admodũ ante de Lydio lapide diximus. Vnde conſiderandũ an in Plinio pro Cypro legẽdũ ſit Creta, aut Naxo.

Ferreus, aheneus. XLIIII

Simili figura, ferrea atq; ahenea dicuntur, quæ ſolida firmaq; ſignificamus. Vergilius,

Non mihi ſi centũ linguæ ſint, oraq; centũ, Ferrea uox.

Quo quidem in loco uidetur expreſſiſſe illud Homericum ex ſecundo Iliados libro,

οὐδ' εἰ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δ' ἐν στόματ' εἶεν,
Φωνὴ δ' ἄρρηκτος, χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη. id eſt,

Non mihi ſi ſint ora decem, totidem quoq; linguæ
Vox infracta, animusq; mihi ſimul æreus adſit.

Horatius in prima epiſtola,

—Hic murus aheneus eſto.

De decreto animi non conuellendo.

Homerus Iliados X.

ἦ γὰρ σοί γε σιδήρεος & ἐνδοθι θυμὸς. id eſt,
Ferrea nimirum tibi mens in pectore clauſa eſt,

Idem Odyſſeæ E. —Οὐδέ μοι αὐτῇ
Θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι σιδήρεος & χάλκεος ἦτορ. id eſt,

Neq; enim mihi ſcilicet ipſi
Ferreus eſt animus ſub pectore, ſed miſereſcens.

Et Iliados Ψ, Σιδήρειον μὲν & τοῦτο πυρός. id eſt,

Ferreum i icendij uim dixit.

ἐν δὲ πυρὸς μένος & ἦκε σιδήρειον. id eſt,
Ferrea uero ignis uenit in præcordia uirtus.

Paulo diuerſius eſt, quod Cicero Attilium ferreum ſcriptorem uocat, pro duro atq; imperito. Nam in artibus dura dicuntur, quæ parum ſunt artificioſa: contrà mollia, quæ ſumma arte perfecta. Verba M. Tull. li. De finib. ſunt hæc: Electram tamen male conuerſam Attilij mihi legendam putem. De quo Licinius, ferreum ſcriptorem. Verum opinor ſcriptorem, ut tamen legendus ſit. Eundem in libris De diuinatione, duriſſimum & malum poëtam uocat.

Cornea fibra. XLV

Neque diſſimili figura dixit Perſius,

—Neque enim mihi cornea fibra.

Nam cornua & duriſſima ſunt, & ſenſu carent, quemadmodum & ungues. Quinquam poteſt & à corno arbore corneum dici, cuius lignum duriſſimum eſſe conſtat. Perſij carmen in prima Satyra ſic habet,

Non ego cum ſcribo, ſi forte quid aptius exit,
Quando hæc rara auis eſt, ſi quid canam aptius exit,
Laudari metuam, neque enim mihi cornea fibra eſt.

Vnde qui carent humanis affectibus, robur, adamantem, ſilicem, ferrum, cornu in pectore geſtare dicuntur.

Aiacis riſus. XLVI

Αἰάντειος & γέλως. i. Aiacinus riſus. in eos qui temere ac uecorditer riãt: id quod appoſite dicetur in homines mortiferis uoluptatibus gaudentes, breui perituros: aut qui malefactis gaudent, mox pœnas daturi. Cuiuſmodi riſum eleganter deſcribit Homerus in Odyſſ. Υ.

—Μνηστῆρσι δὲ πάλλας Ἀθήνη
Ἄσβεστον γέλον ὦρσε, παρέπλαγξεν δὲ νόημα.
Οἱ δ' ἄλλη γνοθμοῖσι γελοίωσιν ἀλλοίοισιν,
Αἱμοφόρυκτα δὴ ἤδη ἔσθιον, ὄφρα σφιν
Δακρυόφιν πλήσθη βλέφαρα & ὠλέτο θυμός. id eſt,

Deinde procis riſum commouit diua Minerua
Haud compeſcendum, menteinq; excuſſit, at illi
Protinus attoniti malis riſere alienis.
Mandunt interea tabentes ſanguine carnes.
Lumina complentur lachrymis, mens anxia mœret.

Adagiũ natũ eſt ex hiſtoria Aiacis. Is adeo grauiter tuliſſe legitur Vlyſſem ſibi prælatum in capeſſenda ſucceſſione armorũ Achillis, ut præ dolore in inſaniã uerſus ſit: itaq; gladio diſtricto in gregẽ pecorũ inſilijt, exiſtimãs ſeſe Græcorum copias cædere. Tũ duos quoſdã maximos ſues à trabe ſuſpenſos ſtrictis ecciidit, arbitrans hos eſſe Agamemnonem atq; Vlyſſem, quorũ alteri ut iudici, alteri ut uictori potiſſimũ erat iratus. His igitur ſuibus plurimo cũ riſu inſultauit, addens conuicia quæcunq; ſuggerebat ſplẽdida bilis. Deinde poſteaq; reſipuiſſet, partim pudore, partim metu ſibi mortẽ cõſciuit. Nec intẽpeſtiuiter torquebitur in eos qbus riſus oboritur nulla de cauſa, quẽ uulgò dicũt, aut inſaniæ, aut ſtultitiæ argumentũ eſſe. Atteſtatur et ſenarius ille prouerbialis,

Γελᾷ δ' ὁ μωρὸς κοὐδὲν μὴ γελοῖον ἦ. id eſt,
Ridet fatuus, ut nulla riſus cauſa ſit.

Canis uindictam. XLVII

Κυνὸς ἄλκαν. i. Canis uindictam. Macedonicũ adagium in eos qui præter expectationẽ pœnas dant ijs quos aliquãdo læſerunt. Natũ ab Euripidis tragici poëtæ interitu. In Macedonia uicus quiſpiã eſt, qui Thracum dicitur, propterea quòd olim à Thracibus ſit inhabitatus. Hic cum canis quidã Archelai regis aberraſſet, Thraces de more ſuo mactatũ ſacrificarunt, ac deuorarunt. Quod ubi comperiſſet Archelaus, talentũ eis multam dicit. Verũ cum illi ſoluendo nõ eſſent, Euripidem ſubornarunt, qui regem exoraret ut ſibi multã remitteret, ita ut fecit. Poſtea uero cum Euripides in ſylua quadam ſolus eſſet, & Archelaus à uenatu reuerteretur, canes Euripidem cinctum diſcerpſerunt, deuorarunt q;. Exiſtimatum eſt autem eos canes ex eo prognatos fuiſſe cane, quem Thraces ſacrificarant. Hinc adagium apud Macedonas increbruit, Canis uindictã, ſubaudiendum paſſus eſt, aut aliud commodius. Valerius Maximus libr. 9. cap. De morte non uulgari, refert Euripidẽ cum ab Archelao rege Macedonum cœnæ adhibitus fuiſſet, domũ à conuiuio repetẽtem, à canibus fuiſſe diſcerptũ. Eos canes ab æmulo quopiã immiſſos fuiſſe, confirmat A. Gellius noctium Atticarũ lib. 15. cap. 20. Suidas addit, hos æmulos fuiſſe Arridæum Macedonem, & Crateuam Theſſalum poëtam, quos Euripidis gloria urebat. Hi finxerunt eum à regijs canibus dilaceratum fuiſſe. Sunt qui narrent eum nõ à canibus, ſed à mulieribus fuiſſe dilaniatum, cum intempeſta nocte Craterũ adoleſcentem peteret, Archelai amaſiũ. Teſtatur enim & Gellius Euripidem μισογυνῆ. i. mulierũ oſorem fuiſſe. Sed quod ad ſuperiorem attinet opinionem fabulã nõ uſquequaq; diſſimilem narrat Plutarchus in dialogo De cõparatione terreſtrium animantiũ & marinorũ: Pyrrhus, inquit, rex iter faciens canem reperit, corpus hominis interfecti ſeruantem: cumq; cognouiſſet euantertium iam diem inpaſtũ manere, nec à cadauere diuelli, iuſſit extinctum ſepeliri, canem ſecũ adducendum curauit. Paucis poſt diebus militum delectus eſt actus, omnesq; regem ſedentem præteribant. Aderat & canis quietus interim, donec domini interfectores prætercuntes conſpicatus eſt: in hos protinus iratus, cum clamore irruit, ac ſæpius allatrauit, ſubinde reſpectans Pyrrhum, adeo ut non ſolum ipſi Pyrro, ſed & omnibus qui aderant, ſuſpicio naſceretur. Proinde cũ & aliæ nõnullæ coniecturæ, ita ut fit, accederent aliunde, duo comprehenſi ſunt & facinus confeſſi ſupplicio ſunt affecti. Addit & Heſiodi interfectores, ab ipſius cane proditos, ſupplicium dediſſe. Subijcit his, quod ſua memoria dicit accidiſſe: Quidam irrupit in

Aeſcul

Aesculapij templum, sublatoq; aureis & argenteis aliquot monumentis clam & ignotus, ut putabat, aufugit. At canis templi custos, cui nomen Capparus, nam indignus qui periret ἀνώνυμ☞, cum uideret neminem ædituorum sua uoce commoueri, fugientem sacrilegum est insecutus, ac primum quidem saxis petitus, haud tamen discedebat: Exorto die non accedebat propius, sed procul oculis obseruans sectabatur, nec cibum obiectum capiebat. Rursum iuxta dormientem cubabat & ipse, & abeuntem ad consimilem modum insequebatur: quod si qui uiatores fuissent obuij, ijs cauda adblandiebatur, in illum unum latrabat ac sæuiebat. Hæc cum ab alijs alij didicissent, simulq; & canis & hominis figuram cognouissent, sacrilegum apprehenderunt, & ad supplicium duxerunt, cane præcedente hilari iam ac gestiente, quòd maleficum esset uenatus. Vnde ei cani de publico pastus decretus est, eiusq; rei cura sacerdotibus mandata. Verum ut ad prouerbium redeamus, apparet apte dici posse & in hunc sensum, quoties autor illati mali dissimulatur, Veluti cum ueneno tollitur inimicus, & spargitur in uulgum rumor, illum febri perisse: aut cum princeps immissis in ædes alicuius satellitibus omnia diripit, & fama dissipatur, à latronibus fuisse spoliatas: aut cum tyrannus subuertit eum cui male uult, deinde facti inuidia confertur in magistratus tanquam illo inscio fecerint. Videtur hinc fluxisse, quod hodie passim apud Germanos dictitant, ubi quid accidit incommodi certi, incerto autore, quodq; nemini possis imputare, id canis accidisse morsu.

In tuo regno. XLVIII

Quod cuiusque priuatum est, regnum eius dicitur. Inde & Meliboeus Vergilianus,

Post aliquot mea regna uidens mirabor aristas.

Scæuola apud Ciceronem in Oratore, Id nisi in tuo regno essemus, non tulissemus, id est, in tua uilla. Nam Crasso loquitur in Tusculano, quæ uilla tum erat Crassi. Quinetiam uulgò iactatur adagium, suæ quemq; domi regem esse: quod tamen ab ipsa usque antiquitate manasse uidetur. Quandoquidem apud Homerum Odysseæ A. uersiculus hic extat.

Αὐτὰρ ἐγὼ οἴκοισ ἄναξ ἔσομ' ἠμετέροισ. id est,

Aedibus in nostris ego regem gessero sanè.

In tuo luco & fano est situm. XLIX

In tuo luco & fano legitur apud Plautum, pro eo quod est in tua potestate, tuo arbitrio, tua tutela, tua manu. Translatum à fanis & lucis, numinibus dicatis. Nonnihil diuersum est quod ait M. Tullius in oratione pro Aulo Cecinna: In meis castris præsidijsq; uersaris, id est, mecum facis, & pro me pugnant quæ dicis.

Intra suas præsepes. L

Simili figura dicit Plautus in Casina, Scit, si id impetret, futurum quod amat intra præsepeis suas, pro eo quod est, certum ac paratum. Nam quod intra septa nostra clausum sit, id tuto certoq; possidemus. Dictum est autem in senem dantem operam, ut ancilla, quam amabat, illico suo nuberet, hoc quidem consilio, ut insciente uxore, cum uideret, ea uti potiretur. Idem in Rudentibus. Ad herum arbitrum uocat me hic intra præsepes meas.

In ære meo est. LI

Quem nobis officijs obstrictum significamus, ita ut iam totus certoq; noster sit, eũ in ære nostro dicimus esse. Nam antiquitus omnis pecunia ærea erat, auri usu nondum reperto in feriendis nomismatis. Memini legere apud Ciceronem libro Epist. fa. 13. & mehercle semper sic in animo habui, te in ære meo esse, propter Lamiæ nostri cõiunctionem, & singularem necessitudinẽ. Item lib. 15. Marcũ Fabiũ quod mihi amicum tua cõmendatione das, nullũ in eo facio quæstum. Multi enim anni sunt, quum ille in ære meo est, & à me diligitur.

A' teneris unguiculis. LII

Ἀπὸ τ ἁπαλῶν ὀνύχων. id est, A' teneris unguiculis, pro eo quod est, à prima pueritia. Translatum à catulis, quorum unguiculi nondum duruerunt. M. Tullius, A' teneris, ut Græci dicunt, unguiculis. Flaccus in Odis,

–Et incestos amores De tenero meditatur ungui.

Plutarchus in libello De puerorum institutione, Ὡς ἂν ἐνδοθεν καὶ τὸ δι' ὀνύχων ἀγαπῶσι τὰ τέκνα. id est, Vt intrinsecus, & quod dicitur, ab unguiculis ament liberos, hoc est, à prima statim infantia. De matribus loquitur quæ suis uberibus lactant fœtus suos.

Ab incunabulis. LIII

Eundem habet sensum, ab incunabulis, id est, à primis uitæ rudimentis. Plautus in Pseudolo, Sed hic seruus Caristo huc qui aduenit, quid sapit usq; à cunabulis? Item Titus Liuius, Ab incunabulis imbutum odio tribunorum. M. Tullius oratoris incunabula uocat primam illam à fundamentis institutionem. Et Vergilius,

–Gentis cunabula nostræ.

Aurelius libro Pandectarum 1. tit. De officio præfecti prætorio, His cunabulis præfectorum autoritas initiata intantum meruit augeri, ut appellari à præfectis prætorio non posßit. Aristoteles in Ethicis lib. 2. dicit, ἐκ νηπίων, ἐκ νέων. Quorum posterius citat ex Platone. Est autẽ is locus apud Platonem lib. De legibus decimo, νῦν ἔφ πειθόμενοι τοῖς μύθοις οὓς ἐκ νέων πάλαι ἔτι ἐν γάλακτι τρεφόμενοι, τροφῶντε ἤκουον καὶ μητέρων. &c. id est, Nunc uero credentes fabulis, quas à pueris quum adhuc lacte aleremur, à nutricibus ac matribus audiuimus. Similiter & crepundia pro prima ætate accipiuntur.

Cum lacte nutricis. LIIII

Cognatum est his quæ superius retulimus, ab incunabulis, à teneris unguiculis. Cicero Tuscul. quæst. libro 3. Nunc autem simul atq; editi in lucem & suscepti sumus, in omni continuo prauitate, & in summa opinionum peruersitate uersamur, ut pene cum lacte nutricis errorem suxisse uideamur.

Ante uictoriam encomium canis. LV

Πρὸ τ νίκης τὸ ἐγκώμιον ᾄδεις. id est, Ante uictoriam encomium canis. In eum, qui præpropere gloriatur, re nondum confecta. Nam apud Græcos, qui rem strenue gessissent in bello, oratione quapiam aut carmine laudabantur: quæ laudatio proprie encomium dicitur. Extat enim Theocriti carmen in laudem Ptolemæi, cui titulus, Encomium, & Luciani Demosthenis encomium. Apud Romanos, ouationes, suppliciationes, triumphi, præmia uirtutis erant: unde liceat dicere, Antequam uiceris, triumphum paras. Plato in Lysidem, Πρὶν νικῆσαι, φησὶν τε καὶ ᾄδεις ἂν ἑαυτῷ ἐγκώμιον. id est, Priusquam uiceris, & facis & canis de teipso encomium. Non abludit hinc, quod ait Plato in Theæteto, Φαινόμεθα ἀγχοῦ ἀλεκτρυόνος ἅλιν πρὶν γῆρυσαι, ἀποπλήξαντες ἀπὸ τ λόγου ᾄδειν. id est, Videbimur galli ignaui more priusquam uicerimus, à sermone desilientes canere. Siquidem hic mos animanti, cantu uictorem se testari. Huc pertinet illud quod alibi retulimus ex Solonis autoritate, ὄφα τέλῳ μακρῷ βίου. Tum illud Pindari in Isthmijs, ὅτῳ δ' ἀφάνεα τύχας καὶ μαραμιάων, πρὶν τέλῳ ἄκρον ἐπέβη. id est, Est autem incerta fortuna etiam pugnantium, priusquam ad summum finem perueniatur.

Omnes attrahens ut magnes lapis. LVI

Πάντας γ' ὑφέλκων οἷα μαγνῆτις λίθος. id est,

Cuncta attrahens haud aliter ac magnes lapis.

Hoc carmen Suidas citat ex Pisside. Videtur prouerbiale. Metaphora ducta à natura lapidis, ferrum ad se trahentis,

Ayuntamiento de Madrid

& attractum tenetis, quem quidam eundem putant cum eo, quem Heracleum uocant, cuius alibi mentionem fecimus in prouerbio, Lydius lapis. Hoc miraculi Plinius uerbis attollit lib. 36. cap. 16. ad hunc modū, Quid lapidis rigore pigrius? Ecce sensus manusq; tribuit illi. Quid ferri duritia pugnacius? Sed cedit, & patitur mores, trahiturq; à Magnete lapide: domitrixq; illa rerum omnium materia, ad inane nescio quid currit, atq; ut propius uenit assistit, teneturq;, & complexu hæret. Sideriten ob hoc alio nomine appellant: quidam Heracleon. Magnes appellatus est ab inuentore, ut autor est Nicander, in India repertus. Hactenus Plinij uerba reddidimus. Inter multas Magnetis species, Aethiopicum commemorat, attractu usq; adeo efficaci, ut non ferrum modo, uerumetiam alterum Magnetem ad se trahat. Eoq; tantus huius lapidis honos, ut argento expendi soleat. Commemorat & Hæmatiten non perinde in attrahendo ferro uiolentum, sed alio insignem miraculo. Siquidem ut est colore sanguineo, nam hinc etiam uocabulum, ita si teratur, sanguinem reddit. Huius igitur lapidis tam prodigiosa uis prouerbio locum fecit. Citat Suidas Euripidem ex Oeneo,

Ὡς τε μαγνῆτις λίθος
Τὴν ἀόξαν ἕλκει, καὶ μιᾷ ῥοπῇ πάλιν. id est,
Sic uti Magnes lapis
Mentem trahit, transfertq; rursum ac denouet.

Confine est illi, quod alibi diximus.

Ἐφ' ἑαυτὴν ἕλκων, ὥς τε κρυόεσσας νέφος. id est,
Ad' se attrahens, ut Cæcias nubes trahit.

In syluam ligna ferre. LVII

In syluam ligna ferre, est aliquem ijs rebus augere uelle, quibus ipse maxime abundet. Horatius in Sermonibus,

Atque ego cum Græcos facerem natus mare citra
Versiculos, uetuit me tali uoce Quirinus
Post mediam noctem uisus, cum insomnia uera,
In syluam non ligna feras insanius, ac si
Græcorum malis magnas implere caterua.

Eadem ratione dicimus in mare deferre aquam: quorum utrunque nos in epigrammate quodam coniunximus,

Largiri numeros tibi Petre, hoc est,
Syluæ ligna, uigo mari addere undas.
Vtrunque congruit cum eo, quod alio retulimus loco, Vlulus Athenas.

Lumen soli mutuas. LVIII

Τὸ φῶς ἥλιῳ δανίζεις id est, Lumen soli mutuum das. Cum docemus doctissimum, monemus uehementer prudentem: aut cum conamur exponere, quæ per se sunt clarissima, aut sermone celebrare, quæ sua sponte satillustria sunt. Sol enim fons omnis luminis putatur, qui lucem mutuare solet, non mutuo accipere. Refertur in ijs collectaneis, quæ Plutarchi titulo circunferuntur. Est simile quiddam apud Fabium de ijs qui per se clara conantur illustrare, eos perinde facere, quasi si quis studeat clarissimo soli inortale lumen inferre.

Fontes ipsi sitiunt. LIX

Fontes ipsi sitiunt. Ironia prouerbialis in eos, qui petūt ab alijs quod ipsis affatim abundet domi. Cicero ad Q. fratrē, Tibi quod rogas, quoniam ipsi fontes iam sitiunt, si quid habebo spatij, scribam. Significat fratrem magis abundare uersibus, quos tamen à se petat, perinde quasi carminum indigens. Idem ad Atticum lib. 12. Non ad δεῦρο ἀφίξομαι πρόβλην, sed ad Λεῖριν cum uenisse ut scribis, in tantis præsertim angustijs.

Ipsa olera olla legit. LX

Ipsa olera olla legit. In eos quadrabit, qui suam ipsorum uitiū in aliud quippiā reijciunt: aut qui sic ad scelus aliquod quasi facti sunt, ut non possint non peccare. Catullus in Cæsarem.

Mentula mœchatur, mœchatur mentula certe.
Hoc est quod dicunt, ipsa olera olla legit.

Nam olla coquendis oleribus nata est: uel quod absurdissimum sit, si quis dicat ollam legere olera quæ nō coquet, nisi si quis immiserit. Non igitur olla in causa est, sed qui iniecit mala olera. Non est admodum huic dissimile, quod ex Homero ceu prouerbiale citat Tertullianus: Ipsum ferrum uirum attrahit. Id à nobis alio dictum est loco, in prouerbio, Tollenda mali occasio. Item, Ipsa olla lenticulam attigit.

Oedipi imprecatio. LXI

Οἰδίποδος ἀρά. id est, Oedipi imprecatio. De tragicis & ingentibus malis. Qui Græca colligunt adagia, citant ex Aeschylo huiusmodi fabulam: Eteocles & Polynices, de more patri ex unoquoque sacro partem anteriorem mittebant. Cum autem aliquando per imprudentiam atque incogitantiam, coxam, hoc est, posteriorem partem misissent, ille existimans id non obliuione, neq; imprudentia, sed contumeliæ causa factum, imprecationibus diris eos est execratus. Alij narrāt, Oedipū, simul atq; cognouisset se parricidam esse, tum autem cum matre consuetudinem habuisse, suis ipsius manibus oculos sibi eruisse. Quæ res ubi eius loci incolis cognita est, Oedipum expulerunt urbe. Ille in exiliū abiens, filios, quòd patrem in calamitate non defenderent, execrationibus deuouit. Quæ quidem neutiquam irritæ fuerunt: nam iuuenes mutua cæde extincti sunt. Mater sibi mortem conscriuit, Oedipus ipse fulmine ictus interiit. Cuiusmodi autem fuerint huiusmodi imprecationes, Diogenes Cynicus apud Laertium propemodum indicat, qui per iocum dicere solitus erat, sibi τὰς τραγικὰς ἀράς, id est, Tragicas execrationes occurrisse. Esse enim sine domo, sine ciuitate, priuatum patria, pauperem, palantem, uitam in diem agentem. Sophocles in Tyranno, fingit Oedipum ignarum etiam num de quo Phœbus dixisset exigendo, tanquam qui ciuitatem suis sceleribus polluerit, multa dira in eum, hoc est, in se precantem. Euripides in Phœnissis,

Ἀρὰς ἀρᾶται παισὶν ἀνοσιωτάτας. id est,
Dirissimas Preces precatur liberis.

Verba Iocastæ de Oedipo. Idem in Oedipo Colonco, sic Oedipum imprecantem facit Polynici, ut fraterna manu occideretur, uicissimq; occideret,

Τὰς ἢ συλλαβοῦσ' ἀρὰς
As σοι καλοῦμαι, μήτε γῆς ἐμφυλίᾳ
Δορὶ κρατῆσαι, μήθ' ὑποστρέψαι ποτὲ
Τὸ κοῖλον ἄργος, ἀλλὰ συγγενεῖ χερὶ
Θανεῖν, κλανοῦσ' ὑφ' ὅπερ ἔβαλλασσαι.
Ταῦτ' ἀρῶμαι καὶ κάλῳ Φ ταρτάρῳ
Στυγνὸν παῖδων ἐχθρὸν. Et reliqua quæ sequuntur. i.
Hæc te sequantur agmine inprecamina,
Tibi quæ imprecor, uti néue natali solo
Potiare bello, néue ad Argos postea
Redire liceat, imò fraterna manu
Perimaris, & uicissim eum dedas neci
Qui te expulit, fratrem. Ista nobis imprecor,
Fratrúmq; patrij triste numen tartari.

Horatius hoc genus imprecationis diras uocat in Odis,

Diris agam uos; dira detestatio
Nulla expiatur uictima.

Huiusmodi autem parentum in liberos deuotiones esse formidandas, Homerus quoq; testatur Iliados 1. cum Phœnix narrat se paternis execrationibus obnoxiū fuisse, idq; contigisse quod illi fieret imprecatæ, Carmē Homeri sic habet,

Μή ποτε γένασιν οἷσιν ἐφίλησε φίλον υἱόν
Ἐξ ἐμέθεν γεγαῶτα, θεοὶ δέ μοι ἐτέλεσσαν ἀπάρας. id est,
Orat ne in genibus proles aliquando sederet
Ex me nata suis, diísq; audiuere precantem.

Efficimus pro nostris opibus mœnia. LXII

Efficimus pro nostris opibus mœnia. Quadrat in tenui fortuna, par

na, paruisq; facultatibus homines, qui tamen ipsi quoq; pro rei modulo uiuunt laute. Plautus in Sticho: Quibus diuitiæ sunt domi, scaphijs, & cantharis batrochis bibunt. Nos nostro Samiolo poterio, tamen uiuimus nos, tamen efficimus pro opibus nostra mœnia, Hactenus Plautus. Itidem uulgò dicitur hodieq;, Pusillæ auiculæ pusillos nidulos construunt.

Omnium rerum uicissitudo est. LXIII

Terentius in Eunu. Omnium rerum uicissitudo est. Quæ sententia significat in rebus mortalium nihil esse perpetuum, nihil stabile, sed omnia uelut æstuario quodam fluxu resluxuq; decedere atque accedere. Atque his uicibus fortunæ, ab alijs ad alios transferuntur imperia, opes, gloria, uoluptas, eruditio: denique quicquid est, aut accommodorum aut incommodorum. Sophocles in Oedipo Coloneo has rerum humanarum uices eleganter describit.

-Μόνοις ὀ γίγνεσθαι
Θεοῖσιν γῆρας, οὐδὲ κατθανεῖν ποτε.
Τάδ' ἄλλα συγχεῖ πάνθ' ὁ παγκρατὴς χρόνος.
Φθίνει μὲν ἰσχὺς γῆς, φθίνει δ' ὡ σώματος,
Θνήσκει δ' πίστις, βλαστάνει δ' ἀπιστία.
Καὶ πνεῦμα ταυτὸν, οὔποτ' ὄντ' ἐν ἀνδράσιν
Φίλοις βέβηκεν, ὅτε πρὸς πόλιν πόλις.
Τοῖς μὲν γὰρ ἤδη, τοῖς δ' ἐν ὑστέρῳ χρόνῳ
Τὰ τερπνὰ πικρὰ γίγνεται, κοὐδὲις φίλος.

Quorum carminum sententiam utcunque reddemus:

-Solis dijs
Nunquam senecta molestia, nec mors accidit.
At reliqua miscet cuncta tempus impotens.
Terræ per hoc uis atque robur interit,
Simulq; nostri corporis perit uigor.
Moritur fides, perfidia pullulat inuicem,
Nec animus idem, nec eadem fragrantia
Haud unquam amico durat erga amiculum,
Nec ciuitati in ciuitatem permanet,
Siquidem his statim, illis post pusillum temporis,
Iucunda quæ fuerant, amara ac tristia, &
Ingrata dudum grata fiunt inuicem.

Homerus item Iliados Z.

-Νίκη δ' ἐπαμέρεται ἄνδρας. id est,
Nunc his nunc illis contingit uincere. Item Iliados Σ
Ξυνὸς ἐνυάλιος καί τοι κλονέοντα κατέκτα. id est,
Communis Mars inq; uicem perimit perimentem.

Neque uero prætereundum hoc loco bellissimum eiusdem poetæ figmentum de duobus dolijs, ex quibus Iupiter uarie miscet res mortalium. Carmen extat in Iliados ultimo libro, quod non ab re fuerit adscribere,

Δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν δόμῳ ἑκάς
Δώρων οἷα δίδωσι, κακῶν, ἑτέρωθι δ' ἐάων.
Ὧ μὲν κεκμήξας δώῃ Ζεὺς τερπικέραυνος,
ἄλλοτε μὲν τε κακῷ ὄγε κύρσας, ἄλλοτε δ' ἐσθλῷ. id est,
Dolia nanque Iouis duo stant in limine, plena
Muneribus quæ is donat, in hoc mala sunt, bona in illo.
Hinc miscens dispensat acuto fulmine gaudens,
Nunc mala distribuens ac tristia, nunc bona rursum.

Tractum uidetur adagium ab Aesopi responso. Is enim rogatus, autore Laërtio, quid ageret Iupiter, respondit, τὰ μὲν ὑψηλὰ ταπεινοῖ, τὰ δὲ ταπεινὰ ὑψοῖ. id est, Deprimit excelsa, & tollit humilia. Euripides in Ione,

Τὰ θνητὰ τοιαῦτα δόμῳ ἐν ταυτῷ μένει. id est,
Eiusmodi mortalium
Sunt res, ut in eodem nil duret statu.

Euripides in Icetidibus,

Ὁ θεὸς πάντ' ἀναστρέφει πάλιν. id est,
Fortuna cuncta uersat in contrarium.

Theognis in sententijs.

Ζεὺς γάρ τοι τὸ τάλαντον ὑπιρρέπει ἄλλοτε ἄλλῳ,
ἄλλοτε μὲν πλαγτῆι, ἄλλοτε δ' ὀλίγη ἔχαι. id est,
Nunc etenim huic libram inclinat, nunc Iuppiter illi,
Vt modo sis diues, nil modo possideas.

In quibus uersibus Theognis, ut illud obiter indicem, alluserit ad locum Homericum in Iliados Θ. ubi Iupiter aureis lancibus expendit Troianorum ac Græcorum fata. Fertur in eandem sententiam huiusmodi uersiculus,

Τὰ θνητὰ πάντα μεταβολὰς πολλὰς ἔχει. id est,
Varias uices, res obtinent mortalium.

Celebratur & hoc dictum, κύκλος τὰ ἀνθρώπινα. id est, Circulus res mortalium, ut subaudias, sunt, quod circumagantur, & uelut in orbem recurrant, fortuna uersante rotam. Item Pindarus in Therone,

Ροαὶ δ' ἄλλοτε ἄλλαι
Εὐθυμιᾶν τε μετὰ καὶ πόνων ἐς ἄνδρας ἔβαν.

Quorum carminum sensus est, iucunda ac tristia, æstus in morem, uicissim accidere mortalibus. Homerus locis aliquot appellat ἑτεραλκέα νίκαν. id est, Victoriam alternatim nunc his nunc illis obtingentem.

Iucunda uicissitudo rerum. LXIIII

Μεταβολὴ πάντων γλυκύ. id est, Iucunda rerum omnium uicissitudo, Sententia prouerbialis, cum ab alijs passim autoribus usurpata, tum uero ab Aristotele 2. Rhetoricarum præceptionum libro, Καὶ τὸ μεταβάλλειν ἡδύ, εἰς φύσιν γὰρ γίνεται μεταβάλλειν. τὸ αὐτὸ ἀεὶ ὑπερβολὴ ποιεῖ εἰς κατεστώσης ἕξεως. ὅθεν εἴρηται, μεταβολὴ πάντων γλυκύ. id est, Varietas quoq; uicissitudoq; iucunda, Fit enim iuxta naturam transmutatio. Quod autem semper idem stati perpetuiq; habitus, parit satietatem. Vnde illud dictum est, Vicissitudo rerum omnium iucunda. Vsurpatur ab eodem libro Moralium Eudemiorum septimo. Sumptum apparet ex Euripidis Oreste, Μεταβολὴ πάντων γλυκύ. id est,
Mutatio iucunda rerum est omnium.

Eodem alluserit Vergilius in Bucolicis,

Alternis dicetis, amant alterna camœnæ.

Fertur & Mimus quidam in hanc sententiam non illepidus,

Nil iucundum, nisi quod commendat uaricas.

Item alter huic consimilis,

Bonarum rerum consuetudo pessima est,

Ea rerum natura, ciusmodi sensus humani fastidium, ut nihil esse possit tam suaue, quod non abeat in nauseã, si paulo diutius utare, nihil tam egregium, quod idem diu placere possit. Vnde & illud Iuuenalis,

-Voluptates commendat rarior usus.

Varietas autem tantam in omni re uim habet, ut commendatione nouitatis interdum & pessima pro optimis placeant.

Inuitis canibus uenari. LXV

Inuitis canibus uenari. Hoc adagio significatum est, non satis feliciter succedere, quod à nolentibus extorqueatur. Neq; eorum officio utendum, qui non ex animo operam suam nobis commodant. Apud Plautum in Sticho Pancgyris patri interminans, ne se suamq; sororem inuitas uiris collocet: Stultitia est, inquit, pater, uenatum ducere inuitas canes. Additq; sententiam, qua metaphoram explicat: Hostis est uxor, inuita quæ ad uirum nuptum datur.

Inuitos boues plaustro inducere. LXVI

Simile dictum etiam hodie perseuerat uulgò celebratum, incommodum esse, bubus inuitis plaustrum ducere, aut inuitis equitis plaustrum agere. Videtur autem ex Theognide sumptum:

Μήμ' ἀκέοντα βίην κραιπνῶν ὑφ' ἅρμαξαν ἐλαυνε. id est,
Inuitum ne me scutica, stimulisq; subactum
Vi studeas unquam ducendo inducere plaustro.

Ayuntamiento de Madrid

Velocem tardus assequitur. LXVII

Κιχάνει τοι βραδὺς ὠκύν. id est, Assequitur celerem tardus.

In eum competet, qui uiribus imbecillior, arte atq; ingenio uincit potentiorem. Natum adagium ex Odyssææ Θ. ubi lepidissima narratur fabula, quemadmodum Vulcanus claudus, cum suspectam haberet uxorem Venerem, quòd furtim cum Marte congrederetur, nec uires suppeterent, quibus adulterum deprehenderet, ad artes atq; ingenium confugit. Lectum suum adamantinis atque inuisibilibus catenulis circumuinxit: quod ubi feciſſet, foras abire ſe ſimulat. Deinde cum in arctiſſimis eſſent complexibus, Mars & Venus uinculis illis hoc magis irretiti, quo magis ſe circumagerent, ecce tibi repente redit Vulcanus, & prodente ſole, deos omnes adhibet, deprehenſi adulterij teſtes. Quo loco Homerus:

Κιχάνει τοι βραδὺς ὠκύν,
Ὡς καὶ νῦν Ἥφαιστος ἐὼν βραδὺς εἶλεν Ἄρηα
Ὠκύτατόν περ ἐόντα θεῶν, ἕ ὄλυμπον ἔχουσι,
Χωλὸς ἐὼν τέχνῃσι, τὸ καὶ μετὰ φῶτα κάμοιτο. id est,
Nonnunquam assequitur tardus, celeremq; citumq;,
Sic uti nunc Vulcanus, ut est uestigia tardus,
Maiorem cepit, qui perniciſſimus unus
Cunctorum quicunque tenent ſupera astra deorum.
Et quanquam eſt claudus pede, rem tamen arte peregit.
Proinde etiam debet pœnas deprenſus adulter.

Eodem pertinet apologus de uulpe & coruo, prædam eandem curſu petentibus, quam uulpes celeritate impar, ingenio ſibi uindicauit. Ité de cancro curſu cum uulpe certante. Item de corydo auicula, uolatu certante cum aquila. Accidit huiuſmodi quiddam & in piſcibus, ut qui tardiſſimi ſint, arte capiant uelociſſimos. Quorum de numero eſt raia, quæ abdens ſeſe locis harenoſis, aut limoſis, capillamentis illis ſuis porrectis piſces allicit, allectosq; ad os uſq; pertrahit. Item torpedo abſcondit ſeſe in harena, limóue: ac piſces forte incidentes torpore afficit, atq; ita depaſcitur. Quæ quidé arte uenatur etiam hominem. Occultat ſeſe & paſtinaca, Græcis trigonis dicta, ſed diuerſa ratione. Atq; ita fit, ut cũ ſint ipſæ ſegnes, tamen aliquando capiantur mugilẽ habentes in aluo. Autor eſt Aristoteles lib. De naturis animalium nono. Plinius autem lib. 9 teſtatur, mugilibus præcipuam eſſe uelocitatem, ut aliorum piſcium uim timentes, tranſuerſa nauigia ſuperiiciant. Theognis ad idem retulit ad hunc modum,

Καὶ βραδὺν ἐβδηλῷ εἶλεν ταχὺν ἄνδρα δίωκειν. id est,
Callidus ac tardus celerem inſectando prehendit.

Aquilam teſtudo uincit. LXVIII

Ab hoc non diſcrepat illud quod refert Diogenes Laërtius in uita Menedemi philoſophi, ex Achæi poëtæ ſatyra, cui titulus Omphale,

Ἡλίοιτ' ἄραγε καὶ πρὸς ἀσθενῶν ταχὺς
Καὶ πρὸς χελώνης ἀκτὸς ἐν βραχεῖ χρόνῳ. id est,
Capta eſt profecto celer ab imbecillibus,
Et aquila tempore in breui à teſtudine.

Hos ſenarios ait uſurpare ſolitum Menedemum in eos, qui ſecum in ciuilibus honoribus contenderent. Accipi poteſt Prouerbialiter, aut ſimpliciter, ubi quis potentiorem arte uincit, & quod uiribus non poteſt, aſſiduitate conficit.

Intempeſtiua beneuolentia nihil à ſimultate differt. LXIX

Senarius eſt Græcis prouerbij uice celebratus,

ἀνάιτιος ἐμοὶ ἐδλὸν ἐχθρὸς διαφέρει. id est,
Par odio importuna beneuolentia.

Suidas in dictione ἀνάιτιος, narrat hoc uerſu Hippolytum respondiſſe Phædræ nouercæ, dicẽti ſe illius amore captam eſſe. Quidabit in eos, qui dum officioſi ſtudent eſſe, non habita temporis ratione, nocent, aut moleſti ſunt ſedulitate. Veluti qui non apto tempore obiurgant amicum, aut qui immodicis & intempeſtiuis laudibus conciliant homini inuidiam: aut qui pecuniam ſuppeditant adoleſcenti, qua fiat deterior. Fertur & alter huic conſimilis,

Φίλος με βλάπτων ἐδλὸν ἐχθροῦ διαφέρει. id est,
Cum nocet amicus, nihil ab hoſte diſcrepat.

Huc reſpexit Horatius in Epiſtolis,

Nil moror officium, quod me grauat. Rurſum alibi,
Sedulitas autem, quem ſtulte diligit, urget.

Itidem Seneca lib. De beneficijs 2. Sæpe, inquit, nihil intereſt inter amicorum munera, & hoſtium uota. Quicquid illi accidere optant, in id horum intempeſtiua indulgentia impellit atq; inſtruit. Quid autem turpius, quam quod euenit frequentiſſime, ut nihil interſit inter odium & beneficium? In his Senecæ uerbis, pro uota, quod nos ex uetuſtis exemplaribus repoſuimus, uulgati codices habebant acta. Id admonendum erat, ne quis ignarus ut mendum tollat, quod in multis antehac uſu uenit. Huc pertinet illud Ennianum olim iure laudatum à Cicerone lib. 2. De officijs: Benefacta male locata male facta arbitror. Prouerbio accedet nonnihil gratiæ, ſi paulo longius deflectatur: ueluti ſi dicas, nullos æquè nocere bonis literis, atque hos qui ſedulo quidem at parum feliciter tractant eas. Aut neminem magis officere famæ, quàm ineptum præconem. Aut ſecundam fortunam nocentiorem eſſe aduerſa.

Noſce tempus. LXX

Γνῶθι καιρόν. id est, Noueris tẽpus. Celebratur in primis inter VII. ſapientum apophthegmata: ac, ut alia pleraq;, pluribus autoribus aſcribitur à nullo non uſurpatum. Heſiodus,

Μέτρα φυλάσσεσθαι, καιρὸς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος. id est,
Obſeruato modum, nam rebus in omnibus illud
Optimum erit, ſi quis tempus ſpectauerit aptum.

Huc alluſit Theocritus in Idyllio Λ.

Ἀλλὰ τὰ μὲν θέρεος, τὰ δ' ὑγρεῖαι ἐν χειμῶνι. id est,
Verum alia æſtiuo, atque hyberno tempore fiunt.

Quin & Iſocrates ad Demonicum ſcribit, iniucundum in omni re eſſe, quicquid intempeſtiuum ſit. Adeo cunctis in negotijs plurimum habet momenti, temporis & opportunitatis obſeruatio. Idem admonent Græcorum ſententiæ,

Ὡς μέγα τὸ μικρὸν ἔστιν ἐν καιρῷ λαβεῖν. id est,
Vel maxima eſt puſilla res loco data. Rurſus alia,
Καλὸν τὸ καιρὸς πάντος εὐδαίμονος μέτρον. id est,
Res bella cuncti noſſe temporis modum.

Præterea Pindarus in Pythijs,

Ὁ δὲ καιρὸς ὁμοίως πάντος ἔχει κορυφάν, id est,
Tempus pariter in omni re faſtigium obtinet.

Item illud Horatij,

Dulce eſt deſipere in loco.

Tantam uim habet opportunitas, ut ex honeſto inhoneſtum, ex damno lucrum, ex uoluptate moleſtiam, ex beneficio maleficium faciat, & contrà, breuiterq; rerum omnium naturam permutet. Hæc in aggrediundo conficiendoq; negotio præcipuum habet momentum: ut non ſine cauſa ueteres uidẽtur eam diuinitate donaſſe: tametſi apud Græcos mas eſt hic deus, appellaturq; καιρός. Eius ſimulachrum ad hunc modum fingebat antiquitas, Volubili rotæ pennatis inſiſtens pedibus, uertigine quàm citatiſſima ſemet in orbem circumagit, priore capitis parte capillis hirſuta, poſteriore glabra, ut illa facile prehendi queat, hac nequaquam. Vnde dictum eſt, occaſionem arripere. Ad quod erudite ſimul & eleganter alluſit quiſquis is fuit, qui tierſiculum hanc conſcripſit,

Fronte capillata, poſt hæc Occaſio calua.

Sed libet & Poſtillippi ſuper hac re carmẽ adſcribere, quod quamobrem Politianus omittendum exiſtimarit admiror. Eſt autem huiuſmodi,

Tis

Τίς ὠδῆν ὁ πλάτης; σικυώνιος. ὄνομα δὲ τίς;
Λύσιππος. σὺ δὲ τίς; καυσοδαμάτωρ.
Τίππε δ' ἐπ' ἄκρα βέβηκας; ἀεὶ τρυχάομαι ἤ τι σαροῦσι
Πόσσιν ἔχεις λιφυᾶς; ἵππαμ' ὑπηωρίμος.
Χαῖρε δὲ ξεῖνε τί φέρεις ξυρόν; ἀνδράσι λάγμα
Ὡς ἀκμῆς πάσης ὀξύτερος τελέθω.
Ἦ ῥ' κόμην, τί κατ' ὄψιν; ὑπαντιάσαντι λαβέσθαι.
Νὴ δία τ' ἀζόπιδεν πρὸς τί φλακρὰ πέλει;
Τὸν μὲν ἅπαξ πλησίοι παρατρίξαντά με ποσσὶν,
Οὔ τις ἐθ' ἱμείρων ἀράξεται ἀζόπιδεν.
Τοῖον δ' τεχνίτης με διέπλασεν ἕνεκεν ὑμεῖων
Ξεῖνε καὶ ἐν προθύροις θῆκε διδασκαλίην.

Quos uersus nos ita uertimus, non quo cum archetypo Græco certaremus, sed craßiore, sicuti solemus, Minerua, planeq; ex tempore: quod uel tacente me carmen ipsum indicauerit, uidelicet ut intelligi duntaxat poßint ab his qui Græce nesciunt,

Quæ patria artifici? Sicyon. quo nomine? nomen
Lysippo dictum est. ipse quis es? loquere.
Illa ego cuncta domans Occasio. cur age pinnis
Insistis? uoluor ac rotor aßidue.
Cur gemina in pedibus gestas talaria? dicam,
Huc illuc uolucrem me leuis aura rapit.
Quid dextræ sibi uult inserta nouacula? signum hoc
Quòd quauis acie sim mage acuta, docet.
Tecta capillitio facies quid nam admonet? Illud,
Quisque uti me, quoties offerror, arripiat.
Cur autem capitis pars posticaria caluet?
Quem semel alatis præterij pedibus,
Is quanquam uolet inde cito me prendere cursu,
Haud liceat, simul ac uertero terga uiro.
Hac itaque idq; tua me finxit imagine causa
Hospes, scalptoris ingeniosa manus,
Spectandamq; domus hic prima in fronte locauit.
Scilicet ut cunctos & moneam & doceam.

Non abre fuerit & Ausonianum epigramma subscribere: quod, ut admonet Politianus, è Græco uidetur effictum, quanquam cum alijs nonnullis diuersum, tũ illo potißimum nomine, quòd hic additur pœnitẽtia comes. Carmẽ sic habet,

Cuius opus? Phidiæ, qui signum Pallados, eius
Quiq; Iouem fecit, tertia palma ego sum.
Sum dea, quæ rara & paucis Occasio nota.
Quid rotulæ insistis? stare loco nequeo.
Quid talaria habes? uolucris sum, Mercurius quæ
Fortunare solet, trado ego cum uolui.
Crine tegis faciem? cognosci nolo. sed heus tu
Occipiti caluo es? ne tenear fugiens.
Quæ tibi iuncta comes? dicat tibi. dic rogo, quæ sis?
Sum dea, cui nomen nec Cicero ipse dedit.
Sum dea, quæ facti, non factiq; exigo pœnas.
Nempe ut pœniteat, sic Metanœa uocor.
Tu modo dic quid agat tecum? si quando uolaui,
Hæc manent, hanc retinent quos ego præterij.
Tu quoque dum rogitas, dum percontando moraris,
Elapsam dices me tibi de manibus.

Olet lucernam. LXXI

Τὸν λύχνον ὄζει. id est, Lucernam olet. De re meditata, multoq; studio elucubrata. Inde ductum quòd studiosi ad lucernam uigilantes soleant elaborare, si quid accuratius uelint excudere. Iactatum olim in Demosthenem, illius ἐνθυμήματα τὸν λύχνον ἀποζειν. id est, Enthymemata lucernam olere, quòd omnia de scripto diceret, ac præmeditatus domi. Vnde et illud de eodem celebratur elogium: quòd plus olei quàm uini consumpserit. Erat enim abstemius & ὑδροπότης atq; extremis etiam senecta ad lucernulam illam suam exercebatur.

Aristophanis & Cleanthis lucerna. LXXII

Aristophanis & Cleanthis lucerna, propter insignem studij diligentiam in prouerbium Abijt. Vt is ad Aristophanis aut Cleanthis lucernam dicatur lucubrare, qui summo studio exquisitaq; cura singula pensitat. Varro lib. De lingua Latina 1. Quod non solum ad Aristophanis lucernam, sed etiam ad Cleanthis lucubrem nolui præterire, qui poëturum modo uerba, ut significant, expediunt. Opinor autem adagium sentire de Aristophane grammatico. Neque fama caruit etiam Epicteti lucernula, quæ post illius mortem magno ære redempta est. Cæterum quod ait Iuuenalis,

Hæc ego non credam Venusina digna lucerna?

Magis pertinet ad inuestigationẽ, quàm ad lucubrationem.

De plaustro loqui. LXXIII

Libertas ueteris comœdiæ eousq; progressa est, ut non solum ciuium primates, uerum etiam deos nominatim taxaret, id quod apparet ex Aristophane, qui in Pluto Iouem, Mercurium, Aesculapium, reliquosq; deos omneis contumeliose tractat. Bacchum item in Ranis, non admodum honorifice. Quoniam autẽ apud priscos illos huiusmodi fabulæ in plaustris agebãtur, à iuuenibus, ore fece collito ne possent agnosci, qui magna licentia in obuium quenq; dicteria iaciebant, inde natum adagium, ὡς ἀπὸ ἁμάξης λαλεῖν. id est, Tanquam è plaustro loqui, de his qui palàm ac libere conuiciantur. Id notat Aristophanes in Nebulis dicens, Οὔ μοι σκώπτε, οὐδὲ ποιεῖν ἄπειρ οἱ τραγῳδάμονες ὄντες. id est, Non me ludes, nec mi facies, ea quæ trygodæmones isti. Nisi malumus hæc referre ad consuetudinem quæ posterioribus etiam seculis duranit apud Athenienses. Nam in festo, quod Lenæum appellant. mos erat poëtas inter se concertare scriptis carminibus, ad risum concitandum accommodatis, quæ sedentes in plaustris pronunciabant, inuicem sibi conuicia dicentes. Sunt qui ad Eleusinia sacra, quæ magna uocantur, referunt: in quibus mulieres curru uehebantur, atq; interim dum ueherentur, ex more mutuis conuicijs sese lacessebant. Lucianus in Ioue tragœdo, Ὡς ἀλαμόνων ὀδηγὸς φέρεσθαι, ἀλλ' ἀπὸ ἁμάξης παῤῥησιάζεσθαι, καὶ μάρπτειν ὀζόντως, ὅτῳ καὶ νένοι. id est, Vt nulli deorum parcit, uerum è plaustro libere loquitur. Corripiens simul insontem, pariterq; nocentem. Obijcit & Demosthenes Aeschini, quòd in se ueluti de plaustro dicenda & non dicenda protulisset. Vnde hoc ipsum, ueteris comœdiæ licentia, prouerbij quiddam sapit. Diuus Hieronymus ad Rusticum monachum, Ego enim neminem nominabo, nec ueteris comœdiæ licentia certas personas eligam atque perstringam. Alluxit huc, opinor, Aristophanes in Equitibus,

Οἵ μοι σὺ δ' ὀλὲν ὀζ ἁμαξυργῶ λέγεις. id est,
Heu mihi nihil tu loqueris è plaustrario.
Siquidem ἁμαξυργοὶ uocantur plaustrorum fabri.

Plaustra conuicijs onusta. LXXIIII

Eodem alluxit Lucianus, cum ait in Eunucho κἀ ὅλας ἁμάξας βλασφημιῶν καταπλήσαι ἀλλήλων. id est, Et solida plaustra conuicijs onusta inter se effundebant. Loquitur de duobus philosophis inter sese cõtumeliose altercantibus. Significat autem ὑπερβολικῶς tantum conuiciorum quantũ plaustro poßit uehi. Quæ quidem ipsa figura ad prouerbij naturam pertinet, cum dicemus, plaustra promißis onusta, & naues pollicitis onustas, pro maximis amplißimisq; promißis. Nam & ἁμαξιαῖα, id est, plaustralia, Græci uocant magnifica, fastuosaq; à plaustris ducto nomine. Alexis apud Athenæum lib. 9. dctorsit in bonam partem, παρέθηκε τῷ ξάπεζαν, εἶτα περιφέρων ἀγαθῶν ἁμάξας. id est, Apposita mensa est, ac dein circumtulit rerum bonarum plaustra.

Tollat te, qui non nouit. LXXV

Tollat te, qui non nouit. Si cuius dolos iam non ignotos esse no-

Ayuntamiento de Madrid

bis ſignificabimus, neq; poſthac poſſe ab illo falli, concinne dicemus, Tollat te, qui non nouit. Refertur à Quintiliano lib.6. Simile eſt, inquit, quod dicitur παροιμία, & prouerbia opportune aptata, ut de homine in aquam lapſo, ut alleuaretur roganti: Tollat te qui non nouit. Hæc Fabij uerba aliqui ſubobſcura, uelut interpretatur Horatius in Epiſtolis, agens de ſcurra Plano, qui ſponte ſua ſæpe cadens, tanquam crure fracto, miſerandis uocibus prætereuntes implorabat, ut humo tolleretur. Peregrinus autem quiſpiam ac doli ignarus, ſi quando alleuaturus acceſſiſſet, à ſcurra ludibrio habebatur. Verum ubi iam illius ſimulatio pleriſq; innotuiſſet, iſq; aliquando crure uere fracto tolli precaretur: nemo ſubuenit, omnibus planũ ſolitos agere ludos arbitrantibus. Nimirum euenerat homini, quod Ariſtotelem dixiſſe ferũt, qui rogatus quid nam lucri facerent mendaces, hoc, inquit, ut nec uera dicentibus habeatur fides. Verſus Horatij ſunt hi:

Nec ſemel irriſus triuijs attollere curat
Fracto crure Planum, licet illi plurima manet
Lachryma, per ſanctum dicat iuratus Oſirim
Credite, non ludo, crudeles tollite claudum.
Quære peregrinum, uicinia rauca reclamat.

Porrò uocẽ hanc planus, A. Gellius li.16. cap.7. cõmemorat inter uerba inuſitata, quibus uſus ſit Mimus Laberius, aitq; ſignificare ſycophantã. Quanquã eodẽ nomine uſus eſt M. Tull. eodẽ ſignificatu, in oratione quã dixi pro Cluẽtio. Eſt autem dictio Græca πλάνος, ſignificatq; tum erronẽ, tum impoſtorem. Poteſt & hoc pacto efferri adagiũ. Quære hoſpitem, aut quære peregrinũ, quemadmodũ extulit Flaccus. Cõuenit et in eos à q̃bus aliquãdo ſumus deluſi, eaq; experiẽtia ficti cauſtores, minusq; creduli. Simile eſt illud Iuuen.

Circuit & fatuos non inuenit. Nam fatui facile decipiuntur. Nec abludit hinc Græcum illud,

Οὐκ ἄδις ἀλώπηξ. id eſt,
Non iterum uulpes, ſubaudi, decipitur.

Oppedere, & oppedere contra tonitrua. LXXVI

Oppedere prouerbialiter, pro reclamare & contemnere reperimus uſurpatum. Horatius in Sermonibus, Vintu curtis Iudæis oppedere? Ariſtophanes in Pluto,

Καὶ τ' ὠρίας ἀνταποπεζδλεῖν.

Rurſum in eadem alibi,

Καὶ τ' ὠρίας καταπεζδλεῖν. id eſt,
At pauperiati oppedere triſti. Quod iam diuites facti paupertatem negligere poſſent. Idem in Nubibus,

Καὶ βόλομαι ἀνταποπεζδεῖν πρὸς τὰς βροντάς. id eſt,
Voloq; ipſum oppedere contra cœli tonitru.

Verba ſunt Strepſiadis adorantis nubes, & cõtemnentis tonitrua Iouis. Interpres addit natũ ex artificio quodã in ſcena repræſentari ſolito, Lapillis ex amphora in uas quoddam æneum præcipitatis, atq; ita tonitrui ſtrepitũ imitãtibus, ut hoc ſit uelut obſtrepere tonitruis. Equidẽ opinor alluſum ad ueterũ poppyſſandi cõſuetudinẽ. Antiquitus enim cũ fulguraret, poppyſmatibus obſtrepebant, id remedio fore rati, ne quid læderet fulgur. Ariſtophanes in Veſpis, Κἂν ἀστράψω, ποππύσεσθ. i. Quod ſi fulguraro poppyſant. Vnde quidã per iocũ, ueluti perperã imitãtes aliorũ poppyſmata, crepitum uentris ædebãt. Cyclops apud Euripidẽ in eiuſdẽ nominis tragœdia, Iouis tonitruũ cõtemnens, loquitur hoc pacto.

Εἶτ' ἐκπιὼν γάλακτος ἀμφορέα, πλήρη
Κρώσω, δίος βροντᾶσιν ἐς ἴσον κτυπῶν. id eſt,
Vbi luctis epotauero amphoram, peplum
Quatio, Iouis ex pari tonitribus obſtrepens.

In antro Trophonij uaticinatus eſt. LXXVII

Ἐς Τροφωνίου μεμάντευται. i. In Trophonij antro uaticinatus eſt. De homine uehementer triſti, tetricoq;: propterea quòd olim creditum eſt cum, qui in Trophonij ſpecum deſcendiſſet, poſtea nunquam ridere. Ariſtophanes in Nubibus.

—Ὡς δέδοικ' ἐγώ
Εἴσω καταβαίνων ὥσπερ ἐς Τροφωνίου. id eſt,
—Vt uidelicet horrui
Haud aliter, ac ſubiens ſpecum Trophonij.

Porrò hiſtoria de Trophonio uarie narratur à Græcis. Quidã aiunt hunc Trophoniũ in ſecãdis ſaxis ſummũ artificẽ fuiſſe, fanumq; ſubterraneũ extruxiſſe in Lebadia Cœotiæ regione, quod Trophonij uulgò cognominatũ eſt, nimirum ab artifice. Dein qui ſciſcitarẽtur oracula, in aditu ſpecus ſedere ſolitos, nudos: atq; inde ſtatu quodam abripi ſub terrã. Geſtare autẽ ſecum placentas quaſdã, quas lemuribus & ſerpentibus occurrentibus obijcerent. Deinde percepto oraculo, rurſus per aliũ hiatum in ſummã terrã reſtitui. Alij narrant hoc pacto: Agamedes Stymphali, quæ eſt Arcadiæ pars, rex erat: is uxorẽ duxit Epicaſtẽ, cuius filius erat Trophonius. Ii eius tempeſtatis mortales omneis artificio ſuperabant, ac Delphicũ templum extruendũ receperãt, atq; in Helide ærariũ quoddam cõdiderant Augeæ, ubi aurũ ſuum reconderet: qui poſtea ſoluta lapidis cuiuſdam commiſſura, quam in hoc ipſum reliquerãt, noctu ingreſſi, pecuniã furari cõſueuerũt, ſocio Gercyone Agamedis germano, atq; Epicaſtæ filio. Quæ res cum uehemẽter perplexũ haberet Augeam, forte fortuna accidit, ut Dædalus Minoẽm fugiens ad eum diuerteret. Hũc exorauit Augeas, ut arte quapiã fures hos inueſtigaret. At Dædalus laqueos quoſdã ſummo artificio cõſtituit, quibus Agamedes captus eſt. Id cõſpiciens Trophonius non eſſe effugium, capite Agamedis amputato ne poſſet agnoſci quis eſſet, unà cũ Gercyone Orchomenõ aufugit. Hos cũ Augeas, autore Dædalo perſequeretur, & illinc aufugerũt: alter nempe Gercyon Athenas, ut teſtatur Callimachus, in Arcadiã, alter uero in Lebadiam Bœotiæ regionem. Vbi parato ſibi domicilio ſubterraneo per omnẽ uitam perſeuerabat. Quo defuncto, uulgò creditum eſt, illic certa reddi oracula, ac Trophonio perinde ut deo ſacrificari cœptum. Quidã aiunt Agamedẽ & Trophoniũ, Dædali opera ſuffuratos ſuffuſſe, & Trophonio fugienti terram hiatu diductã, uiuumq; abſorbuiſſe circa Lebadiam. Aliquot poſt annis, cũ Bœoti peſtilentia laborarẽt, conſultũ oraculũ reſpõdit, Trophonij manibus honorẽ habendũ eſſe. At illi cum eſſent ignari ubinã terrarũ illius eſſet monumentũ, apũ indicio repererunt. Nã ubi eas cõſpicerent, è cauo quodã ſubſcatentes, coniecturarunt cum eſſe locũ. Quare uiſum eſt aliquem in id antrum demittere, qui rem exploraret. Quidam igitur ingreſſus, duos dracones obuios habuit: quibus obiectis offis mellitis, illæſus euaſit. Vnde et mos inolcuit, ut antrũ Trophonij ſubituri placẽtas aliquot ſecũ deferãt. Prius quàm autẽ ſubirẽt, certis diebus cæremonijs præſcriptis luſtrabãtur, pure interim agẽtes: deinde ſtola ſacra ornati deſcendebãt, haſtas manu geſtantes ut aiunt nonnulli, quo uim ſerpentiũ depellerent. M. Tullius Tuſcul. quæſt. lib.1. tradit Trophoniũ & Agamedẽ exædificato templo Apollini Delphico uenerãtes deũ laboris ſui mercedem petiſſe, nihil quidem certi. ſed quod eſſet optimũ homini: quibus Apollo ſe id daturũ oſtendit, poſt diem ab illo tertiũ, qui ut illuxit, mortui ſunt reperti. Recẽtiores ita tradũt, Trophonium uirum quempiã fuiſſe ſupra modũ gloriæ fameliciũ, Empedocliq; ſimillimũ, extructoq; ſibi ſubterraneo domicilio oracula reddidiſſe: deinde ubi ille fame interiiſſet, geniũ quendã in id immigraſſe, atq; oracula reddere perrexiſſe: pòſt, ſuperſtitione mortaliũ plures in id antrũ demiſiſſe ſeſe, ac dies cõplureis fuiſſe cõmoratos. Quæ quidem Trophonij fabula mihi adeo uidetur ſimilis ei quæ de Patricij antro, quod eſt in Hibernia

bernia fertur, ut altera ex altera nata credi poſſit. Tametſi non deſunt etiam hodie permulti qui deſcendant: ſed prius triduano enecti ieiunio, ne capite ſano ingrediãtur. Qui deſcenderunt, aiunt ſibi ridendi libidinẽ in omni uita ademptã. Plutarchus in cõmentario De dæmonio Socratis narrat Timarchũ quendam in Trophonij ſpeccum ingreſſum, poſtea quam illinc rediſſet, prodigioſa dictu narraſſe ſibi uiſa, non abhorrentia ab ijs quæ Beda & alij nõnulli Chriſtiani ſcriptores de inferis prodiderunt. Meminit & Cicero libro De natura deorum 3. huius Trophonij. Meminit Herodotus in primo. Sed plurima de hoc nugamẽto nugatur apud Philoſtratum Apollonius, uir meo iudicio dignus, qui non alia de re philoſophari debuerit. Ridet locis aliquot Trophonium hunc Lucianus, adamantinus omnium ſuperſtitionũ inſectator: per cuius antrum & Menippus ſe iocatur ab inferis rediſſe. Huius antri mentionem facit Euripides in Ione,

Τί θέσπισμ' ἐκ Τροφωνίου φέρεις; id eſt,
Quod ex Trophonij refers oraculum?

Item in eadem,

Σκηνὰς δ' ἐναργέφας Τροφωνίου. id eſt,
Templa adis Trophonij.

Quæ nos de Trophonij antro retulimus, partim ex Ariſtophanis interprete, partim ex Zenodoto ſumus mutuati.

Excubiarum cauſa canens. LXXVIII

Φρυγᾶς ἄδων. i. Excubiarum gratia canens. Dicebatur olim in hominẽ uigilantẽ ac diligentẽ, inde ductũ, quòd qui excubias agunt, canere cõſueuerunt, ueluti uigiliarum tædium cantu ſolentur, uel ne interim obdormiſcant. Sic ait Strepſiades in Nubibus Ariſtophanis, male acceptus in ſchola Socratis,

Φρῦδλα τὰ χρήμαθ', φρύδλα χρυσία,
Φρύδλα ψυχή, φρυδλὴ δ' ἐμβάς,
Καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τοῖσι κακοῖς,
Φρυγᾶς ἄδων ὀλίγα φροῦδος γεγένημαι. id eſt,
Caſſi nummi, caſſusq; color,
Caſſa eſt anima, caſſæ ſoleæ.
His q; malis accedit & illud,
Dum canto uigil penè perij. Effertur autem biſariam parœmia, φρυγᾶς ἄδων καὶ φρυγὸς ἄδων. Alluditur ad hanc uocem φρῦδος, quæ ſignificat caſſum & inanem.

Sale emptum mancipium. LXXIX

Ἁλώνητον ἀνδράποδον. i. Sale emptum mancipiũ. In barbarum quempiam ac uilem homuncionem olim dicebatur. Nam negotiatores olim in mediterranea ſalẽ importantes, mancipia reportabant à barbaris. Et Thraciæ genti peculiaris erat mos, mancipia ſale commutare. Vnde comicus quidam,

Θρᾷξ ὀλιγωνὴς εἶ πρὸς ἄλὸς ἠγορασμένος. deſt,
Generoſus es Thrax ſale redemptus ſcilicet.
Huiuſmodi fermè referuntur à Zenodoto.

Salis onus unde uenerat, illuc abijt. LXXX

Ἁλῶν ἡ φόρτος ἔνθεν ἦλθεν ἐνθάδ' ἔβη. id eſt,
Sal abijt illuc, unde demanauerat. Senarius prouerbialis in eos qui parta tueri nequeunt. Aut in eos quibus male parta male diſpereunt. Natum adagium ab euentu. Negotiator quidam nauem onuſtam ſale uehebat, nautis dormitantibus, influxu aquæ marinæ ſentina uehementer adaucta, & ſalem uniuerſum ſoluit ac corrupit, & nauem ipſam demerſit: itaque quod ex aqua marina natum fuerat, nam hinc concreſcit ſal, in eandem denuo liquefactum eſt.

Salem uchens dormis. LXXXI

Fertur & his uerbis adagium ex eodem euentu natum, ἄλας ἄγων καθεύδεις. id eſt, Salem portans dormis. Quadrabit in eum qui in re periculoſa ſocorditer atque indiligenter agit, propterea quòd Sal influxu ſentinæ facile corrumpitur.

Male parta, male dilabuntur. LXXXII

Reſpondet ſuperiori ſententiæ, quod eſt in ſecunda Ciceronis Philippica, Sed ut eſt, inquit, apud pœtam neſcio quẽ, Male parta, male dilabũtur. Quod autẽ de autore dubitat Tullius eſt apud Plautum in Pœnulo, Male partũ, male diſperit. Feſtus Pompeius ex Neuio citat: male parta, male dilabuntur.

Qui ſe non habet, Samum habere poſtulat. LXXXIII

Ος ἑαυτὸς ἑαυτοῦ οὐκ ἔχει, σάμον θέλει. id eſt,
Qui ſemet ipſe non habet, Samum cupit.

In eos conueniet qui impudenter quippiam poſtulant. Aut qui minora curant, maiorum negligentes. Natum ex hiſtoria quapiam, cuius meminit Plutarchus in apophthegmatis Laconicis. Athenienſes urbe uictori tradita poſtularunt, ut Samum duntaxat ſibi relinqueret. Atq; is reſpondit ad hunc modum, Cum ueſtri non ſitis, alios habere poſtulatis. Atq; hinc ducta parœmia,

Ος ἑαυτὸς ἑαυτοῦ οὐκ ἔχει, σάμον θέλει. id eſt,
Qui ſemetipſum non habet, Samum petit.

Dion ſophiſta in libello περὶ τῆς ἀπιστίας, eleganter accommodat in alium ſenſum, ὃς ἑαυτὸς ἑαυτοῦ οὐ φιλεῖ, πῶς ἄλλον φιλεῖ; id eſt, qui ſibijpſi non eſt amicus, quomodo alteri eſt amicus? Quadrabit & in eos qui imperium affectant in alios, cum ipſi ſibi nequeant imperare.

Occultæ muſices nullus reſpectus. LXXXIIII

Occultæ muſices nullus reſpectus. Græcis quondam celebratum adagium: cuius ſenſus eſt, quamuis egregias ingenij dotes, ſi non proferas, perinde eſſe quaſi non habeas. Quo uidetur alluſiſſe Perſius, cum ait,

Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter.

Extat & in Hebræorum prouerbijs, nempe Eccleſiaſtici capite 20. ſimile quiddam, Sapientiæ reconditæ, & theſauri abſtruſi nullam eſſe utilitatem. Hoc noſtrũ refertur à Suetonio in uita Neronis imperatoris, quem ſcribit imperatoriæ dignitatis oblitum uſqueadeo muſices ſtudioſum fuiſſe, ut non modo nihil omitteret eorum quæ generis eius artifices, uel conſeruandæ, uel augendæ uocis gratia facilitarent, uerumetiam in ſcenam prodire concupiuerit: ſubinde inter familiares Græcum prouerbium iactans, Occultæ muſicæ nullum eſſe reſpectum. Vſurpat idem A. Gellius libro Noct. Attic. 13. cap. ult. Noſti, inquit, magiſter uerbum illud ſcilicet uetus: egregiam muſicam quæ ſit abſcondita, eam eſſe nulli rei. Vſurpatur à Luciano in Harmonide, Οὐδὲν γὰρ ὄφελος ἀποκρύπτειν καὶ ἀφανὲς τὴν μουσικήν. id eſt, Nulla enim utilitas occultæ, quemadmodum prouerbio dicunt, & abſtruſæ muſices. Alluſit huc haud dubiè Ouidius, cum ait,

Tu licet & Thamyram ſuperes, atque Orphea cantu,
Non erit ignotæ gratia magna lyræ.

Sunt autem nonnulli mortales qui uel natiuo quodã ingenij uitio, uel data etiam opera quæ ſciunt, diſſimulant, & aliis grauantur impertire. His illud nonnunquam euenire ſolet, ut pro indoctis negligantur. His adſcribendum quòd Græci τυφλὸν πλοῦτον appellant, id eſt, cæcas diuitias, reconditas opes & abſtruſas. Ad hunc modũ uocat Plutarc. cõpluribus locis. Atq; item Lucianus. Hoc dictũ Plutar. in uita Lycurgi teſtatur uulgò apud Lacedæmonios fuiſſe iactatũ, quòd illic Plutus ſeruaretur inhonoratus nõ aliter quàm imago picta inanimis & immobilis. Sic enim Lycurgus inſtituerat rempubl. ut diuitiæ nec uſui cuiquã eſſe poſſent, nec ornamento.

Ficulnus. LXXXV

Lignum ficulnum ut fragile, atq; ad omnia fermè inutile, prouerbijs aliquot locum fecit. Nam ἄνδρα σύκινον. id eſt, uirum ficulnum appellant mollem atq; inutilem, ut Theocritus in Ergatinis: Μὴ παρ' ἰών τις
Εἴποι σύκινος ἄνδρες. ἀπώλεσ' ὅτῳ ὁ μισθός. id eſt,
Ne quis præteriens dicat, ficulni homines ſunt,

Ayuntamiento de Madrid

Atque hæc deperijt merces.

Scholiastes admonet prouerbium ductum à ligno ficus, inutili, fragili & inualido, unde dictum & ficulnum præsidium, pro inutili. Apud Aristophanem in ficis quidam interrogat, τίνος ξύλου σύ; id est, Cuius ligni tu? Respondetur συκίνου. id est, ficulni. Quo loco monet interpres, ex ficulno ligno fumum existere acerrimum ac molestissimum. Apud eundem in Pluto Sycophanta minatur, si quem nactus esset suæ sortis uirum ficulnum, ulturum iniuriam,

Ἐὰν ἡ σύζυγον λάβω τινὰ, καὶ σύκινον. id est,
Si quempiam nanciscar ciusdē iugi Virū atq; ficulnum.

Rursum apud eundem in eadem fabula,

Καὶ σύκινον τ' ἰσχυρὸν τοῦτον θεὸν,
Ἐγὼ ποιήσω, τήμερον δεῦρο δίκην. id est,
Ficulnum ego hercle, ac prepotentem istum deum
Compulero pœnas hoc die dependere.

Ficulnum deum appellans imbecillum ac nullarum uirium. Huc alluſit Horatius, cum Priapum ita loquentem facit,

Olim truncus erā ficulnus, inutile lignū. Ac paulo post,
pepedi diffisa nate ficus.

Ficulnam mentē dixit Lucianus ἐν ᾧ πρὸς τὸν ἀπαίδευτον,

Χωλὴν μὲν ἔχων καὶ συκίνην γνώμην. id est,
Claudam habens ac ficulnam mentem.

Eodem respexit Alexander Pseudomantis, libros Epicuri lignis exurent ficulnis, nullius precij philosophum significans. Et συκίνη ἐπικουρία. id est, ficulnum auxilium, pro inualido atque inutili. Aristophanes in Lysistrata,

Ος ἦν ἄν ἡμῖν συκίν' ἐπικουρία. id est,
Ficulna nobis qui erat opitulatio.

Et συκίνη μάχαιρα. id est, Ficulna machæra, pro calumnia. Et συκίνη ναῦς. id est, Ficulna nauis, pro uili, uiuimiq; precij nauicula. Quin apud Naxios Bacchum, quem Βακχίαν dicunt, uiteum effingunt, alterum quem μελίχιον appellant, ficulnum. Nam ficus illi μάλιχα uocant. Existimant autem Bacchum non uini tantū, sed & ficuum autorem. Sic fermè Athenæus libro 3. Diuersa figura dixit Theocritus in Aita, χρύσειοι πάλαι ἄνδρες. id est, aurei quondam uiri. Itē præsidium sacrum, & anchora sacra, & robur adamantinum.

Lupi illum priores uiderunt. LXXXVI

Lupi illum priores uiderunt. In raucum dicitur, & cui uox repente sit adempta. Festiuius dicetur in eos qui metu alicuius obticescunt, alioqui feroces. Vergilius in Ecloga, cui titulus Mœris.

-Vox quoque Mœrim
Iam fugit ipsa, lupi Mœrim uidere priores.

Seruius admonet, physicos autores esse, ineſſe eam uim lupis, ut si quem hominem priores uiderint ei uocem adimant. Neque desunt philosophi, qui huiusce rei causam reddere conantur. Socrates apud Platonem libro De republica primo, rem ad allegoriam uertit, dicens Thrasymachum sibi uocem adempturum fuisse, ni forte fortuna prior illum conspexisset. Καὶ ἐγὼ, inquit, ἀκούσας ἐξεπλάγην καὶ προσβλέψας αὐτὸν ἐφοβήθην. καί μοι δοκῶ, εἰ μὴ πρότερον ἑωράκειν αὐτὸν, ἢ ἐκεῖνον ἐμὲ, ἄφωνον ἂν γενέσθαι. Theocritus in Idyllio Z

Οὐ φθέγξῃ, λύκον εἶδες. id est,
Aedere non poteris uocem, lupus est tibi uisus,

Illud interim obseruatione dignum, Theocritum uertisse sententiam, cum negat eum proloqui posse, non qui à lupo sit uisus, sed qui lupum uiderit. Sed alluſit duntaxat ad prouerbium Theocritus, cum significaret riualem conspectum, cuius nomen erat Lupus.

Quæcunque in somnio uidentur. LXXXVII

ὅσσα ἐν ὀνείρῳ βλέπεται. id est, Quæcunque per somnium uides. De uotis immodicis dicitur. Nam quicquid optaris, id somniare contingit quibuslibet: sicuti Micyllus ille Lucianicus diuitem se ac prepotentem somniat. Apud Theocritum piscator somniat aureum piscem. Et infimæ sortis homines, nonnunquam reginarum contugium somniant. Pastor quidam apud Theocritum in Ecloga nona,

-Ἐχω δέ τοι ὅσ' ἐν ὀνείρῳ
Φάσονται, πολλὰς μὲν ἴδις, πολλὰς δ' ἀμάλικας. id est,
Posßideo quæcunque solent sub nocte uideri
In somnis, uim magnam ouium, multasq; capellas.

Interpres admonet proferri hunc in modum ὅσσα ἐν ὀνείρῳ φέρεται. id est, Ferre quicquid in somnio uidetur. Citat & uersum Homericum,

Οὐδ' ἔμοιγε τόσσα δοκεῖς, ὅσσα φλυδῶνται ὄνειροι. id est,
Nec mihi si tantum dederis quàm multa sopitis
Somnia uana ferunt.

Est autē apud hunc poëtam Iliados primo, sed paulo aliter.

Οὐδ' ἔμοιγε τόσα δοκεῖς, ὅσσα φαμαθός τε κονίς τε. id est,
Nec mihi sit tantum dederis quantum extat harenæ ac
Pulueris.

Videtur huc alluſisse M. Tullius in Saluſtium. Vnde tu qui modo ne paternam quidem domum redimere potueris, repente tanquam somnio beatus, hortos preciosißimos, uillam Tiburti & Cæsaris reliquas possessiones parabis.

Bona Porsenæ. LXXXVIII

Bona Porsenæ dicebantur, quæ uelut ab hostibus erepta paruo uenibant. Eam appellationem Liuius ab urbe condita 2. scribit ad suam usque ætatem duraſſe: putatq; inde natum quòd in bello soleant bona Porsenæ uenire Romæ, eaq; cōsuetudo unà cum titulo perseuerarit & in pace, quòd alioqui is mos hostiliter bona uendendi non congruat tam pacatæ regis profectioni: quod si minus probatur, existimat eam consuetudinem à mitiori principio fuisse natam. Illud arbitratur uero proximum, quòd Porsena discedens ab Ianiculo ex fœderis lege, castra opulenta, cōuecto ex propinquis ac fertilibus Hetruriæ aruis cōmeatu, Romanis dono dedit, inopi tum urbe ab longinqua obsidione. Ea deinde ne populo immißo diriperentur, hostiliter uenisse, bonaq; Porsenæ appellata gratiam muneris magis significāte titulo, quàm auctionem fortunæ regiæ. Fortaſſe non incpte dicetur in res quæ dono cuiuspiam, aut fortunæ commoditate citra nostram operam, contingunt. Nam Liuius non indicat usum adagij.

Leonina societas. LXXXIX

Leonina societas est, cum omne commodum ad unum aliquem redit, reliquis ui fraudatis, qualis fermè solet esse cum regibus, aut præpotentibus plebeiæ sortis hominibus. Extat in Pandectis, in quibus ex Vlpiano refert Aristo, Cassium respondisse, societatem talem coiri nō posse, ut alter lucrū tantum, alter damnū sentiret, & hanc societatem leoninam solitum appellare. Cæterum Cassianam appellationē, haud dubium prouerbialē, ex Aesopi Græci apologo natā apparet, qui talis circumfertur. Leo, asinus & uulpes societatē inierant, ut quod uenatu cepissent, id in commune partirentur. Prædam ubi erāt nacti, leo iubet ut asinus partiatur. Ille, ut est stolidus, in treis æquas portiones distribuit. Qua gratia mox indignatus leo, quòd cæteris æquaretur, asinū adortus dilaniat. Restabat uulpes, eam de integro partiri iubet, illa totam fermè prædā leoni attribuit, sibi uix paucula quædā seruās. Leo comprobata distributione rogat, quis nam illam artē partiendi docuisset. Et uulpes, Calamitas, inquit, asini.

Ex tripode. XC

Τὰ ἐκ τρίποδος. id est, Ex tripode dicta. Dici solitum de ijs quæ uehemēter uera atq; indubitata uideri uolumus. Effertur uarie adagium, ὡς ἐκ τρίποδος, i. Tanquam ex tripode dicta: τάδ' ἐκ τρίποδος, id est, Hæc ex tripode dicta, id est, certißima perinde, quasi ex Apollinis oraculo profecta.

M. Tull

Ayuntamiento de Madrid

M. Tullius in epistola quadam ad Brutum. Hæc ex oraculo Apollinis Pythij edita tibi puta. Translatum à tripode, uel Delphica, uel Pythia. Nam hæc duo oracula quondam summam fidem apud mortales obtinuerunt. De Pythio testatur Strabo lib. Geographiæ nono, fuisse quondam celebratissimum, idq; liquere thesauris ingentibus inibi constructis, in quos sacræ conferrentur pecuniæ, tum operibus præstantissimorum artificum. Deinde ludis Pythijs illic celebratis, deniq; innumerabilibus oraculis, quæ in undata literis extarent. Tripodem ita describit, Autores, inquit, certi memorant, diuinum ipsum domicilium, profundum & curuã esse spelunçam, non admodum lato patentem ore. Atq; hinc aurã reddi, sacro efflante numine. Excelsum autẽ ostio impunere tripodem, quem simul atq; Pythia uates inscenderit, hausto diuinationis spiritu, responsa ædere, partim metro, partim oratione libera. Comicus, Non Apollinis magis uerum atq; hoc responsum est. Plato libr. De legibus 12. Ne si Pythius quidem affirmauerit. Quin illæ quoq; figuræ prouerbium resipiunt. Quicquid dixerit, oracului uideri uult. Quicquid dixerit legem esse uult. Stoicorum δόγματα. i. decreta. Et quod apud Plinium de medicis ait Cato. Et hoc puta uatem dixisse. i. existima uerum fore quod dixi. Ipse Plinius alibi. Vtinamq; falsum hoc, & non à uate dictum, quàm plurimi iudicent. Et Plutarchus in commẽtario. De dignoscendo adulatorem ab amico. Εὖτ' ἀκέσας ὅτι ἂν εἴπῃ χρησμὸν εἰλυφίναι φήσας, ὃ γνώμλω ἄπεισιν. i. Cum is audito quicquid dictum fuerit, ita discedit, ut existimet se oraculum accepisse, non sententiam. Cæterum ab his nonnihil diuersa sunt, quæ Athenæus secundo Dipnosophistarum lib. commemorat, nempe in Bacchi certaminibus præmium fuisse tripodem, atq; ob id qui uera dicerent uulgò de tripode loqui dictos. Tripodem autem fuisse lebetem tribus fultum pedibus. Huius duo erant genera, Alterum Apollinis, ob ueritatem oraculorum: alterum Bacchi, in quo uinum miscebatur, quod ebrij uera loquantur. Quemadmodum dictum est in prouerbio, In uino ueritas. Simili figura dixit Galenus libr. περὶ φυσικῶν δυνάμεων primo, uelut ex adyto. ἀπεφώνατο γὰρ ὁ λύκος ὅτος ὥσπερ ἐξ ἀδύτου τινὸς χρησμὸν ἀποφθεγξάμενος, περίττωμα δὲ τ νεφρῶν ῥέψεως εἶναι τὸ οὖρον. i. Pronunciabat enim lupus iste, perinde quasi ex adyto quopiam redderet oraculum, quod superfluum est ex nutrimento renum. id esse urinam.

Folium Sibyllæ. xcı

Folium Sibyllæ apud Latinos eandem uim obtinet. Iuuenalis,

Credite me uobis folium recitare Sibyllæ: id est,
Rem indubitatam. Aristophanes in Pace,
Οὔ μετέχω τούτων, ὃ γὰ ταῦτ' εἶπε σίβυλλα. id est,
Haud equidem agnosco. neq; enim canit ista Sibylla.

Ductum adagium à Cumana Sibylla, cuius oracula cum primis celebrantur. Huic autem mos erat, ut testatur M. Varro, in palmarum foliis oracula scriberet. Quod secutus Vergilius in tertio Aeneidos,

Insanam uatem aspicies, quæ rupe sub ima
Fata canit, foliisq; notas & nomina mandat.
Quæcunq; in foliis descripsit carmina uirgo,
Digerit in numerum, atq; antro seclusa relinquit.
Illa manent immota locis, neq; ab ordine cedunt.

Item in sexto,

Foliis ne tantum carmina manda,
Ne turbata uolent rapidis ludibria uentis.

Frater uiro adsit. xcıı

ἀδελφὸς ἀνδρὶ παρέστω. i. Frater uiro adsit. De fido auxilio dici solitum, propterea quod in rebus periculosis uix unquã frater solet fratri deesse. Apud Platonem 2. De repub. lib. Adimãtus Glauconis aduersus Socratem disputantis partes excipiens, Nondum, inquit, Socrates Satis hac de re dissertum. Cur ita? Nempe quia id nondum est dictum, quod maximè dictum oportuit. Tum Socrates, σὺκἂρ τὸ λεγόμενον, ἀδελφὸς ἀνδρὶ παρέστω. i. Igitur frater adesto uiro, ut habet prouerbium: quare tu, si quid hic prætermisit, adiuua. Idem ex Homero sumptum adagium testatur in Protagora, ubi Socrates Prodicum aduocans, ut Simonidem eiusdem ciuitatis hominem à Protagoræ calumnia tueatur: Videor equidem, inquit, aduocare te, quemadmodum ait Homer. Scamandrum ab Achille obsessum Simoëntem aduocasse,

Φίλε κασίγνητε, σθένος ἠδὲ καὶ ἀμφοτέροιϊν
Σχῶμεν.

Frater amice, hominis pariter compescere uires
Ambo huius studeamus.

Est autem is locus in Iliados φ. Rursum Iliados χ similiter Hector iam impar Achilli Deiphobum fratrem inuocat, uti ferat suppetias. Pallas enim illi apparuerat Deiphobi specie, ac deceptus Hector, frustra inclamat,

Δηΐφοβον δ' ἀκάλῃ λευκωλένῳ μακρὰ βόησας. id est,
Deiphobum fratrem intento clamore uocabat.

A quo cum destitueretur, diem fatalem adesse intellexit. Plutarchus in uita Cæsaris refert, Cascam Cæsare retinente gladium, fratris auxilium ad hunc modum imploraße, idq; uerbis Græcis, ἀδελφὲ βοήθει.

Ne temere abydum. xciıı

Μὴ εἰκῇ τιὼ ἄβυδον. i. Ne temere Abydum, subaudiendum, natiges. Ne quod graue periculũ suscipias sine causa idonea. Veluti si quis admoneat, ne se facilè conijciat aliquis in aulam principis, quòd ea res non omnibus feliciter cedat: aut ne compotationibus temulentis admisceat sese, quod ferè non contingat abire sine malo: aut ne poëtarum attingat literas, quòd animos cõplurium soleant corrũpere. Athenæus li. 12. narrat Alcibiadem posteaquam à tutoribus accepisset suas facultates, Abydum Hellesponti nauigasse, atq; illic luxu delicijsq; fuisse corruptum, ut non dißimule sit illi, Non cuiuis homini contingit adire Corinthum. Male audiebat Abydena gens, quod calumniatrix esset, ut intelligas ea gratia non esse tutum illic uersari. Meminit adagij Stephanus & Suidas. Stephanus sic effert adagium, εἰ μὴ δ' εἰκῇ ἄβυδον πατεῖν. i. Si ne temere quidem abydum calcare. i. ne quis confidenter illam ingrediatur: indicat usurpari de temerarijs, addens hoc itaq; solitum in eos qui Abydum insulæ Mileti incolebant. Commonstratum est olim mihi quoddam oppidulum in Picardia, quod negant ullum hospitem potuisse transire, non aliquo notatum commate.

Vna hirundo non facit uer. xciıı

Μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ. i. Vnica hirundo non efficit uer. hoc est, unus dies non sat est ad parandã uirtutem aut eruditionem. Aut nõ unum aliquod benefactum, benedictum'ue sufficit ad hoc, ut uiri boni, aut boni oratoris cognomen promerearis, plurimis enim uirtutibus ea res constat. Aut ut certum aliquid cognoscas, non satis est unica coniectura, Quod si permultæ conueniant, tum deniq; probabilis fuerit coniectura, Siquidem fieri potest, ut una quæpiam hirundo casu maturius apparerat. Sumptum ab hirundinis natura, quæ ueris est nuntia, nam hyeme deuolat. Vnde Horatius,

Zephyris & hirundine prima. De primo uere sentiens. Aristot. libr. Moralium 1. Τὸ γὰρ ἔαρ ὅτε μία χελιδὼν ποιεῖ ὅτε μία ἡμέρα. i. Ver enim nec una hirundo facit, nec unus dies. Et beatum eodem modo felicem'ue nec unus dies, nec breue efficit tempus. Aristophanes in Auibus,

Δεῖ δὲ ἔοικεν οὐκ ὀλίγων χελιδόνων. id est,
Multa uidetur opus habere hirundine.

Interpres indicat alluſum ad prouerbium quod modo retulimus, Μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ.

Ayuntamiento de Madrid

Huic affine uidetur illud Sophocleon in Antigona,

Πόλις γὰρ ἔσθ' ἥτις ἀνδρὸς ἐσθ' ἑνός. *id eſt,*

Namq; unius quæ ſit uiri, haud eſt ciuitas.

Etenim quemadmodum una hirundo non facit uer, ita nec unus homo facit ciuitatem, nec unus numinus diuitem.

Da mihi mutuum teſtimonium. XCV

Δάνεισόν μοι μαρτυρίαν. *i. Da mihi mutuum teſtimonium, hoc eſt, Da mihi tuum teſtimonium, recepturus itidem meum, ſi quando deſiderabis. In eos rectè iaciendum, qui ſe mutua talione laudant ac prædicant: aut qui mutuo ſtudio ſibi inuicem ſuffragantur, aut qui ad gratiam teſtificantur, neglecta religione. M. Tullius pro L. Flacco, repudians eleuanſq; Græcorum teſtium fidem, Veruntamen, inquit, hoc dico de toto genere Græcorum. Tribuo uel literas, do multarum artium diſciplinam: non adimo ſermonis leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam. Deinde ſi qua ſibi alia ſumunt, non repugno. Teſtimoniorum religionem, & fidem nunquam iſta natio coluit, totiusq; huiuſce rei quæ ſit uis, quæ autoritas, quod pondus, ignorant. Vnde illud eſt, Da mihi teſtimonium mutuum? Non Gallorum, non Hiſpanorum putatur. Totum iſtud Græcorum eſt, ut etiam qui Græcè neſciunt, hoc quibus uerbis à Græcis dici ſoleat, ſciant. Quibus ex uerbis M. Tullij ſatis liquet, adagium hoc ætate illa multo fuiſſe tritiſſimum.*

Mutuum muli ſcabunt. XCVI

Mutuum multi ſcabunt. Vbi improbi atq; illaudati ſe uiciſſim mirantur ac prædicant. Translatũ à mulis, qui, ſicuti reliqua iumenta, ſeſe inuicem dẽtibus ſcabere ſolent. Citatur hic titulus, Mutuũ muli ſcabunt, à Nonio Marcello inter reliquos Menippearum titulos M. Varronis, mirũ ni prouerbialis. Auſonius in altera præfatione monoſyllaborum. Sed ut quod per adagionem cœpimus, prouerbio finiamus, mutuo muli ſcabũt. Meminit huius et Varro lib. De lingua Latina 3. Quãquam is locus eſt fœdiſſimè depraua tus, nõ temporũ modo culpa, uerumetiam impreſſorum iſtorum uulgariũ, quibus hoc unice propoſitũ uidetur, ut omnes bonos libros radicitus extinguant. Sic autẽ legitur. Amica Philoptorus, æius qui ſenex puerum dicit pulſum, puellam pulſam. Sic fiet mutuam mulinam. Arbitror legendum mutuum muli, ut ſubaudiatur ſcabunt. Symmachus in epiſtola quadã. Mutuũ, inquit, ſcabere mulos, cui prouerbio ne uidear eſſe cõfinis, præconiũ uirtutum tuarũ, preſſo dente reſtringo. Non uidetur autem adagiũ rectè accipi poſſe, niſi malã in partẽ: ueluti ſi indoctum indoctus, deformem deformis, improbum improbus, uiciſſim laudaret. Cuiuſmodi fabulam memorat Horatius de duobus fratribus, qui ſe mutuum ſcabebant, ac mutuo officio alterum alter uiciſſim efferebant laudibus.

Frater, inquit, erat Romæ, conſulti rhetor, ut alter
Alterius ſermone meros audiret honores,
Gracchus ut hic illi foret, hic ut Mutius illi.

Idem poẽtas indoctos notans, qui tamen inuicem ſe recitantes audiebant, ac laudabant,

Diſcedo Alcæus puncto illius, ille meo quis?
Quis? niſi Callimachus?

Tradunt operas mutuas. XCVII

Huic confine eſt Terentianum illud ex Phormione. Tradunt operas mutuas. De adoleſcentibus, qui ſe uiciſſim in peccatis defenderent. Translatum uidetur ab agricolis uicinis, qui mutuam inter ſeſe operam commodare ſolent. Aut ab artificibus, qui mutua nonnunquam utuntur opera: maximè fabri ærarij.

Senes mutuum fricant. XCVIII

Huc pertinet & iocus ille in prouerbiũ uerſus, de ſenibus mutuo ſe fricantibus. Narrat autem fabulã Aelius Spartianus in Adriani imperatoris uita. Is Adrianus in balneo uetera-num quempiam, ſcruuli penuria, ſeſe marmoribus affricantem conſpicatus, eum & ſeruulis aliquot & ſumptibus donauit, Quod reliqui ueterani feliciter ceſſiſſe uidentes cœperunt & ipſi cõplures ſub oculis imperatoris ſeſe marmoribus affricare, ut hoc modo principis elicerẽt benignitatem. At ille euocatis ſenibus iuſſit ut alius alium uiciſſim defricarent, atq; ita pueris nihil opus fore. Is iocus poſtea in uulgi fabulam ceſſit. Celebratur & Scipionis Aemiliani apophthegma. Iumenta quòd manibus carent, alieno egere fricatu. Quo ſignificatum eſt, eos, qui res egregias gerere non poſſunt, egere præcone, quo famam ſibi comparent.

Fricantem refrica. XCIX

Τὸν ξύοντα ἀντιξύειν. *i. Scalpentem uiciſſim ſcalpe. Refertur in Diogeniani collectaneis. Par eſt, de merente bene, bene mereri, & officium officio penſare. Suidas ab aſinis metaphoram translatã exiſtimat inuicẽ morſicantibus, & in utranq; partem dici poſſe, qui ſe mutuis officijs adiuuant, aut qui ſe mutuis contumelijs afficiunt, In quam ſententiam celebratur & Mimus ille non illepidus, Senecæ titulo, ſed falſo,*

Ab altero expectes, alteri quod feceris.

Ariſtides in communi defenſione quatuor oratorum, Τὸν ξύοντα δ' ἀντιξύειν καὶ τοῖς ὄνοις ἡ παροιμία λέγει δίδωσι. περιυλία γὰρ τοῖς λέουσι μᾶλλον, ἢ τοῖς ὄνοις ἐπικαίρως φαίνεται ἂν ὁμιλεῖσθαι. *i. Scalpentem inuicem ſcalpere, etiam aſinis uidelicet tribuit prouerbium, Porrò Periclem cum leonibus magis, quàm cum aſinis eſſe conferendum dixerint Homerici. Huc pertinet illud,* χεὶρ χεῖρα νίζει. *id eſt, Manus manum lauat. Quod citat in Axiocho Plato.*

Διὰ παντὸς ἦν ἔθος ὅτιν αὐτῷ φρονεῖν τὸ ἐπιχάρμου. ἃ ἦ χεὶρ τὴν χεῖρα νίζει, δός τι καὶ λάβε τι. *id eſt,*

Semper illi mos erat in animo uoluere illud Epicharmi dictum.

Abluit manum manus, da aliquid, & aliquid accipe

Quanquã Aldina æditio pro φρονεῖν *habet* φωνεῖν. *i. in ore habere, & melius trochaïcus tetrameter Græcus cõſtabit, ſi pro* λάβε τι *legas,* λάμβανέ τι. *Quod idẽ alio loco citauimus, ſed aliter, mẽdoſum exẽplar ſecuti, cùm Græcus Plato nondum eſſet ad manũ, quem conſulere poſſemus. Cuius rei uiſum eſt cõmonefacere lectorem, ne quis hoc nomine mihi calumniã ſtruat, quòd temere Platonis ſcripturam inuerterim. Quantum autem ad ſententiam pertinet, nihil omnino refert,* νίζει *legas, an* νιζεῖ, *quandoquidem ut manus manui mutuum præſtat officium lauando, itidem & ſcalpendo.*

Ferrum ferro acuitur. C

Non erat conſilium in hũc ordinem admiſcere prouerbia theologorum, non quod ea contemnam, ſed partim quòd hoc honoris habendum iudicarim ſacris literis, partim quòd paſſim in manibus ſint. Vnum tamen illud, quoniam ſic adamuſſim ad iſta quadrat, non pigebit adſcribere. Id eſt in Prouerbijs Salomonis, cap. 27. Ferrum ferro exacuitur, & homo exacuit faciem amici ſui. Hebræi pronuntiant ad hunc modum, ſiquidem eſt aliquid, adagium in ſuapte audire lingua, בַּרְזֶל בְּבַרְזֶל יָחַד

CHILIADIS PRIMAE CENTVRIA VIII.

Aequalem uxorem quære. I



Ἴσην σαυτῇ ἔλα. *i. Aequalem tibi uxorẽ ducito. Adagiũ admonet, ne quis cupiditate aut ambitione allectus, ſe potẽtiorem ducat uxorem, Nam eiuſmodi fermè connubia inauſpicato cedere. Plutarchus in libello de liberis educandis parentes admonet, ut eiuſmodi liberis ſuis uxores deſpondeant, quæ nõ ſint multo uel diuiores, uel potentiores*

Ayuntamiento de Madrid

tentiores. Prudenter enim dici prouerbio, Tuæ ſortis uxorem ducito. Celebratur & hoc inter ſapientum apophthegmata, atque à nonnullis Pittaco aſſcribitur, Γάμει ὁκ τῶν ὁμοίων. i. Vxorem ducito ex æqualibus. Nam ſi duxeris ex potentioribus te prognatam, dominos tibi parabis, non affines. Diogenes Laërtius in uitis philoſophorum huiuſmodi quiddam commemorat, quod quidem affirmat & Callimacho non ineleganti epigrammate celebratum eſſe. Adoleſcens quidam Atarnetes, Pittacum conſuluit utra ſibi è duabus ducenda eſſet uxor. Nam duæ offerebantur: altera par opibus ac genere: altera utroq; ſuperior. At ille ſublato ſcipione quo nitebatur, admonuit, uti pergeret ad triuia ciuitatis quò pueri luſus cauſa conueniunt, eos conſuleret, & quod illi dediſſent conſilij, id ſequeretur. Pueri ex prouerbiali cantione reſponderunt, Aequalem uxorem eſſe ducendam. Itaq; adoleſcēs altera præterita, duxit æqualem. Idem Dioni ſuadet Callimachus. Hæc autem ſententia hoc impenſius placuit Pittaco, quòd ipſe nobiliorem ſe duxerat, Draconis ſororem, cuius imperium faſtidiaq; moleſtiſſimè legitur tuliſſe: ut hoc dictum non in tempore, ſed ſuo malo uideatur reperiſſe. Extat autem epigramma, tametſi illic ἰὼν, non διὼν legitur, mendosè opinor: id eſt huiuſmodi,

Ξεῖν' ἀταρνέιτης τις ἀνείρετο πιτθαλιδην ὅυτω,
Τὸν μιτυλωναῖον πᾶσθαι τὸν ὑῤῥαδίην.
Ἄττα γέρον, διὸς με καλεῖ γάμ', ἐ μία λῇ δὺο,
Νύμφη, καὶ πλόυτῳ καὶ γονεῦ κατ' ἐμέ,
Ἄλλ' ἑτέρη προβέβηκε. τί λώϊον; ἐ δ' ἄγε μοι σὺ
Βάλλυσον ποτέρῃ εἰς ὑμιλίκιον ἄγω.

Εἶπεν. ὁ δὲ σκιπίωνα γερουτικὸν ὅπλεν ἀείρας
Ἡνὶ δὲ κεῖνοι σοι πᾶν ἐρέωσιν ἔπι·
Οἱ δ' ἀῤ' ὑπὸ πλαγῇσι θοὰς βίμβικας ἔχοντες
Ἔρρεφορ σιρέιη πᾶδες ἐνὶ τειόδῳ.
Κάνων ἔρχό φησι μετ' ἴχνια χ' ὁ μὲν ἐπέρχε
Πλησίον, οἱ δ' ἔλεγον, τῷ κῇ σαυτὸν ἔλα.
Ταῦτ' ἀκὼν ὁ ξεῖν· ἐφράσατο μέζον· οἶκα
Δράξεσθ', πάσσων κλῶνι σωθέμεν·
Τῷ δ' ὀλίγῳ ὡς κεῖν· ἐς οἶκον ἐπάγετο νύμφην,
Οὕτω καὶ σὺ διὸς τῷ κῇ σαυτὸν ἔλα.

Quos uerſus, quoniam Ambroſius Camaldulenſis, Diogenis interpres, non omnino infeliciter Latinos fecit, haud grauabor adſcribere,

Hoſpes Atarnites rogitauit Pittacon olim,
Sic Mitylenæon, Hyrradioq; ſatum,
Magne ſenex, geminæ cupiunt mihi nubere, quarum
Et genere atq; opibus conuenit una mihi:
Altera præcellit, quid præſtat conſule, dicq;
Vtra ex his potius ſit capienda mihi?
Hic baculum tollens, ſic, tela ſenilia, dixit,
Conſilium pueri, quod petis, expedient,
Quis celer in gyrum iactatus uerbere turbo
Aſſiduo, latis uertitur in triuijs.
I, ſequere illorum monitus. ſic fatur, at ille
Scitatur, referunt, tu tibi ſume parem.
Quæ poſtquam audiuit, monitis puerilibus hærens,
A' magnis hoſpes abſtinuit thalamis.
Atq; parem paruas lætus traduxit in ædes,
Sic Dion æqualem, ſi ſapis, ipſe cape.

Eſt autē allegoria à turbine puerili, q flagellis circūagitur. Agebat enim quiſq; pro ſuis uiribus turbinē ſibi cōgruentē. Deianira apud Ouidium ad ſuū ſexum trāſtulit prouerbiū:

Quàm male inæquales ueniunt ad aratra iuuenci,
Tam iuueni magno coniuge nupta minor.
Non honor eſt, ſed onus ſpecies læſura ferentes,
Si qua uoles apte nubere, nube pari.

Plutarchus De liberis educandis, τὸ δὲ τὴν κῇ σαυτὸν ἐλεῖν σοφὸν. i. Sapientis eſt uxorem ſibi parem congruamq; ducere. Huc adſcribendum putaui carmen illud ex Theſmophoriazuſis Ariſtophanis titulo inſcripta,

Δέσποινα δὴ γέροντι νυμφίῳ γιωΐ. id eſt,
Regina ſiquidem mulier eſt ſponſo ſeni.

Idem admonet uerſus ille Euripideus in Rheſo,

Οὐκ ἄξ ἐμαυτῇ μείζονων γαμεῖν θέλω.
Nolim ex potentioribus me coniugem.

Neq; uerò ſolum id ſpectari conueniet, ut par ſit uxor generis claritate, aut modo rei familiaris, uerum ut ætas non admodum diſcrepet, ut forma, ut uitæ genus. Poteſt & longius trahi, nimirum ad negotium ſuſcipiendum, cui ſis conficiendo par & idoneus. Item ad uitæ genus aptum, & ad amicum tuis accommodum moribus.

Ne my quidem facere audet. II

Qui metu non auderent hiſcere, ij quondam negabantur my facere audere. Refertur adagium à Varrone, lib. De lingua Latina 3. Putat enim ille muſſare uerbum deductum à my literæ uocabulo, quaſi μῦζειν, propterea quòd muti nō amplius ſonare queant, quàm my. Eſt enim ea litera maximè omnium muta, præſertim in fine, mire os cōtrahens & occludens. Verba Varronis ſunt hæc: A' quo idem dicit, quod minimum eſt, neq; ut aiunt, mῦ facere audent. Videtur eſſe carmen Enniānum. Nam hunc paulo ſuperius citauerat. Dicit, quòd minimum eſt, neq; ut aiunt, my facere audent. Eſt autem Græcis μύζω, tum fugo, tum naribus uocem reddo. Ariſtophanes, ξυνθεσμοφοριαζούσαις,

Τί μύζεις; πάντα πεπολιται καλῶς.

Quum enim Mneſilochus dixiſſet, μὺ μῦ, id eſt, mu mu, Euripides reſpondet:

Quid muſſitas? peracta ſunt cuncta optimè.

Et apud Latinos Mutire ac Muſſare, eſt tacite ferre, & quaſi uocem abſorbere. Terentius:

Muſſitanda iniuria adoleſcentium. Vergilius,

—Muſſat rex ipſe Latinus.

Apud Ariſtophanem in Equitibus, duo priuatim apud ſe queſturi quædam de uitijs ciuitatis ſenarium hunc concinūt:

Μὺ μῦ μὺ μῦ μὺ μῦ μὺ μῦ μὺ μῦ μὺ μῦ.

Ex quo licet conijcere hanc eſſe uocem loqui formidantium.

Ne gry quidem. III

Μηδὲ γρῦ φθέγεται. i. Ne gry quidem loquitur, hyperbole item prouerbialis apud Græcos, pro eo quod eſt, ne tantulum quidem. Nam Gry, minimum quiddam ſignificat, aut ſordes unguium rem uidelicet uiliſſimā, aut uocem ſuillam, quam ædere ſolent ij, qui grauantur ſermone reſpondere, aut nomiſma minutiſſimum. Ariſtophanes in Pluto:

Κάι με πρεσβιάζεται,
Κάι φησ' ἀποκεινομένου τὸ παράπαν, δὲ γρῦ. id eſt,
Meq; ui ſubigit ſimul.
Atq; interim rogatus. hæc quid ſibi uelint,
Prorſum nihil reſpondet, ac ne gry quidem.

Hinc & uerbum deductum γρύζω. Idem in eadem fabula:

Γρύζει δὲ καὶ τολμᾷ τορ ὦ καθάρματε; id eſt,
Grunnire uerò audetis etiam perditi?

Philoſtratus in uita Apollonij, Οὐδαμῶ ἐφθέγξατο, δὲ' ὑπῆχθη γρύξαι. i. Haud quaquam locutus eſt, neque adduci potuit ut uel hiſceret. Huius uocis uſus admodum frequens eſt apud Ariſtophanem.

Pili non facio. IIII

Eſt latinis hæc familiaris hyperbole; Non facio pili. Ne pilo quidem melior, cum minimum quiddam momenti ſignificant: Catullus:

Non faciunt pili cohortem.

Cicero ad fratrē: Ego enim ne pilo quidem minus te amabo. Idē: Interea Cappadocia, ne pilū quidē. Tametſi in uulgatis exemp

Ayuntamiento de Madrid

exemplaribus pileum hoc loco ſcriptum eſt. Quod quidem adagium etiam his temporibus nulli non eſt in ore. Pili utilitas etiam Græcis in prouerbio fuit. Vnde ἄξιος τειχὸς. i. dignus pilo, in hominem nihili. Quo durior erit translatio, hoc uenuſtior: Nam pili non facio, præter hyperbolem nihil penè habet figuræ. At ne pilo quidem doctior: Ne pilo quidem iniucundior: Ne pilo quidem honoratior, atq; id genus orationes, quoniam paulo longius recedunt à ſimplici ſermone, pluſculum accipiunt gratiæ.

Nauci non facio. v

Nauci eſſe, & nauci facere, pro eo quod eſt, nihil eſſe & nihili facere, ſæpiculè apud Plautum reperietur. Quid autem nauci ſignificet, ſeruus quidam Plautinus, cum ea uoce eſſet uſus, tamen ſcire ſe negat. Paulus: Qui homo tinudus erit in rebus dubijs, nauci non erit. Grammatici quidam, inter quos Pompeius Feſtus, aiunt, nauci ſignificare nucis putamen, aut oleæ nucleum, aut eam membranulam, quæ iuſitur in medio nucis iuglandis interſita: deniq; rei cuiuſuis putamen, quod Græci τρέμμα, nauci uocatum exiſtimant. Quidam à uoce græca deducunt ναύκη, quod declarat pellem caprinam. Sunt & aliæ de nauci ſententiæ, quas qui uolet cognoſcere, legat Feſtum in dictione Naccæ. Nauci non habeo, dixit Ennius apud M. Tullium libr. De diuinatione 1. Non habet deniq; nauci Marſum augurem.

Flocci non facio; aut, Flocci facio. v i

Eadem ratione dictum eſt: Flocci facere: &, Ne flocci quidem facere: pro eo quod eſt, ne tantuli quidem facere. Eſt autem Floccus particula lanæ, quæ inutilis à uellere diuellitur atq; euolat, aut certè ſimile quiddam nullius momenti. Exempla paſſim apud autores obuia ſunt, ut non uideatur operæpretium hoc inculcare loco.

Huius non facio. v i i

Ad hanc formam pertinet illud Terentianum, ex Adelphis: Huius quicquam non faciam. Donatus admonet eſſe διχτικὸν, demonſtrantis aut floccum, aut ſtipulam, aut ſummum digitum, aut huiuſmodi quippiam. Athenæus libr. 12. prodidit, Sardanapali ſtatuam ipſius monumento impoſitam, hoc geſtu digitorum, ut ſignificaret res humanas omneis prorſus eſſe cõtemnendas, ac ne digituli quidem crepitu dignas.

Vitioſa nuce non emam. v i i i

Apud Plautum eſt in Milite: Vitam tuam uitioſa nuce non emam, pro eo quod eſt, ne minimo quidem. Et uulgò dicimus, caſſa nuce non emerim, & putamine nucis non emerim. Ariſtophanes in Pace:

Οὐκ ἂν πριάμην ὧδ' ἂν ἰσχάδος μιᾶς. id eſt,
Non emerim nec unica quidem nuce.

Conſimule his, quod legitur apud eundem Plautum, citante Feſto: Non ego iſtud uerbum empſitem titiullitio. Nam hoc uerbo Latinos nihili rem ſignificare ſolitos, quemadmodum & Græci dicunt, τιτολό. Rurſum Butubata, qua uoce uſus eſt Nenius, pro nugatorijs, autore Feſto.

Ne teruncium quidem inſumpſit. i x

Eſt aliquoties apud Ciceronem hyperbole teruncij, quod apparet eſſe genus minutiſſimi numiſmatis, ad Atticum: atq; etiam ſpero, toto anno imperij noſtri, teruncium ſumptus in prouincia nullum fore. Plautus in Captiui duo: Neque ridiculos iam teruncij faciunt: quemadmodum Græci dicunt ὑμιοβόλιον, pro re uiliſſima. Varro teruncium à tribus uncijs dictum putat.

Homo trioboli. x

Itidem Plautus in Pœnulo hominem trioboli dixit, pro nequiſſimo, plancq; nullius pretij. A' nũmo minutiſſimo. Cõſimili figura dixit Ariſtop. in Veſpis, pro uilibus uerſibus τειχοι-

νικῶν ἐπῶν. Gregorius in epiſtol. de uili contemptoq; dixit, μᾶλλον ἀνδραπόδου ὀλίγων ὀβολῶν ἄξιον. i. imo potius mãcipium paucis obolis dignum. Dicuntur & triobolares.

Homo treſsis. x i

Conſimili modo Perſius treſſem agaſonem appellat, contemptiſſimum homuntionem. Idem:

Et centum Græcos curto centuſſe licetur.

Id eſt, minimo. Treſſem autem dixit noue, quaſi tribus aſſibus æſtimandum. Aſſis autem erat ærei nummuli genus. Perſianum carmen ſic habet in quinta Satyra:

Heu ſteriles ueri, quibus una quiritem
Vertigo facit. hic Dama eſt, non treſſis agaſo.

Confinc Hieronymianum illud: Quis te dupondio ſupputabat? Iuſtinianus in præfatione Pandectarum, noluit adoleſcentes legum ſtudioſos, ueteri non minus ridiculo quàm friuolo cognomine, nũcupari dupondios, ſed Iuſtinianos nouo.

Dignus pilo. x i i

ἄξιοι τειχὸς. i. Pilo digni, dicuntur Græcis, nulla bona re digni, quòd pilo nihil contemptius. Ariſtoph. in Ranis:

Εἰ πώποτ' ἦλθον δεῦρο ἐθέλων τεθνηκέναι,
ἥκιστα τῶν σῶν ἄξιον τι καὶ τειχός. id eſt,
Si quando ueni huc, emori ſanè uolo, aut
Si quid tuorum ſuſtuli, dignum pilo.

Adagium commemoratur à Diogeniano.

Nec uno dignus. x i i i

ἄξιος οὐδὲ μόνου, καὶ ἄξιος ἑνός. i. Ne uno quidem dignus, & uno dignus, de uiliſſimo. Translata metaphora à iactu talorum, in quo μονὰς, id eſt, unionis numerus, infimus erat. Demum ubiq; in rationibus numerorum minimum quiddam eſt unio, ac ne numerus quidem, ut autumant philoſophi. Ex aduerſo, quem multi pretij ſignificant hunc πολλοῦ τινὸς ἄξιον. id eſt, multa re dignum, trita figura Græci dicunt, & τοῦ παντὸς ἄξιον, id eſt, quauis re dignum, & ediuerſo ὀλίγου ἄξιον, id eſt, paulo dignum, quem contemnunt. Gregarium autem eſt ac plebeium, unius duntaxat hominis uice ſupputari. Proinde Homerus Iliados Λ. cum medici dignitatem explicare uult, ait:

ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. id eſt,
Vnus homo medicus multis æquandus honore eſt.

Ad quod reſpexit Plato libr. De legib. 5. ὁ μὲν γὰρ ἑνὸς, ὁ δὲ πολλῶν ἀντάξιος ἑτέρων. i. Nam hic quidem pro uno, ille pro pluribus alijs æſtimandus eſt. Ad hanc formam pertinent & illæ rhetorum figuræ, cùm aiunt, unum aliquem ſibi pro theatro eſſe, & unius cuiuſpiam iudicium pluris ſe facere, quàm infinitæ multitudinis.

Dignus obeliſco. x i i i i

ἄξιος ὀβελίσκου. i. Dignus obeliſco, dignus quouis honore. Summus enim uiris eiuſmodi columnæ ac pyramides erigebantur, magnificis inſcriptæ titulis, aut ingentes coloſſi, ſic enim ſtupidi principes olim fingi gaudebant. Tametſi prouerbium ancipitem habet ſententiam, propterea quod Ariſtarchus obeliſcis iugulare ſit ſolitus, quæ parum probaret. Meminit huius præter alios Suidas.

Aureus in Olympia ſtato. x v

Quem ſummo præmio dignum Græci ſignificant, ei dicere ſolent: Aureus in Olympia ſtatuere. Lucianus in Pſeudologiſta, χρυσοῦς φασὶν ἐν ὀλυμπίᾳ ἑστάναι. id eſt, Aureus, ut aiunt, in Olympia ſtato. Quòd is honos id ætatis præcipuus haberetur, loco tam celebri, ſtatuam inter illuſtreis uiros habere. Huc alluſit Vergilius, cùm ait:

Si ſœtura gregem ſuppleuerit, aureus eſto.

Plato in Phædro. ὑπισχνοῦμαι χρυσοῦν εἰκόνα ἰσομέτρητον ἀνδριάντος ἀναθέσθαι. id eſt, Polliceor me ſtatuam auream tibi æqualem Delphis collocaturum. Ibidem paulo poſt.

Παρὰ

Ayuntamiento de Madrid

Παρὰ τ κυψελιδῶν ἀνάθημα σφυρήλατ& ἓν ὀλυμπίᾳ ϛάδηται. i. Inter ſtatuarum Cypſeliadarum monumenta in Olympia fabrefactus ſtato. Interpres fortaſſis χρυσήλατ&, legit, aut certè ſomniauit, ut qui uerterit aureũ. Porrò reges Corinthi dicuntur Cypſelidæ à Cypſelo qui pulſis Bacchidis è Corintho, ibidem imperio eſt potitus, ſummasq; coëgit diuitias, cuius rei argumentum, inquit Strabo, τὸ ὀλυμπιάσιν ἀνάθημα κυψέλη, σφυρήλατ& χρυσοῦς ἀνδριὰς σύμεγέθης. Alluſit huc & Philoſtratus in Apollonij uita, ϛεφανώσουσί σε ὀλυμπίᾳ. i. & coronabunt te in Olympia. Non diſſimili figura dixit Perſius, ſatyra ſecunda:

Præcipui ſunto, ſitq; illis aurea barba.

Quibuſdam enim ſignis aurea barba conſueuit addi.

Quauis re dignus. XVI

ἄξι& τ παντὸς. i. Quauis re dignus. Refertur ab omnibus Græcorũ adagiorũ collectoribus. Vtitur Pluto in Sophiſta. καὶ τοῖς μὲν δοκοῦσιν εἶναι τ μηδενὸς τίμιοι, τοῖς δ ἄξιοι τ παντὸς εἶ. Alijs uidentur nulla re digni, alijs rurſus quantuis. Similiter dixit Terent. Hominem quantiuis pretij. Quanquam huius adagionis modo eſt facta mentio.

Dignus Argiuo clypeo. XVII

ἄξι& ἢ ἐν ἀσπίδι ἀργείᾳ. i. Dignus es Argiuo clypeo. De generoſo ac maiorem in modum uenerando: inde ſumptum, quòd olim apud Argiuos ex more pueri incorrupti puriq; clypeos quoſdam geſtantes, pompas agebant. Isq; honos erat illi ætati, priſco quodam inſtituto decretus.

Dignum propter quod uadimonium deferatur. XVIII

Vbi rem maximi momenti uolemus ſignificare, quæq; uel quantouis diſpendio debeat expeti, dignã eſſe dicemus, cuius gratia uadimonium deferatur. Nam qui uadati ſunt, non niſi ſummo ſuo periculo abeſſe poſſunt. Plinius Secũdus in præfatione Natur hiſt. inſcriptiones, inquit, propter quas uadimonium deſeri poſſit, hoc eſt, quarũ gratia omnia ſint poſthabenda, uel maximè ſeria. Seneca De beneficijs lib. 4. Vadimonium promittimus, tamen deſeritur. Non in omnes datur actio. Deſerentem uis maior excuſat. Hæc Senecæ uerba declarant, uehementer urgens eſſe oportere, quod excuſet uadimonij promiſſi deſertorem. Horatius: Et caſu iam reſpondere uadato Debebat. Ridet improbum grumulum, qui maluerit periclitari de cauſa, quàm à nugis diſcedere. Conſimilis eſt forma, quaſi pro aris focisq; dimicare, quum de re chara ſeriq; certamen eſt. Nec diſſimili ſchemate dixit Celſus, lib. Pandect. 6. titul. De rei uindicatione, Laribus ſepulchrisq; auitis carere. Finge, inquit, pauperẽ, qui ſi reddere id cogatur, laribus ſepulchrisq; auitis carendum habeat: ſufficit tibi permitti tollere ex his rebus quæ poſſis, dum ita ne deterior ſit fundus, quàm ſi initio non foret ædificatum.

In utramuis dormire aurem. XIX

In utramuis dormire aurem, eſt, animo otioſo, ſecuro, uacuoq; eſſe. Terentius in Heauton. Ademptum tibi iam ſaxo omnem metum, in aurem utramuis otioſè ut dormias. Vtitur eo & Baſilius in epiſtola quadam, ſed malam in partem, ita ut ſupinam ſecuritatem intelligi uelit. Menander in Plotio apud Gellium,

ἐπ' ἀμφοτέραν ἵν' ἐπικλιν& ἥ μέλλει καθεύδειν.

In aurem utranq; quandoquidem dotata eſt cubet.

Sic enim uertit neſcio quis.

In dextram aurem. XX

Eadem ſenſu dixit Plinius in dextram aurem. Ita enim ſcribit Romano ſuo: Nihil eſt quod in dextram aurem, fiducia mei dormias, non impune ceſſatur, id eſt, nihil eſt quòd ſis ſecurus. Sic enim admonent medici, ut in primo ſomno, qui profundiſſimus eſſe conſueuit, in aurem dextram incumbamus. Cum expergefacti redormire cupimus, in ſiniſtram. Porrò qui leui ſomno uult uti, in neutram incumbit aurem, quo facilius expergefiat.

Porrectis dormire pedibus. XXI

Huic affine eſt illud, ἀποτείναντα τὼ πόδε καθεύδειν. id eſt, Porrectis pedibus dormire. Lucianus in mercede ſeruientibus, καὶ τοῦτο δὴ τὸ δὴ οὐχῆς ἀποτείναντα τὼ πόδε καθεύδειν. id eſt, Iamq; tandem quod optari ſolet, obtigit, ut porrectis pedibus dormias. Ad eandem figuram pertinet, quod in Ariſtophanis Pluto dixit Mercur. ἀναβάδην ἀναπτάνομαι. id eſt, Sublatis pedibus requieſco, & ſupinus per ocium. Et ſupinitatem, negligentiam, incogitantiamq; ſignificamus. Et conſerere manus in Hebræorum prouerbijs in ignauum. Paulum dormies, paululum dormitabis, paululum conſeres manus, ut dormias.

Naſo ſuſpendere. XXII

Naſo ſuſpendere, eſt uafre ac ſubdole irridere. Plinius libr. 11. cap. 32. docet à fuæ ætatis hominibus naſum ſubdolæ irriſioni fuiſſe dicatum. Nam apud ueteres autores nihil huiuſmodi legitur. Verba Plinij ſubſcribam: Et altior homini ſitus, quem noui mores ſubdolæ irriſioni dicauere, naſus. Horatius in Sermonibus:

—Naſo ſuſpendis adunco. Idem alibi,

—Balatro ſuſpendens omnia naſo.

Perſius de Horatio, qui uafre tecteq; rideat,

Callidus excerſo populum ſuſpendere naſo:

Idem alibi,

Diſce, ſed ira cadat naſo, rugoſaq; ſanna.

Vnde Naſuti uocantur, qui docte norint alios irridere. Martialis:

Non cuicunq; datum eſt habere naſum, Idem,

—Et pueri naſum Rhinocerotis habent. Idem rurſum,

Naſutus ſis uſq; licet, ſis deniq; naſus. Perſius,

—Rides ait, & nimis uncis Naribus indulges.

Græci ſimplici efferunt uerbo, μυκτηρίζειν, ἀντιμυκτηρίζειν. id eſt, irridere, uicißim irridere, ἀπὸ τ μυκτῆρ&. id eſt, naſo. Caßius ad Ciceronem, lib. Epiſtolarum familiarium 15. Quosq; ubi ridiculo aut ſcommatico dicterio læſeris, uelint ruſtice gladio ἀντιμυκτηρίσαι. id eſt, uicißim naſo ſuſpendere.

Dignus qui cum in tenebris miſces. XXIII

Qui certiſſima eſſet fide, cum dignum dicebant, qui cum in tenebris micaretur. Cicero lib. Officiorum 3. Hoc non ne eſt turpe, dubitare philoſophos, quæ ne ruſtici quidẽ dubitant, à quibus natũ eſt, id quod tritum eſt uetuſtate prouerbium. Cum enim fidem alicuius, bonitatemq; laudant, dignum eſſe dicunt, qui cum in tenebris mices. Idẽ De finibus lib. 2. Cur iuſtitia laudatur, an uerũ eſt tritum uetuſtate prouerbium, qui cum in tenebris mices? Eſt autem micare, luſus genus quoddam, quod adhuc apud Italos durat, ut repente porrectis digitis, certantiũ uterq; numerum diuinet. Huius Cicero mentionem facit, lib. De diuinatione 2. Quid eſt enim ſorte? Idem propemodum quod micare, quod talos iacere, quod teſſeras. M. Varro: Micandum erit cum Græco, utrum ego illius numerum, an ille meum ſequatur. Nemeſianus in carmine Bucolico: Digitos iactate micantes. Meminit diuus Auguſtinus lib. De trinitate 8. cap. 5. Nam id, inquit, ubi uolumus, facilè habemus, ut alia omittam, uel micando digitis tribus. Porrò qui cum micas in tenebris, ei liberũ eſt, ſi uelit fallere. Proinde dignus qui cum in tenebris mices dicitur, qui ſit uſque adeo certa fide, ut nec, ſi tuto poſſit, uelit quempiam mendacio fallere. Habent Græci ſimile quiddam: Dignus hic eſt, cui uel iniurato fidem habeas: ὁ δ' ἀνὴρ μ' ἀνώμοτ& πιϛεύσῃ ἄξι&. i. Hic uir dignus cui credas etiã iniurato. Cui diuerſum, Ne iurato quidem illi crediderim.

Ex

Ayuntamiento de Madrid

Ex Iouis tabulis teſtis. XXIIII

ἐκ τῶν διὸς δέλτων ὁ μάρτυς. id eſt, Ex Iouis tabulis teſtis. Apud Græcos dicebatur, pro certo & indubitabili teſte. Lucianus in libello De mercede ſeruientibus, Εἴ τις εἴπῃ μοιχὸν ἢ παιδεραστὴν, τότε ἐκ τῶν διὸς δέλτων ὁ μάρτυς. i. Si quis te adulterũ aut pæderaſtẽ dixerit, is protinus, iuxta id quod dici ſolet, ex Iouis tabulis teſtis. Alluſum eſt, ni fallor, ad diphtheram, in qua Iupiter omnia mortalium acta deſcribere fingitur à poëtis.

Atticus teſtis. XXV

ἀττικὸς μάρτυς. id eſt, Atticus teſtis, legitur in collectaneis Diogeniani, pro probatiſſimo atque incorruptiſſimo teſte. Quod ſi quis per Ironiam torqueat in teſtem unum, non inconcinne dixerit.

Attica fides. XXVI

ἀττικὴ πίστις. i. Attica fides, legitur apud eundem, de minimè uanis, minimèq; periuris, inde natum quod apud Atticos templum eſſet Fidei deæ conſtructum. Cuius meminit etiam Plautus in Aul. Velleius Paterculus meminit his quidem uerbis: Si quis hoc rebellandi tempus quo Athenæ à Sylla captæ ſunt, imputat Athenienſibus, nimirum ueri uetuſtatisq; ignarus eſt. Adeo enim certa Athenienſium in Romanos fides fuit, ut ſemper & in omni re, quicquid ſyncera fide gereretur, id Romani Attica fide fieri prædicarent. Quintil. lib. 12. cap. De genere dicendi, ſcribit in hunc modum: Quos ego exiſtimo, ſi quod in his finibus uberius inuenerint ſolum, fertiliorémue ſegetem, negaturos atticam eſſe, quod pluſquam acceperit ſeminis reddat, quia hanc eius terræ fidem Menander eludit. Ex his colligimus Atticam fidem dictam, quod nec detraherent pactis, nec adderent. Talis erat & ſoli fides non admodum feracis, quum agrorum fides laudetur ſi cum fœnore reddant quod creditum eſt.

Græca fide. XXVII

ἑλλωνικῇ πίστει. i. Græca fide, reperitur pro certa item fide. Fortaſſis idem cum proximo: niſi malumus per ironiam accipere. Auſonius ad Paulum:

Nobiſcum inuenies καπηλία, ſi libet uti
Non Pœna, ſed Græca fide. Idem de Philone uillico ſuo:
Mutuatur ad Græcam fidem.

Plautus Græcam fidem dixit ubi non uerbis, neque ſtipulationibus, ſed præſente pecunia res agitur. Sic enim apud eum loquitur Clareta lena in Aſinaria: Diem, aquam, ſolem, lunam, noctem, hæc argento non emo, Cætera quæ uolumus uti, Græca mercamur fide. i. numerata pecunia. Euripides in Iphigenia Taurica: πίστιν ἑλλὰς οὐδεμίαν ἔδιδεν. i. Græcia nequaquam nouit fidem. Hoc ſanè nomine ea natio peſſimè audijt olim.

Punica fides. XXVIII

Pœnorum perfidia in prouerbium abijt, quòd ea gens peculiariter periurij uanitatisq; notata ſit, quemadmodum abunde teſtatur T. Liuius. Cuius hæc uerba ſunt libr. 2. de bello Punico: Quæ Punica religione ſeruata eſt fides ab Hannibale. Idem belli Punici ſecundi lib. i. Has tantas uiri uirtutes ingentia uitia æquabant, inhumana crudelitas, perfidia pluſquam Punica, nihil ueri, nihil ſancti, nullius dei metus, nullum iuſiurandum, nulla religio. His coloribus depingit Annibalem. Subindicat idem Q. Curtius, in Tyrijs Pœnorum auxilio deſtitutis. Rurſum Maximinus apud Iulium Capitolinum: Afri, inquiens, fidem Punicam præſtiterunt: & quod modo citauimus ex Auſonio, Pœna fide Saluſtius in Iugurthino: Comperio Bochum magis Punica fide quàm ob ea quæ prædicabat, ſimul Romanos & Numidam ſpe pacis detinuiſſe. Plautus, Nemo me Pœnus punior, alludens ad morum perfidiam. Pœni fœdifragi ſemper habiti. Idem in Pœnulo, Et is omnes linguas ſcit, ſed diſſimulat ſciens, ſe ſcire. Pœnus planè eſt, quid uerbis opus?

Altera manu fert lapidem, altera panem oſtentat. XXIX

Qui coràm blandiũtur, clàm obtrectãtes, palàm amicos agũt, clanculum nocent: aut qui hic proſunt, illic lædunt, fàlſam beneficij ſpem oſtentant, ut nacti occaſionem funditus perdãt, ij dicuntur altera manu portare lapidem, altera panẽ oſtentare. Translatum ab ijs, qui canes oſtentato pane pelliciunt: deinde accedentibus ſaxũ illidunt. Euclio Plautinus in Aul.

Nunc petit cum pollicetur, aurum inhiat, ut deuoret.
Altera manu fert lapidem, panem oſtentat altera.

Diuus Hieronym. ad Rufinum: Hæc apud te amice potius expoſtulare uolui, quàm laceſſitus publice deſæuire, ut animaduertas me reconciliatas amicitias pure colere, & non iuxta Plautinam ſententiam, altera manu lapidem tenere, panem offerre altera. Eodem eleganter alluſit, ſcribens ad eundem Rufinum: An tibi ideo panem non damus, quia hæreticorum cerebro lapidem illidimus? Simile quiddam habet Gregorius Theologus in epiſtola ad Euſebium epiſcopum Cæſarienſem. ὥσπερ ἔστι ἑνὸς ἀνδρὸς τὴν μὲν τῶν χεῖρα κατάψυχον τὴν κεφαλὴν, τὴν δὲ πάσαι τὴν παρειάν. i. Perinde quaſi quis eiuſdem uiri altera manu ſcabat caput, altera malam feriat.

Ex eodem ore calidum & frigidum efflare. XXX

ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν ἐξάγειν. id eſt, Eodem ex ore calidum ac frigidum proferre. Bilingues & qui eundem modo laudant, modo uituperant, ex eodem ore calidum ac frigidum ſpirare dicuntur. Natum ex Apologo quopiam Aniani fabulatoris. Satyrus quidam cum uehementer algeret, hyberno gelu ſupra modum ſæuiente, à ruſtico quodam inductus eſt in hoſpitium. Admiratus autem cur homo inflaret in manus ori admotas, rogauit cur ita faceret, is reſpondit, ut frigidas manus halitus tepore calefaceret. Deinde ubi extructo foco, appoſita menſa, in pultem feruidam rurſum inflaret, magis etiam admiratus ſciſcitatus eſt, quid hoc ſibi uellet: ut pultem, inquit nimium feruentem halitu refrigerem. Tum Satyrus ſurgens à menſa: Quid ego audio, inquit, Tu eodem ex ore pariter & calidum & frigidum efflas? Valebis, neq; enim mihi ratio eſt, cum eiuſmodi homine commune habere hoſpitium. At huiuſce rei, quam Satyrus admirabatur, cauſam reddit Ariſtoteles in Problematis, ſectione 34. problemate 7. idq; ideo fieri putat, quòd qui uehementius efflat, is non mouet uniuerſum aërem, ſed ore contractiore paululum uenti expiret, ut calor ab ore profectus, præliquo aëre, quem ob impetum plurimum mouet, continuo euaneſcat, atque in frigus abeat. Id quod ſecus ſit in eo, qui faucibus apertis uniuerſum aërem exhalat. Eſt huic confine quiddam in epiſt. Iacobi apoſtoli, nam huius nomine legitur: ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος βρύει τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρόν. i. Ex eodem ore emanat dulce & amarum. Huc adſcribi poterit, quod refert 2. lib. Plinius, plus quàm prodigioſum, fontem eſſe quendam in Dodona, qui cum ſit frigidiſſimus, & faces ſi quis ardentes immergat, extinguat: ſi extinctæ admoueantur, accendit. Quæ omnia torquere licebit in rhetores, qui eadem norunt laudare & uituperare, eleuare atq; attollere. Item in iureconſultos, qui cauſam eandem nunc tuentur, nunc impugnant. Ad eum ſenſum detorſit Plutarchus, quod Circe eadem uirga mentem adimit, ac reddit: pecudes facit, & homines. Extat apud Græcos hic ſenarius prouerbialis:

Τὸν αὐτὸν αἰνεῖν καὶ ψέγειν ἀνδρὸς κακοῦ. id eſt,
Laudare eundem, carpereq;, uiri eſt mali.

Et Hebræus uates, nempe Eſaias, male ominatur ijs, qui dicunt bonum malũ, malum bonũ: dulce amarum, & amarum dulce

Ayuntamiento de Madrid

dulce. Athenæus lib. 4. docet esse fistulæ genus, à Græcis dicitur μάγαδις, siue καλαμομάγαδις, quod idem & grauem & acutam uocem reddit. Vnde uersum adducit ex Alexandride:

Μάγαδιν λαλήσω, μικρὸν ἅμα σοὶ καὶ μέγαν. id est,
Grande ac pusillum Magadin proloquar simul.

Id Græcis dicitur μαγαδίζειν, sonare simul duas uoces, grauem & acutam, διὰ πασῶν ut uocant Musici, Aristoteles sectionis 19. problemate iuxta Græcos codices 18. iuxta Theodori uersionem 17. utitur eo uerbo μαγαδίζειν, quærens quur hæc sola harmonia, quam dixi, sonetur magade. Rursum in problemate 39. iuxta Græcos codices, μαγαδίζουσι γὰρ τῇ διὰ πασῶν συμφωνίᾳ, id est, Magadissant in concentu diapason.

Oculatæ manus. XXXI

Oculatas manus dixit Plautus, quæ promissa uelint exhiberi re, non oratione promitti. Nam oculos habere, quibus uideant exhibita, aures non habere, quibus audiant pollicitationes. Ita læna quædam in Asinaria, adolescenti montes aureos pollicenti, cum illa nihil commoueretur promissis: Semper, inquit, oculatæ nostræ sunt manus, credunt quod uidet. In eadem erat sententia leno ille Terentianus Sannio: Nunquam, inquit, ego adeo astutus fui, quin quicquid possem, mallem auferre in præsentia potius. Huc allusit Chærea in Eunucho: Fac nunc promissa ut appareant.

Cæca dies, & oculata dies. XXXII

Plautus ita eme cæcam diem & oculatam, pro die qua non numeratur præsens pecunia & qua numeratur: Sic enim leno quidam loquitur in Pseudolo: Emie die cæca hercle oleum, id uendito oculata die, iam Hercule uel ducentæ fieri possunt præsentes minæ. Hoc est, eme non præsente pecunia, sed in diem pacta, reuende pecunia præsente. Vocant & Iurisconsulti cæcam diem; & cæca testimonia, quæ scripto perhibentur absentibus. Nam cæca sunt non tantum quæ non uident, sed quæ non uidentur & absunt.

Lentiscum mandere. XXXIII

Σχῖνον δηλαβώγειν. i. Lentiscum mandere, uel arrodere, Græco prouerbio dicuntur ij, qui nimis e comendi corporis studio superfluunt. Nam ex lentisco dentifricium fieri consueuit. Is est puluisculus quidam candidandis dentibus comparatus. Fiebant & dentiscalpia ex lentisco; hoc est, cuspides quædam purgandis dentibus accommodæ. Martial. in Apophor.

Lentiscum mallus, sed si tibi frondea cuspis
Defuerit, dentes penna leuare potest.

Quin & Dioscor. lib. 1. indicat, lentisci succum ex aqua decoctæ figere uacillantes dentes, siue conuulsos: tum & cuspides hinc factas si affricentur, utiles esse dentibus abstergendis. Huiusmodi igitur quibus dentiscalpium semper in ore est, lentiscum arrodere dicuntur, & σχινοβῶγες. i. Lentisci arrosores appellantur. Nam dentium cura, olim ut delicatis probro dabatur, & Apuleio inter reliqua crimina obiectum est, quòd dentifricium parasset. Recte transferetur ad ingium & ad reliquum totius corporis cultum.

Vnico digitulo scalpit caput. XXXIIII

Molles atq; effœminati, uno digito caput scalpere dicuntur, ne mirum sollicitè ne comam, studiosè compositam perturbent. Id primum dictum putat à Caluo poëta in Pompeium: hinc in omnes parum uiros translatum. Iuuenalis satyra nona:

Qui digito scalpit uno caput;

Molles & impudicos ex gestu notans. Porrò gestum eum antiquitus impudicitiæ habitum argumentum, testatur in epist. Seneca: Rerum, inquiens: omnium, si obseruentur, indicia sunt. Et argumentum morum ex minimis quoque licet capere. Impudicum, & incessus ostendit, & manus mota, & unum interdum responsum, & relatus ad caput digitus, & flexus oculorum. Improbum interdum risus, insanum uultus, habitusq; demonstrat.

Summo digito caput scalpere. XXXV

Τῷ ἄκρῳ δακτύλῳ τὴν κεφαλὴν κνᾶν. id est, Summo digito caput scalpere. Idem est cum proximo. Lucianus in Rhetorum præceptore, delicijs effœminatum hominem describit his uerbis, ἐν τούτοις ἦ πάνσοφόν τινα, καὶ πάγκαλον ἄνδρα, διασεσαλσυμένον τὸ βάδισμα, τετηκεκλασμένον τὴν αὐχένα, γυναικεῖον τὸ βλέμμα, μελιχρὸν τὸ φώνημα, μύρων ἀποπνέοντα, ᾧ δακτύλῳ ἄκρῳ τὴν κεφαλὴν κνώμενον. id est, Inter hæc autem uirum quendam egregie sapientem atque insigni forma, lubrico incessu, fracta ceruice, muliebri aspectu, uoce mollita, olentem unguenta, caput summo digito scalpentem.

Phryx plagis emendatur. XXXVI

Phryx plagis emendatur. In barbaros seruiliq; ingenio homines dicitur, qui non pudore, neque monitu, sed uerberibus redduntur meliores. Cum contrà generosus animus, ut ait Seneca, rectius ducatur quàm trahatur. Cicero pro L. Flacco in testes Asiaticos: Asia uestra constat ex Phrygia, Mysia, Caria, Lydia. Vtrum igitur nostrum, an uestrum est hoc prouerbium? Phrygem plagis fieri solere meliorem. Adagium ita refertur apud Suidam uersu trochaico,

Φρὺξ ἀνὴρ πληγὰς ἀμείνων καὶ διακονέστερος. id est,
Verberatus Phryx melior & obsequens erit magis.

Ostendit Athenæus, è Phrygia mitti solere mancipia laudatissima.

ἀνδράποδ' ἀφ' Φρυγίας, ἀπὸ δ' Ἀρκαδίας ἐπικούρους. i.
Mancipia ex Phrygia, sed ab Arcadia auxiliares.

Nihil sacri es. XXXVII

Οὐδὲν ἱερὸν εἶ τῆς ἀρχῆς. i. Nihil es sacri. Sermo contemnentis, prouerbialiter. Siquidem Græci quicquid præclarum ac uehementer conducibile uideri uellent id sacrum appellabant, ut ἱερὸν βουλή. i. Sacra res consilium, & ἱερὰν πόλιν. i. Sacram ciuitatem dixit Aristides, tanquam omnium tutatricem, & quod alio ciuiuimus loco ἱερὰν ἄγκυραν. i. Sacram ancoram. Plutarch. in uita Pelopidæ, Sacri præsidij mentionem facit. Theocritus in Hodœporis:

ἀλλ' ὦν ἄκα λῆς ἐξαφορᾶν, ἔστι μὴ δὲν ἱερόν. id est,
Hœdum igitur, si uis, age iam deponito, quanquam
Nil sacri est.

Verba sunt contemnentis pignus. Qui prouerbij tradunt originem, aiunt Herculem conspecta Adonidis imagine contempsisse his uerbis. δὲν ἱερὸν εἶ, id est, Nihil es sacri. Seu quod existimaret, iis duntaxat habendum esse diuinitatis honorem, qui de genere mortalium essent bene meriti: siue quòd fures, qui in eius templum aufugissent, non essent in tuto, propter loci religionem, quemadmodum in aliorum deorum sacellis. Nunc accommodatur ad quamuis rem despicatui habitam. Ab hac interpretatione non discrepant quæ refert Theocriti scholiastes, huius commenti autorem citans Cleandrum.

Nihil sanum. XXXVIII

Summam morum corruptionem, & nullum honesti respectum his uerbis Græci significant, δὲν ὑγιές. i. Nihil sanum. Exempla passim in comœdijs tragœdijsq; Græcorum sunt obuia. Aristophanes in Pluto:

Πανσόμενον & εἰ χρὴ μεταβάλλοντα τὸν τρόπον,
Εἶναι πανοῦργον, ἄδικον, ὑγιὲς μηδέν,
ὡς ᾧ βίῳ τἄν' αὐτὸ νομίσας ξυμφέρειν. id est,
Scitatum an expediret, ut in contrarium
Verso instituto pristinisq; moribus,
Iniquus esset, subdolus, sani nihil.

Rictus

Ratum iſta uitæ commodis conducere.

Andromache in ſui nominis tragœdia apud Euripidem ita deſcribit Spartanorum mores,

ὦ πᾶσιν ἀνθρώποισιν ἐχθίστοι βροτῶν,
Σπάρτης ἔνοικοι, δόλια βουλευτήρια,
Ψευδῶν ἄνακτες, μηχανορράφοι κακῶν,
ἰλιτὰ, κοὐδὲν ὑγιές. id eſt,
Heus omnium mortalium inuiſiſſimi,
Spartam incolentes, fraudulenti conſilii,
Mendaciorum principes, & opifices
Tecti malorum, tortiles, ſani nihil.

Ariſtophanes, ᾧ θεσμοφοριάζουσαι, ſi modo non fallit titulus, de fœminis,

Τὰς οἰνοπότιδας, τὰς προδότιδας, τὰς λάλους,
Τὰς οὐδὲν ὑγιὲς, τὰς μεθ' ἁνδράσιν κακάν. id eſt,
Vini bibaces, proditrices, garrulas,
Nihilq; ſanum, maximum uiris malum.

Vbi plane prouerbialiter dixit ὐδὲν ὑγιές, pro perditiſſimis. M. Tullius ad Atticũ lib. 15. Quid quæris? ὐδὲν ὑγιές. Id uelut interpretans in epiſtola quæ præceſſit ab hac tertia. Quid quæris? nihil ſyncere.

Dionis gry. XXXIX

Τὸ Διόνος γρῦ. id eſt, Dionis gry. Recte dicetur, aut ubi quempiam magno animo contemnimus, ac ne reſponſo quidem dignum habemus: aut cũ rem nihili ſignificamus. Nam de gry alio diximus loco. Adagium ortum ex cuentu Dion Alexandrinus natione, præcipuum in philoſophia laudem eſt conſecutus. Huic erat frater luctator, nomine Topſius. Itaq; cum quidam ex eius concertatoribus Dionem probris inceſſeret, fanda atque infanda in eum euomens, multa interim turba ad conuicium, ut fit affluente, ipſe ne uerbo quidem reſpondit maledictis: uidelicet philoſophiæ dogmatum memor. Cæterum ubi iam intra ædium ſuarum ueſtibulum eſſet, nam conuiciator eo uſq; fuerat proſecutus, nihil iracundiæ præ ſe ferens hoc tantum reſpondit, ὐδὲ γρῦ. i. Ne gry quidem. Iuuenis autem animi impotens, laqueo ſe præfocauit. Ea res in uulgi fabulam abiit.

Cæcus cæco dux. XL

Τυφλὸς τυφλῷ ὁδηγός. id eſt, Cæcus cæco dux. Adagium euangelicis quoque literis celebratum, quo lubentius etiam reſtio. Vti licebit quoties indoctus indoctum docere, inconſultus imprudenti conſilium dare conabitur. Alluſit ad prouerbium M. Tullius libro De finibus ultimo: C. autem Druſi domum compleri conſultoribus ſolitam accepimus, cum quorum res eſſet, ipſi non uidebant, cæcum adhibebant ducem. Hæc Cicero. Druſus enim iureconſultiſſimus, alijs proſpiciebat animo, quum corporis oculis nihil cerneret. Cui ſimile eſt Horatianum illud: Cæcus iter oſtendit. Horatius ad Sceuam:

Cæcus uti ſi monſtret iter, tamen aſpice.

Quod quidem Porphyrion perinde dictum autumat, quaſi dicas: Sus Mineruam. Præpoſtere enim res geritur, cum cæcus uidentibus iter commonſtrare conatur. Apud Ariſtophanem in Pluto, Carion ſeruus ſtomachatur in herum, quod ipſe uidens, Plutum oculis captum ſequeretur,

ὅς τις ἀκολουθεῖ κατόπιν ἀνθρώπῳ τυφλοῦ,
Τοὐναντίον λέγων, ἢ προσῆκ' αὐτῷ ποιεῖν.
Οἱ γὰρ βλέποντες τοῖς τυφλοῖς ἡγούμεθα,
Οὕτω δ' ἀκολουθεῖ, κἀμὲ προσβιάζεται. id eſt,
Luminibus ut qui captum & orbum hominculum
Sequatur à tergo, hoc agens præpoſtere.
Nam qui uidemus, ducimus cæcos, at hic
Sequitur, ſimulq; cogit eadem facere me.

Cæca ſpeculatio. XLI

ἀλαοσκοπιὴ. i. Cæca ſpeculatio, compoſita Græcis eſt dictio, ἀπὸ τοῦ λάειν, quod eſt uidere, inde ἀλαὸς cæcus, & σκοπεῖν, id eſt, Inſpicere. Ita Suidas ex Homero citans. Etymologus addit alias coniecturas ex Methodio citans idem dictum. Suidas prouerbialem dictionem admonet, quoties aut conniuent, quibus datum eſt negotium, aut ipſi nihil uident, quibus obſeruandi partes ſunt delegatæ. Translatum ab iis qui è ſpeculis ſublimibus diligenter circumſpectant undiq;, & quod uiderint, alijs renuntiant. Homerus aliquoties hoc habet, Οὐδ' ἀλαοσκοπιὴν εἶχε, quod Etymologus citat ex Methodio. Pro eo quod eſt, haud quaquam cæcutienter ſpeculatus eſt. Vti conueniet, quoties ſignificabimus aliquem rem ſagaciter odoratum, ac deprehendiſſe. Tanquam ſi dicas, epiſcopos ad cætera ſupinos ac cæcutientes, ſi quid extiterit unde ſperetur quæſtus nonnihil, ibi ὀξὺ ἀλαοσκοπιὴν ἔχειν. At contrà, ſi quis erat falſus, aut hallucinatus τάυτην μὴν ἀλαοσκοπιὴν εἶχες.

Sine cortice nabis. XLII

Sine cortice nare dicuntur, qui iam per ætatem non egent cuſtode morum, aut qui eò doctrinæ proceſſerunt, ut iam præceptorum opera non habeant opus. Horatius:

_Simul ac duraucrit ætas,
Membra animumq; tuum, nabis ſine cortice. id eſt,

Citra cuſtodem ac pædagogum ipſe te reges ac moderaberis. Acron prouerbij admonet: putatq; metaphoram mutuo ſumptam à iuuenibus, qui cum primum natare diſcunt, corticibus aut ſuberibus uentri ſubligatis natant: deinde exercitatiores citra huiuſmodi adminicula natare incipiunt. Plautus in Aululatia: Quaſi pueris qui nare diſcunt ſcyrpea induitur ratis. Qui laborent minus, facilius ut nent, & moueant manus. Eſt autem Græcis φελλὸς ſiue φελλεύς, nam uariè ſcribunt, quod Latini uertunt ſuber, ſic enim uertit Theodorus. Cortex eſt arboris ſemper fluitans, & ob id aptus nauibus præſertim ancoralibus: indicat enim ancoræ locum, ut à nautis caueatur: & piſcantium tragulis, ſuſtinet enim ſummos retium funes: utilis & cadorum obturamentis, poſtremo & fœminarum calceatui menſibus hybernis, unde ioco prouerbiali apud Græcos cortices arborum dicuntur: nunc non pudet uiros æſtiuis menſibus tali uti calceatu. Meminit Plinius lib. 16. cap. 8. Lucianus in Veris narrationibus narrat φελλόποδας, unde Græci φελλεύειν dicunt ſupernatare. Et φελλεῖς loca quæ paululo terræ tegunt ſaxa.

Vt poſſumus, quando ut uolumus non licet. XLIII

Ζῆμεν γὰρ οὐκ ὡς θέλομεν, ἀλλ' ὡς δυνάμεθα. id eſt,
Non uti libet, ſed uti licet ſic uiuimus.

Senarius prouerbialis, quo monemur tempori ac neceſſitati ſeruiendum eſſe. Terentiana Miſis in Andria rogata, quam Athenis uitam agerent, uerecunde ſeni meretricium quæſtum confitens, ut quinus aiunt, quando ut uolumus nõ licet. Cæcilius in Plotio apud Donatum: Viuas ut poſſis, quando non quis ut uelis. Item Plato in Hippia maiore: Τοιαῦτα ὦ ἱππία τὰ ἡμέτερα ἐστὶν οὐχ οἷα βέλτιστά τις φαίη ἂν ἄνθρωποι ἐπάξιοι παρομοιάζεσθαι, ἀλλ' οἷα δυνάσθαι. i. Eiuſmodi ſunt Hippia res noſtræ, non quales quis optaret, ſicuti prouerbio dicitur uſquequaq;, ſed quales eſſe poſſunt. Alluſit eodem & in Cratylo. ὅπως ἂν δυνώμεθα πρέπουντες. i. Præfati, utcunq; potuerimus. Sic enim modeſtiæ gratia præfantur, qui negotium aliquod ſuſcipiunt. Huc pertinent & illæ Græcorum ſententiæ:

Βουλόμεθα πλάττειν πάντες, ἀλλ' οὐ δυνάμεθα. id eſt,
Omnes cupimus, at non licet diteſcere. Et,
Πάντες καλῶς ζῆν θέλομεν, ἀλλ' οὐ δυνάμεθα. id eſt.
Bene uiuere omnes uolumus, at non poſſumus.

Nemini ſua fortuna ſatis facit, & aliud uotis deſtinat, quod tamen

Ayuntamiento de Madrid

tamen haud ſcio an quiſquam unquã ſit aſſecutus. Vſus erit, ubi ſignificabimus noſtra nobis parum placere, uerum facultatem deeſſe, non animum: uidelicet fortunam eſſe parum commodam, aut uitam non ſatis integram, aut epiſtolam non ſatis eruditam.

Athenienſium inconſulta temeritas. XLIIII

Ἡ τῶν Ἀθηναίων δυσβουλία. i. Athenienſium inconſulta temeritas. Quadrat in eos, quibus male cõſulta uertunt bene. Nam id olim uulgò tributum eſt Athenienſibus, quòd ipſi quidem ſocorditer conſultarent, parumq; proſpicerent, uerum Minerua ciuitatis præſes, illorum male inſtituta, bene uertere conſueuit. Simile eſt huic, quod hodieq; uulgò dicunt: Eſt fortunatior quàm prudentior, de quopiam nõ ſuapte induſtria, ſed fortunæ commoditate ſucceſſu rerum utente. Eupolis apud Suidam & Athenæum lib. 10. in Athenienſium mores:

Οὓς δ' ὀκ ἄν εἴλεθ' ὁδὶ ἄν εἰνόπλας πρὸ ἕ,
Νωὶ στρατηγὸς λέυσομεν. ὦ πόλις πόλις
Ὡς εὐτυχὴς εἶ μᾶλλον ἢ καλῶς φρονεῖς. id eſt,
Quos antehac nec præfici conuiuio
Quiſquam tuliſſet, nunc uidemus ſcilicet
Belli duces. ô ciuitas, ô ciuitas
Fortuna ut es feliciore quàm ſapis.

Porrò Athenienſium incogitantiam notat & Ariſtophanes hoc uerſu in Nubibus:

Φασὶ γὰρ δυσβουλίαν τῇδε τῇ πόλει προσεῖναι. id eſt,
Læua conſilia ferunt huic adeſſe ciuitati.

Quo loco interpres adſcribit fabulam huiuſmodi, Cum Neptunus à Minerua uictus, non poſſet Attica regione potiri, iratus immiſit illis δυσβουλίαν, id eſt, læua ſtultaq; conſilia: hoc deinde uitium Athenienſibus ἐπιχώριον, hoc eſt, uernaculum fuiſſe. Idq; Mineruam non mutaſſe, cæterum quod illi male ſtatuiſſent, illa in bonos exitus uertebat. Alluſit huc idem Ariſtophanes in Veſpis:

Γλαῦξ γὰρ ὑμῶν πρὸ μάχεσθ' τὸν στρατὸν διέπτατο. i.
Vlula noſtras ante pugnam peruolarat copias.

Eodem mihi leuiter alluſiſſe uidetur Demoſthenes cum ait in Olynthiaca 1. in ipſa ſtatim fronte: Ἀλλὰ μὴ δι' ὑμετέρας τύχης ὑπολαμβάνω, πολλὰ τῶν δεόντων ὀκ ἐν παραχρῆμα γίνεσθαι ἂν ἐπελθεῖν ἀπᾶν. id eſt, Sed & ueſtræ fortunæ arbitror, nonnullis ex tempore uenire in mentem, ut dicant ea quæ ad rem pertinent. Verum hoc uitij manifeſtius exprobrat illis in alia quadam oratione dicens, alios homines ſolere conſultare prius ac deinde rem aggredi: contrà Athenienſes poſt rem factam tum conſultare. Theognis:

Πολλοί τοι χρῶνται δειλαῖς φρεσί, δόξαμεν δ' ἐσθλῶ,
Οἷς τὸ κακὸν δοκέειν γίγνεσθαι ἐς ἀγαθόν. id eſt,
Multis læua quidem mens eſt, ſed numina dextra,
Quis bene uertit & id quod temere inſtituunt.

Ariſtophanes in Concionatricibus.

Λόγος τέτοι τὶς ἔστι τῶν γυναικέων,
ὅσ' ἂν ἀνόσια καὶ μωρὰ βουλευόμεθα
ἅπαντ' ἐπὶ τὸ βέλτιον ἡμῖν ξυμφέρειν. id eſt,
Eſt ſermo quidam ductus à maioribus
Fatua licet ſtatuamus ac uaecordia
In melius attamen omnia nobis cedere.

Medium carmen Græcũ carebit uitio, ſi tollatur coniunctio καὶ, quanquam editio Aldina habebat. Et apud Liuium ſubinde nominatur fortuna Romana. Nec abhorret hinc quod alibi retulimus, εὕδοντι κύων ἐλάφους i. Dormienti rete tollit.

Vbi non ſis qui fueris, non eſt cur uelis uiuere. XLV

Cicero in epiſt. quadam lib. 7. Pam. ſententiam huiuſmodi ueteris prouerbij citat. Vetus eſt, inquiens, Vbi non ſis qui fueris, non eſſe cur uelis uiuere. Sumptum eſt à communi mortalium affectu, qui nihil minus tolerandum putant, quàm ut inter eos neglecti, aut etiam notati uiuant, apud quos aliquando cum ſplendore atq; autoritate ſint uerſati. Adeo ut exilium ubiuis præoptent potius, aut etiam è uita decedere, quàm mutatæ fortunæ pudorem perpeti. Id quod notauit Euripides in Hecuba, quam ita facit loquentem, ut dicat, ſibi pudorem in cauſa eſſe, quò minus obtueatur Polymneſtorẽ. Pudere enim in tam calamitoſo rerum ſtatu conſpici ab eo, cui aliquando uiſa ſit florens. Idem in Alceſtide:

Τί μοι ζῆν δῦτα κύδιον φίλοι
Κακῶς κλύουσι, καὶ κακῶς πεπραγότι. id eſt,
Poſthac amici, cur mihi ſit uiuere
Cordi, male audienti, & affecto male.

Ad eandem facit ſententiã, quod apud Sophoclem ait Aiax:

Αἰσχρὸν γὰρ ἀνδρὶ τ̃ μακροῦ χρόνου βίου
Κακοῖσιν ὅς τις μηδὲν ὀξαλλάσσεται. id eſt,
Eſt turpe, uitam prorogare longius
Quiſquis malis nil explicat ſeſe ſuis.

Idem paulo poſt in eadem tragœdia.

ἀλλ' ἢ καλῶς ζῆν, ἢ καλῶς τεθνηκέναι
Τὸν εὐγενῆ χρή. id eſt,
Verum aut decore uiuere ingenuum uirum
Decet, aut decore oppetere mortem.

Fertur hic quoque ſenarius,

Ζῆν αἰσχρὸν οἷς ζῆν ἐφθόνησεν ἡ τύχη. id eſt,
Fortuna quibus inuidit aſpera uiuere,
Hos indecorum ac turpe uelle uiuere.

Sed propius ad Ciceronis ſententiam accedit locus ille apud Euripidem in Hecuba, ubi Polyxena ratiocinatur, ſibi non eſſe cauſam cur optaret uiuere, quòd omnibus ornamentis priſtinæ fortunæ iam eſſet ſpoliata.

Τί γάρ με δεῖ ζῆν; ἢ πατὴρ μὲν ἦν ἄναξ
Φρυγῶν ἁπάντων, τοῦτο μοι πρῶτον βίου.
ἔπειτ' ἐδεξάμην ἐλπίδων καλῶν ὑπὸ
Βασιλεῦσι νύμφη. id eſt,
Quæ nanque uitæ cauſa iam ſupereſt mihi?
Vt cui pater rex omnium fuerit Phrygum.
Etenim rudis mi lucis hoc initium.
Dein ſpes in amplas educabar, regibus Deſponſa.

Et reliqua quæ ſequuntur. Sunt enim longiora quàm ut hic putem eſſe percenſenda.

Premere pollicem, conuertere pollicem. XLVI

Antiquitus in pollice fauoris erat ſtudijq; ſignificatio. Qui faueret, pollicem premebat, qui minus faueret, pollicem conuertebat. Qui geſtus in prouerbium abierunt, ut iam premere pollicem dicatur, qui quoquo pacto fauet: conuertere qui male uult. Plin. lib. 27. cap. 2. Pollices cum faueamus, premere etiam prouerbio iubemur. Iuuenalis,

-Conuerſo pollice uulgi,
Quemlibet occidunt populariter.

Horatius utroque pollice dixit, pro ſummo fauore.

Conſentire ſuis ſtudijs qui crediderit te,
Fautor utroque tuum laudabit pollice ludum.

Porphyrion enarrat hunc ad modum: Vtroque pollice, id eſt, utraque manu, σωεκδοχικῶς. Synecdoche à parte totũ. An qui uehementius laudat, manus iungens, iungit pollicem cum proximo. Acron hoc pacto: utroq; pollice σωεκδοχικῶς, manu utraque, ſublataq; pariter ac ſæpius mota. Hic enim geſtus ualde laudantium eſt. Sanè utrunque, ſicut ex ijs conijci licet prouerbij origo fugit.

Faciem perfricare: frontis perfrictæ. XLVII

Frons habita eſt antiquitus pudori ſacra. Et facies item, id quod & prouerbio teſtatum eſt, quo dicunt pudorẽ eſſe in oculis.

Ayuntamiento de Madrid

Inde frontem aut faciem prouerbio perfricuisse dicuntur, qui pudorem omnem dedidicerunt, uelut abstersa manu à uultu pudore. Translatum apparet à gestu quorundam, qui dicturi facturi'ue quippiam apud ignotos, manu faciem perfricant, id quod rusticani cuiusdam pudoris indicium est, quem coneris peruincere. Hunc gestum Quintilianus notat inter uitia pronuntiationis lib. 11. Vitiosa enim, inquiens, sunt illa, intueri lacunaria, perfricare faciem, & quasi improbam facere. Plutarchus scribit hunc gestum peculiarem fuisse M. Tullio, ut dicturus, læua faciem demulceret, alioqui non inficias it ipse Cicero, initio dicendi trepidantiorem fuisse sese. Fabius lib. 9. citat hæc ex Caluo: Perfrica frontem, & dic te digniorem qui prætor fieres, quàm Catonem. Significat id esse dictu uchementer improbum, Plinius in præfatione naturæ historiarum: Perfricui faciem, nec tamen profeci, quando alia uia ingens occurris. M. Tullius Tuscul. quæst. lib. 3. in eandem sensum dixit, perfricare os: Qui tergiuersantur Epicure? nec fatentur eam nos dicere uoluptatem, quam tu idem, cum os perfricuisti, soles dicere? Seneca lib. 5. epistola 40. Perfrices frontem oportet, & ipse te non audias. Huc pertinent etiam illa, quòd effrontes appellamus inuerecundos. Et qui fronte audebis hæc facere? Quod enim Horatius dixit,

—Clament periisse pudorem Cuncti penè patres.

Id Persius imitatus:

—Exclamet, inquit, Melicerta periisse Frontem de rebus.

Item illa: Quo ore obiurgabis filium? Et os impudens, os durum, os ferreum, cùm impudentium indicamus. Ouidius:

Non tibi plus cordis, sed minus oris adest.

Non plus audes aut sapis, sed minus pudet. M. Tullius in Verr. Os hominis insigneméq; impudentiam cognoscite. Idē in Philippica quinta, Sed illud os illam impuritatem: Idem pro C. Rabirio Posth. Quod habent os, quam audaciam. Rursus in Oratore. Quod tamen os est illius patroni, qui ad eas causas sine ulla scientia iuris audet accedere. In Philippica undecima, Audisset furentis introitum Dolabellæ, uocem impuram, atque os illud infame. Martialis lib. 9.

Santonica medicata dedit mihi pocula uirga.
Os hominis, mulsum me rogat Hippocrates.

Homericus Achilles Agamemnonem κυώπιδα appellat, id est, canino aspectu, & apud eundem:

Κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο. id est,
Canis habens oculos, cor cerui: impudentium significans cum timiditate coniunctam.

Deniq; haud scio an huc pertineat, quod apud Athenæum in Dipnosophistis adducitur è Cyrenæo poëta:

Τρὶς δ' ἀπομαξαμένοισι θεοὶ διδόασιν ἄμεινον. id est,
Porrò ter absterſis diui donant meliora.

Subindicat, ni fallor, impudentius id postulare, ut quæ sint acta in conuiuio, narret.

Frontem exporrigere, frontem contrahere. XLVIII

Frontem explicare cum hilarescimus, contrahere cum ringimur, hoc est, ubi quid molestum est, dicimur. Plinius in lib. 11. Frons & alijs, sed homini tantum tristitiæ, hilaritatis, clementiæ, seueritatis index. Terentius, Exporge frontem. Horatius in Odis,

-Sollicitam explicuere frontem. Idem alibi,
Deme supercilio nubem.

Exporrecta fronte, hilariter. Porrectiore fronte mecum loquaris oportet, apud Plautum. Obducta fronte, corrugata fronte, contracta fronte, caperata fronte.. Plautus Caperat frons seueritudine. Quod quidem à caprinis cornibus translatum uolunt. Et nubila frons, serena frons, explicita frons.

Attollere supercilium, ponere supercilium. XLIX

Plinius: Supercilia, inquit, homini, & pariter & alterne mobilia. Et in his pars animi. Negamus, annuimus. Hæc maximè indicant fastus. Superbia alibi conceptaculum, sed hic sedem habet: in corde nascitur, huc subit, hic pendet. Nihil altius simul abruptiusq; inuenit in corpore ubi solitaria esset. Hactenus ille. Inde prouerbio attolli supercilium dicimus, arrogantiam significātes: adduci supercilium: fastidium indicantes. Citat & Suidas, ἀναστῶντες τὰς ὀρῦς, καὶ τὰς γναθὸς φυσῶντες. id est, Contractis supercilijs, & inflatis buccis, quod Græci unico uerbo dicunt κατεφρυᾶσθαι. Lucianus à persona ad rem transtulit, sermonem arrogantem ac superciliosum appellans κατωφρυωμένους λόγους. Poni dicitur supercilium, cum à fastu recedit. Et fastosos homines superciliosos nominamus. Deniq; simpliciter ipsum supercilium pro fastu atq; arrogantia ponitur. Philosophorum supercilium quis ferat? Porrò quod Plinius ait, supercilijs annuere nos, atque renuere. Homerum secutus est, apud quem uersus hic aliquoties legitur,

Η, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων. id est,
Sic ait, atque supercilijs pater annuit atris.

Id æmulatus Maro:

Sic ait, & totum nutu tremefecit Olympum.

Conniuere. L

Prouerbialis metaphora conniuere dicuntur, qui prudentes culpam quam intelligunt, indulgentia tamen ac studio dissimulant, quæq; non uident id quod uident, quemadmodū uulgò loquuntur. Vt parentes adolescentiora quædam liberorum uitia conniuent. Et natura ad quædam adolescentiæ uitia quasi conniuet. Et maritis ad quædam uxorum errata conniuendum, & corrupti iudices, in causa conniuent. Hallucinamur imprudentes, cæcutimus nolentes, conniuemus data opera, Exempla crebra sunt in actionibus Ciceronis. Est autem conniuere, subinde claudere oculos, quemadmodum faciunt ij, qui propter imbecillitatem uisus non ferunt lumen solis, at ij facilè fallantur. Contrà, qui ἀτρέμας ἐσκοπῶσι, id est, qui fixis aspiciunt oculis, hos nihil potest fugere. Quod nos conniuere dicimus, Græci uocant tum σκαρδαμυττεῖν, tum ἐλλεπεῖν. Vnde est illud apud Aristoph. in Equitibus: βλέψον ἐς ἐμ' ἀσκαρδαμύκτως. id est, Aspice in me inconniuenter, aut nihil cōniuens. Quod nos hallucinari, illi παραβλέπειν, quod nos cæcutire, illi ἀμβλυώττειν. Quæ quidem omnia, si transferantur ad res animi, pertinebunt ad prouerbiorum rationem.

Bibe elleborum. LI

Aristoph. in Vespis: πῖθ' ἐλλέβορον. id est, Bibe elleborum. Quo dicto significat insanire quempiā. πῖθι uerò dixit, non πῖνε, quòd ut admonet interpres, hoc ad simplicem potū referunt grammatici, illud ad potionem pharmacorum. Idem ostendit & uerbum hinc esse fictum, ἐλλεβοριᾶν καὶ ἐλλεβορίζειν pro insanire. Quiq; parū anim̄o constant ἐλλεβορεῖν δεῖσθαι, id est, Elleboro opus habere dicuntur. Atq; ijdem apud Latinos etiam autores elleborum edere, & elleboro sese purgare prouerbio iubentur: propterea quod antiquitus plurimus usus fuerit huius herbæ ad leuanda mentis et capitis uitia. Plin. lib. Naturalis hist. 25. cap. 5. ellebori duo facit genera, sicut & Dioscorides lib. 4. Candidum, quod Italia ueratrum album appellat: & nigrum, quod alij uocāt entomon, etiam si in Dioscoride atomon legimus. Alij polyrrhizon, pleriq; Melampodion uocant, ab inuentore Melampode uate, uel eiusdem nominis pastore, quòd is animaduertisset eo purgari capras: deinde dato eorum lacte sanauit Prœtidas furentes. Sed Aulus Gellius Plinium̄ secutus ait, coloris discrimen non in semine, neq; in uirgultis, sed in radice apparere

Ayuntamiento de Madrid

rere. Candido uomitiones cientur, eoq; ſtomachum & uentrem ſuperiorem purgat. Nigro aluus inferior diluitur, utriuſq; periculoſa ſumptio, ſed albi ut præſtantior, ita periculoſior. Quod ipſum tamẽ adeo uulgatum eſſe cœpit, ut pleriq; ſtudiorum gratia, ad peruidenda acrius quæ commentabãtur, ſæpius ſumptitauerint. Nominatim autẽ Carneades Academicus ſcripturus aduerſum Stoici Zenonis libros, candido elleboro ſuperiora corporis purgare ſolitus legitur, ne quid ex corruptis in ſtomacho humoribus, ad domicilia uſq; animi redundaret, & inſtantiam, uigoremq; mentis labefaceret. Nigri uerò religioſum etiam uſum fuiſſe teſtatur Plinius. Siquidem hoc & domos ſuffiebant, purgabantq;, aſpergentes & ſeſe, & pecora. Tum ſolenni cum precatione colligebatur & ſuperſtitioſius, ut meminit etiam Theophraſtus. Primum enim gladio circũſcribebatur: deinde qui ſucciſurus erat, exoriẽtum ſolis ſpectabat, precaturq; ut id ſibi liceret dijs concedentibus facere. Obſeruabat & aquilæ uolatũ, quæ ſi propius aduolaſſet, moriturũ eo anno qui ſuccíderat, auguriũ erat. Ex Plinio igitur colligere licet, utriũq; genus, tũ candidum, tum nigrum, cum ad alia complura mala, tum aduerſus melancholiam remedium efficax habere. Vnde & prouerbium natũ, quod tamẽ uariè effertur. Plautus in Menæchmis. Non poteſt hæc res triũ iugerum elleboro obtineri. Demoſthenes Aeſchinẽ in actione monet, ut ſeſe purget elleboro. Lucianus in Dialogo Menippi ac Tantali: λαρᾶς ὦ τάνταλε, καὶ ὡς ἀληθῶς τοῦ ἐλλεβόρου δεήσεις ἀκράφνου ἐλλεβόρου νῦν δέα. id eſt, Deſipis Tantale, & ut uerè dicam, elleboro poto tibi eſt opus, eoq; ſane meraco. Et apud eundem Rhadamanthus, in 2. Verarum narrationum lib. ita pronũtiat, ut Aiax traditũ ab Hippocrate elleborum bibat, priusquàm in heroum cõſortium recipiatur, alludẽs ad eius inſaniã. Ibidem legitur non licuiſſe Chryſippo in beatorum inſulam immigrare, niſi quartũ iam ſumptò elleboro. Nimirum illuc alluditur, quòd ter in uita bibiſſe memoratur, ut teſtatur etiam Petronius in carmine quodam. Horatius:

Expulit elleboro morbum bilemq; meraco.

Ouidius in Epiſt. Ponticis lib. 4.

I, bibe dixiſſem purgantes pectora ſuccos,
Quicquid & in tota naſcitur Anticyra. Perſius:

Anticyras melior ſorbere meracas. Inſanũ ſignificans. Auſonius ad Theonem:

Elleborumq; bibas Samij Lucumonis acumen.

Nauiget Anticyras. LII

Πλέυσειεν ἂς Ἀντικύρας. i. Nauiget Anticyras. Horatius eleganter nouauit adagij quaſi faciem, cùm ait in Sermonibus:

Nauiget Anticyras.

Quibus uerbis Stoicum inſanũ ſignificat, quiq; mentis morbo laboraret, eſſetq; ſapientis indignus nomine, cum nemo ſapiens niſi ſanus. Dictũ eſt autem eadem figura, qua Græci dicunt πλέυσειας ἐς μασσυλίαν. id eſt, Nauiges Maſſyliã. Strabo lib. Geographiæ 9. duas Anticyras cõmonſtrat, & in altera, quæ ſit poſt Criſſam oppidum, elleborum naſci: in altera eiuſdem nominis, quæ ſit ad ſinum Maliacum & Oetam montem optimè temperari. Atq; in eam quàm plurimis è regionibus adnauigari ſanitatis gratia. Pauſanias in ultimo lib. ſcripſit, ſupra Anticyram mõtes eſſe magnopere petricoſos, in his copioſè prouenire elleborum, nigro purgari aluum, albo uomitum cieri, ac ſuperiora corporis purgari. Stephanus addit, Anticyrenſem quempiam fuiſſe, qui Herculem elleboro dato liberarit inſania. Horatius:

Si tribus Anticyris caput inſanabile nunquam
Tonſori Licino commiſerit.

Treis Anticyras dixit pro uniuerſo elleboro, ſignificãs deploratam & immedicabilem inſaniã. Simili figura quos indicant eſſe parum integræ mentis, & hodie iubent deportari chelam. Ad hanc formam pertinent illa, Tonſoris eget, aut curatore eſt opus. Horatius:

Nec tonſore putas nec curatoris egere.

Tutores enim dabãtur pupillis, curatores mente captis. Sic & Columella lib. 1. cap. 3. ſcribit, Catonẽ dicere ſolitũ, eum qui agrum incoleret, nec ſalubri cœlo, nec fertilem, ut lutẽ cõmotæ mentis ad agnatos & gentiles eſſe deducendũ. Varro lib. De re ruſtica 1. cap. 2. Qui ſalubrem locũ negligit, mẽte captus eſt, atq; ad agnatos & gentiles deducendus. Cic. lib. 2. De inuentione: Si furioſus exiſtet, agnatorum gentiliumq; in eo pecuniaq; eius poteſtas eſto. Nam duodecim tabulæ furioſis ius adimunt adminiſtrandi res ſuas, & ad gentiles agnatosq; transferunt, quemadmodum legimus lib. Inſtitutionum 1. titulo de curatoribus, & Pandectarũ lib. 27 titulo ultimo de curatore furioſi. Rurſum eiuſdẽ operis lib. 1. titulo 18. de officio præſidis. Et apud Ciceronem lib. 3 Tuſculanarum quæſtionum. Qui ita ſit affectus, eum dominũ eſſe rerum ſuarum, uetant XII tabulæ. Verba XII tabularum ſunt hæc. Prodigo & furioſo bonorum ſuorum adminiſtratio interdicta eſto, & in curatione agnatorum ſunto.

Strychnum bibit. LIII

Στρύχνον ἔπιεν. id eſt, Strychnum bibit, in inſanos item competit, à ſtrychni herbæ natura, quæ uel guſtata ſtatim inſaniam parit. Dioſcorides in quarto, quatuor ſtrychni genera facit. E quibus poſtremum μανικὸν uocat, i. inſanum. Plin. lib. 21. cap. 31. cum duo ſtrychni genera ſalutaria demonſtraſſet: Tertio, inquit, folia ſunt ocymi, minimè diligenter demõſtranda, Remedia enim non uenena tractamus, quippe inſaniam facit, paruo quoq; ſucco. Quanquam & Græci autores in iocum uertere. Drachmæ enim pondere luſum pudoris gigni dixerunt, ſpecies uarias, imagines conſpicuas obuerſari demonſtrantes. Duplicatum hunc modũ legitimam inſaniam facere: quicquid uerò adijciatur põderi, repræſentari mortem. Hoc eſt uenenum, quod innocentiſſimi autores ſimpliciter Doryenion appellauere ab eo, quòd hoc cuſpides in prælijs tingerentur, paſſim naſcente. Dioſcorides ſcribit, Strychni radicem cum uino potam, menſura cyathi uiſa quædam, ac ludibria nõ iniucunda parere, duplicato modo ſumptam, ſtuporem triduanum inducere, quadruplicato potam, adimere uitam: remedio eſſe, ſi multum ac largiter biberis ac reuomueris. Vnde mihi magis uidetur conuenire in φιλάυτους, et ſibi placẽtes, & ut Flaccus inquit, ſibi pulchros: Nam Theophraſtus tradit, qui Strychnũ ederint, ſibi uideri pulcherrimos. Cuiuſmodi multos homines uidemus, qui ſibi nulla in re diſplicere poſſunt, perinde quaſi ſtrychno uicitent. Eſt diuerſum inſaniæ genus, quo quidam ſibi diſplicent in omnibus, ſed alterum uulgatius eſt & immedicabilius. Neque uerò hoc ego recenſuiſſem in hoc opere, ne uidelicet adagia non colligi à me, ſed naſci quis calumniaretur, niſi quod Plinius dicens, Græcos in iocum uertiſſe, latis indicaret, herbæ huius naturam in prouerbium abiiſſe.

Ede naſturtium. LIIII

Ἔσθιε κάρδαμον. id eſt, Ede naſturtium. In ſocordem ignauum, ebetem, ſtupidũ, olim dicebatur, propterea quòd huic efficaciam ineſſe credant, crucæ contrariam: uim enim uigoremq; animi ſuſcitare, Venerem coërcere, quum illa ediuerſo Venerem acuat, uim mentis ebetet, unde & nomen apud Græcos habere uidetur, κάρδαμον quaſi cor domans. Plin. lib. 19. cap. 8. Naſturtium, inquit, nomen accepit à narium tormento. Et inde uigoris ſignificatio, prouerbio id uocabulũ uſurpauit, uelut torporem excitantis. Græcis à corde nomen habet. Dioſcorides tradit, naſturtio uim eſſe ſimilem erucæ & ſinapi, quod attinet ad acrimoniam in nares erumpentem. Cæterum quod ait, naſturtio ſtimulari Venerem, diſſentit à Plinio. Ariſtoph. ἵν' ἀπομορξαίμεθα.

Ayuntamiento de Madrid

Ἐχθὲς ἴφαγον καράδαμα. τί καραδαμίζεις; id est,
Edi heri nasturtia. Quid nasturtiaris? Idem in Vespis:
Ὀξυθύμων καὶ λιχάνων ἢ βλεπόντων κάρδαμα. id est,
Acrium ac ustorum, & oculis qui exhibent nasturtia.

Porcum immola. LV

Nec̃ prætereundum existimo, quod Plautus in Menæchmis, porcum syncerum & sacrum immolare iubet eum, quem, mente captum significat. Adolescens quibus hic pretijs porci uenerant sceres, synceri, nummũ unum en à me accipe. Iube te piari de mea pecunia: Nam ego quidem insanum esse te certo scio. Opinor quòd uterum usu, qui cuiuspiam trati nuntius intemperijs ageretur, hoc piaculose soleat purgare. Idem paulo post in eadem fabula: Nam tu quidem hercle certo non sanus satis Menæchme, qui nunc ipsus maledicas tibi. Iube si sapias porculum afferri tibi. Horat. in Sermon.

-immolet æquis. Hic porcum laribus.

Loquitur de eo, qui iam ab insania resipuisse uideretur.

Multa Syrorum olera. LVI

Πολλὰ σύρων λάχανα. id est, Multa Syrorum olera. Dicetur aut in magicæ artis peritos, & herbis maleficis eam exercentes, aut in eos qui rebus ulibus abundant. Fortassis rectè dicetur & in eos, qui in rebus non multæ frugis, nihilũ insumunt operæ, quippe non in agris exercendis, sed in hortis colendis occupati, quæ plus adferant uoluptatis quàm emolumenti. Prouerbium refertur à Plin. lib. 20. cap. 5. ubi commemoratis uarijs remedijs herbæ Staphylini, quam eandem & pastinacã erraticam uocant, hæc subnectit: Syria in hortis operosissima. Inde quoq; prouerbium est Græcis: Multa Syrorum olera. Simillimam staphylino herbam ferit, quam alij gigidion uocant. Hactenus Plinius. Vt autem existimem parœmiam in maleficos quadrare posse, illa me coniectura commouet, quòd paulo ante Orpheum citauerat autorem, staphylino amatorium inesse. Neque Syrorum mores uulgò nota caruisse, uel adagium illud testatur: σύρει πρὸς τὸς Φοίνικας. id est, Syri contra Phœnices. Atq; in hoc prouerbio miseretur nostri Cœlius Rhodiginus, qui tam insigniter torqueamur, neque quicquam tamen ipse subleuat.

Melle litus gladius. LVII

Melle litus gladius. In pernicioſam adulationem dici solitum. Diuus Hieron. ad Aurelium August. Nonnulli familiares mei, & nostræ Christi, quorum Hierosolymis & in sanctis locis permagna copia est, suggerebãt, non simplici animo à te factum, sed laudem atq; rumusculos & gloriolam populi requirentem, ut de nobis cresceres, ut multi cognoscerent, te prouocare, me timere: te scribere ut doctum, me tacere ut imperitũ, & tandem reperisse qui garrulitati meæ modum imponeret. Ego autem, ut simpliciter fatear, dignationi tuæ primum idcirco respondere nolui, quia tuam liquido epistolam non credebam, & ut ulgi de quibusdam prouerbiũ est, melle litum gladium. Si locus hic mendo uacat, Hieronymus Augustini epistolam melle litũ gladiũ appellat, propterea quod pariter & reprehensionem haberet, quasi gladium quo iugularet, & blandimenta, quibus reprehensionis asperitatem dissimularet. Porrò prouerbium, Augustinus respondens, palam explicat, uidelicet deprecans atque abominans insidiosum blandiloquium. Plinius lib. 21. tradit, Heracleæ in Ponto, ab iisdem apibus aliquando mella reddi pernicioſissimum habentia uenenum. Quæ qui ederint, abijciunt se humi, refrigerium quærentes. Nam sudore diffluunt. Id quur fiat, pabulum in causa est. Ea est herba alba, quam ægolethron appellant. Alluſum est autem ad morem barbaricum, qui solent tela uenenis tingere, quo uulnus esset immedicabile: præsentissimum malum erat oleum incendiarium, quod illitum telo, ſicubi hæsisset in corpore, tenaciter cremabat, incendium aqua iniecta tritabatur, ſolo puluere insperſo consopiri poterat. Autor Marcellinus lib. 23.

Letale mulsum. LVIII

Θανάσιμον μελίκρατον. id est, Letale mulsum, Eandem cũ superiori habet sententiam. Diogenes formoſa scorta, θανάσιμον μελίκρατον. id est, Letiferum mulsum, appellare consueuit tamutsi nihil uetabit, & in assentationem, in fœdas uoluptates torquere, breuiter, quicquid ita iucundum est, ut idem sit perniciosum. Legimus & mellitum uenenum apud Plinium, & idem Diogenes orationem ad gratiam comparatam auriumq; pruritum, μελιτίνην ἀγχόνην. id est, melleam præfocationem, appellabat, quòd assentatione quidem delectaret, cæterum mendacio strangularet admittentem. Quod uidelicet illi Hieronymiano ſimilimum est, adeo ut suboleat mendum subesse exemplaribus, & pro gladio laqueum legi debere. Quis enim solet gladium oblinere melle? Ad hanc formam attinet, quod refert Irenæus lib. 3. cap. 19. lacte gypsum male miſceri: præsens enim uenenum habet gypsum, & additum lacti fallit.

Linum lino nectis. LIX

Λίνον λίνῳ σωάπτεις. Linum lino connectis. Huius adagij duplicem apud Græcos interpretes ſensum inuenio: quorum alter est: Infirmis infirmas copulas, friuola friuolis. Alter eadem non iisdem rationibus facis aut dicis. Cteſippus in Platonis Euthydemo: Haud tu quidem linum, uti prouerbio dicitur, lino connectis, ſi pater tuus, pater est omnium. Est autem ironia in ſophiſtam, qui friuolis argutijs id ſibi collegisse uidebatur. Aristot. in 3. lib. τῶν φυσικῆς ἀκροάσεως, disputans de infinito, ubi Parmenidis ſententiam præfert ſententiæ Meliſſi. Meliſſus enim ipſam infinitum totum dixerat. At Parmenides totum dixit esse finitum à medio æquè distans: Fieri enim, inquit, non potest, ut infinitum cum toto atque uniuerſo, perinde atq; cum lino linum nectatur. Ipſa philoſophi uerba ſubſcribam, ſi quis fortè requiret: διὸ βέλτιον οἰκεῖον παραβάλλειν μέλιτι καὶ ἑρμηνέα. ὁ μὲν τὸ ἄπειρον ὅλον φησίν, ὁ δὲ τὸ ὅλον περιέχειν, μεσόθεν ἰσοπαλές. ἢ γὰρ λίνον λίνῳ ὅτι σωάπτειν, ἢ ἄπαντι καὶ ὅλῳ τὸ ἄπειρον. Suidas hoc adagiũ ex Stratidis citat Politia. Proculus itẽ in diſcutiendis quæſtionibus, quæ exoriuntur ex dictis Platonis, quodam in loco ſic utitur, ut uideatur conuenire in eum, qui copulet inter ſe pugnantia, oſtendens quemadmodum Plato de Homero diuerſa pugnantia q; dixerit: ἆρ' οὐ λίνον λίνῳ σωάπτειν ἐστί, τὸ ταῦτα ἀλλήλοις συμπλέκειν, id est, An non enim linum lino connectere est, iſta inter ſe copulare? Huic affine est quod apud Athenæum lib. 6. ex Thebano poëta, Pindaro ni fallor citatur: πολλῶν ἅτε ξύλον παρὰ ξύλῳ. id est, Adglutinans ceu lignum ligno. Prior enim dixerat de paraſitis, is qui hoc dicit, ſermonem ſuſcipit de adulatoribus ſuperiori congruentem.

Seneſco ſemper multa addiſcens. LX

Γηράσκω δ' ἀεὶ πολλὰ διδασκόμενος. id est,
Diſcenti aſſiduè multa, ſenecta uenit.

Hic pentameter ex elegijs Solonis in prouerbiũ abijt, ſignificat autem uſu uitæ multaq; rerũ experientia parari prudentiam. Conuenit cũ ea, quæ citatur apud Gelliũ ſententia:

Vſus me genuit, peperit nuter Memoria.

Citatur à Platone lib. De repub. 7. Rurſum in Dialogo De philoſophia, quærens quiſpiam num philoſophia ſit πολυμαθίη. Quid aliud, inquit, est philoſophari, quàm id facere, quod dixit Solon? Dixit autem:

Diſcenti aſſiduè multa, ſenecta uenit.

At mihi quidem uidetur ſemper aliquid diſcendum ei, qui in philoſophiam ſit euaſurus, ſiue iunior ſit, ſiue ſenior, ut quàm plurima diſcat in uita. Citat & in Lachete. Seneca in epiſtola quadam ad Lucilium: Tam diu diſcendum est, quàm diu neſciat, & ſi prouerbio credimus, quàm diu uiuas. Citatur ſemel

Ayuntamiento de Madrid

tur ſemel atque iterum apud M. Tullium in Catone maiore. Quinetiam Terentianus ille Demea Solonis ſententiam retulit, cùm ait. Nunquam ita quiſquam bene ſubducta ratione ad uitam fuit, quin res, ætas, uſus ſemper aliquid apportet noui. Aliquid moneat, ut illa, quæ credas ſcire, neſcias: & quæ tibi putaris prima in experiendo repudies. Alludit huc cuiuſcunque eſt uerſiculus ille, neq; inſcitus, neq; inelegans, Senecæ nomine celebratus. Equidem è Publianis mimis unum eſſe ſuſpicor, hac adductus coniectura, quod in hoc numero quoſdam reperio qui nominatim ab Aulo Gellio ſub Publij titulo referuntur. Senarius autem hic eſt:

Diſcipulus eſt prioris poſterior dies.

Vita doliaris. LXI

Ζωὴ πίθου. id eſt, Vita dolij, prouerbio dicitur uita frugalis, parca, & ab omni ſtrepitu atq; ambitione remota. Breuiter talis, qualem Diogenes nobilis ille Cynicus Athenis egiſſe legitur, unico contentus pallio, baculo, quo canes abigeret, dolio de palo ſuſpenſo pro domicilio libenter utens, crudis herbis & aqua ſimplici uictitãs, pane excauato pro catino, manu caua poculi uice ſolitus uti: idq; à puero quodam didiciſſe ſe prædicabat, quem fortè ad eum modum aquam hauricntem uiderat. Porrò ut in dolio habitaret, inde ſibi dicebat in mentem uenifſe, quòd cochleas contemplatus, nullum aliud æquè commodum domicilium iudicaſſet, unde proreperet ad ſolem, & ubi ſe conderet à uentis atq; æſtu. Poterit torqueri & in eos, qui nimium ſordide, nimiúq; dure, atque immunde uiuunt. Hos ita depingit Eubulus comicus apud Athenæum lib. 2. ἀνιπτόποδες, χαμαιεύνάδες, ἀλέτοικοι. id eſt, Illotis pedibus, humi cubantes, in aëre domicilium habentes. Idem lib. 4. de Pythagoricis, ex Antiphane:

ἔδει δ' ὑπομεῖναι μικρὸν, ἀσιτίαν, ῥύπον,
Ῥῖγος, σιωπὴν, συγνόταν', ἀλουσίαν. id eſt,
Inædia, ſordes ſunt ferendæ paululum,
Silentium, triſtia, frigoris rigor,
Simul ferendum corpus expers balnei.

Ad hanc formam torqueri poterit Hamaxobiorum, ea gens eſt Sarmatiæ, appellatio, ut Hamaxobij dicantur, qui durè ſordidèq; uiuant. Nomen hinc indutum genti, quòd ijs plauſtra ædium uice ſint.

In diem uiuere, Ex tempore uiuere. LXII

In diem uiuere, eſt præſentibus rebus contentum uiuere atque ex parato, minimè ſollicitum de futuris. Quæ uita Græcis dicitur καθημερεύσιος βίος. Et καθημερόβιοι, qui ad eum uiuunt modum. Theocritus in Idyllio. N.

Οἱ θνατοὶ πελόμεσθα, τὸ δ' ἄμεινον οὐκ ἐσορῶμες. id eſt,
Mortales ſumus, haud ſunt nobis craſtina curæ.

Ariſtophanes in Equitibus:

Κἀδᾶς ποιῶ σοι, κοὐ βίον καθ' ἡμέραν. id eſt,
Ego affatim tibi ſuppeditauero ordeum &
Victum diurnum. Homerus Odyſſ. Φ.
Νήπιοι ἀγροιῶται ἐφημερίοι φρονέοντες. id eſt,
Agreſtes, ſtolidi, tantumq; diurna ſcientes. Perſius:
Atque ex tempore uiuis. Id eſt, citra ſollicitudinem futurorum. Vnde & ex tempore dicere, id eſt, citra præmeditationem. M. Tullius Philippica 5. ſimili forma dixit, in horam uiuere. Quæ nõ faciebat Hannibal qui multa ad uſum reſeruabat. hæc ij, qui in horã uiuerent, non modo de fortunis & de bonis ciuium, ſed nequidem de utilitate ſua cogitauerunt. Nec abludit ab hac ſpecie, quod ſcribit Horatius in Arte poëtica: Et mutatur in horas, hoc eſt, ſubinde. Hanc uitam, ceu feliciſſimam omnium, probauit Chriſtus, ut quam & ipſe ſemper ſecutus ſit, & apoſtolis ſequendam propoſuerit. At dictu, mirum, quàm hodie non probetur, etiam his qui plus quàm Chriſtiani poſtulant uideri.

Vita macerata. LXIII

Βίος μεμαλαγμένος. i. Vita macerata, ſeu permollita. De molliter uiuentibus, quibus ex facili omnia ſuppetũt. Refertur à Diogeniano, Zenodoto, & Suida. Translatum arbitror à leguminibus, aut ſalſamẽtis maceratis, iamq; ad eſum accommodatioribus, aut à tritico iam molito piſto, ac ſubacto. Cui diuerſum eſt, βίος ἀκανθώδης. i. Vita ſpinoſa.

Ipſa dies quandoque parens, quandoque nouerca. LXIIII

Verſus eſt Heſiodi in lib. De obſeruatione dierum auſpicatorum atq; inauſpicatorum, qui deinde in prouerbium abijt, longo hominum æuo probatus, ut apud Gellium refert Phauorinus philoſophus, is eſt huiuſmodi:

ἄλλοτε μητὴρ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ. id eſt,
Ipſa dies quandoque parens, quandoque nouerca eſt.

Eo uerſu ſignificatum eſt, non omni die bene eſſe poſſe, ſed iſto bene, atq; alio male. Inde translatum quòd matres bene uolunt liberis, nouercæ oderunt priuignos. Proinde Plinius dubitare ſe dicit, utrum natura ſæpius nouerca ſit, an mater, ut quæ tot uenena, tot idem remedia progignat.

Nunc pluit, & claro nunc Iupiter æthere fulget. LXV

Diuerſa metaphora rem eandẽ explicuit Theocritus in Batto:

Χ' ὡζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὖε. id eſt,
Nunc pluit, & claro nunc Iupiter æthere lucet,

Id eſt: Aliquando res aduerſæ ſunt, aliquando ſecundæ: quẽadmodum cœlum nunc ſerenum eſt & placidum, nunc turbidum ac tempeſtuoſum. Huic affinis eſt allegoria Pindarica, è Pythijs hymnis: non ſemper eoſdem flare uentos, ſed nunc hos, nunc alios,

ἄλλοτ' ἀλλοῖαι πνοαὶ ὑψιπετῶν ἀέμων. id eſt,
Aliàs alij flatus, ſublimiter uolantium uentorum.

Idem in Iſthmijs hymno 4. ἄλλοτε δ' ἄλλοῖ θεὸς πάντας ἀνθρώπους ἐπαίσσων ἐλαύνει. id eſt, ſed aliàs alius uentus omnes adflans agit.

Plus aloës quàm mellis habet. LXVI

Plus aloës quàm mellis habet. Prouerbialis metaphora, perinde declarans ac ſi dicas, plus moleſtiæ quàm uoluptatis. Nam aloë frutex quidam eſt, odore graui, guſtu amariſſimo, cuius meminit Dioſcor. lib. 3. Plautus in Amphit. Ita cuiq; comparatum eſt in ætate hominum, ita dijs placitum, uoluptati ut mœror comes conſequatur. Quin incommodi plus maliq; adſit, boni ſi obtigit quid. Apud eundem alicubi legitur, uitam hominis plus aloës quàm mellis habere.

Et Iuuenalis de uxore:

Plus aloës quàm mellis habet.

Apuleius citra metaphoram ſic extulit in Floridis: Sed uerum, uerbum eſt profecto, quod aiunt, nihil quicquam tam proſpere diuinitus hominibus datũ, quin & tamen admixtũ ſit aliquid difficultatis. Has rerum humanarum uices, ac triſtium lætorumq; mixturam Homerus Iliad. ult. lib. perquam eleganter indicauit, figmento duorum doliorum, quæ ſcribit in Iouis limine ſita eſſe, quorũ alterum ſit plenum triſtibus, alterum lætis. Ex quibus ille mortalium fortunas temperans.

ἄλλοτε μὲν τε κακῷ ὄγε κύρεται, ἄλλοτε δ' ἐσθλῷ. i.
Nunc lætis uitam miſcet, nunc triſtibus idem.

Quemadmodum & ſuperius indicauimus. Verùm admodũ maligne temperat Iupiter Homericus, nimio plus admiſcens malorum, quàm bonorum, ut ſi ſuam quiſque fortunam ad calculos uocet, minima ſit futura ratio eorum, quæ nobis ex animi ſententia euenerunt, id quod eleganter dictum eſt à Pindaro in Pythijs hymnis: ἓν γὰρ πάρ ἐσθλὸν πύματα σιμβλοῦσι δαίονται βροτοῖς ἀθάνατοι. id eſt, Ad unum enim bonum duo pariter incommoda diſtribuunt mortalibus immortales. Plin. lib. 27. ſententiam inuertit, cùm ait, nihil eſſe

Ayuntamiento de Madrid

tam malum in rerum natura, cui non boni quippiam sit adiunctum. Quandoquidem compertum est, etiam aconito, quo non aliud uenenum nocentius, ineſſe remedium, cum ad alia, tum ad oculorum uitia. Ad eundem modum Euripides citante Plutarcho:

Οὐκ ἄρ' ἦν ἁπλοῦς χωρὶς ἐσθλὰ καὶ κακά,
ἀλλ' ἔστι τις σύγκρασις. id est,
Bona seperare non licet malis, sed est Mixtura quædam.

Naues onustæ conuicijs. LXVII

Ad simili figura dixit Homerus Iliados Υ, conuicia, quorum onus nauis centiremis non queat portare, cuiusmodi Lucianus dixerat, ὅλας ἁμάξας βλασφημιῶν, ut ante dictum est. Carmen Homericum sic habet.

ἔστι γὰρ ἀμφοτέροισιν ὀνείδεα μυθήσεσθαι
Πολλὰ μάλ', οὐδ' ἂν νηῦς ἑκατόζυγος ἄχθος ἀροῖτο. id est,
Probrorum superest ambobus copia summa,
Quorum onus haud portet centum ratis incita remis.

Affine est illi, quod alio dicetur loco,

Οὓς οὐκ ἂν ἄροιτ' ἑκατὸν ἀγυιῆτοι. id est,
Quos tollere nec centum queant Aegyptij.

Hermippus apud Athenæum lib. 1. describens, quid à quaq; regione soleat importari, uersiculum hunc ioco admiscet,

Καὶ παρὰ περδίκης ψεύδη, ναυσὶν πάνυ πολλὰς. id est,
Atque à Perdica ratibus mendacia multis.

Notans, ni fallor, Lyciorum mores. Nam Perdicia pars est ac portus Lyciæ. Lycias sortes notat & Vergilius Aeneidos quarto, ueluti uanas.

Tollere cornua. LXVIII

Tollere cornua, pro eo quod est, animo efferri, nunc quoque uulgò tritißimum est. Horatius de Baccho: Et addis cornua pauperi. Ouidius item de ebrietate:

Tunc ueniunt risus, tunc pauper cornua sumit.

Translatum à pecoribus, quæ cornibus oppositis minantur. Horatius in Epodis.

Nanque in malos acerrimus, Parata tollo cornua.

Tollere cristas. LXIX

Tollere cristas. Diuersa metaphora, sensus idem. Iuuenalis:

Quid apertius? & tamen illi Surgebant cristæ. Id est, Sibi placebat. Translatum ab auibus cristatis, in quibus cristæ erectiores alteritatis atq; animorum indicia sunt: nisi ad militum cristas referre malumus, quo sane hominum genere nihil nec insolentius, nec stolidius. In hanc sententiam Aristoph. in Pace dixit, detrahere cristas, ὥσπερ ἡμῶν τὰς λόφους ἀφεῖλε. id est, quæ nobis cristas detraxit. Videlicet reddita pace. Contrà submittere fasces dicuntur, qui de iure suo concedunt, ac legitimam potestatem ultrò ad priuatam mediocritatem demittunt. Plinius lib. 7. cap. 30. Cn. Pompeius confecto Mithridatico bello intraturus Posidonij professione sapientiæ clari domum, fores perculi de more à lictore uetuit, & fasces lictorios ianuæ submisit, is cui se oriens occidensq; submiserat. M. Tullius in Bruto, Cum enim in maximis causis uersatus esses, & quum tibi ætas nostra iam cederet, fasces q; submitteret. Et apud T. Liuium in secundo ab urbe condita, Publicola submißis fascibus in concionem ascendit. Tropus addit gratiam dicto, uelut si dicas philosophiam theologiæ submittere fasces.

Animus in pedes decidit. LXX

Qui uehementer consternantur atq; expauescunt, ijs animus in pedes decidere dicitur. Quin hodie uulgò audimus: Totus animus mihi erat in genibus, pro eo quod est, uehementer eram exanimatus. Homerus in Iliados Ο.

Ταρβήσαν, πᾶσιν δὲ παρὰ στῆθος κάππεσε θυμὸς. id est,
Pauor ingruit ingens
Omnibus, inq; pedes animus mox decidit imos.

Vespa cicadæ obstrepens. LXXI

Σφὴξ βομβῶν τέττιγι ἐναντίον, id est,
Scilicet obstrepitans argutæ uespa cicadæ.

Apud Theocritum est in Hodœporis. Nam his uerbis contemnit quidam pastor pastorem, à quo prouocatur. Quadrabit in eum, qui certat longe impar cum superiore. Aut qui negotium facessit longe se præstantioribus, Quod genus est illud: Catulus leonem allatrans.

Pica cum luscinia certat. Epopa cum cygnis. LXXII

Consimilem habent sententiam, quæ leguntur apud eundem in eadem Ecloga:

Οὐ θεμιτὸν λάκωνι τόθ' ἁλώνα κίσσας ἐείσασθαι,
Οὐδ' ἔποπας κύκνοισι. id est,
Haud fas est Lacon, philomenam ut prouocet unquam
Pica, nec argutis epopa obstrepat improba cygnis.

Pilos pro lana. LXXIII

Τείχας ἀντ' ἐείου. i. Pilos pro lana. Prouerbialiter apparent dicta etiam illa, apud eundem poëtam in Hodœporis, de re uehementer inæquali, aut de negotio supra modum absurdo.

Τὶς τείχας ἀντ' ἐείου ἐποκίξαιο; τὶς δὲ παρίβοας
Αἰγὸς πρωτοτόκοιο κακὰν κώπα βόλετ' ἀμέλγειν; id est,
Quis uice lanarum setas detondeat unquam?
Quis capra pro primipara uilem uelit amens
Emulgere canem?

Capra pilos habet potius quàm lanam, ouis lanigera est. Hæc dicuntur in pastorem, qui certaturus hœdum opponebat agno.

Tibiam tubæ comparas. LXXIIII

Αὐλὸν σάλπιγι συγκρίνεις. i. Tibiam tubæ comparas. Refertur à Diogeniano. Conuenit in res supra modum impares, propterea quòd exilem uocem ædat fistula, tuba prægrandem.

Cicadæ apem comparas. LXXV

Τέττιγι τὴν μελίτταν συγκρίνεις. id est, Cicadæ cõparas apem. Nam cicada cum maior, tum canora, cum apis sit non modo minuto corpusculo, uerum etiam penè muta. Lucianus in Rhetorum doctore, prouerbium utrunq; attingit: τοσοῦτον ὑπερφωνοῦντα εὑρήσεις, ὁπόσον ἡ σάλπιγξ τοὺς αὐλοὺς καὶ οἱ τέττιγες τὰς μελίττας. id est, Inuenies tanto uoce superiorem, quanto tuba superat tibias, apes cicadæ.

Testudinem pegaso comparas. LXXVI

Χελώνην πηγάσῳ συγκρίνεις. id est, Testudinem pegaso comparas. De rebus nequaquam inter sese conferendis. Pegasus equus erat uolucer, si fabulis credimus, testudine nihil tardius. Vergilius in Tityro aliquot dißimilitudinis formulas congeßit:

Sic canibus catulos, similes sic matribus hœdos
Noram, sic paruis componere magna solebam.
Verum hæc tantum alias inter caput extulit urbes,
Quantum lenta solent inter uiburna cupressi.

Aliter catuli longe olent, aliter sues. LXXVII

Apud Plautum legitur in Epidico sordidior quidem metaphora, sed tamen ad rem significandam apta: Aliter catuli longe olent, aliter sues. Quo dicto significatum est, non uestè dignosci hominem ab homine, uerum ineſſe natiuum quiddam, genuinum ac proprium in unoquoq;, quod in ipso uultu oculisq; eluceat, quo liberum à seruo, generosum à rustico, probum ab improbo, facilè discernas. Atq; hic est hominis ueluti peculiaris quidam odor, quo deprehenditur, si quis modo sit sagaci nare. Huc alluſit Martialis libro sexto:

Cum bene se tutum per fraudes mille putauit,
Omnia cum fecit, Thaida Thais olet.

Huc pertinet etiam illud cuiusdam apud Fabium: Ne faciem quidem

Ayuntamiento de Madrid

quidem liberi hominis habet. Quod cum à quodam esset dictum deformi specie, retorsit aduersarius, affirmans rectè dictum, eum non esse liberum, cui non sit facies liberalis.

Vt sementem feceris, ita & metes. LXXVIII

Elegantissima metaphora dixit Cicero: Vt sementem feceris, ita & metes, id est, reportabis præmium tuis factis dignum. Plautus in Epidico. Sed ut acerbum est, pro benefactis cum malam messem metas, id est, cum pro beneficio maleficium reportes. Et apud Platonem: Quam hic messem facturus est? Haud sanè bonam. Hæc metaphora communis est etiam sacris literis: Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent. Et diuus Paulus: Qui seminat in carne, de carne metet corruptionem. Qui seminat in spiritu, de spiritu metet uitam æternam. Et si nobis seminauimus spiritualia, magnum si uestra carnalia metamus? Huc respicit illud Euripidis in Hecuba:

Υμῖς δὲ ἔχοιθ' ὅμοια τοῖς βεβλέυμασιν. id est,
Habeatis at uos instituto congrua.

Denique illud penè solenne est apud Græcos poëtas κακῶς κακόν. Aristoph. in Equitibus.

Οὐδὲ μουσικὴν ἐπίσταμαι
Πλὴν γραμμάτων, καὶ ταῦτα μὴν κακῶς κακά. id est,
Neque musicam doctus scio,
Sed literas tantum, atque eas malas male.

Illud item frequens, ἀπόλοιο κακῶς κακόν. id est, Te malum perdam male. Interpres admonet figuræ prouerbialis, qua de re dictum est in huius operis uestibulo. Rursum Euripides in Hecuba: τὸν μὲν κακὸν

Κακόν τι πάσχειν, τὸν δὲ χρηστὸν εὖ τυχεῖν. id est,
Bonis bene euenire, sed malis male.

Idem in eadem fabula:

ἀλλ' ἐπεὶ τὰ μὴ καλὰ
Πράσσειν ἐτόλμας, τλῆθι καὶ τὰ μὴ φίλα. id est,
Quin ubi quæ non decent
Haud ueritus es patrare, fer quæ non libent.

Perquam festiuum est, quod de Diogene refert Laërtius. Super cœnam quidam illi obijciebant ossa, uelut cani, quod Cynicus esset, eam contumeliam ille sic pensauit. Accessit propius & iuxta illos stans mingebat, uicissim illis canem agens. Sed propius huc pertinet, quod idem refert in Zenone, qui seruum in furto deprehensum cædebat. Seruus interim clamabat, in fatis fuisse ut furaretur. At Zeno: Illud etiam ut cædereris. Seruus quoniam audierat herum disputantem de necessitate fatorum, eam prætexuit suo commisso: sed scite retorsit philosophus.

Carica Musa. LXXIX

Καρικὴ μοῦσα. id est, Carica musa. καρικὰ ἀυλήματα. id est, Caricæ cantiones. De lugubri aut rustica, atq; indocta, seu molesta cantione dici solitũ. Quadrabit in poëtam aut oratorem indoctum. Antiquitus de tristi stridulaq; & inamœna cantione dicebatur, propterea quod, ut tradit Athenæus lib. Dipnosophistôn 4. Cares itidem ut Phœnices in luctu tibijs uti solent magnitudine palmi, lugubre quiddam & stridulum sonantibus. Eas autem tibias Phœnicum lingua, gringos uocari, quod ijs in Adonidis luctu soleant uti. Porrò Adonidem γέϊγηρ. id est, Gringem appellant. Hinc ijsdem uerbum γιγράνω. His confinia tradit Iulius Pollux lib. 4. nisi quod ibi γίγραν inuenio scriptum. Caricam musicam notat Aristophanes in Ranis:

Σκολιῶν μελίτων καὶ καρικῶν ἀυλημάτων. id est,
Obliqua Meliti, & Caricorum carmina,
Modosq; tibiarum.

Eadem καρικὰ ἀυλήματα ueteres σκολιὰ, id est, obliqua uocabant: uel à tibiarum specie, uel ab obliquo in conuiuijs canendi ordine, de quo meminerimus in prouerbio: Ad Myrtum canere. Meminit & Plato apud Athenæum in Laconibus:

Αὐλὸς δ' ἔχουσά τις κορίσκα καρικὴν μέλῳ μελίζεται. i.
Calamos habens puella, Caricum melos Modulabitur.

Plato quoq; philosophus lib. De legibus 7. mentionem facit Caricæ musæ, quam interpretatur ἐπικήδειαν ᾠδὴν. id est, Lugubrem cantionem. Hesychius indicat inde ductum quòd ad pompas funebres conduci soleant è Caria fœminæ, quæ lamentantium personam agerent. Itaq; orationem indoctam & inamœnam rectè dixeris καρικὸν μῦθον. In quam conuenit illud Sopatri apud Athenæum lib. 4.

Πηκτὶς ἡ μέση γαυλιῶσα βαρβάρα. id est,
Pectis camœna iactitans se barbara.

Pectis autem organi genus est, duabus chordis instructum. Idem Athenæus dubitat an Caria sit eadem dicta Phœnice. Nam Phœnices fistulas siue calamos γίγρας appellant, uocabulo ut uidetur, à stridore soni efficto. Cum his consentiunt quæ Plato scribit lib. De legib. quem modo citabam 7. καὶ ἔπειτ' ἆρα δεῖ τοιούτων οὕτων γίγνεσθαι τὰς πολίτας ἐπικούς, ὁπόταν ἡμέραι μὴ καθαρεύουσιν, ἀλλ' ἀποφράδες ὦσι, τόθ' ἥκειν δεῖον ἄν εἰς μᾶλλον χορούς τινας ἕξωθεν μεμισθωμένους ᾠδοὺς, οἷον περὶ τοὺς τελουμένους λαβόντας μισθὸν μόνοι καρικῇ μούσῃ παρεπέμπουσι τοὺς τελουτήσαντας. &c. id est, Et si quando oportet ciues istiusmodi lugubrium auditores fieri, quum dies fuerint non puri, sed nefasti, tum magis conueniet uenire choros aliquos musicos aliunde conductos, quemadmodum hi qui ad funera conduci solent, Carica quadam musa, deducunt uita defunctos. Carum barbariem in dicendo taxat Homerus secundo Iliados libro.

Νάστης αὖ καρῶν ἡγήσατο βαρβαροφώνων. id est,
Nastes ducebat Cares, queis barbara uox est.

Vnde & populari dicto Græcis καρβάζειν siue καρβαΐζειν, aut καρβαυλίζειν dicuntur, quibus barbarus est & agrestis sermo. Et M. Tull. apud Quintil. in capite de pronuntiatione dicit, illos ex Lycia & Caria oratores in epilogis bene canere, nimirum reprehendens illorum pronuntiationem. Strabo lib. Geograph. 14. ostendit Cares occasione frequenter fuisse mixtos Græcis, & tamen barbare crassèq; sonuisse linguam Græcorum, quod idem euenit Græcis in lingua Romana, & nobis in lingua Britannica. Hoc uitium Strabo παχυγωμίαν, κακοφωνίαν, & βαρβαρωμίαν uocat. De cantionibus Carum & Phrygum meminit & M. Tull. in Bruto. Erat & saltationis genus tumultuosum ac militare, unde nonnunquam saucij discedebant, nam ab armatis peragebatur, quod Iulius Pollux lib. 4. καρικὸν appellat.

Attica musa. LXXX

Cui diuersum, ἀττικὴ μοῦσα. id est, Attica musa, pro uenusta, lepidaq; oratione: Nam inter dicendi genera laudatur in primis Atticum. Diogenes Laërtius & Plutarchus in uita Platonis scribit id cognomunis uulgò tributum fuisse Xenophonti, ut Attica musa uocarctur, propter admirabilem quandam hominis in dicendo uenustatem. Vnde & Atticam eloquentiam, & Atticum leporem appellant, quemadmodum indicauimus alibi. Sed ad hominem accommodatum, erit uenustius, præsertim si accedat ironia, ueluti, si inelegantem aliquem, & ab omnibus literis & gratijs alienissimum, Atticam musam uoces. Nam amusi uocantur omnes huiusmodi.

Eodem bibere poculo. LXXXI

Eodem bibere poculo, est ijsdem affici incommodis, malisq; communibus obnoxium esse. Plautus in Cassina: ut senex eodem hoc poculo quo bibi biberet. Translatum uel à bibendi certaminibus, uel ab ijs, qui metuunt uenena. Idem hodieq; nostrati uulgò tritissimum manet. Etenim si quando

Ayuntamiento de Madrid

minantur, ſe parem gratiam relaturos, aiunt ſe de eodem porrecturos poculo. Taxat Martialis quendam, qui conuiuis uinum dilutum & acerbum apponebat, cum ipſe de exquiſitiſſimo biberet, qui nos & hodie pleriſq; diuitibus, atq; hinc prouerbium natum uideri poteſt. Fit autem interdum ut qui imprudentes poculum acerbum guſtarint, ſtudeant & alios illicere, ut ex eodem bibant. Eſt aliquoties & in diuinis literis mentio de calice Babylonis, cum ſignificatur aliqua calamitas irroganda. Denique dominus noſter in euangelio rogat filios Zebedæi, num poſſent de eodem poculo bibere, unde ipſe deſtinarat bibere, addens alterum ſimile prouerbiale, de eodem baptiſmo. Nec enim dubium eſt quin utrunque fuerit uulgari ſermone celebratum. Paulo diuerſius eſt, quod ait Ariſtophanes in equitibus:

Οὔπστ' ἂν τἀνδ' μεθ' ἡμῶν πίοιτ' ποτηρέα. id eſt,

Ille nobiſcum haud eodem potat unquam poculo.

Taxat fellatorem.

In planiciem equum. LXXXII

Εἰς πεδίον τὸν ἵππον. id eſt, In planiciem equum. Quoties quis ad id prouocatur, in quo plurimũ ualet quoq; uel maximè gaudet, Equus in campo, tanquam eſt in ſua harena. Apud Lucianum in Captiuo, cum ipſe iudices poſtularet, Plato reſpondet, τοῦτο ἐκεῖνο, ἀς πεδίον τὸν ἵππον. id eſt, Hoc ipſum, quod dici ſolet: equum in planiciem, uidelicet hominem Rhetoricum ſignificans, & in agendis cauſis exercitatum. Plato in Theæteto, ἱππέας ἀς πεδίον προκαλεῖς σωκράτη ἀς λόγους. id eſt, Equites in planiciem prouocas, Socratem ad diſputandum. Tametſi quidam codices ἵππον habent hoc loco, non ἱππέα. Syncſius in epiſtola quadam: Επ' αὐτὸ δὴ τοῦτο παρακαλῶ, ἵππον ἀς πεδίον. τοῦτο δὴ τὸ τὸν λόγον προβίβειν ἡγούμενον. id eſt, ad hoc ipſum certè prouoco, equum in planiciem, iuxta id quod dicitur adhortari me putans. Translatum uidetur à militia. Nam quoties res eſt peditì cum equite, pedes fugit campeſtria, ſectaturq; loca impediora.

Acanthida uincit cornix. LXXXIII

Acanthidem ſuperat cornix. Calphurnius Bucolicus poëta, ecloga ſexta.

Aſtyle credibile eſt, ſi uincat acanthida cornix,
Vocalem ſupcret ſi turpis aëdona bubo.

Acanthis enim uocalis eſt auis & in primis canora. Cornix obſtrepera quidem, ſed minimè canora. Acanthidem Theodorus nunc ſpinum uertit, nunc ligurinum, quin & aëdona Græcè dixit. Sic autem pronuntiandum, ut aë faciant duas ſyllabas. Nam Græcis ἀηδὼν luſciniam ſignificat. Plinius Græca uoce dicit acanthidem, quaſi dicas ſpinulam, eo quod in ſpinis uiuat, coq; aſinos habet inuiſos, quòd hoc animal ſpinæ florem deuoret. Eſt autem auium minima, tantæ fœcunditatis, ut pariat duodena. Autor Plinius lib. 10. cap. 63. & 64.

Prius teſtudo leporem præuerterit. LXXXIIII

Πρώτερον χελώνη παραδραμεῖται λαγῳοδα. id eſt, Prius teſtudo leporem curſu præterierit. De re neutiquam ueriſimili. Teſtudine nihil tardius. Vnde & teſtudineum inceſſum dicimus, & apud Ciceronẽ in libris De diuinatione, quiſpiã teſtudinem, tardigradam, & domiportam uocat. Lepus autẽ celeritate præcellit. Meminit huius adagij Diogenianus. Huius generis ſunt illa apud Theocritum in Thyrſide:

Νῦν ἴα μὲν φορέοντι βάτοι, φορέοντε δ' ἄκανθα,
Ἀ δὲ καλὰ νάρκισσος ἐπ' ἀριστοῖσι κομάσαι,
Πάντα δ' ἀλλάττοντι, καὶ ἃ πίτυς ὄχνας φέρηται
Δάφνις ἐπὲὶ θνάσκει, καὶ τὼς κύπρους ὤλαφοι ἔλκοι,
Καὶ ὄρεα τοι σκῶπες ἀνδάσαιντο. id eſt,

Nunc uiolas proferte rubi, producite ſpinæ,
Iuniperuſq; comet narciſſi flore decenti,
Omnia uertantur, portet pyra mitia pinus,
Poſtquam obijt Daphnis, trahat & iam ceruus moloſſos,
Montibus in ſummis philolomenæ noctua cantet.

Cancros lepori comparas. LXXXV

Καρκίνους λαγῴοισι συγκρίνεις. id eſt, Cancros lepori comparas, de ſupra modum diſſimilibus. Etenim ut leporum celeritas, ita & cancrorum tarditas nota eſt. Simillimum eſt illi, quod proximè retulimus. Refertur & hoc apud eundem. Suidas addit καρκίνος & λαγὼς ἀγρεῖ, id eſt, Cancer leporem capiet: de abſurdis, quæq; fieri nullo modo poſſunt.

Terræ filius. LXXXVI

Olim homines obſcuro ignotoq; genere prognati, terræ filij dicebantur propterea quòd terra ſit omnium communis parens. Vel quòd iuxta quorundam etiam hiſtorias, primitus mortales è terra naſcebantur. Tertullianus in apologetico aduerſus gentes: Nam & terræ filios uulgus uocat, quorum genus incertum eſt. Apud Athenæũ lib. 10. legitur γηγενὴς ἄνθρωπος, id eſt, è terra genitus homo. M. Tullius ad Atticum lib. 1. Et huic terræ filio, neſcio cui, committere epiſtolam tantis de rebus non audebam. Idem ad Trebatium lib. Familiarium epiſtolarum. 7. Gn. Octauius tuus familiaris ſummo genere natus, terræ filius. Perſius:

-Præſto eſt mihi Manius bæres,
Progenies terræ, quære ex me quis mihi quartus
Sit pater, haud prompte, dicam tamen: adde etiam unum,
Vnum etiam, terræ eſt iam filius. Iuuenalis:
Vnde fit, ut malim fraterculus eſſe gigantum.

Ad prouerbium palàm alludens. Nam gigantes è terra progenitos poëtæ fabulantur. Huc pertinet, quod apud Euripidem Ion Xuthum percontatur:

Τίνος ἀρ' ἐκπέφυκα μητρός; id eſt,
Num ſatus tellure matre? Atque ille reſpondet:
Οὐ πέφυκε τίκτειν τέκνα. ideſt, Non parit natos ſolum.

Apud Pauſaniam, Strabonem, atque alios id genus autores, legimus populos quoſdam αὐτόχθονας appellatos, qui non aliò referant originem ſuam, quemadmodum pleriq; faciũt, uerum ex ipſo ſolo nati uideri uelint, quorũ de numero ſunt Athenienſes. Qui ſibi nobilitatem uirtute peperiſſent, nullis maiorum imaginibus illuſtres, noui homines dicebantur. Porrò ignoti, & ſubito apparentes, incertum qua regione profecti, Cœlij filij uocabantur, quaſi è cœlo demiſſi. Inducitur & in Moſaïcis literis Melchiſedech ἀπάτωρ καὶ ἀμήτωρ ſine patre, ſine matre: neque diſſimili ratione οὐρανοπετεῖς id eſt, de cœlo lapſi dicebantur. Iuuenalis:

Tertius è cœlo cecidit Cato. Quanquam hoc magis conuenit in homines eximia uirtute. Plutarchus in inuectiua, quam ſcripſit aduerſus Herodotum, de naui quadam, unde ſubito uox eſt ædita. Adimanto: ὁ δὲ κέλης ἦν καὶ ὡς ἔοικεν οὐρανοπετής. id eſt, Nauis autem illa erat, ut uidetur, è cœlo delapſa. Atq; hic ſermonis color ſumptus eſt è tragœdijs, in quibus machinis quibuſdam ſic repente oſtendebantur perſonæ populo, ut è cœlo uenijſſe uideri uellent. Apud Romanos noui homines dicebantur, qui maioribus obſcuris natiſuis uirtutibus inuotuiſſent, quod M. Tullius ab inimicis probro obiectum, ipſe gloriæ ſibi uertit.

Ex quercubus ac ſaxis nati. LXXXVII

Huic finitimum eſt illud Homericum: Ε' quercu, è ſaxis prognatus, quod quadrabit, uel in hominẽ obſcuro genere, uel in eum, qui ſit agreſti atq; effero ingenio, moribus q; immanibus. Inde ductum adagium, quod antiquitus in cauis quercubus, tectorum uice uictitarent homines, atque hinc è quercubus nati fingebantur. Inde illud:

-Et duro robore natos. Præterea creditum eſt, ex ſaxis à Deucalione Pyrrhaq; proiectis, mortalium genus abſumptum diluuio, inſtauratum fuiſſe. Homerus in Οδυſſ. Τ.

Ayuntamiento de Madrid

Οὐ γὰρ ἀπὸ δρυός ἐσσι παλαιφάτου, ἀλλ' ἀπὸ πέτρης. i.
Nam neq; fatidica quercu satus es, neq; saxo.

Id imitatus Pallada in epigrammate:

Οὐ γὰρ ἀπὸ δρυὸς εἶ ἀλλ' ἀπὸ πέτρης φασίν. id est,
Neq; te, quod aiunt, quercus aut lapis ædidit.

Alluſit ad id feſtiuiter Plato libro De republica 8. Ἢ οἴει σε ἀπὸ δρυὸς ποθεν, ἢ ἀπὸ πέτρας τὰς πολιτείας γίγνεσθαι, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἠθῶν τῶν ἐν ταῖς πόλεσιν. id est, An existimas e quercu quacunque, aut rupe respublicas nasci, ac non potius ex moribus eorum qui in republica uersantur? In crudeles & immites conuenit illud Theocriteum in Aepolo de Cupidine:

—ἦ ῥα λεόντων
Μαστὸν ἐθήλασε, δεινὰ τέρεια μάτηρ. id est,
—Scilicet ille leænæ
Vbera suxit, & in nemore hunc genitrix fera pauit.

Deorum cibus. LXXXVIII

Θεῶν βοσκή. id est, Deorum cibus. De prælautis epulis dicebatur, propterea quod Homerus fingit deos nectare atque ambrosia uictitare, nec ob id unquam senescere. Tranquillus in Nerone. Parricidia, inquit, & tædes à Claudio exorsus est. Cuius necis & si non autor, at conscius fuit: Neque dissimulauit, ut qui boletos, in quo cibi genere uenenum is acceperat, quasi deorum cibū, prouerbio græco collaudare sit solitus. Horatius in Epist.

O noctes, cœnæq; deûm.

Aristophanes in Ranis, ἐς μακάρων δαῖτας, Regum aulica conuiuia significans.

Tertius Cato. LXXXIX

Tertius Cato, prouerbialis est ironia. In uiros impendio tetricos, atque alienæ uitæ censores. Nam duorum Catonum, senioris, cui nomen Censorio, & minoris, cui nomen Vticensi, grauitas pariter atq; integritas, uulgò celebratissima quondam fuit, adeo ut è cœlo demissi dicerentur, ut bellum cum uitijs gererent. Iuuenalis:

—Habeat iam Roma pudorem,
Tertius è cœlo cecidit Cato.

Sapientum octauus. XC

Huic per omnia simillimum est illud Horatianum in Sermonibus: Sapientum octauus. In eum qui sibi multum tribuat in sapientia. Numerantur enim apud Græcos septem sapientes, eorumq; apophthegmata oraculorum uice celebrantur, etiamsi de nominibus magna inter scriptores uarietas est. De numero certe constat inter omnes: unde per ironiam sapientum octauum dicebant, dignum qui septem illis adderetur. Horatius,

Hæc mihi Stertinius sapientū octauus. Item Ausonius,
Sapiensq; supra Græciæ septem uiros
Octauus accesit sophos.

Bis dat, qui cito dat. XCI

Memini, ni fallor, apud Senecam alicubi legere, Bis dat, qui cito dat. Idem lib. De beneficijs 2. Ingratum est beneficium, quod diu inter manus dantis hæsit. Quæ sententia monet, haud cunctanter, haud grauatim opitulandum amicis, cum opus est, sed ultro non expectatis precibus deferendum officium. Inter epigrammata Græca fertur & hoc distichon, nomine tituloq; Luciani,

ὠκεῖαι χάριτες γλυκιερώτεραι, ἢν δὲ βραδύνῃ
Πᾶσα χάρις κενή, μὴ δὲ λέγοιτο χάρις.

Id carmen Latine non potest commode uerti, propterea quòd lepos & argutia epigrammatis sita sit in hac uoce χάρις, quæ Græcis aliquando beneficium significat, aliquando gratiam qua commendatur aliquid, aliquando deam ipsam. Citatur similis apud Ausonium sententia Græca,

ἃ χάρις ἃ βραδύπους, ἄχαρις χάρις.

Est autem initium carminis Heroici ex epigrammate quopiam. Tardum beneficium, ingratum est. Eam ille sic uertit,

Gratia quæ tarda est, ingrata est, gratia nanq;
Cum fieri properat, gratia grata magis.

Rursum aliter uertit idem:

Si bene quid facias, facias cito, nam cito factum
Gratum erit, ingratum gratia tarda facit.

Vnde & Hector apud Euripidem in Rheso contemnit ac damnat auxilium sero delatum amicis.

Μισῶ φίλοισιν ὕστερον βοηδρομεῖν. id est,
Odi equidem amicis serius succurrere.

Extat & Mimus non inuenustus in hanc eandem sententiā,

Bis est gratum, quod opus est, ultro si offeras.

Item alter huic adsimilis,

Beneficium inopi bis dat, qui dat celeriter.

Honos alit artes. XCII

Id quod est apud Marcum Tullium, Honos alit artes, uidetur esse sumptum ex Aristophanis Pluto.

Οὔτε γὰρ ὁ μισθὸς, ὃ δέλεαρ ἐστ' ἄδ' ἡ τέχνη. id est,
Neque præmium ullum est, ars nec ipsa item uiget.

Colligit enim non esse consentaneum, Athenis ullos esse bonos medicos, cum medicis nulla sint præmia. Diogenianus autem hoc inter adagia commemorat. Huc alluſit Martial. cum ait,

Sint Mœcenates, non deerunt Flacce Marones,
Vergiliumq; tibi uel tua rura dabunt.

Et Aristoteles scribit honorem esse præmium uirtutis. Ac priscorum leges, non solum comminabantur pœnam maleficis, sed & præmijs & honoribus inuitabant ad recte agendum. Pindarus in Isthmijs hymno nono, tanquam uulgò celebrem sententiam citat, ἔστι δέ τις λόγος ἀνθρώπων, τετελεσμένον ἐσθλὸν μὴ κρύπτειν σιγᾷ καλύπτοντα. id est, Est autem dictum quoddam inter homines celebre, Bonum peractum non esse in terra occultandum silentio. Huc pertinet Euangelica parabola, non esse lucernam occultandam sub modium. In hoc autem prædicanda sunt recte facta uirorum illustrium, ut cæteris præluceant ad capessendam uirtutem.

Vel cæco appareat. XCIII

Prouerbialis hyperbole frequens apud autores, Vel cæco appareat, de re uehementer perspicua. Aristophanes in Pluto,

Τῷ τοῦτο κρίνῃς; δῆλον ὅτι καὶ τυφλῷ
Γνῶναι δοκεῖ τοῦτο. id est,
Qui scis ita esse? scilicet uel cæcus hoc Videat.

Eusebius aduersus Hieroclem, ἀλλὰ γὰρ καὶ τυφλῷ φασὶ δῆλον. i. Quinetiam uel cæco perspicuum aiunt esse. Plato lib. De repub. 8. καὶ τυφλῷ γε δῆλον, ὡς μεταβάινει. id est, Sanè & cæco perspicuum est transmutari. Idem in Sophista, ὥσ γὰρ φαίνεται, καὶ τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο καὶ τυφλῷ. id est, Qui fieri potest, ut hoc non appareat, quemadmodum prouerbio dicitur, uel cæco? Sumptum uideri potest ex 8. libr. Odyss. Homericæ,

Κέν τ' ἄλλός τι ξείνε διακρίνῃσι τὸ σῆμα. id est,
Hanc etiam cæcus metam discerneret hospes,

Quintil. lib. 12. Nam quis ignorat, quin illud longe sit honestissimū, & liberalibus disciplinis, & illo quem exigimus animo dignissimum, non uendere operam, nec eleuare tanti beneficij autoritatem: cum pleraq; hoc ipso possint uideri uilia quòd precium habent. Cæcis hoc, ut aiunt, satis est. Neq; quisquam qui sufficientia sibi, modica autem hæc sunt, possidebit, hunc quæstum sine crimine sordium fecerit. In his uerbis Fabij uox quæpiam deesse uidetur, ut legas, Cæcis hoc, ut aiunt, satis perspicuum est. Alluſit ad hoc adagium Antigonus rex unoculus, cum allato instrumento prægrandibus scripto literis, ταυτὶ μὲν καὶ τυφλῷ δῆλα. i. Hæc quidem uel cæco perspicua sunt, inquit. Recensuit Plu-

Ayuntamiento de Madrid

tarchus & συμποσιακῶν Decade ſecunda. Apud T. Liuium lib. belli Macedonici 4. cum Phaneas Philippum uiolentius in Aetolos dicentem interfatus dixiſſet, rem in uerbis non uerti, aut bello uincendum, aut parendum melioribus. Philippus reſpondit, Apparet id quidem etiam cæco, iocatus in ualetudinem oculorum Phaneæ.

Multis ictibus deijcitur quercus. XCIIII

Πολλοῖσι πληγαῖς δρῦς περὶ δαμάζεται. id eſt,

Multis rigida quercus domatur ictibus.

Senarius hic extat in Diogeniani collectaneis, de re factu quidem ardua, quæ tamen aſſidua induſtria peruincatur. Huic non diſſimile uidetur Heſiodium illud,

Εἰ γάρκην τὸ σμικρὸν ἐπὶ σμικρὸν καταθήῃο,
Καὶ θαμὰ ϗ τ' ἔρδοις, ταχέως μέγα κέν τι γένοιτο. i.
Si paulum paulo adijcies, facicsq; ita crebro.
Mox magnum quiddam tibi conficietur & ingens.

Id quod non tantum ad lucri naturam pertinet, quod ex minutiſſimis ſæpe maximum conflatur, uerum etiam ad induſtriam aſſiduitatem, quæ ſi uehemens non ſit, tamen ſi perpetua atq; indefatigata fuerit, res difficillimas quoque facile conficit. Quemadmodum unicus ictus nihil adferre momenti uidetur ad deijciendam molem querni roboris, uerum ea crebris ictibus facile proſternitur.

Caudæ pilos equinæ paulatim uellere. XCV

Caudæ pilos equinæ paulatim uellit, qui quod uiribus atque impetu fieri nequit, id tempore atque aſſiduitate conficit. Horatius in Epiſtolis:

Vtor permiſſo, caudæq; pilos ut equinæ
Paulatim uello, demo unum, demo etiam unum,
Dum cadit eluſus ratione ruentis acerui,
Qui redit ad faſtos, & uirtutem æſtimat annis.

Natum è facto quodã ducis Sertorij, cuius rei meminit Plutarchus in eius uita. Hic enim cũ ſuis copijs ex barbara turba conflatis, rationibus perſuadere non poſſet, in re militari plus habere momenti conſilium quàm uires temerarias, poſtea quàm illi parum feliciter pugnaſſent, duos proponit equos, alterũ macilentum atq; inualidũ, alterum uegetum, cauda puloſa. Atq; inualido illi iuuenem adhibet prægrandi corpore, & admirandis uiribus. Contrà uegeto illi puſillum & imbecillum admouet homuncionem. Hic ſingulos pilos paulatim uellens, breui ſpatio totam depilauit caudã. Iuuenis è diuerſo caudam omnem ſimul manibus utriſq; cõprehenſam, ui atq; impetu conatur reuellere. Qui cum fruſtra ſudaret, riſui fuit circunſtantibus. Sub hæc aſſurgens Sertorius, cuius conſilio iuſſúq; hæc fuerant acta, uidetis, inquit, commilitones, quanto plus poſſit ingenium quàm uires.

Virum improbum uel mus mordeat. XCVI

Κἂν μῦς δάκοι ἄνδρα πονηρόν. id eſt,

Scelerоſum mordeat & mus.

Hemiſtichium heroicum. Quo ſignificatum eſt, quacunque ratione uindictam nõ deeſſe malis, ſed eos aliquo pacto meritas dare pœnas. Competit & in eos qui de re quantumuis friuola rixam mouent, ſeq; læſos queruntur, & offenſos ſimulant, ne quid dẽt. Id quod nuper cuidã accidit apud Britannos, medico, mihi ut patria cõmuni, ita & amicitia coniunctiſſimo. Libet enim obiter hanc fabulam inſerere. Ciuem quendam Londoniẽſem, uirũ egregie nummatũ, & habitum adprime probũ, arte curaq; ſua liberarat, nõ ſine ſuo ipſius periculo. Nam is peſtilentiſſima febre tenebatur. Et, ut fit in periculis, medico montes aureos fuerat pollicitus, ſi nõ grauaretur ſibi, in tanto uitæ diſcrimine, dexter adeſſe, obteſtatus & amicitiam quæ illi cũ eo intercedebat. Quid multis? perſuaſit & iuueni, & Germano. Adfuit. Nihil non fecit. Reuixit ille. Vbi uerecũde de pecunia medicus admoniſſet, eluſit nugator, negans de mercede quicquam addubitandũ, cæterũ arcæ nummariæ claucm penes uxorẽ eſſe. Et noſti, inquit, mulierũ ingeniũ. Nolo ſentiat tantam pecuniæ ſummam à me datam. Deinde poſt dies aliquot hominẽ obuium ſorte factum, iam nitidũ, & nulla morbi ueſtigia præ ſe ferentem, appellauit, & nondũ datæ mercedis admonuit. Ille cõſtanter aſſeuerare pecuniã ſuo iuſſu ab uxore numeratam eſſe. Medicus negare factũ. Hic uide quam anſam bonus ille uir arripuerit, cum fortè medicus eum Latinè numero ſingulari appelliſſet, ibi uelut atroci lacẽſitus iniuria. Vah, inquit, homo Germanus tuiſſas Anglum: moxq; uelut impos animi præ iracundia caput mouens, diraq; minitans, ſubduxit ſeſe. Atq; ad eũ modum honeſtus ille ciuis eluſit, dignus profectò quem ſua peſtis repetat. Riſimus quidem fabulam, nec tamen ſine dolore, propter indigne fruſtratum amicum, nec ſine tam inſignis ingratitudinis admiratione. Referunt gratiam leones in periculis adiuti. Meminerunt officij dracones, homo homini, amicus amico ſic merito, pro mercede, quæ nulla ſatis digna rependi poterat, ludibrium reponit. Atq; hæc in facti deteſtationem diximus, non gentis odium. Nec enim par eſt ex hoc uno nebulone Britannos omneis æſtimari. Refertur adagium inter Græca epigrammata:

Φασὶ παροιμιάζειν, κἂν μῦς δάκοι ἄνδρα πονηρόν. id eſt,

Vulgò aiunt, uel murem etiam mordere ſceleſtum.

At is quiſquis eſt, nam incertus autor, inuertit prouerbium, dicens bonos uiros uel à mure morderi, malis ne draconem quidem audere dentes admoliri, hoc eſt, inſontibus paſſim noceri, propterea quod ij impunè læsi poſſe uideantur, utpote non relaturi iniuriam.

Vel capra mordeat nocentem. XCVII

Κἂν αἴξ δάκῃ ἄνδρα πονηρόν. id eſt,

Mordebit uel capra nocentem.

Ita reperitur in collectaneis Diogeniani. Senſus nihil diſcrepat à proximo. Nam capra minime alioqui mordax eſt, niſi quòd improbis omnia ſunt infeſta. Suidas indicat orthographiam: cum enim ad corpus refertur, hoc eſt, cum ſignificat hominem afflictum ac miſerum uult primam acui, πόνηρος, unde & πονήρως ἔχειν, dicuntur, quibus res ſunt aduerſæ: & Ariſtophanes in Pluto,

Πονήρως γ' εἶπας ἡμῖν ξυμμάχους. id eſt,

Auxilia nobis miſera ſanè prædicas.

Cum ad animum, ultimam acui, πονηρὸς, id eſt, improbus, & πονηρῶς improbe. Nam cum dicimus πονηρὸν κόμματος, καὶ πονηρὸν ὕδωρ, quod hominis eſt, ad rem inanimam transferimus, quemadmodum frigus ſceleratum, & fallaces diuitias dicimus.

Litem mouebit, ſi uel aſinus canem momorderit. XCVIII

Celebratur Græcis & hic ſenarius prouerbialis,

Δίκην ὑφέξει κἂν ὄνος δάκῃ κύνα. id eſt,

Litem mouebit, ſi uel aſinus mordeat canem.

Quadrabit in eos qui de re quantumuis exigua litem ſuſcitant. Natum uidetur ab cuentu quopiam. Extat autem apud Iureconſultos actio ex lege, ſi quadrupes damnum dederit. Refertur à Zenodoto & Suida, quanquam apud utrumque ſcriptum eſt, μαυροῖς pro μικροῖς, quorum hoc mihi uidetur ſenſus expoſcere.

Litem parit lis, noxa item noxam parit. XCIX

Δίκη δίκην ἔτικτε, καὶ βλάβην βλάβη. id eſt,

Litem parit lis, noxa item noxam parit.

Senarius in rixoſos & litium auidos dici ſolitus, quibus lis ex lite, alia ex alia naſcitur: negotium ſeritur ex negotio, iniuria propagat iniurium. Extat apud Suidam.

Bonus

Ayuntamiento de Madrid

Bonus dux bonum reddit comitem. c

ὁ καλὸς ἄγων, ἐμποιεῖ τὸ καλὸς ἕπεσθαι. i. *Qui bonum ducem præstat, is bonum reddit comitem.* In principe situm est, ut sit bene morata ciuitas, si modo ipse bonus sit imperator. In episcopo positum, ut piam efficiat plebem, si tamē ipse piam & integram agat uitam. Prudens & incorruptus magistratus, & probos & integros reddit ciues. Bonus paterfamiliās domum efficit bene institutam. Doctus ac diligēs præceptor eruditum reddit discipulum. Frugi maritus uxorem in suos trahit mores. Vnde quisquis præfectus est negotio, debet in primis operam dare, ut ipse suo fungatur officio, prius quàm ab alijs officium exigat. At nunc uideas nonnullos principes, qui legum obseruationem exigant à populo, cum ipsi uiuant prorsus ἀνόμως, uelut omnibus soluti legibus: à magistratibus & officialib. integritatem requirant, cum ipsi palàm uendant, aut ad gratiam mandent officia. Nonnullos uideas episcopos, qui à grege suo religionem & pietatem exigant, cum ipsi procul absint ab omni pietate. Sūpta est metaphora à militia, in qua ferè qualiscunq; fuerit dux, eiusmodi solet esse miles. Refertur in Græcorū collectaneis, sed ἀδιαφόρως. Extat autē apud Plutarchum autorem minime uulgarē in uita Lycurgi, ἀλλ' ἡ παθαρχία μάθημα μὲν ὅτι ἀρχοῦς, ἐμποιεῖ γὰρ ὁ καλὸς ἄγων, τὸ καλὸς ἕπεσθαι. i. Vt populus dicto sit audiens, hoc discit à principe. Nam qui bonū præbet ducem, is facit ut alij bene sequantur.

CHILIADIS PRIMAE CENTVRIA IX.

Amyclas perdidit silentium. 1



As ἀμύκλας ἀπώλεσεν ἡ σιγή. id est, Amyclas perdidit silentium. Quibusdam eruditis, in quibus est autor operis haudquaquam aspernandi, quod inscribitur Copiæ cornu, placet hoc ad prouerbiorum ordinem pertinere, neq; nos ab illorum sententia magnopere dissidemus. Consentaneum enim est rem uulgari ioco fuisse iactatam. Innuit autem adagium Vergilius Aeneidos libro decimo, cum ait,

–Fuluumq; Camertem,
Magnanimo Volscente satum, ditissimus agri
Qui fuit Ausonidum, & tacitis regnauit Amyclis.

Videlicet epitheto notum eius euentum indicans. Eum Seruius interpres enarrat hunc in modum. Cum apud Amycleos subinde nunciaretur hostium aduentus, idq; falso, & ob eam rem ciuitas frequenter insani terrore quassaretur, lata lege cautum est, ne quis unquam hostis nunciaret aduentum. Atqui post euenit, ut uere iam aduenirent hostes. Quod cum nemo nunciaret, propter legis interdictum, ciuitas de improuiso capta est. Qui casus, ut apparet, populari ioco dedit occasionem, ut dicerent Amyclas silentio periisse, si cui suæ taciturnitas fuisset incommodo. Citat idem Lucilium: Mihi neeesse est loqui. Nam scio Amyclas tacendo periisse. Accipiendæ sunt autem hoc loco Amyclæ, non ut sit una è centum illis urbibus Laconiæ, quam Lacedæmonis filius condidit: sed oppidum quoddam situm inter Caietam & Tarracinam, conditum ab ijs Laconibus, qui comites Castoris & Pollucis fuerunt, eiq; nomen indidere, quo Laconicas illas Amyclas referret. Seruius existimat Laconas Pythagoricæ disciplinæ fuisse sequaces. Quoniam autem interdixisse creditus est Pythagoras σαρκοφαγίαν, hoc commento, quòd diceret humanas animas in animantium corpora demigrare, & ob eam rem prohibuisse ne quod animal occideretur, quemadmodum attestatur & Iuuenalis:

A' cunctis animalibus abstinuit qui, tanquam homine: nefas

esse ducebant serpentes, qui ex uicinis paludibus nascebantur, occidere. Quorum tanta increuit multitudo, ut ciuitatem eam deleuerint, teste etiam Plinio. Potest igitur & hinc ortum uideri uulgare dictum, Amyclas silentio periisse, quod Pythagorici dogmatis obseruatio perniciem illis attulerit, quorum primum est, ἐχεμυθία. id est, silentium, quod in quinquennium indicebat ijs, qui suæ philosophiæ uellent initiari, sicuti declarat A. Gellius. Porrò quod ait Seruius, Lacones Pythagoricæ fuisse factionis, non recordor apud alium autorem legisse me, nisi quod Plutarch. in Symposiacis tradit, Tyrrhenos huius philosophi decretis usq; adeo fuisse addictos, ut etiam ea quæ ille symbolis illis præcepit, ridicula superstitione soliti sint obseruare. Aut igitur ex his erant Amyclæi, aut eiusdem instituti sectatores. Meminit de Amyclarum silentio Sillius Italicus:

–Quasq; euertere silentia Amyclæ.

Meminit & Catullus, ni fallit inscriptio carminis de Vere, quod nuper nobis Aldus Manutius noster exhibuit, in antiquissima quadam Galliæ bibliotheca repertum:

Sic Amyclas dum tacebant, perdidit silentium.

Prouerbium ad uarios usus accommodare licebit, ueluti si ubi quis pecuniam creditam perdidisset, quod non appellasset debitorem, aut iure præscriptionis, ut uocant, excidisset à possessione, Amyclarum silentium appellet: aut si quis audacius agens causam suam, iussusq; tacere, respondeat, τὰς ἀμύκλας ἡ σιγὴ ἀπώλεσεν. Hoc inutile silentium Græci uocant ἀνοσιωπίαν, atque huic diuersum uitium ἀδολεσχίαν. De utroque extant Plutarchi præcepta.

Timidior es prospiciente. 11

Δειλότερος εἶ ἢ παρακύπτοντος. i. *Formidolosior es eo qui prospectat.* Dicitur in hominem supra modum pauidum. Id ortum aiunt ex huiusmodi fabula. Quidam natura timidus, audita Herculis fama abdiderat se præ metu in specum quendam: deinde cum aliquando prospectaret, & Herculem forte fortuna prætereuntem uidisset, immodico metu exanimatus est, ac protinus diriguit in saxum uersus, quod adhuc uisitur specie uiri, uelut à specu prospicientis. Vnde τὸν παρακύπτοντα, saxum illud uocant. Suidas autor. Meminit & Zenodotus, quemadmodum & mox sequentis.

Timidor Pisandro. 111

Δειλότερος Πεισάνδρου. id est, Timidior Pisandro. Dicebatur olim & hoc in immodice formidolosos. Aiunt autem Pisandrum fuisse quempiam prodigiosa timiditate, adeo ut anxius esset, ne suam ipsius animam alicubi uideret, quæ se uiuum reliquisset. Idem uidetur esse cum illo Ciceronis, Vmbram suam metuere.

Diomedea necessitas. 1111

Διομήδεος ἀνάγκη. i. Diomedea necessitas. De ijs qui ui adacti non sponte quid faciunt. Vsurpatur à Platone libro De republica 6. Διομήδεια λεγομένη ἀνάγκη ποιεῖν ὧτῳ πάντα ἃ ἂν ἕτοι ἐπαινῶσι. i. Diomedea, ut dicitur, necessitas est facere omnia quæcunq; isti probarint. Quidam originem adagij referunt ad Thracium illum Diomedem, qui solitus fertur hospites suos compellere, ut cum filiabus suis deformissimis rem haberent: quo facto eosdem interimebat. Vnde fabula spargit, Diomedis equas homines pabuli uice esitare solitas, uidelicet filias à uiris agitatas, equas appellans. Et sanè in hunc sensum interpretatur Aristophanis enarrator in Concionatricibus ubi uersus hic habetur:

Καὶ ταῦτ' ἀνάγκη μᾶλλον. Διομήδειά γε.

Quærit adolescēs, num qua sit necessitas sibi sectari anum. Respondet illa esse, & quidē Diomedeam. Alij referunt ad Diomedem ducem Græcorum, huiusmodi commentum adferentes: cum Diomedes & Vlysses communi opera sublato Palladio redirent noctu, Vlysses quo facti gloriam in se unū

transferr

transferret, deſtinabat occidere Diomedem præcedentem, ac Palladium ſecum portantem. Itaque cum enſem in caput illius à tergo uibraſſet, Diomedes animaduerſa ad lunen lunæ gladij umbra, ſubtraxit ſe plagæ, correptumq; Vlyſſem, uinctis manibus præcedere compulit, gladio lato ſubinde cædens illius tergum. Hinc Diomedea neceſſitas. Huiuſmodi ferè Suidas ac Zenodotus.

Ad priſtina præſepia. V

Εἰς ἀρχαίας φάτνας. i. Ad priſtina præſepia. In eos dicebatur, qui è uita quapiam lautiore excuſſi, ad priſtinam tenuitatem rediguntur. Aut contrà de ijs qui reſtituuntur in priſtinam fortunam unde exciderant: aut qui ad ſolitum contubernium ſeſe recipiunt. Translatum ab animantibus, quibus nota familiariaq; præſepia gratiſſima ſolent eſſe. Vſurpauit & Plautus in Curculione, Tomento non retineri potuit ferreo, quin reciperet ſe huc eſum ad præſepim ſuam.

Alia uita, alia diæta. VI

Ἄλλος βίος, ἄλλη δίαιτα. i. Alia uita, alia uiuendi ratio. In eos quadrabit, qui commutata in melius fortuna pariter & uitæ rationem moreſq; commutant. Translatum ab ijs qui lautius incipiunt uiuere, ubi res lautior obtigit. Huc alluſit Ariſtoph. in Pluto, cum ait,

Ἔπειτα πλουτῶν, ὅτε δ' ἦλθεν φακῆ.
Ἐξὸν δ' ὑπὸ τ' πενίας ἅπαντα κατόδιεν. id eſt,
Deinde diuitem factum, nihil iam lens iuuat.
At pauper antehac deuorabat quælibet.

De iuuene iam anum amicam faſtidiente, poſtea quàm deſiiſſet egere. Alluſit huc Horatius,

Non eadem eſt ætas, non mens.

Per medium anulum traharis oportet. VII

Διὰ δακτυλίου δεῖσι ἑλκυσθῆναι. i. Per anulum trahendus es. In eum quadrabit, qui ſit uehementer extenuato graciliq; corpore, ſeu morbo, ſeu cura, ſeu ſtudio, ſeu qua alia re. Ariſtophanes in Pluto,

Διὰ δακτυλίου μοὐν ἔρ' ἔμειγ' ἂν διελκύσαις. id eſt,
Itaq; profectò per anulum me traxeris.

Verba ſunt anus uolentis ſe uideri uſque adeo maceratam atque exhauſtam dolore, ut per anulum trahi poſſet. Equidem opinor adagium eſſe ſumptum à luſu, quo ouum aceto maceratum per anulum trahitur. Cuius rei meminit Plinius libr. 10. cap. 60. Magicum erat aliquid per anulum traijcere. Nam cerebrum capræ per anulum aureum traiectum, prius quàm lac daretur infantibus, inſtillabatur contra comitiales, cæteroſq; infantium morbos, ueluti teſtatur idem lib. 28. cap. 10.

Anus bacchatur. VIII

Γραῦς βακχεύει. id eſt, Anus bacchatur. In eos dici ſolitum, qui præter ætatem indecore laſciuiunt. Nam Bacchanalium licentia iuuenculis utcunque permittitur, aniculis certe fœdiſſima eſt. Quandoquidem inſaniæ ſpecies eſt, aut uetulam amare, aut potare, aut choros ducere, aut reliquis puellaribus luſibus indulgere.

Anus hirciſſans. IX

Γραῦς καπρῶσα. id eſt, Anus hirciſſans. De anu adhuc intempeſtiua libidine prurienti, &, ut ait Plautus, catulliente. Ariſtophanes in Pluto, —Ἀλλ' ἠπίστατο

Γραὸς καπρώσης τἀφόδια κατοδίειν. id eſt,
—Verum nouerat
Anus capriſſantis uoratu uiatica.

De iuuene cui anus libidinoſa omnia ſuppeditabat, quo uicißim ab illo uoluptatem auferret. Nota eſt hircorum libido, odorq;, qui & ſubantes conſequitur.

Flere ad nouercæ tumulum. X

Πρὸς τὸν μητρυιᾶς τάφον δακρύειν. id eſt, Ad nouercæ tumulum lachrymari, eſt ſimulare geſtu dolorem, cum re gaudeas. Neq; enim conſentaneum eſt, priuignum moleſte ferre nouercæ mortem, nihilo ſecius tamen officij cauſa nonnunquam ad tumulum illachrymat. quod idem de diuitis hæredibus non inconcinne dicetur, in quos extat Publianus ille mimus, cum primis elegans:

Hæredis fletus, ſub perſona riſus eſt.

Celerius elephanti pariunt. XI

Sunt quibus hoc quoq; inter adagia uidetur adnumerandum, quod ſcriptum eſt apud Plinium Secundum in præfatione hiſtoriæ mundi: Nam de grammaticis, inquit, ſemper expectaui parturiri aduerſus libellos meos, quos de grammatica ædidi: & ſubinde abortus fecere iam decem annis, cum celerius etiam elephanti pariant. Hactenus Plinius. Itaq; cunctationem immodicam, & quorundam nimis lentam molimina, his uerbis licebit ſignificare. Porrò de elephantorum partu Plautus in Sticho: Audiui ſæpe hoc uulgò dicier, ſolere elephantum grauidam perpetuos decem eſſe annos. Huic aſtipulatur Plinius lib. 8. Decem annis geſtare in utero uulgus exiſtimat. Etiamſi Ariſtoteles biennio parere putat, nec ſæpius quàm ſemel ſingulos gignere. Theophraſtus refert, arborem quandam Indicam non ferre ante centum annos. Latinis parturire dicuntur, qui moliuntur, animoq; deſtinant aliquid. Proinde licebit adagium etiam in hanc uertere formam. Quando tandem paries, obſecro, quod tot iam annos parturis, ut nec elephanti diutius?

A' mortuo tributum exigere. XII

Ἀπὸ νεκροῦ φορολογεῖν. id eſt, A' mortuo tributum exigere, dicebantur, qui per fas nefaſq; diuitias undecunq; congerunt. Citat Ariſtoteles lib. Rhetoricorum 2. κἂν ἀπὸ νεκροῦ φέρει. id eſt, Vel à defuncto uectigal aufert, oſtendens dici ſolitum in eos, qui turpiter undecunq; lucrum aucuparentur è rebus minutis ac ſordidis, ueluti Veſpaſianus è lotio: aut è turpibus, uelut è lenocinio, quæſtuq; corporis: aut cum à quibuslibet extorquetur, ab anicis, à tenuibus, à mendicis, poſtremo uel à mortuis. Probro datum eſt Romanis principibus quod ſuffoßis Corinthiorum monumentis, æra Corinthia ſuſtulerunt, ipſo etiam uocabulo rei turpitudinem exprobrante. Nam ad eũ ſublata modum, νεκροκοιδία dicta ſunt. Attici φόρον uocant emolumentum, ſiue uectigal, quod ex re quapiam fertur, etiam pecuniarum: qui prædas huiuſmodi colligunt, φορολόγους appellant, inuiſum omnibus hominum genus, & optimo iure inuiſum. Deductũ eſt autem φόρος à uerbo φέρειν, quod eſt ferre, à quo Latinis quoque dictum fœnus, qua uoce ueteres non utebantur, niſi de prouentu terræ, quæ ueluti gratiſſima debitrix, pro ſingulis granis aliquoties centena reddidit. Siquidem præter natur. i eſt, quemadmodum in Politicis ſcripſit Ariſtoteles, ut pecunia pecuniam pariat. At hodie res adeo receptа eſt apud Chriſtianos, ut contemptis agricolis, quo non aliud hominũ genus uel innocentius, uel magis neceſſarium reipublicæ, fœneratores propemodum inter eccleſiæ columina habeantur, cum uſuram priſci quoq; mortales illi damnarint, ethnicorum etiam leges moderentur & coërceant, Hebræorum prorſus interdicant, ſanctorum pontificum decreta deteſtentur, ac modis omnibus inſectentur. Non quòd peculiariter infenſus ſim fœneratoribus, quorum artem uideo probe defendi poſſe, niſi patrum autoritas olim eam damnaſſet. Præſertim ſi reſpicias ad horum temporum mores, citius fœneratorem probarim, quàm ſordidũ hoc negotiatorum genus, qui technis, mendacijs, impoſturis, fucis, undecunq; uenantur lucellum, hîc coëmentes, ut ibi pluris duplo uendant, aut monopolijs expilantes miſeram plebem, & tamen hos nihil aliud agentes in uita, penè ſolos honeſtos ducimus. Opinor hoc prouerbium, aut idem, aut certe uehementer cognatum

Ayuntamiento de Madrid

tum esse illi, quod alibi retulimus:

Αἰτεῖ γε καὶ τὸς ἀνδρίαντας ἄλφιτα. id est,

Ipsis farinas poscit à statuis quoq;.

Per iocũ enim pro uectigali farinas posuit, quod ad cibũ referantur omnia, & defunctis signa ponebantur, memoriæ causa. Proinde qui uectigal hinc quoq; corradit, is à mortuis extorquere uidetur. Apud ueteres ãtẽ magna fuit sepulturæ religio, & sepulchrorum immunitas. Nunc eò processit habẽdi rabies, ut nihil sit usquã in rerũ natura, neq; sacrum neq; prophanũ, unde non aliquid fœnoris extundatur: idq; nõ solũ à principibus, uerumetiam à sacerdotibus. Olim sub tyrãnis etiã, sed rudibus adhuc, et nondũ satis quid esset tyrannis, intelligẽtibus, uel hæc omniũ erant cõmunia, maria, flumina, uiæ publicæ, feræ. Nunc optimates quidã quasi soli sint homines, uel dij potius, omnia sibi uindicãt. Cogitur miserrimus nauta uel cũ periculo cursum flectere, & ad insolentissimi prædonis arbitriũ quiduis & facere, & pati, ceu pærũ sit infelici, cũ fluctibus & uentis rem habere, nisi tales quoq; tempestates accesserint. Occurrit portus, aliquid extorquetur: transeundus pons est, dandũ est. Traijciendũ flumen, sentis principũ ius: est tibi farcinula, redimẽda est à sacrilegis illis, & qd' his est multo crudelius, miserrimæ plebis genius fraudatur, & toties decimis ac uectigalibus arroduntur pauperũ alimenta. Non est fas ex agris tuis cõuehere frumentũ, nisi decimatũ. Non molis, nõ pinsis, nisi rursus arrosum. Vina nõ importãtur, nisi sæpius decimata. Nõ recondis in cellam, nisi dimidiũ, aut certe quadrantem totius precij fœces Harpyis illis sceleratissimis. Apud quosdam ex ceruisia, quã uocant, plus quàm dimidiũ seponitur principi. Non mactas pecudẽ, nisi numeres exactoribus: non reuẽdis equum, tuo empũ ære, nisi penderis aliquid. Vidi cum agerem rure Bononiensi, Iulio iam eius urbis ditione potito, extremæ paupertatis agricolas, quibus uniuersæ facultates in duobus bubus erant, nam horũ labore totam familiã sustinebant, pro singulis singulos ducatos dependere. Sunt apud quos liberũ non est coire legitimũ matrimonium, nisi uectigal soluerit. Sed quid ego singula percensere coner? uincit omnẽ eloquentiam istorum rapacitas. Nihil est rerum, unde non aliquid exprimãt emolumenti. Nec modus est, nec finis: quotidie nouas exigendi uias excogitant, & quicquid semel inuasit per occasionem temporis, id mordicus retinent. Hæc per se satis odiosa, dũ per insolẽtes ministros odiosius exercentur, non mediocrem inuidiam conciliant principibus, sed sese nihil indignũ existimant, unde colligatur emolumẽtum, hoc est, unde fames accrescat tenuibus, & procerũ, uel prædonum magis, luxuries alatur. Neq; desunt, qui è nocentum facinoribus haud mediocrẽ faciant quæstũ, legibus ceu retibus utentes. Iam quis est magistratus, quod officiũ, quæ præfectura, quæ non ematur apud cõplures? Deniq; cũ hæc tam multa non possint explere uere pertusum dolium, hoc est, principum fiscũ, bellum prætexitur, colludunt duces, populus infelix ad medullas usq; exugitur, perinde quasi principatus nihil aliud sit, quàm ingens negotiatio. Quãquam autem fœdum est, Christianos principes in hisce rebus inhumaniores uideri, quàm ulli fuerint ethnici tyrãni, tamẽ aliquanto minus execrãdum hoc, quàm quòd apud sacerdotes quoq;, quibus oportebat omnem pecuniam esse uilissimã, & quorũ erat, suas dotes gratis, acceptas gratis item cõmunicare, nihil non uenale est, nihil immune? Quas non tragœdias mouent pro suis illis decimis? quàm odiose diuexant miserã plebeculã? Non datur baptismus, hoc est, non licet fieri Christianũ, nisi numeres, atq; his præclaris auspicijs fores ingrederis ecclesiæ. Nõ cõprobant matrimoniũ, nisi numeres: non audiunt pœnitentiũ commissa, nisi sperẽt præmiũ. Sacrificãt cõducti. Non psallunt gratis, nõ orant gratis, non imponunt manũ gratis. Vix procul mota manu benedicunt nisi dederis. Non conferant saxũ, aut calicẽ, nisi data mercede. Quin & illud uere pontificiũ munus docendi populum, quæstu uitiatũ est. Deniq; nõ impertiũt corpus Christi, nisi numeres. Vt ne dicã interim, quãta messis colligatur ex luibus, ex dispẽsationibus, sic enim uocãt, ex condonationibus, quas uulgus appellat indulgẽtias, è cõfirendis sacerdotijs, cõfirmandis episcopis et abbatibus. Sed quid apud istos gratuitũ sit, apud quos emitur & sepultura, etiam in alieno solo? Apud ethnicos miseræ plebi stabat cõmune sepulchrũ: erat ubi gratis quos uelles sepelires. Apud Christianos nec mortuis operiri terra licet, nisi à sacerdote tantulum spatij cõduxeris, & pro precij modo dabitur locus amplus ac magnificus. Si plurimũ numeraris, in tẽplo proximè summũ altare licebit putrescere: sin parce dederis, inter plebeios sub dio complueris. Turpe. si preciũ acciperent oblatũ: nunc ius suum uocant, & dictu mirum, quanta exigant improbitate. Barbarus ille et gẽtilis Hebrõ offert Abrahæ ignoto hospiti gratuitum sepulchri munus, & uix adduci precibus potest ut oblatam accipiat pecuniam, & sacerdotes sepulturæ ius uendimus in alieno? Vel potius quod publicum est, id ceu priuatum ære locamus. Atque huiusmodi messem nulli metunt auidius, quàm hi, qui nihil serũt populo, sed toti sibi uiuunt, aut certe principi. Alij cantionem illam nobis occinunt: Dignus est operarius mercede, perinde quasi nihil interfit inter episcopum & conductum nullum, aut fossorem. Seruiles operæ præmio pensantur. Principum & sacerdotum munus sublimius est, quàm ut mercede sit æstimandum.

Larus parturit. XIII

Κέπφος ὠδίνει. i. Cepphus parturit. Antiquitus dicebatur in eos, qui pollicerentur ingentia, nihil dignum promissis exhiberent. Aiunt Cepphum, siue Cemphum auiculam esse stupido ingenio, unde & in prouerbium stoliditatis abijt, quam nonnulli Larum appellant: alij, quorum est Theodorus Gaza, fulicam uertunt: eam uiuere spuma marina, plumis ac pennis esse copiosis, corpore pusillo: cum parturit, uociferari. Hinc natum prouerbiũ, Larus parturit, ubi quis magna præ se fert, pusilla præstiturus. Hæc fermè scribit interpres Aristophanis, in comœdiam Pacem. Hesychius tradit, esse auem leuissimam circa mare uersantem, quæ facile uento moueatur, coq; hominem inconstantem ac leuem, cepphon dici. Plinius lib. 8. cap. 19. meminit cepphi quadrupedis, quod Pompeius ex Aegypto deportatum Romanis ostenderit, cuius pedes posteriores humanis pedibus, priores manibus erant similes. Id negat postea Romæ uisum. Verum id quidem nihil ad prouerbium.

Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus. XIIII

ὤδινον ὄρη, εἶτα μῦν ἀπέκλινεν. id est,

Mons parturibat, deinde murem prodidit.

Senarius prouerbialis, dici solitus in homines glorioſos & ostentatores, qui magnificis promissis, tum uultus uestitusq; autoritate mirã de se mouent expectationẽ: uerũ ubi ad rem uentum est, meras nugas adferunt. Vtitur hoc adagio Lucianus in libello, cui titulus, Quemadmodum oporteat historias conscribere: dicit enim sic reclamari à uulgo in Cupidinem, Herculis aut Titanis personã assumentẽ, ὤδινεν ὄρος. Athenæus in Dipnosophistis, lib. 14. refert, quod Tachas rex Aegyptiorũ huiusmodi scommate tetigerit Agesilaũ Lacedæmoniorũ regem, cum ad eum uenisset, suppetias illi laturus in bello, ὤδινεν ὄρος, Ζεὺς δ' ἐφοβεῖτο, τὸ δ' ἔτεκεν μῦν. i. Parturijt mons, Iupiter autem metuit, at ille peperit murem. Erat autem Agesilaus pusillo corpore. Porrò dicto offensus, respondit, φανήσομαί σοι ποτὲ καὶ λέων. i. Atqui aliquando tibi uidebor leo. Post euenit, ut exorta seditione

apud

Ayuntamiento de Madrid

apud Aegyptios, cum Ageſilaus non adeſſet regi, coactus ſit ad Perſas fugere. Porrò Græcis uidetur eſſe carmen anapeſticum. Vtitur & Horatius in Arte poëtica:

Quid dignum tanto feret hic promiſſor hiatu?
Parturient montes, naſcetur ridiculus mus.

Porphyrion ex Acſopi apologo quopiam natum exiſtimat, is fertur eiuſmodi. Cum olim quidam rudes atque agreſtes homines uiderent in monte terram intumeſcere moueriq;, concurrunt undiq; ad tam horrendum ſpectaculum, expectantes ut terra nouum aliquod ac magnum portentum ædaret, monte nimirum parturiente, forecq; ut Titanes rurſum erumperent, bellum cum dijs redintegraturi. Tandem ubi multum diuq; ſuſpenſis attonitisq; animis expectaſſent, mus prorepſit è terra, moxq; riſus omnium ingẽs exortus.

Aureos montes polliceri. XV

χρυσᾶ ὄρη ὑπισχνεῖσθαι. id eſt, Aureos montes polliceri. Prouerbialis hyperbole de ijs, qui immenſa promittunt, ſpesq; ampliſſimas oſtentant. A Perſarum arrogantia ducta, qui propter auri uenas, montes aureos iactabant. Plautus in Sticho: Neque ille ſibi mereat Perſarum montes, qui eſſe aurei perhibentur. Atque idem in Milite, in eandem ſententiam dixit argenti montes: Tum argenti montes, non maſſas habet. Terentius in Phorm. Is ſenem per epiſtolam pellexit, modo non montes auri pollicens. quo quidem loco illud obiter admonendum arbitror, quod opinor uulgus interpretum latêre, modo non, dictum pro eo quod eſt apud Græcos μονονχὶ. id eſt, tantum non, id perinde ualet quaſi dicas propemodum. Non tantum non Græcanico more reperies, tum apud Liuium, tum apud Suetonium. neque ſemel apud Valerium Maximum. Apuleius in prima actione Apologiæ ſuæ: Qui ſi eſt auaritiæ egenus, & ad omne lucrum inexplebilis, nec montibus auri ſatiabitur. Diuus Hieronymus in Rufinum, Vt cum montes auri pollicitus fueris, ne ſcorteum quidem nummum de theſauris tuis proferas. Ariſtophanes ἓν ἀχαρνεῦσι,

Κἄχεζεν ὀκτὼ μῆνας ἐπὶ χρυσῶν ὄρων. id eſt,
Menſes & octo cacauit in auri montibus.

Cacauit, dixit pro deſedit, laſciuia comœdiæ ucteris. Phœnix Colophonius apud Athenæum libr. 12. de Nino rege prædiuite loquens, ex monte fecit mare. ait enim, ὅσις εἶχε χρυσὸς πόντον. i. mare poſſidens auri. Paulo diuerſius dixit Saluſtius in Catilinario, Maria montesq; polliceri cœpit. Ad eundem modum Perſius,

—Magnos promittere montes. Vt hyperbole magnitudinis ſit non in aureis, ſed ſimpliciter in ipſis montibus.

Ambabus manibus haurire. XVI

ἀστλεῖν ἀμφοτέραις. i. Haurire ambabus, ſubaudi, manibus. De ijs dici conſueuit, qui ſummo conatu quippiam agunt. Itidem Ariſtophanes in Equitibus,

Κἀμφοῖν χερσὶν μυσιλλᾶται τ' ἀληθοσίων. id eſt,
Vtraque manu bona diſpergens publica ſugit.

Huic confine eſt illud Homericum ex Iliados H.

Οἶδ' ἐπὶ δεξιὰ, οἶδ' ἐπ' ἀριστερὰ νωμῆσαι βῶν. id eſt,
Noui equidem clypeum dextra, læuaq; mouere.

Inuenitur & illud ἀμφοῖν δωρεῖσθαι. id eſt, Ambabus manibus largiens, id eſt, affatim & prodige, aut etiam perbenigne. Plato in Sophiſta, καὶ τὸ λεγόμενον ὁ τῆς ἑτέρας λαμπρὸν, ὀκοῦν ἀμφοῖν χρή. id eſt, Et quod dici ſolet, nequaquam altera prendendum manu, quin magis ambabus. Nonnihil ab hac forma recedere uidetur, quod ſcriptum eſt apud Ariſtidem in Cimone, qui citat hunc locum ex hymno poëtæ cuiuſpiam, μέγα δ' ἔστενεν ἀσία ὑπ' αὖτ' πληγεῖσ' ἀμφοτέραις χερσὶ, κράτει πολέμου. i. Grauiter autem gemuit Aſia, ab illis percuſſa ambabus manibus, robore belli. Vicinius illud quod eſt apud eundem in oratione Panathenaica, ὁ ἢ ἀμφοτέρᾳ τῇ χειρὶ παρῆν, ἄγων τοὺς μὲν ἐξ ἀστεως ἕλληνας ὁμοῦ καὶ βαρβάρους. i. At ille utraq; aderat manu, ducens uſq; Atticam Græcos ſimul ac barbaros. Quanquam hoc loco poteſt etiam citra figuram dictum accipi, ut intelligamus uel de terreſtribus pariter ac maritimis copijs, uel de barbaris ac Græcis. Quandoquidem & militum manum dicimus, ut apud Vergilium,

—Iuuenum manus emicat ardens.

De plena manu dictum eſt aliàs, quod Græci dicunt ὀμπνία χεὶρ, quaſi dicas, diuite manu, unde & Cererem ὄμπνιον cognominant, quemadmodum nos almam, quod affatim alat, & ὄμπνιον ὕδωρ, quod copioſe nutriat.

Vno ore. XVII

Vno ore, pro ſummo conſenſu, paſſim apud autores obuium ob. Terentius, Vno ore omnes omnia bona dicere. M. Tull. in ſermone De amicitia, Vna eſt enim amicitia in rebus humanis, de cuius utilitate omnes uno ore conſentiunt. Seneca Epiſtolarum lib. 11. epiſtola 82. In tanta iudiciorum diuerſitate, referendam bene merentibus gratiam omnes uno tibi, quod aiunt, ore affirmabunt. Ariſtophanes in Equitibus,

Οἱ ἢ δὴ ἑνὸς στόματος ἅπαντες ἀνέκραγον. id eſt,
Ore uniuerſi clamitant uno ſimul.

Plato lib. De legibus primo, Μιᾷ ἢ φωνῇ, καὶ δὴ ἑνὸς στόματος, πάντας συμφωνεῖν. id eſt, Vna uoce, & ex eodem ore omneis concinere. Idem lib. De Repub. 2. Πάντες γὰρ δὴ ἑνὸς στόματος ὑμνοῦσιν, ὡς καλὸν μὲν ἡ σωφροσύνη τε καὶ δικαιοσύνη. i. Omnes enim uno ore prædicant, quòd honeſta res ſit & modeſtia & iuſtitia.

Aquilam noctuæ comparas. XVIII

ἀετὸν γλαυκὶ συγκρίνεις. id eſt, Aquilam noctuæ comparas. Martialis in Scazonte,

Aquilasq; ſimiles facere noctuis quæris.

Aquila uiſus acerrimi, adeo, ut ἀσκαφελαμπτῶς, id eſt, non conniuens aduerſus ſolem intueatur. Et ſunt qui tradant hanc auem hoc experimento probare, degeneres ne ſint pulli, an genuini. Contrà noctua, ſolis lumen modis omnibus refugit. Pindarus quodam loco graculos cum aquila confert.

Congregare cum leonibus uulpes. XIX

Congregare cum leonibus uulpes, eſt res impares diſſimilesq; permiſcere, Martialis,

Quid congregare cum leonibus uulpes?

Vulpes dolis nititur, leo uiribus fidit. Quanquam utrunq; coniunxit Pindarus, indicans uirum fortem leonem oportere præſtare in exhauriendis certaminum laboribus, uulpem in conſilijs. Sic enim in Iſthmijs ſcribit, Τόλμᾳ γὰ ἐοικὼς θυμὸν ἐεἰβριμετᾶρ θηρᾶν λεόντων ἐν πόνῳ, μῆτιν δ' ἀλώπηξ. i. Animo ſimilis frementibus leonibus in ferendis laboribus, conſilio uero uulpes.

Aquila in nubibus. XX

ἀετὸς ἐν νεφέλαις. id eſt, Aquila in nubibus, plerisq; interpretantur de re magna quidem illa, ſed quam non facile aſſequaris: alij de ijs, qui longe reliquis præcellunt. Ariſtophanes in Equitibus. —ὥσπερ ἤδομαι
ὡς ἐν νεφέλαισιν ἀετὸς γενήσομαι. id eſt,
—Gaudeo iſtoc nomine,
Quod aquila fiam in nubibus uidelicet.

Verba ſunt populi Athenienſis, promittentis ſibi futurum, ut orbi uniuerſo imperet. Et paulo inferius in eadem comœdia, tanquam oraculum pronunciatur,

Ἀετὸς ὡς γίγνει, καὶ πάσης γῆς βασιλεύσῃς. id eſt,
Quippe aquila es, terræq; omnem dominaris in orbem.

Dicuntur & hæc de populo Athenienſi, niſi fortè placet alluſio, ad ſpes huius principatus inanes. Rurſum in Auibus,

ἀετὸς

Ayuntamiento de Madrid

ἀετὸς ἐν νεφέλῃσι γενήσεαι. i. Aquila in nubibus fies. Interpres admonet alludere poëtam ad oraculum, quondam Athenienſibus redditum, quo prædicabatur futurum, ut Athenienſes tanto interuallo reliquas urbes ſuperarent, quanto aquila in nubibus reliquis auibus eſſet ſublimior. Pindarus item in Nemeis, quem locum modo attigimus, ſe uocat aquilam, Bacchylidem æmulum graculum, uidelicet quòd illum immenſo uinceret interuallo,

Αἰετὸς ὠκὺς ἐν πετανοῖς
ὃς ἕλαβεν αἶψα τηλόθεν μεταμαιόμενον
Δαφοινὸν ἄγραν ποσὶ,
Κραγέται κολοιοὶ ταπεινὰ νέμονται

Quorum carminum hæc eſt ſententia: Aquila pernix inter uolucres, quæ repente aduolans eminus, corripuit cruentam prædam: Loquaces autem graculi humi paſcuntur.

Volantia ſectari. XXI

Huic affine eſt, quod uſurpat Ariſtotel. 3 τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ lib. τὰ πετώμενα διώκειν. i. Volantia ſectari. loquitur autem de uehementer obſcuris, & quæ difficillimum ſit perueſtigare. Cui non diſſimile eſt illud,

Eſt aliquid quò tendis, & in quod dirigis arcum?
An paſſim coruos ſequeris, teſtaq; lutoq;?

De ijs, qui nullum certum uitæ ſcopum ſibi proponunt, ſed ex tempore uiuunt, ad quamuis occaſionem mutabiles.

Ibyci grues. XXII

Αἱ Ἰβύκου γέρανοι. i. Ibyci grues. Græcis in prouerbium abierunt, quod dici conſueuit, quotiens ſceleribus nouo quodam & improuiſo caſu proditis, ſceleſti pœnas dant ijs, quos læſerunt. Id ex huiuſmodi quodam euentu natum memorant. Ibycus poëta quidam, cum in latrones incidiſſet iam occidendus, grues fortè ſuperuolantes obteſtatus eſt. Aliquanto poſt tempore, cum ijdem latrones in foro ſederent, rurſumq; grues ſuperuolarent, per iocum inter ſe ſuſurrabant in aurem, Αἱ Ἰβύκου ἔκδικοι παρῆσιν. i. Adſunt Ibyci ultores: eum ſermonem aſſidentes in ſuſpicionem rapuerunt, maximè deſiderato iam pridem Ibyco. Rogati quid nam ſibi uellet ea oratio, hæſitanter atque inconſtanter reſponderunt, ſubiecti tormentis facinus confeſſi ſunt. Atq; ita uelut gruum indicio pœnas Ibyco dederunt, ac potius ſuo ipſorum indicio, ut dicitur, perierunt. Huiuſmodi fermè Plutarchus in commentario De futili loquacitate. Meminit huius adagij Auſonius in monoſyllabis:

Ibycus ut perijt, uindex fuit altiuolans grus.

Extat ſuper hac re Græcum epigramma, titulo Antipatri, quod non grauabimur adſcribere.

Ἰβύκε λιγρά σε κατέκτανον, ὀκ ποτὲ νίσσ
Βάντες ἐρημαίῃ ἄφιβον κιόνα,
Πολλ' ὑπιβωσάμενον γεράνῳ νέφ', αἴτοι ἴκοντο
Μάρτυρες, ἄλκιμον ὀλλυμένῳ θάνατον.
Οὐ γὰ μάτην ἰάχησας, ἐπὶ ποινάτις ἐέννυς
Τῶνδε διὰ κλαγγῆς τίσατο σεῖο φόνον
Σισυφίδη κτλ γᾶιαν. ἰὼ φιλοσεβάστα φῦλα
Ἀνίῃσιν, τί θεῶν ὃ πρόβλητος χολόν;
Οὐδὲ γὰ ὁ παροπάροιθε κλαγὼν ἄτιμος θάνεν & ἀοιδὸν
ὄμμα μελαμπέπλων ἐκφυγὼν συμφοίδιον.

Vertiſſem & hos uerſus meo more, ni commodum Petrus Aegidius Antuerpienſis, hoſpes meus, imò Pylades meus, & ſi quid hoc quoque uſquam eſt amicius, iam Latinos feciſſet, ac mea quidem ſententia feliciter. Eos adſcribam, ſimul & hoc laboris haud illibenter effugiens, & incomparabilis amici mentionem cupide arripiens:

Quondam ad deſertum uenientes Ibyce littus,
Vitam prædones eripuere tibi,
Sæpe gruum nubem imploranti, quæ tibi teſtes
Aduenêre necis quum morerêre tuæ.
Attamen haud fruſtra, ſiquidem clangore uolucrum
Siſyphio cædem eſt Eumenis ulta ſolo.
Latronum genus heu cupidum lucri atq; rapinæ,
Cur uos nequaquam terruit ira deûm?
Quando nec Aegiſthus, uatem qui occiderat olim,
Atrarum occurſus fugerat Eumenidum.

Meminit huius poëtæ Marcus Tullius libr. Tuſculanarum quæſt. 4. cuius poëma maximè laſciuum fuiſſe teſtatur.

Veriora ijs, quæ apud Sagram acciderunt. XXIII

ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ σάγρᾳ. i. Veriora ijs, quæ apud Sagram acciderunt. Dictum olim in incredulos, quiq; non niſi magno malo docti credunt. Refertur à Strabone libro Geographiæ ſexto. Poſt Locros, inquit, Sagra fluuius labitur, in cuius ripa Caſtoris & Pollucis aræ ſitæ ſunt, ad quas decem Locrorum milia, unà cum Rheginis, aduerſus Crotoniatas numero centies ac tricies mille, Marte collato uictoriam reportarunt. Ex quo euentu natum eſt in incredulos adagium, ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ σάγρᾳ. i. Veriora ijs, quæ apud Sagram acciderunt. Addidere plerique, quo die certamen initum eſt, ijs qui in Olympijs erant, eum belli euentum nunciatum fuiſſe: tanta celeritate nũciatæ pugnæ ueritas comperta eſt. Meminit huius pugnæ Iuſtinus libr. 20. tametſi de numero occiſorum à Strabone diſſentit. Meminit & Euſtathius in Bœotiam Homeri, additq; dici ſolitum de rebus, uerißimis quidem illis, at non creditis. Poſtremo meminit & M. Tull. De natura deorum 2. Nam de Sagra, inquit, Græcorum etiam eſt uulgare prouerbium, qui quæ affirmant, certiora eſſe dicunt, quàm illa quæ apud Sagram.

Rudem accipere. Rude donare. XXIIII

Rudem accipere, pro dimitti à munere. Rude donare, pro dimittere, crebriter apud idoneos autores obuia ſunt. Inde ducta metaphora, quòd antiquitus gladiatores, quibus permiſſum erat à gladiatorio munere ceſſare, rude donati dicebantur. Ea ceſſatio dabatur uirga, quam rudem appellabant, unde hoc modo dimiſſi, rudiarij uocantur. Proinde quicunque à munere quouis in ocium reſtituuntur, uel ob ætatem, uel ob imbecillitatem, rudem accepiſſe dicentur. Horatius in prima epiſtola,

Spectatum ſatis & donatum iam rude, quæris
Mœcenas, iterũ me antiquo includere ludo, Itẽ Iuuen.
Ergo ſibi dabit ipſe rudem, ſi noſtra mouebunt
Conſilia. Ouidius,
Sic igitur tarda uires adimente ſenecta,
Me quoq; donari iam rude tempus erat.

M. Tullius Philippicarum 2. Tam bonus gladiator rudem tã cito accepiſti? Lepidior erit metaphora, ſi longulè traducatur: ueluti ſi quis adhortetur quempiam, ut à ſtudiorum laboribus abſtineat, ſibiq; rudem impartiat: aut qui uitam aulicam reliquerit, eum aulicæ uitæ rudiarium appellemus. Huic fermè contrarium uidetur, quod ait Fabius, acutæ eloquentiæ candidatus: quanquam equidem hoc loco legendum arbitror, auitæ, pro acutæ: & bonarum literarum candidatus. Nam candidati proprie dicuntur, qui magiſtratum ambiunt. Quod ſi transferatur aliò, tranſibit in prouerbij ſpeciem.

Mali corui malum ouum. XXV

Κακὸς κόραξ & κακὸν ᾠόν. i. Mali corui malum ouum. Apte uſurpabitur, quoties à malo præceptore diſcipulus malus proficiſcitur: ex improbo patre filius improbus: ex patria illaudata uir illaudatus: denique facinus ſceleratũ ab homine ſceleſto. Metaphoram alij referunt ad naturam animantis, quæ nec ipſa eſt idonea cibis humanis, nec ouum parit ad quicquã utile. Sunt qui dicant fieri, ut coruorũ pulli parẽtes ipſos

Ayuntamiento de Madrid

ipſos deuorent, ſi fortè non paſcant illos ad ſatietatem, & hinc ductum adagium. alij malunt ad huiuſmodi fabulam referre: Corax quidã primus Syracuſis, poſt mortẽ Hieronis, inſtituit artem rhetoricen mercede profiteri. Cum hoc adoleſcens quidam Tiſias hac lege pactus eſt, ut tum demũ mercedem perſolueret, ubi iam artẽ perdidiciſſet. Dein ubi iam arte cognita, præmiũ reddere cũctaretur, Corax in ius diſcipulũ uocat. Ibi iuuenis huiuſmodi dilemma proponit. Percontanti quis eſſet artis finis, ubi Corax reſpondiſſet, perſuadere dicẽdo, Age, inquit, ſi perſuadeo iudicibus, me nihil debere, non reddam, quia uici cauſam: ſin minus perſuadeo, non reddam, quia non perdidici artem. At Corax Tiſiæ dilemma tanquam uitioſum & ἀντιστρέφον, in diſcipulum retorſit ad hunc modũ, imò, inquit, ſi perſuades, dabis, quia tenes artẽ, & debes ex pacto: ſin minus, dabis, quia ſententijs iudicũ damnatus. Quod commentũ tam uafrum, tamq; callidum ubi iudices audiſſent, admirati uerſutiam adoleſcentis, ſuccłamarũt, κακὸν κόρακος κακὸν ὠόν. Sunt qui narrent hoc ſuccłamatũ à corona circumſtantium, cum alter alteri litem intenderet. Huiuſmodi fermè leguntur in Prolegomenis in Hermogenis rhetoricen. Ex hac fabula, ni fallor, efficta eſt ea quam narrat A. Gellius in noctibus Atticis lib. 5. cap. 10. de Protagora ſophiſta, et huius diſcipulo Euathlo: quæ tametſi longiuſcula eſt, & in promptu ſita, tamen quòd omniũ lepidiſſima uideatur, non pigebit adſcribere. Gellius igitur oſtenſo uitioſo dilemmate, quod Antiſtrephon uocant, propterea quòd totidem uerbis poſſit in aduerſariũ retorqueri: Quale eſt, inquit, prouulgatũ illud, quo Protagoram ſophiſtarum acerrimũ uſum eſſe ferunt aduerſus Euathlum diſcipulum ſuũ. Lis nanq; inter eos, & cõtrouerſia ſuper pacta mercede hæc fuit. Euathlus adoleſcẽs diues, eloquentiæ diſcendæ, cauſarumq; orandi cupiens fuit, is in diſcipulũ Protagoræ ſeſe dedit, daturumq; promiſit mercedem, grandem pecuniam quantam Protagoras petiuerat: dimidiumq; eius dedit iam tunc ſtatim prius quàm diſceret, pepigitq; ut reliquum dimidium daret, quo primum die cauſam apud iudices oraſſet & uiciſſet. Poſtea cum diutule auditor aſſectatorq; Protagoræ fuiſſet, & in ſtudio quidẽ facundiæ abunde promouiſſet, cauſas tamen non reciperet, tempusq; iam longum tranſcurreret, & facere id uideretur, ne reliquum mercedis daret: capit conſiliũ Protagoras, ut tum exiſtimabat, aſtutum, petere inſtituit ex pacto mercedem, litem cum Euathlo conteſtatur. Et cum ad iudices conijciendæ conſiſtendæq; cauſæ gratia uenifſet, tũ Protagoras ſic exorſus eſt: Diſce, inquit, ſtultiſſime adoleſcens, utroq; id modo fore, uti reddas quod peto, ſiue contra te pronunciatũ erit, ſiue pro te. Nam ſi contra te lis data erit, merces mihi ex ſententia debebitur, quia ego uicero: ſin uero ſecundum te iudicatum erit, merces mihi ex pacto debebitur, quia tu uiceris. Ad ea reſpondit Euathlus: Potui, inquit, huic tuæ tam ancipiti captioni iſſe obuiam, ſi uerba ipſe nõ facerem, atq; alio patrono uterer. Sed maius mihi in iſta victoria proludium eſt, cũ te non cauſa tantum, ſed etiam in argumento uinco. Diſce igitur tu quoq; magiſter ſapientiſſime, utroq; modo fieri uti non reddam quod petis, ſiue contra me pronunciatum fuerit, ſiue pro me. Nam ſi iudices pro mea cauſa ſenſerint, nihil tibi ex ſententia debebitur, quia ego uicero: ſin contra me pronunciauerint, nihil tibi ex pacto debebo, quia ego non uicero. Tum iudices dubioſum hoc inexplicabileq; eſſe, quòd utrinq; dicebatur rati, ne ſententia ſua utramcunq; in partem dicta eſſet, ipſa ſeſe reſcinderet, rem iniudicatam reliquerunt, cauſam in diem longiſſimum diſtulerunt. Hactenus Gellius. Quid autem? an non optimo iure iudices hoc ſaltem ſententiæ nice pronunciare debuerunt, κακὸν κόρακος κακὸν ὠόν; Narrat eandem fabulam L. Apuleius in Floridorum libris, non dicam copioſius: neque enim poteſt copioſius referri, quàm à Gellio denarrata eſt, ſed tamen ſlorulentius, & ut ita dixerim, picturatius. Meminit Euathli Ariſtophanes in Fucis, atq; item in Acharnenſibus.

Ab impijs egreſſa eſt iniquitas. XXVI

Concinit huic Hebraicum illud ex lib. Regum 1. cap. 24. quod Dauid nominatim etiã pro uetuſto prouerbio citat: Ab impijs egredietur iniquitas. Significat autem ab improbis ſemper mali quippiam exoriri, à bonis nihil malorũ proficiſci. Proinde nihil eſſe cur Saul metuat, ne à ſe occideretur. Hoc facinus impium, non niſi ab impijs eſſe patrandum, ſe manus ſuas regia cæde non inquinaturũ. Porrò prouerbiũ, ſi quem hoc quoq; iuuabit, Hebræo ſermone pronunciatur ad hunc modũ: מרשעים יצא רשע. Quandoquidẽ habent hoc peculiare pleraq; prouerbia, ut in ea lingua ſonari poſtulent, in qua nata ſunt: quod ſi in alienum ſermonem demigrarint, multũ gratiæ decedat. Quemadmodũ ſunt & uina quædam, quæ recuſent exportari, nec germanã ſaporis gratiam obtineant, niſi in his locis in quibus proueniunt. Idem propemodum dicitur apud Græcos uerſu prouerbiali.

Γνώμης γὰρ ἐσθλῆς ἔργα χρηστὰ γίγνεται. id eſt,
Probis ab animis facta promanant proba.

Lemnium malum. XXVII

Λήμνιον κακόν. i. Lemnium malum, de malis immenſis ac miſerandis. Hiſtoria, unde natum adagium, uaric narratur, neq; magni refert eam anxie perſequi. Herodotus in Eratone, et prouerbij & hiſtoriæ meminit in hanc fermè ſententiam: Pelaſgi ex Attica per uim expulſi, Lemnõ incolebãt. Huius iniuriæ cum pœnas de Atticis ſumere cuperent, probéq; cognitos haberent dies feſtos, ac cæremonias illorum, collocatis inſidijs, uxores Athenienſium abduxerunt, cum Mineruæ ſacra facerent in Braurone: hisq; in Lemnum nauigio aſportatis, concubinarum uice ſunt abuſi. Cæterum mulieres cum plurimos liberos parerent, omneis & Atticis moribus inſtituerunt, & Attice loqui docuerunt, ita factũ eſt, ut nec miſcere coniugia cum puellis Pelaſgicis uellent, & ſi quãdo Pelaſgus quempiã pulſare conaretur, omnes conglobati Attici, huic ſuppetias ferrent. Breuiter adeo inualeſcebat pubes Attica, ut pleriſq; in rebus priores tenere uiderentur, quare uiſum eſt Pelaſgis, ut filios ex Atticis mulieribus ſuſceptos trucidarent. Idq; perfecerunt, occiſis unà & matribus: deinde ſterilitate, orbitate, peſtilentia, reliquiſq; plurimis adacti malis, Delphicum oraculum conſuluerunt, qua uia calamitatibus leuari poſſent. Hinc igitur ait per omnem Græciam increbuiſſe prouerbium, ut ingentia miſerandaq; mala, Lemnia dicerentur. Partim igitur hinc natũ adagium putat, partim illinc, quòd aliquando Lemniæ mulieres graueolentia maritorum offenſæ, eos uniuerſos ſuſtulerunt, auxilio Thoantis. Cuius rei meminit & Euripides in Hecuba,

Καὶ λῆμνον ἄρδην ἀρσένων ἠξώκισαν. id eſt,
Mareſq; Lemno ſuſtulere fœminæ Funditus.

Item Seneca in Agamemnone:

Et ſcelere Lemnon nobilem.

Cicadam ala corripuiſti. XXVIII

Τέττιγα πτερὸν συνέλαβας. i. Cicadam ala corripuiſti. Dicitur in eos qui quempiã pouocant minime ex uſu ſuo. Lucianus in Pſeudologiſta ſcribit, Archilochũ poẽtam iambographum, & ad male dicendum egregie inſtructum, ad hunc modum reſpondiſſe cuidam, à quo fuerat conuicio prouocatus, Τὸν τέττιγα πτερὸν συνέλαβας. Eſt autem huius inſecti mira quædã & prodigioſa loquacitas, maxime efferueſcente ſole. Plinius negat ijs uocem eſſe, ſed ſtridorem, cum tractu: eumq; ſonum emitti non alis, quemadmodum muſcæ, apes, culices, nam ijs ſtridor ſimul cum uolatu deſinit, at cicadæ ſi preſſeris alas, uehementius etiam perſtrepit: ſed in pectore

Ayuntamiento de Madrid

pectore ſubeſſe ait duos ſpecus, attrituq; membranæ mobili accedente ſpiritu, per hos è uiſceribus ſonum ædi. Ergo quemadmodum ſi cicadam natura garrulam ala prehendas, clarius obſtrepit, ita ſi poëtico homini præbeas occaſionem ſimultatis, non modo non tacebit, ſed clarius obſtrepet, & omnem bilem chartis illinet atris. Proinde Platonem aiunt admonuiſſe, ne quis hominem poëtam ſibi faceret inimicum. Et Horatius:

Genus irritabile uatum dixit.

Tenedia bipennis. XXIX

Τενέδιος πέλεκυς. id eſt, Tenedia ſecuris. Conueniet aut in eos qui nimium ſeuere iudicant ac puniunt: aut qui celeriter expediunt controuerſias, & litium ambiguitates. Inde tranſlatum, quòd olim rex Tenedi ſecurim geſtans, lites audire conſueuit, cauſaq; iudicata, protinus eum qui feciſſet iniuriam, ſecuri percutere: aut quòd Tenedius quidam rex legem tulit in adulteros, ut utriuſque corpus ſecuri concideretur, eiusq; legis exemplum etiam in filium ædidit. Proinde in nomiſmate iuſſiſſe inſculpi, altera ex parte ſecurim, altera duos uultus ex eadem ceruice promunentes. Cuius rei meminit & Stephanus in urbium catalogo. Plutarchus in commentario de Pythijs oraculis, oſtendit ſecurim typum atque inſigne fuiſſe Tenediorum, idq; propter cancros qui ſunt apud illos in loco qui dicitur Aſterium. Verba Plutarchi ſi quis fortè requiret, ſunt hæc: Ὥσπερ ἀμίλλαι σιλανδρικοί ποτε χρυσοῦν σίλπιον ἀναθεῖναι λέγονται, καὶ τενέδιοι τὸν πέλεκυν, ἀπὸ τῶν καρκίνων τῶν γινομένων περὶ τὸ καλούμενον ἀφέδρον παρ' αὐτοῖς. μόνοι γὰρ ὡς ἔοικεν ἢ ὡς φασὶν ἥκιστα τίμιον πέλεκυ καὶ ἔχουσι. Lucianus in Philopſeude: Τοῦτ' ἐκεῖνο, ἔμαρψε γάρ μοι νομίσας, πέλεκύν τινα κατὰ φλυαρίαν. id eſt, Ratus enim iuxta illud quod uulgò dici conſueuit, ſecurim quandam mihi uenisſe ad incidenda mendacia. Mihi uidetur alluſum ad Alexandri Magni factum, qui nodum inſolubilem in Midæ plaſtro enſe diſſecuit, quemadmodum oſtendimus alibi. Meminit & Pauſanias in Phocicis, ſed originem adagionis ad aliam fabulam refert. Scribit autem ſecurim inter anathemata fuiſſe, monumentum Periclitli, cuius pater Euthymachus Tenedius, qua de re uetuſta ferretur fabula: Cycnon filium fuiſſe Neptuni, ac regnaſſe in Colonis. Porrò Colonæ erant in terra Troiana, contra inſulam cui nomen Leucophrys. Porrò cum Cycnus haberet filiam nomine Hemitheam, ac filium nomine Tennen ex Proclea, ea fuerat Clytij filia, ſoror Caletoris, quem Homerus in Iliados α tradit interfectum ab Aiace, quod is Caletor in Proteſilai nauim ignem iniecisſet. Hæc igitur cum eſſet defuncta, huic ſucceßit Philonome Craugaſi filia: quæ cum adamaret Tennen, ac reiecta fuiſſet, mentitur apud maritum, quod ipſa nolens ab eo fuerit de ſtupro ſollicitata. Cygnus uxoris mendacio perſuaſus, Tennen unà cum ſorore ciſtæ incluſum abijcit in mare. Cæterum incolumes appulſi ſunt in inſulam Leucophryn, cui poſt à Tenne nomen uerſum ſit Tenedos. Cycnus tandem ubi comperiſſet ſe deceptum, nauigat ad filium, ſimul & agnituru errorem ſuum, & ueniam deprecaturus. Cum autem appuliſſet Cygnus, & nauim ab arbore quapiam aut ſaxo religaſſet, Tennes præ iracundia ſecuri funes incidit. Vnde prouerbium dici cæptum de ijs qui pertinaciter negarent aliquid: Hic eſt qui Tenedia ſecuri hoc aut illud incidere poſſet. Huic non diſſimilis hiſtoria refertur in prouerbio: Tenedius homo.

Theſaurus carbones erant. XXX

Ἄνθρακες ὁ Θησαυρὸς ἦσαν. id eſt, Carbones theſaurus erant. In eos competit, qui ſpe ſua fruſtrantur, quiq; magnificis rebus expectatis, meras nugas reperiunt. Ex euentu quopiam natum uidetur, quo quiſpiam theſauri ſpe fodiens, carbones defoſſos inuenit. Eaq; res in riſum uulgiq; ſermonem abijt. Nam antiquitus carbones in terra defodi ſolent, ad indicandos agrorum terminos, propterea quod, ut teſtatur in opere De ciuitate Dei diuus Auguſtinus, nulla res magis durabilior, magisq; perpetua, quàm carbones ſub terra defoßi. Lucian. in Zeuxide: Τὸ ὑπὸ τοῦ παροιμίαν, ἄνθρακες ἡμῖν ὁ Θησαυρὸς ἦσαν. id eſt, Verum iuxta prouerbium, theſaurus noſter carbones erant. Rurſum in Philopſeude: Τὸ γοῦν τοῦ λόγου ἐκεῖνο ἄνθρακες ἡμῖν ὁ Θησαυρὸς ηὑρήκατε. id eſt, Proinde iuxta id quod dici ſolet: tu nobis qui theſaurus credebaris, carbones extitiſti. Idem in Timone de auro inuento: Δέδια γοῦν μὴ ἄνθρακας εὕρω ἀντιχρώμενος. id eſt, Vereor itaque, ne expergefactus carbones reperiam. Rurſum in uotis: Καὶ ἄνθρακές σοι ὁ Θησαυρὸς ἴεται. id eſt, Ac theſaurus tibi carbones fuerint, Alciphron in epiſtola quadam: Οὐ πάντες οἱ Θησαυροὶ γενήσονται; id eſt, Non omnes theſauri mihi cinis erunt?

Octapedes. XXXI

Ὀκτάποδες. id eſt, Octapedes Scythico prouerbio dicebantur, qui duos poßiderent boues, & currum unum. Lucianus in Scytha ſiue proxeno: Οἱ παρ' αὐτοῖς ὀκτάποδες καλούμενοι. id eſt, Qui apud illos Octapedes uocantur. Dici poterit per iocum in hominem, qui ſibi locuples uideatur: uel in eum cui ruſticanæ ſunt opes. Inter opes enim ruſticanas præcipue recenſet Heſiodus, τὸν βοῶν ἀροτῆρα. id eſt, Bouem aratorem. Addit prouerbio gratiam alluſio ad ſcorpium, polypum, ſepiam & theutidem, octonis pedibus animantia, & ob id Græcis dicta ὀκτάποδα. Scorpius etiam prouerbio locum fecit, octapedem excitas. Siquidem hoc animal ſub omni lapide dormire dicitur, Suidas ὀκτώπουν ſcripit per ω, non per α.

Satius eſt recurrere quàm currere male. XXXII

Πάλιν ἀπελθεῖν μᾶλλον ἢ ἁμαρτεῖν κακῶς. id eſt, Satius recurrere, atque uti curras male.

Senarius prouerbio celebratus, cuius hic eſt ſenſus: Præſtat mutare conſilium in melius, quàm in male inſtitutis pergere. Lucianus aſinus ſententiam hanc ſecum uoluebat, non admodum aſininam:

ἔκεινα τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου,
Πάλιν ἀπελθεῖν μᾶλλον, ἢ ἁμαρτεῖν κακῶς. id eſt,
Viſum eſt tandem, iuxta uulgi ſermonem:
Potius recurrere, atque currere perperam.

Quin & hoc ſeculo uulgò dictitant, non prorſus aberrare eum, qui medio è curſu recurrat: ſignificantes probandos eos qui mature reſipiſcunt ab ſtultitia.

Solus currens uicit. XXXIII

Μόνος θέων ἐκράτει. id eſt, Solus currens uicit. De ijs qui uincunt nemine contrà certante. Tranſlatum à ſtadijs. Nihil autem eſt negotij uincere, ſi nemo tecum certet. Concinne dicetur in eos qui ſibi placent, quaſi pulchre cauſam ſuam probarint, cum nullus adſit qui contra diſputet. Lucianus in imaginibus: ῥᾴδιον ἢ εἰπεῖν τό ὅτι τοῦ παροιμίαν, μόνον θέοντα κρατεῖν. id eſt, Haud eſt difficile, iuxta prouerbium, cum ſolus curras, uincere. Affine illi quod aliàs recenſuimus, ἐρήμην νικᾶν. id eſt, Deſertam cauſam uincere. Nec alienum ab illo, ἀκονιτὶ νικᾶν. id eſt, Citra puluerem uincere. Et ἀνιδρωτὶ νικᾶν. id eſt, Citra ſudorem uincere, quorum alibi meminimus.

Leonem ex unguibus æſtimare. XXXIIII

Ἐκ τοῦ ὀνυχὸς λέοντα γινώσκειν. id eſt, Ex unguibus æſtimare leonem, eſt ex una quapiam coniectura negotiũ uniuerſum perpendere, ex paucis multa, ex minimis maxima conijcere. Natum uidetur adagium à Phidia ſtatuario, qui ſicut narrat Lucian. in Hæreſibus, inſpecto leonis duntaxat ungui, quantus eſſet totus leo perpendit, totumq; ex indicio unguis

Ayuntamiento de Madrid

effinxit. Plutarchus in comment. De defectis oraculis, uidetur ad Alcæum referre. Sic enim ſcribit: Οὐ κατ' ἀλκαῖον δ' ὄνυχος τὸν λέοντα γεγράφοντας. id eſt, Non Alcæi more leonem ex unguibus depingentes, hoc eſt, ex re minima maxima colligentes. Philoſtratus in uita Apollonij: Οἷον δ' ὄνυχος ἤδη ὁρῶ. id eſt, Qualem ex ungui iam eſſe uideo. Baſilius Magnus ad Maximum philoſophum εἰκόνες ὥσπερ τὸν ψυχὴν ἀσφαλῶς οἱ λόγοι. καθεμάθομεν γὰρ σὲ διὰ τῆς γράμματος, ὅσον φασὶν ἐκ ὀνύχων τὸν λέοντα. id eſt, Animi imago re uera eſt oratio: Proinde cognouimus te ex literis, non aliter quàm leonem, ut aiunt, ex unguibus. Fit autem hoc mathematica ratione, ſicuti docet Vitruuius lib. 3. ut ex membro uel minimo, totius corporis modus colligatur. Quemadmodum Pythagoras Herculani corporis menſuram ex Piſano ſtadio, quod Hercules ſuis pedibus fecerat metatus, ratiocinatus eſt. Sic ex unius arteriæ pulſu, medici de tota hominis ualetudine iudicant: ſic ex coma, aut cingulo, aut oculorum nutu, totam hominis uitam licet conijce: ſic ex unica epiſtola doctrinam omnem æſtimamus: ex unico reſponſo, totam hominis ſapientiam perpendimus.

Cauda de uulpe teſtatur. XXXV

Η ἀλώπεκι μαρτυρεῖ. id eſt, Cauda de uulpe teſtificatur. In eos dici ſolitum, qui puſilla in re cuiuſmodi ſint declarant. Eſt autem uulpi cauda pro corpore maior ac piloſior, ut nō ſit facile celare. Alioqui canis uideri poſſit. Vnde quadrabit de exitu declarante cuiuſmodi fuerint reliqua. Quidā primo aggreſſu agni, in cuentu uulpes inueniuntur.

E' fimbria de texto iudico. XXXVI

Ἐκ τῆς κράσπεδόν τὸ ὑφασμα γινώσκω. id eſt, E' fimbria textum omne cognoſco, hoc eſt, ex uno aliquo puſillo reliquorum facio coniecturam. Translatum à negotiatoribus, qui inſpecta texti margine facile de uniuerſo cuiuſmodi ſit, iudicant.

De guſtu cognoſco. XXXVII

Ἐκ γεύματος γινώσκω. id eſt, Ex deguſtatione iudico, hoc eſt, ex minima experientia. Ductum item à negotiatoribus, qui guſtato duntaxat uino, aut oleo, de reliquo mox pronunciant. Eſt enim cuiuſq; arboris fœtui ſuus quidam ſapor & indoles, & forma quoq; peculiaris: quæ quoties mutarentur in diuerſum, pro oſtento habitum fuit, ut eleganter Theophraſtus in hiſtoria Plantarum lib. 2. cap. 4. Vnde Plinius: Ad eum, inquit, guſtum tibi reliqua promitto. Seneca: Et guſtum tibi dare uolui. Et deguſtationem huiuſmodi experientiam uocamus. Haud alienum fuerit hic aſſcribere, quod Irenæus refert prouerbij nomine, ut diſcas mare falſum eſſe, nihil opus totum ebibere. Siquidem è paucis guttis deprehendere licet, quale ſit uniuerſum mare.

Aethiopem ex uultu iudico. XXXVIII

Τὸν Αἰθίοπα ἐκ τοῦ ὄψεως γινώσκω. id eſt, Aethiopem ex ipſo uultu cognoſco. præfert quiſque aliquo ſigno, cuiuſmodi ſit moribus. Præ ſe fert enim Aethiops, nigrore uultus, intortis capillis, labris tumentibus, dentium candore, patrium ſuam. Nam ueſtem mutare poteſt Aethiops, faciem non poteſt.

De fructu arborem cognoſco. XXXIX

Ἐκ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκω. id eſt, E' fœtu cognoſco arborem: à factis hominem iudico. Quæ paræmia etiam in Euangelicis literis extat, quemadmodum oſtendimus in operis initio. Veſtis ſordida, raſus uertex, iciunium, oratio, frons tetrica, folia ſunt quæ ſæpenumero mētiuntur, quemadmodum illa ficus mentita eſt Chriſto: ſed pro Chriſti gloria patienter tolerare infamiam, bene uelle malcuolis, nec rependere iniuriam, fructus eſt arboris bonæ. Hæc ſi quis conſtanter & alacriter præſtat, arguunt animum ſyncerum. Nam ſimulatio nec diuturna poteſt eſſe, nec fieri poteſt, quin alicunde cedens naturæ, prodat animi morbum.

In tenebris ſaltare. XL

Ἐν σκότῳ ὀρχεῖσθαι. id eſt, In tenebris ſaltare. Eſt rem gerere clanculum, nullo teſte, nullo iudice. Translatum ab ijs qui choros ducunt, quos in tenebris nemo queat dijudicare re recténe, an ſecus moueant pedes. Lucianus in Sectis, ἐν σκότῳ φασὶν ὀρχούμεθα. id eſt, In tenebris, ut aiunt ſaltaremus. Quibus ex uerbis uidetur adagium dici poſſe etiam in illos qui temere, nullo; iudicio, nulla certa ratione rem agunt. Sentit enim Lucianus nos philoſophia deſtitutos, tanquam in tenebris ſaltaturos, ut quicquid in manus uenerit, id eſſe credamus quod quærebatur. Apparet huc tacite alluſiſſe Platonem lib. De repub. 8. ἵνα μὴ σκοτεινὸς διαλεγώμεθα πρῶτον δεισώμεθα. id eſt, Ne tenebroſe diſſeramus, prius definiamus. Nam qui confuſe diſputat, ueluti in tenebris ſaltat.

Areopagita. XLI

Ἀρεοπαγίτης. id eſt, Areopagita. De triſti ſeuerq; dicebatur, aut etiam de iudice uehementer incorrupto. Inuenitur & Σκυθρωπότερος ἀρεοπαγίτου. id eſt, Triſtior Areopagita. Athenis ſumma erat Areopagitarum autoritas: hi erāt iudices, qui de capitalibus cauſis pronuntiabant, tanta integritate, ut noctu atque in tenebris, non interdiu, neque luci cauſas cognoſcerent, quo non dicentes, ſed duntaxat quæ dicerent ſpectarent. Id ita eſſe teſtatur Lucianus in Sectis. Alluſit ad prouerbium Ciceronis ad Atticum libro 1. Senatus ἄφρων πάγων, nihil conſtantius, nil ſeuerius, nil fortius. Idem eiuſdem operis lib. 4. Ex quo intellectum reis τὸν ἀρεοπαγίτας, ambitum, comitia, interregnum, maieſtatem, totam denique rempub. flocci non facere.

Atticus aſpectus. XLII

Ἀττικὸν βλέπων. id eſt, Atticus aſpectus, perinde eſt quaſi dicas, os impudens. In eos dicebatur, qui uultu ipſo præ ſe ferebant impudentiam, dicendiq; confidentiam. Nam hoc uitio notati ſunt Atticorum mores. Ariſtophanes in Nubibus:

Ἐπὶ τοῦ προσώπου τοὐγὼ ἀττικὸν βλέπω. id eſt,
Ac uultu in ipſo aſpectus Atticus eminet.

Sic enim loquitur Strepſiades de filio Socratica è ſchola redeunte, quem ex ipſa fronte conijcit malam cauſam agere poſſe, quod neſcio quid Atticæ aſtutiæ ſimul atq; impudentiæ præferret. Quin & Achilles apud Homerum Agamemnonem appellat κυνώπα, ob impudentiam, tales & κυνοβλῶπας dici admonet Heſychius.

Lari ſacrificant. XLIII

Ἑρμῇ θύουσιν. id eſt, Lari ſacrificant. In tenaces dicitur, qui de ſuis nemini quicquam impartiunt: aut in conuiuas edaces, qui nihil appoſitis epulis mittunt amicis, neq; quicquam faciunt reliquum. Nam antiquis religioſum erat, ex ijs quæ laribus immolabantur, aliquid foras efferre. Huc alluſit Ariſtophanes in Pluto, apud quem Carion Mercurio obſecranti, ut aliquid ſibi de ſacrificio quod intus agebatur, impertiant: ἀλλ', inquit, οὐκ ἐκφορά. id eſt, Efferre nequaquam licet. Idem in eadem fabula mulieri uolenti pro foribus ſpargere bellaria:

ἦθος γε, inquit, παρὰ τὴν ἑρμαῖαν, ὥσπερ νόμος,
Οὐδὲν ἐκφέρειν πρεπτὸν ἔστιν ἀλλὰ εἰσφέρειν. id eſt,
Intus profectò, ut moris eſt, apud Larem,
Nam nefas efferre quicquam inferre ſed decet magis.

Apud Romanos, autore Plutarcho, nefas erat menſam prorſus inanem tolli: uel quòd immunerē ſemper aliquid reſeruandum in tempus poſterum: uel ut aſſuefacerent temperare cupiditati, à præſentibus abſtinentes: uel ut hoc pacto ſeruorū animos ſibi conciliarent cum quibus menſam aliquo pacto communent habere uiderentur: uel quòd religioſum habe-

retur

Ayuntamiento de Madrid

retur in ſacris quicquam uacuum conſpici. Porrò menſa ſacra quædam res eſt. Cato lib. De re ruſtica monet, ut uillica certis diebus Lari ſacrificet pro copia, addita foco corona. Huic diuerſum adagium fingi poterit, τῇ ἑκάτῃ θύειν. id eſt, Hecatæ ſacrum facere. Siquidem in huius deæ ſacris, ij qui cœnam inferebant, ipſi nihil inde guſtabant, neq; quicquam auferebant præter tumultũ & fumũ, ut inquit in Sympoſiacis Plutarc. Idem fieri conſueuit, ſi quid inferebatur reliquis diis, quos ἀποτροπαίους appellant. Torquebitur in eos qui alijs conſulunt non ſibi: alijs parant opes, ipſi non fruuntur.

Proteruiam fecit. XLIIII

Erat hoc religioſum in nonnullis etiam alijs hoſtijs, ne quid ex ſacris epulis relinqueretur: aut ſi quid reliquum eſſet, id igni abſumeretur: quemadmodũ Moyſes tradit de agno paſchali. Porrò id genus ſacrificij, Romani proteruiam appellant. Vnde celebratur illud Catonis feſtiuiter dictũ in Albidium quendam, qui patrimonium uniuerſum luxu abſumpſerat, unis exceptis ædibus, quæ incendio conflagrarunt: Proteruiam, inquit, fecit: propterea quod ea quæ comeſſe non potuerit; quaſi cõbuſſiſſet. Autor Macrobius lib. Saturnalium 2. Adhoc facit quod apud Athenæũ lib. 8. Theocritus Chius Diocliti gurgiti, qui deuorato piſce calido, dixit ſe cœlum exuſſiſſe: Vnum, inquit, illud tibi ſupereſt, ut mare ebibas, atq; ita tres res omnium maximas conficeris, terram, mare, cœlum. At quoties ſumptus ſuperat queſtũ, nec morbus decedit iam in naturam uerſus, quid ſupereſt, niſi ut ad malas artes uertant ſeſe, quo luxui ſemper gliſcenti ſuppeditet pecunia? Atq; hæc eſt una non minima peſtis Germaniæ noſtræ, præcipue apud eos qui nobilitatis titulo gloriantur: quanquam ſunt in his qui nobilitatem fingunt, ut hæc faciãt impunitius, qui ſubornant à quibus uocentur Ionckeri, iactant arces paternas, addunt plumam galero, pingunt clypeum, in quo dextra librans machæram diſſecet elephantem: Subſcribunt epiſtolis ſuis tres literas, Equ. Si quis ſit natus uiculo quopiam, puta Ornithoplutus dicto Iſocomo, non ſe ſcribit Iſocomenſem, Nam id plebeium eſt, ſed Ornithoplutus ab Iſocomo. Atq; tum ſibi ius eſſe putant indicere bellum cui uiſum eſt. Si legum ſeueritas coërceret talium iuuenum intemperantiam, non eſſent tam multi quibus ſupplicia uel infligere cogerentur, uel condonare. Per aleam enim, chartas, ſcorta, compotationes, & ocium ucnitur ad es alienum, mox ad rapinas & ſycophantias. Curritur in militiam, redeunt cum præda non ab hoſtibus parta. His rudimentis exercitati, nullum horrent facinus. Apud ueteres erant leges ſumptuariæ, atq; adeo Corinthi, quæ ciuitas erat cæteris corruptior, tamen lex erat oppoſita, ſumptuoſius quàm pro rei familiaris modo uiuentibus. Eam apud Athenæum lib. 6. Diphilus refert hiſce uerſibus:

Τοιοῦτο νόμιμόν ἐστι βέλτιστ' ἐνθάδε
Κορινθίοις, ἵν' ἄν τιν' ὁρμᾶνθ' ἁεὶ
Λαμπρῶς δρᾶν μέν, τοῦτον ἀνακεῖνεν ποθεῖν
Ζῆν, καὶ τὶ ποιῶν, κἂν μὲν οὐσίαν ἔχῃ,
Ἧς ἀπορόσοδοι λύσει τἀναλώματα,
Ἐᾶν ἀπολαύειν τοῦτον ὧνπερ βίον.
Ἐὰν δ' ὑπὲρ τὴν οὐσίαν δαπανᾶν τύχῃ,
Ἀπεῖπον αὐτῷ τοῦτο μὴ ποιεῖν ἔτι.
Ὃς δ' ἂν μὴ πείθηται ἐπέβαλον ζημίαν.
Ἐὰν δὲ μηδ' ὁτιοῦν ἔχων ζῇ πολυτελῶς,
Τῷ δημίῳ παρέδωκαν αὐτόν. Ἡράκλεις.
Οὐκ ἐνδέχεται γὰρ ζῆν ἄνευ κακοῦ τινος
Τοῦτον σωθῆναι. ἀλλ' ἀναγκαῖος ἔχει
Ἢ λωποδυτεῖν νυκτὸς, ἢ τοιχωρυχεῖν,
Ἢ τῶν ποιούντων ταῦτα κοινωνεῖν τισὶν,
Ἢ συκοφαντεῖν κατ' ἀγορὰν, ἢ μαρτυρεῖν
Ψευδῆ. τοιοῦτον ἐκκαθαίρομεν γένος. id eſt,

Hoc lege cautum eſt hic apud Corinthios,
Si quempiam obſonare ſemper ſplendide
Videmus, hunc rogamus, unde uiuat, &
Quid faciat operis: ſi facultates habet,
Vt reditus harum ſoluere expenſas queat,
Perpetimur illum perfrui bonis ſuis.
Sin fortè ſumptus ſuperat ea quæ poſſidet,
Prohibemus huic ne faciat hoc in poſterum.
Ni pareat, iam plectitur multa graui.
Sin ſumptuoſe uiuit is qui nihil habet,
Tradunt eum tortoribus. Proh Hercules.
Nec enim licet uitam abſque malo ullo degere
Talem ſcias, ſed eſt neceſſe aut noctibus
Abigere prædam, aut fodere muros ædium,
Aut hæc patrantium iungier commercio,
Aut in foro agere ſycophantam, aut perfidum
Præbere teſtem. Nos genus hoc mortalium
Eijcimus hac ex urbe, uelut purgamina.

At hodie Germania in non obſcuris ciuitatibus fert hoc genus nepotes & gancones, qui non ſolum nihil habent, uerum etiam multis multa debent, neq; cuiquam illorum dicitur, heus tu, unde ſuppetit res tuo luxui? Quod ſi fieret, fortaſſe comperirent eſſe uerum quod ſcripſit Diphilus.

Hic funis nihil attraxit. XLV

Αὕτη μὲν μέντοι οὐδὲν ἕσπασεν. id eſt, Funis quidem iſte piſcium attraxit nihil. Senarius prouerbialis, quo ſignificabant operam fruſtra ſumptam, neque ex ſententia euenijſſe, quod quis conabatur. Translatum ab hamato funiculo piſcantibus, qui ſæpe hamum retrahunt inanem. Natum uidetur ex fabula Ariſtophanis, cui titulus, Διαμφισβητήσεως, ubi legitur hic ſenarius. Ad adagium alluſit idem in Veſpis: Ἀλλ' οὐχ ἕσπασεν. id eſt, Atqui non attraxit. De eo qui tetenderat patri laqueum, ne quo exiret.

Semper tibi pendeat hamus. XLVI

Adſimili metaphora dixit Ouidius in Amoribus,

Caſus ubique ualet, ſemper tibi pendeat hamus,
Quo minime credis gurgite piſcis erit: id eſt,

Semper experienda fortuna, & omnis tentanda occaſio. Simile illi, Omnem mouere lapidem.

Diues aut iniquus eſt, aut iniqui hæres. XLVII

Diuus Hieronymus ad Hedibiam ſcribit ad hunc modũ: Vnde & illa uulgata ſententia mihi uidetur eſſe uerißima, Diues aut iniquus, aut iniqui hæres. Quod ſi uerũ eſt illud Heſiodium, non omnino temere eſſe, quicquid uulgò dicunt mortales, prouerbium hoc haud oſcitanter expendendũ eſt ijs, qui ſuis opibus ſtulte ſe iactant. Neq; enim ferè parantur ingentes opes ſine fraude. Et aut ipſe poſſeſſor eas per fas nefaſq; congeßit, aut certe ſucceßit ei, qui has ea parauit uia, Plato lib. De legib. 5. ὡς τὸ λόγῳ ἅμιλλ' ὀρθὸς, ὡς οὐκ εἰσὶν οἱ πλούσιοι ἀγαθοί. id eſt, Ita uerum eſt, quod uulgò dicimus, admodum diuites non eſſe bonos. Circunfertur apud Græcos & hic uerſiculus ex Menandri comœdijs.

Οὐδεὶς ἐπλάτυνε ταχέως δίκαιος ὤν. id eſt,

Nunquam uir æquus, diues euaſit cito.

Huc reſpexit ille, qui Syllæ iactãti ſeſe, dixiſſe legitur. Quomodo uir bonus eſſe potes, qui tantas poßideas opes, quum à patre nihil tibi ſit relictum? Refert Plutarchus in illius uita.

Herculanus nodus. XLVIII

Ἡράκλειον ἄμμα. id eſt, Herculeus nodus, pro uinculo arctißimo atq; indiſſolubili legitur apud eruditos. Seneca ad Lucillium: Vnus tibi nodus, ſed Herculeus reſtat. Sic enim uocat ſyllogiſmum, qui uix diſſolui poſſet. quod in eos quadrabit, qui ſunt arctißima neceßitudine copulati. Idq; unde ſit natum, Plutarchus propemodum indicat in Alexandri uita.

Ayuntamiento de Madrid

Scribit enim Alexandrum Magnum, ſubacto oppido Gordio, Midæ regis, uiſere uoluiſſe plauſtrum illud celebre, mirando artificio ex corni libro connexum. De quo talis fama apud barbaros increbuerat, quiſquis eius nodos explicuiſſet, ei totius orbis imperium portendi fatis. Alexander enſe diſſecuit. Ariſtobulus ſcribit eũ facillime diſſoluiſſe: nempe adempto clauo, quo temoni iugũ annectitur. Alluſit huc Auſonius ſcribens Paulino ſuo, Næ tu Alexandri Macedonis peruicaciam ſupergreſſus es, qui fatalis iugi lora quum ſoluere non poſſet, abſcidit, & Pythiæ ſpecu quod nefas erat patere, penetrauit. Rurſus ad eundem in carmine,

Ocyus ille: iugi fatalis ſoluere lora
Pellæum potuiſſe ducem reor, abdita opertis
Principijs, & utroque caput celantia nodo.

Nodum autem cum, quem oſtendit Hercules, religioſum ac ſacrum apud priſcos fuiſſe, ſatis liquet ex ijs Plinij uerbis, quæ ſunt in hiſtoria mundi, lib. 28. cap. 6. Ac uulnera nodo Herculis præligare, mirum quantum ocyor medicina eſt. Atque etiam quoti iuuni cinctus tali nodo, uim quandam utilem habere dicuntur. Feſtus Pompeius oſtendit antiquitus fuiſſe morem, ut nouæ nuptæ laneo cingulo præcingeretur, uincto nodo Herculis, quẽ uir ominis gratia ſoluebat in lecto, ut & ipſe felix eſſet in liberis ſuſcipiendis: nam Herculem ſeptuaginta liberos reliquit. Athenæus lib. 11. tradit Heracleotas Bœotiæ gẽtem hoc inſigni à cæteris diſtingui, ὅτι ὑπερῳρ ἐπὶ τ ὦτων αὐτοῖς ὀλεγόμεν& ἡράκλε& δεσμὸς. id eſt, quod ſuper aures geſtent uinculũ, quod Herculaneum dicitur. In conſimilem ſenſum Marcus Tullius uſurpauit. Trabali clauo, actione in Verrem 7. Et ut hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clauo figeret, cum conſilio cauſam Mamertinorum cognoſcit. Meminit & Horatius clauorum trabalium.

Fuere quondam ſtrennui Mileſij. XLIX

Πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι μιλήσιοι. id eſt,
Fuere quondam ſtrennui Mileſij.

Hoc ſenario notabant eos, qui à priſtina fortuna defluxiſſent, aut maiorũ moribus degenerauiſſent. Breuiter in omnes quadrabit, qui deſierunt eſſe quod erant, facti deteriores. in ſenem, in pauperem factum è diuite: in priuatum, qui quandoque regnarit in obſcurum, qui aliquando floruerit. Origo prouerbij uarie narratur à Græcis. Quidam aiunt Mileſios olim belli gloria præter cæteros floruiſſe, adeo, ut quoſcunq; bello laceſſerent, eos ſuperarent. Proinde Polycrates Samiorum tyrannus, bellum quoddam geſturus, cum in animo haberet Mileſios ſocios ad eam rem accerſere, oraculum ſuper eo negotio conſuluit. Deus reſpondit: Quondam fuere ſtrennui Mileſij. Alij diuerſam adferunt fabulam. Cum Cares bellum aduerſus quoſdam molirentur, ſtatuiſſentq; eius gentis auxilijs uti, quæ tum eſſet inter finitimos pollentiſſima, quidam Mileſios accerſendos cenſuerũt, alij cum Perſis res componendas. Itaq; conſultus hac de re Apollo, reſpondit modo dictum ſenariũ. Diſſipato per omnem Aſiam oraculo, Mileſij propemodum omnes in prælio cum Perſis collato, cæſi ſunt. Itaq; oraculum cum riſu in prouerbium abijt. Rurſum alij ſcribunt: Cares cum Dario belligerantes, iuxta uetus quoddam oraculum, quo monebantur, ut fortiſſimos auxilio aduocarent, in Branchidas fuiſſe profectos: atq; eius loci deum conſuluiſſe, num Mileſiorum auxilijs oporteret uti. atq; eum reſpondiſſe: Quondam fortes fuiſſe Mileſios: ſignificantem uidelicet, eos iam imbelles eſſe, & delicijs effœminatos. Verum hoc commentum ex ipſa temporis ratione coarguit Zenodotus. Siquidem hunc ſenarium legi apud Anacreontem, qui floruit ætate Cyri Perſarum regis, à quo Darius fuerit tertius. Angelus itaq; Politianus maluit ad Mileſiorum mores in mollitiem uerſos referre: quemadmodum facit & Athenæus lib. Dipnoſ. 12. Vſurpat hoc adagium ſemel atque iterum Ariſtophanes in Pluto,

Καὶ πρὸς ἐπὶ τούτοις εἶπεν ἀποπέμπων, ὅτι
Πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι μιλήσιοι. id eſt,
Ac præter hæc renuntiauit hoc quoque,
Fuiſſe quondam ſtrenuos Mileſios.

Dicitur autem ſub perſona adoleſcentis, qui reuocatus ab anu, quam pauper aliquando diuitem emolumenti gratia coluerat, tunc diues effectus, eandem exhauſtam faſtidit. Alluſit eodem in Veſpis, iocans in ſenes,

Ὦ πάλαι ποτ' ὄντες ὑμεῖς ἄλκιμοι μὲν ἐν χοροῖς,
ἄλκιμοι δ' ἐν μάχαισιν,
Καὶ κατ' αὐτὸ δὴ τοῦτο μόνον, ἄνδρες μαχιμώτατοι,
Πλὴν ποτ' ἦν πολὺ ταῦτα. νῦν
Δ' οἰκτραίγε, κύκνε πολιώτεροι δή. id eſt,
O qui quondam fortes fuiſtis in choreis, fortes in pugnis: & ſecundum hoc deniq; tantum uiri pugnaciſſimi: prius olim fuerunt, prius iſta: nunc uero pericrunt, cygno magis cani iam. Ariſtophanes in Ranis notat μιλήσια τραύματα. id eſt, ſtragulas Mileſias, ut delicijs effœminatorum. Vſurpatur & à Syneſio in epiſtola quadam ad Philoſophon mulierem, ſignificans ſeſe à priſtina felicitate redactum ad calamitatem.

Fuimus Troës. L

Ἦμεν ποτὲ Τρῶες. id eſt, Fuimus Troës. Hic loquendi color in Græcanicis tragœdijs adeo paſſim obuius eſt, ut tanquam in adagium abierit, ubi periſſe quempiam ſignificant. Euripides in Hecuba: Κἀγὼ γὰρ ἦν ποτέ. id eſt, Et quondam ego fui. Sophocles in Electra:

Ἀπωλόμαν δὲ τλήμων δὴν ἔτι. id eſt,
Miſeranda perij, nulla ſum poſthac ego.

Id imitatus Virgilius ſecundo Aeneidos libro:

—Fuimus Troës, fuit Ilium & ingens
Gloria Teucrorum. Rurſum alibi:
Et campos ubi Troia fuit. Extinctam ſignificãs. Eandẽ ſententiã diuerſa metaphora extulit Ouid. lib. De Triſtib.

Nos quoque floruimus, ſed flos fuit ille caducus.
Flammaq; de ſtipula noſtra, breuisq; fuit.

Ad eandem figuram pertinet & illud ex Terentiana fabula, cui titulus ἑαυτὸν τιμωρούμεν&. Imò habui Chreme, tanquam periiſſe ſignificans. Item illud ex Rudentibus Plauti: Miſerum iſthuc uerbum, & peſſimum eſt, habuiſſe. Præterea nobilis illa uox M. Tulij de coniuratis ſupplicio affectis: Vixerunt, cum occiſos ſignificaret. Hanc ſermonis figuram ex antiquiſſima illa Lacedæmonij chori cãtilena putant increbuiſſe. Eius chori mentionem facit Plutarchus in libello, cui titulus: Quo pacto laudare ſe quiſpiam citra inuidiam poſſit: meminit & Diogenianus in Græcorum adagiorum collectaneis. Conſtabat autem is chorus triplici ſerie atque orbe, ſenum, puerorum, iuuenum. Senum hæc erat cantio:

ἄμμες ποτ' ἦμεν ἄλκιμοι νεανίαι. id eſt,
Nos fuimus olim, ſtrennui iuuenculi.

Deinde pucrorum hæc erat:

ἄμμες δέ γ' ἐσόμεσθα πολλῷ κάρρονες. id eſt,
Præſtantiores nos futuri olim ſumus.

Poſtremo iuuenum hæc erat,

ἄμμες δέ γ' αὐτῶν, ἀν ὁ λὴς ἀναγάσθεο id eſt,
At nos ſumus, uel experire, ſi uelis.

Hunc chorũ, quem τριχορίαν uocant, inſtituit apud Lacedæmonios Tyrtæus, iuxta triplex ætatũ diſcrimẽ. Nam puericia ingreſſus eſt uitæ, uirilis ætas progreſſus, ſenecta exitus.

Pyrauſtæ interitus. LI

Πυραύστ μόρ&. id eſt, Pyrauſtæ interitus. In eos dicebatur, qui ſibijpſis exitium accerſunt. Ait enim Zenodotus, Pyrauſtam inſectum eſſe, quod lucernis aduolet, atq; ita exuſtis alis concidat, percatq;. Citat autem hunc ex Aeſchylo ſenarium:

Δίδυμα

Δέδοικα μεφον κάρτα πυραύςᾳ μόφον. id eſt,
Magnopere ſtultum metuo pyrauſtæ exitum.

Tradit eadem de Pyraufta Aelianus De natura animantium lib.12. citans eundem ex Aeſchylo locum. Meminit de Pyraufta & Plinius lib.11. cap.36. Gignit, inquiens, aliqua & contrarium naturæ elementum, ſiquidem in Cypri æraris fornacibus ex medio igni maioris muſcæ magnitudine, uolat pennatũ quadrupes, appellatur Pyralis, à quibuſdam Pyrauſta, aut, ut nonnulli codices habent, pyrotus. Quandiu eſt in igne, uiuit: cũ cuaſit longiore paulo uolatu, tunc emoritur. Cuiuſmodi ferme tradidit Ariſtoteles lib.3. De animalibus è niue uetuſtiore uermem naſci, qui niue exemptus nõ uiuat. Eum nos uidimus in Alpibus. Quòd ſi placet ad hoc referre adagium, conueniet & in eos, qui ὠυμέφοι ſunt, id eſt, qui celeriter intereunt. Nec inuenuſte deflecteretur in eos, qui nuſquam uiuere poſſunt, niſi in propria patria: ſi contingat agere peregre, rebus omnibus offenduntur.

Poſt feſtum ueniſti. LII

Κατόπιν ἑοφτῆς ἦκες. id eſt, Poſt feſtum ueniſti. Refertur à Diogeniano. Dicitur in eos qui negotio cuipiam egregio non interfuerunt: propterea quòd ſerius, iam re peracta acceſſerint. Socrates in Gorgia Platonis: Αλλ' ἦ τὸ λεγόμενον, κατόπιν ἑοφτῆς ἥκομεν, καὶ ἐν καιφῷ μέν; id eſt, Num, inquit, poſt feſtum, quemadmodum dici conſuevit, uenimus ac ſerius? Legitur & hoc pacto: παναθηναίων κατόπιν. id eſt, Poſt Panathenæa. Item πυθίων ὕſτεφον ἦκες. i. Poſt Pythia ueniſti.

Merx ultronea putet. LIII

Merces ultroneæ putent. id eſt, ingratæ ſunt, quæ ultro non petentibus offeruntur. Translatum uidetur à negotiatoribus, qui merces à uenditore ultro oblatas, ſuſpectas habere ſolent, quaſi ſtudeant eas extrudere. Adagium refertur à diuo Hieronymo in quæſtionibus Hebraicis: Tritum, inquit, prouerbiũ eſt, ultroneas putere merces. Vnde & nos de induſtria dicenda reticemus, ut auidius uelis audire quæ tacita ſunt. Vſurpat idem in epiſtola ad Demetriadem uirginem. Ab hac ſententia non abluduit illud Ouidianum.

Quod uenit ex facili, faciles ſegnes q; tenemus.
Quod ſpe, quod q; metu torſit, habere iuuat.

Quin uulgò etiamnum in ore eſt, ultro delatum obſequium plerunq; ingratum eſſe. Cui tamen refragatur Minus ille non inſulſus:

Bis eſt gratum, quod opus eſt, ultro ſi offeras.

Illotis pedibus ingredi. LIIII

Ἀνίπτοις ποσὶν ἀναβαίνειν. id eſt, Illotis pedibus ingredi, Eſt confidenter atq; imperite rem egregiam aggredi, tanquam profane & irreuerenter. Translatum à ſacrorum cæremonijs, in quibus omnia pura lotaq; iubebantur exhiberi. Lucianus in Demonactis uita: Οὐ μὴν ἀνίπτοις γε ποσὶ τὸ ἐμὸν λόγον, πρὸς ταῦτα ἥξειν. id eſt, Haudquaquam illotis, ut aiunt, pedibus ad iſta uenerat, hoc eſt, neutiquam inexercitatus, neque rudis. Idem in Rhetorum præceptore notat eos, qui ἀνίπτοις ποσὶν, id eſt, nullis bonis diſciplinis inſtructi, ad rhetoricum munus accedunt. Aeneas ſophiſta in epiſtola quadam: Οἱ μὲν πολλοὶ τὸ λεγόμενον ἀνίπτοις ποσὶν ἐπιπηδῶσι τοῖς ἱεφοῖς. id eſt, Pleriq; quidẽ illotis, quod aiũt, pedibus irrumpunt ad ſacra. A. Gellius in Noctibus: Illotis, quod aiunt, pedibus & uerbis, reprehendit doctiſſimi hominis orationem. Macrobius Saturnalium lib.1. Illotis pedibus prætereunt. De literatoribus loquitur, qui reconditam illum in Vergiliano poëmate doctrinam negligunt. Huiuſmodi Galenus lib. De uirtute ſimplicium remediorum 7. ἀμύητους uocat καὶ βεβήλους. κἀδόκει, inquit, ἴσως θαυμαςὸν, εἴγε καὶ μυςηρίων βίβλους ἐτόλμησαν ἔνιοι τ ἀμυήτων ἀναγινώσκειν. ἀλλ' ὅτ' ἐκείνας ἔγραψαν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν τοῖς βεβήλοις, ὅτ' ἐπὶ ταῦτα τοῖς μήπω περὶ τὰ ῥητὰ γεγυμνασμένοις. i. Ac fortaſſis haud quaquam mirum eſt, ſi & myſteriorum libros quidam ſacris nõ initiati ſunt auſi legere. At eos libros nec illi qui ſcripſerunt, ſcripſerunt prophanis, nec ego hæc ſcribo ijs, qui nondum in primis rudimentis ſunt exercitati. In genere, ſermonem omnem parum uerecundum, nimis q; procacem ac petulantem, illotum prouerbio uocant.

Illotis manibus. LV

Ἀνίπτοις χεφσὶν. id eſt, Illotis manibus. A Diogeniano refertur, pro eo quod eſt, irreuerenter atq; imparate. Translatum item à ſacrorum puritate. Heſiodus in operis & diebus uetat, ne quis mane Ioui liber uinum χεφσὶν ἀνίπτοις. id eſt, manibus illotis.

Μηδέ ποτ' ἠῶθεν δὶ λείβειν αἴθοπα οἶνον
Χεφσὶν ἀνίπτοισιν, μηδ' ἄλλοις ἀθανάτοισιν. id eſt,
Ne unquam mane Ioui uinum libaueris ardens
Illotis manibus, neque diuûm præterea ulli.

Ac ne uel amnem quiſpiam ingrediatur, aut fontem κᾶφας ἄνιπτος, idem uetat, id eſt, manibus illotis. Vnde χερνίβω apud Homerum crebra mentio. Ea uox perinde ſonat, quaſi dicat, manuum lotionem, à qua rem diuinam antiquitus auſpicabantur, atq; etiam conuiuium, utpote rem ſacram. Gregorius cognomento theologus in apologia De fuga ſua in Pontum coniungit utrunq;: ἀνίπτοις χεφσὶν ὃ δὴ λέγεται, καὶ ἀμύητοις ποσὶ τοῖς ἁγιδάτοις ἑαυτὸς ἐπεισάγειν. id eſt, illotis, ut dici ſolet, manibus, ac prophanis pedibus, ſemet rebus ſacratiſſimis ingerunt. Caius libro pandect.1. Titulo de Origine iuris: Si in foro, inquit, cauſas dicẽtibus nefas, ut ita dixerim, uidetur eſſe, nulla præfatione facta, iudici rem exponere, quanto magis interpretationem promittentibus inconueniens erit omiſſis initijs, atq; origine nõ repetita, atq; illotis, ut ita dixerim, manibus protinus materiam interpretationis tractare. Vtrunq; prouerbium recte uſurpabitur in eos, qui uel audacius, uel parum inſtructi rebus his, quibus oportuit, negotium inuadunt: ueluti ſi quis principis munus capeſſat, nulla neq; uirtute, neque ſapientia, neq; rerum uſu præditus. Aut ſi diuinas literas interpretari conetur, Græcæ, Latinæ, & Hebraicæ linguæ, deniq; & omnis antiquitatis rudis & imperitus, ſine quibus non ſtultum modo, uerum etiam impium eſt, theologiæ myſteria tractanda ſuſcipere. Quod tamen, heu nefas, iam paſſim pleriq; faciunt, qui frigidis aliquot inſtructi ſyllogiſmis, & puerilibus ſophiſmatis, deum immortalem, quid non audent? quid non præcipiunt? quid non decernunt? Qui ſi poſſent cernere, quos riſus, uel potius quem dolorem moueant linguarum & antiquitatis peritis, quæ portenta proferant, in quàm pudendos errores ſubinde prolabantur: nimirum puderet illos tantæ temeritatis, & uel ſenes ad prima literarum elementa redirent. Multi recte iudicant abſq; dialecticæ præceptis, ut ne dicã ſophiſticis cauillis. Sapiebant mortales, & priuſ quàm deus iſtorum Ariſtoteles naſceretur. Nullus unquam ſententiam alicuius intellexit, ignarus ſermonis, quo ſentẽtiam ille ſuam explicuit. Proinde diuus Hieronymus, cum cõſtituiſſet arcanas interpretari literas, ne illotis, ut aiunt, pedibus rem tantam aggrederetur: quæſo, num ſophiſticis nugis inſtruxit ingenium? Num Ariſtotelicis decretis? Num his etiã nugatioribus nugis? Minime. Quid igitur? Inæſtimabili ſudore, trium linguarum peritiam ſibi comparauit. Quas qui ignorat, non theologus eſt, ſed ſacræ theologiæ uiolator. Ac uere manibus pariter ac pedibus illotis, rem omnium maximè ſacram non tractat, ſed prophanat, conſpurcat, uiolat.

Aquilæ ſenecta. LVI

Αἰετ γῆρας. id eſt, Aquilæ ſenecta. In ſenes dicebatur bibaces magis quàm edaces. Nam Plinius lib.10. cap.3 refert, aquilas neque ſenio, neque ægritudine oppetere, ſed fame interdum ſuperiore accreſcente roſtro, ut aperiri non queat. Eoq;

Ayuntamiento de Madrid

aquilam tantum in ſenecta bibere, aut de præda ſanguinem fugere, cum nullæ ferè aues aduncis unguibus uantur potu, præter tinnunculum, & miluum: quanquam hi quoq; perquam rarò bibant. Autor Ariſtot. lib. De nat. animal. 8. Sed idem lib. 9. narrans de aquilæ roſtro eadem fermè quæ Plinius: addit huic rei datam fabulam, quæ ſignificat hoc ideo accidere aquilæ, quòd olim, cum homo eſſet, hoſpiti fecit iniuriam. Terentius in Heauton. Viſa uero eſt, quod dici ſolet, aquilæ ſenectus. Verba ſunt Syri adulantis hero, quòd pridie ſtrennue bibiſſet in conuiuio. Eſt autem ueluti peculiaris ſenibus bibacitas. Siue quòd natura frigus ætatis, uini calore penſare deſiderat: ſiue quòd uini hilaritas minuit ſenectutis moleſtiam. Vnde Plato quoque cum iuuenibus in totum interdixerit uſum uini, uiris moderatum permiſerit, ſenibus largiores compotationes concedit. Tum quur ſenectus ſit uinoſior cauſam reddit etiam Alexander Aphrodiſeus in problemate quarto ab ultimo, quòd ætas ingraueſcens minuat calorem, uinum autem humectet ſimul & calefaciat. Vnde & uulgò lac ſenum dicitur. Fertur & priſci Catonis ſæpe mero caluiſſe uirtus, ut inquit Flaccus.

Aquilæ ſenecta, Corydi iuuenta. LVII

Αἰετὸ γῆρας, κορύδου νεότης. id eſt, Aquilæ ſenecta, Corydi iuuenta. De uiuida uiridiq; ſenecta, quæ præſtantior ſit aliquorum iuuenta. Nam anus aquila præſtat Corydo auiculæ, etiam ætate integra. Citra allegoriam extulit Euripides in Andromache:

Πολλῶν νέων, γ' ἢν κἂν γέρων ἔνδυχος ἦ
Κρείσσων. id eſt,
Multis enim iuuenibus anteſtat ſenex:
Cui mens adeſt generoſa.

Camelus uel ſcabioſa complurium aſinorum geſtat onera LVIII

Κάμηλος καὶ ψωριῶσα, πολλῶν ὄνων ἀναιδέστατα φορτία. id eſt, Camelus etiam ſcabioſa, complurium aſinorum tollit onera. De ijs, qui uſque adeo præcellunt quoſdam, ut etiam ſenes, aut alioquin ægroti, præſtantiores tamen ſint illis integris. Aut de his, qui rebus parum proſperis, tamen plus ualent ob priſtinæ fortunæ reliquias, quàm alij rebus integris. Vſus eſt Syneſius.

Palinodiam canere. LIX

Παλινῳδεῖν. id eſt, Palinodiam canere, eſt diuerſum ab his, quæ prius dixeris, dicere atq; in contrarium uertere ſententiam. Tranſlatum eſt à Steſichori Lyrici poëtæ facto: cuius meminit Plato in Phædro. Is cum Helenam carmine uituperaſſet, oculis orbatus eſt, intelligens autè Achille, ſicut ſcribit Pauſanias in Laconicis, Helenæ iuſſu nuntiante, cæcitatis ſuæ cauſam, protinus palinodiam cecinit. Helenamq; prius uituperatam laudauit, itaque uiſum recepit. Hunc Socrates iocatur ſeſe uelle imitari, & amoris uituperati prius canere palinodiam, quàm orbetur oculis. Sonat autem Græcè παλινῳδία, quaſi dicas recantationem. Quo quidem uerbo Flaccus uſus eſt in Odis, promittens palinodiam amicæ quam contumelioſo carmine prouocarat: -Dum mihi
Fias recantatus amica
Opprobrijs, animumq; reddas.
Diuus Aurelius Auguſtinus ad Hieronymum: Quare arripe, obſecro te, ingenuam & uere Chriſtianam cum charitate ſcueritatem, ad illud opus corrigendum atque emendandum, & palinodiam, ut dicitur, cane. Deinde alludens ad Steſichori fabulam: Incomparabiliter enim pulchrior eſt, inquit, ueritas Chriſtianorum quàm Helena Græcorum. Pro iſta enim fortius noſtri martyres aduerſus hanc Zodomam, quàm pro illa illi heroës aduerſus Troiam dimicauerunt. Neq; ego hoc ideo dico ut oculos cordis recipias: quos abſit ut amiſeris: ſed ut aduertas: quos cum habeas ſanos & uigiles, neſcio qua diſſimulatione auertiſti. Ad quæ quidem reſpondens Hieronymus: Sed ſi mea cominus dicta reprehendas, inquit, & rationem ſcriptorum expetas: & quæ ſcripſerim, emendare compellas: & ad palinodiam prouoces & oculos mihi reddas, in hoc læditur amicitia. Verum de hac palinodia Auguſtinus ipſe poſtea propemodum palinodiam canit, ſcribens Hieronymo, ſeſe de Steſichoro ineptius quàm literatius addidiſſe. Mihi uidetur & arrogantius ad uirum tanto doctiorem. Verum hoc uenia dignum in Afro, iuuene, & epiſcopo. M. Tullius ad Atticum: Expecta palinodiam diuinam. Vſurpauit hoc adagium nominatim prouerbij uice Ioannes Chryſoſtomus. Item Plato in epiſtola ad Dionyſium tertia.

Vertere uela. Funem reducere. LX

Vertere uela, eſt in diuerſum mutare ſententiam, uitæq; inſtitutum. Horat. in Odis,

-Nunc retrorſum Vela dare, atque iterare curſus
Cogor relictos. Tranſlata metaphora à nauigantibus, qui curſus errorem uerſis uelis corrigunt. Hanc Perſius in quinta Satyra nonnihil nouans: Funem reducere dixit, pro eo quod eſt, inſtitutum mutare in diuerſum.

Quæ dedecram ſupra, repeto, funemq; reduco.

Venia primum experienti. LXI

Συγγνώμη πρῶτον πείρῳ. id eſt, Venia primum experienti. Refertur à Diogeniano. Ignoſcendum his, qui rudes nouo quopiam in negotio incipiunt uerſari, ſi quid per imperitiam peccarint. Chryſoſtomus ſententiam extulit in homilia quadam καὶ ἐμοὶ μὲν ἐν ἀρχῇ πισόντι συγγνώσεσθαι ἅπαντες διὰ τὴν ἀπειρίαν. id eſt, Et ei qui lapſus eſt in initio, ueniam dant omnes, ob imperitiam. Fertur & hoc, Συγγνώμη ὠθῶτον ἁμαρτάνοντι. id eſt, Venia primum delinquenti. Pindarus in Hymnis, τὰς δὶς ἁμπλακίας φρενὸς νόους dixit, quòd iteratum facinus, non oporteat impunitum eſſe. Alibi retulimus dis πρὸς τὸν αὐτὸν λίθον. Celſus lib. pandect. 1. Tit. De legibus & ſenat. Nam ad ea potius debet aptari ius, quæ & frequenter fiunt, & facile, quàm ad ea quæ perraro eueniunt: quia quæ ſemel aut bis, ut ait Theophraſtus, accidunt, contemnunt legiſlatores. Theophraſti Græca ſic habent: τὰ γὰρ ἅπαξ ἢ δὶς παραβαίνοι νομοθέτας.

Euripus homo. LXII

Εὔριπος ἄνθρωπος. id eſt, Euripus homo. In inconſtantes, ac moribus inæqualibus homines dicetur. Quadrabit & in fortunæ uices, quæ res mortalium, uelut æſtu quodam ſurſum ac deorſum iactat: ut recte dixerit Plautus in Captiui duo: Dij nos, quaſi pilas homines habent. A maris Euripi prodigioſa quadam reciprocandi celeritate ducta metaphora. Eſt autem Euripus, maris pars inter Aulidem Bœotiæ portum, & Eubœam inſulam: cuius meminit Strabo lib. 9. & Plinius lib. 2. Et quorundam tamen, inquit, priuata natura eſt, uelut Tauromenitani Euripi ſæpius, & in Eubœa ſepties die ac nocte reciprocatis, tam rapida conuerſione, ut, quemadmodum autor eſt Pomponius Mela, uentos ac etiam plena uentis nauigia ſecum portet. Neq; dum huius tam ſtupendæ rei cauſa ſatis idonea perueſtigata eſt à ſcriptoribus: etiamſi T. Liuius, ſecundi belli Punici libro 8. à uentis quibuſdam illic flantibus, ita rapi credit. Seneca in Hercule Octæo:

Euripus undas flectit inſtabilis uagas,
Septemq; rurſus flectit, & totidem refert,
Dum liſſum Titan mergit Oceano iubar. Boëthius item:
Exæſtuantis more fertur Euripi.

Cicero pro Plancio: Quod fretum, quem Euripum, tot motus, tantas, tam uarias habere creditis agitationes, commutationes, fluctus, quantas perturbationes, & quantos æſtus habet ratio comitiorum? Obijcit Aeſchines Demoſtheni, quòd ſubinde commutata factione, Euripum ipſum inconſtantia

Ayuntamiento de Madrid

ſtantia ſua uicisſet. Vnde Græci Euripiſton, hominem incerta fide uocant. Gregorius Theologus in epiſtola quadam ad Sophronium equitum magiſtrum, ὅρᾶς εἶα τὰ ἡμέτερα, καὶ ὅπως κύκλος τὶς τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων, νῦν μὲν τὰ, νῦν ἡ τὰ ἀνθδύνων. καὶ ἀπανθδύνων, καὶ ὅτε τὰ εὖ πράττειν ἐςῶτα ἡμῖν, οὔτε τὰ δυςυχεῖν, ὃ δὴ λέγουσιν, ἀλλὰ τάχιςα μεταπιπτοντα, ὡς ἄνραις ἔναι μᾶλλον πιςεύειν καὶ γράμμασι τοῖς καθ' ὕδατος, ἢ ἀνθρώπων σὺν μελίᾳ. id eſt, Vides quæ ſit conditio rerum noſtrarum, utq; rota quædam negotiorũ humanorum curſu circumagatur, nunc his nunc illis florentibus ac marcentibus, dum neq; proſperitas, neque aduerſitas, ut aiunt, nobis conſtat, ſed quàm ocyßime in diuerſum mutatur ac tranſilit, ut auris ac literis aquæ inſcriptis fidere liceat citius, quàm humanæ felicitati. His uerbis pulchre depingit Euripum humanæ conditionis. Inuenitur & τύχη ἔνεπος, id eſt, Fortuna uolubilis. Nihil enim hac inſtabilius: & ἔνεπος διάνοια, quòd cogitatio nunc huc, nunc illuc feratur.

Endymionis ſomnum dormis. LXIII

Ἐνδυμίωνος ὕπνον καθεύδεις. id eſt, Endymionis ſomnum dormis. In eos quadrabit, qui ſeſe immodico ſomno ſaginant, aut qui diuturno in ocio uerſantur, nec ullis ſe negotijs exercent, ſed mollem feriatamq; agunt uitam. Natum à fabula notißima Endymionis, is erat puer adprime formoſus, ac Lunæ adamatus. Cui quidem illa à patre Ioue precibus impetrauit, ut quicquid optaſſet, id ferret. Optauit Endymion, ut perpetuum dormiret ſomnum, ἀθάνατος καὶ ἀγήρως μένων. id eſt, Immortalis perſeuerans, & expers ſenij. Vſus eſt hoc adagio Ariſtot. 10. Moralium libro: colligens, neque ocium cõuenire dijs, neq; rurſus ullam aliam actionem illis dignam uideri, præter contemplationem. Porrò quum conſtet inter omnes, illos uiuere, conſentaneum eſt eoſdem & agere quippiam: Neq; enim, inquit, oportet eos Endymionis, ut aiunt, dormire ſomnum. Cicero libro De finibus 5. diſſerens id maxime nobis inſitum à natura, ut agamus aliquid: Itaq;, inquit, ne ſi iucundißimis quidem nos inſomnijs uſuros putemus, Endymionis ſomnum nobis nolimus dari, idq; ſi accidat, mortis inſtar putemus. Idem Tuſcul. quæſt. lib. 1. Quanquam qui leuiorem faciunt, ſomni ſimillimam uolunt eſſe. Quaſi uero quiſquam ita nonaginta annos uelit uiuere, ut cum ſexaginta confecerit, reliquos dormiat. Ne ſues quidem id uelint, non modo ipſe. Endymion uero, ſi fabulam audire uolumus, neſcio quando in Latmio obdormiuit, qui eſt mons Cariæ: nondum, opinor, eſt experrectus.

Vltra Epimenidem dormis. LXIIII

Ὑπὲρ τὸν Ἐπιμενίδειον κεκοίμησαι. id eſt, Vltra Epimenidis ſomnum dormiſti. In eos dicetur, qui perpetuum agunt ocium. Hiſtoria de Epimenide Cretenſi theologo extat in noctibus Gellianis: extat & apud Diogenem Laërtium. Is ambulando feſſus, in ſpecũ quendam ſubierat, illic obdormiuit: nec experrectus eſt à ſomno ante exactos annos XLVII. Meminit huius Plin. lib. 7. cap. 52. his uerbis, Magna quidem fabuloſitate, quam equidem & in Gnoſio Epimenide ſimili modo accipio: puerum æſtu & itinere feſſum, in ſpecu ſeptem & quinquaginta dormiſſe annis: rerum faciem, mutationemq; mirantem; uelut poſtero experrectum die: hinc pari numero dierũ, ſenio ingruente, ut tamen in ſeptimum & quinquageſimum atq; cẽteſimum uitæ duraret annum. Lucianus in Timone: Ὑπὲρ τὸν Ἐπιμενίδειον κεκοίμησαι. id eſt, Nam ipſum etiam Epimenidem ſomno uicisti: Si quid habet ueri Pythagoræ μετεμψύχωσις, conſentaneum eſt, huius Epimenidis theologi animam in ſophiſticos iſtos theologos demigraſſe, qui tantum inanium ſomniorum inuexerunt in orbem, quàm multis uix ſufficiat ſomnus in ducentos continuatus annos.

Matura ſatio ſæpe decipit, ſera ſemper mala eſt. LXV

Columella de Re ruſtica ſcribit hunc in modum: Sed quum omnia in agricultura ſtrennue facienda ſunt, tum maxime ſementis. Vetus eſt agricolarum prouerbium: Maturam ſationem ſæpe decipere ſolere, ſeram nunquam, quin mala ſit. Hactenus Columella. Admonet adagium, in omni negotio maturandum eſſe, neque paulo ſatius eſſe, occupare tempus legitimum, quàm ſerius aggredi. Veluti ſi quis admoneat, ut puer tenera adhuc ætate præceptoribus committatur erudiendus. Conſultius enim anteuertere, quàm proueſtioribus annis tum demum incipere.

Fames Melia. LXVI

Λιμὸς μηλιᾶς. id eſt, Fames Meliæa. De fame extrema, deq; rebus difficillimis. Eſt enim Melus oppidum Theſſaliæ, quod Niceas Athenienſium dux obſedit, expugnauitq;, non tam machinis bellicis, quàm fame. Hæc ferme Suidas. Idem effert hoc pacto, λιμῷ μηλίῳ, fame Melia. Meminit huius hiſtoriæ Thucydides in quinto. Prouerbium eſt apud Ariſtophanem in Auibus:

Τὸς δ' αὖ θεὸς ἀπολεῖτε λιμῷ μηλίῳ. id eſt,
Iterum deos fame enecatis Melia.

Saguntina fames. LXVII

Saguntina fames, conſimili ratione in prouerbium uenit. Hiſtoriæ memunerũt T. Liuius, Valerius Maximus, & Marc. Tullius in Philippicis. Eſt autem Saguntum Hiſpaniarum oppidum, iuxta flumen Hiberum, ſocietate, fœdereq; coniunctum cum Romanis. id longa Pœnorum obſidione fameq; eò redactum eſt, ut ciues extructo in foro igni, quicquid erat precioſarum rerum in eum conijcerent: ac poſtremo, ſeq;, ſuosq; liberos eodem præcipitarent, ne uenirent in hoſtium manus. Auſonius, Iam iam pereſam, iam Saguntina fame Lucaniacam liberet. Græci uehementem & intolerandam famem, quæq; λιποθυμίαν inducat, βδέλιμον appellant. & βδελιμιᾶν dicuntur, qui animo deficiunt, præſertim ob inediam. Ariſtoteles ſectionis 8. problemate 4. quærit quur in frigore & hybernis menſibus homines magis βδελιμιῶσιν, nam hoc uerbo utitur: & quam Ariſtoteles uocat βδελιμίαν, Theodorus uertit famem caninam. Mos erat olim apud Græcos, famem uirgis ex ædibus eijcere, dicentes, ἔξω βδέλιμον, ἔσω πλοῦτον καὶ ὑγίειαν. id eſt, Foras famem, intro diuitias & ſanitatem.

Famis campus. LXVIII

Λιμοῦ πεδίον. id eſt, Famis campus. In ciuitates dicitur, ingenti fame preſſas. Eſt autem locus quiſpiam hoc nomine. Addunt cum aliquando illic ſumma fame laboraretur, apud Athenienſes oraculum admoniſſe, ut famem, loco deſignato, certis piaculis placarent: illi deſignarunt campum, qui eſt poſt ærarium. Atque hinc eum locum, famis campum appellant.

Elephantum ex muſca facis. LXIX

Ἐλέφαντα ἐκ μυίας ποιεῖς. id eſt, Elephantum ex muſca facis, id eſt, res exiguas uerbis attollis atq; amplificas. Lucianus in Muſcæ encomio. Πολλὰ δ' ἔτι ἔχων ἐπιεῖν, καταβαίνω τὸν λόγον, μὴ καὶ δόξω κατὰ τὴν παροιμίαν, ἐλέφαντα ἐκ μυίας ποιεῖν. id eſt, Multa adhuc commemorare poſſem, ſed finem dicendi faciam, ne uidear & ipſe iuxta tritum prouerbium, ex muſca elephantũ facere. Sumptum uideri poteſt ex Homero, qui inter prælia deorum & heroum muſcæ improbitatem deſcribit, cum hac inuictum & acrem bellatorem conferens Menelaum Iliad. 9. Quin & diuus Auguſtinus libro contra Manichæos de duabus animabus, non dubitat muſcam conferre ac præferre Soli, uelut animal inanimi.

Elephantus non capit murem. LXX

Ἐλέφας μῦν οὐκ ἁλίσκει. id eſt, Elephantus non capit murem. Generoſus & excelſus animus negligit prædas uiles, ac lu-

Ayuntamiento de Madrid

cella minuta. Vir egregie doctus non inſectatur minutulos iſtos literatorum ſimios. Homo præpotens non offenditur iniuriolis tenuiũ. Sed adagionis hac tẽpeſtate nimis ridicule uſurpatur à philoſophaſtris iſtis ac theologaſtris, ſi quando Latinæ Græcæq; linguæ inſcitia fœdiſſime libuntur, quod ferè nuſquam non faciunt. Aquila, inquiunt, non capit muſcas: quaſi uero iſti ſint aquilæ, cum ſophiſticas illas nænias deblaterant: aut quaſi linguarum cognitio non uel maxima pars ſit eruditionis.

Aquila thripas aſpiciens. LXXI

Ἀετὸς θρῖπας ὁρῶν. id eſt, Aquila thripas aſpiciens. De magnis, qui puſilla negligunt. Eſt θρὶψ auicula quæpiam minutiſſima, quam aquila cum uideat, ut eſt oculatiſſima, haud tamen dignatur perſequi, utpote prædam unguibus ſuis parum dignam. Ad hunc quidem modum inuenio in commentarijs Græcorum, uerum haud ſcio an mendoſe. Nam thripas reperio uermiculi genus eſſe.

De pilo pendet, de filo pendet. LXXII

Ἐκ τριχὸς κρεμᾶται. id eſt, De pilo pendet. De re uehementer periculoſa. Videtur natum ab hiſtoria illa Dionyſij tyranni, propter gladium de pilo in caput impendentem. Ad quod alluſit Perſius Satyra tertia:

Et magis auratis pendens laquearibus enſis
Purpureas ſubter ceruices terruit.

Citatur hic uerſiculus apud Macrobium lib. Saturnal. 1. ex Ennianorum annalium libro 3.

Hæc noctu filo pendebit Hetruria tota. id eſt, uerſabitur in ſummo diſcrimine. Hoc dicto non eſt aliud hodie uulgò tritius. Syneſius in epiſt. quadam ἀπὸ λεπτοῦ φασὶ μίτου τὸ ζῆν ἠρτῆσθαι. id eſt, Aiunt uitam de tenui pendere filo. Eodem pertinet dictum illud Laconicum, cuius meminit Plutarch. in Apophthegmatis Laconicis. Nam cum quiſpiam Lampen Aeginetam efferret, tanquam longe ditiſſimum, propterea quòd multa poſſideret nauigia, Lacon quidam, ὃ προσέχων ἔφη τὴν σὰλαμινίαν ἐκ σχοινίων ἠρτημένην id eſt, Nihil, inquit, moror felicitatem de funiculis pendentem. Nimirum innuens, nauticas opes incertas eſſe, ac fortunæ ludibrijs obnoxias.

Nil intra eſt oleam, nil extra eſt in nuce duri. LXXIII

Eſt uerſus prouerbialis, apud Horatium in Epiſt. dicendus in eos, qui ad inſaniam uſq; impudentes, non uerentur & confeſſa negare, & manifeſto falſa pro certis affirmare: deniq; quiduis dicere, ne uicti in diſputando uideantur. Qualem Plato inducit ſophiſtam Euthidemum, qui canem aiebat ſuum patrem eſſe, & eundem patrem omnium, & omnes omnia ſcire, atque id genus portenta pertinaciter, ne coargueretur, aſſeuerabat. Carmen Horatianum eſt huiuſmodi,

Nil intra eſt oleam, nil extra eſt in nuce duri.

Nimirum inter ſanos conuenit, & nucem corticem habere duram, & baccam oleæ, lapillum intus durum. Proinde ludit operam, quiſquis cum id genus hominibus diſceptat, qui dicunt lucem tenebras & tenebras lucem, ut ait uates ille diuinus. Simile eſt quod adfert Galenus De uirtute ſimplicium remediorum, lib. 2. quoſdam Anaxagoram autorem citaſſe, qui pronuntiaſſet niuem non eſſe albam. Verba Galeni ſic habent: κάτινες δὲ αὐτῶν, καὶ τὸν ἀναξαγόραν ὑπικαλοῦνται μάρτυρα, περὶ χίονος ἀποφαινάμενον ὡς οὐκ ἔστι λευκή. Atque iſtorum nonnulli, etiam Anaxagoram teſtem adducunt, qui de niue pronuntiarit, quòd non ſit alba.

Iupiter orbus. LXXIIII

Ζεὺς ἄγονος. id eſt, Iupiter orbus. Vbi quis palàm falſa aſſeuerat. Conſtat enim Ioui quàm plurimos eſſe liberos, utpote deo longe mulieroſiſſimo, ſalaciſſimoq;: qui non una tantum corporis parte gignat, ſed è femore Bacchum, è cerebro Palladem produxerit.

In mari aquam quæris. LXXV

Ἐν θαλάσσῃ ζητεῖς ὕδωρ. id eſt, In mari quæris aquam. Ibi quæris, perinde quaſi difficile inuentu, ubi nihil aliud occurrat: ueluti ſi quis in moribus ſceleſtiſſimi hominis unum aut alterum admiſſum ueſtiget, cum tota uita ſit contaminata: aut ſi quis in ſcriptoribus indoctis pauca captet quæ reprehendat, cum nihil occurrat non reprehendendum. Martialis ſi memini, Per mare, inquit, quæris aquam.

Item Propertius Elegiarum libro primo:

—Nunc tu Inſanus medio flumine quæris aquam.

Fluuius cum mari certas. LXXVI

Ποταμὸς θαλάττῃ ἐρίζεις. id eſt, Fluuius cum mari certas, ubi minimi cum maximis certamen ſuſcipiunt. Eſt autem locus quiſpiã, ut autor eſt Suidas, in Leontide, cui nomẽ τὸ Ἅλμος, id eſt, fluuij. Huius incolæ ποταμίους, quaſi fluuiales dicuntur. Hi notati ſunt, quòd quàm plurimos in ſuam ciuitatem adſcriberent, quos ea non ſatis commode caperet. Atq; hinc prouerbij locus, quòd cum fluuius eſſet, id eſt, locus non admodum amplus, mare uideretur æmulari, cum omnes undecunque in ſeſe reciperet.

Balbus balbum rectius intelligit. LXXVII

Balbus balbum rectius intelligit, talis eſt, Barbarus barbari orationem. Ita enim natura comparatum eſt, ut qui balbutit, hoc eſt, parum expedite loquitur, melius intelligat ſermonem illius, qui & ipſe conſimili modo balbutiat, quàm qui integre & articulate loquatur. Concinne dicetur in eos, quibus indoctis indocta magis & nota ſunt, & placent. Diuus Hieronymus hoc adagio monachi cuiuſdam ſtultitiam tangit, haud ſcio feſtiuius ne an acrius. Et idcirco, inquit, ſe eruditum putat, quia Iouinianum ſolus intelligit. Eſt quippe prouerbium, Balbum melius balbi uerba cognoſcere. Hæc ille. Porrò Iouiniani ſtilum, ut portentuoſum & uehementer obſcurum, idem Hieronymus miris ſalibus deridet in præfatione librorum quibus illius coarguit errores.

Herbam dare. LXXVIII

Herbam dare, pro eo quod eſt, victorẽ agnoſcere, ac ſe uictum fateri, paſſim obuium eſt apud doctos. Inde ſumptum, quòd ut eſt autor Feſtus Pompeius, id erat paſtoralis uitæ indicium, propterea quòd antiquitus curſu, aut alio quopiam certamine ſuperati, herbam ex codẽ ſtatim loco decerptam, aduerſario porrigebant, victoriæ agnitæ ſymbolum. Plinius lib. 22. ca. 4. loquẽs de corona obſidionali graminea: Dabatur, inquit, uiridi è gramine, decerpto inde, ubi obſeſſos ſeruaſſet aliquis. Nam ſummum apud antiquos ſignum victoriæ erat, herbam porrigere victos, hoc eſt, terra & altrice humo & humatione etiam cedere. Quem morem, inquit, etiam nunc durare apud Germanos ſcio. Idem lib. 8. cap. 5. de elephante: Mirus nanque pudor eſt, victuſq; uocem fugit uictoris, terram ac uerbenas porrigit. Feſtiuius autem erit adagium, ſi ad literariam victoriam transferatur.

Dare manus. LXXIX

Simili figura dixit Horatius: Dare manus, pro eo quod eſt, ſe uictum agnoſcere. Nam qui ſe victori dedunt ne interimantur, ultro manus ad uincula offerunt. Horatius in Epod.

Iamiam efficaci do manus ſcientiæ.

M. Tullius in ſermone De amicitia: Ad extremum det manus, uinciq; ſe patiatur. Id ſi ad animi res deflectatur, redditur uenuſtius. Eſt autem hominum genus qui nunquam agnoſcunt ſe victos in diſputando, etiam cum maxime ſint deiecti. Quales depingit Galenus lib. περὶ φυσικῶν δυνάμεων ſecundo, Ἀλλ' ὅταν τις ἀναισχυντῆ περιπλέκων τε καὶ μήπω κεῖσθαι συγχωρῶν ὁμοίως ὅτε τοῖς ἰδιώταις τῶν παλαιστῶν, οἳ καταβληθέντες ὑπὸ τῶν παλαιστῶν

Ayuntamiento de Madrid

λωτοφάγων, καὶ ἵνα μὴ γῆς ὕπτιοι κείμενοι, τοσοῦτον ἀλίσκωσι τὸ σῶμα γνωρίζειν, ὡς καὶ κρατοῦσι τὸν ἀγχίνουν αὐτὸς τὸς καταβάλλοντας, ὃν ἐῶντες ἀσαλλάττεσθαι, κἂν τότῳ νικᾶν ὑπολαμβάνουσι. Verũ ubi quis redargutus eſt, nihilo ſecius complectitur tamen, nec agnoſcens ſe concidiſſe, ſimilis eſt uulgaribus iſtis palæſtritis, qui deiecti à luctatoribus, & humi iacentes ſupini, tantum abeſt ut lapſum agnoſcant, ut etiam ceruices eorum à quibus deiecti ſunt, tenentes, non ſinentes illos auelli, ac uel ita ſe uicisſe arbitrantur.

Vt canis è Nilo. LXXX

Qui leuiter ac uelut obiter artem quampiam, aut autorem deguſtant, hi ceu canis è Nilo deguſtare dicentur. Id adagij natum eſt ex apophthegmate quodam, cuius meminit Macrobius Saturnalium lib. 2. Id eſt, huiuſmodi: Poſt fugam Mutinenſem, quærentibus quid ageret Antonius, quidam familiaris eius reſpondit: Quod canis in Aegypto, bibit & fugit. Nam in illis regionibus conſtat canes raptu Crocodilorum exterritos, bibere & fugere. Solinus ait, eos non niſi currentes lambitare, ne deprehendantur.

Haſtam abijcere. LXXXI

Haſtam abijcere, dixit M. Tullius in oratione pro Murena, pro eo quod eſt, cauſæ diffidere & contentionem relinquere. Translatum à militia. Deſperat enim, quiſquis arma in bello abijcit: & aut fugam ſpectat, aut mortem expectat. Græci ſimplici uocabulo ῥιψάσπιδας uocant timidos, & in bello fugitiuos, nimirum ab clypei iactu. Id cognominis Demoſthenes in prælio quodam emeruit: tam ignauus in bello, quàm in concionibus inuictus. Cleonymus apud Ariſtophanem in Pucis, ἀσπιδαποβλὴς appellatur. Plato libr. De legibus 12. declarat ῥιψάσπιδα nomen multo probroſiſſimum eſſe.

Harena cedere. LXXXII

Conſine eſt his, Harena cedere, pro deſiſtere à certamine, & uictoriam ultro concedere. Translatum à pugna gladiatoria. Sic & Horatius:

Iam Scythæ laxo meditantur arcu Cedere campis.

In harenam deſcendere. LXXXIII

In harenam deſcendere, pro eo quod eſt, certamen inire. A' gladiatoria item harena translatum, de qua Flaccus,

Ne populum extrema toties exoret harena.

Quæ ſi ad rem animi transferantur, metaphoram habebũt prouerbialem. In exemplis referendis, quoniam paſſim obuia ſunt, non arbitratus ſum, uel immorandum mihi, uel remorandum lectorem. Meam harenam, dixit Plinius in epiſtolis, pro mea functione. Ita enim ſcribit Fabato, itaq; Beticio Priſco, quantum plurimum potuero præſtabo: præſertim in harena mea, hoc eſt, apud centumuiros.

Auſtrum perculi. LXXXIIII

Auſtrum perculi. i. Operam luſi: eſt apud Plautum in Epidico. Quo quidem adagio non grauatus eſt uti Paulus in epiſtolis ſuis. Aër enim uerberantis ictum, cedens eludit. Sumptum uideri poteſt uel ab his, qui exercentur ad artem gladiatoriam, enſem per aëra uentilantes. Vel ab hiſtoria cuius meminit Aulus Gellius de gente quadam, quæ cum hoc uento bellum geſſit.

De facie noſſe. LXXXV

De facie noſſe, eſt leuiter cognitum habere, quaſi quem ſemel atque iterum uideris duntaxat: non qui cum ſis familiariter uerſatus. Id ſi transferatur ad res animi fiet uenuſtius. M. Tullius in Piſonem: Habet hoc ipſa uirtus, quam tu ne de facie quidem noſti, id eſt, ne tenuiter quidem.

Ne umbram quidem eius nouit. LXXXVI

Similimum eſt huic illud, quod uſurpat M. Tullius in epiſtola ad Atticum lib. 8. O hominem amantem & miſerum qui ne umbram quidem τῆ καλῆ uiderit. Plutarchus περὶ πολυφιλίας, Menandrũ citat, qui beatum dixerit eũ, qui uel σκιὰν φίλου. i. amici umbrã habeat. Et apud Athenæum, paraſitus quiſpiã, panes rancidos & atros in conuiuiũ illatos, ἄρτους σκιὰς appellauit: quaſi manes panũ, nõ panes. Quanquam adagium magis uidetur ductum ab antiqua pictura, quæ tũ duntaxat umbras ruditer repræſentabat. Et nota eſt ſpecus Platonica, in qua qui deſident, rerum umbris oblectantur.

Nomine tantum notus. LXXXVII

Huic ſimilimum eſt illud Horatianum in Sermonibus,

Accurrit quidam notus mihi nomine tantum.

Nam hoc, quoq; prouerbio uulgus tenuem quandam ac uulgarem notitiam ſignificat. Atq; id etiam plus habebit Veneris, ſi ad res animi traducatur, ſi quis dicat philoſophiam alicui uix etiam nomine cognitam.

Prima facie. Prima fronte. LXXXVIII

Sapiunt hæc quoq; prouerbiũ, maximè cũ ad res incorporeas referuntur: Prima facie, prima frõte, pro eo quod eſt primo obtutu, & priuſquã preßius ac diligentius cõſideres. Fallit enim plerũq; prunus ille eſpectus, neq; raro caligant oculi pudore quodã, deinde iterũ atq; iterũ contemplati perſpicimus quædam, quæ nos antea fefellerant, & primũ illud oculorum iudiciũ quaſi recantamus. Huius adagij frequens eſt uſus apud ſcriptores Latinos, nominatim apud Quintilianũ lib. 12. Papinianus lib. 12. tit. De condictione ſine cauſa, Ceſſare condictio prima facie uidetur. Item lib. 6. tit. ad Senatuſconſ. Velleia. Cũ prima facie quidem alienam, re uera autem ſuam obligationem ſuſcipiat, & alijs item aliquot locis. Celſus lib. 22. ti. De Probationibus, capite Quingẽta: Prima fronte æquius uidetur, ut petitor probet quod intendit, &c.

Intus & in cute. LXXXIX

Intus & in cute notus: eſt modis omnibus cognitus: perinde quaſi dicas, foris atque intus notus. Perſius:

Ad populum phaleras, ego te intus & in cute noui. id eſt, Alijs fucum facito, mihi planè notus es, neq; potes impoſturam facere. Et ſummã cutem primam illam rei quaſi frontem, ac ſpeciem uocamus. Auſonius in præfatione in periocha Homeri: Hæc eius ſpecies apparet ſummam cutem primi operis intuenti. Et Horatius,

Introrſum turpis, ſpecioſus pelle decora.

Domeſtice notus. XC

Simili figura dixit Lucianus in Pſeudolog. ἀνδρὶ ἰκανῶς ἐγνωκότι, καὶ οἰκοθέν σε ἀκριβῶς εἰδότι. i. Viro libero, & qui te ex domeſtico conuictu cognitum habeat. Id erit uenuſtius, ſi ad res animi traducatur, ut ſi quis dicat artẽ rhetoricã οἰκοθεν alicui notam. Eiuſdem generis eſt Plinianum illud, in Epiſt. ad Atticum: Clementem hunc ego in Syria cum adoleſcentulus militarem, penitus & domi inſpexi.

A' limine ſalutare XCI

Huic pene diuerſum eſt: A' limine ſalutare. Plurimũ uenuſtatis obtinebit & hoc, ſi ad res incorporeas deflectatur. Veluti ſi quis dicatur theologiã à limine dũtaxat ſalutaſſe: qui uidelicet neq; ualde diuturnã, neq; præcipuam operam impenderit, ſed rudimenta modo deguſtarit. Seneca epiſtola quadrageſimanona: Nec ego nego proſpicienda iſta, ſed proſpicienda tantum, & à limine ſalutanda. Agit de diſlectuorum argutijs, quas abunde ſatis exiſtimat leuiter attigiſſe. Translatum à uulgaribus iſtis amicis, qui non admittuntur in penetralia, ſed procul atq; à limine ſalutant, ac deinde diſcedunt.

Primoribus labijs deguſtare. XCII

Primoribus labijs deguſtare, eſt breuiter quippiam attingere. Ductum ab ijs, qui cibum aut potum tenuiter deguſtant, nihil inde in ſtomachum tranſmittentes. Ciccro pro Cœlio, equidẽ multos & uidi in hac ciuitate, & audiui, non modo qui primoribus labijs deguſtaſſent genus hoc uitæ. Idem De

Ayuntamiento de Madrid

natura deorum lib.2.15 quum dixit fore ſempiternum, hũc cenſes primis, ut dicitur, labijs deguſtaſſe phyſiologiam? id eſt, naturæ rationem. Quintilianus lib.12. Sed hoc tranſeo, de quo neminem, qui luceras uel primis, ut aiunt, labijs deguſtarit, dubitaturũ puto. Procopius ſophiſta in epiſtola quadam, πάλιν ὑ τούτῳ ἐμεμφόμην, ἐ τοσοῦτο γεύσασα πρόγματος ἄκρῳ δακτύλῳ φασὶν, εἶτα τὸν ἥδονὴν ἀφαιρέσεται i. Rurſum in hanc ſtomachabar, ſi cum tantam rem gustaſſet, ut aiunt, digito deguſtandam præbuiſſet, deinde uoluptate ſpoliaret. Quibus in uerbis illud noue dictum, quod digito guſtum tribuit, niſi hoc ſenſit, qui leuiter deguſtant, eos rem deguſtandam ſummo digito admouere linguæ.

Summis labijs. XCIII

Summis labij Græci paulo diuerſius uſurpant, nempe cum quis uerbis duntaxat ſimulat quippiam, non autem ex animo facit. Lucianus in apologia καὶ ἐπ' ἄκρῳ χείλεσι φιλοσοφῶν. *i. Ac ſummis labijs philoſophum agens. item in Dialogis amatorijs,* ἔπ' ἄκρῳ τῷ χείλεσι τὸν ὅρκον ἔχεσι. *i. Summis in labijs iuſiurandum habentibus. De amatoribus loquitur, qui uenereum iurant iuſiurandum, non ex animo. Seneca libr.1. cap.10. Non à ſummis labris iſta uenerunt, habent hæ uoces fundamentum. Ad eundem modum diuus Hieronymus in epiſt. ad Ruſticum monachum, Vt non leui, inquit, citatoq; ſermone, & ut ita loquar, ſummis labijs hoſpites inuitemus. Hic aulicis & ciuilibus quibuſdam mos eſt, polliceri omnia, ſed uerbis illis ſolennibus, quibus nemo uel tantulum commouetur, niſi egregie ſtultus.*

Extremis digitis attingere. XCIIII

Huic germanum eſt, extremus attingere digitus, pro eo quod eſt, leuiter attingere, quod ita demum adagium uidebitur, ſi metaphora acceſſerit. M. Tullius in eo loco, quem modo citauit. Equidem multos & uidi in hac ciuitate, & audiui, non modo qui primoribus labijs guſtaſſent genus hoc uitæ & extremis, ut dicitur, digitis attigiſſent, ſed qui totam adoleſcentiam uoluptatibus dediſſent, emerſiſſe aliquando, & ſe ad frugem bonam, ut dicitur, recepiſſe. Græci ſic efferunt, ὡς ἄκρῳ ἅψασθαι δακτύλῳ. *i. Summo contingere digito. Ita Baſilius in Epiſt.* οἶδα καὶ αὐτὸς, ὅτι καὶ ἄκρῳ δακτύλῳ τὴν γλυκυτάτην μέλιτος ἡδονὴν παρ' ὑμῶν ὀκνηρίας ἀπελαυσάμεθα πέρυσιν. *i. Noui & ipſe, tametſi ſummo digito, mel dulciſſimum ueſtratis eccleſiæ guſtauimus anno ſuperiore. Translatum uideri poteſt à luctantibus. Nam Græci uocant* ἀκροχειρίζεσθαι, *colluctari cum quopiam citra reliqui corporis congreſſum, ſed ſummis duntaxat digitis. Lucianus in Demonactis uita,* Οὐδὲ κατὴν παροιμίαν, ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ ἁψάμενος. *i. Neq; ſummus, ut aiunt, digitus attigerat. Euripides hyperbolen citra metaphoram uſurpauit in Iphigenia Aulidenſi:*

Οὐχ ἅψεται σῆς θυγατρὸς ἀγαμέμνων ἄναξ,
Οὐδ' εἰς ἄκραν χάρα. *id eſt,*
Haud filiam continget Agamemnon tuam,
Non uel manu primore.

Dimidium plus toto. XCV

Πλέον ἥμισυ παντός. *i. Dimidium plus toto, ænigma prouerbiale, quo commendatur aurea mediocritas. Refertur & exponitur à Platone lib. De legib.3* ἆρα ὃν ἀγνοήσαντες, τὸ ἡσίοδον ὀρθότατα λέγοντα, ὡς ἥμισυ τοῦ παντὸς πολλάκις ἐστὶ πλέον. ὁπόταν ἡ τὸ μὲν ὅλον λαμβάνειν, ἡμιῶδες, τὸ δ' ἥμισυ μεῖζον, τότε τὸ μεῖζον τοῦ ἀμείνονος πλέον ἡγήσατο ἄμεινον ὂν χέρσον. *i. Nonne quòd ignorauerint Heſiodum rectiſſime dicentem, dimidium ſæpenumero plus eſſe quàm totum: uidelicet cum totum accipere noxium fuerit, dimidium autem moderatum, ibi moderatum immoderato plus eſſe duxit, utpote quod ſit deteriore melius. Ad eundem modum enarrant Heſiodi interpretes: nimirum in toto ſignificatam eſſe* τὴν πλεονεξίαν, *in dimidio* τὴν ἰσότητα, *Siquidem qui dimidio contentus eſt, is in medio conſiſtit: contra, quiſquis ad totum uſq; progreditur, is mediocritatem prætergreſſus, ad extremum peruenire oportet. Meminit eiuſdem adagij & lib. De repu.5. Rurſus lib. De legibus 6. declarans in ciuitate præcipuum eſſe, ut eximijs uiris committantur magiſtratus.* ἀρχὴ γὰρ λέγεται μὲν ἥμισυ παντὸς εἶναι τῶν παροιμίαις ἔργα, καὶ τότε καλῶς ἄρξασθαι πάντες ἐγκωμιάζομεν ἑκάστοτε τόδ' ὅτι γε ὡς ἐμοὶ φαίνεται πλέον ἢ τὸ ἥμισυ. *i. principium enim, totius negotij dimidium dicitur in prouerbijs, ac bene cœpiſſe ab omnibus ubique laudi datur. Cæterum hoc mihi ſanè pluſquam dimidium uidetur. Plato alluſit ad uocis amphibologiam, nam* ἀρχὴ *Græcis & principium rei, & magiſtratum ſonat. Pittacus apud Laërtium, ubi ſe ſponte abdicaſſet magiſtratu, agri ſibi à Mytilenæis relicti dimidium reſecuit, autore Soſicrate, dicens, dimidium præſtabilius eſſe toto. Idem pecuniam à Cræſo miſſam recuſauit, reſpõdens, ſibi dimidio plus eſſe quàm uellet. Carmen extat apud Heſiodum lib.1. operis, cui titulus* ἔργα καὶ ἡμέραι. *Scribit enim ad fratrem Perſam in hunc modum:*

Οὐδὲ μὲν οὐ κλῆρον ἐδασσάμεθ', ἄλλα τε πολλὰ
ἁρπάζων ἐχόρει μέγα κυδαίνων βασιλῆας
Δωροφάγους, οἳ τὴν δὲ δίκην ἐθέλουσι δικάσαι,
Νήπιοι, οὐδ' ἴσασιν, ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντὸς,
Οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄφελος.

Quos uerſus uteunq; uertimus ad hunc modum:

Iamq; patris nobis erat herciſcunda facultas,
At tu ultra ſortem rapiebas plurima, reges
Doniuoros tibi concilians, qui ſoluere litem hanc
Affectant, uerum ſtulti neſcire uidentur
Dimidium quàm ſit toto præſtantius, & quàm
Magna ſit utilitas maluæ, aſphodeliq; uirentis.

Quid autem ſit aſphodelus, uidetur olim parum inter eruditos conſtitiſſe. Quandoquidem Gellius lib.18. hanc quæſt. in ſtudioſorum conuiuijs propoſitam fuiſſe prædicat tanquam de re paucis cognita. Theodorus alicubi uertit albucum. Quod autem ad huius adagij pertinet enarrationem, ex multis Luciani locis colligere licet, aſphodelum herbam eſſe plebeiam ac uilem: atque hac uictitare mancs, apud quos nullus luxus, nulla ſit ambitio. Quinetiam apud Theocritum idyllio ſeptimo, aſphodelus inter ruſticanas herbas commemoratur:

Κνύσα τ' ἀσφοδέλῳ τε πολυγνάμπτῳ τε σελίνῳ.

Proinde poëta, regum ac locupletum immoderatos luxus taxat, illorum faſtibus, popularium mediocritatem anteponens. Plutarchus item in Conuiuio ſeptem ſapientum, locum hunc Heſiodiũ putat ad frugalitatis admonitionem eſſe referendũ. Suidas ex euentu natam paræmiam exiſtimat, huiuſmodi quandam adferens fabulam. Duo fratres erant, quorũ alter moriens, fratri teſtamẽto mandauit, & filij quem pupillum relinquebat tutelam, & facultatũ illius procurationem. At is cùm eſſet eiuſmodi, cuiuſmodi uulgò ſunt homines: nimirum ut plus apud eum ualeret lucrum quàm pietas: pueri res occupare conatur, idq; dum molitur, etiam ſua perdidit. Deinde poſtulãti, ut ſui ratio haberetur, quo poſſet in locum meliorem reſtitui, reſponſum eſt ad hunc modum:

Νήπιος ὃς ἐνόησεν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντὸς. *id eſt,*
Dimidium quàm ſit toto præſtantius, iſtud
Haud nouit ſtultus.

Regum igitur eſt, dimidium totius, totum auferre tyrannicum. Itaq; prouerbium trifariam licebit uſurpare: primum cum mediocritatem illã ueré auream efferemus, citra quam nihil eſt in rebus humanis, nec honeſtum, nec iucundum, nec laudatum: mediocritatem autem opportunitate metimur, quemadmodum Heſiodum imitatus ait Pindarus:

ἔπιται

ἔπεται δ' ἐφ' ἑκάστῳ μέτρον, νοῆσαι δὲ καιρὸς ἄριστος. i. Adest unicuique rei modus, ad eum cognoscendum optima oportunitas. Etenim pro loco quod aliàs nimium est, aliàs erit parum. Idem in Nemeis hymno ultimo:

Κέρδεσιν δὲ χρὴ μέτρον ἁρμόζειν μέγα,
ἀπροσίκτων δ' ἐφιέμεν μανίαι. id est,

In lucris autem oportet modum sectari, Nam immensarum rerum cupiditates uehementiores habent insanias. Altera utendi ratio fuerit, cum æqualitatem anteferemus, quam Pythagoras dixit amicitiæ tam parentem, tum ultricem: contrà inæqualitatem, discordiarum bellorumq; matrem, id quod eleganter extulit Euripides in Phœnissis:

Κᾶνο πάλλιον τέκνον,
ἰσοτιμία τιμᾶν, ἃ φίλους ἀεὶ φίλοις,
Πόλεις τε πόλεσι, ξυμμάχους τε ξυμμάχοις
Συνδεῖ. τὸ γὰρ ἴσον, νόμιμον ἀνθρώποις ἔφυ.
Τῷ πλείονι δ' ἀεὶ πολέμιον καθίσταται
Τἄλασσον, ἐχθρᾶς δ' ἡμέρας κατάρχεται.
Καὶ μέτρ' ἀνθρώποισι καὶ μίαν σφᾶς μῶν
ἰσότης ἔταξε, κἀριθμὸν ἡλίου δρόμου
Νυκτός τ' ἀρίστους βλέφαρον, ἥλιός τε φῶς
Ἴσον βαλίζειν τὸν ἐνιαύσιον κύκλον,
Καὶ θἕτερον αὐτοῖν φθόνον ἔχει νικώμενον,
Εἶθ' ἅλιος μὲν, νὺξ τε δι' ἀλλήλοιν βροτοῖς. id est,

Illud nate fuerit pulchrius,
Aequalitatem amplecti, amicos hæc enim
Glutinat amicis semper, urbes urbibus,
Sociosq; socijs nectit: etenim æqualitas
Cum legibus respondet atq; concinit.
At quod minus sit, cum hoc quod est plus, prælium
Vsq; habet, & hinc discordiarum exordia.
Siquidem modos cunctorum, & æquilibria
Aequalitas mortalibus præscripsit, &
Præfinijt numeros, & atræ noctis, ac
Lucis diurnæ secuit hæc discrimina,
Vt annuum æquis uicibus exigant simul
Orbem, nec altera alteri unquam inuiderit
Superata, deinde noxij; soli seruiunt
Mortalibus. Et reliqua.

Tertia utendi ratio, si quãdo deterrebimus ab inferẽda iniuria, fuadebimusq; satius esse, iuxta Platonis sententiam iniurium in sese admittere, quàm inferre alteri. Nã id sibi uelle prouerbium hoc, demonstrat Plutarchus in commẽtario De audiendis poëtis, Huc arbitror pertinere quod de Dario refert Plutarchus. Quum enim præfectos prouinciarum ad sese accersitos percunctatus esset, num grauia essent tributa, atq; illi respondissent, esse mediocria, iussit de singulis dimidium pendi, iudicans esse satius dimidium accipere cum beneuolentia prouincialium, quàm totum cum odio suorum. Fortassis & hodie peccatur à nonnullis aduersus hoc prouerbium. Dum enim Theologi quidam ac præsules nihil omnino uolũt de suis dogmatibus ac iure concedere, ueniunt in periculum ne perdant & illa quæ bono iure tenebant. Mea sententia non semper asternandum illud comici Syri consilium: potiusquam uenias in periculum, serues ne an perdas totum, dimidium, siue, ut legunt alij, diuiduum face.

Serpentis oculus. XCVI

ὄφεως ὄμμα. i. Serpentis oculus De his dici consuevit, qui acribus & intentis intuerentur oculis. Ab animante sumpta metaphora. Sunt enim huic animanti oculi duriores ac perspicaces. Vnde & Flaccus:

Cur in amicorum uitijs tam cernis acutum,
Quàm aut aquila, aut serpens Epidaurius?

Ne moueto lineam. XCVII

Μὴ κίνει γραμμήν. i. Ne moue lineam. Pindaricorum hymnorum enarrator exponens cum locum: Οὕτω δ' ἐλίσσε λίβυς ἁρμόζων κόρᾳ νυμφίον ἄνδρα, ποτὶ γραμμᾶ μὴ ἀντάρσαι. Loquitur autem de Antæo, qui iuuentibus despondam filiam extrema statuerit linea, ut qui primus ad eam cursu peruenisset, is uxorem abduceret domum: Recensetur huiusmodi prouerbium: Μὴ κίνει γραμμήν. i. Ne moueris lineam. Idq; translatum existimat a more ueterum, qui metam ducta linea signabãt, in qua præmium propositum erat, quod auferret uictor. Ducebatur autem & altera linea pro carceribus, quemadmodum alibi diximus: unde cursus erat initium. Igitur utraq; linea prouerbij ministrauit occasionem ἀπὸ γραμμῆς. i. ab ipso initio, & Μὴ κίνει γραμμήν. i. Ne moueas metam. Significat autem non esse mutandas leges, neq; prætereundos fines rerum præscriptos. Huc peculiarius pertinet Theocriticum illud ἐν Βουκολιάζαις.

Καὶ τὸν ἀπὸ γραμμᾶς κινεῖ λίθον. id est,

Atq; à lineola lapidem mouet. Alludit ad flumen Galateæ, saxum aliquod ab extrema ripa secum auferens. Est & sacra linea in tesserarum lusu: de qua dictum est aliàs.

Eandem tundere incudem. XCVIII

Eandem incudem assidue tundere, est indefatigabili assiduitate in operis alicuius studio persœuerare, Metaphora ducta à fabris, crebris ictibus incudem ferientibus: atq; ita tandem aliquando ferri rigorem perpetuo labore uincentibus. M. Tull. libr. De oratore 2. Ego autem si quem nunc planè rudem institui ad dicẽdum uelim, ijs potius tradam assiduis, uno opere eandem incudem, die noctiq; tundentibus. Conueniet in grammatistas ac literatores, quibus sine fine eadem sunt inculcanda pueris, ut hæreant aliquando.

Lacerat lacertum Largi mordax Memmius. XCIX

Lacerat Lacertum Largi mordax Memmius. Hunc uersum Crassus orator usqueadeo uulgò iactatum ait: ut Tarracinæ passim in omnibus parietibus inscriptus uiseretur. Fabula, unde natum est adagium, sic habet: Memmius quidam Romanus cum ageret Tarracinæ, mulierculam quandam deperibat, sed non citra riualem. Cum hoc igitur cùm aliquando rixa incidisset, eò iracundiæ prouectus est Memmius, ut Largi, nam id riuali nomen, brachium mordicus arriperet. Ea res postea quàm in popularem abijt iocum, faceti quidam & φιλόγελοι senarium hunc in omnibus eius urbis parietibus quinque literis notarunt, depictis tribus L L L, & duobus M M, uidelicet ut aduenis percunctandi ministrarent occasionem. Itaque cum M. Crassus Tarracinam aliquando uenisset, admiratus nouum literarum ænigma, senem quendam oppidanũ percunctatus est, quid nam sibi uellent ciusmodi literæ. Atq; is exposita fabula, uersiculum explicuit:

Lacerat lacertum Largi mordax Memmius.

Huius rei mentionem fecit M. Tullius lib. De oratore secundo. Tametsi L. Cæsar, qui hæc loquitur apud Ciceronem, existimat narrationem hanc totam in Memmium aduersarium, dedita opera confictam fuisse.

Cicada uocalior. C

Τέττιγος ὀξυφωνότερος. i. Cicada uocalior. Dicebatur in hominem impendio garrulũ aut admodũ musicũ: propterea quod hoc insectum rore duntaxat uiuens, cantu potissimũ delectetur. Et quosdã ita Musicæ deditos, ut neglecto cibo perituri fuerint inedia, in cicadas à dijs mutatos, narrat apud Platonẽ Socrates in Phædro: Et Theocritus in Daphnide:

Τέττιγος ἐπὶ τύγε φέρτερος ἄδας. id est,

Quippe canis melius quacunq; cicada.

Apud Diogenem Laërtium refertur Timonis carmen in Platonis eloquentiam,

Τῶν πάντων δ' ἤκουτο πλατύγαστος, ἀλλ' ἀγοητὰς
ὕδλκπ

ἁδυεπὴς τέττιξιν ἐπιγρέφων εἰθ' ἑκαδήμου
Δένδρεα ἐφιζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσι. id est,
Cunctos anteibat latißimus ille, ſuauis
Orator, cuius non cedunt ſcripta cicadis,
Quæ ſuper arboribus reſident lucis in opacis,
Ac mittunt uocem modulato gutture amœnam.

Eſt autem alluſio, quam latinus interpres non poteſt reddere, in πλάτυν & ad Platonem & in ἑκαδήμου ad illius Academiam. Alluſum item ad carmen Homeri Iliados γ. de ſenibus, qui ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσι. id eſt, Vocem floridam emittunt. Apud Athenæum libr. 6. paraſitus quiſpiam ſeipſum depingens, λαλεῖν, inquit, τέττιξ, id eſt, garrulitate cicadæ ſum. Et apud eundem lib. 11. Theopompus τέττιξ κελαδεῖ, id eſt, Cicada ſtridet, quod tamen illic uidetur boni ominis cauſa dici.

CHILIADIS PRIMAE CENTVRIA X.

ἀντιπελαργεῖν. I



ΑΝτιπελαργεῖν, apud Græcos eſt mutuam officij uicē rependere, maximè nutricandi, fouendiq; eos, à quibus aliquādo fueris enutritus aut inſtitutus: ut ſi liberi parētes ætate feſſos uicißim alant foueantq;: aut ſi diſcipulus præceptorem inuicē erudiat. Ciconiæ natura ſumptū, quæ Græcè pelargus dicitur. Ea inter aues una pietatis ſymbolum obtinet. Extat autem lex pietatis magiſtra, quæ edicit, ut liberi parentes alant, aut uinciantur. Ad id reſpexiſſe uidetur Homerus Iliados Δ cùm ait: -Οὐδὲ τοκῆυσι.
Θρέπτα φίλοις ἀπέδωκε, μιαιφόνος δὲ οἱ αἰών. i.
Nec nutricandi officium genitoribus unquam
Perſoluit charis, breue at illi contigit æuum.

Eodem alluſit Euripides in Oreſte:
Καὶ μὴν τίνοι γ' ἂν τῇ τεθνηκυίᾳ τροφάς. id eſt,
Atqui rependet mortuæ alturæ uicem.

Hanc itaq; legem, quam plerique etiam mortales negligunt, ſola ciconia inter omnia animantium genera exprimit. Siquidem reliqua tantiſper amant, agnoſcuntq; parentes, dum egent illorum ad nutricationem opera: Vna ciconia parentes ſenecta defectos, uicißim alit, & uolandi impotentes humeris geſtat. Quorum poſterius laudatur in Aenea, cui inde Pij cognomen: alterum miris laudibus fertur in puella, quæ matrem captiuam complureis dies ſuis uberibus aluit. Hanc ob cauſam, ut autor eſt Suidas, antiquitus in regum ſummo ſceptro ciconiæ figura ponebatur, in imo hippopotamus: ut ipſo geſtamine admonerentur, pietatem plurimi facere oportere, uiolentiam cohibere. Nam hippopotamus animal efferum eſt ac uiolentum: tq; adeo impium: quippe quod interfecto patre matrem init, teſte Plutarcho in commentario cui titulus: Vtra animantia ſint prudentiora, terreſtria, an aquatilia. Laborant infamia impietatis & uiperæ, quòd perfracta matris aluo naſcantur. Item ſcorpiones & aranei, qui poſt incubatus officium à ſuis fœtibus interimuntur. Teſtis Ariſt. lib. De natura animal. 5. De ciconiarum pietate Plin. lib. 10. cap. 23. teſtatur his uerbis, Ciconiæ nidos eoſdem repetunt. Genitricum ſenectam inuicem educant. Quin & diuus Baſilius ciconiarum nobis pietatis erga parentes exemplum proponit. Eodem alluſit Crates Cynicus ſcribens Hipparchiæ uxori de filio nato, cum pollicetur ſibi curæ futurum, ut illum matri ciconiam pro cane remittat in ſenecta. Canes enim uocantur Cynicæ ſectæ philoſophi. Significat igitur puerum fore pium, qui parentem iam decrepitam mutuo foueat. De ciconiarum pietate meminit & Ariſtophanes in Auibus:

ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν τοῖσιν ὄρνισιν νόμος
Παλαιὸς ἐν τοῖς τῶν πελαργῶν κύβ βεσιν
Ἐπὶν ὁ πατὴρ ὁ πελαργὸς ἀκπετησίμους
Πάντας ποιήσῃ τοὺς πελαργιδεῖς τρέφων,
Δεῖ τοὺς νεοττοὺς τὸν πατέρα πάλιν τρέφειν. id eſt,
Nobis quidem auibus peruetuſta lex uiget
Ciconiarum inſcripta tabulis, ut ſimul
Ciconia parens educauerit ſuos
Ciconiadas, & iam uolucres euaſerint,
Pulli uicißim nutriant patrem ſuum.

Vtitur eodem Plato in Alcibiade 1. Sed nemo profectò uenuſtius, nemo felicius, quàm Angelus Politianus in quodam epigrammate, -Κὔτι γε θαῦμα
Εἰ γε νέοι τὴν γραῦν ἀντιπελαργέομεν. id eſt,
Si nos Latini olim Græcorū literis educati, nunc Græciam uelut anū atq; effœtam uicißim ſuas doceamus literas. Porrò huiuſmodi officiū, quod liberi uicißim in parētes collocant, Græci unico uerbo dicunt, γηροβοσκεῖν, ſeu γηροτροφεῖν & γηροκομεῖν. Extat in hanc ſententiam huiuſmodi ſenarius:
ἱκανῶς βιώσεις γηροβοσκῶν τοὺς γονεῖς. id eſt,
Viuax eris, ſenes parentes confouens.

Vno tenore. II

Tenorem rei progreſſum uocant. Vnde quæ ſui ſimilia, ſibiq; ueluti perpetua quadam ſuccedunt ſerie, horum eundem eſſe tenorem dicimus. M. Tullius lib. De oratore perfecto: Isq; uno tenore, ut aiunt, in dicendo fluit. Loquitur de æquabilitate dictionis, nulla uarietate reficientis auditorum aures. Idem in lib. de claris Oratoribus: Vnus enim tonus eſt orationis & idem ſtilus. Quo quidem loco haud ſcio, an pro tono tenor legere præſtiterit.

In quadrum redigere. III

In quadrū redigere dixit M. Tullius in eodem lib. pro eo quod eſt, in ordinem, aptamq; ſtructuram concinnare. Sumptum ab ijs, qui arbores aut lapides mathematicis gnomonibus exæquant, ut undequaque congruant inter ſeſe: proinde quod conuenit, quadrare dicimus. Vergil. Georg. lib. 3.
Indulge ordinibus, nec ſecius omnis in unguem
Arboribus poſitis, ſecto uia limite quadret.

De fece haurire. IIII

M. Tullius in catalogo illuſtrium oratorum, figura mirum ni prouerbiali dixit, de fece haurire, pro eo quod eſt, ſordida quæpiam ac plebeia, nimisq; humilia perſequi. Vſurpat hoc prouerbium Atticus eo, quo dixi, libro in Ciceronem, qui tempus tereret in commemorandis oratoribus quibuſdam obſcuris, ac nullius penè nominis. Mutuo ſumptum à ſordidis iſtis, qui uinum unà cum ipſa fece hauriunt, ne quid omnino reliquum faciant in dolio, unde & plebis infimam fecem dicimus.

In laqueum inducere. V

In laqueum inducere, & in caſſes inducere, eſt arte ſic includere quempiam ut iam nullum ſit effugium. Qui mos fuit Socrati Platonico, ſuis illis rogatiunculis eò depellere ſophiſtas, ut negarent, quæ prius affirmauerant: quæ negauerant, affirmarent. Deniq; nihil non dicerent. Quintil. lib. Inſtitutionum 5. Turbantur enim, & à patronis diuerſæ partis in laqueum inducuntur. Græci qui iam capti teneantur, ἐμβρόχους uocant. Ouidius:
Decidit in caſſes præda petita meos.
Euripides in Hippolyto coronato:
Κρεμαστοῖς ἐν βρόχοις ἠρτημένη. id eſt,
Penſilibus irretita caßibus. Ibidem paulo poſt:
Λῦσαι τ' ἀνάσσαρ ἐξ ἐπισπαστῶν βρόχων. id eſt,
Heram è tenacibus expedire caßibus.

Bœotica ſus. VI

Ὗς Βοιωτία ὗς. i. Bœotica ſus. Vetuſtiſſimum adagium olim in ſtolidum

Ayuntamiento de Madrid

ſtolidum & indoctum hominem iacti ſolitum, uſurpatur à Pindaro in Olympiacis:

ἐπάϊτ' ἀρχαῖον ὄνειδος ἀλα-
θέσι λόγοις φίλυγομὲν Βοιωτίαν ὗν.

Admonet Aeneam Chorodidaſcalum, ita curet canendum hymnum, ut uetus illud probrum ueris rationibus liceat effugere, quod in amuſos dici conſueuerit, Βοιωτία ὗς. Interpres originem prouerbij refert ad hunc modum. Qui priſcis temporibus Bœotiam regionem incolebant, ὕαντες appellabantur, gens barbara & agreſtis: proinde quidam depraua uoce, pro ὕαντας ὕας. i. ſues appellabant. Idq; ſcommate ceßit in prouerbium, ut primum in Bœotos diceretur: ab his in quoſuis indoctos, inconditos, moribuſq; ruſticanis homines torqueretur, Βοιωτία ὗς, Interpres citat eundem Pindarum ex Dithyrambis:

ἠν ὅτε σύας τὸ Βοιώτιον ἔθνος ἔλεγον.

Erat cum Bœoticam gentem ſues uocarent.

Citat & ex Cratino: Αὗτοι δ' ἀπὸ συβοιωτικοῦ πεζοφόρον γένος ἀνδρῶν. id eſt, Iſti ſunt Syßœoticum pedeſtre genus uirorum, dictione ridicula compoſita ex ſue & boue. In commentarijs Græcorum inueni Βοιώτιος νοῦς. id eſt, Bœoticus animus, pro ſtupido brutoq;. Plutarchus in commentario περὶ δὲ σαρκοφαγίας indicat Atticos ſtupidi, bardi, inſulſi, denique & ſuis cognomen indidiſſe Bœotis, potißimum ob edacitatem. Cui adſtipulatur Athenæus lib. 10. referens hos uerſus ex Eubulo:

Ποτᾶν μὲν ἄμμες καὶ φαγεῖν μὲν ἀνδρικοί,
Καὶ καρτερῆσαι, τοῖς δ' ἀθηναίοις λέγειν
Καὶ μικρὰ φαγέμεν, τοὶ δ' Θηβαῖοι μέγα. id eſt,
Sumus ad bibendum atq; uorandum ſtrennui,
In his ualemus. Athenienſes dicere
Prompti, edere pauca, multa Thebani ſolent.

In Græcis uerſibus apparet ποτεῖν ſcriptum pro πίνειν aut πιεῖν & μὲν, prius pro γὰρ, & τοὶ pro οἱ. Idem Eubulus in Europa: - Κτίζε Βοιωτῶν πόλιν
ἀνδρῶν ἀζήλων εὐθλαν ἀλιπλήρας. id eſt,
Vrbem parauit ille Bœotis uiris,
Diem per omnem ingurgitare ſtrennuis.

Rurſus ex Eubuli altera fabula:

Οὕτω σφόδρ' ἔτι τὰς τρόπας Βοιώτιος. id eſt,
Vſqueadeo mores obtinet Bœoticos.

Idem approbat multis multorum autorum teſtimonijs. Sunt autem inter ſe cognata uitia πολυφαγία, & ſtoliditas. Atque hinc Herculem Thebanum edacem faciunt, ſed eundem à literis alieniſſimum, adeo ut præceptorem ſuum trucidarit. Fuit autem & hic Bœotus, nimirum Thebis natus. Rurſum Plutarchus De dæmonio Socratis: ἀνενέγκαι τὸ τῶν Βοιωτῶν ἀρχαῖον ἐς μισολογίαν ὄνειδος. id eſt, Refricare uetus illud aduerſus Bœotios de literarum odio probrum. Quanquam ipſe Plutarchus Bœotus fuit, homo quiduis citius, quàm ſtupidus. Denique quoniam conſtat uel ob Romanum imperium latißimè propagatum, uel ob commercia negotiatorum, uoces Germanicæ, Gallicæ, Britannicæq; linguæ fuiſſe mixtas, ſuſpicor à Græcis ad nos dimanaſſe, quod hominem ſtupidum ac nullo mentis acumine præditum uulgò dicimus bot, pro bœoto, proprium enim huic linguæ, uoces quamuis multarum ſyllabarum in unam ſyllabam contrahere.

Impoſsibilia captas. VII

ἀδύνατα θηρεῖς. id eſt, Quæ fieri non poſſunt, uenaris. In eum qui molitur, quod efficere non queat. Sumptum ab aucupio ſeu uenatu prædarum, quas conſequendi non ſit facultas. Quod quidem inter adagiones non recenſuiſſem, niſi reperiſſem in collectaneis Græcorum. Nam præter metaphoram θηρεῖς, nihil ſapit prouerbij. Cæterum præceptum eſt haud inutile. Siquidem ſi rectè præcipiunt Græci, non eſſe tentandum de quo dubites, multo minus quod certum ſit, te non aſſecuturum. Veluti ſi quis animi tranquillitatem opibus, aut uoluptatibus iſtis uulgaribus ſibi comparare conetur, aut ueram eruditionem citra linguarum cognitionem, hic ἀδύνατα θηρεῖ. Pindarus in Nemeis, κενεὰν δ' ἐλπίδων χάσμον τέλλων. id eſt, inanis ſpei ſterilis exitus. Idem in Pythijs hymno 3.

Χρὴ δ' ἐν καθ' αὑτὸν αἰὲν παντὸς ὁρᾶν μέτρον. id eſt,
Oportet autem apud ſeſe ſemper cuiuſq; rei
Videre modum. Interpres indicat hunc eſſe ſenſum, ne quis tentet maiora ſuis uiribus. Commemoratur inter Chilonis apophthegmata, non eſſe tentandum quod efficere non poſſis. Quædam enim conſilia magnifica ſunt, ſed ob hoc ipſum inutilia, quod ἀδύνατα.

Cribro diuinare. VIII

Κοσκίνῳ μαντεύεσθαι. id eſt, Cribro diuinare, eſt coniectura ſagaci rem deprehendere. Aut ſtulte de rebus occultis diuinare. Lucianus in Pſeudomante, κοσκίνῳ τὸ τῇ λέγειν μαντευόμενον. id eſt, Cribro, quod aiunt, uaticinans. Meminit & Theocritus in Idyllio tertio:

Εἶπε καὶ ἀγρεὺς τ' ἀλαθὲς κοσκινόμαντις. id eſt,
Cribro uaticinans, uerum mihi dixit Agræo.

Porrò genus hoc diuinandi ſuſpenſo cribro, in hodiernum uſque tempus durat apud quoſdam ſuperſtitioſos. Apud ueteres uaticinia peragebantur, cribro, lauro & tripode.

Hydram ſecas. IX

ὕδραν τέμνεις. i. Hydram ſecas. Eſt apud Platonem lib. De republ. 4. ἀγνοοῦντες, inquit, ὅτι ὡς ὕδραν τέμνουσι. i. Ignari ſe reuera tanquam hydram ſecare. Eſt autem hydrã incidere, ita unum aliquod incommodum tollere, ut in eius locum alia plura recipias. Adagium natum à fabula hydræ Lernææ, quam alij centum fuiſſe capitum aiunt, alij octo è quibus unum erat immortale. Cum hoc monſtro multum diuq; conflictatus eſt Hercules, propterea quòd uno reciſo capite, plura renaſcerentur. Plutarchus in commentario De fortuna Alexandri: ὕδραν τέμνων ἀεί τισι πολέμοις ἀναβλαστάνουσαν. i. Hydram ſecans ſemper aliquibus bellis repullulantem. De Alexandro loquitur, cui uno bello confecto, ſubinde aliud atq; aliud exoriebatur. Cyneas cognita Romanorum multitudine, identidem poſt acceptam cladem copias inſtaurantium dixit, Pyrrhum ſibi uideri aduerſus Lernæam hydram pugnare: Hinc Horatius in Odis:

Non hydra ſecto corpore firmior
Vinci dolentem creuit in Herculem.

Accommodari poterit ad eos qui litibus inuoluuntur nunquam finiendis. Lis enim litem parit, & ſæpenumrero pro una enecta tres ſubnaſcuntur. Seneca quodam in loco ſcribit, negotia ſordida, quæ nos auocant à ſtudio ſapientiæ, abrũpi poſſe, explicari non poſſe, quòd negotium ex negotio ſeratur, & occupationi occupatio, uelut unda ſuccedat undæ.

Ne ramenta quidem. Ne feſtuca quidem. X

Ne ramenta quidem ditior, hyperbole prouerbialis, cum aliàs aliquoties apud Plautum tum in Rudentibus. Nunquam Hercle hinc hodie ramenta fies fortunatior, perinde quaſi dicas ſtupa ditior, ita ut uulgò loquuntur. Simili figura dixit Ariſtophanes in Lyſiſtrata:

Λάβοσα μηδὲν ἐνθαδὶ, κινήσα μηδὲ κάρφος. id eſt,
Nihil hic cum reliquerit, mouerit ne feſtucam quidem.

Idem in Veſpis:

ὕπνος δ' ὀφᾷ δὲ νυκτὸς ὀδὲ παπάλλω. id eſt,
Noctu haud uidet ſomni ne paſpalam quidem.

Interpres ait, παπάλλω ſignificare minutißimum quippiam. Quibuſdam ea uox magnetem lapidẽ declarat. Subnectit

nectit eodem in loco consimilem figuram.

ἦρ ἀ' ἔρ καταμύσῃ κἀρ ἄχνίω. id est,

Quòd si uel achnen flexerit somno caput. ἄχνη uerò significat minutißimum ac leuißimum illud, quod è spicis excußis euolat. Qua uoce usus est & Homerus Iliados ε.

ὥς ἀ' ἄνεμος ἄχνας φορέῃ ἱερὰς κατ' ἀλωάς. id est,

Vt uento tenues sacra area iactitat achnas.

Hebraicarum periti literarum affirmant חשׁ quam uocem Hieronymus uertit pulueres, secutus Septuaginta, qui transtulerunt χνῦν, idē Hebræis sonare quod Græcis ἄχνη.

Sacrum sine fumo. XI

ἄκαπνος θυσία. i. Sacrificium absque fumo, de nimium tenui conuiuio, & in quibus nihil cocti obsonij apponitur. Translatum à pauperculorum sacris, molas, thusculum, lac, aut corollas offerentium, cum dij nidorem illum expectent, unà cum fumo subuolantem, iuxta Homerum. Lucianus in Amoribus. Βραχὺ μὲν ἁμάρτῃς ὦ λυκῖνε, καὶ τοῖς ἀκάπνοις ὡς φασι τῶν θυσιῶν ἥκιστα τερπόμενος. i. Sanè perquam edax deus est Luciane, quiq; fumi expertibus sacris haud quaquam gaudeat. In eum sensum usus est & Athenæus: ἄκαπνα γὰρ ἀεὶ ἀοιδοὶ θύομεν. i. Nam poëtæ semper sacra sine fumo sacrificamus.

Non est curæ Hippoclidi. XII

Οὐ φροντὶς ἱπποκλείδῃ. i. Non est Hippoclidi curæ. Siue, ut carmen reddam. Non curat Hippoclides. Est enim uersus iambicus dimeter catalecticus. Hoc adagio significabāt se quippiam negligere, neq; magnopere laborare. Natum autē est ex historia quam pluribus uerbis narrat Herodotus in Erato ne. Vt autem in pauca conferam, hic Hippoclides erat Tisandri filius, qui cum multis alijs iuuenibus. Clisthenis Sicyonij filiam ambiebat. Verum cum Clisthenes procos toto anno probaret, & Hippoclides in conuiuio indecorā quandam saltationem ædidisset, sublatis in altum pedibus, pater offensus inhoneſto iuuenis lusu ait, ὦ παῖ τισάνδρου ἀποχέσαο γε μὲν τὸν γάμον. i. Fili Tisandri, à nuptijs tua saltatione excidisti. At ille protinus respondit, Οὐ φροντὶς ἱπποκλείδῃ. i. Haud curat Hippoclides. Ea uox, ut testatur Herodotus, in prouerbium abijt. Id dictum in ipsum retorquet Herodotum Plutarch. in libello, quem aduersus eū scripsit. Δοκεῖ μοι καθάπερ ἱπποκλείδης, ὁ τοῖς σκέλεσι χειρονομῶν ἐπὶ τῆς τραπέζης, εἰπεῖν ἂν ἀθορύβως τὴν ἀληθείαν, οὐ φροντὶς ἱπποκλείδῃ. i. Videtur mihi uelut Hippoclides cruribus manuum uice in mensa gesticulans, postquàm à ueritate desultauit dicere, non est curæ Hippoclidi. Lucianus in apologia, ἱκανὸν ἂν εἴη μοι τὸ, οὐ φροντὶς ἱπποκλείδῃ. id est, Mihi sufficerit illud quod dicitur, haud curat Hippoclides. Idem in Hercule, Καὶ ὁ ἱπποκλείδης οὐ φροντεῖ. i. Nec laborabit Hippoclides. Mentionem huius adagij facit & Eustathius in Iliados Homericæ primum librum scribens. Alluſit huc Aristophanes in Vespis, sæpius repetens illud, ὀλίγον μοι μέλει. i. Leuiter mihi curæ est.

Canis in præsepi. XIII

Ἢ κύων ἐν τῇ φάτνῃ. i. Canis in præsepi. In eos dicitur, qui nec ipsi fruuntur re quapiam, neq; reliquos item sinunt uti: ueluti si quis egregios codices inclusos diligenter adseruet, quos nec ipse unquam euoluat, nec alijs euoluendi faciat copiam. Quemadmodum canis in præsepi nec ipse uescitur hordeo, & equum uetat uesci. Lucianus aduersus indoctum, ἀλλὰ τὸ μὲ κύων ποιεῖς, μὲ ἐν τῇ φάτνῃ κατακειμένης, ἢ ὅτε αὐτὴ τὴ κριθῶν ἐσθίει, ὅτε (φησὶ) ἵππῳ δυναμένῳ φαγεῖν ἐπιζήτει. i. Verum haud aliter facis, quàm canis ille in stabulo cubans, qui cum ipse non edat hordeum, tamē haud sinit equum qui possit edere, id facere. Vtitur eodem in Timone. Citatur apud Suidam in prouerbio, σὺ δὲ ἐν ποῖς τοῦ Διόνυσον, sed tacito autoris nomine, τῇ φάτνῃ προσάγεις τὴν κύνα, καὶ ποῖς τὸν Διόνυσον ἄγεις σὺ δὲ ἐν. i. Ad præsepe ducis canem, nihil autem adducis ad Bacchum: hoc est, adfers, quæ ad rem nihil attinent, ex his uerò quæ pertinebant ad causam propositam nihil adfers. Simile quiddam refert Athen. libr. 6. de gente quadam Galatarum, qui dicuntur Cordistæ: abominantur aurum, nec important in suam regionem, nihilo secius tamen alios non desinunt eo spoliare. Aiunt eam gentem esse reliquias Galatarum, qui sub duce Brenno spoliarunt oraculum Delphicū, quos insecutus Bathanatus dux, inclementer tractauit. Hinc auri odium, cuius gratia tantum passi sint malorū, quod tamen alijs inuident.

Captantes capti sumus. XIIII

Αἰρῶντες ἑρήμεθα. i. Captantes capti sumus. Cum res præposterè euenit, ut ipsi circumueniamur ab ijs, quibus conabamur imponere. Id quod non raro solet usu uenire, ut in eas incidamus pedicas, quas alijs struxeramus. Sæpe fit, ut qui simulat amorem, quo puellam in amorem pelliciat, ipse uerè incipiat amare. Et qui dat operam, ut inuitatiunculis alium conetur efficere temulentum, ipse reddatur ebrius: & qui finitimum moliatur imperio depellere, ipse suum amittat imperium. Sic & Horatius:

Græcia capta ferum uictorem cepit.

Videtur eodem alluſisse Plato, cum ita scribit in Theæteto, Δοκεῖ μοι ὦ Σώκρατες μάλιστα ἁλίσκεσθαι ὁ λόγος ἀλισκόμενος. i. Mihi uidetur ô Socrates maximè capi ratio quæ captabat. Sophocles in Oedipo Coloneo.

Γνῶθι δ' ὡς ἔχω ἔχη, κἀσ' εἰλεθμένῳν δ' ἡ τύχη. id est,

Scito quòd tenens teneris, teq; captantem, inuitum

Fortuna cepit. Plautus in Epidico: Iam cautor ipse captus est. Lucianus in meretricijs dialogis, Καὶ ἐάλωκα ὁ κακοδαίμων καὶ συλλημμαι πρὸς αὐτῆς. i. Et cepi miser, & simul ab illa captus sum. Translatum aut à bello, aut piscatione, seu uenatu.

In uenatu periit. XV

Festiuius dixit Lucianus in Toxaride, Αὐτή τε ἀπώλετο ὑπὸ δὲ ἄγρας. id est, Et ipsa uenatu periit, hoc est, dum adolescentem uenatur, studetq; irretire, etiam ipsa sese perdidit. Quinetiam illa ipsa: uenari laudem, aucupari famam, prouerbiales sunt metaphoræ, uelut, Expiscari, prosciscitari atque exquirere.

In laqueos lupus. XVI

Εἰς πάγας ὁ λύκος. id est, In laqueos lupus. Cum improbus quispiam tandem in extremum adducitur discrimen. Etenim cum lupus animal sit insidiosissimum, applauditur ab omnibus, si quando contingat illum irretiri, ac protinus acclamant omnes,

Εἰς πάγας ὁ λύκος. Refertur à Zenodoto.

Annosa uulpes haud capitur laqueo. XVII

Γέρων ἀλώπηξ οὐχ ἁλίσκεται πάγῃ. i. Vulpes anus laqueis capi haud ullus potest. Senarius prouerbialis dicendus in eum, qui longa ætate multaq; rerum experientia callidior est, quàm ut arte dolisq; capi queat.

Vulpes haud corrumpitur muneribus. XVIII

ἀλώπηξ οὐ δωροδοκεῖται. id est, Vulpes non corrumpitur muneribus. Suidas huius adagij Cratinum citat autorem. De callidis ac uersutis, quos haud facilè sit obiecto munusculo, aut assentatiuncula, pollicitus'ue fallere. Larus enim, & aliæ quædam aues esca capiuntur, uulpes non item. Verbum autem δωροδοκεῖν, sumptum est à concionibus aut iudicijs, in quibus nonnulli pecunia corrupti dicunt sententiam.

Atticus in portum. XIX

Ἀττικὸς εἰς λιμένα. i. Atticus in portum. In eos dicebatur, qui illic

Ayuntamiento de Madrid

illic uirtutem oſtentare ſolent, ubi tutum eſt, atque ubi nihil opus. A nautis Atticis ſumptum, qui portum ingreſſuri oſtentandi ſui gratia magnifice ſeſe gerebant, in ipſa re, hoc eſt, in prælio nauali, non perinde ſtrenui.

Capra Scyria. XX

Αἴξ σκυρία. i. Capra Scyria. Zenodotus huius prouerbij Chryſippum citat cum autorem tum interpretem. Conuenit in eos qui beneficium maleficio corrumpunt, aut qui uirtutes adiunctis uitijs contaminant atq; obſcurant, qui'ue rectè inſtituta non rectè finiunt. Veluti capra Scyria, quòd fera ſit, multarum quod lacte impleuerat, ipſa rurſus euertit, atque hoc modo beneficium quod dederat, eadem perdidit. Alij putant dici in eos unde plurimum emolumenti capitur, propterea quòd eius regionis capræ maximam lactis uim reddere dicantur. Id quod affirmat & Athenæus Dipnoſoph. lib. 1. citans hoc Pindari carmen,

Σκυρίας δ' ἐς ἄμελξιν γάλακτος αἶγες ἀξοχώταοι. i.
Scyriæ uerò ad emulgendum lac capræ præſtantiſſimæ.

Suſpendio deligenda arbor. XXI

In re uehementer indigna, neq; ullo pacto toleranda, ueteres arborem ſuſpendio deligendam eſſe dicebant. Inde natum, quòd olim in Theophraſtum philoſophum præcipuum meretricula quædam nomine Leontium auſa ſit ſcribere. Plin. Secundus in Præfat. Hiſtor. nat. Ceu uerò neſciam aduerſus Theophraſtum, hominem in eloquentia tantum, ut nomen diuinũ inde inuenerit, ſcripſiſſe etiam fœminam, & prouerbium inde natum, ſuſpendio arborem eligendam. Hactenus Plin. Finitimũ huic eſt illud apud Euripidem in Alceſtide,

ἄξια καὶ σφαγᾶς τάδε
Κἀπὸ πλέον, ἢ βρόχῳ δίκῃ
σὺν ἁρπίῳ πελάσαι. id eſt,
Deus iſta cæde digna ſunt,
Vel potius, ut laqueo gulam
Præfocet aliquis pendulo.

Plautus in Curculione, Mea præda illa eſt, Proin tu te in laqueum dias. Iuuenalis:

Ferre potes dominam ſaluis tot reſtibus ullam.

Et apud Plautum, qui uitæ tædio tenebatur, optat nummum quo reſtringemat. Quum hæc ederem anno 1525 fortè incidi in commentarios Cælij Rhodigini. Is dicit in huiuſmodi explicatione cæcutire multos, ac ſe iactat omnem difficultatem explicuiſſe, cum nec ulla ſit difficultas, & ſi qua eſſet, nihil explicent ea quæ commemorat de ſuſpendio crucis. Nec enim fontes ſibi deligunt arborem, ſed aguntur in crucem. Cæterum qui cogitant de conſciſcenda nece, ſolent alij aliud ſuſpendij genus eligere, ut appareat illos hoc agere non impotentia mentis, ſed certo deſtinatoq; conſilio.

Mineruæ felem. XXII

Ἀθηνᾶς τὸν αἴλουρον. i. Mineruæ felem, ſubaudiendum, comparas. Cum multo inferiora cum præſtantioribus comparantur, quòd leuicula quapiam in re conueniant. Quid enim habet Minerua dea cum fele commune, præter glaucorem oculorum? Nam is oculorum color Mineruæ tribuitur, qui & noctuis adeſt, & felibus. Vnde apud Homerum etiam epitheton, γλαυκῶπις Ἀθήνη. Eſt & hoc felibus commune cum noctuis, quod & noctu cernunt, & pariter inſidiantur muribus. Refertur apud Zenodotum & Suidam. Etymologus indicat diſcrimen orthographiæ, quo ἔλωρ & pro gente, eſt enim Scythiæ à paludibus dicta, ſcribitur per ε. pro animante, per diphthongum, αἴλωρ, quaſi dicas Torquicaudam, aut Trahicaudam, quod tamen apud autores uideo neglegi.

Vorſuram ſoluere. XXIII

Vorſuram ſoluere dicitur, qui ſic è præſentibus malis extricat ſeſe, ut alijs grauioribus impediatur, nam Donato uorſuram facere, eſt æs alienum alieno ære ſoluere, aut minore fœnore maiorem acceptam pecuniam occupare. Hinc ducta uoce, ut autor eſt Feſtus Pompeius, quod uertant creditorem. Terentius in Phorm. In eodem luto hæſitas, uorſuram ſoluis, præſens quod fuerat malum, in diem abijt, plagæ creſcunt. Cicero ad Atticum: Admirabilis abſtinentia ex tuis præceptis, ut uerear, ne illud quod tecum permutaui, uerſura mihi ſoluendum ſit. In oratione pro L. Flacco, Negauit ſeſe omnino ullam uerſuram feciſſe Romæ. Seneca De beneficijs lib. 5. Domi quod aiunt uerſura fit, & uelut luſorium nomen ſtatim tranſit. Idem libr. 2. epiſtola ultima: Vt ut ſe res habet, ab Epicuro uerſura facienda eſt. i. ab Epicuro ſumendum eſt mutuum, quo tibi ſatisfaciam. Idem ſimili tropo dixit lib. 1. epiſt. 4. Sed ut epiſtolæ finem imponam, accipe quod hodierno die mihi placuit, & hoc quoq; ex alienis hortis ſumptum eſt. Lactantius lib. 2. Inſtitutionum uſus eſt hoc prouerbio. Cum igitur, inquit, ortum rerum tribuis naturæ ac detrahis deo, in eodem hæſitans luto uerſuram ſoluis. Explicuit eleganter hanc metaphoram Demoſthenes in Olynthiaca prima, Δέδοικα ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὥσπερ οἱ δανειζόμενοι ῥᾳδίως ὕστερ τοῖς μεγάλοις τόκοις, μικρὸν ὑπερθέσαντες χρόνον, ὕστερον καὶ τὰ ἀρχαῖον ἀπέγνωσαν, ὅτω καὶ ἡμεῖς ἂν ἐπὶ πολλῷ φανῶμεν ἐῤῥᾳθυμηκότες, καὶ ἅπαντα πρὸς ἡδονὴν ζητοῦντες, πολλὰ καὶ χαλεπὰ, ὧν οὐκ ἀβλαβὲς ὕστερον εἰς ἀνάγκαν ἔλθωμεν ποιῆσαι, κινδυνεύσωμεν περὶ τῆς ἐν αὐτῇ τῇ χώρᾳ. i. Vereor Athenienſes, ne quemadmodum hi, qui contrahunt æs alienum facile magnis uſuris, ad breue tempus diuites ſunt, paulo poſt etiam à principali ſumma exactiuntur: itidem & nos, ſi diutius uideamur negligentes, cunctaq; ad uoluptatem quærentes, paulopoſt in neceſſitatem ueniamus, ut nobis multa etiam acerba, ſint facienda, quæ nequaquam uoluerimus, deq; hoc ipſo loco periclitemur.

Animam debet. XXIIII

Τὴν ψυχὴν ὀφείλει. i. Animam debet. Donatus prouerbium eſſe admonet, de eo qui immodico ære alieno teneatur, ut plus quàm omnis facultates debeat, ac denig; ſeipſum debeat. Terentius in Phormione, Quid ſi animam debet. Erat enim antiquitus lex, ut qui ſoluendo non eſſet, is nexus addiceretur creditori, luiturus corpore. i. opera, quod ære non poſſet. Extat apud Gellium lex duodecim tabularum, quæ iubebat diſſecari corpus eius, qui multis creditoribus deberet, nec eſſet ſoluendæ rei.

Summum ius, ſumma iniuria. XXV

Summum ius, ſumma iniuria, hoc eſt, Tum maximè diſceditur ab æquitate, cum maximè ſuperſtitioſè hæretur legum literis. Id enim ſummum ius appellant, cum de uerbis iuris contenditur, neque ſpectatur quid ſenſerit is qui ſcripſit. Nam uoces ac literæ, quaſi legum ſumma cutis eſt. Eam inceptiam quorundam ſuperſtitioſorum iuris interpretum, copioſè ſimul & elegãter illudit M. Tullius in actione pro Murena. Terentius, Verum illud Chreme dicunt, ius ſummum, ſæpe ſumma malitia eſt. M. Tullius Officiorum libr. 1. Ex quo illud, ſummum ius, ſumma iniuria, factum eſt iam tritum ſermone prouerbium. Columella primo rei ruſticæ libro: Nec ſanè eſt uindicandum nobis, quicquid licet. Nam ſummum ius antiqui ſummam putabãt crucem. Citatur & Celſus adoleſcens lib. Pandect. 45. titulo De uerborum obligat. cap. ſi ſeruũ Stichum: qui ſcripſerit quæſtionem eſſe de bono & æquo, in quo genere plerunque ſub autoritate iuris ſcientiæ periculoſè erratur. Itidem Paulus libro quinquageſimo, titulo, De regulis iuris. In omnibus quidem, maxime tamẽ in iure æquitas ſpectãda eſt. Simili figura Seneca lib. De ira primo dixit, ſummo animo. Si intelligis non ex alio uenire

Ayuntamiento de Madrid

nire nequitiam, ſed ſummo, quod aiunt, animo inhærere.

Ne igniſer quidem reliquus eſt factus. XXVI

Οὐδὲ πυρφόρος ὑλάφθη. i. Ne igniſer quidem ſuperfuit, ubi ſignificamus, omneis ad unum interijſſe adeo, ut ne ei quidem ſit parcitum, qui ignem præferat exercitui. Nã priſcis mos erat ut uates acrem præcederet, lauro coronatus, ac facem geſtans. Ab hoc belli uim abſtinebant utrinq;, quòd nefas duerent, in uirum ſacrum ferrum ſtringere. Proinde ſi crudelem aliquam ſtragem ſignificare uoluiſſent, ne igniſero quidem parcitum aiebant. Meminit huius adagij Euſtathius Iliados μ, enarrans hos Homeri uerſus,

Οὐκέτ' ἔπειτ' ὄἶω ὀδὸν ἄγγελον ἀπονέεσθαι
ἄλγεος ὅττι τάχιστα. id eſt,
Haud equidem fore credo, uti ſit rediturus ad urbem
Hinc poſthac aliquis uel nuncius.

Admonet hoc quoq; figurã habere prouerbialem, ὀδὲ ἄγγελος ὑπολέφθαι. i. Ne nuncius quidem relictus eſt, quoties ſignificamus ad unum omnes extinctos, ut ne unus quidem effugerit qui rem geſtam renuntiaret. Nam is uel deditu opera relinqui ſolet ab hoſte.

Πανολεθρία. XXVII

Huic affinè eſt, πανολεθρία, qua uoce ſignificabant internicionem, & eiuſmodi perniciem ut nihil omnino reliquum ſieret. Thucydides in 7. hiſtoriæ ſuæ libr. κατὰ πάντα γὰρ πάντες πανθέντες, καὶ ὀδὲν ὀλίγον ἢ ὀδὲν παραδόσαντες, πανολεθρία δὴ τὸ λεγόμενον, καὶ πεζὸς, καὶ νῆες, καὶ ὀδὲν ὅτι οὐκ ἀπώλετο. id eſt, In omnibus omnino uicti, & nihil mediocre ulla in re paſſi, ſed internicione iam, quod dici ſolet, & pedites, & naues, & denique nihil erat, quod non periret. Venuſtius erit ſi à bello, naufragio, incendio, ac ſimilibus caſibus, aliò detorqueatur. Veluti ſi dicas, libidinem magnam quidem eſſe peſtem Chriſtianæ religionis, uerum auaritiam prorſus πανολεθρίαν eſſe pietatis. Et Græcarum literarum imperitiam omnium bonarum diſciplinarum fuiſſe πανολεθρίαν. Non diſſimili forma Cicero in Piſonem, templum Caſtoris appellat buſtum omnium legum ac religionum, quod ibi fuerit oppreſſa legum autoritas ac religionum cultus.

Thracium commentum. XXVIII

Θρᾴκεια παρεύρεσις. i. Thracium commentum, ſiue inuentum. Apud Zenodotum legitur, torquẽdum in eos, qui pacta eludunt callido uafroq; aliquo commento. Porrò unde id prouerbium natum fuerit, indicat Strabo lib. Geographiæ 9. ex Ephoro autore. Thraces pactis cũ Bœotijs aliquot dierum inducijs, nihilo ſegnius incurſiones agebant nocturno tẽpore. Hos cùm propulſaſſent Bœotij, atq; expoſtularent, quod uiolaſſent inducias, reſpõderunt Thraces, ſe nihil præter pacta feciſſe, pactos enim eſſe de diebus, noctibus incurſaſſe. His fermè ſimilia refert Zenodotus, nempe Thraces conſtitutis decem dierum inducijs, noctu impreſſionem feciſſe in Bœotios, iam negligentius agentes inducirum fiducia, atq; ex his nonnullos trucidaſſe, aliquot uiuos abduxiſſe: deinde expoſtulantibus de uiolatis pactis Bœotijs, reſpondiſſe, dies, non nocles, pacto contineri. Ea res prouerbio locum fecit, Θρᾴκεια παρεύρεσις. i. Thracium inuentum. Eſt enim proprie παρεύρεσις, excogitata cauillatio, qua pactum eludimus, quas Plautus ſutelas uocat. Et Terentius: Ne quid ſuo aſſuat capiti, Addunt enim extra pactionem commenti quippiam, quo rem omnem ſubuertunt.

Romanus ſedendo uincit. XXIX

Romanus ſedendo uincit. Vetus prouerbium in eos, qui tranquilli atque ociosi, tamen quæ uolunt efficiunt, aut qui non uiribus, ſed arte rem gerunt. Marcus Varro lib. De re ruſticâ primo, cap. 2. Vultis igitur interea uetus prouerbium, quod eſt, Romanus ſedendo uincit, uſurpemus dum iſte uenit. Ex hiſtoria Fabij cunctatoris natum arbitror, qui Hannibalem, iuueniliter exultantem ſua patientia fregit, de quo extat uerſus ille Ennianus.

Vnus qui nobis cunctando reſtituit rem.

Citatur apud Ciceronem in Catone maiore. Vſurpatus eſt diuinitus à Marone lib. 6. Quanquam Liuius lib. De bello Macedonico primo refert ſimile quiddam de Sulpicio conſule. Quibus, inquit, ſi undiq; circumuentus copijs foret, ſedentem Romanum debellaturum credi potuerit.

Scopum attingere. XXX

Τυγχάνειν τοῦ σκοποῦ. i. Scopum attingere. Eſt uoti compotem fieri, aut coniectura rem ipſam aſſequi. Lucianus in Icaromenippo, καὶ οὐκ ἀπὸ σκοποῦ ἔικασας. i. Tuaq; coniectura haud procul abeſt à ſcopo, & ἀποτυγχάνειν τοῦ σκοποῦ. i. Non attingere ſcopum: & διαμαρτάνειν τοῦ σκοποῦ. id eſt, Aberrare à ſcopo, atq; id genus aliæ figuræ omnes prouerbium ſapiunt. Hoc adagio feſtiuiter uſus eſt Diogenes in puerum ſaxa in crucem iaculantem. Euge, inquit, continges tandem aliquando ſcopum. Pindarus in Nemeis hymno nono, ἀκοντίζων σκοποῦ ἄγχιστα μοισᾶν. i. Proximè iaculans ad ſcopum muſarum. Idem hymno ſexto, ἐλπομαι μέγα ἄπιον, ἄντα σκοποῦ τυχεῖν. i. Spero quod magna pollicitus ſcopum attingam. Dicitur & ἔξω σκοποῦ βάλλειν, hoc eſt, extra ſcopum iaculari, ubi quis loquitur aliena ab eo quod agitur. Vſus eſt Gregorius Nazianzenus in Monodia.

Simia non capitur laqueo. XXXI

Ὁ πίθηκος οὐχ ἁλίσκεται βρόχῳ. i. Simia non capitur laqueo, In callidos tergiuerſatores dici ſolitũ, qui coargui nõ queũt. Id olim dictum eſt in Heraclidem, qui per imprudentiam perperam citarat ex Dionyſio, quod erat apud Sophoclem. Miſſum eſt exemplar, ut ibi conſpecto carmine agnoſceret ſuum errorem. Hic quoq; tergiuerſanti, nec lapſum agnoſcenti, dicentiq; caſu fieri poſſe, ut in diuerſis poëtis uerſus conſentiant, ſcripſit quiſpiam, ſimiam haud capi laqueo. Autor Diogenes Laërtius. Carmen Græcum ſic habet:

Γέρων πίθηκος οὐχ ἁλίσκεται πάγῃ
ἁλίσκεται μὲν, μετὰ χρόνον δ' ἁλίσκεται. id eſt,
Laqueo uetuſtus ſimius non prenditur,
Capitur quidem ille, capitur autem ſerius.

Largitio non habet fundum. XXXII

M. Tullius lib. Offic. 2. Omnino, inquit, meminiſſe debemus, id quod à noſtris hominibus ſæpiſſimè uſurpatum, iam in prouerbij conſuetudinem uenit, largitionem fundum non habere. Quo dicto ſignificabant, ſtulta liberalitate quantaslibet opes exhauriri, uel effluere potius. Translatum uidetur à pertuſo dolio Danaïdum apud inferos. Quæ fundo carent, Græci uocant ἀπίθμενα. Vnde Parthenius apud Athenæum lib. 11. ἀπίθμενον φιάλιον dixit.

Inexplebile dolium. XXXIII

Ἄπλητος πίθος. i. Inexplebile dolium. Varius eſt huius adagionis uſus. Quadrat enim primum in τοὺς τρὸς ἀδηφάγους. i. In glutones, edaceſq;: congruentius autem in iſtos bibacitate inexplebili, qui quo plus biberint, hoc ſitiunt, quemadmodum olim dictum eſt de Parthis. Sic enim Feſtus ſenſiſſe uidetur, qui ciuat neſcio quem, nam locus mutilus eſt, qui dolium pertuſum dixerit, cum uentrem ſignificaret, quãquam natura quoq; uenter inexplebilis eſt, quod quicquid per os infuderis, id alijs uijs excernitur. Quadrabit & in obliuioſum, cui ſi quid eruditionis infundas, protinus effluit, quiq; prius obliuiſcatur, quàm perdidicerit, cuiuſmodi Strepſiadem facit Ariſtophanes in Nebulis:

ὅς τις σκαλαθυρμάτι' ἄττα μικρὰ μανθάνων,
Ταῦτ' ἐπιλήσας πρὶν μαθεῖν. id eſt,
Huiuſmodi minutulas qui argutias

Prius

Ayuntamiento de Madrid

Prius atque didicit dedidicerit immemor.

Sic propemodum uſus eſt Plautus in Pſeudolo, In pertuſum ingerimus dolium, operam ludimus. Competet etiam in homines præter modum profuſos, quemadmodum indicauit Ariſtot. lib. Oeconomicorum 1. καὶ γὰρ τὸ κτᾶσθαι δίωατὸν χρὴ εἶναι καὶ φυλάττειν, εἰδὲ μὴ, ὀδὲν ὄφελος τὸ κτᾶσθαι. ᾧ γὰρ ἡθμῷ ἀντλεῖν ἔτ' ἔστιν, ὁ λεγόμενος τοῖος τέτμημαι. *i. Siquidem oportet eiuſmodi eſſe, qui norit & parare, & parata tueri. Alioqui nihil profuerit paraſſe, propterea quod hoc ſit cribro haurire, quodq; prouerbio dicunt, pertuſum dolium. Congruit item in auaros, quorum cupiditatibus nihil eſt ſatis, uerum quo magis impleantur opibus, hoc magis inanes eſſe uidentur. Quod eleganter illo Solonis carmine teſtatum eſt apud Plutarchum in libello* περὶ φιλοπλουτίας,

Πλούτου δ' ὅδε πέρας τέτμηται ἀνθρώποισι. *id eſt,*
Non eſt fixus opum finis mortalibus ullus.

Zenodotus & tartarum ipſum rectè accipi inexplebile dolium putat, quòd tot milibus defunctorum nunquam expleatur. Et Sapiens ille Hebræus hunc inter inſatiabilia nominat. Quadrabit & in eos, qui male ab alijs rapiunt quæ male item profundant in alios. Vſurpatur & de fruſtra laborantibus, quemadmodum alio demonſtratum eſt loco, uelut apud Catullum,

Dolia uirgineis idem ille repleuerit urnis.

Adagium natum à notiſſima fabula puellarum Danaïdum, quæ ob ſponſos necatos has pœnas apud inferos dare dicuntur, ut ſitulis perſtillantibus aquam hauriant, atq; in dolium item pertuſum infundant, graui nimirum, ſed inutili labore. Cuius fabulæ mentionem facit Horatius in Odis:

—Et inane lymphæ
Dolium fundo percuntis imo. *Item Tibullus,*
Et Danaï proles Veneris quæ numina læſit,
In caua lethæas dolia portat aquas.

Meminit huius Lucianus in Timone. Et Ariſtot. lib. Politicorum 6. Rurſus Lucianus in Hermotimo, ἐπιρρεῖ γὰρ τὴν πραγμαλίαν τὸ πρᾶγμα ὑγαντλούμενον, ἐς τὸ ἐμπάλιν, ἢ ὁ τῶν Δαναΐδων τρόπος. *id eſt, Affluit enim dum exhauritur negotium laborq;, & contra fit, atque in Danaïdum dolio. Vſurpauit & Plato, cum alijs aliquot locis, tum in Gorgia.*

Cum adſit urſus, ueſtigia quæris. XXXIIII

ἄρκτον παρόντα τὰ ἴχνη ζητεῖς. *id eſt, Vrſi præſentis ueſtigia quæris. De ijs dicitur, qui timiditate præſens negotium declinant, atq; ad alias nugas dilabuntur. Translatum à formidoloſis uenatoribus, qui ſe diſſimulant ſenſiſſe urſum, & ueſtigia perſequi fingunt quo abſint à periculo. Hoc genus homines Plato de Rep. lib. 5. ſ. ripſit ſimiles eſſe* τοῖς κυνιδίοις, ἃ τοὺς λίθους δάκνει, τὸν βαλόντων δὲ οὐκ ἅπτεται. *id eſt, Catulis, qui lapides mordent, cum eos qui iecerint non auſint attingere. Ab hoc non eſt alienum quod ſcribit Plutarchus in uita Luculli. Nam illum quum hortaretur Archelaus, ut relicto hoſte in Pontum traijceret, ſic enim fore, ut protinus omnium rerum potiretur. Οὐκ ἔφη δεινὸς εἶναι κυνηγῶν, ὥστε τὰ θηρία παρελθὼν ἐπὶ κοίτας αὐτῶν φωλεοὺς βαδίζειν. id eſt. Negauit ſe timidiorem eſſe uenatoribus, ut præteritis feris, ad in tima illarum luſtra uellet ire.*

Boni ad bonorum conuiuia ultro accedunt. XXXV

Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν, *id eſt,*
Sponte bonis mos eſt conuiuia adire bonorum.

Hexameter prouerbialis, tum uſurpandus, ubi uir bonus, ſiducia uirtutis & amicitiæ, quæ generalis inter omneis probos intercedit, ad ſui ſimilem accedit, non expectatis uulgaribus iſtis inuitatiunculis. Quidam natum putant ab Hercule, qui cum Ceti Trachenij domum inuocatus inuiſeret, hunc uerſiculum primus dixerit. Fertur & trimeter Iambicus in eandem ſententiam,

Ἀκλητοὶ κωμάζουσιν ἐς φίλους φίλοι, *id eſt,*
Conuiua amico amicus ultro etiam uenit.

Tacite notauit adagium Homerus in ſecundo Iliados:

Αὐτόματος δέ οἱ ἦλθε βοὴν ἀγαθὸς μενέλαος. *id eſt,*
Illi uocalis Menelaus uenerat ultro.

Scholiaſtes indicat, hoc uerbo fuiſſe ſignificatum Menelai fortitudinem in bello. Exilis enim uox formidoloſum arguit, & βοὴ apud Græcos interdum bellum declarat, quemadmodum & hodie apud Germanos. Zenodotus in collectaneis diuerſa ſententia citat hoc adagium ex Eupolidis comœdia, cui titulus Chryſogenes:

Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ δαιτῶν ὑπὶ δαῖτας ἴασιν. *id eſt,*
Vltro adeunt hominis timidi conuiuia fortes.

Idem fermè ſignificat Plato in Symp. ἵνα καὶ τὸν παροιμίαν διαφθείρωμεν μεταβαλόντες, ὡς ἄρα καὶ ἀγαθῶν ὑπὶ δαῖτας ἴασιν αὐτόματοι ἀγαθοί. *id eſt, Vt & prouerbium perdamus, hunc ad modum inuertentes: Boni ad bonorum conuiuia ultro ueniunt. Sentire uidetur Plato, Homerum feciſſe Menelaum deteriorem ad præſtantioris acceſſiſſe conuiuium, quod Agamemnon bello uaſuerit, Menelaus fuerit imbellis. Citatur hic locus & ab Athen. lib. 4. Tametſi non hanc opinor Homeri mentem fuiſſe, cum uirtutis addat elogium:*

Βοὴν ἀγαθὸς μενέλαος. *id eſt,*
Voce bonus Menelaus.

Et cum aliquot locis illum fortiſſimè rem gerentem inducat, alicubi etiam ἀριϊφίλης cognomento honeſtet. Apud Athenæum libro primo, ex Cilatino, quidam qui inuocatus ad conuiuium acceſſerat, ita loquitur, Ἀγαθὸς ἂν πρὸς ἀγαθοὺς ἀνδρας ἑστιασόμενος ἦκον, κοινὰ γὰρ τὰ τῶν φίλων. *id eſt, Bonus enim ad bonos uiros conuiuaturus ueni. Nam res amicorum communes.*

In puteo cum canibus pugnare. XXXVI

Ἐν φρέατι κυσὶ μάχεσθαι. *id eſt, In puteo cum canibus pugnare. Dici ſolitum, ubi cuipiam negotium incidit cum homine rixoſo & contentioſo, à quo ſe nequeat extricare. Effertur etiam hoc pacto,* ἐν φρέατι κωμομαχεῖν, *uoce compoſita.*

Mihijpſi balneum miniſtrabo. XXXVII

Ἐμαυτῷ βαλανεύσω. *id eſt, ipſe mihi balneator ero, ubi quis ſuis ipſius inſeruit commodis. Aut ubi quis, non expectato alieno officio, ipſe ſuum agit negotium. Ariſtop. in Pace:*

Αλλ' ἃ ταῦτα δοκεῖ, κἀγὼμαυτῷ βαλανεύσω. *id eſt,*
Balneum & ipſe mihi, ſi hæc uobis grata, parauo.

Interpres admonet translatum à balneis, in quibus ceſſante balneatore, ipſi qui lauant, aquam hauriunt, atq; infundunt. Zenodotus putat & ad eos referri poſſe, qui glandes in ignem iniectas coquūt. Fortaſſis haud abſurde referetur ad glandium excuſſores. Nam Græcis βαλανεὺς, *balnearium cauponem ſignificat,* βάλανος *glandem. Atque hinc anceps prouerbij interpretatio.*

Vir fugiens haud moratur lyræ ſtrepitum. XXXVIII

Ἀνὴρ δὲ φεύγων ὁ μὲν λύρας κτυπόν. *id eſt,*
Hunc qui fugit ſtrepitus lyræ haud remorabitur.

Senarius prouerbialis in eos, qui in rebus periculoſis ac ſeriis, properandi ſtudio negligunt leuiora. Nam qui fugit in bello, non putat ſibi liberum ac uacuum, ut cantorem aliquē auſcultet. Idq; ad complures res accommodari poteſt. Veluti ſi dicas, non eſſe rebus friuolis ac uoluptarijs nugandum, cum hæc uita tot periculis ſit obnoxia. In hanc ſententiam

Ayuntamiento de Madrid

eleganter Seneca in epiſt. quadam ad Lucilium, Tranſcurramus, inquit, ſolertiſſimas nugas, & ad illa, quæ nobis aliquam opem ſunt latura, properemus. Nemo qui obſtetricem parturienti filiæ ſollicitus accerſit, edictum, & ludorum ordinem perlegit. Nemo qui ad incendium domus ſuæ currit, tabulam Latruncularium perſpicit, ut ſciat quomodo alligatus exeat calculus. At me hercle undiq; tibi omnia nuntiantur, & incēdium domus, & periculum liberorum, & obſidium patriæ, & bonorum direptio. Adijce his naufragium, motuſq; terrarum, & quicquid aliud timeri poteſt. Inter iſta diſtrictus, rebus nihil aliud quàm animum obtectantibus uacas. Plutarchus in libello quem ſcripſit de ει Delphico:

Οὐ ναῦβλα κωκυτοῖσιν, ὐ λύρα φίλη. id eſt,

Ingrata naubla, ingrata lugenti lyra. Concinit huic dictum Eccleſiaſtici: Muſica in luctu, importuna narratio.

Caninum prandium. XXXIX

Caninum prandium prouerbio dicebatur abſtemium, & in quo nullum uinū biberetur: propterea quòd peculiari naturæ proprietate, canes à uino abhorrent. Id adagij refertur ab A. Gellio lib. Noctium Atticarum 13. cap. ultimo, his quidem uerbis. Eius autem loci in quo id prouerbium eſt, uerba hæc ſunt, nimirū ex M. Varronis Satyrarum lib. qui ὕδωρ κρυὸν id eſt, Aqua rigens inſcribitur. Non uides apud Mneſtheum ſcribi, tria genera eſſe uini, nigrum, album, medium, quod uocant κιρρὸν, id eſt, giluum, nouum, uetus, medium. Et efficere nigrum, uirus: album, urinam: medium, τέλμα, id eſt, cōcoctionem. Nouum refrigerare, uetus calfacere, medium, uerò eſſe prandium caninum. Quid ſignificet, inquit Gellius, prandium caninum, rem leuiculam diu, & anxie, quæſiuimus. Prandium autem abſtemium, in quo nihil uini potatur, caninum dicitur, quoniam canis uino caret. Cùm igitur medium uinum appellaſſet, quod neq; nouum, neque uetus eſſet, & plerunque homines ita loquantur, ut omne uinum aut nouum eſſe dicant, aut uetus, nullam uim habere ſignificauit, neque noui, neque ueteris, quod medium eſſet. Idcirco pro uino non habendum, quia neq; refrigeraret, neq; calfaceret. Hactenus Gellius. Plutarchus in Sympoſiacis ſcribit, Theophraſtum ioco uocare ſolitum, ἄοινα συμπόσια τὰ κεφάλαια, quemadmodum aliàs admonuimus.

Vir fugiens, & denuo pugnabit. XL

Ανὴρ ὁ φεύγων, καὶ πάλιν μαχήσεται. id eſt,

Qui fugerit, rurſum ille præliabitur.

Senarius prouerbialis, quo monemur non protinus abijcere animum, ſi quid parum feliciter ſucceſſerit. Nam uictos poſſe uincere. Proinde Homerus ἑτεραλκέα νίκην uocat, id eſt, uicißim, nunc apud hos, nunc apud illos pollentem. Apud eundem Iliados Θ. Alexander ſic loquitur Hectori, νίκη δ' ἐπαμείβεται ἄνδρας, id eſt, Alterna uiris uictoria cedit. Idem alibi Iliad. γ.

Νῦν μὲν γὰρ μενέλαος ἐνίκησεν ξὺν ἀθήνῃ.
Κεῖνον δ' αὖτις ἐγώ. id eſt,

Pallade auxilio nunc uictor abit Menelaus.
Illum ego ſed poſtmodo pugna ſuperaro uicißim.

Demoſthenī probro datum eſt ab inimicis, quòd in eo prælio, quo Philippus Macedonum rex Athenienſes apud Cheronæam uicit, clypeo abiecto fugiſſet, eaq; gratia ῥιψάσπις ignominioſo cognomine uocatus. Verum id probri Demoſthenes, homo non admodum uerecundus, prouerbiali, notißimoq; uerſiculo legitur eludere ſolitus,

Ανὴρ ὁ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται.

Huic confine eſt illud Daui Terentiani. Hac non ſucceſſit, alia aggrediendum eſt uia. Vſurpat adagium Tertullianus in libro De fuga in perſecutione. Sed omißis, inquit, quidam diuinis exhortationibus, illum magis Græcum uerſiculum ſecularis ſententiæ ſibi adhibent: Qui fugiebat, rurſum præliabitur, ut & rurſus forſitan fugiat. Et quando uincet, qui quum fugerit uictus eſt?

Ex ſtipula cognoſcere. XLI

Ἐκ τῆς καλάμης γινώσκειν. id eſt, Ex ſtipula iudicare dicitur, quoties è ueſtigijs quibuſdam in ſenecta reliquis, coniecturam facimus, cuiuſmodi quis fuerit in adoleſcentia, translata metaphora ab ſegetibus. Homerus in ξ. Odyſſeæ,

Αλλ' ἔμπης καλάμῳ γέ σ' ἐῢμαι εἰς ὁρόωντα
Γινώσκειν. id eſt,

Attamen inſpecta ſtipula te ſuſpicor illud Conijcere. Vtitur hoc adagio Lucianus in Pſeudomante, quē nos olim Latinum fecimus. Ariſtoteles in Rhetoricis καλάμῳ; ſenectam interpretatur. ὅταν γὰρ, inquit, τὸ γῆρας εἴπε καλάμῳ, ἐπείνοε μάθησιν καὶ γνῶσιν διὰ τὸ γέρον τῶ. ἄμφω γὰρ ἀπώθησάτες. id eſt, Etenim cum ſenectam dixit culmum, ſenem oſtendit, ac repræſentauit. Nam utriq; defloruerunt. Ariſtophanes in Veſpis non diſſimili figura uſus eſt,

ἀλλὰ ὲκ τῶν λειψάνων
Δεῖ τῶνδε ῥώμην νεανικὴν ἔχειν. id eſt,

Verum è reliquijs robur horū colligi Iuuenile oportet.

Dicimus item, ex fragmentis, ex ruina rem cuiuſmodi fuerit coniectare.

Eodem cubito. XLII

Αὐτῷ πήχει. id eſt, Eodem cubito, hoc eſt, eadem regula, eadem menſura. Vtitur hoc aliquoties Lucianus, cum aliàs, tum in libello De ratione conſcribendæ hiſtoriæ· καὶ ὅλως πῆχυς εἷς, καὶ μέτρον ἀκριβές. id eſt, In ſumma cubitus unus, atque exacta regula, Ariſtophanes in Ranis:

Καὶ γὰρ ταλάντῳ μουσικὴ ζυθμίσεται,
Καὶ κανόνας ἴσουσι καὶ πήχεις ἐπῶν. id eſt,

In lance enim librabitur poëtica,
Promentq; regulas, cubitosq; carminum.

Non diſſimili figura dixit Corn. Tacitus lib. de oratorib. in præfat. quum ait, ſe quæ à præſtantiſſimis uiris acceperat, iiſdem numeris, iiſdemq; rationibus perſequi uelle. Plinius Epiſt. lib. 8. dixit, pari libra. Illud fortaſſe παροιμιῶδέστερον, at non inutile fuerit admonere, pleraſq; metaphoras à menſuris ductas eſſe prouerbiales, ut penſiculare rem, penſitare factum, rependere beneficium, remetiri gratiam, librare negotium, expendere cauſam, renumerare beneficium, æquilibrium officij, retuliare conuicium, atque id genus aliàs.

Monſtrari digito. XLIII

Δείκνυσθαι ζῷ δακτύλῳ. id eſt, Monſtrari digito, pro eo quod eſt, inſignem eſſe, hodie quoque prouerbio uulgari dicitant. Horatius in Odis:

Quod monſtror digito prætereuntium. Perſius:

At pulchrum eſt digito monſtrari & dicier, hic eſt.

Lucianus in Harmonide, Καὶ τὸ ἐπίσημον εἶναι ἐν πλήθεσι, καὶ δείκνυσθαι ζῷ δακτύλῳ. id eſt, In turba inſignem eſſe, digitoq; demonſtrari. Natum uideri poteſt ab eo, quod in uita Diogenis narrat Laërtius. Cum hoſpites quidam Athenas adueniſſent, ut Demoſthenem, cuius famam acceperant domi, conſpicerent, Diogenes τὸν μέσον δάκτυλον ἐπέδειξας, ὅτι ὑμῖν ἔφη ὅδε ὁ τῶν δημαγωγός. id eſt, Medio porrecto digito, hic eſt uobis, inquit, ille Athenienſium concionator. Simul ſignificans Demoſthenem & gloriæ auidum & moribus contaminatis.

Ne altero quidem pede. XLIIII

Μηδὲ τὸν ἕτερον πόδα. id eſt, Ne alterum quidem pedem diſcedere. Lucianus in Harmonide. Idem in Sectis, Οὐδὲ πώποτε δῆς ἀθιοπίας τὸν ἕτερον πόδα προελθών. id eſt, Qui ex Aethiopia nunquam uel alterum promouerit pedem. Annumerandum illis, quæ retulimus alibi, latum digitum, & latum pedem, latum unguem, quibus uel conſenſus opinionum, uel ſtudij aſſiduitas ſignificatur, uelut illo, nocte dieq;

Ayuntamiento de Madrid

dieq́: quod aliter extulit T. Liuius, belli Mace. primo: Alij in castris sine stationibus per somnum uinumq́ diem noctibus æquabant.

Ex diametro opposita. Diametro distant. XLV

Ἐκ διαμέτρου. id est, Ex Diametro. De uehementer inter se pugnantibus olim dicebatur, sumpta metaphora à Geometris, apud quos perfectißima oppositio ex diametro est. Lucianus in Tyranno, ὧν διαμέτρου ἡμῖν οἱ βίοι φασὶν. id est, Nostra enim & illorum uita, ex diametro, quemadmodum aiunt, inter se distant. Athanasius in lib. quodam de synodo Nicæna, οἱ κατὰ διάμετρον ὡς ἔπος εἰπεῖν ἀντικεῖσθαι, τῇ σαβελλίου γνώμῃ. id est, Qui iuxta diametrum, ut ita loquamur, aduersantur Sabellij sententiæ. Basilius in epist. quadam ad Athanasium, κατὰ διάμετρον dixit. Diametrus enim est recta linea, figuram, quà longißime patet, ex æquo secans: uelut diametrus orbis est, quæ sic à summo ad summum tenditur circulum, ut per centrum eat, definitore Macrobio in somnium Scipionis lib. 2. Nec ab hoc dissentit Euclidis diffinitio. Latini lineam hanc, dimetientem uocant. Nam Græcis διάμετρος παρὰ τὸ διαμετρεῖν. id est, à dimetiendo. Nominis causam reddit Aristote. in problematis, sectione decimaquinta problem. 2. Cognatum est illi, quod alio recensuimus loco, δὶς διὰ πασῶν.

Audi quæ ex animo dicuntur. XLVI

ἄκουε τ' ἀπὸ καρδίας. id est, Audi quæ dicuntur ex Animo. Nam seria, quæq́ citra dißimulationem dicuntur, ex animo dici dicuntur, eáq́ ex corde proficiscí uulgus ait. Lucia. in Ioue Trag. Οὐκοῦν ἀκούετε ὦ θεοί, τά γε ἀπὸ καρδίας φασίν. id est, Itaq́ audite dij nimirum ex animo dicenda, sicuti prouerbio dicitur. Nam adulatorum & simulantium oratio in faucibus nascitur, non in corde. Plutarchus in commentario quem inscripsit, Quo pacto quis posßit assentatorem ab amico dignoscere, refert hos senarios,

Ἐμοὶ γὰρ ἔστω πτωχὸς, ἂν ᾖ βούλεται
Πτωχῶν κακίων, ὅστις ὢν ἔυνους ἐμοὶ
Φόβου παρελθὼν τ' ἀπὸ καρδίας ἐρεῖ. id est,
Mendicus utinam sit mihi, uel si libet,
Mendicum & infra, qui mihi uolens bene
Timore posito, posßit ex animo loqui.

Addit hoc haud facile dici à diuitibus, ac principibus, quibus modis omnibus est inuisa ueritas: neq́ quicquam ferunt aures delicatæ, nisi quod assentatione multa conditum sit & adulationem sapiat. Ad hanc figuram pertinet illud Plautinum, Corde amare. item illud, Persequi corde, animo, & uiribus. utrunque est in Captiui duo. Contrarium est huic, A summis labris, pro eo quod est, non ex animo. Seneca in Epist. ad Lucilium, Non à summis labris ista ueniunt.

Aut bibat, aut abeat. XLVII

Aut bibat, aut abeat. Quo quidem adagio monemur, ut aut tempori locoq́ nos accommodemus, aut ab hominum consuetudine nos subducamus. Quemadmodum Cato feciße legitur, qui cum non posset sumere uultum Floralium licentiæ conuenientem, discesßit à theatro. Natum est à priscis illis Græcorum sympoßijs, hoc est, compotationibus, in quibus mos erat, talis sortiri quempiam, qui conuiuio quasi præsideret, ac decreta conuiuialia præscriberet, quæ νόμους, id est, leges appellabant. De hisce legibus Valerius Valentinus iocoso carmine conscripsit, cui titulum fecit Tapullæ, teste Festo Pompeio. Porrò præfectum βασιλέα, hoc est, regem nominabant. Plutarchus συμποσιάρχον uocat. Varro apud Nonium, Modiperatorem à Latinis uocatum scribit: quasi modum imperantem, ne quis aut plus satis biberet, aut parum. Athenæus lib. x. ex Eupolidis autoritate docet huic præfectos rei οἰνοπλίας dictos, ab alijs ὀφθαλμούς. Huius consuetudinis meminit & Horatius in Odis:

Nec regna uini sortiere talis.

Ex legibus iocosis hæc una fertur, Aut bibat, aut abeat. Cõmemoratur à Cicerone, lib. Tusculanarum quæstionum 5. Mihi quidem, inquit, in uita seruanda uidetur illa lex, quæ in Græcorum conuiuijs obtinet. Aut bibat, inquit, aut abeat. Et recte. Aut enim fruatur aliquis pariter cum alijs uoluptate potandi, ne sobrius in uiolentiam uinolentorum incidat, aut discedat. Sic iniurias fortunæ, quas ferre nequeas, defugiendo relinquas. Hactenus ille. Quidam sic efferunt, ἢ πῖθι, ἢ ἄπιθι, id est, aut bibe, aut abi. Quanto ciuilior hæc lex, quàm ea quam Empedocli in conuiuio præscripsit conuiuij præfectus, ut aut biberet, aut uinum in caput illius effunderetur. Eam rem tam indigne tulit Empedocles, ut postridie coacto concilio & inuitatorem, cuius opera id erat factum, & sympoßiarcham reum peregerit, damnandoq́ curarit. Refert Diogenes Laërtius. At nostri Mnamones has quoq́ leges magis Scythicas præscribunt aut bibe, inquiunt, aut hunc cantharum quantus est, in caput impingam tuum. Itaque non raro fit ex compotatione monomachia.

Domi coniecturam facere. XLVIII

Οἰκοθεν εἰκάζειν. id est, Domi coniectare. Quod non aliunde petitur, id domi fieri prouerbio dicitur. Plau. in Cistella. Hanc ego de me coniecturam domi facio, hoc est, meopte experimento comperio. Senec. De beneficijs lib. 5. Domi, quod aiunt, uorsura fit, & uelut lusorium nomen statim transit.

Domi habet, domi nascitur. XLIX

Ad eandem pertinet metaphoram: Domi habere. Nam id domi dicimur habere, quod in nobis situm est, nec necesse est ab alijs mutuo sumere. Translatum apparet ab ea consuetudine foris rogandæ supellectilis, quam domi desideres. Terẽtius in Adelphis, Phy, domi habet, unde discat. M. Tull. ad Varronẽ: Sed quid ego nunc hæc ad te, cui domi talia nascũtur? Idem Academicarum quæst. lib. 2. Desine quæso cõmunibus locis, domi nobis ista nascuntur, id est, hæc oratorum sunt propria. Proinde dixeris eleganter. Quid in rebus istis felicitatem uenaris? domi habes, unde beatus esse queas. Regum est domi consiliũ habere, non ab aliena pẽdere sentẽtia.

Confringere tesseram. L

Apud Plautum in Cistellaria confregisse tesseram dicitur, qui sibi reditum in domum aliquam præcluserit. Siquidem cum amans dixisset se iureiurando astrictum, ut lenæ filiam duceret, orans ne se periurum fieri pateretur, illa respondens. Abi, inquit, quærere, ubi tuo iureiurando satis sit subsidij. Hic apud nos iam Alcesimarche, confregisti tesseram. Est autem tessera symbolum hospitale, quo prolato cognoscebantur hospites, siquando rediissent.

Frigidam aquam suffundere. LI

Frigidam aquam suffundere, Plautus in Cistellaria uidetur usurpasse pro eo quod est, instigare clãculum. Sic enim in ea fabula meretrix queritur de matronis maritos suos in meretricum odium quoad possunt inflammantibus. Ita nostro ordini palàm blandiuntur, clàm si occasio usquam est, aquam frigidam subdole suffundunt. Viris cum suis prædicant nos solere, suas pellices esse aiunt. Translatum apparet ab ijs, qui certaminibus equestribus aquam equis aspergebat, quo refocillati currerent acrius, atq́ hoc pacto ad cursum instigabant. Cuius ministerij meminerunt etiam Pandectæ iuris Cæsarei lib. 3. titu. de ijs, qui infamia notantur, ex Vlpiano, his quidem uerbis: Et generaliter ita omnes opinantur, & utile uidetur, ut neq́ Thymelici, neq́ Xystici, nec agitatores, nec qui aquam equis spargunt, cæteraq́ eorum ministeria, qui certaminibus sacris deseruiunt, ignominiosi habeantur, Hactenus Vlpianus. Id fiebat, opinor, in Olympicis, aut similibus certaminibus, nonnunquam & ob hanc causam,

Ayuntamiento de Madrid

ne rotæ agitatione feruefcentes, flammam conciperent. Niſi ſi cui magis probatur, ut traductum putetur ab ijs, qui ioci ludibrij uæ cauſa, clanculum aquam infundunt in conuiuij locum: aut ab ijs qui ludibrij cauſa, aqua conſpergunt aliquē, qui balneatorum iocus eſt. Vnde & Iulius Pollux lib. 7. docet τλύνειν interdum uſurpari pro conuiciari. Sic Ariſtophanes in Pluto, τλωνόν με ποιῶν ἐν τοσούτοις ἀνθρώποις. Queritur quiſpiam quòd contumeliæ cauſa conſperſus ſit aqua multis præſentibus. Sed prouerbialius eſt translatum ab officinis æratijs, ubi fabri ſubinde frigidam in ignem aſpergunt, quo ignis ſit uehementior.

In ſenem ne quod collocaris beneficium. LII

Γέροντι μηδέποτε μηδὲν χρηστὸν ποιεῖν. id eſt, Ne quid unquam beneficij collocaris in ſenem. Refertur nominatim prouerbij uice, ab Ariſtotele libro Rhetoricorum 1. χ. ὅστις συμβουλεύει μὴ ποιεῖσθαι φίλον γέροντα, τούτῳ μαρτυρεῖ ἡ παροιμία, μήποτ' εἰ ἔρδειν γέροντα, id eſt, Qui conſulit, ne quis cum ſene ineat amicitiam, huic teſtimonij loco eſt prouerbium, nequando bene mereare de ſene. Dicitur hodieq; uulgò, Neq; in ſenem neq; in puerum collocandum eſſe beneficium, propterea quòd alter non refert, alter non meminit. Extat & huiuſmodi quoddam apud Diogenianum adagium Μὴ ποτ' εἰ ἔρδειν γέροντας, μηδὲ γυναῖκα, μηδὲ παῖδα, μηδὲ κύνα τινὸς, μηδὲ λάλον κωπηλάτην. id eſt, Ne quid beneficij colloces, neq; in ſenes, neque in mulierem, neq; in puerum, neq; in canem cuiuſpiam, neq; in garrulum remigem: propterea quòd perire uideatur, quod in eiuſmodi genus hominum inſumitur. Seneca de beneficijs tertio: Sic fit, ut præceptores eorumq; beneficia intercidant, quia totam pueritiam relinquimus: ſic fit, ut in adoleſcentiam noſtram collata pereant, quia ipſa nunquam retractatur.

Stultus, qui patre cæſo liberis pepercit. LIII

Superiori protinus illud ſubtexuit, & quidem prouerbij nomine, καὶ τὸν υἱὸν ἀναιρεῖν ἐᾶν καὶ τὸν πατέρα.

Νήπιος, ὃς πατέρα κτείνας, παῖδας καταλείποι. id eſt, Et qui ſuadeat occidere liberos, quorum patrem occideris, huic atteſtatur hoc prouerbium, Stultus qui patre occiſo liberos relinquat. Refert idē poſtea inter ſententias. Fatuus qui occiſo patre liberis pepercit. Eſt autem uerſus prouerbialis.

Νήπιος ὃς πατέρα κτείνας υἱὸν ὑπολείπει. id eſt,

Eſt fatuus, qui patre perempto pignora linquit.

Vſus eſt & Herodotus in Clione, ὁμοίως γάρ μοι νῦν φαίνομαι πεποιηκώς, ὃς εἴτις πατέρα ἀποκτείνας τῶν παίδων αὐτὸν φείσαιτο. id eſt, Nam mihi nunc perinde feciſſe uideor, ac ſi quis occiſo patre, liberis illius parcat. Hoc adagium uſurpaſſe ſcribitur Philippus Macedo, cum liberos etiam è medio tolleret, quorum parentes occiderat. Aut enim oportebat primum à parentibus occidendis abſtinere, aut filios item ſubmouere, paternæ necis ultores aliquando futuros. Fertur uox memorabilis militum qui Maximinum imperatorem trucidarunt unà cum filio, ex peſſimo genere ne catulum quidem eſſe relinquendum. Huc pertinet Homericum illud ex Odyſſeæ γ.

Ὡς ἀγαθὸν καὶ παῖδα καταφθιμένοιο λιπέσθαι
Ἀνδρός. id eſt,

Vt bene habet cæſo prolem ſupereſſe parenti.

Erit uſus adagio quoties admonebimus, aut non eſſe prouocandos homines, aut ita conficiendos, ne in poſterum reliquiæ nos exerceant.

Χρηστολόγοι. LIIII

Χρηστολόγοι dicebantur, atq; hodie quoque uulgò dicuntur, qui probe loquuntur, & improbe faciunt. Dictum autem peculiariter in Pertinacem imperatorem, quemadmodū in huius uita teſtatur Iul. Capitolinus. Paulus in epiſt. ad Rom. huiuſmodi blandiloquentiam, χρηστολογίαν uocat: καὶ διὰ τῆς χρηστολογίας, καὶ εὐλογίας, ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων. id eſt, Qui per blandiloquentiam ac benedicentiam ſeducunt corda innocentium.

Pulchre dixti. Belle narras. LV

Huc pertinere uidentur ironiæ illæ prouerbiales, paſſim in comœdijs obuiæ. Dixti pulchre. Belle narras. καλῶς ἔλεξας. De re dicta uehementer abſurda. Plato in Euthydemo nominatim pro prouerbio commemorat. Verba Platonis ſunt, τὸ γὰρ λεγόμενον, καλὰ μὲν πάντα λέγεις. id eſt, Etenim quod dici ſolet, omnia pulchra dicis. Item in Gorgia, ἅπαντα μέν φασι μάλα καλῶς λόγους. id eſt, Audi iam, ut aiunt, ualde pulchrum ſermonem.

Figuli opes. LVI

Κεράμου πλοῦτος. id eſt, Fictiles diuitiæ. De rebus incertis, fragilibus ac neutiquam duraturis. Quemadmodum figulorum uaſa facilè comminuuntur quolibet caſu. Refertur adagium à Diogeniano.

Lepus dormiens. LVII

Λαγὼς καθεύδων. id eſt, Lepus dormiens. Quadrabit in eum, qui quod non facit, id facere ſeſe adſimulat, aut quod facit, id ſe facere diſſimulat. Qualem quidam arbitrantur fuiſſe Vlyſſis ſomnum, cum à Phæacibus in Ithacam inſulam exponeretur, autore Plutarcho. Nam leporem patentibus genis dormire, cum alij permulti tradunt autores, tum Plinius lib. 11. cap. 37. id quod etiam hominibus nonnullis ait accidere, quos Græci κορυβαντιᾶς appellant. Neque perperam, opinor, dicetur & in timidos. Adagium à multis autoribus refertur.

Sero Iupiter diphtheram inſpexit. LVIII

Ὁ Ζεὺς κατεῖδε χρόνῳ εἰς τὰς διφθέρας. id eſt, Inſpexit, & ſi ſero, pellem Iupiter. Senarius prouerbialis in eos, qui ſero quidem, ſed aliquando tamen pro malefactis dant pœnas. Antiquitas enim credidit Iouem omnia in ſua diphthera, hoc eſt, pelle caprina ſcribere, ac multa quidem pro tempore diſſimulare, uerum aliquando de improbis pœnas ſumere. Belle quadrabit & in principes, qui diu diſſimulata maleficia tandem puniunt.

Aut mortuus eſt, aut docet literas. LIX

Ἢτοι τέθνηκεν, ἢ διδάσκει γράμματα, id eſt,

Aut perijt, aut profectò literas docet.

Senarius prouerbialis, quo ſignificabant olim, cuipiā omnino male eſſe, tametſi parum liqueret, quid rerum ageret. Is autem hac occaſione uenit in uulgi ſermonem, autore Zenodoto. Athenienſes duce Nicia parum feliciter aliquando pugnauerunt aduerſus Siculos, permultis occiſis, pleriſq; captiuis in Siciliam abductis, qui Siculorum filios literas docere coacti ſunt. Proinde pauci qui fuga elapſi redierant Athenas, rogati quid hic aut ille faceret in Sicilia, modo memorato uerſiculo reſpondebant, Aut periit, aut docet literas.

Oportet teſtudinis carnes aut edere, aut non edere. LX

Ἢ δεῖ χελώνης κρέα φαγεῖν, ἢ μὴ φαγεῖν. id eſt,

Teſtudinis carnem aut edas, aut non edas.

Trimeter prouerbialis, in eos, qui negotium ſuſceptum frigide ducunt, neq; explicantes, neq; relinquentes. Sunt qui putent hoc dictum ab autore Terpſione profectum eſſe: quorum eſt Athen. lib. 8. declarans hunc primum præcepiſſe de gaſtrologia: æditis regulis per quas liqueret à quibus eſſet abſtinendum, quibus contra ueſcendum: inter quas erat & hæc de teſtudine ἢ φαγεῖν, ἢ μὴ φαγεῖν. Addunt teſtudinis carnem ſi modice edatur, uentris tormina facere; rurſum ſi copioſè

Ayuntamiento de Madrid

copiosè, lenire. Cuiusmodi quiddam & de lactucis refert Plinius: Perinde quasi ãtcas, aut bellandum est, aut non bellandum: aut studendum, aut non studendum. Nam pleraeq; res sunt, quas si facias acriter, plurimum cõducunt: sin ignauiter, officiunt. Velut eæ quæ mediocritatem non recipiunt, quod genus est musica, poëticaq;. Sunt rursus quædam, quæ degustasse sit satis. Quo de genere putauit esse philosophiæ studium Ennianus ille Neoptolemus, & Callicles Platonicus. Non abhorret ab eo quod est in Apocalypsi: Vtinam aut calidus esses, aut frigidus.

Bonæ leges ex malis moribus procreantur. LXI

Macrobius Saturnal. lib. 3. Vetus uerbum est, inquit, Leges bonæ ex malis moribus procreantur. Nam sicuti medicorum pharmacis nihil opus foret, nisi morbis laboraretur: ita legibus ferundis nihil opus esset, nisi perperam uiueretur. Vnde apud Aeginetas olim pecuniaria pœna mulctabatur is, qui legis instituendæ dedisset occasionem. Autor Arist. lib. Rhetoricorum 2. Corn. Tacitus lib. 15. Vsu probatum est, leges egregias exempla honesta apud bonos ex delictis aliorum gigni. Huc pertinet quod Solon ἐξωτικὸς, διὰ τί μὴ τὸν πατροκτόνον νόμον ἔθηκε, διὰ τὸ ἀδύνατον εἶναι. id est, Rogatus quam ob causam non tulisset legem in parricidas, respondit, quòd non speraſſet futurum parricidam.

Bos alienus subinde foras prospectat. LXII

Βοῦς ἀλλότριος τὰ πολλὰ ἔξω βλέπει. id est, Bos alienus subinde foras prospectat. De ijs, qui apud alienos non satis ex animi sententia tractantur, eoq; sæpius suos desiderãt. Vnicuique domi, ac uelut in suis præsepibus iucundissima uita, peregre permulta sunt quæ lædant, plurima desunt. Allusisse uidetur ad hoc prouerbium Plutarchus in Symp. decad. 9. probl. 2. ὅπως ἢ ἑαυτῶν μὴ καταφρονῆτε, μηδ' ἔξω βλέπητε πανάπασιν. id est, Verum ne ipsos contemnatis, neue foras prospiciatis, id est, Ne aliunde petatis, quod ab ipsis. Platonis interpretibus sumi potest. Proinde rectè dicetur, ἔξω βλέπειν, qui non contentus suis aliunde pendet. Vsurpat & in libello, περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας.

Septimus bos. LXIII

ἕβδομος βοῦς. id est, Septimus bos. Olim in stupidos brutosq; cĩ cbatur, unde celebratus senarius,

Τὸν ἕβδομον βοῦν ἡ σοφὴ παροιμία. id est,
Venustum adagium septimum narrat bouem.

Id hinc ortum esse tradunt, quòd antiquitus post sextam lunam bouis imaginem è farina pinsere consueuerint, qui septimam lunam cornibus referret. Sunt qui malint hinc natum, quòd cum apud ueteres sex animantium genera mactari dijs soleant, ouis, sus, capra, bos, gallina, anser: pauperes nõ habentes unum animal quod immolarent, bouis simulacrum è farina fingere consueuerunt, is quoniam sensu uitaq; careret, in stoliditatis abijt prouerbiũ. Citatur apud Suidam Euripides in Erechtheo, & Achæus in Iride, qui prouerbium hoc usurpauerint, tametsi uersus illorum non refert.

Summis naribus olfacere LXIIII

Τῇ ἄκρᾳ ῥινὶ ὀσφραίνεσθαι. id est, Summa nare olfacere, pro eo quod est, leui experimento, coniecturaq; qualicunq; deprehendere. Extat apud Lucianum in Ioue redarguto.

Si meus ille stilus fuisset. LXV

Si meus stilus fuisset, dixit M. Tullius in 2. Philippica, pro eo quod est, si hoc negotij meo arbitrio, meoq; artificio, commissum fuisset. Translata metaphora à fabularum autoribus, quorum stilo & calamo fabula tota conficitur. Verba Ciceronis hæc sunt: Sed unam rem uereor ne non probes. Si enim fuissem, non solum regem, sed regnum etiam de Rep. sustulissem. Et si meus ille stilus fuisset, ut dicitur, mihi crede, non solum unum actum, sed totam fabulam confecissem. Porrò stilus est cuspis illa graphiaria, qua scribimus in tabulis ceratis. Transfertur autem ad characterem & filum quoddam orationis, ad quod alluſit Cicero.

Indus elephantus haud curat culicem. LXVI

In epistolis quæ Phalaridis nomine feruntur, extat huiusmodi quoddam adagium, κώνωπα ἐλέφας ἰνδὸς οὐκ ἀλεγίζει. id est, Culicem haud curat elephantus Indicus. Dictum est autem ob singularem duritiem cutis elephantinæ, quæ fertur etiam iacula excutere, tantum abest ut culicis morsu poßit offendi. Adhiberi poterit, quoties significabimus excelsis animis leues & uulgares iniurias esse negligendas.

Lutum luto purgare. LXVII

Πηλῷ πηλὸν καθαίρεσθαι. i. Lutum luto purgari, dicitur ubi res sordida sordibus tollitur, hoc est, cum sordes non tolluntur, sed aut mutantur, aut augentur etiam. Apollonius in epistola quadam, ἀλλ' ὅδ' ἐκεῖνος ἔφασκεν ἔπεσι, μὴ πηλῷ πηλὸν καθαίρεσθαι. Loquitur de sacerdotibus, qui deorũ aras sanguine polluerent, eamq; expiationem esse ducerent. Huc pertinet Diogenis, ni fallor, dictum. Is ingressus balneum sordidum, qui hic, inquit, lauant, ubi lauant? indicans talibus balneis conspurcari corpora potius quàm purgari. Idem accidit Alexandrinis qui in urbibus alunt uim ibidum in hunc usum, quòd serpentes ac macellorum sordes deuorent, uerum suis immundicijs omnia rursus conspurcant.

Quocunque pedes ferent. LXVIII

Ἐνθ' ἂν οἱ πόδες φέρωσιν. id est, Quocunque ferant pedes, pro eo quod est, quouis. Quadrabit ubi nihil certum spectatur, ad quod nostri dirigantur conatus. Lucianus in Hermotimo: Οὐδὲ τοῦτο δὴ τὸ τῷ λόγῳ ποιήσομεν, ἵνθ' ἂν ἡμᾶς οἱ πόδες φέρωσιν ἀπῖμεν. id est, Neque iuxta prouerbium, quocunque nos pedes tulerint, illuc ibimus. Horatius in Epodis:

Ire pedes quocunque ferunt, quocunque per undas
Notus uocabit aut protcruus Africus. Rursus in Odis, 1, pedes quò te rapiunt & auræ.

Ita & Theocritus in Hylã:

A πόδες ἄγον ἐχώρει. id est,
Ducebant quocunque pedes ibat. Rursus in Thalysijs:
Πᾶ δὴ τὸ μεσαμέριον πόδας ἕλκεις. id est,
Quò tandem te quæso pedes medio, trahis æstu?

Et Vergilius:

Quò te Mœri pedes, an quò uia ducit in urbem?

Nec dißimili forma Plato lib. de Rep. tertio, ἀλλ' ὅπη ἂν ὁ λόγος ὥσπερ πνεῦμα φέρει, ταύτη ἰτέον. id est, Sed quocunque ratio ceu uentus tulerit, hac eundum est.

Cyclopica uita. LXIX

Κυκλώπειος βίος. id est, Cyclopica uita, pro uita uehementer effera ac barbara, quæ neq; legibus, neque disciplina ciuili constet, neq; religione deorum gubernetur. Qualem describit Homerus Odysseæ libro nono sub persona Polyphemi,

Νήπιος εἶς ὦ ξεῖν', ἢ τηλόθεν ἐλήλυθας,
Ος με θεοὺς κέλεαι ἢ δειδίμεν, ἢ ἀλέασθαι.
Οὐ γὰρ Κύκλωπες Διὸς αἰγιόχοιο ἀλέγουσιν
Οὐδὲ θεοὺς μακάρους. id est,
Desipis, aut certè longinquis hospes ab oris
Hic ades, ut qui me iubeas curáue moueri,
Siue timore deũm, neque enim cyclopica turba
Curamus summumue Ioue, diuosue beatos. Eodẽ in lib.
Τῶν δ' ἀνδρῶν παρέσομαι, εἴ τινες εἰσιν,
Ἢ εἰ γ' ὑβρισταί τε καὶ ἄγριοι οὐδὲ δίκαιοι,
Ἠὲ φιλόξεινοι καί σφιν νόος ἐστὶ θεουδής. id est,
Quod genus hoc hominum experiar iam, sintne feroces,
Agrestes, æquiq; rudes, an & hospitij ius

Ayuntamiento de Madrid

Obſeruent, animo reuerentes numina diuûm.

Homerum æmulatus Euripides Cyclopem hoc pacto loquentem facit:

Ζευὸς δ' ἐγὼ κεραυνὸν ὀ φείδεται ξένε,
Οὐδ' οἶδ' ὅτι ζεὺς ἐστ' ἐμοῦ κρείσσων θεός. id eſt,
Atqui hoſpes ego fulmen Iouis non horreo,
Neque me Iouem præſtantiorem habeo deum.

Strabo lib. Geograph. 11. ſcribit, hoc uulgò dictum in Albanorum gentem, quòd Cyclopum agerent uitam, utpote neq; culturæ ſtudioſi, & ad omnẽ uitæ cultum inertes & rudes.

Longe, late'que. CXX

Cum ingens diſcrimen ſignificant, longe lateq; diſtare dicunt. A. Gellius: Sic exiſtimo, niſi me ſcriptoris iſtius, omnisq; antiquæ orationis amor atq; ueneratio, cæco eſſe iudicio facit, longe lateq; eſſe amplius, prolixius, fuſius, in ſignificandis totius ciuitatis multitudine mortales, quàm homines dixiſſe. Citantur in Pandectis hæc ex Vlpiano: Si uſus fundi ſit relictus, minus utique eſſe quàm uſufructum, longe lateq; diſtare nemo dubitat. Translatum uidetur ab agrorum menſoribus.

Similes habent labra lactucas. CXXI

Similes habent labra lactucas. Vbi ſimilia ſimilibus contingũt, ueluti præceptori parum docto diſcipulus indocilis: improbo populo magiſtratus improbus: contumelioſo patrono cõtumelioſus actor: uxori moroſæ maritus moroſus: breuiter quoties mala malis, digna dignis eueniunt. Natum adagium ab aſino carduos paſcente. Eſt autem lactuca herba mollis ac tenera, quæ tamen non admodum ſit diſſimilis carduo, præſertim ſyluestri. Itaq; quemadmodum carduus ſpinoſus eſt, atq; maiorem in modum aſperis foliis & caule, denique ipſo etiam flore: itidem & aſini labris nihil durius ac petricoſius, ut illis non alia lactuca magis apta uideatur. Porrò carduos lactucarum uice etiam in conuiuijs à nonnullis apponi ſolere, teſtis eſt Iulius Capitolinus in uita Pertinacis imperatoris. Plin. item lib. 19. de carduis in hunc modum: Poterant uideri dicta omnia, quæ in pretio ſunt, niſi reſtaret res maxinii quæſtus, non ſine pudore dicenda. Certum eſt quippe carduos apud Carthaginem magnam, Cordubamq; præcipue ſeſtertiũm ſena milia è paruis his reddere, quoniam porrecta quoq; terrarum in ganeam uertimus, etiam ea quæ refugiunt quadrupedes cõſciæ. Vſurpat, ſimulq; interpretatur prouerbium diuus Hiero. ſcribens ad Chromatium in hunc modum: Secundum illud quoq;, de quo ſemel in uita Craſſum ait riſiſſe Lucilius: Similem habent labra lactucam, aſino carduos comedente: uidelicet ut perforatam nauim debilis gubernator regat, & cæcus cæcos ducat in foueam, & talis ſit rector, quales illi qui reguntur. Hactenus ille. Fuit autem hic Craſſus auus eius Craſſi, qui pugnans aduerſus Parthos interijt, cuius ſigna poſtea retulit Auguſtus. Numeratur is inter eos qui nunquam in uita riſiſſe feruntur, eaq; gratia ἀγέλαστοι. i. irriſibiles cognominati. M. Tullius in actionibus, Craſſum Licinium, autore Lucilio, ſemel duntaxat in uita riſiſſe teſtatur. Plinius lib. Naturalis hiſt. 7. cap. 19. Ferunt, inquit, Craſſum auum Craſſi in Parthis interempti, nunquam riſiſſe, ob id Agelaſtum uocatum, ſicuti nec fleſſe multos. Diuus Hierony. contra Rufinum. Ego certè ut homini ſeuerißimo riſum moueam, ut imiteris aliquando Craſſum, quem ſemel in uita riſiſſe ſcribit Lucilius. Meminit & Macrobius lib. Saturnalium ſecundo.

Dignum patella operculum. CXXII

Huic ſimillimum eſt illud, quod ab eodem Hieronymo refertur in epiſt. ad Chromatium: Dignum patella operculum. In mea enim, inquit, patria ruſticitas uernacula. Deus uenter eſt, & in diem uiuitur: & ſanctior eſt ille, qui ditior eſt. Acceßit huic patellæ iuxta tritum populi ſermone prouerbium, dignum operculum. Significat autem epiſcopum ad improbos populi mores accommodatum. Idem aduerſus Rufinum. Quòd librum Euſebij pro Pamphili uerteres, quòd tuum quaſi operculum uenenatæ patellæ imponeres. Plato in Hippia maiore, diſſerens de pulchro ac decoro, quiddam habet non abhorrens ab hoc prouerbio, τὸ πρέπον φάσκει, ὅταν τις τὴν χύτραν, ἣν ἀρτι ἐλέγομεν τὴν καλὴν ἐχῆ ἔτνους καλοῦ μεστὴν, χρυσῆ τορμὶνι ἀυτὴν ἢ συκίνῃ; id eſt, Vtrũ inquiet, ubi quis ollam illam pulchram, de qua modo loquebamur, igni admouerit, pulchris fabis plenam, decet illam aurea torync, aut ficulna? Quod Græcè dictum eſt, τορμὶνι, Platonis interpres uertit tudeculam. Etymologus indicat, τορμίνιον uocem eſſe Atticis peculiarem, quæ illis ſignificat ὀλεγέτην. Suidas ait inſtrumentum eſſe quo mouetur olla.

Si iuxta claudum habites, ſubclaudicare diſces. CXXIII

Plutarchus in lib. De liberis educandis, ἂν χωλῷ παροικῇς ὑποσκάζειν μαθήσῃ. id eſt, Si iuxta claudũ habitaris, diſces ſubclaudicare. Pindari interpres extulit hunc in modum:

Χωλῷ παροικεῖς κἂν ἑνὶ, σκάζειν μάθοις. id eſt,
Claudo uel uni ſi propinquus manſeris,
Diſces & ipſe claudicare protinus.

Huc pertinet illud Heſiodium, nobis alibi dictum: πῆμα κακὸς γείτων &c. Ea uerò rerum humanarum eſt infelicitas, quòd facilius tranſiliunt uitia quàm bona. Et tamen uerum eſt quod addit Heſiodus, ὥσπερ κἀγαθὸς μέγ' ὄνειαρ. Ita Pindarus in Nemeis hymno 7. ἀλλὰ λεβέτω ἀνδρὸς ἀνὴρ, τὶ φᾶμεν κε γείτων ἔμμεν νόῳ φιλήσαντά γ' ἀτρεκῆ γείτονι, χάρμα πάντων ἐπάξιον. id eſt, Si uir uiro eget, quid dicemus uicinum eſſe uicino, animo conſtanti amicum? Gaudium omni re dignum. Quanquam uideo nec lectionem, nec interpretationem huius loci conſtare Græcis. Quidam enim pro λεβέτω legunt γεβέτω, referuntq; ad commodorum aut incommodorum communicationem, quam homo capit ab homine, maximè à uicino. Et legendum uidetur γείτον' ἔμμεν ut reſpondeat participio φιλήσαντα. Interpres adducit & illud ex Heſiodo:

Γείτονες ἅζωστοι ἔκιον, ζώσαντο δὲ πολλοί. id eſt,
Vicini incincti, cincti uenere propinqui. Notum eſt illud Themiſtoclis, qui proſcripto agro iußit & hoc præconem addere reliquis dotibus, quòd bonum haberet uicinum. Prouerbium admonet, perniciosam improborum hominum conſuetudinem, propterea quòd cum corporis, tum maximè animi uitia contagio ſerpunt in uicinum, Naſo:

Dum ſpectant oculi læſos, læduntur & ipſi.
Multaq; corporibus tranſitione nocent.

Id Ariſtoteles exiſtimat potißimũ uſu uenire in morbis oculorum, quòd ea corporis pars maximè ſit mobilis. Item in ſcabie, quòd id ſumma ſit cute, & humore glutinoſo, ad uicinum permânct. Poſtremo in omnibus morbis, qui è ſpiritu corrupto naſcuntur, ut peſtis, quòd ſpiritus facilè ab alio in alium traijciatur. Denicq; eſt occultus quidam naturæ cõſenſus, quo fit ut oſcitare incipiat qui uiderit oſcitantem, & micturiat qui micientem conſpexerit, Autor eſt Alexander Aphrodiſeus. Et balbutire diſcit, quiſquis aßiduè cum balbo uiuit. Morum autem ſcabiem affricat conuictor conuictori. Ariſtot ſectionis 6. probl. 4. quærit quare lippitudo, tabes, & ſcabies cõtagio migrent ad alios, nec idẽ accidat in omnibus morbis. Plutarc. in cõmentario De ratione dignoſcendi uerũ amicũ ab adulatore, ſcribit tantam habere uim aßiduam cõſuetudinẽ, ut imprudentes etiã imitemur uitia corũ, quibuſcum uiuimus. Quẽadmodum Platonis familiares eius gibbũ imitabantur: Ariſtotelis amici, balbutiem eiuſdem exprimebant: Alexandri Macedonũ regis familiares ceruicis inflexum, & uocis in dicendo aſperitatem effingebant. Plato de legib

legibus ꝛ. eleganter indicat, quomodo fallat contagium: πότερον εἰκὸς, εἰ καὶ ἀναγκαῖον τοῦτο εἶναι, ὅπερ ὅταν τις πονηροῖς ἤθεσι ξυνὼν κακῶν ἀνθρώπων, μὴ μισῇ, χαίρῃ δὲ ἀποδεχόμενος, φέγοι ἢ ὡς ἐν παιδιᾶς μοίρᾳ, ὀνειρώττων ἀντὶ τοῦ μοχθηρίαν, τότε ὁμοιοῦσθαι δεῖ πᾶσιν ἀνάγκη τὸν χαίροντα ὁποῖοις ἂν χαίρει. id est, Vtrum probabile, an potius neceſſarium hoc ipſum eſſe, quòd cum quis cum prauis hominum improborum moribus conflictatur, non odit, ſed gaudet magis approbans, quanquam ueluti per iocum reprehendit, ſomnians ſuam ipſius malitiam, tunc profecto neceſſe eſt ut ſimilis euadat gaudens utriſcunque gaudeat.

Corrumpunt mores bonos colloquia praua. LXXIIII

Eodem pertinet ille Menandricus ſcenarius, quem diuus Paulus apoſtolus haud quaquam grauatus eſt in prima ad Corinthios epiſtola citare:

Φθείρουσιν ἤθη χρῆσθ' ὁμιλίαι κακαί. id eſt,
Mores bonos conuictus inficit improbus.

Tertullianus ad uxorem uertit Græcum carmen, ſed libertate Latinæ comœdiæ: Conuictum, inquit, atque commercia deo digna ſectare, memor illius uerſiculi ſanctificati per Apoſtolum:

Bonos corrumpunt mores congreſſus mali.

Conſimilem huic ſententiam refert Ariſtoteles nono Moralium lib. Celebratur & hic ſcenarius à Græcis:

Κακοῖς ὁμιλῶν κἀντὸς ἐκβήσῃ κακός. id eſt,
Malus ipſe fies, ſi malis conuixeris.

Quanquam autem alienius ab hoc inſtituto uidetur huiuſmodi conquirere, tamen non mihi tempero, quin illud aſcribam ex Senecæ De ira lib. 3. ſi non magnopere pertinens ad prouerbij declarationem, certè ad uitam inſtituendam in primis conducibile. Sumuntur, inquit, à conuerſantibus mores. Et ut quædam in contactis corpore uitia tranſiliunt, ita animus mala ſua proximis tradit. Ebrioſus conuictores in amorem uini traxit. Impudicorum cœtus fortem quoq;, & ſi liceat, uirum emollit. Auaritia in proximos uirus ſuũ tranſtulit. Eadem è diuerſo ratio uirtutum eſt, ut omne quod ſecum habent, mitigent. Nec tam ualetudini profuit utilis regio, & ſalubrius cœlum, quàm animis parum firmis, in turba meliorum uerſari. Quæ res quantum poſſit, intelliges, ſi uideris, feras quoq; conuictu noſtro manſueſcere, nulliq; immani beſtiæ uim ſuam permanere, ſi hominis contubernium diu paſſa eſt. Hucuſque Senecæ uerba reddidimus. Porrò cũ omnis contubernij conflictatio, plurimum habet momenti ad corrigenda deprauandaq; mortalium ingenia, tum præcipue ualet oratio, quæ quidem ex arcanis illis animi penetralibus deprompta, genuinam quandam & occultam, uim, atq;, ut Græcè dicã melius, ἐνέργειαν ſecum adfert, eamq; in auditoris animum, in quem illabitur, transfundit, præſentaneum uenenum, ſi peſtilens fuerit: remedium efficax, ſi ſalutaris. Proinde nullum adhuc apophthegma philoſophorum memini legere, quod mihi uideatur cum illo conferendum, quod Ioannes Coletus meus, uir pariter & eruditus & incorruptus, ſubinde dictitare conſueuit. Tales nos eſſe, qualia ſunt quotidiana colloquia: tales euadere, qualia frequenter audimus. Iam uerò quod de colloquio dictum eſt, idem oportet & de ſtudijs accipere. Qui uitam omnem in Ethnicis conterunt literis, gentiles euadunt, Qui præter obſcœnos autores nil euoluunt, moribus obſcœnis reddantur oportet. Etenim lectio colloquium quoddam eſſe uidetur.

Annus clibanum. LXXV

Ἀννῶν κλίβανον. id eſt, Annus clibanum. In eos olim dicebatur, qui nouæ quippiam rei reperiſſent. Nam Annus quidam Aegyptius clibanorum uſum, in quibus panes coquerẽt, fertur excogitaſſe. Siquidem priſci pultẽ polentaq; uictitabant, coctili panis uſum neſcientes. De ratione coquendi panis in furnis, permulta Plin. lib. 18. cap. 11. & hinc rei uocabulum etiam inditum. Nam Plautus in Aululari a artopteſiam uocat. Seneca in epiſtola quadam ad Lucilium oſtendit, antiquitus panem manuũ tractatione ſubactum, feruenti cinere teſtaq; percoqui ſolere: deinde paulatim repertos furnos & alia genera, quorum feruor ſeruiret arbitrio. Hic panis dicebatur κλιβανίτης. Meminit huius adagij tum Suidas, tum Ariſtophanis interpres ἐν ἀχαρνεῦσι. Quanquam exemplaria pleraque, ἀνθρωπον habent, in uno duntaxat loco ἄννον ſcriptum reperi, quod mihi quidem magis arridet ut uocabulum ſit proprium.

Magiſtratus uirum indicat. LXXVI

Ἀρχὴ τ' ἄνδρα δείκνυσιν. id eſt, Imperia demonſtrant uirum. Dimeter Iambicus prouerbio celebratus. Quidam Pittaci Mitylenæi putant apophthegma. Sunt qui Soloni tribuant, quorum de numero Sophocles eſt, ut ferunt. Ariſtotcles 5. Moralium lib. Biantis nomine citauit. Item Theophraſtus in prouerbijs, quanquam ea non extant, Bianti adſcribit. Hoc adijciendum putaui, ne quis cauillctur, ſententiam eſſe, non prouerbium. Quanquam & Plutarchus in uita Ciceronis oſtendit fuiſſe prouerbio celebratum dictum, loquens hunc in modum: ὁ γὰρ δῆμος μάλιστα καὶ λέγεται, τρόπον ἀνδρὸς ἐπιδεικνύσθαι καὶ βασανίζειν, ὀξυσία καὶ ἀρχὴ πᾶν πάθος κινοῦσα, καὶ πᾶσαν ἀποκαλύπτουσα κακίαν, δικαιοσθένη μὲν οὐκ ὑπῆρχεν. id eſt, Quod autem uidetur ac dicitur, maximè mores hominis oſtendere, atq; explorare, nimirum poteſtas ac magiſtratus, omnem mouens affectum, & omnem aperiens malitiam, id Demoſtheni quidem non adfuit.

Sophocles in Antigone:

Ἀμήχανον δὲ παντὸς ἀνδρὸς ὀκμαθεῖν
Ψυχήν τε καὶ φρόνημα, καὶ γνώμην, πρὶν ἂν
Ἀρχαῖς τε καὶ νόμοισιν ἐντεθῇς φανῇ. id eſt,
Fieri haud poteſt, cuiuſpiam ut pernoueris
Animum atque mentem ſiue ſenſum, ni prius
Imperia nactus geſſerit ciuilia.

Senſus eſt, in uita priuata uix ſatis perſpici poſſe mores & ingenium hominis. Verum ſi committas imperium, ut quod libeat, idem liceat, tum demum apparere quo ſit animo. Elegantcr inuertit Epaminondas, cui cum Thebani per contumeliam magiſtratum quempiam ſordidum & contemptum mandaſſent, nõ contẽpſit, ſed ea cura geſſit, ut muneri prius contemptiſſimo dignitas & autoritas accederet, dicens: Οὐ μόνον ἡ ἀρχὴ τὸν ἄνδρα δείκνυσιν, ἀλλὰ καὶ ἀρχὴν ἀνὴρ. id eſt, Non ſolum magiſtratus uirum oſtendit, ſed magiſtratum uir. Meminit Plutarchus in præceptis ciuilibus.

Idem Accij, quod Titij. LXXVII

Extabat olim adagium apud M. Varronem in ſatyra, cui titulus, Teſtamentum, referturq; apud A. Gellium in Noctibus Atticis, idẽ Accij quod Titij. Quòd ſi quis, inquit, undecimo menſe κατ' ἀειγοτέλιον natus eſt, Accio idem quod Titio iuſto eſto. Nimirum ſignificans eodem ſibi iure futurum, filium decimo menſe natum, quo eum qui natus ſit undecimo. Sumptum uidetur à Iuriſconſultorũ conſuetudine, Titij & Accij uocabulum pro quibuslibet duobus ſubinde uſurpantium.

Muta perſona. LXXVIII

Κωφὸν πρόσωπον. id eſt, Muta perſona. Martialis in ſexto Epigrammatum libro:

Comœdi tres ſunt, ſed amat tua Paula Luperce
Quatuor, & κωφὸν Paula πρόσωπον amat.

Quadrabit in eos, qui in conſeſſu deliberantium, aut diſputantium, aut etiam in conuiuijs cæteris loquentibus, ſoli tacent. Traductum apparet à lege comœdiarũ, in quibus non temere plures tribus perſonæ ſolent induci in eadem ſcena. Quod ſi quando quarta acceſſerit, aut muta prorſus eſt, aut

Ayuntamiento de Madrid

perpauca loquitur. M. Tullius ad Atticum lib. 13. Si Cottam & Varronem faciſſem inter ſe diſputantes, ut à te proximis literis admoneor, meum χωρὸν τρόσωπον eſſet. Mutas nuptias dixit alicubi Pindarus, pro clancularijs, & in quibus non decantetur hymenæus, ἄφθογγον γάμον. De doryphoremate dictum eſt aliàs.

Caput ſine lingua. LXXIX

Ab hoc non admodum abluđit ille Laberianus trimeter,

Caput ſine lingua, pedaria eſt ſententia.

Competit in eos, qui in conſultationibus aut diſceptationibus ipſi quidem nihil habent quod dicant, uerum aliorum ſententijs annuunt. Nam pedarij ſenatores dicebantur ij, qui in ſenatu quidem ſedebant, uerum ſententiam non rogabantur, ſed in aliorum ſententias pedibus diſcedebant. Vnde referente Feſto Pompeio in dictione Pedarius, à Lucilio dicti ſunt Agipedes, quòd pedum diſceſſione dicerent ſententiam. Refertur à Gellio noctium Atticarum lib. 3. cap. 18. Habet & Crocodilus caput ſine lingua, ſed dentibus armatum, quales nunc uidemus multos, qui quum bene dicere neſciant, tamen mordent leuiter. Nilus procul abeſt à nobis, ſed hoc genus Crocodilis plena ſunt omnia.

Corpus ſine pectore. LXXX

Prouerbiali figura dixit Horatius in Epiſtolis ad Albium:

Non tu corpus eras ſine pectore, dij tibi formam,
Dij tibi diuitias dederant, artemq; fruendi.

Item Ouidius in Heroinis:

Hunccine tu ſperas hominem ſine pectore, dotes
Poſſe ſatis formæ Tyndari noſſe tuæ?

Perinde uerò dictum eſt corpus ſine pectore, quaſi dicas, ſine mente. Nam ſapientiam & ingenium in pectore atq; in corde conſtituunt. Vnde & cordatos appellamus prudẽtes, Et Iuuenalis tardum ac ſtolidum ſignificans:

—Cum leua in parte mamillæ
Nil ſalit Arcadico iuueni.

Cerite cera dignus. LXXXI

Olim notari dignos atq; improbos & nequam homines, Ceritе cera dignos prouerbio uocabant, nimirum ceritem ceram inſignem ignominiam appellantes. Horatius:

Quid deceat, quid non obliti, Cerite cera
Digni, remigium uitioſum Ithacenſis Vlyſſis.

Acron & Porphyrion huiuſmodi tradunt originem adagij. Romani Ceritibus bello ſubactis eam dixere conditionem, ne ſuffragij ius haberent, ne leges ullas aut æderent, aut haberent. Eamq; ignominiam in adagium abiiſſe. Meminit de tabulis ceritibus & A. Gellius libro 16. cap. 13. Primos autem municipes, inquit, ſine ſuffragij iure Cerites eſſe factos accipimus. Conceſſumq; illis, ut ciuitatis Romæ honorem quidem caperent, ſed negotijs tamen atque oneribus uacarent, pro ſacris bello Gallico receptis cuſtoditisq;. Hinc tabulæ Cerites appellatæ uerſa uice, in quas cenſores referri iubebant, quos notæ cauſa ſuffragijs priuabant. Confine uidetur illi, quod alibi diximus, Sutorium atramentum.

Dij laneos habent pedes. LXXXII

Macrobius lib. Saturnal. 1. ca. 6. ſcribit in hunc modum: Cur autem Saturnus ipſe in compedibus uiſatur, Verrius Flaccus cauſam ſe ignorare dicit. Verum mihi Apollodori lectio ſuggerit. Saturnum Apollodorus alligari ait per annum lanco uinculo, & ſolui ad diem ſibi feſtum, id eſt, menſe hoc Decembri. Atq; inde prouerbium dictũ, Deos laneos pedes habere: ſignificari uerò decimo menſe ſemen in utero animatum in uitam grandeſcere, quòd donec erumpat in lucẽ, mollibus naturæ uinculis detinetur. Hactenus Macrobius. Lucianus item in Cronoſolone, Saturnum in cõpedibus fingi ſolere ſignificat. Atq; huius figmenti rationem reddit in lib. de Aſtrologia, nempe quòd orbis Saturni longiſſimè à nobis ſemotus ſit, ob hoc in tartara coniectum finxere, ex æris profunditate ſumpta occaſione, Deinde quòd motus ſit omnium tardiſſimi, ut quaſi ſtare uideatur, compedibus alligatum finxerunt. Plutarchus in problematis ſcribit, Tyrijs fuiſſe morem, ut deorum ſtatuis uincula iniicerent. Aenigma prouerbij indicat, deos ad ſcelerum ultionem lente quidem procedere, ſed tamen aliquando de maleſactis pœnam ſumere uel inopinato. Sic interpretatur Porphyrio, demonſtrans quod ſcribit Horatius libro Odarum 3. oda 2. Raro antecedentem ſceleſtum Deſeruit pede pœna claudo, affine eſſe prouerbio, quo dicitur, deos iratos, pedes lanatos habere, quia nonnunquam tarde ueniunt nocentibus.

Zenone moderatior. LXXXIII

Ζήνωνος ἐγκρατέστερος. i. Zenone temperantior. Teſtatur & Laërtius in Zenonis uita philoſophum hunc, tum in uictu, tum in uoluptatibus Veneris uſqueadeo patientem ac parcum fuiſſe, ut crudis duntaxat ueſceretur, ac pallio prætenui tegeretur. Vnde & Philemon in comœdia taxat hominem, qui poſt panem obſonij loco caricis uteretur, aquã uini loco biberet, ac diſcipulos eſuriem doceret. Hinc & in uulgi ſermonem abijt, Zenone temperãtior. Philemonis uerſus apud Diogenem ex fabula, cui titulus Philoſophi, ſunt huiuſmodi:

Εἰς ἄρτος ὄψον ἰσχάδας, ἐπιπιὼν ὕδωρ,
Φιλοσοφίαν κρανὴν γ' ὅστις φιλοσοφεῖ,
Πυνθάνεσθ' διδάσκει καὶ μαθητὰς λαμβάνει. id eſt,
Poſt panis eſum, cariceumq; obſonium
Aquam bibens perdurat inde ſimplicem.
Nouum enim philoſophiæ celebrat hic genus.
Docet eſurire, ac diſcipulos ita illicit.

Quanquam ſunt qui uerſus hos Poſidippo tribuant, non Philemoni, uelut idem admonet Laërtius.

Syloſontis chlamys. LXXXIIII

Ἡ συλόσωνος χλαμύς. id eſt, Syloſontis chlamys. Refertur à Diogeniano, dici ſolitum in hos, qui ſe cultu ueſtituq; iactitant ac uenditant. Videtur haud abſurde dici poſſe & in eos quibus munus exiguum in tempore, magno cum fœnore redijt. Hiſtoriæ quæ prouerbij dederit occaſionem, meminit Herodotus in Thalia, quanquam apud hunc χλανὶς legitur, non χλαμύς. χλανὶς autem ueſtis militaris. Meminit & Strabo Geographiæ lib. 14. Hiſtoria ſic habet: Syloſon quidam cùm ſenſiſſet Darium Hyſtaſpis filiũ, cum adhuc priuatus ageret, chlamyde quadam ſua admodum bella impenſius fuiſſe delectatum, eam ultro dono miſit. Cuius tam tempeſtiuæ liberalitatis memor Darius, cùm iam rebus eſſet præfectus, totam & urbem & inſulam Samiorum Syloſonti in manus tradidit, unius ueſtis munus tam opulento regno compenſans. Mentionem facit huius rei Valerius quoque Maximus, lib. Memorabilium 5. titulo de gratitudine. Porrò quod alij chlamydem ſeu chlanidem uocant, hic amiculum appellat, id eſt, pallij genus.

Opera Syloſontis ampla regio. LXXXV

ἔκπτι συλοσῶντος ἀφθονία. id eſt,
Per Syloſontem regio facta eſt amplior.

Senarius in prouerbium uerſus, quem refert Strabo libr. Geogr. 14. Nam Syloſon munificentia Darij, mortuo Policrate, Samiorum adeptus tyrannidem, eum acerbius exerceret imperium, ita ut ferè ſolent ij, qui ab humili fortuna repente ad res amplas prouehuntur, & ob hanc cauſam inſula deſereretur ab incolis, prouerbio dici cœptum:

ἔκπτι συλοσῶντος ἀφθονία id eſt,
Spatioſa regio eſt Syloſontis gratia.

Conuenit in acerbe gerentem magiſtratum, aut in principem malum, cuius uitio deſeratur ab incolis regio. Venuſtius reddetur longiore deflexu, ueluti ſi in hominem πλεονέκτην, qui domũ aliquam compilarit, dicatur: aut in profuſum ac

Ayuntamiento de Madrid

ſum ac prodigum, cuius luxu locuti ſacti ſunt inanes.

Phalaridis imperium. LXXXVI

Φαλάριδος ἀρχή. i. Phalaridis principatus. Refertur inter Græcas paroemias. Recte dicetur in eos, qui crudelius exercent imperium, aut poteſtatem ſibi delegatam. Ortum adagium à Phalaride Agrigentinorum tyranno, quem ſua crudelitas nobilitauit. Inter multa autem crudelitatis exempla celebratur in primis æneus ille taurus Perilli, ſiue Perilai, nã ſic appellat Lucianus, inuentũ, quo ſubiecto igni mortales uiui ſic exurebãtur, ut pro ciulatu humano mugitũ ederent morientes. Eum taurũ, exuſto primũ in eodem artifice, Delphos miſiſſe legitur, ut Phœbo dicatus, in eius tẽplo reponeretur, monimentum futurum, ſimul & artis exquiſitiſſimæ & inuẽti crudeliſſimi, & pœnæ merito in autorem retortæ. Verum Delphi munus, ut à tyranno miſſum repudiarunt. Hæc fermè leguntur apud Lucianum. Simili figura dictum legimus φαλαρισμὸν, pro immani crudelitate. Cicero ad Atticum lib. 7. Nam iſtum quidem cuius φαλαρισμὸν times, omnia teterrime facturum puto. Idem in actione contra Piſonem: Quoniam, inquit, Phalarin grammaticum habemus. i. qui perperam ſcripta etiam capite punit.

Manliana imperia. LXXXVII

Vt hoc proximum recte congruit in hos, qui ſæuiunt in eos, in quos ius nacti ſunt, ita Manliana imperia cõfine illi prouerbiũ, probe torquebitur in eos, qui nimis rigida iuris obſeruatione, humanitatis & æquitatis obliuiſcuntur. Hiſtoria quæ prouerbio cauſam dedit narratur à Tito Liuio primæ decadis 8. libr. Extat & apud Valerium Maximum alioſq; cõplures ſcriptores. Ea ad hũc fermè habet modũ. Manlius cum conſul bellum cum Latinis gereret, edictumq; eſſet ne quis extra ordinẽ pugnaret, T. Mãlius cõſulis filius turmæ præfectus, prouocatus à Genutio, ſiue ut Valerius, à Geminio Metio Tuſculanorum equitum præfecto, oblitus edicti conſularis conſlixit & prouocatorẽ haſta confodit. Deinde ubi comitante turma, ac uelut ouante ſpolijs ornatus ad patrem tenderet, ille mox in cõſpectu omniũ filium, quod extra ordinem pugnaſſet, ad palum deligari, deinde uirgis ex more cæsi, poſtremo ſecuri feriri iuſſit. Salubri quidem in poſterũ exemplo, quemadmodũ ait Liuius. ſed in præſentia nimiũ inuidioſo conſuli. Siquidem ut autor eſt Valerius lib. Memorab. 9. cap. de ira, cum uictor Romam reuerteretur, nemo iuuenum obuiam iit, in tantũ totius iuuentutis odium uenerat. Hinc & cognomen additum uulgò Imperioſo. Refert ſimile ſeueritatis exemplum Valerius Maximus lib. 2. cap. de diſciplina militari, de Poſthumio Tiburto, cuius filius fortiſſimus adoleſcens, quòd feliciter quidem, ſed iniuſſu patris, cũ hoſte cõmiſiſſet, à patre ſecuri percuſſus eſt. Quanquam Titus Liuius primæ decadis, libr. 4. maluit hoc de Manlio Torquato, quàm de Poſthumio credere, atq; in uarijs ſcriptorũ opinionibus hoc potiſſimũ argumento ſeſe uti teſtatur, quòd uulgato prouerbio Manliana imperia dicta ſint, non Poſthumiana, cũ tamen Poſthumius ætate præceſſerit Manlium. Quòd ſi prior tam ſæui exempli fuiſſet autor, occupaſſet nimirum inſignem titulum crudelitatis: propterea quòd Manlio cognomen inditũ eſſet Imperioſo, non Poſthumio. Meminit & Seneca De beneficijs, lib. tertio de Manlio ſiue Manilio quodam, qui relegatus à patre, reuerſus eum à moleſtia litis intentatæ liberauit. Tecte ad prouerbium alluſit M. Tullius, libro de finibus 2. Vide ne iſta ſint Manliana noſtra aut maiora etiam, ſi imperes quod facere non poſſim forteſſe pro noſtra ſcriptum erat iuſſa.

Complurium thriorum ego ſtrepitum audiui. LXXXVIII

Πολλῶν ἐγὼ θρίων ψόφος ἀκήκοα. id eſt,
Thriorum ego ſtrepitum audij complurium.

Senarius eſt prouerbialis, quo minas & inanẽ clamorẽ nos contemnere ſignificamus. Quemadmodũ Thais illa Terentiana ſæuas & glorioſas Thraſonis minas pro nihilo ducit, magnum nebulonem appellans. Ariſtophanes in Veſpis:

ὡς ἐγὼ πολλῶν ἀκούσας, οἶδα θείων τ' ψόφον. id eſt,
Thria noui quid ſtrepant ut ſæpius qui audiuerim.

Porrò thria à Græcis dicuntur ſiculna ſolia, quæ cũ incẽdun tur, minacẽ quẽdam ædunt ſtrepitũ, & formidandũ ijs, quibus ante nõ ſit auditus, alioquin inanẽ & contemnendum. Niſi malus legere θείων, ſic enim Græci uocant calculos, quos in urnã mittunt ſortilegæ, cum diuinant, quemadmodũ admonuimus alibi. Solent huiuſmodi diuinatrices aliquando è ſortibus dira prædicere, quo ſtultos ac credulos territent, cum ſæpenumero nihil cueniat eorum quæ minantur.

Ne inter apia quidem ſunt. LXXXIX

Οὐδ' ἐν σελίνοις ἑάλω. i. Ne in apio quidem ſunt, pro eo quod eſt, ne ingreſſum quidem aut initium rei attigerunt. Sumpta metaphora ab ijs qui hortos ingrediuntur. Nam antiquitus extremus ille hortorum ambitus, apio conſerebatur, quem qui nondum præteriſſent, uelut in horti limine adhuc eſſe uidebantur. Ariſtophanes in Veſpis:

Οὐδὲ μὴν γ' ὀδ' ἐν σελίνῳ π' ἑρπύζ, ὀδὲ ἐν πηγάνῳ. i.
In apio nondum eſt uel ipſo, ſed nec in rutis adhuc.

Hoc eſt, nec initium habet eorum, quæ ſunt futura. Interpres & aliam quandam hoc loco refert ſententiam, uolens adagium ad gymnicum agonem pertinere, ad quod qui præparant infantes, ſtatim ut eſſent nati, in apio collocare conſueuerunt. Itaque perinde dictum uidetur, Ne in apio quidem: quaſi dicas, ne in primis quidem rudimentis Rutam autem comicus addidit riſus cauſa, quòd apium præcocutus fuerat. Porrò morem apio coronandi putant iam olim ab Hercule inductum, poſt interfectum Nemeæ leonem, quod & Pindarus indicare uidetur alicubi. Nam in Nemeis hymno 4. dicit: ἵνα ἐν ἀγῶνι βαρυβρόμου θάλασσα κοιλωθεῖσα σελίνοις. i. Vbi in certamine tumultuoſi floruit Corinthiacis apijs. Significat quendam in certamine Neptuni Iſthmico coronatum fuiſſe à Corinthijs.

Podex lotionem uincit. XC

Πρωκτὸς λαγὼν πεπλυμένην. i. Podex lotionem uincit. Calliſtratus apud Ariſtophanis interpretem adagium hoc retulit ad eos, qui ſeſe in malum aliquod adigunt, propterea quòd ea corporis pars, etiam ſi lauetur, ſemet rurſum inquinat, ita ut ipſa ſit in cauſa, quo minus lauari poſſit. Quadrabit etiam ubi quid fruſtra fieri ſignificabimus, ueluti ſi quis nocentem è carcere redimat, atque ille mox iterato commiſſo ſemet eodem præcipitet. Aut ſi quos reconcilies, mox in priſtinum relapſuros ſimultatem, aut caſtiges incorrigibile ingenium, quod genus eſt mulierum. Conuenit & in illos, qui ſuo ipſius uincunt malo. Veluti ſi quis morum intractabilitate obtineat, ne poſthac obiurgetur à præceptore. Putant adagium uideri ſumptum ab ijs potiſſimum, qui cita ſunt aluo, quos Nonius ſoriolos appellat. Ariſtophanes in Veſpis: Πρωκτὸς λαγὼς πεπλυνόμενος. id eſt, Podex peruincens loturam. Itidem & morbus dicitur uincere artem, curam'ue medici, cum eſt immedicabilis. Ex ueterum monumentis deprehendes, fuiſſe morem publicum ut poſt exoneratam aluum adhiberetur eius partis lotio, quæ tamen ſubinde erat repetenda. Martialis inter Iſſæ catellæ laudes commemorat, quòd poſt depoſitum uentris onus rogaret lauari. Legimus & barbarum quendam ſeruitutis impatientem, ligno cui ſpongia erat addita tergendo podici, in gulam adacto ſibi conſciuiſſe necem.

Conſcientia mille teſtes. XCI

Quintilianus Oratoriarum inſtitutionum lib. 5. hanc ſententiam ut prouerbialem citat: Conſcientia mille teſtes. Senſus

Ayuntamiento de Madrid

interprete non eget. Quis enim nescit, conscientiam rem esse unam omnium efficacissimam: adeo ut nulla tormenta melius prodant maleficium, quàm conscientia, nullus carnifex seuerius puniat, quàm hæc? Vnde & illud:

Heu quàm difficile est crimen non prodere uultu.

Extat & Græcanica sententia, συνείδησις πλήττει τὴν ψυχήν. i. Conscientia uerberat animum. Iuuenalis item:

—Et surdo uerbere cædit. Hanc sensere poetæ, cum de diris & ultricibus furijs fabulantur.

Mysorum præda. XCII

Μυσῶν λεία. i. Mysorum præda. In eos olim dicebatur, qui impune à quibuslibet læduntur ac diripiuntur. Ortum adagiũ à Mysis, quos aiunt quondam finitimorum incursationibus male uexatos fuisse, quo tempore Telephus rex peregre agebat. Vtitur hoc adagio Aristoteles lib. Rhetoricorum 1. tractans de locis coniecturalibus ἀπὸ τῶν ὑπὸ πολλῶν ἀδικηθέντας, καὶ μὴ ἐπεξελθόντας, ὡς ὄντας τὴν παροιμίαν μυσῶν λείαν. i. Eos item, inquit, qui à compluribus affecti iniuria, non curant de ulciscendo. Nam ut trito dicitur prouerbio, Mysorum hi præda sunt. Hoc est, passim ab omnibus incessuntur, propterea quòd ueterem ferendo iniuriam, inuitant nouam. Vsus est Demosthenes aduersus Aeschinem. Quo quidem in loco scioli deprauarunt pro Mysorum, muscrorum, in translatione Leonardi Aretini. Citatur & ex Stratidis Medea, & Iambis Simonidis.

Vltra septa transilire. XCIII

ὑπὲρ τὰ ἑπτάμυλα πηδᾶν. i. Septa transilire, Congruit uel in eos, qui rem quampiam nouam & incredibilem designant, longeq; supra uulgarium hominum facultatem. Vel in hos, qui à re proposita digrediuntur. Vel in illos, qui præscriptos sibi terminos, & potestatis mandatæ modum transeunt. Natum adagium à Phayllo quodam pentathlo Opuntio, ut quibusdam placet, Crotoniata, qui tum saltu, tum disco mirum in modum ualuisse legitur. Hæc fermè Suidas. Extat & inscriptio statuæ illius huiusmodi:

Πέντ' ἐπὶ πεντήκοντα πόδας πήδησε Φάυλλος·
Δισκεύσας δ' ἑκατὸν, πέντ' ἀπολαφπομένων. id est,

Quinque supra quinquaginta pedes salijt Phayllus. Discum autem iacit centum, exceptis quinq;. Meminit huius adagij Plato in Cratylo, καὶ ὑπὲρ τὰ ἑπτάμυλα ἅλτεσθαι. id est, Et ultra septa salire. Refert & Iulius Pollux lib. De rerum uocabulis 3. Lucianus in Somnio, ὑπὲρ τὰ ἑπτάμυλα ἥδη πηδᾷ. i. Vltra septa iam trãsilit. De somnio cuius finis cum sit somnus, iam etiam uigilanti duraret. Chrysostomus homilia in 2. Cor. 3. τὰ σκάμματα παρῆλθε. i. septa transcendit: de Paulo loquitur, qui quum gratis doceret Euangelium, plus præstitit quàm ab Apostolis exigebatur. Cicero de oratore libr. 1. Et quisi certarum artium forensibus cancellis circumscriptam scientiam. Idem in actionibus: Ab his cancellis, quibus me circumscripsi, declinauero. Locus enim is, in quo celebrabantur ludi forenses, fossis, cancellis, aut alijs id genus septis erat circumscriptus.

Pyrice facta. XCIIII

Pyra, insula quæpiam est, haud procul à Chio, cuius meminit & Homerus lib. Odyss. 3. Pyriam appellans:

ἤ κατ' ὑπερθε χίου νεελμένα παιπαλόεσσαν
Νήσον ὑπὸ πυρίης, αὐτὴν ἐπ' ἀριζήλον ἔχοντες. id est,

Certe supra Chiũ redibamus asperã, iuxta insulam Pyram, ipsam Chium à sinistris habentes. Strabo Pyra pronunciat pluratiue, & neutrali genere. Meminit huius & Plin. libr. mundanæ hist. quinto. Ea insula quoniam esset & perpusilla & ignobilis, in contemptus ac uilitatis prouerbium abijt, ut quæ sordide, parumq; magnifice fierent, Pyrice facta dicerentur. Hæc fermè Stephanus: idem citat Cratinum:

Πύρα τ' Διόνυσον ἄγοντες. id est,

In Pyra Bacchum ducentes.

Eundem rursus in Nemesa:

Πύρατε τὴν ἀπάρτιον ἄγρης. id est,

In Pyra sparsam ducis.

Bos Cyprius. XCV

Κύπριος βοῦς. i. Cyprius bos. In Brutum ac stolidum iaci solitum, propterea quòd Cyprij boues magis bruti ferantur, quippe qui stercore humano pascantur. Refertur à Suida ac Diogeniano. Interpres Aristophanis in Plutum, scribit Bœotios boues σκατοφάγους fuisse. i. oletum edentes. Hoc autem nomine Aristophanes medicos appellat, quòd in curandis ægrotis sordida quædam tractent, lotium aut uentris excrementa contemplantes. Sed de Cyprijs bubus consentit Plinius libr. 28. cap. ultimo, narrans Cyprios boues hominum excrementa appetere, non pastus causa, sed ut hoc remedio torminibus medeantur.

Cyprio boui merendam. XCVI

Festus Pompeius uersum hunc Sotadicum citat ex Ennio.

Cyprio boui merendam.

Ostenditq; conuenire, quoties conuiua sordidus & insipidus sordido atq; insipido accipitur conuiuio. Originem adagij refert eandem, quam nos modo commemorauimus. Festiuius erit, si ad res animi deflectatur, ut si quis apud spurcos spurce loquatur, apud indoctos indocte.

Equum habet Seianum. XCVII

Equum habere Seianum, olim prouerbio dicebatur in calamitosum, & ad extremam inopiam redactum. Allegoria sumpta est ab equo quodam fatali, cui à Cn. Seio domino nomen inditum est Seiano. is ex Diomedeis equis prognatus fuisse creditus est. Fuit insigni quidem specie, uerũ eiusmodi quodam fato, ut quisquis eius equi possessor esset, is cum omni domo ad internicionẽ usq; deperiret. Id quod Cn. Seius ipse capitis damnatus, ac miserando affectus supplicio: deinde & Dolabella bello interfectus: post hunc Cassius ab hostibus occisus, deinceps Antonius detestabili exitio perditus, probauit. Hunc equum C. Bassus Argis se uidisse refert, haud credibili pulchritudine, uigoreq; & colore exuperantissimo, nempe puniceo, Hoc adagium & refert, & copiosius explicat A. Gellius libr. noctium Atticarum 3. cap. 9. Fieri potest, ut hæc de equo superstitio manarit ab equo illo durateo, cuius Odysseæ θ. meminit Homerus, qui fatalem interitum attulit Troianis. Ad quod alludens Maro,

Scandit, inquit, fatalis machina muros.

Ediuerso quædã fataliter esse felicia credidit ueterũ superstitio. Nam autor est Trebellius Pollio in lib. De triginta tyrannis, uulgò persuasum fuisse, res ijs feliciter cedere, qui Alexandri Magni imaginẽ, auro argentoue expressam gestitarent. Nec hodie desunt, qui gladios in bello fortunatos, & huiusmodi quasdã nugas pollicentur principibus. At magis mirandum, esse qui istiusmodi impostoribus credant.

Aurum habet Tolossanum. XCVIII

Huic simillimum est illud: Aurum habet Tolossanum. In eum qui magnis ac fatalibus afficitur malis, nouoq; ac miserando exitio perit. Refertur ab A. Gellio eodem loco, quem modo citauimus, ad hunc modum. Eadem sententia est illius quoq; ueteris prouerbij, quod ita dictum accipimus: Aurũ habet Tolossanum. Nam cum oppidum Tolossanum in terra Gallia Q. Cepio consul diripuisset, multumq; auri in eius oppidi templis fuisset, quisquis ex ea direptione aurum attigit, misero, cruciabiliq; exitu perijt. In plerisq; codicibus Gellianis hactenus legebatur in terra Italia, sed mendose, quum Strabo & Iustinus Tolossam ponãt in Gallia. Meminit auri Tolossani M. Tullius lib. de natura Deorum 3. Cognosce, inquit, alias quæstiones auri Tolossani, coniurationis Iugurthinæ. Strabo lib. Geograph. quarto, admonet hãc pecun

pecuniam Toloſſanam Delphicæ pecuniæ partem fuiſſe, Brennus enim Prauſus natione, Tectoſagis auxiliantibus Delphos incurſauerat, deinde quemadmodum refert Iuſtinus lib. 22. cum Tectoſagi ſe in antiquam patriam Toloſſam recepiſſent, peſtilentia laborare cœperunt, à qua non prius ſunt liberati, quàm aruſpicum reſponſis moniti, aurum argentumq; ſacrilegio quæſitum, in Toloſſenſem lacum mergerent, quod omne magno poſt tempore Cepio Romanus conſul abſtulit. Quod quidem ſacrilegium exitium attulit tum ipſi Cepioni, tum illius copijs. Erant autem auri pondo c x. millia: argenti pondo quinquies decies centum millia. Scribit enim Strabo, Toloſſanos ex priuatis fortunis auxiſſe ſacram pecuniam, ut magis Deum ſibi reconciliarent. Narrantur & alia quædam hoc loco à Strabone de auro Toloſſano ex Poſidonio: uerum quoniam ad adagionis enarrationem non magnopere pertinere uidebantur, ſat habuimus locum indicaſſe. Durat hodieq; apud uulgus hæc opinio, ut exiſtiment omnes miſere perire, quicunque à ſacris rebus non abſtinent manus uiolentas.

Polypi caput. XCIX

Πολύποδος κεφαλή. i. Polypi caput. In hominem uarium, & in quo pariter & uitia quædam & uirtutes inuenias, cuiuſmodi Catilinam deſcribit Saluſtius. Competit & in rem ex qua non parum commoditatis capere queas, ſed quæ eadem nonnullis incommodis noceat. Allegoria ducta eſt ab eius piſcis capite, quod ſicuti teſtatur Plutarchus in libello cui titulus, Quomodo ſint adoleſcentibus audiendi poëtæ, eſu quidem ſuauiſſimum & eſculentum, cæterum ſomnia parit triſtia ac prodigioſa. Vnde huius eſum interdicebant ijs, qui cuperent ex inſomnijs præſcire futura, quemadmodum & fabarum, ut teſtis eſt idem Plutarchus in Sympoſiacis. Proinde poëticen, Polypi caput uocat, in qua ſicuti ſunt permulta cognitu, tum iucunda, tum frugifera, ita ſunt nonnulla, niſi caueas peſtilentia. Porrò ex huiuſmodi rebus id quod ineſt commoditatis, conueniet excerpere: quod noxium, uitare. Iuxta Simonidis doctrinam apiculas imitari, quæ præteritis reliquis, ad ea duntaxat aduolant, unde poſſint aliquid ad mellificium idoneum excerpere, nec aliud colligunt, quàm quod ſit uſui futurum. Prouerbium integre refertur apud Plutarchum hoc pacto:

Πολύποδος κεφαλὴ ἐνὶ μὲν κακόν ἐνδε καὶ ἐσθλόν. i. In polypi capite ineſt quidem malum, ineſt & bonum. Itidem Theognis in ſententijs de uino prædicat:

ἐσθλὸς καὶ κακός ἐσσι. id eſt, Bonum ac malum es.

Poſſet ad hanc formã torqueri fabula de haſta Achillis, quæ uulneris auxilium tulit eadem quæ uulnus inflixerat.

Aeſtate penulam deteris. C

ἐν θέρει τὸν χλαῖναν καταβίβας. i. Aeſtate penulam deteris. Refertur à Zenodoto, Diogeniano, Suida. Recte dicetur in eum qui res neceſſarias temere, nec in tempore profundit, aliquando futuras uſui ſi ſeruentur. Id quod uulgò faciunt adoleſcentes, qui facultates patrias ſtulte prodigunt in iuuenta, quibus ſuſtinenda fuerat imbecillitas ſenectæ. Neque male quadrabit in eos qui corporis uires in uoluptatibus fruſtra conſumunt, quas in obeundis negotijs ſerijs poſtea ſunt deſideraturi. Nam χλαῖνα ſumma ueſtis eſt, quæ pro tempore ſumitur ad uentos, pluuiam, frigus'ue depellendum, quaſi Latine dicas penulam. Iuuenalis:

—Et multo ſtillaret penula nimbo. Quanquã & Latini lænæ uocabulo utũtur, pro eo quod Græci χλαῖναν appellãt. Nonius indicat eſſe genus ueſtis militaris, quæ ſit omniũ extima, ueluti chlamys, palliũ, & penula. Apud Diogenem Laërtium tale quiddam obijcit Philemõ comicus in Cratetem, quod æſtate gereret pallium craſſum, hyeme lacerã tunicam, uidelicet quo diſceret temperantiam ac tolerantiam.

DES. ERASMI ROT. PROVERBIORVM CHILIADIS SECVNDAE CENTVRIA PRIMA.

Feſtina lente. I



Σπεῦδε βραδέως. i. Feſtina lẽte. Prouerbium hoc nõ inuenuſtũ ænigmatis ſpeciẽ præ ſe fert, propterea quòd cõſtat ex uerbis inter ſeſe pugnantibus. Ideoq; referendũ eſt ad eam formam quam in operis huius initio demonſtrauimus, nimirũ eorũ quæ per ἐναντίωσιν. i. cõtrarietatem efferuntur. Quod genus eſt illud δυσδάμων ἀδαμοσία. i. infelix felicitas. Nec abſurde mihi coniectaſſe uideatur, ſi quis effictũ exiſtimet ex eo quod eſt apud Ariſtophanẽ in Equitibus, σπεῦδε τραχέως. i. Propera propere, ut alluſor quiſquis is fuit, τὸν ἀναδίπλασιον in ἐναντίωσιν cõmutarit. Ad hunc autem figuræ colorem, atq; ad hanc alluſionis facetiam, non mediocrem gratiam adiungit tam cõmoda, tamq; abſoluta breuitas, quæ & ipſa uelut in gẽmis, itidem & in adagijs, neſcio quo modo peculiariter decere mihi uidetur, & ad precij miraculum facere. Etenim ſi uim ac ſententiã æſtimes, quam hæc tam circunciſa uocum breuitas in ſe complectitur, quàm ſit fœcunda, quàm grauis, quàm ſalutaris, quàm ad omnem uitæ rationem late patens, profecto facile diſceſſeris in hanc ſentẽtiam, ut in tanto prouerbiorum numero non arbitreris ullum aliud eſſe perinde dignũ, quod omnibus incidatur columnis: quod pro templorum omniũ foribus deſcribatur, & quidẽ aureis notis: quod in principaliũ aularum ualuis depingatur: quod primatum inſcalpatur anulis: quod regijs in ſceptris exprimatur: denique quod omnibus ubiq; monumentis repræſentetur, propagetur, celebretur, ut quod tãtopere expediat ſemper cuiuſq; obſeruari animo, quo nuſquã non occurrat oculis, nulli quidem mortalium non maximo futurum uſui, præcipue tamen principibus, & ijs quibus, ut uerbis dicam Homericis:

Λαοίτ' ἐπιτρέφαι καὶ τόσσα μέμηλε. id eſt,

Commiſſi populi, ac tam multa negotia curæ.

Quæ indoquidem à plebeia ſortis hominibus, ſi quid forte ſit uel prætermiſſum ſocordia, uel admiſſum temeritate, queinadmodũ iactura leuior, ita & incommodum quod acceptum eſt, faciliore remedio ſarcitur. At uero principis uel unica ceſſatio, ſemel'ue præcipitatũ conſilium, deum immortalem, quas tempeſtates nonnunquã excitat, quãtas rerũ humanarum ruinas ſecũ trahit? Rurſum ſi adſit τὸ σπουδαίως βραδέως, hoc eſt, maturitas quædã ac moderatio ſimul ex uigilantia lentitudineq; tẽperata, ut neq; per temeritatẽ quicquã faciat pœnitendum, neq; per ſocordiam quicquã prætereat, quod ad reipu. cõmodum pertinere uideatur, quæſo te quid eſſe poſſit hoc imperio felicius, firmius, ſtabiliusq;? quanquã hæc felicitas haudquaquam ipſis imperij termunis circumſcribitur, quin undique longe lateq; ad finitimos populos dimanat, nec uſquam æque locum habet Heſiodium illud:

Πῆμα κακὸς γείτων, ὅσσον τ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνειαρ.

Proinde ſic equidem exiſtimo prouerbiũ hoc, ſi quod aliud optimo iure, βασιλικὸν. i. regium appellari debere, non tantum ob eam quam modo diximus cauſam, uerumetiam quòd duobus his uitijs ingenia principum ferè peculiariter uideantur eſſe confinia. Nam fortunæ fauor, rerum affluentia, tam paratæ uoluptatum illecebræ: præterea protinus licere quicquid collubitum fuerit, denique peſtilentiſſimum illud

illud assentatorum σῦγε, semperq; parati quicquid quocunq; modo dictũ factum ue fuerit, arrisus, applausus, adgratulatio: hæc inquã, atq; id genus alia, non mirum si quibusdam socordiam concilient. Maxime si his omnibus fomentis ætas iuuenta contigerit, & huius comes rerũ imperitia. At è diuerso fit nõnunquam, ut insitus ille principũ ingenijs uigor, & impetus quidã, ut ita dixerim, leoninus, adauctus amplitudine fortunæ, excitatus rerum maximarũ successibus, inflammatus uel iracundia, uel ambitione, uel alijs huiusmodi cupiditatibus, extimulatus cõsilijs præferocibus, trãsuersos rapiat aliquoties, ac tum ipsos, tum omnem imperij molẽ in præcipitiũ auferat. Quanquam si quidem in alterutrã partem peccandũ sit, non paulo præstiterit, regẽ impendio lentum esse, quàm plus æquo præcipitẽ. Homerus Agamẽnoni uitiosam quandã animi mollicie, hoc est, τὸ βραδὺς affinxisse uidetur: ut eius nullum egregiũ facinus adferatur, aut animosum, nisi quum ob ereptam Chryseidẽ stomachatur, et Achillem sua spoliat Bryseide. Rursum Achilli parum moderatos impetus, hoc est, τὸ αὐθάδες, attribuit: nisi si cui tũ αὐθάδεια βραδὺς uidetur cum in consilio districto gladio regem impetiturus, à Pallade coërcetur, admonitus ut intra conuitia duntaxat indignetur. Atqui hoc ipsum erat impotentis animi, in frequenti principum conscessu, tot probris, tam manifestis cõuitijs in eum debacchari, penes quem rerũ erat summa. Achillẽ imitatus uidetur Alexãder ille magnus, ac planè uicit: quippe quem consq; præcipitẽ egerit impetus animi, ut in amicissimos etiam ferrum destrinxerit. Agamemnonem Sardanapalus est æmulatus, sed ita æmulatus, ut longo præcesserit interuallo. Quin utriusq; generis innumerabiles inuenire licebit, qui uel huius inertiam, uel illius ferociam referant: perpaucos autem reperias, qui prouerbiũ hoc secuti, tempestiuam celeritatem cum prudenti tarditate recte miscuerint: nisi quòd pro multis unus sufficit, Fabius ille maximus, cui cognomen etiam additum cunctatori: qui cum sibi laudem peperit immortalem, tũ Romano imperio cunctando restituit rem, aliorũ ducum inauspicata celeritate iã ad extrema redactam. Itaq; non sine causa uideo factũ, ut hoc αὐτὸ βραδὺς in tantũ arriserit duobus imperatoribus Romanis, omniũ facile laudatissimis, Octauio Augusto, & Tito Vespasiano, quorum utriq; singularis quædam aderat animi magnitudo, cũ incredibili quadam lenitate, facilitateq; coniuncta: ut cum amabili morum popularitate omnium animos sibi deuinxissent, nihilo secius tamen pari diligentia, si quando res uirũ postularet, celeriter res maximas confecerint. Octauius igitur hoc dicto tam impensè delectatus est, quemadmodũ in Noctibus Atticis lib. 10. cap. 11. narrat A. Gellius, & hunc secutus Macrobius Satur. lib. 6. ut nõ in sermonibus modo quotidianis crebrius usurparet, uerum etiam epistolis suis frequenter insereret, admonens his duabus uocibus, ut ad rem agendam adhiberetur simul & industriæ celeritas, & diligentiæ tarditas. Quod quidẽ Gellius Latinis existimat unico uerbo dici, matura. Nam maturari, quod neq; præpropere fiat, neq; serius quã oporteat, sed ipso in tẽpore. In hunc sensum usurpasse Maronem, cum ait Aeneidos lib. 1. Maturate fugam. Quanquã omnino uox hæc apud autores significat idem quod festinare, sed ita festinare, ne tempus legitimũ anteuertas. Siquidem festinata recte dixeris etiam præpropera, maturata nõ dixeris. Neq; dissident ab his quæ Suetonius tradit in huius uita: Nihil, inquiens, minus in duce perfecto, quàm festinationem, temeritatẽq; conuenire arbitrabatur. Crebro itaq; illa iactabat:

Σπεῦδε βραδέως, ἀσφαλὲς γάρ ἐστ' ἀμείνων ἢ θρασὺς σφαλγός.

Hæc ferme Suetonius. Est autẽ uersus trochaicus tetrameter catalecticus ex poëta quopiam, ut conijcio, decerptus, cui Cæsar de suo subiecit, σφαλγός. Cuius hæc est sententia: Festina lẽte. Nam qui tuto citraq; lapsum rem gerit, melior est quàm audax & confidens. Tutiora sunt enim quæ lẽtis consilijs prouidentur, quàm quæ calidis consilijs properantur. Iam uero dictũ idẽ Tito Vespasiano placuisse, ex antiquissimis illius nomismatis facile colligitur: quorum unum Aldus Manutius mihi spectandum exhibuit argenteum, ueteris, planeq; Romanæ scalpturæ, quod sibi dono missum aiebat à Petro Bembo patritio Veneto, iuuene cũ inter primos erudito, tum omnis literariæ antiquitatis diligentissimo perquisitore. Nomismatis character erat huiusmodi: altera ex parte facie Titi Vespasiani cum inscriptione præfert, ex altera ancorã, cuius mediũ ceu temonem Delphin obuolutus cõplectitur. Id autẽ symboli nihil aliud sibi uelle, quàm illud Augusti Cæsaris dictum αὐτὸ βραδὺς, indicio sunt monimenta literarũ hieroglyphicarum. Sic enim uocãtur ænigmaticæ scalpturæ, quarum priscis seculis multus fuit usus, potissimum apud Aegyptios uates, ac theologos: qui nefas esse ducebant, sapientiæ mysteria literis cõmunibus uulgo prophano prodere, quemadmodum nos facimus, sed si quid cognitu dignum iudicassent, id animantium rerumq; uariarum expressis figuris ita repræsentabant, ut non cuiuis statim promptum esset cõijcere: uerum si cui singularum rerũ proprietates, si peculiaris cuiusq; animãtis uis ac natura cognita, penitusq; perspecta fuisset, is demum collatis eorum symbolorum coniecturis, ænigma sententiæ deprehendebat. Veluti cum Aegyptij Osirim suum, quẽ eundem solem esse putant, significare uolunt, insculpunt sceptrum, tnq; eo speciem exprimunt oculi, nimirum innuentes hunc deum esse, regaliq; potestate sublimem, cuncta despicere, quia solẽ Iouis oculum appellat antiquitas. Huiusmodi fermè refert Macrobius libro Saturnalium 1. Item annum hoc modo demonstrabant: Effingebant serpentem ita circumuolutum, ut caudam ore teneret insertam, innuentes annum semper ijsdem uicibus temporum reciprocãtibus in sese recurrere. Vnde Seruius autumat apud Græcos ἐνιαυτὸν uocabulum attributum anno, atque huc respexisse Maronem, cum ait:

Atq; in se sua per uestigia uoluitur annus.

Etiã si Horus Aegyptius, cuius extant duo super huiusmodi symbolis libri, serpẽtis scalpturam non annũ, sed æuũ repræsentari tradit: Annum autẽ tum Isidis, tum Phœnicis imagine. Scripsit his de rebus Plutarch. in comment. De Osiride, & Chæremon apud Græcos, testimonio Suidæ, cuius ex libris excerpta suspicor ea quæ nos nuper cõspeximus huius generis monimenta, in quibus etiam hæc inerat pictura: Primo loco Circulus: deinde ancora, quam mediã, ut dixi, Delphinus obtorto corpore circumplectitur. Circulus ut indicabat interpretamentũ adscriptum, quoniam nullo finitur termino, sempiternum innuit tempus. Ancora, quoniam nauim remoratur & alligat, sistitq;, tarditatem indicat. Delphinus, quòd hoc nullum aliud animal celerius, aut impetu perniciore, uelocitatem exprimit: quæ si scite cõnectas, efficient huiusmodi sententiã ἀεὶ αὐτὸ βραδὺς, i. Sẽper festina lente. Porrò hoc scripturæ genus non solum dignitatis plurimum habet, uerumetiam uoluptatis nõ parũ, si quis modo rerum, ut dixi, proprietates penitus perspectas habuerit: id quod partim cõtingit solerti cõtemplatione rerũ, causarumq; naturalium, partim liberaliũ cognitione disciplinarum. Veluti si quis ex Aristotelicis lib. quos De naturali auditu inscripsit, probe teneret analogiã quandam esse, & similitudinem inter magnitudinem, motũ, ac tempus: nã horum triũ unumquodq; pariter in eodẽ existunt. Siquidẽ ut tempus adhæret motui, ita motus adhæret magnitudini. Quod in magnitudine punctũ, hoc momentũ in tẽpore, impetus in motu (liceat enim interim sic appellare, quod in motu minimum est atq;

indiuisib

Ayuntamiento de Madrid

indiuiſibile. neq; enim de uocibus laborandũ, ſi de re conueniat.) Iam igitur ſi in recta linea magnitudinem conſideres, duo puncta reperies, quorũ alterũ ſit initium duntaxat, alterũ finis tantũ, hoc eſt, unde quaſi fluit longitudo, & in quod deſinit. In eadẽ ſi motũ conſtituas, duos item reperies impetus, alterũ unde motus oritur, alterum in quem deſinit. Horũ ea ratio eſt, ut qui initium eſt, tantũ eius motus initium ſit: quã finis, tantũmodo finis. Motũ tempus neceſſario comitatur. Eſt enim huius ueluti regula, cuius naturã ſi ſeparatim contemplere, duo uides momẽta (liceat enim ita loqui) alterum temporis illius initiũ, alterũ finem. Rurſum autẽ, ſi in eadem linea cõſideraris, puncta magnitudinis, impetus motus, momenta tẽporis, quæ media intercedũt inter initiũ & finẽ, uides horum unluſcuiuſq; uelut ancipitẽ eſſe naturam. Etenim ad initiũ relata, fines ſunt: ad finẽ, initia. Proinde ubi finita erit magnitudo, ibi ſimul & finitus motus, & tempus finitũ ſit oportet. Finita eſt autẽ ea magnitudo, in quam tale cõpetit initium, ut idem finis eſſe non poſſit: talis inquã finis, ut in eundẽ nõ cadat ratio principij, id quod euenit in omnibus figuris, exceptis circulari, ſeu ſphærica. Nam ut in hac nullum certũ eſt punctum, quod proprie dici queat initium, nullum item quod ita ſit finis, ut tantũ eam recipiat appellationem, ita nec momẽtum huiuſmodi ullum eſt, nec impetus. Vnde cõſequitur, ut ibi neq; finita ſit magnitudo, neq; motus finitus, neq; finitũ tempus. Rurſum ubi quodlibet magnitudinis punctum, ſimul & initium & finis eſſe poteſt, ibi magnitudinẽ infinitam eſſe neceſſe eſt. Ad eandem rationẽ ubi quilibet impetus uel principium motus eſſe poteſt, uel finis, illic motus uidetur infinitus. Demũ ubi quoduis momentum, ſimul uel initium temporis eſſe poteſt, uel finis, ibi tẽpus infinitum oportet eſſe. Sed infinitũ tẽpus, æternum uocamus, quod quidẽ æterno reſpõdet motui. Motus æternus magnitudinẽ item æternã requirit. Hæc non poſſunt cõpetere, niſi in ſphæricam, aut circulárẽ magnitudinẽ. Vnde philoſophi quidã æternitatẽ mundi collegerunt, quòd animaduerterent cœlu uniuerſi, ſyderumq; & ſphæricã eſſe figurã, & motũ item eſſe ſphæricũ. Porrò non ſolũ in huiuſmodi magnitudinem circuli ratio quadrat, uerumetiã motus huic adhærens, circulus eſt quidam. Item tempus eum dimetiens motum, nõ reſpuit appellationem circuli, quemadmodũ teſtatur etiam Ariſtoteles 4. περὶ τ᾽ φυσικῆς ἀκροάσεως libr. Hæc igitur atq; id genus alia qui ex philoſophorum diſciplinis perdidicerit, is facile coniectabit, quam ob rem Aegyptij circulo ſempiternum tempus exprimere uoluerint. Iam uero Delphini uim, naturamq; paucis inſpiciamus. Tradunt autores hunc incredibili uelocitate, & admirabili impetu reliquum animantium genus longo interuallo poſt ſe relinquere. Proinde Oppianus libro De naturis piſcium 2. Delphinos non cum quibuslibet auibus, ſed cum aquilis confert,

ὅσσον γὰρ πάφοισι μετ᾽ οἰωνοῖσιν ἄνακτες
Αἰετοὶ, ἢ θήρεσσι μετ᾽ ὠμηστῆσι λέοντες,
ὅσσον ἀελλήεντα περ ἐγκυκλῆσι δράκοντες,
Τόσσον καὶ δελφῖνες ἐν ἰχθύσιν ὑγιμόνεσσι. id eſt,

Quippe citas quantum inter aues, inſignis honore
Regali, reliquas aquila præuertitur omneis,
Inq; feris leo crudiuoris, ſeuiq; dracones
Sepentum in genere exuperant, tantum impete Delphin
Eximius uincit regnãtes æquore piſces. Cõfert et iaculo,

Διὰ γὰρ βέλος ὠκὺ θάλασσαν ἵπταται. id eſt,

Namq; per æquora lata ſagittæ More uolant.

Denique confert etiam uento, uel turbini potius, ac procellæ uentorum.

ἄλλοτε μὲν βαθὺ κῦμα διαῤῥήγνυτε πάλλων. id eſt,

Altas aliquando per undas
Turbinis in morem diſcurrit.

Plini. lib. hiſtoriæ mundi 9. cap. 8. Ariſtotelis ſecutus ſententiam, haudquaquã ab his diſcrepantia refert, uidelicet Delphinum omnium animalium perniciſſimum eſſe: neq; id ſolum inter maritimi generis, uerumetiã uolucri quouis ocyorem, quouis acriorem telo. Singularẽ autem huius uelocitatẽ hoc potiſſimum argumento colligi, quòd cum os habeat longo diſitum interuallo à roſtro, nempe medio penè uentre, quæ res in conſectandis piſcibus non mediocrem illi moram adferat neceſſe eſt, neq; enim niſi reſupinus atq; eonuerſus corripit, tamen uix ullus eſt piſcium, qui illius effugiat celeritatem. Nec ignorat ipſe hanc naturæ dotem, ſed ueluti laudis, animũ uc cauſa certat aliquoties cum nauigijs plenis uelis euntibus. Eſt enim præcipue φιλάνθρωπον Delphin, quin & παιδεραςτὴν aiunt nonnulli, & ob id capitalis eſt hoſtis Crocodili, quo non aliud animal infenſius homini. Itaq; non paueſcit hominem ut alienum, uerum obuiã nauigijs uenit: alludit exultans, certat etiã & quamuis plena præterit uela. Quin etiam in mugilũ uenatu apud ſtagnum Laterram magnifice declarat, quãtum ualeat celeritate, quantũ pollcat ingenio, quantum deniq; bene uelit homini. Iam uero quid dicam de impetu uix credibili? Siquidem ubi fame concitatus, fugientem in uada ima perſecutus piſcem, diutius ſpiritum continuit, non aliter quàm arcu emiſſus ad reſpirandũ emicat, tantaq; ui exilit, uti plerunq; uento turgentia uela nauiũ ſaltu tranſuolet. Quod igitur ſymbolum magis conueniebat ad exprimendũ acrem illum & indomitum animi impetum, quàm Delphini? Porrò ad ſignificandam tarditatẽ, cunctationemq;, non male quadrabat ἀχενὶς piſcis, quẽ Latini remoram uocant: uerum quoniam huius figura parum cognobilis uidebatur (nam præterquam quòd admodum puſillus eſt, nec ulla inſigni nota diſcernitur) magis ad id placuit ancoræ ſymbolum, quæ ſi quando periculoſe nauigatur ob uentos nimium ſecundos, ibi curſum immodratum nauis figit ac retinet. Itaq; dictum hoc σπεῦδε βραδέως, ex ipſis uſq; priſcæ philoſophiæ myſterijs profectum apparet, unde aſcitum eſt à duobus omnium laudatiſſimis imperatoribus, ita ut alteri adagionis eſſet loco, alteri inſigniũ uice, utriuſq; moribus ingenioq; mire quadrans. Nunc uero in Aldum Manutium Romanum, ceu tertium hæredem deuenit,

Haud equidem ſine mente reor, ſine numine diuũm.

Nam huius eadem quæ quondam Tito Veſpaſiano placuerunt, celebrantur inſignia, non notiſſima modo, uerumetiam gratiſſima quibuſcunq; ubiuis terrarũ bonæ literæ uel notæ ſunt uel charæ. Neq; uero ſymbolum hoc tũ illuſtrius fuiſſe crediderim, cum inſealptũ imperatorio nomiſmati, negotiatorum manibus terendum circunferretur, quàm nunc, quum ubiq; gentiũ, uel ultra Chriſtiani imperij terminos, unà cum omnigenis utriuſq; linguæ uoluminibus propagatur, agnoſcitur, tenetur, celebratur ab omnibus, qui liberaliũ ſtudiorum colunt ſacra: præſertim ijs qui faſtidita barbara iſta pinguiq; doctrina, ad ueram atq; antiquam aſpirnt eruditionẽ, ad quam reſtituendam uir is quaſi natus, & ab ipſis, ut ita dixerim, fatis factus, ſcalptuſq; uidetur: tam ardẽtibus uotis unum hoc optat, tam infatigabili molitur ſtudio, uſqueadeo nullum refugit laborem, ut literaria ſupellex & integra, et ſyncera puraq; bonis ingenijs reſtituatur. Quam quidem ad rem quantum iam attulerit momenti, tametſi fatis, penè dixerim, inuitis, res ipſa nimirum indicat. Quod ſi pulcherrimis planeq; regijs Aldi noſtri uotis deus aliquis bonis literis amicus aſpirauerit, & ſi quẽ numina læua ſinant, intra paucos annos illud futurũ polliceor ſtudioſis, ut quicquid eſt bonorũ autorũ in quatuor linguis, Latina, Græca, Hebraica, Chaldaica, tũ autẽ in omni genere diſciplinarũ, id unius huius opera, & plenum habeãt & emendatũ, nullamq; iam literariæ ſupellectilis partẽ quiſquã deſideret. Quod ſimul

atque

Ayuntamiento de Madrid

Atq; contigerit, tum uero palàm fiet, quantũ adhuc bonorũ codicũ in abdito ſit, uel retruſum ob negligentiã, uel ſuppreſſum quorundã ambitione, quibus hoc unũ cordi eſt ut ſoli ſapere uideantur. Tum deniq; cognitũ erit quàm prodigioſis mendis ſcateant autores etiam hi qui nunc ſatis emendati putantur. Cuius rei, ſi cui libebit, uelut ex deguſtatione coniecturam facere, Plinianas epiſtolas quæ propediem ex Aldina officina prodibunt in lucem, cũ uulgatis exemplaribus conferat, quod ſi tibi deprehenderit, idem in alijs expectet autoribus. Herculanum mehercule facinus, ac regio quodã animo dignũ, rem tam diuinam, quaſi funditus collapſam, orbi reſtituere, latẽtia perueſtigare, eruere retruſa, reuocare extincta, ſarcire mutila, emendare tot modis depravata, præcipue uulgarium iſtorũ excuſorum uitio, quibus unius etiam aureoli lucellum antiquius eſt, quàm uel uniuerſa res literaria. Adde ijs quòd qui tumlibet exaggeres eorum laudem, qui reſpub. ſua uirtute uel tuentur, uel etiã augẽt, in re certe prophana, tũ anguſtiis circũſcripta ſpectantur. At qui literas collapſas uindicat, nã id pene difficilius quàm genuiſſe, primũ rem ſacram molitur & immortalem, tũ non unius alicuius prouinciæ, ſed omniũ ubiq; gentium, omnũ ſeculorum negotiũ agit. Poſtremo quondã principum hoc munus erat, inter quos præcipua Ptolemæi gloria. Quanquã huius bibliotheca domeſticis & anguſtis parietibus cõtinebatur. Aldus bibliothecam molitur, cuius non alia ſepta ſint quàm ipſius orbis. In hanc digreſſiunculã non abs re mihi uideor expatiatus, nempe quo ſtudioſi hoc impenſius his inſignijs & faueant, & delectẽtur, poſtea quàm cognouerint à tam inclytis autoribus fluxiſſe: præterea quid ſibi uelint, intellexerint. Deniq; cũ meminerint quãtum bonæ rei Delphinus ille polliceatur, ſi quis modo deus pulcherrimis conatibus dexter adſurrit. Auerticulo repetetur fabula, ſi prius expoſuero querelam de typographis quibuſdam peſſime de re literaria merentibus. Non eſt noua querimonia, nunquã tamen iuſtior quàm hiſce temporibus, quibus hæc mihi quarta, ni fallor, parabatur editio. Ea fuit anno M. D. XXV. Venetorum urbs multis quidem nominibus celeberrima, per Aldinam tamẽ officinam celebrior eſt, adeo ut quicquid librorũ iſtinc adfertur ad exteras nationes ob ciuitatis tantum titulum ilico ſit uẽdibilius. Atqui eius nominis lenocinio ſordidi quidam typographi ſic abutuntur, ut uix ab ulla ciuitate nobis ueniant autores impudentius depravati, nec ij ſanè quilibet, ſed omnium primi, uelut Ariſtoteles, M. Tull. & Quintilianus, ne quid querar de ſacris uoluminibus. Curatum eſt legibus, ne quis conſuat calceũ, ne quis faciat ſcrinium, niſi fuerit ab eius opificij ſodalitio comprobatus, & tantos autores, quorum monumentis etiam religio debetur, emittunt in uulgus, adeo literarũ ignari, ut ne legere quidẽ poſſint, adeo ignaui, ut nec relegere libeat quod excuditur, adeo ſordidi, ut citius patiantur ſex millibus mendarum oppleri bonum librum, quàm paucis aureolis uelint cõducere qui præſit caſtigationi. Nec ulli magnificentius pollicentur in titulis, quàm qui impudentiſſime depravant omnia. Ex legum autoritate datur redhibitio, ſi quis pannũ ut cocco tinctum uendiderit, ſi deprehendatur in tinctura nihil additum cocci, quin multa afficitur, quiſquis in huiuſmodi mercibus fucum fecit. Et lucro ſuo uel furto potius fruitur, qui eadem opera tot hominum millibus imponit? Olim & in deſcribendis libris adhibebatur religio non minor quàm nunc adhibetur in notarijs publicis ac iuratis, certe maior debebatur, nec aliunde tam prodigioſa librorum confuſio profecta eſt, quàm quòd obſcuris quibuſlibet & monachis imperitis, mox etiam mulierculis citra delectũ rei tam ſacræ tractatio cõmittebatur. At quantulũ eſt mali, quod adfert ſcriba negligens aut indoctus, ſi conferas typographum? Et hic oſcitant leges publicæ. Punitur, qui uendit pannũ apud Britãnos tinctum, pro panno tincto apud Venetos, & audacia ſua fruitur, qui meras cruces & ingenij tormina uendit pro bonis autoribus. Dices, non eſt uẽditoris emptori præſtare quoduis uitium. Certe hic debebat eſſe, ſi titulus promittit exactam diligẽtiam, & liber ſcatet mendis. Et ſunt errata quæ nec ab eruditis ſtatim deprehenduntur. Iam typographorũ innumerabilis turba confundit omnia præſertim apud Germanos. Non licet cuiuis piſtorẽ eſſe, Typographia quæſtus eſt nulli mortaliũ interdictus. Nec tutũ eſt quiduis pingere aut loqui, at quãuis materiã excudere fas eſt. Vbi terrarum non uolitant nouorũ libellorum examina? Quorũ ſi ſinguli adferrent aliquid ſcitu dignũ, tamen ipſa turba ſtudijs uehementer officeret, uel ipſa ſatietate, quæ bonis in rebus eſt multo perniciоſiſſima, uel hoc ipſo, quòd his uelut illecebris animi hominũ natura apſicori, & nouarũ rerum auidi, ſeuocẽtur à lectione ueterũ ſcriptorũ, quibus nihil melius proferri poteſt, etiã ſi non inficior à neotericis aliquid inueniri poſſe quod illos fugerit. Exiſtere poteſt, uerbi cauſa, qui doceat aliquid quod latuerit Ariſtotelẽ: nullum tamẽ arbitror exoriturũ qui philoſophiæ corpus tradat abſolutius quã ille tradidit. Sic erit fortaſſis qui in lib. ſacris uideat quædã quæ fefellerint Chryſoſtomũ aut Hieronymũ: at nõ arbitror fore qui in ſumma præſtet, quod illi præſtiterũt. Nũc illis prope modũ antiquatis, omnibus omniũ nænijs terimus horas, negligũtur interim honeſtæ diſciplinæ cũ ſuis autoribus, collabitur autoritas ſenatuũ, conciliorũ, ſcholarũ, iureconſultorũ ac theologorũ. Quòd ſi res pergat quà cœpit, futurum eſt ut ſumma rerũ ad paucos reducta, barbarica quædã ty annis ſit apud nos, qualis eſt apud Turcas. Vnius aut paucorũ libidini parebunt omnia, nec erunt politiæ ciuilis ullæ veſtigia, ſed militari uiolentia gubernabuntur uniuerſa. Iacebũt omnes honeſtæ diſciplinæ, lex una uigebit, ſic uult ὁ κοσμοκράτωρ. Religionis antiſtites aut nullo erunt in precio, aut ſi quid habebũt opum dignitatis'ue, id totum ſeruiet ijs, quorũ non iudicio, ſed nutu ac renutu temperabũtur omnia. Quãto melius cõſuleretur rebus humanis, ſi quemadmodũ in elemẽtis mundi alia ab alijs ſic tẽperantur, ut æterno fœdere cõſiſtãt omnia: ſic in republica ſua cuiq; legitima maneret autoritas, populo tribueretur quod æquum eſt, ſenatui ac magiſtratui tantũ cõcederetur, quantũ eruditio, legeꝛ & æquitas pateretur, epiſcopis ac ſacerdotib. ſuus maneret honos. Nec monachis negaretur quod debetur. Horũ omnium cõcors diſcordia, & eodem tendens uarietas, longe fidelius ſeruaret reipub. ſtatũ, quã nunc dum quiſq; ad ſe rapere conatur omnia. Ne familia quidẽ poteſt cõſiſtere, niſi maritus functionis partẽ cedat uxori, ni diſcrimẽ ſit inter liberos & ſeruos, & niſi ſerui quoq; nõ pro iumẽtis habeãtur, ſed pro hominibus: poſtremo niſi diſcrimen ſit inter ſeruum & ſeruum, ut qui liberaliter ſeruiunt, habeantur indulgentius, ac præmiũ officiorũ expectẽt libertatẽ. Dicet hic aliquis: heus diuinator, quid hæc ad typographos? Quia nõnullam mali partem inuehit horũ impunita licentia. Implẽt mundum libellis, non iam dicã nugalibus, quales ego forſitan ſcribo, ſed ineptis, indoctis, maledicis, famoſis, rabioſis, impijs ac ſeditioſis, & horũ turba facit, ut frugiferis etiã libellis ſuus pereat fructus. Prouolant quidã abſq; titulis, aut titulis, quod eſt ſceleratius, fictis. Deprehẽſi reſpõdent. Detur unde alam familiã, deſinã tales libellos excudere. Aliquãto meliore fronte reſpõdeat fur, impoſtor aut leno: da qui uiuã, & deſinam his artibus uti: niſi forte grauius crimẽ eſt, clàm minuere rẽ alienam, quàm palàm eripere famam alienam, aut ſine ui ad quæſtũ abuti tuo alieno'ue corpore, quàm uitam alterius ac famam uita quoq; chariorem impetere. Sed querelæ iamdudum ſatis. Indicandũ eſt remediũ. Mitigabitur hoc malum,

ſi princ

Ayuntamiento de Madrid

ſi principibus ac magiſtratibus curæ fuerit, ut quãtum fieri poteſt, excludantur ocioſi, quos potiſſimum bella mercenaria nobis progignunt: deinde ſi improbis, quos nec ratio nec pudor cohibet, leges oſtendant fuſtem paratum, ni ſe uerterint ad meliora: deinde conantibus ea quæ faciunt ad publicam utilitatem, ſi uiribus deſtituantur, ſuccurrant præmia, uel à principibus, uel ab epiſcopis & abbatibus, uel ex ærario publico. Nam à negotiatoribus qui ſe pleriq; mammonæ dedicarunt, fortaſſis improbum ſit tale officium exigere. Qui extructo altari ſepulchro'ue, qui ſuſpenſa tabula, aut ſtatua poſita, ſibi promittunt nomen apud poſteros, quanto uiuaciorem famam hac uia ſibi pararent. Ex multis unum exemplũ proferã. Vix alius in enarrandis ſacris uoluminibus dexterius uerſatus eſt, quã diuus Ioãnes Chryſoſtomus, nec alius ſcriptor magis accommodus his, qui ſe parant ad munus concionandi. Et ſcripſit plurima, quorũ bonam partem habemus, utcunq; uerſam, ſed pleriſq; deprauatis, nonnullis etiã admixtis, quæ nihil habent Chryſoſtomi. Quanta uero lux accederet ſacris ſtudijs, ſi tantus doctor totus haberetur Græcus & emẽdatus: aut certe ſic haberemus eum loquentem Latinè, quemadmodum loquitur Græce. Non hic commemorabo, quot modis pereant magnatibus pecuniæ, quantum abſumant, aleæ, ſcorta, compotationes, profectiones nõ neceſſariæ, pompæ, bella quæſita, ambitio, colax, morio, ludio: ſaltẽ ex his quæ turpiter pereũt aliquam portionem decidant uel utilitati publicæ, uel ſuæ gloriæ, uel utriq;. Aldo hæc molienti quis non fuit eruditorũ? Quis non ſuggeſſit aliquid, quod illũ laboribus tantis imparẽ ſubleuaret? Quoties ad illum ab Hungaris ac Polonis miſſa ſunt ultro uetuſta exemplaria, non ſine honorario munere, ut ea iuſta cura publicaret orbi? Quod Aldus moliebatur apud Italos, nam ipſe conceſſit in fata, quanquam gratioſi nominis titulo adhuc commendatur officina, hoc Ioannes Frobenius molitur apud Ciſalpinos non minore ſtudio, quàm Aldus, nec prorſus infeliciter, ſed quod negari nõ poteſt, impari lucro. Si cauſam requiras, ex multis hanc unã eſſe puto, quòd non eſt idem ingeniorũ cãdor apud nos, qui eſt apud Italos, ſanè quod ad rem attinet literariam. nec enim uereor prædicare, quod ſum expertus. Cum apud Italos ædere Prouerbiorum opus homo Batauus, quotquot illic adrãt eruditi ultro ſuppeditabant autores nondũ per typographos euulgatos, quos mihi ſuſpicabantur uſui futuros, Aldus nihil habebat in theſauro ſuo, quod non cõmunicaret. Idem fecit Ioãnes Laſcaris, Baptiſta Egnatius, Marcus Muſurus, Frater Vrbanus, Quorũdam officium ſenſi, quos nec de facie nec de nomine noueram. Venetiã nihil mecũ apportabam, præter cõfuſam & indigeſtã operis futuri materiã, idq; ex euulgatis duntaxat autoribus. Magna mea temeritate ſimul utrique ſumus aggreſſi: ego ſcribere, Aldus excudere. Sũma negotij intra menſes plus minus nouem confecta eſt, & interim mihi cum calculo malo nondum noto res erat. Hic mihi cogita quanta pars utilitatis abfutura fuerit, niſi docti libros manu deſcriptos ſuppeditaſſent. In his erant, opera Platonis Græca, Plutarchi uitæ, Eiuſdẽ moralia, quæ ſub finẽ operis mei cœpta ſunt excudi. Athenæi dipnoſophiſtæ, Aphthonius, Hermogenes cum commentarijs, Ariſtotelis rhetorica cum ſcholijs Gregorij Nazianzeni. Ariſtides totus cum ſcholijs, cõmentarioli in Heſiodũ ac Theocritũ, Euſtathius in totũ Homerum, Pauſanias, Pindarus cum accuratis commentarijs. Prouerbiorum collectio titulo Plutarchi, rurſus alia titulo Apoſtolij, cuius libri nobis copiam fecit Hieronymus Aleander. Erant & alia minuta, quæ uel nõ ſuccurrũt, uel non attinet referre. Horũ nihil adhuc fuerat typis euulgatũ. Nunc uiciſſim accipe candorẽ amici cuiuſdã Ciſalpini, quem in præcipuis habebam, nec habere deſij, quandoquidem amici mores noſſe, oportet, nõ odiſſe. Cum adornarem editionem Venetam, forte uidera apud illũ Suidam, cuius margines habebãt paroemias annotatas. Opus erat ingens, & erant euoluẽda plurima. Cupiens igitur hoc laboris lucrifacere, rogaui faceret eius uoluminis copiã uel ad horas paucas, dum puer notulas in meũ codicem tranſcriberet. Iterũ atq; iterum rogãti pernegauit. Cũ nullũ obteſtationis genus non admouiſſem, nec exorarem, rogabam num ipſe haberet in animo ædere prouerbia, me ceſſurũ perlubenter hoc opus felicius tractaturo. Deierabat nihil eſſe tale. Quid igitur, inquã, te mouet? Tandem ueluti tormentis adactus faſſus eſt, hæc iam euulgari, per quæ docti hactenus fuiſſent uulgò mirandi. Hinc illæ lachrymæ. Latitant in collegijs ac monaſterijs Germanorum, Gallorũ & Anglorũ peruetuſti codices, quos exceptis paucis adeo non cõmunicant ultro, ut rogati uel celent, uel pernegẽt, uel iniquo precio uendant uſum, decuplo æſtimatorum codicum. Tandem pulchre ſeruatos uel caries tineæq; corrumpunt, uel fures auferunt. Magnates autẽ adeo non adiuuant ſua benignitate rem literariam, ut exiſtiment nullam pecuniam perire perditius quàm quæ in tales uſus conſumitur: neq; quicquã omnino placet illis, unde non uectigal aliquod tollitur. Quòd ſi pari candore principes Ciſalpini proſequerentur honeſta ſtudia cum Italis, Frobeniani ſerpentes non tantum abeſſent ab opibus Delphinis Aldini. Ille lente feſtinans non minus auri ſibi peperit, quam nominis, utroq; dignus: Frobenius dum baculũ ſemper erectum gerit, nõ aliò ſpectans quàm ad publicam utilitatem, dũ à columbina ſimplicitate nõ recedit, dũ ſerpentum prudentiam magis exprimit inſignijs ſuis quã factis, fama potius diues eſt quàm re. Sed digreſſionũ iã modus eſto, nunc ad adagionis enarrationẽ noſtra ſeſe referat oratio. Triſariã uti licebit prouerbio: primũ ſi quando admonebimus, diutius deliberandũ. prius quã aggrediare negotiũ: poſtea quàm ſtatueris, tũ uclociter peragendũ, ut ad cõſultandi morã pertineat ancora, ad conficiendi celeritatem Delphinus. Huc pertinet Saluſtianũ illud: Antequã incipias, conſulto, ubi cõſulueris, mature facto opus eſt. Quam ſententiam Ariſtot. recenſet 6. Moral. lib. tanquã uulgò iactatã: aiunt, inquiens, de quibus iã deliberaris, ea celeriter eſſe peragẽda, cunctanter autem conſultandũ. Cuius autorẽ Biantem fuiſſe teſtatur Laërtius, qui ſolitus ſit admouere: βραδέως ἐγχειρῆν τοῖς πραττομένοις, ὅλ' ἅπαξ ἑλὼν, βεβαίως τηρῶντα διαμένειν. i. Cunctanter aggrediendum negotium, uerum in ſuſcepto conſtanter perſeuerandum: Nec admodum abludit hinc Mimus ille, Publianus opinor: Diu apparandum eſt bellum, ut uincas celerius. Item Ille: Deliberare utilia, mora tutiſſima eſt. Adde ijs prouerbium illud ἐν νυκτὶ βελή. i. In nocte conſilium. Præterea Sophocleum illud in Oedipo tyranno:

Φροντὶς γὰρ οἱ ταχεῖς, ὅκ ἀσφαλεῖς. id eſt,
Periculoſa eſt præpropera prudentia.

Addendũ his illud Platonis, quod alibi citauimus: Qui plus ſatis feſtinat initio, ſerius ad finem peruenit. Paulo diuerſius eſt, ſed tamen ad hanc referendum formam, quod ait Quintilianus: Præcox illud ingeniorũ genus non temere peruenire ad frugem. Et quod uulgò dicunt, qui pueri adhuc, & uelut ante tempus ſapiunt, eos in ſenectute ſtultos euadere. Quod Actius approbare uidetur, qui apud Gellium ait, ſibi in iuuenilibus ingenijs itidem ut in pomis immaturis placere acerbitatem: nam hæc demum matureſcere. Porrò maturitas tempeſtiuam adfert ſuauitatem, reliqua ante tempus putreſcere. Alter uſurpandi modus fuerit, cum admonebimus adfectus animi, rationis uelut habenis reprimendos eſſe, Siquidem Plato animum hominis in treis partitus partes, rationem, iracundiã, cõcupiſcentiam, in hoc philoſophiæ ſummam ſitum eſſe putat, ſi affectus pareant rationi non aliter

quàm

Ayuntamiento de Madrid

quàm regi, cui quidem ob id ipſum ſedem in cerebro, uelut in arce datam exiſtimat. Peripatetici, quorum ſignifer Ariſtoteles, affectus qui ſunt animorum impetus quidam, ceu ſtimulos quoſdã à natura datos exiſtimant, quibus ad uirtutis uſum excitemur, quanquã reclamantibus Stoicis & nominatim Seneca in libris quos ad Neronem ſcripſit, de ira. Putant enim affectus huiuſmodi non modo nihil conducere ad uirtutem, uerumetiam officere: quanquam ne iſti quidem inficias eunt, in animo ſapientis illius quẽ imaginãtur, relinqui primos impetus, antecertere ſolitos rationi, quos funditus extirpare non queas: Verũ ij, ne conſequatur aſſenſio, protinus à ratione reijciantur. Hoc innuit Homerus, cum Iliad. primo, Pallas à tergo adſtat Achilli, iamq; manũ admouentem gladio, coërcet. Igitur uiolentos illos animi motus, Delphinum recte dixeris: ancoram moderatricem ſapientiam. Seneca ſcripſit, nulli rei prodeſſe moram, niſi iracũdiæ. Imò quicquid impẽſe cupimus, aut odimus, ibi ſalutaris eſt mora. Plutarchus in Apophthegmatis Romanorum narrat Athenodorum philoſophũ, cum ob ſenium impetraſſet ab Octauio Auguſto ueniam redeundi domum, admoniſſe illum, ut ne quid iratus diceret, faceret'ue, prius quàm uiginti quatuor Græcorũ literas apud ſe nominatim recenſuiſſet. Quo audito reſpondit, ſibi illo adhuc opus eſſe, quo diſceret & tacendi artem: atq; hoc prætextu totũ annũ hominem apud ſe detinuit. Huc ſpectat etiam Terentianum illud: Vide ne nimium calidum hoc ſit modo. Sunt autem quædam ingenia, quibus calcaribus eſt opus: ſunt quibus freno. Proinde recte ueteres illi à Delphino ancoram complecti uoluerunt, quod oporteat alterum altero temperari, & utrunq; cum altero coniungi, quo uidelicet eiuſmodi quidam animi habitus exiſtat, qualem Plato conflari putat ex muſica, gymnaſticaq;, ſi pariter exerceantur. Tertia utendi ratio fuerit, eum admonebimus in omni negotio uitandam præcipitem celeritatem, quod uitij quibuſdam ingenijs peculiariter inſitum eſt, at illis in omni re quantulacunq; mora longa uideatur. Huiuſmodi feſtinationis comites eſſe ſolent, error, & pœnitentia, iuxta ueriſiculum illum apud Græcos celebrem:

Πρόπετέα πολλοῖς ἔστιν ἀτέλεια κακῶν. id eſt,
Multis malorum eſt cauſa præcipitantia.

His occinendum nobile illud Catonis dictum: Sat cito, ſi ſat bene, cuius mentionem fecit diuus Hieronymus, ſcribens ad Pammachium in hæc uerba: Scitum eſt illud quoq; Catonis: Sat cito, ſi ſat bene, quod nos quondam adoleſcentuli, cum à perfecto oratore in præfatiuncula diceretur, riſimus. Meminiſſe te puto erroris mutui, cum omne Athenæum ſcholaſticorum uocibus cõſonabat: Sat cito, ſi ſat bene. Hactenus Hieronymus. Quadrabit & in illos qui præpropere famam affectant, maluntq; paratam ac magnam, quàm ſolidam & perpetuam. Solent enim præcocia ſubito flacceſcere. Quod autem paulatim accreſcit durabile eſt. Horatius,

Creſcit occulto uelut arbor æuo Fama Marcelli.

Et Pindarus in Nemeis hymno 8. Αὔξεται δ' ἀρετὰ, χλωραῖς ἐλέγοις ὡς ὅτε δένδρεον ἀΐσσῃ, σοφοῖς ἀνδράσιν ἀρθεῖσα ἐν δικαίοις τε νεὸς ὑγρὸν ἄθλεα. i. Augeſcit autem uirtus, ueluti cum arbor uirenti rore ſurgit, ſapientes inter uiros ſublata iuſtosq;, ad liquidum æthera. In ſumma, quicunq; uel ſocordia peccant, uel immoderato impetu, ijs illud Octauij Cæſaris, σπεῦδε βραδέως, ſimul ſymbolum illud olim Titi Veſpaſiani, nunc Aldinum, oportebit in memoriam reuocare, ut Delphini atque ancoræ meminerint.

Pedetentim. II

Κατὰ πόδας βάσιν, Græcis prouerbio dicitur, quod Latini reddiderunt, pedetentim, ubi quis non præcipitanter atq; inconſiderate, ſed ſenſim atque cunctanter aggreditur negotium, atq; arte rem gerit magis quàm impetu. Translatũ ab his qui cautim, ac prætentantes perglaciem, locum'ue lubricum ingrediuntur. Terent. in Phorm. Dij bene uertant quod agas, pedetentim tamen. Quintilianus: At ſi quod ſecundo loco diximus, neſciet actor, quid propoſiti teſtis attulerit, paulatim, & ut dicitur, pedetentim experietur. Alexis comœdiarum ſcriptor iam extremæ ſenectutis, quum lento inceſſu inambulans rogaretur à quodam quid ageret? κατὰ πόδας βάσιν, inquit, ἀποθνήσκω. id eſt, pedetentim morior. M. Tullius De officijs lib. 1. Sin minus, ſenſim erit pedetentimq; faciendum. Idem in oratione pro P. Quintio: Viri boni quum palim fraudentur, quum experiundi poteſtas non eſt, timide tamen, & pedetentim iſtuc deſcendunt, ui ac neceſſitate coacti, inuiti, multis uadimonijs deſertis, ſæpe illuſi ac deſtituti. Et in Verrinis actione ſecunda, Quæ tamen à me pedetentim cauteq; dicentur.

Placide bos. III

ἀτρέμας βῦς. id eſt, Lente bos, ſubaudiendum, incedit, aut ſimile quippiam. Congruet in illos, qui placide ac paulatim, citraq; tumultum, ſed tamen aſſiduitate rem conficiunt. Equorum laus eſt uelocitas. Boues non ualent celeritate, ſed uiribus & aſſiduitate pollent, non impetu. Proinde in pugna ſtataria, uel leonibus formidandum animal, & ad exhauriendos ingentes labores appoſitum. Eodem pertinet illud: Bos laſſus fortius figit pedem. In ſacris precibus, tradit Plutarchus in commentario de Oſiride & Iſide, mulieres Heleas publicis ac ſolennibus uotis ad hunc modum ſolitas Bacchum inuocare, ut accederet βοὶῳ ποδὶ. i. Bubulo pede: ſiue quòd huic animanti, cum ſit uiribus immenſis præditum, deinde tanta corporis mole, tamen peculiare uideatur molliter, quaſiq; pedetentim ingredi, nulloq; ſtrepitu: uel quòd bouis pedes arua calcatu reddunt meliora, quum reliquorum animantium noceant.

Tacito pede. IIII

Huic ſimillimum eſt, quod indicauit, quiſquis is fuit, certe haud quaquam indiligens ſcriptor, qui Rhetoricam Ariſtotelis exponit, ἡσύχῳ ποδὶ. id eſt, Tacito pede, ſeu lento pede, cum cautim ac pedetentim ad rem accedimus. Apud Latinos aliquanto ſecius uſurpatur tacito pede, pro furtim ac clanculum, ut apud Ouidium:

Tempora labuntur, tacitiſq; ſeneſcimus annis.

Id imitatus Columella in carmine:

Tacito nam tempora greſſu
Diffugiunt, nulloq; ſono conuertitur annus.

Cuminiſector. V

Impendio parcus ac ſordidus, olim prouerbio κυμινοπρίστης. i. Cumini ſector dicebatur. Teſtis eſt Ariſtoteles libro Moralium quarto, Τέταρτον ἡ μὴ ὁ κυμινοπρίστης ἢ τῶν ὁ τοιοῦτος. i. Ex hoc genere eſt Cumini ſector, & quiſquis eiuſmodi. Meminit & Theocritus Idyllio K.

Κάλλιον ὦ ποιμενικὰ φιλάργυρε τὼς φακὼς ἑλεῖν
Μὴ ποτάμῃς τὴν χεῖρα καταπρίων τὸ κύμινον. id eſt,
Lenticulam coquere, paſtor tibi præſtat auare,
Ne fodias digitos, cupiens ſecuiſſe cuminum.

Scholiaſtes non diſſimulat uulgò ſic dici ſolitos, homines præter modum frugales ac parcos. Item Alexis in Philocalo apud Athenæum libro octauo:

Ἀλλ' εὖ οἶδ' ὅτι
Κυμινοπρίστης ὁ τρόπος ἐστὶ σοὶ πάλαι. id eſt,
Cæterum noui probe,
Cyminopriſtæ olim eſſe iam mores tibi.

Eſt autem cuminum per ſe quidem exilis herba, tum præcipue genus Aethiopicum, quod Hippocrates, autore Plinio, regium appellat, quod olim ſerebatur à male precantibus, autore Plutarcho, atque ita felicius prouenire creditum eſt. Quo magis quadrat in hos huiuſmodi conuiciũ, qui ob parſimoniam

Ayuntamiento de Madrid

ſimoniam male audiunt. Idem Plutarchus Conuiualium quæſtionum decade ſecunda, ſignificat hominem uehementer parcum, cuminum appellari ſolere. Siquidem loquens de ijs dicterijs, quæ citra dolorem dici poſſunt: Velut, inquit, ſi quis hominem ſplendidum ac benignum, cimbicon appellet, aut cuminum. Eſt autem κύμβικον Græcis apicula, ſeu parſimonia, Suida interprete, Heſychius legit cimbion, addens dici ſolitum in parcos: κύμβον autem dici fundum ollæ fictilis. Ariſtotel. lib. quem modo citauit, ait, homines perparcos κυμβικας uulgò dici ſolitos. Iulius Pollux βέμβικας, opinor, quòd per domum obambulent ſemper murmurantes. Nam βέμβιξ trochus eſt quo ludunt pueri. Apud eundem mulier impendio ſordida ὀβολοςάτις, uir ὀβολοςάτης dicitur, quaſi minutiſſima quæque ad ſtateram expendens, unde & ὀβολοςατεῖν. Euſtathius autem indicat eoſdem & λιμοκίμβικας & κυμινοκίμβικας dici, putatq; uocem dictam ab auro adulterino. Heſychius addit eoſdem uocari καρδαμογλύφας, quòd aliquid deſculpant è naſturtio ob parſimoniam. Nec deſunt qui eoſdem κνίφας & κνίπας ſiue κνίφας (nam utrunque ſcriptum reperio) uocant. eſt autem cnips animalculum culici non diſſimile.

Ficos diuidere. VI

Huic affine eſt quod refert Martialis libro Epigram. 5. σῦκα μεϊζειν. id eſt, Ficos diuidere: unde licebit & cognomen fingere συκοπείςης. Martialis carmen eſt huiuſmodi:

Quadringenta ſecat, qui dicit σῦκα μείζει.

Sordidum ac parcum ſignificans, etiamſi ditiſſimum. Captatus autem eſt iocus ex uocis amphibologia ſectoris.

Myconius caluus. VII

Μυκώνιος φαλακρὸς. id eſt, Myconius caluus. Strabo libro Geographiæ 10. refert uulgò Myconios caluos dici ſolitos, quòd in ea inſula uitium hoc quaſi gentilitium ſit, atq; omnibus fermè commune. Idem affirmat Plinius libro 11. cap. 37. Meminit & Stephanus. Eſt autem Myconus una Cycladum inſularum. Quanquam Herodotus in quarto ſcribit, in Scythia quoq; gentem eſſe ab ipſo natali caluam. Admonet & Donatus grammaticus, Hecyram interpretans Terentianam, prouerbio dictum caluus Myconius, citatq; Lucilij teſtimonium: Myconi omnis calua iuuentus. Tuetur autem Terentium, qui à nonnullis hoc loco imperitiæ nomine reprehenderetur, quòd cum Apollodorus caluum dixerit, ipſe criſpum mutauerit: putatq; poëtam non inſcitia, ſed facetius etiam per ironiam dixiſſe criſpum, quàm ſi caluum dixiſſet. Quod quidem etiam ipſum prouerbium reſipit de rariſ inuentu: ueluti ſi quis Scytham dicat eruditum, Italum bellacem, negotiatorem integrum, militem piũm, aut Pœnum fidum. Erit autem elegantius adagium, ſi caluos homines, raróq; capillitio ſimpliciter Myconios appellemus, perinde ut ſiquis faſtuoſum Sybaritam nominet, negotiatorem Phœnicem. Notati ſunt olim & alio nomine Myconij, quòd ob tenuitatem alienas cœnas captarent: proinde qui inuocati ad conuiuium uenirent, Myconij more uenire dicebantur. Inuehitur enim in Periclem Archilochus apud Athenæum in primi libri fragmentis, ὡς ἄκλητον ἐπεκαλέσω δεῦρο ἐς τὰ συμπόσια μυκονίων δίκας, uelut qui inuocatus ingereret ſe ad conuiuia Myconiorum more.

Cum aqua fauces ſtrangulet. VIII

Ariſtoteles Moralium libro 7. citat huiuſmodi quoddam adagium: ὁ ὑγρᾶς ἡψυχῶς τῇ παροιμίᾳ, ἣν ἡ φαμέν, ὅταν τὸ ὕδωρ τὸν φάρυγα πνίγῃ, τί δεῖ ἔτι πίνειν; id eſt, Intemperans autem obnoxius eſt prouerbio, quo dicimus: Cum aqua fauces ſtrangulet, quid iam opus eſt bibere? Refert idem in eundem uſum libro Moralium Eudemiorum 6. diſputans de eo, qui prudens intemperantiæ uitio obnoxia ſequitur, haud quaquam ignorans, quid ſit optimum: hunc autem longe infanabiliorem eſſe eo, qui falſus opinione non expetenda expetit. Vſurpauit & Galenus alicubi: ὅταν τὸ ὕδωρ πνίγῃ τί ἐπιῤῥοφήσομεν; ideſt, Quum aqua præfocat, quid inſuper ſorbebimus? Fortaſſis Galenus ſcripſerat, τί ἔτι ῥοφήσομεν. Quadrat in eos, qui in abſurdiſſima ſententia pertinaciter manent, uel manifeſta negantes, quibus cum fruſtra diſceptes. Conſtat enim faucibus ſiti arentibus aquam eſſe remedio, ac ſoluere præfocationem. Confine illi, quod alibi diximus:

Nil intra eſt oleam, nil extra eſt in nuce duri.

Dimidio uitæ nihil differunt felices ab infelicibus. IX

Ariſtoteles Moralium lib. 1. ὁ δ' ἀγαθὸς καὶ κακὸς ὅτι σα διάδηλος καθ' ὕπνον, οὗτον φασὶν ἁδὲν διαφέρειν τὸ ἥμισυ τῆς βίου τοὺς εὐδαίμονας τῶν ἄλλων. id eſt, Porrò probus atq; improbus nequaquam in ſomno dignoſcuntur. Vnde natum eſt ut dicant: felices nihil à reliquis diſtare dimidio uitæ. Idem refert lib. Eudemiorum 2. reddens hanc cauſam, quòd dormientes nihil agant, Ex actionibus autem naſcitur felicitas aut infelicitas hominis. Proinde non inſcite dixit Ariſton apud Plutarchum in commentario De contentione ignis & aquæ: Ολίγου χρόνου τῷ βίῳ τοῖς ἀνθρώποις δεδομένου, ὕπνου εἶον τελώνης τὸ ἥμισυ ἀφαιρεῖται τοῦτο. id eſt, Cum exiguum uitæ tempus datum ſit hominibus, ſomnus uelut publicanus dimidium eius aufert. Plato lib. De legibus 7. Καθεύδων γὰρ οὐδὲν οὐδενὸς ἄξιος, οὐδὲν μᾶλλον τοῦ μὴ ζῶντος. id eſt, Nullus enim dormiens alicuius eſt pretij, nihilo magis quàm is, qui uiuus non eſt. Prouerbium conſolatur parum fortunatos, diuitumq; ac potentium inſolentiam retundit. Somnus enim adimit nobis noſtri ſenſum, unde fit, ut neque miſeris moleſta ſit ſua calamitas, neque fortunatis iucunda felicitas. Præterea felicitas, iuxta philoſophos, ſita eſt in actu rationis per habitum uirtutis: ſomnus autem quies eſt animi, bonis pariter ac malis communis.

In eadem es naui. X

M. Tullius Epiſt. famil. lib. 2. ad Curion. Et ſi, ubicunque es, ut ſcripſi ad te antea, in eadem es naui, tamen quod abes gratulor. In eadem es naui dixit, pro eo quod eſt: in communi periculo. Siquidem ad eos qui eodem uehuntur nauigio, periculum naufragij cõmuniter pertinet: neq; magnopere refert, in prora ſint, an in puppi, an in carina, cum nihilo magis abſint à diſcrimine. Idẽ alibi: Hoc miror enim querorq;, quenquam hominem ita peſſundare alterum uelle, ut etiam nauim perforet, in qua ipſe nauiget, hoc eſt, ut rempublicam euertat, cum qua ſit etiam ipſi pereundum. Ariſtophanes in Veſpis:

Περὶ γὰρ πόλεως ὅδε ὁ σκάφος ὅλος. id eſt,

De ciuitate eſt, nauc de tota puta. Eſt autem familiare poëtis à nauibus ad rempublicam ſimilitudinem mutuari.

Qui arat oliuetum. XI

Columella De Re ruſtica libro ſexto, parœmiam huiuſmodi refert: Quinetiam, inquit, compluribus interpoſitis annis oliuetum putandum eſt. Nam ueteris prouerbij meminiſſe conuenit: Eum qui aret oliuetum rogare fructum, qui ſtercoret exorare, qui cædat cogere. Alluſit huc Vergilius primo Georgicôn:

Exercetq; frequens tellurem, atque imperat aruis.

Huic adagio locus fuerit, ubi ſignificabimus fieri non poſſe, quin uoto potiatur is, qui curam extremam impenderit. Vulgaris enim diligentia quaſi rogat, mediocris impetrat, extrema cogit. Alluſio fit ad eos, qui à principibus improbo ſtudio officioq; ſic impetrant, ut non precibus, ſed ui uideantur impetraſſe. Laudatur, atque imitandus proponitur in Euangelicis etiam literis flagitator importunus.

Difficilia quæ pulchra. XII

Δύσκολα τὰ καλὰ. id eſt, Ardua quæ pulchra. Extat apud

Ayuntamiento de Madrid

Platonem in Hippia maiore in calce dialogi, τὴν δὲ παροιμίαν ὅτι ποτὲ λέγει τὸ, χαλεπὰ τὰ καλά, δοκῶ μοι εἰδέναι. id eſt, Nam quod ait prouerbium, difficilia eſſe quæ pulchra ſunt, uideor mihi intelligere. & in Cratylo, circa initium: παλαία παροιμία ὅτι χαλεπὰ τὰ καλά ἐστιν. id eſt, Vetus prouerbium eſt, difficilia eſſe quæ ſunt egregia. Citatur alicubi à Luciano. Item à Plutarcho in libello De liberis inſtituendis, prouerbij nomine. Quidam prodiderunt Pittacum ubi ſemel abdicaſſet imperio, dixiſſe, χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι. i. Difficile bonum eſſe. Porrò Solonem Pittaci mollitiem atq; ignauiam taxantem, dixiſſe, χαλεπὰ τὰ καλά. id eſt, Difficilia quæ honeſta: utriuſq; dictum in prouerbium abijt. Vſurpauit Plato lib. de Rep. 4. ἴσως δὲ ὦ σώκρατες τὸ λεγόμενον ἀληθὲς, ὅτι χαλεπὰ τὰ καλά. id eſt, Fortaſſis enim uerum eſt ô Socrates quod dici ſolet, difficilia eſſe quæ pulchra ſunt. Vſus eſt eodem libro Politiæ 2. πάντες δὲ ἑνὸς στόματος ὑμνοῦσι, ὡς καλὸν μὲν σωφροσύνη τε καὶ δικαιοσύνη, χαλεπὸν μέντοι καὶ ἐπίπονον. id eſt, Omnes enim uno ore canunt, Honeſtam quidem rem eſſe temperantiam ac iuſtitiam, ſed difficilem tamen ac laborioſam. Vtitur eiuſdem operis lib. 6. ac 7. & alijs compluribus locis. Sunt qui hinc arbitrentur natam paræmiam: Periander Corinthius, initio populariter ac moderate gerebat imperium, poſtea uerſis moribus, tyrannice agere cœpit. Id ſimul atq; cognitum eſſet Pittaco Mytilenæo, diffiſum de ſui ipſius animi conſtantia, magiſtratum depoſuiſſe, relictoq; imperio in exilium abijſſe. Per contantibus deinde quibuſdam, qua gratia fugiſſet imperium, reſpondiſſe, quòd admodum eſſet arduum, probum eſſe, propter mutatum Periandrum: quibus auditis, Solonem addidiſſe ſuum apophthegma, χαλεπὰ τὰ καλά. Huc ſpectat illud quoque quod meminit Plutarchus in commentario περὶ ἀυσωπίας, Platonem, cum Heliconem quendam Dionyſio datis literis cõmendaſſet, ſcribens illum uirum probum ac modeſtum, adſcripſiſſe in calce epiſtolæ, γράφω δέσοι ταῦτα περὶ ἀνθρώπου, ζώου φύσει ἐυμεταβόλου. id eſt, Hæc autem tibi ſcribo de homine, uidelicet animante natura mutabili. Nec abſurde quis referat ad celeberrimam illam Heſiodi ſententiam:

Τὴν μέν τοι κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἔστιν ἑλέσθαι
Ῥηιδίως, ὀλίγη μὲν ὁδὸς, μάλα δ' ἐγγύθι ναίει.
Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
Ἀθάνατοι, μακρός τε καὶ ὄρθιος οἶμος ἐφ' αὐτὴν
Καὶ ῥηχὺς τὸ πρῶτον· ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηαι
Ῥηΐδίη δ' ἤπιτα πέλει χαλεπήπερ ἔασα. id eſt,
Omnino uitium facile eſt contingere cuiuis.
Eſt uia ad id breuis, & uicina in ſede moratur,
Contra uirtutem ſudoribus undique diui
Præſepſere, & longus ad hanc perq; ardua callis,
Aſper & eſt primum: ſed ubi alta cacumina uictor
Contigeris, iam fit facilis, licet arduus dudum.

Neque quicquam eſt tritius eo, quod dixit Ariſtoteles libro Moralium Nicomachiorum 2. Περὶ τὸ χαλεπώτερον ἀεὶ καὶ τέχνη καὶ ἀρετή. id eſt, Et ars & uirtus circa id uerſatur, quod eſt difficilius. Eodem pertinet: Litera Pythagoræ diſcrimine ſecta bicorni. Et euangelicũ illud de uia arcta, quæ ducit ad uitam. Item de duplici uia apud inferos, quarum altera ducit ad campos Elyſios, altera ad malam rem. Diximus alibi de Litis & Ate, quæ fabula declarat, multo difficilius eſſe bene facere quàm male, ſarcire concordiam, quàm rumpere. Eam ſententiam Pindarus extulit in Pythijs hymno quinto: ῥᾴδιον μὲν πόλιν σείσαι καὶ φαυστέροις, ἀλλ' ὑπὲρ χώρας αὖθις ἔσται δυσπαλὲς δὴ γίνεται δ' ἀπίνας, εἰμὴ θεὸς ἀγεμόνεσσι κυβερνατὴς γένηται. id eſt, Facile eſt ciuitatem commouere, etiam malis. Cæterum in locum priſtinum illico reponere difficile ſanè eſt, ni deus principibus gubernator contingat, Retulimus alibi quod in ſeditione etiam Androclides abiectiſſimus belli ducem agat. Et nos hac ætate uidimus, per quos quanti tumultus excitati ſint. Celebratur elegans Lacedæmonij dictum, apud quem cum quidam laudibus uehcrent Philippum, quòd ciuitatem opulentiſſimam euertiſſet: Atqui, inquit, non poſſet talem condere. Huiuſmodi uoces inſcribi deberent principum animis, qui cum ne minimam quidem urbeculam extruant, dij ſibi uidentur, quòd urbes & agros perdant.

Colophonia ferocitas. XIII

Κολοφώνεια ὕβρις. id eſt, Colophonia ferocitas. In inſolentes, qui ferociter deſpiciunt, & affligunt humilioris fortunæ homines. Aut in eos, quibus ſua ferocitas exitium attulit. Sumptum ab arrogantia ſuperbiaq; eius gentis. Refertur à Diogeniano in adagiorum collectaneis. Theognis,

Ὕβρις καὶ μάγνητας ἀπώλεσε καὶ κολοφῶνα. id eſt,
Perdidit & Colophona ferox mens & Magnetes.

De gentis huius ferocia nonnihil dictum eſt nobis in prouerbio, Colophonium ſuffragium.

Nemini fidas, niſi cum quo prius modium ſalis abſumpſeris. XIIII

Vulgò apud noſtrates circunfertur adagium, haud fidendum eſſe cuipiam, niſi cum quo prius modium ſalis abſumpſeris. Significant autem hominis ingenium non poſſe perſpici, niſi diuturno conuictu, longoq; commercio. Apparet prouerbium hoc ab antiquitate profectum eſſe. Quandoquidem Ariſtoteles lib. Moralium 8. ſimile quiddam refert his quidem uerbis: ἔτι δὲ προσδεῖται χρόνου καὶ συνηθείας, καὶ τὴν παροιμίαν δὲ, ὃν ἔφην εἰδῆσαι ἀλλήλους περὶ λεγομένους ἅλας συναναλῶσαι. id eſt, Præterea autem ſpatio temporis & conſuetudine opus eſt. Siquidem iuxta prouerbium fieri non poteſt, ut nos mutuo pernoſcamus antequam ſalis quem dicunt, modium pariter abſumpſerimus. Idem Moralium Eudemiorum lib. 7. Διὸ εἰς παροιμίαν ἐλήλυθεν ὁ μέδιμνος τῶν ἁλῶν. id eſt, Quapropter in prouerbium abijt ſalis modius. Eodem in libro refert illud quoque ex poëta quopiam hemiſtichium, ni fallor:

Οὐδ' ἄνδρα χρόνος φίλος. id eſt,
Nõ eſt amicus abſq; tẽporis mora. Addit ex Theognide,
Οὐ γὰρ ἂν εἰδείης ἀνδρὸς νόον ἐσθλὸν ἐόντα,
Πρὶν πειρήσαιο ὥσπερ ὑποζυγίου. id eſt,
Haud noſſe ingenium uæ uiri licet aut muliebre,
Vt nec iumenti, ni experiare prius.

Notat hanc paræmiam & Plutarchus in comment. περὶ φιλαδελφίας, his quidem uerbis, Τὸν μὲν γὰρ ἀλλότριόν, ὡς ἔλεγε θεόφραστος, οὐ φιλοῦντα δεῖ κρίνειν, ἀλλὰ κρίνοντα φιλεῖν. ὅπου γὰρ ἡ φύσις ἡγεμονίαν τῇ κρίσει πρὸς σύνοδον δίδωσιν, οὐδὲν ἀναμένει τὸν θρυλλούμενον τῶν ἁλῶν μέδιμνον, ἀλλὰ συνεγγύησε τὴν ἀρχὴν τῆς φιλίας, ἐνταῦθα δεῖ μὴ πικρὸν εἶναι μηδὲ ἀκριβῆ τῶν ἁμαρτημάτων ἐξεταστήν. id eſt, Alienos enim, quemadmodum ait Theophraſtus, non oportet amantem iudicare, ſed amare poſtea quam iudicaris. Siquidem ubi natura ipſa dux eſt ad beneuolentiam præcedens iudicium, neq; expectans illum uulgò celebratum ſalis modium, quippe quæ amicitiæ ſeminarium inſeuerit, ibi non oportet acerbos & exquiſitos eſſe delictorum expenſores. Meminit huius paræmiæ & M. Tullius in ſermone de amicitia: Verum illud eſt quod uulgò dicitur: Multos modios ſalis ſimul edendos eſſe, ut amicitiæ munus expletum ſit. Huc pertinet illud quoque Sophoclis in Oedipo:

Χρόνος φίλιστον ἄνδρα διέκνυσιν μόνος,
Κοὐδὲν γ' ἐν ἡμέρᾳ γνοίης μόνῃ. id eſt,
Mora temporis probum arguit tantum uirum,
At improbum uel unico agnoſcas die.

Huc pertinet etiam ille ſenarius prouerbialis.

Ayuntamiento de Madrid

Ηθος δὲ βάσανός ἐστιν ἀνθρώποις χρόνος. id est,
Nota morum & index tempus est mortalibus.

Idem admonet illud Epicharmi:

Νῦφι καὶ μέμνασο ἀπιστεῖν. id est,
Sobrius sis, ac memineris nemini confidere.

Versus integer refertur apud Cic. lib. Epist. ad Attic. 1. Atq; ita tamē nouis amicitijs implicati sumus, ut crebro mihi uafer ille Siculus insusurret Epicharmi cantilenam illam suam.

Νᾶφι καὶ μέμνασ' ἀπιστᾶν, ταῦτα νεῦρα τᾶ φρενῶν.

Sic enim carmen Trochaicum è uestigijs codicum restituimus, ne quis temere deprauet. Nam quod νᾶφε dixit pro νῆφε, & μέμνασο pro μέμνησο, διαλέκτου proprietas est. Cicero in libello De petitione consulatus, Quamobrem Epicharmion illud teneto, neruos atque artus esse sapientiæ, non temere credere. Item illud Euripidis in Helena:

-Σώφρονος δ' ἀπιστίας
Οὐκ ἔστιν ἀνθρώποισι χρησιμώτερον βροτοῖς. id est,
Prudente diffidentia
Haud alia res utilior est mortalibus.

Inuenio citatum mutilatim ad hunc modum:

Ἀλῶν μέδιμνον ἀποφαγών. id est,
Modium salis postquam ederis.

Quo quidē licebit uti, si dicas: Vide quid agas, qui tua arcana credas isti, nondum ἅλων μέδιμνον ἀποφαγών. Aut sic: Tum demum isti fidas ἅλων μέδιμνον ἀποφαγών. Est autē iambicus dimeter, ex poëta quopiā, sicuti conijcio, sumptus.

Leporem non edit. XV

Antiquitus superstitiose creditum est, esu leporinæ pulpæ conciliari formam. Vnde extat iocus Martialis in Gelliam lib. 5. quæ misso lepore addebat ex uulgata opinione ad muneris commendationem:

Formosus septem Marce diebus eris.

Id poëta in ipsam torquens, quæ deformis esset:

Si me non fallis, inquit, si uerum lux mea dicis,
Edisti nunquam Gellia tu leporem.

Plinius lib. 28. cap. 9. scribit leporem in cibis sumptum gratiam corporis in septem dies conseruare. Lampridius scribit poëtam quendam in Alexandrum Seuerum quòd quotidie uescereturleporina, ita lusisse,

Pulchrum quòd uides esse nostrum regem,
Quem Syrum sua detulit propago,
Venatus facit & lepus comesus,
Ex quo continuum capit leporem.

Primum carmen uitiatū est. Hos uersus eū quidam ex amicis ad Alexandrum detulisset, respondisse fertur in hāc sententiam satis Christiane, Nam hoc illi ab inimicis obiectum est, quod Mosen & Christum quendam haberet in larario.

Pulchrum quòd putas esse uestrum regem
Vulgari miserande de fabella,
Si uerum putas esse, non irascor,
Tantum tu comedas uelim lepusclos:
Vt fias animi malis repulsis
Pulcher, nc inuideas liuore mentis.

Si uides lector parum obseruatas metri leges, memineris Imperatorem scripsisse, cuius est præscribere leges, non parēre. Est autem & piscis lepus appellatus, qui uenenum habet immedicabile, si quis imprudens ederit. In Indico mari etiam contactu necat hominem, autore Plinio: lenta tabe cōsumit. Malum hac deprehenditur nota, quod piscem olent, qui ederint. Huic homo ulciſim pestilens est, cuius contactu protinus emoritur. Hoc cibis admixto, multos sustulit Domitianus, eodem Titum fratrem sustulisse creditur, ut autor est Philostratus in Apollonij uita. Proinde in hos qui contabescunt, nec ulla medicorum ope possunt restitui, dici poterit. Edit leporem marinum.

Plena manu. XVI

Plena manu, pro eo quod est ampliter, copiosè, prolixe, minimeq; maligne. Translatum ab ijs qui nō minutim & parce, sed plena manu largiuntur. Cicero ad Attic. lib. 2. At hercle alter familiaris tuus Horatius, quàm plena manu, quàm ornate nostras laudes in astra sustulit. Seneca in Declamationibus: Liberaliter hodie, & plena manu faciam. Idem in ludicro quod scripsit in Claudium Cæsarem: At Lachesis, quæ & ipsa homini formosissimo faueret, fecit illud plena manu, & Neroni multos annos donat. Fit lepidius, quo magis ad animi res transfertur.

Sine riuale diligere. XVII

Sine riuale diligere dicuntur, qui stulte mirantur, quod nemo alius concupiscat. Veluti simia catulos suos & miratur, & amplectitur, & indocti poëtæ suas nugas soli diligunt. Sumpta est allegoria ab amantibus, quibus est amica deformis, & quam alius nemo uelit. Extat adagium in Epistolis Ausonianis. M. Tullius ad Atticum lib. 6. Huius nebulonis oratione si Brutus moueri potest, licebit eum solus ames, me æmulum non habebis. Item lib. ad Q. fratrem 3. O dij, quàm ineptus, quā se ipse amans sine riuali. Horat. in arte poëtica:

Nullum ultra uerbum aut operam sumebat inanem,
Quin sine riuali teq; & tua solus amares.

Pedibus trahere. XVIII

Pedibus trahere, est rem pro suo arbitratu uersare. M. Tullius ad Atticum libro 4. Non recordor unde ceciderim, sed unde surrexerim. Fratrem meum & te si habeo, per me pedibus ista trahuntur. Idem lib. 7. Epistolarum familiarium: Nam de iudicijs quod quereris, multo laboro minus. trahuntur per me pedibus omnes rei. Apud T. Liuium tertiæ Decadis lib. 4. Andronodorum parantem cedere principatu, Demarata uxor admonuit uocis quam Dionysius usurpare solebat. Non equo insidentem, sed pedibus tractum debere relinquere tyrannidem: quod facili momento esset quo quis uellet die cedere possessionem magnæ fortunæ, facere & parare eam difficile atq; arduum esse. Ex his uerbis liquet eos pedibus trahi, qui plane uicti, sunt in potestate uictoris. Metaphora ducta uideri potest, uel à Vulcano illo Homerico, quem Iupiter ut longe uiribus præstantior, pedibus tractum è cœlo deiecit, quemadmodum testatur ille:

Ῥῖψε ποδὸς τελαγὼν ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο. id est,
Protractum pedibus supero deiecit Olympo.

Vel ab eiusdem Hectore, cui uictor Achilles lib. Iliados 22.

Ἀμφοτέρων μετόπισθε ποδῶν τέτροφε τένοντε
Ες σφυρὸν ἐκ πτέρνης, βοέους δ' ἐξῆπτεν ἱμάντας,
Ἐκ δίφροιο δ' ἕλκετο, κάρη δ' ἔλκεσθ' ἕαστο. id est,
Quā post ambo pedes calcaneus imus adhæret
Talo, transfodit neruos, ac bubula lora
Inseruit, corpus de curru deligat alto,
Pendulum at interea trahitur caput.

Trahitur ad eundem modum & Cacus apud Maronem lib. 8. ab Hercule uictore:

-Pedibusq; informe cadauer Protrahitur.

Iuuenalis Satyra quinta:

Duceris planta uelut ictus ab Hercule Cacus,
Et ponere foras, si quid tentaueris unquam Hiscere.

Naribus trahere. XIX

Τὸν ῥῖνὸς ἕλκεσθαι. id est, Nare trahi, est citra iudicium alieno arbitratu quouis adduci. Metaphora mutuo sumpta à bubalis animantibus, qui anulo in summam narem inserto circunducuntur, non aliter quàm equi freno. Quanquam & equis lignum aut ferrum dentatum in nares inseritur, aut etiam in morsum ad cohibendam eorum ferociam. Id instrumentum Postomin appellatum indicat Nonius. Lucianus in Dialogo quodam Iunonis & Iouis, Σὲ μὲν καὶ πάνυ τινὸς

Ayuntamiento de Madrid

γε δεσπότης ἐστὶ, καὶ ἄγῃ σε καὶ φέρῃ τὸ ξυνὸς φασιν ἕλκων. id est, iste quidem modis omnibus tibi dominatur, ducitq; te, & circumagit, ipsa, quod dici solet, nare trahens. Idem in Hercsibus, Οὐδὲν κωλύσῃ σὲ τὸ ξυνὸς ἕλκεσθαι ὑφ' ἑκάστων. id est, Nihil obstiterit, quo minus a quibusuis nare traharis. Obtorto collo trahi dicuntur, qui uolentes nolentes ad aliquid adiguntur. Philostratus in Heliodoro pro eodem dixisse uidetur, mento trahere, ἀλλὰ παράγαγων αὐτὸν εἰς τὰ δικαστήρια, ἄκοντά τε καὶ τῷ γνάθῳ ἕλκων. id est, Sed adduxit illum ad tribunalia, & nolentem & mento trahens. Id translatum est ab equis, quos equisones inferiore labro trahunt, donec imponant frenum.

Barbarus ex triuio. XX

Βάρβαρος ἐκ τριόδου. id est, Barbarus ex triuio. In hominem dicebatur extremæ humilitatis, ac prorsum nullius precij, perinde quasi dicas, extremum ac uilem seruulum alicunde è triuijs emptum, non dono datum, aut domi natum: Lucianus in eum à quo fuerat Prometheus appellatus, Οἷος ἐκ τριόδου βάρβαρός τις παρὰ μαγείρου. i. Qualis penè barbarus quispiam è triuio. Quinquàm quidam hoc loco legunt non barbarus, sed Βόρβορος ἐκ τριόδου. id est, Cœnum è triuio, quæ lectio sola probanda est, mea quidem sententia, propterea quòd eo loco de luto fiat mentio, non de barbaro quopiam. Item Plato lib. De repub. 7. καὶ ἴσως ὅτι ἐν βορβόρῳ βαρβαικῷ τινι. id est, ac reuera in cœno quopiam barbarico. Loquitur de anima demersa tenebris ignorantiæ.

Rara auis. XXI

Rara auis, prouerbio dicebatur res quæuis noua, & inuentu perrara: Persius,

Si forte quid aptius exit,
Quando hæc rara auis est. Iuuenalis:
Rara auis in terris, nigroq; simillima cycno. Idem:
Coruo quoque rarior albo.

Quin & Phœnicis raritas in prouerbium abijt. Ducta allegoria ab auibus peregrinis & inusitatis, quæ nonnunquam casu in nostram regionem deuolant, uel miraculi gratia deportãtur. Vnde illud sæpius iteratum apud Aristophanem: Τίς ὅστις ὄρνις ἔσται; id est, Quæ est hæc auis? De hospite & ignoto.

Succisiua opera. XXII

Succisiuis operis fieri dicitur, quod horis quibusdam quasi furtiuis agitur, ubi iã ordinarijs ac legitimis officijs perfuncti sumus. Metaphora traducta à mercenarijs, aut seruis, qui præter pactas operas quas debent, extra iustas illas horas nonnihil etiam operantur sibi, quod cedat in peculium. M. Tullius lib. De Orat. 2. Quæ ego sero, quæ curtim arripui, quæ succisiuis operis, ut aiunt, iste à puero summo studio, summis doctoribus. Idem Philippica secunda. Et tamen omni genere monumentorum meorũ perficisse operis succisiuis, ut meæ uigiliæ, meæq; literæ, & iuuẽtuti utilitatis, & nomini Romano laudis aliquid adferrent. Idem lib. De Legib. 1. Succisiua quædam tempora incurrunt, quæ ego perire non patior, ut si qui dies ad rusticandum dati sint, ad eorum numerum accõmodentur quæ scribimus. Plinius in præfatione historiæ mundi. Et occupati officijs, succisiuis temporibus ista curamus, id est, nocturnis. Itaque quod obiter atq; aliud agentes curamus, id operæ succisiuæ tribuitur. Græci simili penè figura παρέργου appellant. Agathon apud Athenæũ:

Τὸ μὲν παρέργου ἔργον ὡς ποιούμεθα,
Τὸ δ' ἔργον ὡς παρέργου ἐκπονοῦμεθα.

Quorum carminum, quandoquidem uerti commode non possunt, hæc est sententia, quod obiter faciendũ erat ei principalem operam impendimus: quod principalis est operæ, id obiter curamus. Legimus etiam τὸ ὁδῷ παρέργου, quod à proposito sit paulo alienius, & παρέργως, quod nos ferè obiter aut negligenter uertimus. Diuus Hieronymus in epistola quadam: Cum hoc furtiuis, ut aiunt, operis ad lucernulam uelox notarij manus me dictante signaret. Furtiuas uocat, quod illi succisiuas.

Compressis manibus. XXIII

Compressis sedere manibus, dicitur in ociosos, & nihil aliud quàm sua fata deplorantes. T. Liuius ab urbe condita lib. 7. Quur ueteranus dux fortissimus bello cõpressis, quod aiunt, manibus sedeas. Extat & in Hebræorum prouerbijs: Paululum conseres manus, in ignauum, figura sumpta à gestu sollicitorum quidem, sed inertium tamen.

Ioca seria'que. XXIIII

Quoties omnia nostra cum aliquo communicamus, cum eo ioca seriaq; conferre dicimur. M. Tullius lib. De finibus bonorum 2. At qui cum ioca seriaq;, ut dicitur, qui cum arcana, qui cum occulta omnia? Tecum optime, deinde etiam cum mediocri amico. Donatus in Adelphos, huiusmodi fermè figuras omneis quæ constant ex contrarijs, prouerbiales existimat. Quod genus sunt: Fanda infanda: quo iure quaq; iniuria: facta atq; infecta: digna atq; indigna: fasq; nefasq;: clamq; palamq;: terraq; mariq;: noctesq; diesq;: iuuenesq; senesq;: neq; in minimo neque in maximo: neq; deos neq; homines ueretur: uocatus atq; inuocatus: res salua & perdita: atque alia huius generis innumerabilia, de quibus meminimus & initio operis.

Ea tela texitur. XXV

Prouerbialis allegoria, ex tela texitur, pro eo quod est, eiusmodi negotium in manibus est, & res inceptantur tales. Translatio sumpta à textoribus telam instituentibus. M. Tullius in extremo De oratore lib. Quanquam ea tela texitur, & ea incitatur in ciuitate ratio uiuendi, ac posteritati ostenditur, ut eorum ciuium quos nostri patres non tulerunt, similes habere cupiamus. Plautus dixit, exordiri telam, pro incipere negotium: Exorsa est hæc tela non omnino pessime mihi. Affine est illi quod alibi dicemus, exordiri telam.

Multas amicitias silentium diremit. XXVI

Πολλὰς φιλίας ἀπροσηγορία διέλυσεν. id est, Multas amicitias silentium diremit. Admonet adagium, assiduo conuictu, ac frequentibus alloquijs necessitudines ali, intermissione & absentia dissolui. Meminit huius Aristoteles lib. Moralium 8. Ἐὰν δὲ χρόνῳ ἢ ἀπουσία γένηται, καὶ τὸ φιλίας δοκεῖ ἡ ἀπουσία λύειν ποιεῖν. διὸ εἰρῆσθαι πολλὰς δὴ φιλίας ἀπροσηγορία διέλυσεν. id est, Quòd si diurna fuerit absentia, uidetur & necessitudinis obliuionem adferre: unde dictum est illud, multas amicitias silentium diremit. Versus ut refertur in collectaneis diminutus est una syllaba, Ab Aristotele citatur integer Heroicus,

Plurimum amicitias soluere silentia ruptas.

Apud Athenæũ lib. 5. citãtur ex Anonymo poëta uersus hi:

Οὐ χρὴ συμποσίοισι φίλους ἀπέχεσθαι ἑτάρους
Δηρὸν, ἀνάμνησις δὲ πέλει χαριεστάτη αὕτη. id est,
Non diu amicorum mensis decet abstinuisse,
Quippe animi memoris res hæc renouatio bella est.

Figuratius, atque ob id ipsum elegantius est illud Alphij fœneratoris dictum apud Columellam: Bona nomina nonnunquam mala fieri, si nunquam interpelles. Ille nomina, iureconsultorum more, debitores uocat, & interpellare, subinde creditum reposcere. Vox autem Græca ἀπροσηγορία, non ita commode reddi Latine potest: neq; enim simpliciter significat silentium, sed illud silentium, cum quis non appellat ac salutat amicum.

Ad pileum uocare. XXVII

Ad pileum uocare, pro eo quod est, ad libertatem inuitare, aut promissis ingentibus seditionem commouere, prouerbiali figura

Ayuntamiento de Madrid

figura dixit Macrobius libro Saturnalium 1. Dicet aliquis nunc me domunos de fastigio suo deijcere, & quodammodo ad pileum seruos uocare. Atque hæc quoq; uerba sublegit à Seneca, qui epistola 47. scribit in hunc modum: Dicat nunc me uocare ad pileũ seruos, & dominos de fastigio suo deijcere. Liuius libro 14. Postero die serui ad pileum uocati, & carcere uincti emissi, consusaq; omnis multitudo Hippocratem atq; Epicidem creant prætores. Metaphora ducta à ueterum consuetudine, qua serui cum statũ mutarent, ac manumitterentur, capite raso pileum accipiebant. Vnde est in Amphitryone Plautina, sub persona Sosiæ serui libertatem optantis: Quod ille faxit Iupiter, ut ego hodie raso capite caluus capiam pileum. Huc pertinet quod Plutarchus refert in Apopthegmatis Scipionis, qui non prius sustinuit agere cum Carthaginiensibus de pace, quàm L. Terentium, quem captiuum habebant, ad sese reducerent. Terentius autẽ Scipionem triumphantem subsecutus est pileatus, ueluti libertus. Item quod ibiãc refertur de T. Quintio, quem in triumpho subsecuti sunt pileati omnes Romani, quos in bello captos & apud Græcos seruientes drachmis quingentis redemptos ipsi dono dederant. Cuius meminit T. Liuius lib. 4. de bello Macedonico. Martialis lib. Epigram. 2. ad Olum:

Totus pilea farcinis redemi.

Hoc est, rebus omnibus relictis contemptisq; peperi mihi libertatem. Etenim qui potest nihil habere, is nulli seruire cogitur, eiq; liberum est suo more uiuere. Atque ideo subijcit:

Seruum si potes Ole non habere,
Et regem potes Ole non habere. Persius:
Hanc nobis pilea donant.

Suetonius in Tiberio: Seruisq; ad pileum frustra uocatis, in Siciliam profugit. Idem in Nerone: Obijt XXXII ætatis anno die quo quondam Octauiam interemerat: tantumq; gaudium publice præbuit, ut plebs pileata tota urbe discurreret, nimirum hoc indicio additam sibi libertatem significans. Seruius in Aeneidos octauum, refert Feroniam seruorum deam haberi, in cuius templo capite raso soliti sint pileum accipere. Videtur autem pileum priscis insigne fuisse uirtutis spectatæ, ut hinc fluxerit mos, ut qui magistri doctoriq; titulo decorantur, pileum accipiant. A. Gell. Noct. Attic. 7. ca. 4. scribit, seruos eos uenire solitos pileatos, quorum nomine uenditor nihil præstaret. Eius rei Cælius Sabinus iureconsultus hanc fuisse causam scribit, quod eiusmodi conditionis mancipia insignia esse in uendendo deberent, ut emptores errare & capi non possent, neq; lex uendundi operienda esset, sed oculis iam perciperent, quod nam esset mancipiorum genus.

Eiusdem musæ æmulus. XXVIII

Eiusdem artis aut disciplinæ studiosi, eiusdem musæ æmuli dicuntur. Vsurpatur apud A. Gellium prouerbij uice. Græci ὁμοτέχνας appellant eiusdem artis opifices.

Lolio uictitant. XXIX

Aenigmate prouerbiali lolio uictitare dicuntur luscosi & cæcutientes, quos Græci, teste Nonio, Myopes uocant. Plautus in Milite: Mirum est lolio uictitare te tam uili tritico. Quid iam? Quis luscosus. Verbero, ædepol tu quidem cæcus haud luscosus. Lolium autem Plinius inter frugum pestes cõmemorat, unà cum carduis ac tribulis. Virg. in Bucol. Infelix lolium & steriles dominantur auenæ. Item Georgicõn. lib. 1.

Mox & frumentis labor additus, ut mala culmos
Esset rubigo, segnisq; horreret in aruis
Carduus, intereunt segetes, subit aspera sylua
Lappæq;, tribuliq;, intercq; nitentia culta
Infelix lolium & steriles dominantur auenæ.

Inest autem lolio peculiare quoddam malum, ut oculis caliginem inducat, id quod indicat Ouid. lib. Fast. 1. cum ait:

Et careant lolijs oculos uitiantibus agri.

Hinc nimirum iocus prouerbialis.

Intus canere. Aspendius citharœdus. XXX

Qui priuati cõmodi impendio studiosi essent, ac ferè quicquid rerum agerent, id omne ad domesticã referrent utilitatem, ij prouerbio intus canere, iidem apud Græcos ἀσπένδιοι κιθαῳδοί. Aspendij citharistæ dicebãtur. M. Tullius in Verrem actione tertia: Atq; etiam Aspendiũ citharistã, de quo sæpe audistis, id quod est Græcis in prouerbio, quem omnia intus canere dicebãt, sustulit, & intimis ædibus suis posuit, ut etiam illum ipsum artificio suo superasse uideatur. Facetissime taxauit Cicero Verris rapacitatem, qui intus canentem in intimis ædibus collocarit, hoc est, plus quàm intus cecinerit. Idem in Rullum aduersus legem agrariam: Atq; hoc carmen hic tribunus plebis, non uobis, sed sibi intus canit. Nam ostendit Tullius in ea oratione, legem tametsi popularis uideretur, haud tamen populi, sed decemuirũm utilitati repertam. Porrò de Aspendio citharœdo Asconius Pedianus ad hanc fermè sententiam enarrat: Vulgares citharœdi canunt utriusq; manus fungũtur officio, ita ut dextra plectrum teneant, id quod foris canere appellant: sinistra digitis chordas carpant, quod quidem intus canere uocant. Difficile autẽ uisum est, quod Aspendius citharœdus faciebat, qui nequaquã utraq; uteretur manu, sed omnia id est totam cantionẽ intus, & sinistra tantum manu cõplecteretur: atq; ita tacita leuiq; modulatione sinistra contactis chordis cantilena peragebatur, ut uox ad citharœdũ duntaxat, aut proxime astantem perueniret. Hinc fluxisse prouerbium, ut fures homines Aspendij citharistæ Græcis uulgò dicerentur, quòd ut hi carminis, ita illi furtorum essent occultatores. Fatetur Asconius adagionem etiam in illos apte dici, qui multũ intestinis suis cõmodis cõsulunt præter honestatem. Neq; discrepat interpretamentũ, quod adfert Zenodotus ex Zenone Myndio in adagiorum collectaneis. Porrò Aspendus Pamphyliæ ciuitas est autore Stephano: unde aspẽdij dicebantur, apud quos Citharœdi hoc artificio præcelluisse uidentur. Ad hoc prouerbiũ apparet alludisse Plinium lib. 28. cap. 5. cum ait. Verum id remedijs cecinit, nõ epulis.

In lapicidinas. XXXI

Εἰς λατομίας. i. In lapicidinas. Simillimum est illis: ἐς κόραπας, καὶ ἐς τὴν μακαιρίαν, cum significamus quempiam è medio tollendum, & in rem malam aliquo auferendum. Natum à Philoxeno poëta dithyrambico, qui cum Dionysij tyranni poëmata non probaret, ut pote indocta, in lapicidinas ab eo detrusus est: deinde reuocatus illinc amicorum precibus, ubi denuo Dionysiũ sua carmina pronũtiantẽ audisset, surrexit: & rogatus à Dionysio quid esset rei, respõdit, satius ac potius esse in lapicidinis uitam degere, quàm illius audire poëmata. M. Tullius in Epistolis ad Atticũ lib. 4. Philoxeni animum probat, qui maluerit in carcerẽ reduci quàm assentari tyranno. Lucianus in libello, cui titulus De mercede seruientibus: Σὺ δ' ὅρα ἐὰν μὴ ἐπαινῇς, ἐς τὰς λιθοτομίας διευσῇ ἄλλως ἀφίξῃ. id est, Quod ni tu laudes, protinus in Dionysij lapicidinas relegaberis. Plautus in Captiui duo. Inde ibis porrò in latomias lapidarias. Hoc nomine carcer erat insignis quem Dionysius extruxerat. Plutarchus libro 2. De fortuna & uirtute Alexandri, οἷος ἦν ἀνάπαλιν διονύσιος ὁ τὸν ποιητὴν φιλόξενον εἰς τὰς λατομίας ἐμβάλλων, ὅτι τὴν τραγῳδίαν αὐτοῦ διορθῶσαι κελεύοντος, οὐδὲν ἀπαχθὲς ὅλως μέχρι τοῦ κωμῳδεῖσθαι πεπονθώς. id est, Qualis rursus erat ille Dionysius qui Philoxenum poëtam in Latomias coniecit, quòd ipsius tragœdiam emendare iussus ab ipso statim initio usque ad finem dispunxit. M. Tullius in Verrem actione 7. Latumias Syracusanas omnes audistis,

Ayuntamiento de Madrid

plerique noſtis. Opus eſt ingens, magnificum, regum ac tyrannorum, totum eſt è ſaxo, in mirandam altitudinem depreſſum, & multorum operis penitus exciſum. Item in eadem: carcer ille qui eſt à crudeliſſimo tyranno Dionyſio factus Syracuſis, quæ latumiæ uocantur, in iſtius imperio domicilium Romanorum fuit. Vt quiſq; iſtius animum aut oculos offenderat, in Latumias ſtatim conijciebatur: Idem in eundem actione tertia. L. Suetius homo omnibus ornamentis præditus, qui iuratus apud uos dixit, multos ciues Romanos in Latumijs iſtius crudeliſſime per uim morte eſſe multatos &c. Huius carceris meminit & T. Liuius Belli punici ſecundi libro ſexto.

Equi ſenecta. XXXII

Ἵππου γῆρας. id eſt, Equi ſenecta. Prouerbium in eos dici ſolitum, qui præclaris rebus geſtis in iuuenta, poſtea quàm conſenuerint, ad ſordidas curas ſemet abijciunt. Allegoria ſumpta à generoſis equis, qui ſenio facti ſegnes, in piſtrinum, aut carrum, aut aliud id genus opus detruduntur, olim in pretio habiti, dum uiribus integris eſſent. Plutarchus in libello, cui titulus, An ſeni ſit adminiſtranda Reſpub. Οὐ πανταπασιν ἀλόγως τοῦτο λέγεται τὸ καλούμενον, ἵππου γῆρας ἐπάγεσθαι μηδενὸς ἀναγκάζοντος; id eſt, An non plane uidebitur equi ſenectam, quemadmodum uulgò uocant, accerſere, nemine compellente? Cum hoc conuenit Ennianum illud, quod refertur à Cicerone in Catone maiore:

Sicut fortis equus ſpatio qui forte ſupremo
Vicit Olympia, nunc ſenio confectus quieſcit.

Si tibi amicum, nec mihi inimicum. XXXIII

Plato in Theæteto: ἀλλ' εἴ ὅτῳ σῷ θεοδώρῳ σοι φίλον, τοῦτ' ἐμοὶ ἐχθρόν, φασιν οἱ παροιμιαζόμενοι. id eſt, Si iſtud tibi amicum Theodore, nec mihi eſt inimicum: quemadmodum prouerbio dicunt. Hoc eſt, ſi tibi res placet, mihi non diſplicet. Captata eſt autem in figura uocum pugnantia, deinde τὸ ἀμφίβολον φίλον καὶ ἐχθρόν, quorum utrunque à perſonis ad res detorquetur quanquam ad perſonas relata ſunt uſitatiora. Vſus erit quoties alienæ obſequimur uoluntati.

Rana gyrina ſapientior. XXXIIII

Plato in Theæteto: ὅτι ἡμεῖς μὲν αὐτὸν ὥσπερ θεὸν ἐθαυμάζομεν ἐπὶ σοφίᾳ, ὅλῃ ἄρα ἐτύγχανεν ὢν εἰς φρόνησιν ὀλίγῳ βατράχου γυρίνου. i. Nos illum tanquam deum ob ſapientiam admirabamur. At ille nihilo magis antecellebat prudentia, quàm rana gyrina. Sumptum eſt adagium ab informi partu ranarum, quem Græci γυρίνους uocant, à figura corporis in gyrum orbiculati, quo fit ut mira celeritate ſe quò uelint uoluant, uerſentq; : quemadmodum teſtatur quiſquis is fuit, qui ſcripſit Etymologicon Græcarum dictionum. Meminit gyrinorum & Heſychius. Suidas etiam Ariſtophanis adducit teſtimonium:

Οἷον πατέρες βοῶσι γυρίνων. id eſt, Quemadmodum patres clamant gyrinorum: Nec ab his abhorrent, quæ tradit Plinius lib. 9. cap. quinquageſimoprimo: Ranæ, inquit, ſuperueniunt prioribus pedibus alas fœminæ mare apprehendenti, poſterioribus clunes. Pariunt minimas carnes nigras, quas gyrinos uocant, oculis tantum & cauda inſignes: mox pedes figurantur, cauda findente ſe in poſteriores. Mirumq; ſemeſtri uita reſoluuntur in limum nullo cernente, & rurſus uernis aquis renaſcuntur, quæ fuere natæ, perinde occulta ratione, cum omnibus annis id eueniat. Hactenus Plinij uerba recenſuimus. Meminit & Aratus,

Αὐτόθεν δ' ὕδατος πατέρες βοόωσι γυρίνων. id eſt,
Inde gyrinorum clamant per ſtagna parentes.

Porrò cum ranæ tribuitur loquacitas, quæ ſtoliditatis ſolet eſſe comes, minimum mētis ineſſe oportet gyrinis, quos uix deprehendas animal eſſe niſi mouerentur. Vt autem hunc locum diligentius expenderem. Hieronymus Aleander, uir non tantum literis clarus, mihiq; uetere neceſſitudine iunctus, in cauſa fuit, ille rurſus quod indicauit, Cœlio Calcagnino tranſcribit. Nos neutrum uoluimus ſua laude fraudatum eſſe. Neque enim unquam tam iuueniliter fuimus affecti, ut nobis placuerit cornicula Æſopica.

In puteo conſtrictus. XXXV

Plato in Theæteto: Τί δ' ἐν χρόνῳ ἀφθόνῳ ἐρωτήματι, τὸ λεγόμενον, ἐν φρέατι συσχόμενον; id eſt, Cur enim uteris in explicabili quæſtione, in puteo, quemadmodum dicunt, conſtrictus? Quadrabit in eos, qui in anguſtias eas redacti ſunt, ut extricare ſeſe nullo modo poſſint. Non admodum abludit ab illo: ἐν φρέασι κυνομαχεῖν. id eſt, In puteo cum cane pugnare. Item illo, Canterium in foſſa.

In eaſdem anſas ueniſti. XXXVI

Plato in Phædro: Περὶ τότε μὲν ὦ φίλε ἐς τὰς ὁμολογίας λαβὰς ἐλήλυθας. id eſt, Quantum ad iſtam rem pertinet, amice, in eaſdem anſas ueniſti, id eſt, nihilominus teneris, nec potes effugere quin dicas. Item Ariſtides in communi quatuor oratorum defenſione: ὡς εἶχεν ἂν πάλιν ὁ καλλικλῆς ἐς αὐτὰς λαβὰς ἐπανελθεῖν. id eſt, Itaq; Callicli erat in eaſdem anſas recidendum. Quadrat in eum qui ſic irretitus eſt, ut quocunque ſe uertat, tenetur: nec explicare ſeſe poſſit. Huic ſimillimum eſt, quod ſcribit Lucianus in Hermotimo: Οἰόμενον ἐκπεφυγέναι, ἐς τὸν αὐτὸν κύκλον ἐμπεπτωκέναι. id eſt, Nam arbitratus effugiſſe te in eādem niſſam incidiſti. Item illud quod alibi dicetur, κύκλῳ περιέλκειν.

Qui poſsim ab hoc epulo abeſſe? XXXVII

Plato in Phædro: Πῶς γὰρ οἷός τε ἄλλῳ τοιούτῳ δείπνῳ ἀπέχεσθαι; id eſt, Qui poſſim ab hoc epulo abſtinere? De re uehementer ſuzui atque expetenda, quod genus eſt feſtum aliquod conuiuium. Alluſum, opinor, ad eam fabulam, qua tradunt Dianam iracunde tuliſſe, quòd cum reliqui dij adhibiti eſſent ab Oeneo ad ſacrum epulum, ſola fuiſſet præterita, ſolaq; domi ſederit, ſecum ſtomachans, quòd nihil ex illo nidore ſentiret. Quæ de re meminit Lucianus in Lapithis. Item in libello De ſacrificijs.

Dulcis cubitus. XXXVIII

Γλυκὺς ἀγκών. i. Dulcis cubitus. Abominantis eſt ſermo, aut cum aliud dicimus aliud ſentientes. Plato in Phædro: Γλυκὺς ἀγκὼν ὦ φαῖδρε λέλυσαί σε ὅτι ἀπὸ τοῦ μακροῦ ἀγκῶνος τοῦ τῆς νείλου ἐκλήθη, καὶ ὡς ὀγκῶνι λανθάνει σε, ὅτι οἱ μέγιστον φρονοῦντες τῶν πολιτικῶν, μάλιστα ἐρῶσι λογογραφίας καὶ καταλείψεως συγγραμμάτων. id eſt, Num Phædre fugerat te, quòd dulcis cubitus à longo illo, qui in Nilo eſt cubito dictus eſſet. Quinetiam præter cubitū illud fugit te, quòd qui rerum ciuilium ſunt peritiſſimi, conſcribendarum orationum, ac poſteris relinquendarum ſunt cupientiſſimi. Hactenus Plato. Ancon autem Nili pars eſt, in qua nauigantes plurimum & ſudant & periclitantur. Vnde prouerbio dicebant κατ' ὀφθαλμοῦ, γλυκὺς ἀγκών. id eſt, Dulcis cubitus, quaſi deprecantes eius loci diſcrimina. Id autem perinde ualet, quaſi dicas: ἴυγμα φάνῃ. id eſt, Bona uerba, aut bene ominata loquere. Sunt qui è Comico Platone natum exiſtiment. is in fabula, cui titulus, Phaon, ſenem facit amantem tibicinam, atq; hæc loquentem: Ὦ χρυσοῦν ἀνάθημα, ὦ τοῖσιν ἐμοῖσι ζυφριοῖς ζόποις, ὦ γλυκὺς ἀγκών. id eſt, O aureum amiculum: ô meis delitioſis moribus gratus cubitus. Suidas ſcribit Anconē Carthaginienſibus uocari domicilium obſcurum ac profundum in quod conijci ſolent, ſi quibus indignaretur tyrannus. Præterea ſumma montium iuga, Ancones uocari. Denique præter alia gurgitem ac tumorem fluminis circa ripas, propter anfractum & amnis repercuſſum, Anconem dici, à cubiti figura, ni fallor,

Ayuntamiento de Madrid

fallor, ducta similitudine: quod quibusdam locis ripa excurrat, promineatq; specie cubitali. Vnde & oppidis ac locis aliquot Anconis inditum est uocabulum, ut Anconi Picentinorum ciuitati, teste Stephano. Item Ouidius libro Transform. ultimo,

–Et spissi littoris Ancon. Vt quidam legunt. Valerius Argonauticôn libro quarto:

Quid memorem quas Iris aquas, quas torqueat Ancon.

Vnde non absurde, κατ' ἀντίφρασιν quis acceperit, sicut placet Zenodoto. Nam alij putant per exclamationem dictum. Athenæus lib. Dipnosophistarum 12. ostendit Anconem locum quempiam fuisse Sardis, uoluptatum ministerijs paratum: in quo popinæ, scorta, atq; aliæ id genus deliciæ. Dulcis igitur Ancon, ob blandimenta uoluptatum, sed in eo complures naufragium faciebant. Idem indicat, Polycratem apud Samios mulieres aliquot uoluptatum architectrices instituisse, ad exemplum Anconis dulcis Sardorum, eumq; locum Laura dictum fuisse, siue Samiorum flores. Idem addit, Omphalen eius gentis reginam, per uim uirgines dominorum cum eorum seruis inclusisse ad stuprum, ne sola haberetur impudica. Lydos autem eum locum in quo fœminæ constuprabantur γλυκὺν ἀγκῶνα dixisse, sceleris atrocitatem uerbo mitigantes. Vocem autē dictam putat ab eo quod illic gerebatur. Etymologus indicat ἀγκῶνα dici locum ossibus durum, παρὰ τὸ ἐπάγεσθαι τὴν χεῖρα. id est, ab adducenda manu, uel ab ἄγνυσθαι. id est, frangendo: siue ab ἄγχειν. i. à præfocando. Hesychius adiecit & murorum flexus ἀγκῶνας uocari. Breuiter quicquid in cubiti speciem inflectitur, ἀγκὼν dicitur, quemadmodum sunt & citharæ ancones.

Bos ad præsepe. XXXIX

Βοῦς ἐπὶ φάτνῃ. id est, Bos ad præsepe. In emeritos dici consueuit, quiq; iam ob ætatem ocio, uitæq; molliori indulgent. Effertur & ad hunc modum, Βοῦς ἐν αὐλίῳ. id est, Bos in stabulo. Congruit & in eos, qui nullis honestis negotijs exercentur, sed turpi ocio atq; abdomini seruiunt. Philostratus in Cassandra, Ἀλλ' ἐν μέρμιθλοις καὶ γυναιοις, βοῦς ἐπὶ φάτνῃ. id est, Verum inter adulescentulos ac mulieres, bos ad præsepe. De Agamemnone loquitur, uoluptariam agente uitam. Effertur item ad hunc modum, βοῦς ἐπὶ αὐλίῳ γέρων. id est, Bos in stabulo senex. Rursum hoc modo, βοῦς ἐν αὐλίῳ κάθηται. id est, Bos in stabulo desides. De ijs qui molliter & in ocio uiuunt. Athenæus lib. 8. refert quiddam non illepidum, nec alienum ab hoc prouerbio. Cantor quidam imperitus, quum Stratonicum excepisset conuiuio, inter pocula ostentabat illi artem. Quum autem esset splendidum ac magnificum conuiuium, ac Stratonicus eo frustraretur, non habens alterum qui cum fermocinaretur, confregit poculum, ac poposcit maius, multosq; cyathos quum accepisset, soliq; calicem ostendisset, affatim bibens obdormijt, cætera fortunæ committēs. quum aut fortè comessabundi quidam superuenissent cantori, ex notis, Stratonicus ilico factus est sobrius. Ii quum audissent, quod semper multum uini bibens fuisset inebriatus, compēdio respondit, Insidiator enim & sceleratus ille cantor, tanquam bouem ad præsepe, data cœna, occidit. Quod in Athenæi uerbis legimus ψαλλόμενον, opinor legendum σφαλλόμενον. Congruet & in illos, qui in suum aluntur exitium, quemadmodum ij qui se uoluptatibus mundi explent, orco quid aliud quàm uictimæ nutriuntur, ueluti bos ad præsepe?

Ne genu quidem flexo. XL

Οὐδὲ γόνυ κάμψας. id est, Ne genu quidem flexo. Philostratus in Antæo, καὶ δὲ γόνυ φασὶ κάμψας ἀποβλέψαι πρὸς τὸν ἀντάιον. id est, Ac ne genu quidem curuato aduersus Antæum exuitur. Idem in Herode: Εἰ ταῦτα ἔφη γόνυ κάμψωμεν. id est, Hic, inquit, genu flectamus: Dictum est autem ὑπερβολικῶς, pro eo quod est, ne tantulum quidem. Etenim qui iam incipit ad quietem componere sese, primum genu flectit. Itaq; pertinaciter dicit, δὸς γόνυ κάμψας, quasi dicas, citra respirationem, siue omni intermissione. Sumptum apparet ex Aeschyli Prometheo, ubi Vulcanus sic loquitur,

ἀλλ' οὐ γὰρ ἀτρεπὴς πέδοι φρουρήσεις πέτραν
Ὀρθοστάδην ἄυπνος, οὐ κάμψων γόνυ. id est,
Ideo petram seruabis hanc inamabilem,
Insomnis astans, nec genu unquam flexeris.

Nisi mauis esse mutuatum ex Homericæ Iliad. κ. ubi de Hectore sic loquitur Menelaus,

Φυμίμιν ἀσπασίως γόνυ κάμψαν, αἴκε φύγησι
Δηΐτ' ἐκ πολέμοιο. id est,
Ille lubens genua flectet, puto, si modo tristi
Fugerit è bello.

Quò properas? num ad Ephebum? XLII

Philostratus in uita Apollonij: ὅτε κιλίκιος λόγος, ποῖ τρέχεις, ἢ ἐπὶ τὸν ἔφηβον; ἐπ' ἐκεῖνό τε ἐλέγετο, καὶ παροιμιώδη τιμὴν ἴσχυν. id est, Ac Cilicibus celebratum dictum, quò curris? num ad ephebum? de illo quoq; ferebatur, adagiúmq; uim obtinebat. Parum liquet, quid sibi uoluerit Cilicum illud adagium, nisi fortè sumptum est ab Apollinis oraculo, ad quod undique festinabatur: fingebatur autem imberbis Apollo, quemadmodum & Bacchus.

Et puero perspicuum est. XLIII

Καὶ παιδὶ δῆλον. id est, Et puero perspicuum. De re supra modum perspicua, confessaq;. Vtitur & Plato quodam in loco quem ante commonstrauimus: & Philostratus in uita Apollonij. Est in epistolis Basilij, τοῦτο καὶ παιδὶ γνώσιμον. id est, Hoc & puero notum. Finitimum illi, quod alibi retulimus: καὶ τῷ τυφλῷ δῆλον. id est, Vel cæco perspicuum.

Ne in Melampygum incidas. XLIIII

Μὴ εἰς μελαμπύγων πτερυχοις. id est, Ne in Melampygum incidas, In lasciuos & iniurioſos homines quadrat. Est autem comminantis, ne quando incidant in eum, qui malefactorum pœnas de eis sumat. Vtitur hoc adagio Philostratus in Apollonij uita, lib. 2. Καὶ τοῦτο ἴσως ἦν τὸ μελαμπύγων τυχεῖν. id est, Et hoc fortasis erat in Melampygum incidere. Aristophanes in Lysistrata,

Καὶ μυρωνίδης γ' ἦν ξανθὸς ἐντεῦθεν,
Μελάμπυγός τε τοῖς ἐχθροῖς ἅπασιν. id est,
Et Myronides enim erat hirsutus illinc, Melampygusq; hostibus omnibus. Melampygum dixit quasi uindicem, ultoremq;. Porrò Melampygus Græcis significat eum, qui nigro sit podice: quo quidem cognomento notatus est Hercules, quod eam corporis partem, nō Lydorum more uulsam, neq; candidam, quemadmodum effœminati solent, sed nigris pilis hirsutam ac syluosam haberet. Nam Græci quemadmodum molles & imbelles, fractosq; delicijs τυγάρους καὶ λευκοπύγους appellant, itidem è diuerso fortes ac strennuos μελαμπύγους uocare consueuerunt, ut autor est Lycophronis interpres. Idem ostendit paræmiam ad hunc quoq; modum efferri: Οὔπω μελαμπύγῳ τε λύκκας. id est, Nondum in Melampygum incidisti. Prouerbium ex huiusmodi quadam historia natum existimant, quam partim ex Suida, partim ex Gregorij Nazianzeni enarrationibus ascribemus. Olim duo quidam fratres erant, omni genere maleficiorum passim in omnes debacchantes, unde & ex morum atrocitate nomina repererunt. Nam alter Passalus dictus est, alter Achemon: siue, ut alicubi legitur, Achmon. Hos mater nomine Semnonis, ubi uideret atrocia facinora passim patrantes, iussit euauere, ne quando in Melampygum inciderent. Euenit deinde, ut Hercules aliquando sub arbore quadam dormiret, armis in eandem reclinatis. Accessērunt Cercopes siue Perperi fratres, utrunq; enim scriptum inuenitur, & Herculem

Ayuntamiento de Madrid

dormientem ipſius armis aggredi tentarunt. Ille protinus ſenſit inſidias, & correptos ac uinctos de claua et tergo ſuſpendit leporum ritu, atq; ad eum modum geſtabat. Illi pendentes capitibus deorſum demiſſis cum Herculis poſticum nigris pilis horridum atq; hiſpidum uiderent, materni moniti memores, ſuper hac re inter ſeſe confabulantur. Quod ſimul ac audiſſet Hercules, hoc cognomine delectatus, & in riſum effuſus, eos uinculis ſolutos dimiſit. Notat hanc hiſtoriam Plutarch. in libello De diſcrimine amici & adulatoris, cum ait Herculem Cercopibus fuiſſe delectatum. Meminit & Herodotus in ſeptimo de loco, dicto lapide Melampygo, & Cercopum ſede. Quo ſanè loco lapſus eſt inſigniter Laurentius Valla, quòd fabulam hanc aut neſciret, aut certe non meminerit. Plutarchus in libello De puerorum educatione, refert & hoc inter Pythagorica ænigmata: Μὴ γεύεσθαι τῶν μελανέρων. id eſt, Non guſtanda quæ nigra ſunt cauda. Atque hunc in modum interpretatur, abſtinendum à conuictu mortalium atrorum & improborum: quanquam hoc à prouerbio diuerſum.

Noctuinum ouum. XLIIII

Γλαυκεῖον ᾠόν. id eſt, Noctuinum ouum: Refertur à Nicolao Perotto in copiæ cornu prouerbij loco, nec explicatur tamen. Fortaſſis antiquitus abſtemium, & à uino abhorrentem hoc adagio ſignificabant. Philoſtratus enim in uita Apollonij, lib. 3. de ouo noctuæ rem oppido quàm prodigioſam refert. Itaq; ſatius eſt ipſius referre uerba: Τὴν γλαῦκα, inquit, χρὴ ἐπιφυλάττειν ὀ νιοτρόφος, καὶ τὰ ὠὰ ἀπάσαντα λοῦναι μασᾶσθαι ζωῇ βρέφει, συμμεῖξαι ἐψαντας. εἰ δὲ βρώσει τούτῳ χρῆν γίνεσθαι, μὴ σωφρονίζεται διακόσιται. id eſt, Obſeruandum ubi loci nidulatur noctua, deinde oua ſubducere oportebit, eaq; mediocriter cocta infanti mandenda dare. Quòd ſi quid ex his ederit, prius quàm deguſtarit uinum, inferetur illi uini odium, adeo ut in omnem uitam quàm maximè ſobrius ſit futurus. Aelianus lib. De nat. animant. x. fabulam refert paulo magis etiam quàm hæc eſt, anilem. Eam quoque præſtiterit ipſius autoris recenſere uerbis: Οἱ πελαργοὶ λυμαινομένας αὐτῶν τὰ ὠὰ νυκτερίδας ἀμύνονται τάνυ σοφῶς. αἱ μὲν προσαμύναι ἀνεμεῖται ἐργάζεσθαι καὶ ἄγονα αὐτά. Οἰκοῦσι τὸ ἐπὶ τούτοις φάρμακον, ἐκεῖνό ἐστι. πλατάνου φύλλα ἐπιφέρουσι τοῖς καλιαῖς, αἷς ἡ νυκτερίδες ὅτ' ἂν αὐτοῖς γεύσωνται, ναρκῶσι καὶ γίνονται λυπεῖν ἀλύνατοι. id eſt, Ciconiæ noctuas ouaſua perdere ſolitas arcent miro ingenio. Nam hæ contactu reddunt ea ſubuentanea, ſteriliaq;. Remedium igitur aduerſus hæc illud adhibent. Platani frondes in nidum conuehunt, quas noctuæ poſtea quàm contigerint torpeſcunt, ita ut iam nocere non queant. Hactenus Aelianus. Sunt qui negent noctuinum ouum inueniri. Prouerbium itaque quadrabit uel in hominem nihili, nulliuſq; frugis, iuxta fabulamentum Aeliani, uel in rem raram inuentu, iuxta horum ſententiam.

Amazonum cantilena. XLV

Ἀμαζόνων ᾆσμα. id eſt, Amazonum cantilena, in delicatos ac laſciuos & parum uiros. Philoſtratus in Apollonij uita, lib. 4. Μεγάλων τὰ ἀνδρῶν ὅτως ἀσελγὲς νομιζόμενον, ὡς γενέσθαι ποτὲ καὶ τὸ ἀμαζόνων ᾆσμα. id eſt, Adulceſcens de numero mollium uſqueadeo laſciuus habitus, ut aliquando Amazonum quoque fuerit cantio. Quid autem ſibi uelit Amazonum cantio, fatcor mihi nondum ſatis compertum apud idoneos autores. Niſi ſi cui placet, ut accipiamus, Amazones ludibrij cauſa in molles uiros cantilenas ſolere celebrare. Quod ſi fas ſit mutare ſcripturam, mihi nequaquam diſpliceat, ut pro ἀμαζόνων μαζονόμων legamus. Sic enim appellant lancis genus prægrande, quo cibi inferuntur in conuiuium. Mos autem erat antiquitus, ut epulæ lautiores tibicine præcedente inferrentur: ut accipenſer. Horatius in extrema Satyra,

Mazonomo pueri magno diſcerpta ferentes
Membra gruis. Verum hoc interim meum eſto ſomnium, donec ab eruditis certius aliquid proferetur. Quod ſanè deſperandum non eſt, in dies in lucem emergentibus nouis autoribus. Quum hæc iam quartùm eſſent ædita, prodijt opus Cælij Rodigini, qui tradit ſibi uideri prouerbium hoc non de fœminis Amazonum, ſed in genere de tenuibus dici. Hoc commentum cum ſit inſigniter frigidum, quanto ipſe uerecundius, qui me profeſſus ſum neſcire quod neſcicbam.

Tantali horti. XLVI

Ταντάλου κῆποι. id eſt, Tantali horti. De bonis, quibus tamen frui non liceat: aut de ijs, quæ uideantur aliquid eſſe cum nihil ſint. Philoſtratus in uita Apollonij, libro quarto: Τοὺς ταντάλου ἰδόντες ὡς ὄντες οὐκ ἴστε. id eſt, Tantali hortos uidetis, inquit, eſſe cum non ſint. Nota eſt fabula de Tantalo apud inferos ad aquam ſtante, deq; pomis in caput imminentibus, cum ſitiens interim atque eſuriens neutra poſſit contingere. De his nonnulla retulimus prius in prouerbio Adonidis horti.

Res ſacra conſultor. XLVII

Σύμβολον ἱερὸν χρῆμα. id eſt, Conſultor res ſacra. Zenodotus ex Epicharmo refert. Senſus eſt adagionis, plurimum utilitatis adferre bene conſulentem, aut religioſe pureq; dandum conſilium ijs, quibus eſt opus. Plato in Theage: ἀλλὰ μὲν δὴ ὦ δημόδοκε καὶ λέγεταί γε σύμβολον ἱερὸν χρῆμα εἶναι. id eſt, Quin illud etiam dicitur Demodoce, conſultorem rem eſſe ſacram. Idem in epiſtola ad Perdiccam, Δίκαιον δ' ἐμοὶ καὶ ξενικὸν καὶ ἱερὸν ξυμβολὴν λεγομένην ξυμβολεύσθαι. id eſt, Aequum eſt autem, ut & hoſpitale & ſacrum ut dicitur conſilium impertiam. Suidas indicat dictum ubi deliberatur de rebus periculoſis, ut ſimile uideatur illi, ſacram ancoram iacere. Effertur & ad hunc modum: ἱερὸν ἡ ξυμβολή. id eſt, Res ſacra conſilium. Extat inter Græcas ſententias hic ſenarius:

Ἱερὸν ἀληθῶς ἐστὶν ἡ συμβολή. id eſt,
Res eſt profecto ſacra conſultatio.

Ante myſteria diſcedere. XLVIII

Ἀπιέναι πρὸ τῶν μυστηρίων. id eſt, Ante myſteria diſcedere, eſt re nondum abſoluta ſubducere ſeſe. Sumpta metaphora à ſacris, in quibus prophani iubebantur abire, cum iam eſſent peragenda myſteria, initiati manebant, nec fas erat niſi peractis ritibus abire. Plato in Menone: Εἰ μὲν ὥσπερ χθὲς ἔλεγες, ἀναγκαῖόν σοι ἀπιέναι πρὸ τῶν μυστηρίων, ἀλλ' εἰ παραμένοις τε καὶ μυηθείη. id eſt, Niſi quemadmodum heri dicebas tibi fuerat ante myſteria diſcedendum: uerum ſi & permaneas, & myſteriorum particeps fias, & cætera quæ ſequuntur.

Ex uno multa facere. XLIX

Ἐξ ἑνὸς πολλὰ ποιεῖσθαι. id eſt, Ex uno multa facere, prouerbio dicebantur, qui rem quampiam minutim ſecabant. Quadrabit in eos, qui idem alijs atq; alijs modis uariant: ut non iam unum, ſed plura uideantur. Plato in Menone: Καὶ παῦε πολλὰ ποιῶν ἐκ τοῦ ἑνὸς, ὅπερ φασὶ τὸν σωφρονοῦντας τι ἐκάστοτε οἱ σκώπτοντες. id eſt, Ac parce ex uno plura facere, quo dicto taxant eos qui rem quampiam undecunq; comminuunt. Narratur apud Titum Liuium belli Macedonici lib. 5. non illepida fabula de caupone quodam, qui ſuis unius carnes tam uario coctas apparatu proponebat, ut dux Romanus admiratus, rogaret, unde nam media bruma ſuppeteret tanta uenatus copia. Tum arridens caupo, confeſſus eſt, eas omneis ciborum ſpecies ex uno ſue domeſtico confectas fuiſſe. Neque ſecus iſti faciunt, inquit, qui commemorandis

Ayuntamiento de Madrid

randis uarijs & horrendis nominibus uos territant, cum hæc omnia una gens ſit.

Iouis Corinthus. L

ὁ Διὸς κόρινθος. id eſt, Iouis filius Corinthus. In eos dici ſolitum, qui ſemper eadem aut dicunt aut faciunt. Pindarus in Nemeis hymno 7. Ταῦτα ἰὼ Ζεῦ τέρπεις τ' ἀμπολεῖν, ἀποιὰ τελεῖ τέκνωσιν ἄτε μαψυλάκας Διὸς κόρινθος. Negat ſe uelle iterum atque iterum eadem iterare: perinde quaſi pueris nugas narraret Διὸς κόρινθος. Nam μαψυλάκας eum ſignificat, qui fruſtra nugas effutit. Interpres hoc loco fabulam adfert, ad prouerbium hoc, meo quidem animo, non multum pertinentem, tamen adſcribam. Aletes, inquit, conſuluit Dodonæum oraculum, quod tum Iouis erat, num Corinthiorum imperio potiri poſſet. Reſponſum eſt, tum illum potiturum, cum quiſpiam illi glebam daret, aut ruder, idq; dic nullarum coronarum: nam id addidit. Itaq; Corinthum profectus panem ab ruſtico quopiam petijt, is glebam porrexit. Senſit ille iam perfectum oraculum, animumq; ad capeſſendum imperium adiecit. Parentabatur eo die manibus, eamq; ob cauſam, cum pleraq; ciuitas in monumentis abeſſet, accedens, reperit Creontis filias iam paciſcentes de imperio. Harum natu minimæ perſuadet, ſi uelit adiutare, ſe ſimul atque principatum eſſet conſecutus illam ducturum uxorem, illa imperij cupiditate prodit ciuitatem ac portis apertis Aletem admittit. Is itaq; victor, Iouis Corinthum eam appellat, quod ex Iouis oraculo contigiſſet. Deinde ſubtexit aliam fabulam, cum aliorum interpretamento ferè conuenientem. Ea eſt huiuſmodi: Olim Megarenſes Corinthijs erant uectigales. Cæterum cum illorum imperium inſolentius grauatim ferrēt ac defectionem parārent, miſſus eſt legatus Corinthiorum nomine, qui apud plebem Megarenſem cum alia multa ferociter dixit, tum illud indignabundus ac uociferans intonuit: Οὐκ ἀνέξεται ὁ Διὸς κόρινθος. i. Non feret Iouis filius Corinthus, id ubi ſæpius iteraret, concitatus populus, ſucclamare cœpit, feri feri Iouis Corinthum, ſimulq; legatum expulerūt. Erat autem Corinthus hic Corinthiorum rex, Ioue prognatus: tametſi Pauſanias in Corinthiacis negat ſe apud autores ſerios reperiſſe, Corinthum Iouis fuiſſe filium: ſed uulgus dunta xat Corinthiorum ita prædicare. Vſurpat adagium Plutarchus in commentario, quem inſcripſit aduerſus Stoicos: Πολὺς ἦρ ὁ Διὸς κόρινθος ἐπὶ τὸν λόγον αὐτ' ἀρίεται, ἢ γὰρ ὑπὲρ τοιαῦτα μὴ σιώπησαν Διὸς ἔασαν. id eſt, Multus igitur Iouis Corinthus ad orationem illorum admittitur. Nam piſtilli circumuolutionem, ne mordere uideris, omitte. Ariſtophanes in Ranis:

—Τοῦτ' τί ἦν τραγμα
ἀλλ' ἢ Διὸς κόρινθος ἦν τοῖς τρώμασι. id eſt,
Quid aliud hæc erat res,
Niſi Iouis Corinthus in ipſis ſtragulis.

Verba ſunt miniſtri, Bacchi ταυτολογίαν notantis, qui dixerat:

Αἴροις ἂν αὖθις αὖγε ταῖ τὰ τρώματα. id eſt,
Hæc rurſus iterum, tolle miniſter ſtromata.

Idem in Concionatricibus:

ὅτε δὴ ἀνασκοπεῖ μόνας ἐφάνετο
ὁ Διὸς κόρινθος. id eſt,
Vbi denuo conſiderantibus, Iouis
Apparuit Corinthus.

Philoſtratus in Antipatro Sophiſta: ὠθέντων ἰὼ αὐτὸν τὸ συγγενῶν ἐς τὸν γάμον, καὶ Διὸς κόρινθον ἡγεμένων τὸν ἀντίπατρον. i. Impellentibus autem illum cognatis ad nuptias, & Iouis Corinthum exiſtimantibus Antipatrum. Quanquam hic Iouis Corinthum uſurpaſſe uidetur pro homine magnoperc ſilici. Vſurpat hoc adagium & Socrates apud Platonem in Euthydemo: ἀλλ' ἀτεχνῶς, τὸ λεγόμενον ὁ Διὸς κόρινθος γίγνεται. i. Sed prorſus id quod dici ſolet, Iouis Corinthus fit. Conuenit cum illo, quod alibi retulimus, Διὸς κράμβη. i. Bis crambe. Neque ſolum uti licebit, cum eadem iterum atq; iterum dicuntur: uerumetiam cum in eodem negotio nimium aßiduc perſiſtitur. Veluti ſi quis cibum ſemper eundem apponat: aut ſi quis ſemper ſtudijs literarijs incumbat, aut aßiduc uenetur, ut hinc iam oboriatur ex aſſiduitate ſatietas, recte dicemus: ὁ Διὸς κόρινθος. Moleſtum eſt enim, quicquid perpetuum: uel Pindaro teſte in Nemeis, ἀλλὰ γὰ ἀνάπαυσις ἐν παντὶ γλυκεῖα ἔργῳ κόρον ἔχει καὶ μέλι καὶ τὰ τέρπν' ἀνθ' ἁρμοδίοια. id eſt, Verum enimuero intermißio in omni negotio iucunda. Accipiunt autem ſatietatem & cantilenæ & amœni floſculi Venerci. In nonnullis exemplaribus pro μέλι ſcriptum erat μέλι. Sic enim in epigrammate:

Πᾶν τὸ περιττὸν ἄκαιρον, ἐπὰ λόγος· ὄφελ παλαιὸς
ὡς καὶ τὸ μέλιτος τὸ πλέον ὄφελ χολή. id eſt,
Inſuauc eſt, quicquid ninium eſt. Nam dicitur olim
Mel quoq;, ſi immodica eſt copia, bilis erit.

Illud admonitu non inutile duxerim, prouerbium bifariam accipi poſſe. Nam & hoc oſtendit interpres Pindari, uel cum eadem iterantur ſæpius, uel cum ij, qui initio magnificè loquuntur minanturq; ferociter, poſtea timide fugiunt: id quod euenit legatis Corinthiorum, qui cum ſæpius illud intonuiſſent in concione: Δικαίως τρώξει ὁ Διὸς κόρινθος, εἰ μὴ λάβοιτο δίκας παρ' ὑμῶν. i: Merito ſuſpirabit Iouis Corinthus, niſi pœnas ſumpſerit de uobis: poſtea cùm ad manus eſſet uentum, ignauiter aufegerunt. Nec illud prætereundum, adagionem accommodari poſſe, tum ad rem, tum ad perſonam. Ad rem hoc pacto: Iam millies audiui, non poſſum diutius ferre τὸν Διὸς κόρινθον. Ad perſonas: ut ſi quis hominem eadem ſemper inculcantem τὸν Διὸς κόρινθον appellet. Indicat & hoc interpres Pindari.

Teſtulæ tranſmutatio. LI

ὀστράκου μετασκευή. id eſt, Teſtulæ conuerſio. De rebus repente in diuerſum commutatis. Lucianus in Apologia, περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ σιωώντων. ἔπειτα πάντων ἀπολαύσαντες ὀστράκου φασὶ μεταπεσόντος, ἐκὼν ἑαυτὸν φέρων εἰς δουλείαν οὕτω μετεφανῆ καὶ μετέβλεπτον ἐγένετο. id eſt, Deinde oblitus omnium, teſtula, ut aiunt, tranſmutata, uolens ipſe ſemet in ſeruitutem uſqueadeo manifeſtariam & inſignem coniecit. Incertum utrum ſumpta ſit metaphora à ludi genere quodam, quem oſtracinda Græci uocant. Hunc innuit Plato in Amatorijs, nempe in Phædro: Φυγὰς δὴ, inquit, γίγνεται ὁ τοῦτον, καὶ ἀποστερικὸς ὑπ' ἀνάγκης ὁ πάλαι ἐραστὴς, ὀστράκου μεταπεσόντος εἶτα φυγὴ μεταβαλών, ὁ ἀναγκάζεται διώκειν ἀγανακτῶν καὶ ἐπιθεάζων. i. Tandem profugus fit ab his: & dum neceſſario priuatus eſt his qui prius erat amator, teſtula in diuerſum uerſa, fuga ſe proripit immutatus. At ille cogitur inſequi, indignans, deosq; obteſtans. An ab Oſtraciſmo ſuffragiorum genere quodam quod per calculos ac fabas ferebatur: in hoc repertum, ut per id ciues, qui uel opibus immodicis, uel nobilitate, uel gloria, uel alia quauis inſigni uirtute multitudinis inuidiam in ſe prouocaſſent, in exilium decenne relegarentur. Hoc pacto fuit ciectus & Ariſtides: non aliam ob cauſam, niſi quòd moleſtum eſſet populo, iuſti cognomen illi uulgò tributum. Ferebatur autem oſtraciſmus ad hunc modum. Oſtraci. i. teſtulæ uiritim in comitijs dabantur. In eis quem quiſq; uellet urbe cedere, literis inſcriptis indicabat: hos deinde omneis in fori locum quendam cancellis circumſeptum, deportabant. Porrò magiſtratus, quibus hoc datum erat negotij, primum uniuerſos recenſebant: qui niſi plures ſex millibus fuiſſent, nihil conficiebatur. Deinde ſemotis

Ayuntamiento de Madrid

uniuſcuiuſque calculis, is, qui pluribus calculis damnatus erat, ad decennium in exilium ire iubebatur: ita tamen ut illi liberum interim eſſet, fructus ſuos accipere. Erat itaque oſtraciſmus non improbitatis caſtigatio, ſed uulgaribus animis inſitæ inuidiæ placatio. Antiquatus eſt autem hic oſtraciſmus, electo per hunc Hyperbolo quopiam homine contempto atq; humili. Huiuſmodi ferme referuntur à Plutarcho in uita Ariſtidis. Ab hoc igitur oſtraciſmo, quoniam magna uulgi licentia ac temeritate peragebatur, ac repente præſtantiſſimi cuiuſq; ciuis fortunam commutabat, non abſurde uideri poteſt ductum adagium. De luſu oſtracorum Iulius Pollux in hunc ferè modum tradit. Pueri ducta in medio linea, duas in partes ſeſe diſtribuebant: quarum altera intra oſtracum, altera extra dicebatur. Deinde mittente quopiam ad lineam teſtam, utrius partis ſuperior extitiſſet aliquis, hunc inſequebantur, qui illi adhærebant, reliquis in fugam conuerſis. Cæterum è fugientibus qui comprehenſus eſſet, is conſidebat, aſinus dictus, teſtaq; proiecta dicebat, nox dies. Nam interior teſtæ pars pice ſublita erat, quæ nocti reſpondebat. Hoc autē luſus genus appellabatur ὀστράκων περιστροφή. id eſt, Teſtæ conuerſio. Plato libr. De repub. 7. uidetur ad luſus genus referre, cum ita loquitur, τοῦτο δὴ ὡς ἔοικεν ὀστράκου ἄρ' ἦν περιστροφὴ, ἀλλὰ ψυχῆς περιαγωγὴ ἐκ νυκτερινῆς τινὸς ἡμέρας εἰς ἀληθινὴν τοῦ ὄντος ἰόσης ἐπάνοδον. id eſt, Iſtuc ſanè ut uidetur, non fuerit teſtæ conuerſio, ſed mentis circunductio, ex nocturno quodam die ad eius quod uerè eſt aſcenſum euntis. Agit de philoſophia quæ à falſis bonorum ſimulacris educit animum ad uerorum bonorum cognitionem.

Alterum pedem in cymba Charontis habere. LII

Extremæ decrepitæq; ſenectæ homines, etiam hodie uulgò dicũtur alterum pedem in ſepulchro habere. Nec hinc abhorrent quæ ſcripſit Lucianus in Apologia: Πρὸς ἀυτῷ δὲ ἤδη ὢν ἀκμῶ γενόμενον, καὶ μονονχὶ τοῦ ἑτέρου ποδὸς ἐν ᾅδου προβεβηκότα ἔχοντα. id eſt, Qui iam ſit Aeaco ipſi uicinus, quiq; iam tantum non alterum pedem in cymba Charontis habeat. Idem in Sectis, Καὶ τὸν ἕτερον πόδα φασὶν ἐν τῇ σορῷ ἔχων. id eſt, Et alterum pedem, ut aiunt, in tumulo habens. Pomponius libr. Pandect. 40. titu. De fidei commiſſ. libert. cap. Apud Iulianum, dixit his uerbis: Ego diſcendi cupiditate, quam ſolam uiuendi rationem optimam, in octauum & ſeptuageſimum annum ætatis duxi, memor ſum huius ſententiæ, quam dixiſſe fertur Iulianus, & ſi alterum pedem in ſepulchro haberem, adhuc addiſcere quædam uellem. Haud ſcio an huc pertineat quod Lucianus ſcribit in Votis: ὅς γε δὴ ἐν τῇ νηῒ τὸν ἕτερον πόδα ἔχει. id eſt, Qui quidem iam alterum pedem habeat in naui. Plutarchus in commentariolo De puerorum inſtitutione, notat ſenes uulgato conuicio uocari ſolere, πρεσβύτας καὶ σοροδιάμονας. Quòd iam ætate deſiperent, & foſſæ confines eſſent, magisq; buſtuariæ laruæ, quàm homines. Plautus Acheronticum ſenem dixit. Terentius Silicernium. Et capularem, dixit neſcio quis, Græci τυμβογέροντας uocant autoribus Heſychio & Suida ac σιμπέλνας, extremæ ætatis homines, illos quòd tumulo ſunt proximi, hos quòd breui mittendi ſint ad inferos, παρὰ τὸ πέμπειν, quòd eſt mittere, & ἕλος palus, quòd qui moriuntur crederentur per Stygiam paludem tranſmitti ad inferos.

Cauam Arabiam ſerere. LIII

Τὴν κοίλην ἀραβίαν σπείρειν. id eſt, Cauam Arabiam ſerere. Pro fruſtra ſudare, aut in re perdifficili, nec admodum frugifera operam ſumere. Lucianus in Apologia: ὡς τὴν κοίλην ἀραβίαν σπείρων ἐπιχειρῇς. id eſt, Vt cauam Arabiam ſerere aggrediatur. Significat autem paluſtrem Arabiæ partem, neutiquam idoneam ſementi. Plutarchus περὶ ἀδολεσχίας. Τῶν μὲν γὰρ πρὸς τὰς ἀσίας ἐυκαταφόρων ἄγονον εἶναι τὸ σπέρμα λέγουσιν. τῶν δ' ἀδολέσχων ὁ λόγος ἀτελὴς καὶ ἄκαρπός ἐστι. i. Aiunt enim ſterilem eſſe ſationem humilium Aſiæ regionum, at loquaculorum ipſa oratio inutilis eſt atq; infrugifera.

Lynceo perſpicacior. LIIII

Lyncei perſpicacitas in prouerbium abijt. Plinius Natur. hiſt. lib. 2. cap. 17. Nouiſſimam, inquit, lunam, primamq; eadem die uel nocte, nullo alio in ſigno, quàm in ariete conſpici: id quod paucis mortalium contigit. Et inde fabula cernendi Lynceo. Sunt qui tradunt, Lynceum primum reperiſſe fodinas metallorum, æris, argenti, auri. Et hinc uulgò natam fabulam, quòd ea quoq; uideret, quæ ſub terra forent. Teſtis Lycophronis interpres. Meminit huius & Plato in epiſtola quadam. Ariſtophanes in Pluto:

Βλέπειν τ' ἀποδίδωσ' ὀξύτερον ἢ Λυγκέως. id eſt,
Faxo ut uideas uel Lynceo ipſo acutius.

Lucianus in Hermotimo: Σὺ δὲ ὑπὲρ τὸν Λυγκέα ὑμῖν δίδοκας, καὶ ὀξῦς τὰ ἔνδον ὡς ἔοικε διὰ τῆς τοίχου. id eſt, Tu uerò nobis ipſo etiam Lynceo perſpicacior es: qui ſicuti uidetur, per pectus ipſum, quæ ſunt intus cernis. Idem in Icaromenippo: Πῶς νῦν καθάπερ Λυγκεύς τις ἅφνω γενόμενος ἅπαντα διαγινώσκεις; i. Quî nunc repente quaſi Lynceus quidam effectus, cuncta diſcernis? Horatius in prima epiſtola ad Mœcenatem:

Non poſſis oculo quantum contendere Lynceus,
Non tamen idcirco contemnas lippus inungi.

Marcus Tullius M. Varroni: Quis eſt tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nuſquam incurrat? Apollonius in Argonauticis ſcribit hunc Lynceum uſq; adeo fuiſſe perſpicacem, ut etiam terram ipſam oculorum acie penetraret, quæq; apud inferos fierent, peruideret.

Λυγκεὺς δὲ, καὶ ὀξυτάτοις ἐκέκαστο
ὄμμασιν, ἠέ τεόν γε τέλεϊ κλέος ἀνέρα κεῖνον
Ῥηϊδίως καὶ νέρθε γᾶς χθονὸς ἀιγάζεσθαι. id eſt,
At miro uſus pollebat acumine Lynceus,
Si modo uera eſt fama, uirum quæ prædicat illum,
Perfacilè inſpexiſſe ſub altis condita terris.

Plutarchus in commentario, quem inſcripſit aduerſus Stoicos, teſtatur, famam fuiſſe de Lynceo, quòd ſaxa quoque & arbores oculorum acie penetraret. Pauſanias in Corinthiacis tradit. Lynceum Danao uita defuncto, regni ſucceſſionem ſuſcepiſſe. Pindarus in Nemeis hymno 10. meminit Lynceï, qui ex Taygeto monte uiderit Caſtorem & Pollucem ſub quercus trunco latitantem, & horum alterum iaculo uulneraſſe. Pindari interpres citat hiſtoriam rerum Cypriarum, Ariſtarchum & Didymum.

Quod in animo ſobrij, id eſt in lingua ebrij. LV

Τὸ ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ νήφοντος, τοῦτ' ἐπὶ γλώττης ἐστὶ τοῦ μεθύοντος. id eſt, Quod in corde ſobrij, id eſt in lingua ebrij. Prouerbialis ſententia, quam refert in collectaneis Diogenianus. Vſurpat Plutarchus, idq; prouerbij nomine in lib. cui titulus περὶ ἀδολεσχίας. Nec prætereundum illud Herodoticum: οἴνῳ κατιόντος, ὑπιπλόουσιν ἔπεα. i. Subſidente uino, ſupernatant uerba. Nam ſobrios aut metus aut pudor cohibet, quo minus effutiant, ea quæ ſatius putarint ſuppreſſiſſe. At uinum & pudorem diſcutit, & timorem abigit. Vnde fit, ut temulenti ſæpenumero non contineant uoces per iugulum redituras. Pindarus in Nemeis, Θαρσαλέα δὲ παρὰ κρατῆρα φωνὰ γίνεται. id eſt, Audax iuxta craterem uox fit: ſiue quòd uinum adſert confidentiam, ſiue quòd in conuiuio tutum eſt magnificè loqui, ſiue quòd qui uicit meritò citraq; periculum laudatur.

Virgul

Virgultea ſcaphula Aegæum tranſmittere. LVI

Ἐπὶ ῥιπὸς τὸν αἰγαῖον διαπλεῦσαι. i. Virgulto Aegeum tranſmittere. In eos dicitur qui rem ſupra modum arduam leui opera conficere tentant. Lucianus in Sectis, ἐπὶ ῥιπὸς, ὡς ἡ παροιμία φησὶν τὸν αἰγαῖον ἢ ἰόνιον διαπλεῦσαι θέλοντας. i. Virgulto, quemadmodum prouerbio dicitur, Aegæum aut Ionium mare tranſmittere cupientes. Citatur hic ſenarius à Suida. Extat autem apud Ariſtophanem in Pace,

Κέρδιππος ἥκει κἄν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοι. id eſt,
Cauſa lucelli nauiget & in uimine.

Taxat Simonidem, tanquam lucri cupidiorem, quòd ad quæſtum ſcriptitarit carmina. Porrò ῥιπὴ uimen eſt flexibile, aut ramus ſalignus παρὰ τὸ ῥίπτω, uidelicet quòd inflectatur ob lentitudinem. Citatur & hic,

Σὺν θεῷ θεῷ πλῶρ, κἄν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοι. id eſt,
Quiſquis ſecundo nauigarit numine,
Is uel ſaligno nauigarit uimine.

Extat & hic inter ſententias prouerbiales, citatus item ab Ariſtophanis interprete:

Θεῷ θέλοντι κἄν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις. id eſt,
Deo fauente nauiges uel uimine.

Phœnice uiuacior. LVII

Lucianus in Sectis, ἢν μὴ φοίνικος ἔτη βιώῃ. i. Ni phœnicis annos uixeris. De Phœnicis uiuacitate diximus alibi. Cuius etiam raritas prouerbio fecit locum, Phœnice rarior, quale eſt illud, Coruo quoq; rarior albo. Negant enim phœnicem eſſe niſi unicam, ſi qua fides ſcriptoribus.

Cum plurimum laborauerimus, eodem in ſtatu ſumus. LVIII

Lucianus in Sectis, καὶ γὰρ τὸν παροιμιαζόμενον πολλὰ μοχθήσαντες ὁμοίως ἐσμέν. i. Ac iuxta prouerbium cum multum laborauerimus, itidem ut antea ſumus. De fruſtra laborantibus. Quod euenit iis, qui poſt diuturnum ſtudium nihilo reperiuntur eruditiores, poſt longam negotiationem nihilo ditiores.

Aquam in mortario tundere. LIX

Ὕδωρ ὑπέρῳ πλήττειν. i. Aquam piſtillo tundere. Lucianus in Sectis: ὥσπερ εἴ τις ἐς ὅλμον ὕδωρ ἐγχέας ὑπέρῳ σιδηρῷ πλήττοι. i. Tanquam ſi quis aquam in mortarium infuſam ferreo piſtillo tundat. Quadrat in eos, qui laborant inaniter: ſiquidem aquam ſi quis uel ætatem contundat, nihil aliud erit quàm aqua. Lucianus in eodem opere: Οὐκ εἰδὼς, ὅτι ἂν ἀποβάλῃ φασὶ τοὺς ὤμους πλήττων ὕδωρ ὁμοίως τὸ ὕδωρ μένει. i. Ignarus quòd etiam ſi humeros, ut aiunt, uerberando decutias, tamen aqua, manet aqua. Suidas ad hunc effert modum: ἀναπολεῖς τοὺς ὤμους ὕδωρ πίσσαν, ὁμοίως ὕδωρ μένει. i. Verſas ſcapulas aquam pinſens, aqua tamen æque aqua manet. Quantumuis doceas ὄνον λύρας, quantumlibet admoneas ſtupidum, ſui ſimilis eſſe pergit.

Gnomon & regula. LX

Quod eſt in re quapiam præcipuum, & ad quod unum reliqua omnia conferuntur, regulam & gnomonen prouerbio uocabant. Lucianus in Harmonide: ὅτι τὸ κεφάλαιον ἀρετῆς ἁπάσης, ὁ γνώμων φασὶ καὶ ὁ ὀρθὸς κανὼν τῶν τοιούτων. i. Quod eſt caput omnis uirtutis, gnomon, ut aiunt, & recta regula. Idem in Scytha. Οὗτός σοι ἑλλωικὸς κανών. id eſt, Hic tibi Græcanica regula. Item in Sectis: Τοῦτον κανόνα καὶ στάθμην ἀκριβῆ τοιούτων. i. Hanc regulam & amuſſim certiſſimam rerum eiuſmodi. Porrò ad regulam exæquant fabri ſtructuram. Iidem utuntur & gnomonibus. Conſtat autem gnomon è duabus lineis rectis, quas utrinq; dimetiẽs diſſecto quadrangulo conſtituit.

Caput. LXI

Eiuſdem formæ eſt cum præcipuam negotij partem aut autorem rei, caput uocamus. Terentius in Adelphis, Te eſſe huic rei caput. Exempla tum apud Græcos ſcriptores, tum apud Latinos paſſim obuia ſunt. Eundem in modum & arcem dicimus rei cuiuſpiam. Ariſtoteles in præfat. Rhetor. ad Alexandrum, ὡς ἀκρόπολίς ἐστι σωτηρίας. i. Quoniam incolumitatis arx eſt. Σοφιανὸς apud Athen. lib. 10. πάντων πανταχοῦ μητρόπολιν εἶναι τὸν οἶνον. i. Vinum omnium malorum metropolim eſſe dixit. Hinc oriri tumultum, hinc inſaniam, hinc debacchationes. Plato De legibus libr. 1. Κεφάλαιον δὴ παιδείας λέγομεν τὴν ὀρθὴν τροφήν. i. Caput eruditionis cenſemus rectam educationem. Plautus in Aſinaria. Ego caput huic argento fui hodie reperiundo. Ego pes fui. Quin nec caput nec pes ſermonis apparet. Idem in Captiuis: Quod neq; pes uſquam, neque caput appareat. Aliter uſurpant capitis uocabulum, cum indicant rem non ſingulatim explicari, ſed in ſumma proponi. Sic Aeſchines aduerſus Timarchum, ὡς δὲ ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν. i. ut in ſumma dicam. Idem in oratione περὶ παραπρεσβείας, eodem ſenſu dixit, Διὰ κεφαλαίων. i. per ſingula. Itidem Demoſthenes in oratione περὶ τῶν ἐν Χερρονήσῳ. ἐν κεφαλαίῳ δὲ ἃ λέγω φράσας καταβλῶναι βέλομαι. i. ubi in ſumma de quibus loquor, dixero, uolo deſcendere. Ruſſus in oratione contra Zenothemin, τὸ μὲν οὖν πρᾶγμα ὑπὲρ οὗ τὴν ψῆφον οἴσετε, ὡς εἰπεῖν ἐν κεφαλαίῳ, τοιοῦτόν ἐστι. Itaq; negotium quidem de quo feretis ſuffragia, ut in ſumma dixerimus, ſic habet.

Somnium. LXII

Rem futilem, inanem & nihili, ſomnium prouerbio dicimus. Terent. in Adelphis: De argento ſomnium. Lucianus in Harmonide, Πάντα ἐκεῖνα ὑπολήμια ὀνείρατά φασι, καὶ ἐπῶν σκιάς. i. Omnia illa ſubuentanea ſomnia, ſicut aiunt, & uerborum umbræ. Idem in dialogo Nirei & Therſitæ & Menippi. ὀνείρατά μοι λέγεις. id eſt, Somnia mihi narras. Plato lib. de Rep. 7. οὕτω ὕπαρ ἡμῖν καὶ ὑμῖν ἡ πόλις οἰκήσεται, ἀλλ' ὄναρ, id eſt, atq; ita uerè nobis ac uobis ciuitas habitabitur, non autem ſomnium. Idem in Theæteto: ἄκρα δὴ ὄναρ ἀντὶ ὀνείρατος. id eſt, audi iam ſomnium pro ſomnio, friuolam rationem pro friuola. Et Syrus ſeruus in Adelphis, herum ſuum ſomnium uocat, præ Demea. Tu quantus quantus es nihil niſi ſapientia es, ille futilis ſomniũ. Plautus in Captiui duo, Hic uigilans ſomniat. Plato libr. De legib. 3. ſomnia dixit, pro tenuibus ueſtigijs. Quum enim narraſſet Darium non fuiſſe regis filium, ſed eruditione rectaq; inſtitutione ſic ad regnum peruenuiſſe, ut ipſe in diuiſione principatus ſeptimam modo portionem obtineret, ὃ καὶ νῦν ἔτι, inquit, σμικρὰ ὀνείρατα λείπεται. i. cuius rei nunc quoq; exigua reſtant ſomnia.

Ne in tonſtrinis quidem. LXIII

Lucianus in lib. cui titulus, quomodo conſcribenda ſit hiſtoria, Οὔτε τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο, ἐπὶ κειράων τὰ τοιαῦτα μυθολογοῦντων ἀκούσας. i. Qui nec in tonſtrinis, quod dici ſolet, talia fabulantes audiuerit. Quòd in tonſorum officinis ferè ocioſi deſideant, & ſuam quiſq; fabulam adferat in medium, unde Flaccus:

_Gaudent ubi uertice raſo
Garrula ſecuri narrare pericula nautæ.

Item alibi: _Opinor
Omnibus & lippis notum & tonſoribus eſſe.

Cuius alibi meminimus.

Nunquid & Saul inter Prophetas. LXIIII

Libro Regum 1. capite 10. refertur hũiuſmodi prouerbium הַגַּם שָׁאוּל בַּנְּבִיאִים id eſt, Nunquid & Saul inter prophetas? Natum à Saule, qui cũ in prophetarũ cœtum incidiſſet, ſubito & ipſe diuino furore correptus, uaticinari cœpit. Id admirantes qui Saulem antea cognouerant, inter ſe dicẽ

Ayuntamiento de Madrid

ſe dictitabant. Quid accidit Sauli, num & Saul inter prophetas? Ea uox deinde uerſa eſt Hebræis in prouerbium de re noua & inopinata, ſubitaq;. Eſt autem apud illos iambicus dimeter. Gregorius Nazianzenus in apologia De fuga ſua in Ponto, ſic uſurpat, ut quadrare uideatur, ubi promiſcue quilibet ſibi magnificam aliquam functionem uſurpant, uelut hiſce temporibus nemo non tractat ſacras literas, ἀντὶ Ϙ, inquit εἶναι διδακτὸς θεῷ, καὶ πάντων προφητευόντων, ὥςτε εἶναι καὶ σαὺλ ἐν προφήταις ϗ τὴν παλαιὰν ἰσοτέλειαν καὶ παροιμίαν. i. dum pro eo quod deberent eſſe dociles dei, prophetant omnes, adeò ut & Saul ſit inter prophetas iuxta priſcam hiſtoriam ac prouerbium. Finitimum illi, Καὶ κόρχορος & ἐν λαχάνοις, καὶ τὸ ἐν φακῇ μύρον. i. Corchorus inter olera, & in lente unguentum, ſiue lenti admixtum unguentum.

In foribus urceum. LXV

ἐπὶ θύραις τὴν ὑδρίαν. id eſt, In foribus aqualem. Nam hoc uerbo uſus eſt Plautus. Ariſtotcles libro Rhetoricorum 1. Τὸ δὴ τέλος ἀγαθὸν, ὅθεν ταῦτα ἔρηται. καθόλλικεν οὖν ὠλὴν προάμωμ, καὶ αἰσχρόν τοι λύρον τε μέλειν. καὶ ἡ παροιμία ἡ τὸ ἐπὶ θύρας τὴν ὑδρίαν i. Finis autem bonus: unde illa dicta ſunt, Et laudem Priamo. Præterea, Turpe diu manſiſſe, Iam uerò prouerbium etiam illud, Vrceũ iuxta fores. Interpres quiſpiam: nam librum ἀφώνυμον ſuppeditarat eruditiſſimus amicus noſter Baptiſta Egnatius, ait ſignificari rem contemptam ac uilem. Negliguntur enim quæ paſſim ſunt obuia, quæq; facilè quibuslibet contingunt. Itaque urceum in foribus poſitum nemo ſtudet tollere, procliue enim. Verum uniones in ſcrinijs reconditos magis expetunt. Plutarchus περὶ πολυφιλίας ait, rubum ultro hærentem negligi ac præteriri, uineam, olcaq; expeti, recenſens hanc ſententiam, Οὐ δὴ ἀφετέον πάντων τὸ ῥᾳδίως ἁλισκόμενον. id eſt, Non eſt tollendum quod admodum facilè conſequi licet. Item in epiſtolis Seneca, Multi aperta tranſeunt, condita & abſtruſa rimantur. Furem ſignata ſollicitant. Vile uidetur, quicquid patet, aperta effractarius præterit. Hos mores habet populus, hos imperitiſſimus quiſq;, in ſecreta irrumpere cupit. Porrò prouerbium imperfectum ac mutilum uidetur. Quando quidem Ariſtoteles ad eum modum pleraq; refert, tanquam alioqui per ſe ſatis nota. Apparet eſſe hemiſtichium iambici trimetri à Comico quopiam mutuo ſumptum.

Haud quaquam difficile Athenienſem Athenis laudare. LXVI

Ariſtotcles libr. Rhetoricorum primo, ὥσπερ & ὁ Σωκράτης ἔλεγεν, ὃ χαλεπὸν Ἀθηναίους ἐν Ἀθήναις ἐπαινεῖν. id eſt, Quemadmodum enim dixit Socrates, haud difficile eſt, Athenienſes Athenis laudare. Citat idem, eodem in opere de proœmijs agens. Haud quaquam eſſe difficile, Athenienſes laudare apud Athenienſes, uerum apud Lacedæmonios id fore difficile. Extat autem in Menexeno Platonis, idq; in adagionis locum ceſſit. Dictum eſt autem, propter encomia, orationesq; panegyricas, quæ Athenis ex more exhibebantur ijs, qui fortiter oppetiiſſent in bello: in quibus quoniam plurima dicebantur in laudem populi Athenienſis, pronis auribus audiebantur, propterea quòd ſuis quiſque laudibus fauet.

Exigua res eſt ipſa iuſtitia. LXVII

Ariſtotcles lib. Rhetorices primo, Διὸ καὶ τὸν δικαιοσύνην φασὶ, μικρὸν εἶναι. id eſt, Vnde etiam aiunt, ipſam iuſtitiam, exiguum quiddam eſſe. Quo prouerbio ſignificabant, non multum afferre momenti, ſi probus ſis, niſi talis etiam habearis: & opinionem longè plus ualere, quàm rem ipſam. At quanto melius Aeſchylus in tragœdia, cui titulus, ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, de Amphiarao,

Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος ἀλλ' εἶναι θέλει,
Βαθείαν ἄυλακα διὰ φρενὸς καρπούμενος. id eſt,
Neq; enim uideri, at eſſe uir cupit optimus,
Mentis profundæ ſegete perfruens bona.

Rectius Socrates admonens, ut talis quiſq; ſit, qualis haberi uelit. Modeſtius Euripides in Oreſte probans opinionem, ubi res ipſa non adeſt, tanquam optimo proximam.

Κρεῖσσον γὰ τὸ δοκεῖν κἀπ' ἀληθείας ἄπο. id eſt,
Res ipſa ut abſit, optima eſt opinio.

Ilidem Terent. in Adelph. Si tibi iſtuc re ipſa non dolet, at ſimulare certè eſt humanis.

Occaſione duntaxat opus improbitati. LXVIII

Ariſtot. libr. Rhetoric. 2. Καὶ πρὸς οὓς ἔχασι πρόφασιν, ἢ προγόνων, ἢ αὐτῶν, ἢ φίλων, ἢ ποιησάντων καλῶς, ἢ μελησάντων, ἢ αὐτοὺς, ἢ προγόνους. ἢ ὧν κήδονται, ὥσπερ & παροιμία, πρόφασιος δέεται μόνον ἡ πονηρία. id eſt, Aut aduerſus quos occaſionem habent, ſiue progenitorum nomine, ſiue ſuo ipſorum, ſiue amicorum, ſiue eorum, à quibus beneficio fuerunt affecti, aut curæ habiti, uel ipſi, uel maiores ipſorum, uel eorum pro quibus ſolliciti ſunt. Quemadmodum enim prouerbio dicitur, Occaſione duntaxat opus eſt malitiæ. Quadrabit in nocendi cupidos, qui ne temere læſiſſe uideantur cauſas prætexunt. Celebratur hic mimus Publij, ni fallor, in hanc ſententiam:

Malefacere qui uult, nuſquam non cauſam inuenit.

Circumfertur & hodie uulgò apud noſtrates adagium non uſquequaque ſpernendum, Facilè fuſtem inuenerit, qui cupit cædere canem. Eodem ſpectat Terentianum illud, Fingit cauſas, ne det ſedulo. Item illud Martialis,

Iraſci tantum felices noſtis amici,
Non quia ſic merui, ſed iuuat hoc facere. Fortaſſis huc alluſit & Euripides, cùm ſic ait in Iphigenia Auliденſi.

ἐπὶ βραχέσιν προφάσεως ἔδει μόνον,
ἐφ' οἷς σ' ἐγὼ καὶ παῖδες αἱ λιλειμμέναι
Δεξόμεθα λέξιν, ἥν σε λέξασθ χρεών. id eſt,
Occaſione tantum opus fuerit leui,
Vt & ipſa quiq; mihi ſuperſunt liberi,
Te rurſus accipiamus iſthunc ad modum,
Quo te accipi par eſt.

Citant & hunc ſenarium ex Menandro:

Μικρὰ πρόφασίς ἐστι τοῦ πράξαι κακῶς. id eſt,
Ad praue agendum parua ſatis occaſio eſt.

Vel à mortuo tributum auferre. LXIX

Κἂν ἀπὸ νεκροῦ φέρει. i. Etiam à mortuo tollit. In hominem undecunq; per fas nefasq; lucrum captantem. Ariſt. lib. Rhet. 3. tractans de ijs, quæ pudenda habeantur, Οἷον, inquit, τετελευτηκότων, ἢ τεθνειώτων, ὅθεν καὶ ἡ παροιμία, τὸ καὶ ἀπὸ νεκροῦ φέρειν. ἀπὸ αἰσχροκερδίας γάρ. i. Veluti ſi quis exigat à paupertibus, ſiue defunctis: unde etiam illud ortum eſt adagium. Etiam à defuncto tollere, propterea quòd id à turpi lucri cupiditate proficiſcitur. Finitimum eſt illi.

Αἰτεῖν καὶ τοὺς ἀνδριάντας ἅλφιτα. id eſt,
Ipſis uel à ſtatuis farinas poſtulat.

Natum à tyrannis, qui & à ſepulchris, aut defunctorum ſtatuis, uectigal colligunt. Legitur in epiſt. quadam ad Cratetem Diogenis, Καὶ τοὺς ἀνδριάντας τοὺς ἐν τῇ ἀγορᾷ προσιὼν αἴτει τὰ ἄλφιτα. i. Adi & ſtatuas, quæ in foro ſunt, utq; ab his cibum poſcito.

Pudor in oculis. LXX

ἐν ὀφθαλμοῖς ἡ αἰδὼς. i. In oculis pudor. Horum nos pudet, quæ in propatulo ſunt, Aſpectus enim uel incultt, uel renouat etiam pudorem. Vnde fit, ut pueri cum pudeſcunt, oculos tegant. Et apud Platonem Socrates dicturus de amore ob pud

Ayuntamiento de Madrid

ob pudorem oculos tegit, nimirum hunc alludens. Hinc & poetæ Cupidinem, quòd sit improbissimus, cæcum fingunt. Eodem pertinet illud Ciceronis, Epistolam non erubescere. Videmus etiam eos qui oculis capti sunt à uerecundia plurimum abesse. Huc spectauit Ouidius cùm ait, noctem utpote cæcam pudore uacare.

Nox, inquit, & amor, uinumq; nihil moderabile suadent.
Illa pudore uacat, Liber, amorq; metu.

Refertur adagium ab Arist. lib. Rhet. 2. Καὶ τὰ ἐν ὀφθαλμῷ καὶ τὰ ἐν φανερῷ. ὅθεν καὶ ἡ παροιμία, τὸ ἐν ὀφθαλμοῖς εἶναι αἰδῶ. id est, Et ea quæ sunt oculis exposita, quæq; in propatulo sunt. Vnde & illud prouerbio dicunt, Pudorem in oculis esse. Citatur & apud Athen. lib. 13. Idem in Problematis causam inquirens, quamobrem pudefactis rubescant aures, iratis oculi, huius adagij testimonium citat, Hŏτι, inquit, ἡ μὲν αἰδὼς ἐν ὀφθαλμοῖς καταύξησίς τις μετὰ φόβου. ὥσ τε ἀκότως ἀπολάπτ τὸς ὀφθαλμὸς. χωρίζομενον γὰρ ὡς τὸ λευκώτατον φέρεται τόπον, τοιοῦτος ὁ ἐν τοῖς ἄκροις τῶν ὤτων, ὁ δὲ ἄλλος ὠχρώδης ὀχλιζομένοις ἐπανέρχεται τὸ θερμὸν, μάλιστα γίνεται φανερὸν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς, διὰ τὴν χροιὰν ὅσαν λευκήν. i. An propterea, quòd pudor in oculis frigus quoddam adducit uni cum metu, atq; ob id merito calor defluit oculos. Is uerò demigrans inde fertur ad locum sui maximè capacem. Est autem huiusmodi summa pars aurium, nam reliqua pars est ossea. Rursum iratis calor suffunditur: idq; potissimum apparet in oculis, propter albicantem illorum colorem. Refertur hic uersus ex Euripide.

Αἰδὼς ἐν ὀφθαλμοῖς γίνεται τέκνον. id est,
Mea gnata in oculis nascitur hominum pudor.

Aristophanes in Vespis,

—ἀλλὰ τούτοις γε οὐκ ἔνι
Οὐδ' ἐν ὀφθαλμοῖσιν αἰδὼς τὴν παλαιὸν ἐμβάδ' ὁρᾶν. i.
—Cæterum istis haud inest,
Calciamenti uetusti, nec uel in oculis pudor.

Huc referri potest & illud, quod Aristoteles libr. Rhetoricorum 1. ex Sapphone citat.

Αἰδὼς κέν σε οὐκ εἶχεν ὄμματα. id est,
Non esset tibi pudor in oculis.

Hinc & illæ figuræ: quo ore, qua fronte audebis obiurgare filium? Et illud apud Ciceronem in epist. ad Atticum: nec enim conquisitores φανοπροσωπᾶν audent. Quin & hodie uulgò dicunt: Non audebis faciem ostendere. Apud Euripidem in Iphigenia Aulidensi, Menelaus iubet Agamemnoni, ut sese aspiciat, uidelicet, quo facti pudeat.

Βλέψον εἰς ἡμᾶς, ἵν' ἀρχὰς τῶν λόγων τούτας λάβω. i.
Aspice in nos recta, ut hoc capiam loquendi exordium.

Isq; respondet,

Μῶν βλέπας, οὐκ ἀνακαλύψω βλέφαρον ἀβλαβῶς γεγώς; i.
Num uerebor lumina in te tollere, Atreo satus?

Fortassis huc adscribendum erat, quod apud Homerum Achilles Agamemnonem κυνώπην uocat, ob impudentiam uelut oculis caninis & inuerecundis.

Conciliant homines mala. LXXI

Συνάγει τοὺς ἀνθρώπους κακά. id est, Conciliant homines mala. Sententia prouerbialis, quæ declarat id, quod uulgò fit, ex hostibus nonnunquam amicos fieri propter malum aliquod incidens utrisq; commune. Aristot. lib. Rhetor. 1. Οὐδὲν γὰρ κωλύει ἐνίοτε τὸ αὐτὸ συμφέρειν τοῖς ἐναντίοις. ὅθεν λέγεται, ὡς τὰ κακὰ συνάγει τοὺς ἀνθρώπους, ὅτ' ἂν ᾖ τὸ αὐτὸ βλαβερὸν ἀμφοῖν. i. Nihil enim uetat, quo minus idem conducat ambobus aduersarijs. Vnde dicitur illud, Conciliari homines malis, quoties idem utrisq; noxium fuerit. De syncretismo diximus alibi. Quin huc quoq; potest deflecti prouerbium, ut dicamus, indoctum fauere indocto, infantem infanti, nepotem nepoti. Neq; enim bonarum modo rerum similitudo conglutinat necessitudinem, uerumetiam ex malis communibus sæpenumero mutua nascitur beneuolentia. Amant ferè inter se, qui simul fecere naufragium, qui militarunt unà, qui simul capti fuerunt ab hoste: denique qui corporis aut animi morbis iisdem laborant.

Ama tanquam osurus, oderis tanquam amaturus. LXXII

Δεῖ φιλεῖν ὥσπερ μισήσοντα, μισεῖν δ' ὥσπερ φιλήσοντα. i. Sic amandum tanquam sis osurus, sic oportet odisse tanquam sis amaturus. Hanc Biantis sententiam Aristoteles in libris Rhetoricorum satis indicat in prouerbium abijsse, cum ita scribit, ὅτι δ' δεῖ, ὥσπέρ φασι, φιλεῖν ὡς μισήσοντα, ἀλλὰ μᾶλλον μισεῖν, ὡς φιλήσοντα. i. Non est amandum quasi sis osurus, quemadmodum aiunt, sed ita exercendum odium, tanquam sis aliquando amaturus. Ac paulo inferius, δεῖ φιλεῖν, οὐχ ὥσπέρ φασιν, ἀλλ' ὡς ἀεὶ φιλήσοντα. i. Oportet amare non quemadmodum aiunt, sed tanquam semper amaturus. Commonstrat enim illic philosophus, quo pacto refellendæ corrigendæq; sint sententiæ uulgò receptæ, atq; inculcatæ. M. Tullius in sermone De amicitia, scribit Scipioni usque adeo non placuisse dictum hoc Biantis nomine celebratum, ut negaret ullam uocem inimiciorem amicitiæ reperiri potuisse, quàm eius qui dixisset, ita amare oportere, ut si aliquando esset osurus: nec uerò se adduci posse, ut hoc, quemadmodum putaretur, à Biante dictum esse crederet, qui sapiens habitus esset unus è septem: sed impuri cuiusdam, aut ambitiosi, aut omnia ad suam potentiam reuocantis esse sententiam. Quo nam enim modo, inquit, quisquam amicus eius esse poterit, cuius se putabit inimicum esse posse, quinetiam necesse erit cupere & optare, ut quàm sæpissimè peccet amicus, quo plures det sibi tanquam ansas ad reprehendendum. Rursum autem rectè factis, commodisq; amicorum necesse erit angi, dolere, inuidere. Quare hoc quidem præceptum, cuiuscunq; est, ad tollendam amicitiam ualet. Illud potius præcipiendum fuit, ut eam diligentiam adhiberemus in amicitijs parandis, ut ne quando amare inciperemus eum quem aliquando odisse possemus. Hactenus Cicero. Refertur ab eodem Aristotele paulo superius, ac reperitur libro Moralium Eudemiorum septimo hic senarius,

Οὐδεὶς ἐραστὴς, ὅστις οὐκ ἀεὶ φιλεῖ. id est,
Non est amicus hic, qui amare desinit.

Qui emolumẽti causa amat, potitus eo quod concupiscebat amare desijt. At bonorum amicitia quoniam uirtuti nititur, immortalis est. Extat autem hic uersus apud Euripidem in Troadibus. Diogenes Laërtius mutilum adagiũ refert, ἔφασκε φιλεῖν ὡς μισήσοντας, τοὺς δὲ πολλοὺς εἶναι κακούς. i. Iubebat amare tanquã osuros, plurimos enim esse malos. Huc adscribendus Mimus ille Publianus, qui est apud A. Gellium.

Ita amicum habeas, posse ut fieri inimicum putes.

Et alius eiusdem, ut opinor, sed Senecæ titulo.

Ita crede amico, ne sit inimico locus.

Sophocles item in Aiace Mastigophoro,

ἐγὼ δ' ἐπίσταμαι γὰρ ἀρτίως, ὅτι
Ὁτ' ἐχθρὸς ἦμεν, ἐς τόσον δ' ἐχθραντέ θ'
ὡς καὶ φιλάσων αὖθις. ἐς τε τὸν φίλον
Τοσοῦθ' ὑπουργῶ ὠφελεῖν βεβούλομαι
ὡς ἀεὶ δ' μενοῦντα. τοῖς πολλοῖσι γὰρ
Βροτῶν, ἄπιστός ἐστ' ἑταιρίας λιμήν. id est,
At ipse didici nuper, ut si quando sim
Inimicus ulli, hunc oderim hactenus, uelut
Aliquando amicum habiturus: erga amicum item
Officia sic exercean, ut qui non siet
Semper futurus amicus: etenim plurimis
Sodalitatis portus est tutus parum.

Atticus aduena. LXXIII

Ἀττικὸς παροικῶν. i. Atticus aduena. In uiolentos & feroces uicinos

Ayuntamiento de Madrid

uicinos dicebatur. Duris apud Zenodotum ait ex Atticorum moribus natum, quòd olim finitimos è sedibus suis exigere consueuerint. Craterus inde manasse putat, quòd Athenienses, qui Samum miſsi fuerant, indigenas expulerint. Notatur adagium ab Aristot. libr. Rhetor. iij ἔτι, inquit, ἔνια τῶν παροιμιῶν καὶ γνῶμαι εἰσὶν, οἷον μαρτυρίαι, ἀτεχνὸς πάροιμον. i. Ad hæc nonnulla prouerbia sunt & sententiæ, tanquam testimonia, ut Atticus aduena. Proinde propriè quadrabit in eos, qui ita nuper in munus aliquod asciti sunt, ut superiores eiiciant.

Purpura iuxta purpuram dijudicanda. LXXIIII

ἡ πορφύρα παρὰ τὴν πορφύραν διακρίσις. i. Purpura ad purpuram dijudicanda est. Certißimum iudicium ex collatione nascitur. Vnde emptores mercaturi purpuram ne fallantur, alteram adhibent purpuram. Licebit uti, quoties negabimus infantiam, aut inscitiam indoctorum plene deprehendi, nisi cum eloquentium & eruditorum scriptis conferantur. Etenim si uel Saluſtium conferas cum Cicerone, iam uelut obmutescit ille alioqui per se disertißimus. Refertur adagium à Phœbammone sophista in commentario De figuris rhetoricis. Meminit & Isocrates in oratione Panathenaica, ἀλλ' ὥσπερ τὴν πορφύραν καὶ τὸ χρυσὸν διαφερόμεθα καὶ δοκιμάζομεν ἑτέρᾳ παραβαλόντες. i. Sed quemadmodum purpuram & aurum consideramus ac probamus, purpuram cum purpura conferentes. Hunc arbitror prorsus ἀπροσδιόνυσον fore, si de conferenda purpura locum huc ascripsero ex Aureliano Flauij Vopisci. Meminiſtis, inquit, fuisse in templo Iouis Opti. Max. Capitolini pallium breue purpureum, lanestre: ad quod cum matronæ atq; ipse Aurelianus iungeret purpuras suas, cineris specie decolorari uidebantur cæteræ, diuini cõparatione fulgoris. Hoc munus rex Persarum ab Indis interioribus sumptum, Aureliano dedisse perhibetur scribens: Sume purpuram qualis apud nos est. Nam postea diligentißime & Aurelianus & Probus & proxime Diocletianus miſsis diligentißimis confectoribus, requisiuerunt tale genus purpuræ, nec tamen inuenire potuerunt. Dicitur enim Sandix Indica talem purpuram facere, si curetur. Alluſit huc Quintil. libr. 12. cap. De generibus dicendi, agens de dictione quæ, quòd mediocris est, per se habet admirationem, sed admotis ijs quæ sunt eximia, desinit esse admirationi. Habet, inquit, admirationem, neq; immerito, nam ne illud quidem facile est, sed euanescunt hæc atq; moriuntur comparatione meliorum: ut lana tincta fuco, citra purpuras placet: at si conferas, etiam lucernæ conſpectu melioris obruatur, ut Ouidius ait.

Saturniæ lemæ. LXXV

Κρονικαὶ λῆμαι. i. Saturniæ lemæ. In cæcutientes ac stupidos dicitur: præsertim in eos, qui ætatis uitio desipiscunt. Est enim lema humor in oculis concretus, unde lippitudo nascitur. Deriuatur autem ἀπὸ τοῦ λέω. i. uideo, & μὴ negatiua particula, quòd eiusmodi lachrymæ crassæ oculos occupantes uisui efficiant. Aristophanes in Pluto:

ἀλλ' ὦ κρονικοῖς γνώμαις ὄντως λημῶντες τὰς φρένας ἄμφω. id est,

Saturninis animis uere, lippitis sensibus ambo.

Gnomis dixit pro lemis, unde λημῶ Græcis lippio, cæcutioq; significat. Porrò Saturniæ dicuntur quasi semles ac ueteres: propterea quod κρόνος. i. Saturnus podagrosus, ac senex à poëtis fingitur, & temporum deus: quasi χρόνος. ἀρχαῖα uerò, id est, prisca & antiqua Græci nonnunquam stulta uocant. Plato in Euthydemo, ἔχων φλυαρεῖς, καὶ ἀρχαιότερος ἢ κατὰ σέ. i. Nugaris, ac stultior es quàm decet. Et κρονικώτερα, μωρότερα. & κρόνους nugas, ac deliramenta. Timotheus apud Athenæum lib. 3. Νῆος ὁ Διὸς βασιλεύει. τὸ παλαιὸν δ' ἦν κρόνος ἄρχων. id est, Iuuenis regnat Iupiter. Olim autem principatum tenebat Saturnus. Aristophanes in Vespis:

Καὶ τοὺς τραγῳδοδιόνυσον κρόνους τὸν νοῦν. i.
Sese tragœdos mente Saturnos ait
Mox redditurum. Idem in Nebulis,
Καὶ πῶς ὦ μωρὲ σὺ καὶ κρονίων ὄζων οὐ βεβρεσίλωε. i.
Et quomodo ô stulte, & Saturnalia olens, & lunaris.

Dionysodorus in Euthydemo Platonis, Socratem Saturnum uocat, bardũ ac stupidum sentiens, ὅτως, inquit, εἶ κρόνος. i. Adeo es Saturnus. Alluſit huc Lucianus in Timone. Λημᾶς καὶ ἀμβλυώττεις πρὸς τὰ γινόμενα. i. Cæcutis ac lippis ad ea quæ patrantur. Atq; inibi paulo inferius, καὶ κατ' ὀλίγον κρόνος σὲ ὦ θεῶν γενναιότατε ἀποφαίνει, παραπαίοντα δὲ τιμᾶς. i. Et paulatim Saturnũ te ô deorũ præclarißime reddunt, depellentes ab honore. Plutarchus ætate desipientes ostendit uulgò κρονολόχους appellatos fuisse. i. Saturni more delirantes, uidelicet propter aniles fabulas, quæ de hoc deo feruntur. Eas refert idem Plutarchus in cõmentario de facie apparenti in orbe lunæ: Saturnum in insula quapiam fortunata, profundo in antro dormire saxa complexũ aurea. Cæterum hunc somnum illi accidere ex uinculis in eam usum arte confectis à Ioue. Aues autem quæ in scopuli cacumine uersantur, adferre illi ambrosiam, uniuersamq; insulam mira fragrantia compleri, è rupe, uelut è fonte scatente: adesse dæmones, qui Saturnum obseruent & inseruiant. Hos olim cum illo amicitia coniunctos fuisse, cum dijs atq; hominibus imperaret: multaq; de futuris rerum euentibus ex se prædicere. Sed maxima, maximisq; de rebus sic efferũt, ut Saturni somnia uideatur. Nam quicquid cogitarit Iupiter in animo, id somniare Saturnum. Huiusmodi quædam nugamenta de Saturno commemorantur in hoc, quo dixi, libello. Iam illud eruditi lectoris iudicio relinquo, nunquid ad hoc adagium pertineat, quòd Pythagorici συμβολικῶς mare Saturni lachrymam appellant, ut testatur idem autor, commentario de Iside & Osiride. Siquidem est aqua marina non salsa solum & amara, sed crassior item & impurior reliquis.

Cucurbitas lippis. LXXVI

Κολοκύντας λημᾶν. i. Lippire cucurbitas. Ad superiorem adagij formam pertinet. Aristophanes in Nubibus:

Νῦν γέ τοι οὐδὲν καθορᾶς αὐτὰς, εἰ μὴ λημᾶς κολοκύντας. id est,

At nunc ipsas planè cernis, nisi fors lippis colocyntis.

Κολοκύντας Græci uocant quas nos cucurbitas. Verba sunt Socratis ostendentis nubes, hoc est, nisi planè nihil uides, & tantas habes in oculis lemas, quantæ sunt cucurbitæ.

Ollas lippire. LXXVII

Χύτρας λημᾶν. Ollas lippire. Prouerbialis hyperbole, proximæ simillima. Lucianus aduersus ineruditum, & multos coëmentẽ libros, χύτρας, inquit, λημῶντες. i. Ollas lippiẽtes. Lachrymas indicãs ollis æquales. Hoc adagiũ utrunq; quotics ad animum refertur, fit elegantius & iucundius: ueluti si quis hominem crassi iudicij, ac uehementer cæcutientis, & turpiter errantis dicat lippire non lemis, sed ollis.

Odium agreste. LXXVIII

Μῖσος ἀγελαῖον. i. Odium agreste, Atrox odium ueteres sic appellabant, propterea quòd rustici plerunq; μισάνθρωποι sunt, & acerbius atque implacabilius oderunt. Lucianus contra indoctum, Μῖσος δὲ ἀγελαῖόν φασιν παρὰ πάντων ἔχειν ἐπὶ τῇ βδελυρίᾳ. i. Laboras autem agresti, sicuti dicitur, omnium odio, propter insolentiam. Vnde & ciuilitatem appellamus morum comitatem, humanitatemq;. Et apud Iureconsultos ciuilis actio discernitur à criminali. Denique Græci quicquid barbarum, immane, aut crudele uolunt intelligi, id ἄγριον uocant.

Megar

Megarenſes neque tertij, neque quarti. LXXIX

Μεγαρεῖς οὔτε τρίτοι οὔτε τέταρτοι. i. Megarenſes, neq; tertij, neq; quarti. Dicebatur olim in homines ſupra modum ignauos & contemptos, nulloq; honore dignos. Natum adagium ex oraculo quodam. Id quidam, inter quos Stephanus Mneas & Ion, Aeginenſibus, alij Megarenſibus redditum exiſtimant. Narrat itaq; Mneas, cùm Aeginenſes in Achaïa debellaſſent Actolos, ac decimam pentecontorum cepiſſent, ea eſt nauis remigum quinquaginta, hanc Apollini Pythio victoriæ monimentum dedicarunt. Rogabantq; deum, quinam eſſent Græcorum præſtantiſſimi, arbitrantes futurum, ut ob eam victoriam ipſis prima laus ab Apolline tribueretur. Oraculum hunc ad modum reſpondit,

ἵππων θεσσαλικῶν, λακεδαιμονίων τε γυναῖκα,
ἄνδρας δ' οἳ πίνουσιν ὕδωρ καλῆς ἀρεθούσης.
ἀλλ' ἔτι καὶ τῶν δ' εἰσὶν ἀμείνονες, οἵτε μεσηγὺ
Τίρινθ' & ναίουσι καὶ ἀρκαδίης πολυμήλου
ἀργεῖοι λινοθώρηκες κένταυρα πολέμοιο.
ὑμεῖς δ' ἀγύιεες, οὔτε τρίτοι οὔτε τέταρτοι,
Οὐδὲ δυωδέκατοι, οὔτ' ἐν λόγῳ, οὔτ' ἐν ἀριθμῷ. id eſt,
Theſſala equa præſtat reliquis, mulierq; Lacæna.
Porrò uiri potant qui pulchra fluenta Arethuſæ.
Hos quoq; præterea, mediæ gens incola uincit
Tirynthi, Arcadiæq; bidentibus inclytæ albis,
Argiui ſtimuli bellorum, armisq; potentes.
At uos Aegini, neq; tertius accipit ordo,
Nec quartus, neq; biſſenus, neq; denicq; ueſtri
Vlla uſquam ratio eſt, nuſquam numerus' ue, locus' ue.

Qui ſcripſit commentariolos in Theocritum, refert hoc epigramma paulo diuerſius, nimirum ad hunc modum,

Γάιος μὲν πάσης τὸ στιλασγικὸν ἄργος & ἄμαρυγμα,
ἵπποι θρηΐκιαι, λακεδαιμόνιαί τε γυναῖκες,
ἄνδρες δ' οἳ πίνουσιν ὕδωρ καλῆς ἀρεθούσης.
ἀλλ' ἔτι καὶ τῶν δ' εἰσὶν ἀμείνονες, οἵτε μεσηγὺ
Τίρινθ' & ναίουσι, καὶ ἀρκαδίης πολυμήλου,
ἀργεῖοι λινοθώρηκες κένταυρα πολέμοιο.
Τμεῖς δ' ὦ μεγαρεῖς οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι,
Οὔτε δυωδέκατοι, οὔτ' ἐν λόγῳ, οὔτ' ἐν ἀριθμῷ.

Callimachus item in epigrammatis ad Megarenſes retulit prouerbium

Τῆς δὲ ταλάινης
Νύμφης ὡς μεγαρεῦσιν, οὐ λόγος, οὐδ' ἀριθμός. id eſt,
Sed ueluti Megarenſibus accidit olim,
Nymphæ infelicis, non locus, aut ratio.

Item Theocritus in Catellæ amore,

ἄμμες δ' ὅτε λόγῳ τινὸς ἄξιοι, οὐδ' ἀριθμητοί,
Δύσανοι μεγαρῆες, ἀτιμοτάτη ἐνὶ μοίρᾳ.
Noſtri nec ratio eſt, numero neq; ponimur ullo
Extremæ ſortis ueluti quondam Megarenſes.

Eſt & inter amantes ordo, quum hic primus eſt apud amicam, ille ſecundus, alius tertius aut quartus. Quemadmodum & in teſtamentis eſt primus, ſecundus & tertius hæres. Effertur etiam hac forma prouerbium, οὐ μεγαρικῶν ἄξιοι μερίδος. i. Megarenſium parte, ſeu loco digni. Huc ſpectat & Homericum illud Iliados β.

Οὔτε ποτ' ἐν πολέμῳ ἐναρίθμιος, οὔτ' ἐνὶ βουλῇ. id eſt,
Nuſquam in conſilijs, nuſquam numeratur in armis.

Refertur ex Euripide.

Δειλοὶ γὰρ ἄνδρες οὐκ ἔχουσιν ἐν μάχῃ
ἀριθμόν, ἀλλ' ἄπεισι κἂν παρῇσ' ὅμως. id eſt,
Formidoloſi nullum habent in prælio
Numerum, ſed abſunt, licet ibi adſint maximè.

Hanc figuram & Latini uidentur exprimere. M. Tullius, Neminem eſſe puto, qui modo in aliquo numero ſit, hoc eſt, qui ſit alicuius momenti, alicuius pretij. Idem Philip. 3. Bambalio quidã pater, homo nullo numero, nihil illo cõtemptius. Plutarchus in Symposiacis, Τῶν ἐμῶν πολιτῶν ὥσπερ μεγαρέων οὐδεὶς λόγος & ἀριθμός. i. Atqui meorum ciuium, ueluti Megarẽſium nulla ratio. Idem aliàs in eodem opere, Τῶν δὲ δημοκρίτου ἱερὰ εἰδώλων, ὥσπερ ἀγυιέων ἢ μεγαρέων ἀριθμὸς οὐδεὶς οὐδὲ λόγος. i. Atqui Democriticarum, inquit, imaginum, perinde ut Megarenſium aut Aeginenſium, nullus numerus, neq; reſpectus. Equidem arbitror & Ariſtophanem hoc leuiter alluſiſſe cùm ſcribit in Acharnenſibus:

ὡς χὴ μεγαρέας μήτ' ἐν γῇ μήτ' ἐν ἀγορᾷ
Μήτ' ἐν θαλάττῃ μήτ' ἐν ἠπείρῳ μένειν. id eſt,
Megarenſibus nefas manere eſſet neq;
In terra alicubi, nec foro, nec in mari, Neq; continente.

Siquidem excludens Megarenſes quatuor locis, nimirum ad illud reſpexit, ὅτε τέταρτοι. Quanquam in uerſibus opinor non abeſſe mendum, uidelicet in μήτ' ἐν γῇ, niſi fortè quarto loco ſibi permittit ſpondeum, quemadmodum permittit Anapeſtum. Mihi ſubolet huc & M. Tullii alluſiſſe, cũ in Bruto ſuo ſic loquitur. Duobus igitur ſummis Craſſo & Antonio, L. Philippus proximè accedebat, ſed longo interuallo, tamẽ proximus, itaq; eum etſi nemo intercedebat, qui ſe illi anteferret, neq; ſecundum tamen neq; tertium dixerim. Nec enim in quadrigis cum ſecundũ numeraueris, aut tertium, qui uix è carceribus exierit, cum palmam iam primus acceperit: nec in oratoribus, qui tãtũ abſit à primo, uix ut eodem curriculo eſſe uideatur. Simili forma M. Tull. in Academicis lib. 2. dixit quintæ claſsis Democritũ. Quis, inquit, hunc philoſophum nõ anteponat Cleanthi, Chryſippo, reliquiſq; inferioris ætatis, qui mihi cum illo comparati, quintæ claſsis uidẽtur. i. poſtremi ordinis. E diuerſo primæ claſsis dicuntur, qui cæteris præferuntur, & nulla claſſe, qui prorſus contempti. Translatum à claſsibus, in quas Seruius Tullius rex diuiſit populum Romanum pro cenſus modo. Florus epitome 49. dixit ultimæ ſortis hominem uehementer obſcurum. Andriſcus, inquit, ultimæ ſortis homo, Perſei regis ſe filium ferens &c. Item epitome 19. C. Glauciam dixit, ultimæ ſortis hominem. Hoc fiet lepidius ſi transferatur ad animi res: ueluti ſi dicas, ultimæ ſortis ingenium: aut orationem cum aliorum ſcriptis uix conferendam, extremæ claſsis orationem. Ad hanc pertinet formam, quum dicunt hominem primæ notæ, poſtremæ notæ, & M. Tullius, ſalutem appellat de meliore nota, ſalutationem accuratam. Ad perſonam accommodauit Catullus,

Et quiſquis de meliore nota.

Id translatum uidetur à negotiatoribus qui uino aut panno notam affigunt indicantem mercis pretium.

Lepus pro carnibus. LXXX

Λαγὼς περὶ τῶν κρεῶν. id eſt, Lepus de carnibus, ſubaudi periclitatur. In eos dicitur, qui ob aliquam ſui utilitatem in diſcrimen uocantur. Nam leporem non inſectamur, quòd no ceat, ſed quòd pulpamentum habeat. Eſt enim animal & eſculentum & timidum, atque inerme, ut natura hominum eſcis leporem genuiſſe uideatur. Rheginenſes autem uulgò lepores dicti ſunt, utpote pauidi ac formidoloſi. Effertur etiam in hunc modum adagium, ὁ λαγὼς περὶ τῶν κρεῶν τρέχει. id eſt, Lepus pro carnibus currit. De ijs, qui magno ſuo periculo, aut capitis etiam diſcrimine, atque ob id acriter decertant. Translata metaphora à uenatu, in quo lepus quoniã intelligit ſeſe ad necem peti, perniciſſimo curſu fugit, adeo, ut non raro deficiat, medioq; in curſu examinetur. Qua de re Plutarchus in commentario De terreſtrium & marinorum animantium prudentia, narrat quiddam haud quaquam indignum quod hoc inferatur loco, Οἱ δὲ τοὺς λαγὼς θηρεύοντες, ἐὰν μὲν αὐτοὶ κτείνωσι θᾶττον διαπτῶντες τὸ αἷμα λάπτουσι προθύμως. ἐὰν δὲ ἀπογνοὺς ἑαυτὸν

Ayuntamiento de Madrid

ἑαυτὸν ὁ λαγὼς, ὃ γίνεται πολλάκις, ὅσον ἔχει πνεύματος ἀναλώσας εἰς τὸ δρόμον ἐκλίπητο, νεκρὸν καταλαβόντες, οὐχ ἅπλουται τὸ παράπαν, ἀλλ' ἴσασιν, τὰς θρᾶς κινδυνεύοντες, ὡς δὲ κρεῶν χάριν, ἀλλὰ νίκης καὶ φιλονεικίας ἀγωνιζόμενοι. i. Porrò canes cum leporem insequuntur, siquidem occiderint ipsi, gaudent dilacerare, atq; alacres sanguine sese cõtaminant, oblinuntq;. Quòd si lepus desperans de sese, quẽadmodum accidit sæpenumero, quicquid habet halitus, id omne quàm intentissimo cursu consumpserit, atq; ita defecerit, canes exanimem repertum omnino non attingunt, uerũ consistunt mouentes caudam, perinde, quasi non carnium gratia decertarint, sed magis de uictoria contenderint. Charon apud Aristophanem in Ranis: -Δῶλον ἓκ ἄγω

Εἰ μὴ νεναυμάχηκε τὴν περὶ τῶν κρεῶν. id est,

Seruum haud ueho, nauale ni peregerit

Certamen, ac pro carnibus pugnauerit.

Adscribit hoc loco Aristophanis interpres, apud Arginusam, seruos non pro pecunia, aut alio quouis præmio, sed pro uita dimicare solere. Idem in Vespis:

Ποιήσω δακεῖν τὴν καρδίαν

Καὶ τὸν περὶ ψυχῆς δρόμον δραμεῖν. id est,

Efficero, ut cor mordeas, cursumq; curras pro capite ac uita. Idem in eadem fabula.

Ἢ λαγὼν ἢ λάμπαδα ἔδραμες; id est,

Leporem cucurristi, an ne lampadem magis?

Plutarchus in Dialogo, quem scripsit aduersus Epicurum, Παπαὶ εἶπον ἐγὼ γελάσας, εἰς τὴν γαστέρα τοῖς ἀνδράσιν ὁσίους ἐναλεῖσθαι, καὶ τὸ περὶ τῶν κρεῶν ἐπάξειν. i. Papæ, inquam ridẽs, in uentrem ipsum uiris insultum facturus uideris, & ad cursum qui pro carnibus dicitur, adacturus. Significat autem cum Epicureos in summum discrimen adducturum, quòd aduersum uoluptatis assertores proposuisset, nec iucunde uiui posse secundum Epicurum. Suspicor allusum ad priscas historias, quæ referunt aliquoties bellum natum inter populos ob direptas è sacrificijs carnes. Ita Pindarus in Nemeis: ἵνα κρεῶν νῖν ὑπὲρ μάχας ἔλασιν. id est, Vbi pro carnibus pugnas gesserit.

Carpathius leporem. LXXXI

ὁ καρπάθιος τὸν λαγών. id est, Carpathius leporem. Dicebatur in eos qui sibi rem noxiam accerserent. Hinc deductum adagium, quòd cum in Carpathiorum insula lepores non essent, illi curarunt importandos alicunde. Verum ubi eius animantis magna uis increuisset, ut est mira fœcunditas, fruges insulæ populari cœperunt. Refert & interpretatur paræmiam Iul. Pollux 5. De rerum uocabulis lib. Addit nec in Ithacensium insula nasci lepores, nec in Sicilia fuisse, priusquam Anaxilas Rheginensis eos importasset, unde uictor in Olympiacis, Rheginensium nomismati currum inscalpsit & leporem. Refert item & interpretatur Aristoteles libro Rhetoricorum tertio.

Γρύζειν. LXXXII

Γρύζειν, Prouerbio dicunt hiscere seu mutire. Sunt qui putent γρύζειν esse uocem suillam ædere, deductum ἀπὸ τοῦ γρὺ, de quo meminimus alibi. Vnde & Grylli nomen effictum apud Plutarchum, & Grunij Corocottæ porcelli, cuius meminit diuus Hieronymus. Aristophanes in Pluto:

Γρύζειν δὲ καὶ τολμᾶτον ὦ καθάρματε; id est,

Audetis & mutire sceleratissimi? Idem in eadem fabula,

ἀλλὰ φθείρου καὶ μὴ γρύζης. id est,

Imò pereas, nec uel quid hiscas.

Simili figura Terentius dixit in Adelphis, Quid gannis? Et in Phormione, Quod illi ad aurem obganniat.

Nullum animal, quod animal. LXXXIII

Prouerbialis uidetur & illa figura. Nullum animal, & quod animal. Aristophanes in Pluto:

Πενία γάρ ἐστιν ὦ πόνηρ, ἧς ἀθλιώτερον

Οὐδὲν πέφυκε ζῶον ἐξολέστερον. id est,

Inopia nanq; est, heu miser, qua scilicet

Haud aliud usquam est animal exitialius.

Idem ἐν νεφέλαις,

Τοῦτο δ' ἐσθ' ὁ τόκος τί θηρίον.

Vsura at ipsa quæso, quæ nam belua est?

M. Tullius ad Atticum. Terentij uestigium nullum agnoui, Metagenes certè periit. Fecit iter per possessionem, in qua animal reliquum nullum est. Nec abludit ab hac figura Plinianum illud, Regulus bipedum nequissimus.

Ne musca quidem. LXXXIIII

Huic affinis est & illa prouerbialis hyperbole, Ne musca quidem, qua maximam hominum solitudinem significamus. Plautus in Truculento: Quas tu mulieres mihi narras? Vbi musca nulla fœmina est in ædibus. Huc alluſit Vibius Crispus orator delectationi natus, ut ait Fabius:

Cuius erant mores, qualis facundia: Quemadmodum scripsit Iuuenalis, cum rogatus ecquis esset cùm Cæsare in conclaui, respondit, Ne muscam quidem intus esse. Ancipiti ioco Domitiani cõsuetudinem notans, cui mos erat quotidie sibi secretum horarium captare, nec interim aliud ferè agebat nisi quòd muscas captas stilo configeret.

Communis Mercurius. LXXXV

Κοινὸς ὁ ἑρμῆς. id est, Communis Mercurius. Lucianus in Votis, Οὐκοῦν τὸ προχειρότατον τοῦτο, κοινὸς ἑρμῆς φασὶ, καὶ ἐς μέσον κατατίθει φέρων τὸν πλοῦτον. id est, Itaque quod passim in ore est omnibus communis, ut aiunt, Mercurius, opesq; in medium allatas depone. Plutarchus in libello cui titulus, ὅτι μάλιστα τοῖς ἡγεμόσι διῖ τὸ φιλόσοφον διαλέγεσθαι, ἀλλ' ἀμαθίας καὶ ἀπειροκαλίας τὸ κοινὸν ἑρμῆν ἐμπόλαιον καὶ ἔμμισθον γενέσθαι. id est, Sed imperitiæ & inelegantiæ communem Mercurium cauponatorem & quæstuosum factum esse. Quidam hinc natam paræmiam arbitrantur, quòd Mercurius, ut est furtorum autor ac repertor, primus ostendit quæ furto parta sint, ea in medium communiter oportere deponere. Alij malunt huc referre, quòd Mercurius sit orationis autor, per quam inter homines omne commercij genus constat: unde & medius inter superos atq; inferos à poëtis fingitur, pariter superis deorum gratus & imis, quòd sermo animi interpres summos cum infimis, reges cum plebe conciliet. Extat super hac re fabella non illepida Aristidis in 2. lib. quem aduersus Platonem conscripsit, in defensionem Rhetorices. Eam hoc magis libuit ascribere, quòd is autor haudquaquam adhuc uulgò notus est. Νεωστὶ γὰρ ἀνθρώπων γεγονότων καὶ τῶν ἄλλων ζώων, θόρυβος ὁλὸς ἦν κατὰ τὴν γῆν καὶ ταραχή. ὅτε γὰρ αὐτοῖς σφίσιν εἶχον, ὅτι χρήσονται. ἀθλιώτατον γὰρ ἦν ἀθλιότατον τὸ σωμάτιον, ἀλλ' οἱ μείζους τοὺς ἐλάττους ἤγον. ὅτε τοῖς ἄλλοις ζώοις εἶχον αὐταρκεῖν. πᾶσι γὰρ πάντων ἀπελείποντο, ἄλλοτε ἄλλων. τάχει μὲν τῶν πλωῶν ἅπάντων, ὅπερ ἦν ὄμικρὸν ἔφη τοὺς πυγμάχους πάσχειν ὑπὸ τῶν γερόντων, πᾶσι τοῖς τότε ὑπὸ πάντων σωιέβαινε τῶν ἀλκίμων ὀρυθμῶν. κατ' ἰσχὺν αὖ πόρκῳ, καὶ τῶν λεόντων, καὶ τῶν κάπρων, καὶ πολλῶν ἄλλων ἦσαν. ὥς τ' ἀπόλλυτο σιγῇ. καὶ μὴν τῇ γε κατασκευῇ τοῦ σώματος, οὐ μόνων τῶν κοράκων ἀλλὰ καὶ τῶν κοχλιῶν ἀπελείποντο, οὐδὲν αὐτῶν ὑπάρχων αὐταρκὲς. φθειρομένη ἡ ὅτως τὸ γένος καὶ σμικρὸν ὑπερῴκουν τος, κατελέων ὁ προμηθεὺς ἀεὶ πως ὢν φιλάνθρωπος, ἀνέρχεται πρεσβευτὴς ὑπὲρ τῶν ἀνθρώπων, οὐχ ὑπὸ τοῦ ἀνθρώπων πεμφθεὶς, οὐδὲ γὰρ πρέσβεις ἦν πώποτ' ἀθλίων, ἀλλ' αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ. ὁ δὲ ζεὺς τότε προμηθέως ἀγασθεὶς δίκαια λέγοντος, καὶ ἅμα καθ' ἑαυτὸν ἐλαφρὸς λογισμὸν τοῦ πράγματος, τῶν αὖ πάλιν ἐρμῆν κελεύει ξυτοεκὴν ἔχοντα ἐλθεῖν εἰς ἀνθρώπους. ὁ μὲν προμηθεὺς καθάπερ

ἐπίσης

ἐπίσης ἅπασι τάς τε αἰσθήσεις καὶ τ' ἄλλα μέλη τ σώματος, οὐχ οὕτως ἐκέλευεν, ὥσπερ θεμιτὸν διαδόσθαι διελεῖν, ἵνα πάντες ῥητορικῆς ἐφεξῆς μετέχοιεν, ὥσπερ ὀφθαλμῶν, χειρῶν καὶ ποδῶν, ἀλλ' ὑπολεξάμενος τοὺς ἀξίους καὶ γνησιωτάτους καὶ τὰς φύσεις ἐμμενεστάτας τούτοις ἐγχειρίσαι τὸ λοιπόν, ἵνα ὁμοῦ σφάς τε αὐτοὺς καὶ τὰς ἄλλας σώζειν ἔχοιεν. ἀφικομένης δὴ ῥητορικῆς εἰς ἀνθρώπους, οὕτως ὁπόσα θεῶν ἀλιωφέλησαν μᾶλλον οἱ ἄνθρωποι τὴν μετὰ τῶν θηρίων διαιταν χαλεπὴν ἐκφυγεῖν, ἐπάυσαντο ἤδη ἐχθροὶ πάντες ὄντες ἀλλήλοις ἐν κύκλῳ κοινωνίας ἢ εὗρον ἀρχὴν καταβάντες διὲκ τῶν ὀρῶν, ἄλλοι κατ' ἄλλα μέρη δὴ οἰκημένης ἐπλησίασαν, τότε πρῶτον ὕπαιθροι μετὰ ἡσυχίας νικήσαντες, πόλιν τε κατεσκεύασαντο καὶ διῳκείθησαν, ἐχ ὥσπερ πρότερον ὡς ἔτυχεν, ἀλλ' ἔς τε σωτάξεις κοινωνιῶν, καὶ τοὺς πόλεως ἡγεμόνας νόμους ἔθεντο, καὶ ἄρχοντας καὶ πολιτείαν ἐνόμισαν, καὶ θεοῖς χαρίσια ἀνήγαγον πρώτας ἀπαρχὰς ποιησάμενοι τὰς ἀπὸ τῶν λόγων, ἃις ἔτι καὶ νῦν χάριν μάλιστα τὸς θεοὺς λόγος αἰρεῖ, ὅτι καὶ γνωρίσαι πρῶτον αὐτοῖς τοὺς θεοὺς ὑπῆρξεν ἡητέον. ὅτως ἄνθρωπος ἤδη μέγας ἐξ ἀσθενοῦς καὶ σαθροῦ καταρχάς. καὶ πρόσθεν καταφρονούμενος, ὡς ὀλίγα πράγμα, κύκλος ἔσην ἐξ ἐκείνης τοῖς ἐν τῇ γῇ τοῦτο ὅτι βέλτιστα χρῆσθαι, πρόβλημα ποιησάμενος ἀντ' ἄλλης φυλακτηρίας τ λόγον. ᾧ δ μοῦσος ἡμῖν τάυτῃ ἐχέτω τὴν τελευτήν. Quæ si quis Latinè malit, ſenſum utcunque reddemus. In initio cùm recens eſſent homines nati, magnus inter hos ac reliqua animantia tumultus erat, perturbatioq; ſuper terrã, propterea quòd non poſſent inuicem uti ſeſe. Nec enim ulla res intercedebat, quæ illos conciliaret: uerum qui potentiores erant, opprimebãt inferiores. Neq; ſatis erant idonei, ut reliquis animantibus reſiſterent. Omnibus enim illis omni ex parte inferiores erant, aliaq; in re ab alijs uincebantur. Veluti ab uniuerſo genere uolucrum celeritate. Vnde factum eſt, ut quod ait Homerus Pygmæis accidere à gruibus, id tum temporis paſſim à robuſtioribus auibus paterentur mortales. Rurſum quantum ad uires attinebat, longe ſuperabantur, & à leonibus, & ab apris, & alijs item compluribus. Atque hunc in modum ſilentio peribant, iam uerò quo ad munitionem ornatumq; corporis, non coruis modo, uerumetiam cochleis cedebant, neque cuiquam ex ipſo ſuppetebat, quod ad tuendam uitam erat opus. Itaque cum ad eum modum interiret hominum genus, ac paulatim dilaberetur, Prometheus, ut ſemper eſt hominum ſtudioſus, orator aſcendit in cœlum, mortalium nomine: non ille quidem miſſus ab eis, neq; enim dum id temporis legatos ullos erat cernere, ſed ipſe ultroneus abijt. At Iupiter partim in gratiam Promethei, maximè qui iuſta poſtulare uideretur: partim negotio apud ſeſe conſiderato, filium ſuum Mercurium iubet ad homines deſcendere, rhetoricem ſecum adducentẽ. Edixit autem ut eam mortalibus impertiret, non quemadmodum Prometheus omnibus ex æquo ſenſus, reliquaq; corporis membra, perinde quaſi theatralem pecuniam diſpertiens, ut omnes ex æquo rhetorices eſſent participes, non aliter quàm oculorum, manuum ac pedum: ſed ut præſtantiſſimos quoſq;, ingenioſq; generoſiſſimo & indole pollentiſſima præditos deligeret, atq; ijs demum munus hoc impertiret, ut pariter & ſuam ipſorum & aliorũ incolumitatem tueri poſſent. Porrò poſteaquam rhetorica iam ad mortales peruenisſet, cum negotium quod habebant cum beluis moleſtiſſimum, licebat effugere, tum uerò deſierũt undequaq; inter ſeſe ſimultatem exercere, reperto commerciorum initio. Digreſſiq; de mõtibus, alij in aliam orbis partem iungebantur, principio quidem ſub dio uiuentes: poſt autem ubi uerbis inter ſe communicaſſent & ciuitatem condiderunt, ac diſtributi ſunt: nõ quemadmodum antea, temere, uerum in ordines plebis ac belli duces, ſanctiſq; legibus, tum principes, tum reip. ſtatum inſtituerunt. Dijs munera cœperunt offerre, primitias auſpicãtes ab oratione. Quibus nũc quoque uel maximè gaudere deos conſentaneum eſt. Quandoquidem hac contigit, ut primum eſſe deos cognoſceremus. Hinc deinceps ita creuit homo, ut qui initio debilis fuerat atq; inualidus, poſtea in altũ tolleretur: quiq; antea pro nihilo habitus ac deſpectus erat, deinceps factus eſt omnium quæ ſunt in terra, dominus, cui quibus uti liberet, ius eſſet, non alio propugnaculo ſibi parato quàm oratione. Atq; hic nobis ſit fabulæ finis. Hactenus Ariſtides. Extat, ſi ſatis cõmemini, fabella non diſſimilis apud Platonem in Protagora.

Ale luporum catulos. LXXXVI

Theocritus in Hodœporis:

Θρέψαι καὶ λυκιδεῖς, θρέψαι κύνας ὡς τὸ φάγοντι. i.
Paſce canes qui te Lanient catulosq; luporum.

Prouerbium eſt, teſte interprete, in eos qui læduntur ab ijs, de quibus bene meriti ſint, aut in ingratos. Addit ille dictum Socratis, κακὸς ποιῶν εὖ, θρέψαι λύκους. Malus faciens bene, nutri lupos. Nam plerunq; ſolet id uſu uenire illis, qui catulos luporum enutriunt. Extat ſuper hac re non inelegans epigramma, quanquam incerto autore, de ouc lupi catulum alente ſuis uberibus.

Τὸν λύκον ἐξ ἰδίων μαζῶν θρέψω, ὄκ ἐκθέλουσα,
ἀλλὰ μ' ἀναγκάζῃ ποιμὴν ἀφροσύνῃ.
Αὐξηθεὶς δ' ὅπ' ἐμοῦ κατ' ἐμὸν παλιδρόμου ἔσαι.
ἢ χάρις ἀλλάξαι τὴν φύσιν ὐ δύναται. id eſt,

Lacto lupum uberibus proprijs non ſponte, ſed horſum
Me demens adigit paſtor ut id faciam.
In me rurſus erit fera poſtquam creuerit ex me.
Natura haud unquam uertitur officijs.

De canibus autem ſumptum eſt ex Actæonis fabula, à ſuis ipſius canibus dilacerati. Nam & hoc indicant enarratores Theocriti. Ex quibus facilè liquet, quod nam ſit illud prouerbium antiquum, cuius meminit M. Varro in libris. De re ruſtica, tractans de canibus alendis. Diligenter, inquit, ut habeant cibaria prouidendum. Fames enim hos ad quærendum cibum ducit, ſi non dabitur: & à pecore abducet ſi non præbebitur. Niſi ut quidam putant, & illuc peruenerint, ut prouerbium attollant antiquum, uel etiam ut aperiant de Actæone, atq; in dominum adferant dentes. Idem in Phœbo, citante Nonio, Crede mihi, plures dominos comedere ſerui, quàm canes. Quaſi id Actæon occupaſſet, & ipſe prius ſuos comediſſet &c. Huc uſq; Varronis relata. Cæterum legimus & leones & dracones nutricijs ſuis gratiam officij retuliſſe. Verum nulla eſt fera tam ingrata, quæ ſit cum hominibus ingratitudine conferenda.

E' dolio hauris. LXXXVII

ἐκ πίθου ἀντλεῖν. i. E' dolio haurire, dicebatur olim qui abundaret rebus optatis. Eſt enim dolium uas uinarium ingẽs, unde largiter haurire licet: neq; facilè ſentitur detrimentum, uidelicet in tanta copia. Theocritus ἐν ἐγκατίναις,

ἐκ πίθω ἀντλεῖς ἄπλοον, ἐγὼ δ' ἔχω ὐχ ἅλις ὀξέως. id eſt,
Dolia plena fluunt tibi, ſed mihi uix ſat accti eſt.

Scholiaſtes admonet prouerbium dici ſolitum de ijs quibus adeſſet benigna rerum copia. Diuitum eſt habere dolia, pauperes uapam bibunt è lagenis. Nam uini uis quo copioſior eſt, hoc ſuauior eſſe conſueuit: ubi paulum eſt liquoris, celerius uſpeſcit. Admonet & Heſiodus, dimidiato dolio parcendum eſſe, quòd ſera ſit in fundo parſimonia. Huic ſimillimum eſt, quòd ſubinde occurrit apud Chryſoſtomũ, ἐκ πηγῶν. id eſt, è fontibus, quoties uberem paratamq; rerum copiam ſignificat. M. Tullius in Bruto, dicit eos è dolio potare, qui uinum adhuc feruens bibunt: quod uinum expreſſum primũ dolijs excipitur, ubi deferbuerit aliquantulum, con-

Ayuntamiento de Madrid

ditur in uasa. Ipsius uerba præstat ascribere: ut si quis, inquit, Phalerno uino delectetur, sed eo nec ita nouo, ut proximis consulibus natum uelit, nec rursus ita uetere, ut Opimium aut Anicium consulem quærat. Atqui cæ notæ sunt optimæ. Credo, sed nimia uetustas non habet eam quã quærimus suauitatem, nec est iam sanè tolerabilis. Num igitur qui hoc sentiat, si is potare uelit, de dolio sibi hauriendũ putet? Minimè, sed quãdam sequatur ætatem. Sic ego istis censuerim, & nouam quasi de musto & lacu feruidam orationem fugiendam, nec illam præclaram Thucydidis nimis ueterem tanquam Anicianam notam persequendam. Hactenus M. Tullius. Nec arbitror alienum ab hac forma, quod Athenæus lib. 11. ex Hipponacte citat, ἐκ κύλλυκος πίνειν. id est, è mulctro bibere. Scazontes Hipponactei sic habent,

ἐκ κυλλικὸς & πίνοντες, οὐ γὰρ ἦν αὐτοῖς
Κύλιξ, ὁ γὰρ ἐμπίσων, κατήραξε. id est,
Mulctro bibentes, nam calix eis deerat,
Quippe hunc minister fortè fregerat lapsus.

Vna cum ipso canistro. LXXXVIII

Αὐτῷ κανῷ. i. Vna cum ipso canistro. Quadrat in eos qui rem intemperanter profundũt, deuorantq; & abliguriunt. Mos enim erat antiquis, ut testatur Didymus, ut cœnæ canistris inferrentur. Citatur apud Zenodotum Plato,

ἀνάπαντας ἅπαξ κἀπαντ' αὐτῷ κανῷ. id est,
Ipso canistro cuncta rapuisti simul.

Prius locusta lucam bouem pariet. LXXXIX

Prius locusta elephantum pariet, πρεῖ ἡ ἀλωπάτης. M. Varro de lingua Latina lib. 3. refert ex Ennio uersum hunc,

Atq; prius pariet locusta lucam bouem.

Nam Lucas boues antiqui appellabant elephantos, quòd in Lucania primum à Rom. usi sint.

Per tenebras, quæ apud quercum. XC

Τὸ περὶ δρυῶν σκότος. i. Per tenebras, quæ apud quercum de ingenti ac fatali calamitate dicebatur. Zenodotus Aristoteletem citat autorem, in politia Samiorum. Prienensium plurimos à Milesijs occisos fuisse iuxta locũ cui nomen quercus. Vnde receptum, ut Prienensium mulieres, cius calamitatis memores, per tenebras quæ circa quercum essent, iurarent. Huius historiæ simul & adagij meminit & Plutarchus in Problematis, ad hanc fermè sententiã: Cum bellum esset inter Prienenses & Samios, initio mediocribus damnis inuicẽ sese afficiebant: deinde iusto prælio commisso, mille Samij à Prienensibus occisi sunt. Septimo post anno congressi cum Milesijs, primos quosq; ciuium, ac nobilissimos simul uno prælio emiserunt. Quo tempore Bias ille sapiens Samum à Prienensibus orator missus, egregiam laudem adeptus est. Post eam itaq; calamitatem atrocem ac miserandam, Prienensium fœminæ per tenebras quæ circa quercũ erant obtestari ac deierare cœperunt, quòd liberos, parentes, maritos, charissima quæq; pignora eo loco perdidissent.

Concupiuit assam farinam. XCI

Ἥρατο ὀπτῷ ἀλύρῳ. i. Concupiuit assam farinam. In eum dicebatur, qui domesticam tenuitatem pertæsus, apud alios lautiorem uitam quæsisset. Dictum est autem in Platonẽ, qui relictis Atheuis, ter in Siciliam ad Dionysiũ nauigauit, quo fortunã suam redderet lautiorem, quemadmodum interpretantur æmuli. Nam hanc profectionẽ probro illi datã fuisse, testatur etiam Aristides in oratione, qua tuetur oratores quatuor, aduersus Platonis calumniam. Et Diogenes, autore Laërtio, cùm animaduertisset Platonem in opiparo quodam conuiuio, à reliquis temperantem cibis, & oleis duntaxat utentem, taxauit hominis ambitiosam abstinentiam: Τί ὁ σοφὸς εἰς σικελίαν πλέουσας τῶν ζαπίζων τόπων χάειν, νῦν παρακειμένων οὐκ ἀπολαύεις; id est, Quid homo sapiens, cum ob huiusmodi mensas in Siciliam nauigaris, nũc appositis non frueris? Ad quod ita Platonem respondisse narrat: Νὴ τοὺς θεοὺς διόγενες κἀκεῖ τὰ πολλὰ πρὸς ἐλαίας καὶ τὰ τοιαῦτα ἐγενόμεθα. id est, Per deos Diogenes, & illic plerunque oleis, atque id genus cibis utebar. At quod rursum Diogenes: Τί οὖν ἔδει πλεῖν εἰς συρακούσας; ἢ τότε ἀττικὴ οὐκ ἔφερεν ἐλαίας; id est, Quorsum igitur attinebat Syracusas nauigare? Num id temporis Attica non ferebat oleas? Theocritus in Cyniscis.

Πέρα μὲν τῶνδ' & ἐμὶν δοκεῖ, ὀπτῷ ἀλύρῳ. id est,
Nam puto & hic assæ correptus amore farinæ.

Porrò farinam assam nouam & lautiorem uictus rationem uocat, propterea quod priscos illos pulte dũtaxat uictitasse legimus, uidelicet clibano coquendi panis usu nondũ reperto. Vnde & Annus ille Aegyptius qui primus panariũ clibanum excogitauit, in prouerbij iocũ abij, tanquam qui rem nouam esset commentus, quemadmodum alibi retulimus. De delicijs coquendi panis, multa recenset Plin. lib. 18. cap. 11.

Battologia, Laconismus. XCII

Βαττολογία, Græcis multiloquium uocatur, à Batto quopiam inepto poëta, qui hymnos quosdam conscripsit prolixos, in quibus eadem crebrius iterabantur. Hinc uox etiam conficta, βαττολογεῖν, quæ quidem adeo uulgò fuit usurpata, ut ea Matthæus apostolus sit usus. Sic enim apud hunc loquitur Christus, προσευχόμενοι δὲ μὴ βαττολογήσητε ὥσπερ οἱ ἐθνικοί. id est, Orantes autem, ne battologissetis, more gentilium. Ex diuerso λακωνισμὸς. id est Laconismus in breuiloquentiæ significationem abijt: quo modo usurpatur aliquoties apud M. Tullium in Epistolis.

Batti Silphium. XCIII

Βάττου σίλφιον. id est, Batti Silphium, Græci nouum & rarum quempiam honorem prouerbio uocant. Aristophanes in Pluto,

—Οὐδ' ἂν εἰ δόλος γέ μοι
Τὸν πλοῦτον αὐτὸν, καὶ τὸ βάττου σίλφιον. id est,
—Nec si mihi donaueris
Ipsum q; Plutum, ipsumq; Batti Silphium.

Negat se sycophanta quieturum, etiam si præmium quantumuis magnum detur. Idem in Equitibus:

—Τὸν καῦλον οἶσθ' ἐκεῖνον
Τοῦ σιλφίου τὴν ἄξιον γενόμενον; οἶδα μέντοι. id est,
Nosti ne stipitem illum,
Qui dignus habitus Silphio est? notus quidẽ est mihi ille.

Interpres diuersam originem adsigionis adscribit. Battus à Thera iuxta Cretã insula, profectus oraculo monitus Apollinis, uel, ut alij tradunt, domestica pulsus seditione, Cyrenẽ condidit. Cui cum Afri beneficij memores summũ honorem habere studerent, donarunt illi Silphium herbam apud illos omnium pulcherrimã: simulq; nomisma ferientes, in cuius altera parte regia facies erat insculpta, altera Silphiũ, quo fuerat à ciuitate donatus. Cuius rei meminit & Aristoteles in repub. Cyreneorũ. Sed fusius narrat Herodotus in Melpomene, addens apud Libyas regem Battum appellari, & hoc nomine compellatũ ab oraculo, significante fore regem, Sunt qui dicunt imaginẽ fuisse datam: sunt rursum qui anulum in quo ciuitas erat expressa, regi silphium deferens. Porrò Silphium inter herbas primã gloriam obtinet, cuius & folia, & fructus & caulis, & succus pretiosissimus sit. Vnde Ampeliotæ, ea gens quædam est Africæ, Delphis Silphij caulem consecratum suspenderũt, ut autor est Alexandrides. Hæc fermè adfert in Plutum, nec dissident quæ Suidas memorat. At idem in Equites scribit, silphium fruticem esse inamœni odoris, rursus iuxta alios amœni, & ad medicamenta utilem, cuius usum primus inuenisse creditur Aristæus Apollinis, & Cyrenæ filius, qui & mellis inuenisse traditur

Ayuntamiento de Madrid

traditur. Illud quid ſibi uelit, neſcio: Ariſtophanis interpres ait, in altera nomiſmatis parte inſculptam Βασιλέαν. i. regnum ſeu regiam, ſi transferas tonum: pro eo Zenodotus legit Ammonem, ſic enim habet, καὶ γὰρ νομίσματ' ἐπὶ μὲν θατέρᾳ ἄμμωνα, ἐπὶ δ' θατέρᾳ σίλφιον ἐτύπωσαν. i. Nomiſmatis altera parte Ammonem, in altera ſilphium expreſſerant. Ammonem, ut arbitror, ſentiens louē regnorum largitorē, ſi quidem Homero credimus. Huius Batti meminit & Pindarus in Pythijs: Χρῆσεν οἰκιστῆρα Βάττον καρποφόρᾳ λιβύᾳ. i. Reſpondit habitatori Batto frugiferæ Africæ. Eruditi quidam putant Silphium laſerpitij genus eſſe.

Ne malorum memineris. XCIIII

Μὴ μνησικακήσῃς. i. Ne malorum memoriam refrices. Thraſybulus, ubi ciuitatem Athenienſium triginta tyrannorum ſeruitia liberaſſet, plebiſcitum interpoſuit, ne qua præteritarum rerum mentio fieret. Quam malorū obliuionem Athenienſes ἀμνηστίαν uocant, autor Velcrius Maximus lib. 4. Rerum memorabilium, tit. De animi moderatione. Meminit & M. Tullius in prima Philippica, his quidē uerbis: in quo templo quantū in me fuit, ieci fundamenta pacis. Athenienſiumq; reuocaui uetus exemplum. Græcum etiam uerbum uſurpaui, quod tum in ſedandis diſcordijs uſurpauerat ciuitas illa, atque omnem memoriam diſcordiarum, obliuione ſempiterna delendam cenſui. Ariſtophanes in Pluto:

Μὴ μνησικακήσῃς εἰ σὺ φυλὴν κατέλαβες. id eſt,
Mala ne acta refrices, Phyla ſi capta eſt tibi.

Interpres inter alia tale quoddam commentum adſcribit. Thraſybulus occupato loco quodam cui nomen Phyla, triginta tyrannos ſuſtulit: poſt ubi arrogantius quiddam dixiſſet, audiſſe μὴ μνησικακῆσαι. id eſt, Ne malorum memoriam reuoces, idq; dictum in prouerbium abiiſſe. Probus Aemilius refert, poſt exactos tyrannos Thraſybulum hanc tuliſſe legem, ne quis de præteritis actis accuſaretur aut multaretur, ea lex dicta eſt obliuionis. Idem ſocios uolentes contra legem ſæuire in eos, cum quibus reditum erat in gratiam, publicè cohibuit, & legem latam cōfirmauit. Huic pro tantis meritis præmij loco data eſt corona ex duabus uirgulis oleaginis, & hoc ciuili honore uir prudens contentus fuit. Admonet adagium, non eſſe refricandam commemorationē præteritorum malorum memoriam. Sunt autem apud Ariſtophanem uerba Mercurij ad Carionē ſeruum. Plato libro de legibus 4. Φράσω γὰρ, ὅτι μνησικακῆν βούλομαι ὑμῖν. id eſt, Dicam certè, non autem quòd uelim præteritorum malorum memoriam uobis refricare. Sumptum uidetur ex Homero, apud quem aliquoties hic uerſus, nempe Iliados Z. Θ. T.

Ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν ἀχνύμενοί περ. i.
Verum hæc acta quidem, mœſti licet ire ſinamus.

Hunc tanquā prouerbialem ſubinde uſurpat Tullius ad Atticum ſcribens. Eodem ſpectat & illud eiuſdem Odyſſ. Θ.

-Επὶ δ' ἄπιστα βέβακται
Δαιτὸς, ἄφαρ τὸ φέρουσ' ἀναπάξασαι ἄελλαι. id eſt,
Si dictum eſt uerbum durius ullum,
Id procul abripiant uenti per inane procellæ.

Plutarchus περὶ τῆς φιλαδελφίας. δεῖ γὰρ ἀμνηστίᾳ τὴν ἡμέραν ἐκείνην παραδοθῆναι. i. Oportet eum diem obliuioni tradere. Erit hic uſus prouerbij, ſi iuxta uulpinum illud cōſilium admonebimus aliquem, ne præteritorum malorum memoria ſemet affligat, quandoquidem quod factum eſt, infectum fieri non poteſt. Lucianus in Cauſaſo: Ἐς δὲ τὸ ἄνουν ταμιεύεσθαι τὸ μίσος καὶ μνησικακεῖν καὶ ἕωλόν τινα μῆνιν διαφυλάττειν, ἄπαγε ὅτι θεοῖς πρέπον ὅτι ἄλλως βασιλικὸν. id eſt, Cæterum in poſterum diem reponere odium & malorum meminiſſe, ac pridianam quandam memoriam reſeruare, apage, neque dijs dignum, neque alioqui regale.

Mentam belli tempore neque ſerito, neque edito. XCV

Μίνθην γε πολέμῳ, μήτ' ἔσθιε μήτε φύτευε. id eſt,
Mentam nec comedas, nec plantes tempore belli.

Ariſtoteles problematum ſectione uigeſima, ſtatim initio refert hoc adagium, cauſam ueſtigans unde dictum hoc in ora uulgi perucnerit. Arbitratur autem eſſe cauſam, quòd menta corpori frigus adducat: cius rei augmentum eſſe, quòd ſemen genitale minuat: frigus autem aduerſari fortitudini atque audaciæ. Sicut oſtendit ſectionis decimæquartæ, ultimo problemate, cùm ait eos qui natura ſint frigida, formidoloſiores eſſe, contrà qui calida audaces. Poteſt & in eum ſenſum deflecti paræmia, ut admoneat, ne quid alieno tempore fiat quod officiat, quemadmodum menta bellum inituris eſt inutilis.

Ad coruos. XCVI

Βάλλ' ἐς κόρακας. id eſt, Abi ad coruos, perinde ualet quaſi dicas, abi in malam rem, atque in exitium. Ariſtophanes ἐν νεφέλαις,

Βάλλ' ἐς κόρακας. τίς ἐσθ' ὁ κόπτας τὴν θύραν; id eſt,
Apage ad coruos, quis eſt qui pepulit oſtium?

Rurſum in Pluto:

Οὐκ ἐς κόρακας; id eſt, An non ad coruos?

Iterum in eadem fabula:

Ἐξῇς ἐς κόρακας θᾶττον ἀφ' ἡμῶν. id eſt,
Ocyus hinc in coruos abeas.

Reperitur apud hunc poëtam & alijs pleriſq; locis. Plutarchus in cōmentario quem ſcripſit aduerſus Herodotū, taxat eum, quòd Iſagoram ad Cares, uelut ad coruos relegarit: id eſt, quòd eum Carem fecerit. Eleganter dictum eſt à Diogene Cynico: Κρεῖττον εἶναι ἐς κόρακας ἀπελθεῖν ἢ ἐς κόλακας. i. Satius eſt ad coruos deuenire, quā ad adulatores, quòd hi & uiuos, & bonos etiam uiros deuorarent. Zenodotus ſcribit, in Theſſalia locum eſſe quēdam, cui nomen inditum Coruis, in quem nocentes præcipites dabantur: atque huius adagij Menandrum etiam meminiſſe. Quoſdam autem originem adagionis ad huiuſmodi quandam hiſtoriam referre. Bœotijs quondam Arnam incolentibus oraculo prædictum eſt, futurum ut è finibus expellerentur, ſimul atque corui alibi apparuiſſent. Euenit deinde, ut adoleſcentes aliquot per luſciuiam ac temulentiam coruos quos ceperant, gypſo oblitos, rurſum emitterent. Quos ubi uidiſſent uolantes Bœotij, recordantes oraculum arbitrati adeſſe tempus, quo forent ſuis è ſedibus eijciendi, ſummopere perturbati ſunt. Cæterum adoleſcentes territi, & ipſi tumultu profugerūt, ac locum quendam ſibi mercati ſunt, cui nomen Coracon, id eſt, coruorum. Contigit aliquanto poſt, ut Aeoles eiectis Bœotijs, Arnam occuparent. Apud quos hic deinde mos receptus, ut maleficos relegarent in eum locum, cui nomen erat corui. Ariſtophanis interpres paulo diuerſius hanc recenſet hiſtoriam: nempe Bœotijs aliquando à Thracibus ſubuerſis ac profligatis reſpondiſſe deum, ut ibi ſedem figerent, ubi coruos albos conſpexiſſent, conſpexiſſe autem in Theſſalia iuxta ſinum Pagæticum circumuolantes coruos quoſdam ſoli ſacros, quos pueri per luſum gypſatos dimiſerāt. Bœotij uerò rati iam perfectum oraculi ſymbolum, inibi ſedem conſtituerunt. Sunt qui paræmiam ad coruorum uolatum referant, quòd in deſertis ferè locis uolitare conſueuerint. Vt prouerbium conueniat cum illo, in extremas ſolitudines publicitus deportandum. Euripides in Hecuba:

-Οὐχ ὅσον τάχος
Νάσῳ ἐρήμῳ τοὐτὸν ἐκβαλεῖτέ ποι. id eſt,
-Non huncce ſolitarias
Quantum poteſt aliquò auferetis in inſulas.

Stratonicus citharœdus apud Athenæum lib. 8. detorquet in

Ayuntamiento de Madrid

cantorem quendam. Is cùm ei nescio quid molestus esset, ψάλλε, inquit, ἐς κόρακας. depravata per iocum uoce ψάλλε pro βάλλε.

Mitte in aquam. XCVII

Βάλλ' ἐς ὕδωρ. id est, Mitte in aquam, hoc est, aufer è medio. Dicitur uel in hominem, uel in rem exitio dignam. Tractum à supplicio quorundam, qui in profluentem aut mare præcipitabãtur. Quæ pœna peculiaris erat parricidis apud Romanos. Vnde philosophus in Timone iubet aurum abijci in mare, quod aliquando fecisse legitur Crates ille Thebanus: Horatius:

Vel nos in mare proximum
Gemmas & lapides, aurum & inutile
Summi materiam mali
Mittamus, scelerum si bene pœnitet.

Mihi non absurdum uidetur, si referatur ad aquam clepsydrarum dispensandam, ut intelligas in ius trahendum: & ad prouerbium quod alio diximus loco, ὑπ' ὕδωρ ὁ πονηρός. id est, sub aquam malus. Effertur adagium etiam hoc pacto, βάλλ' εἰς ὄλεθρον. id est, abi in perniciem.

In beatam. XCVIII

Βάλλ' ἐς μακαρίαν. i. Aufer te in beatam. Quibusdam placet dictum, κατ' εἰρωνείαν, pro eo quod est in rem malam. Fingunt enim apud inferos locum esse quendam, cui nomen μακαρία. Aristophanes in Equitibus:

Απαγ' ἐς μακαρίαν ὀπτοδῶν. id est,
Aufer te hinc procul in Macariam.

Ad consimilem fermè modum Athenæus Dipnosoph. lib. 1. εἰς μακαρίαν τὸ λουτρόν. id est, In beatam balneum: Deuouet enim balneum, unde male fuerat affectus. Plato in Hippia maiore, Βάλλ' εἰς μακαρίαν τὸν ἄνδρα τοῦτον. id est, Aufer in beatam hominem. Alij fabulam huiusmodi allegant. Narrãt Macariam Herculis filiam fuisse de qua prædictum erat oraculo, ut se ultro morti obijceret: sic enim Athenas fore liberas ab incursione Eurysthei si quis Heraclidarum se sponte offerret ad necem. Itaq; Hercule defuncto, cũ Eurystheus illius liberos insectaretur, atque illi ad Misericordiæ aram confugissent, Athenienses recusantes eos in hostium manus tradere, cum Eurystheo bellum susceperunt. Porrò ædito oraculo, futurum ut Athenienses ab Eurysthei incursatione liberarentur, si quis è liberis Herculis semet inferis deououeret, Macaria sese spontaneæ morti obtulit. Quo facto congressi cum hostibus Athenienses uictoriam reportarunt, cum alijs quàm plurimis interfectis, tum Eurystheo ipso, ab Hylo siue Iolao Herculis filio perempto, cuius caput amputatum ad Alcmenam detulit: Illa defuncti oculos effodit. Cæterum Athenienses Macariæ tumulum floribus & coronis decorantes, dicebant: Βάλλ' εἰς μακαρίαν. id est, Mitte in Macariam. Hinc igitur ortum adagium. Primum de his ferebatur qui sese per uirtutem in periculum sponte demittèrent: deinde de quouis piaculo dici cœptum. Pausanias refert, Macariam esse paludem in Marathone, in qua magna uis Persarum perierit ignoratione uiarum in ipsam prolapsa, qua ex re natum uideri potest prouerbium. Huc alluserit Stratonicus citharœdus apud Athenæum libr. octauo, qui iratus discipulo Macedoni quod nihil rectè faceret, εἰς μακαρίαν inquit, ex Macaria faciens Macedoniam, simul alludens ad illud prouerbium, domi non hic Milesia.

Alabanda fortunatissima. XCIX

Ἀλάβανδα καρῶν εὐτυχεστάτη. id est, Alabanda Carum fortunatissima: Stephanus in commentario De urbibus, tradit Alabandam Cariæ ciuitatem esse conditam à Care, à cuius filio nomen sortita sit. Siquidè is postquam in equestri prælio strenue nauasset operam, Alabandus est dictus. Cares enim sua lingua Ala uocant equum, Banda uictoriam. Eãq; uocem ait Romanis etiam in usu fuisse, ut bandam uictoriam dicerent. Equidem opinor hinc Germanis durare uocem eã, qua præpotentem & antiquæ nobilitatis principem, Banderum uocant, ut qui uictor olim hoc honoris uirtute bellica sibi pepererit. Addit ex Philoxeni in Odysseam Homeri commentarijs, solœcismi genus esse, quod Alabandiacum uocetur: ueluti si quis μὴ pro ὃ ponat, aut apud nos nõ pro ne, aut quod pro ut. Quandoquidẽ Homerus quoq; Carας βαρβαροφώνους appellat. Iuuenalis in tertia Satyra, Alabandã recenset inter urbes barbaricis delicijs ac luxu perditas:

Hic alta Sicyone, ast hic Amydone relicta,
Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus aut Alabandis.


Stephanus admonet, olim Alabandam inter Cariæ ciuitates opulentissimam ac florentissimam fuisse, ut prouerbio quoq; locum fecerit, quod modo retulimus. Quadrabit igitur, ubi uolemus intelligi fortunam amplam, & uitæ genus uoluptarium, quandam à literis & uirtutis studio alienum. Veluti si dicat aulicus aut negotiator quispiam: Alij se in literis macerent, alij cum paupertate philosophentur, ἀλάβανδα καρῶν εὐτυχεστάτη. Itaque confine fuerit illi, quod alio dictum est loco, σὺ λάμπων ὁ κόρινθος. id est, Felix Corinthus. Poterit & per irrisionem usurpari, ueluti si ioceris in quempiam parum egregium, qui tamen in gente uehementer barbara crassaq; præcellere uideatur, ἀλάβανδα καρῶν &c.

Rubo arefacto præfractior. C

Αγναμπτότατος βάτου αὖος. id est, Rigidissimus rubus aridus. Aut ἀγναμπτότερος βάτου ἄυου. id est, Rigidior arido rubo. Prouerbialis est comparatio, in difficilem atq; inexorabilem, ac præfractum, & suorum, ut uulgò uocant, morum hominem. Quod genus homines Græci uocant αὐθεκάστους. id est, Suo quodam instituto uiuentes, expertesq; sensus communis. Refertur adagium à Suida simul & à Zenodoto. Ductum admonet à rubo, qui simul atque exaruit, rumpi potest, inflecti nequaquam. Vnde & in senes accommodatius dicetur, ætatis uitio difficiliores.

CHILIADIS SECVNDAE
CENTVRIA II.

Tristis scytale. I



Χνυμένη σκυτάλη. id est, Tristis scytale. De re tristi seriaq; dicebatur, aut de nuntio, qui dolorem adferret. Meminit huius Aristophanes in Lysistrata. Refertur à Diogeniano. Quin Aristophanes grammaticus librũ cõscripsit περὶ τῆς σκυτάλης ἀχνυμένης, citaturq; ab Athenæo lib. Dipnosophistarum tertio. Plutarchus in conuiuio septem sapientum, τὴν δ' ἀθλιότητα ἐπιτάξειν, οὐδὲν ἄντικρυς ἄλλο, πλὴν ἀχνυμένῃ σκυτάλῃ προσέοικεν; id est, Aethiopis mandatum istud, quid aliud appelles quàm scytalen tristem? M. Tullius ad Atticum: Habes scytalam Laconicã. Quod quidem uidetur nõ absurde, uel ad epistolam perbreuem, uel ad obscuram & arcanis de rebus conscriptã, uel ad solicitam ac tristia nuntiantem ac mandantem accommodari posse. Quid sit autem Scytale Laconica, docet Aulus Gellius noctium Atticarum lib. 17. cap. 9. Sed ipsius uerba præstiterit adscribere: Lacedæmonij autem, inquit, uteres, cum dissimulare & occultare literas, publicè ad imperatores suos missas uolebant, ne si ab hostibus exceptæ forent, consilia sua noscerentur, epistolas id genus factas mittebãt. Surculi duo erant teretes, oblongi, pari crassamẽto eiusdẽq; longitudinis, derasi atq; ornati cõsimiliter. Vnus imperatori in bellum proficiscenti dabatur. Alterum domi magistratus cum iure, atq; cum signo habebant. Quando usus uenerat literarum secretiorum, circum eum surculum lorum modicæ

modicæ tenuitatis, longum autem quantum rei satis erat cõplicabant, uolumine rotundo, ac simplici, ita ut oræ adiunctæ undique & cohærentes lori quod plicabatur coirent. Literas deinde in eo loro per transuersas iunctarum oras, uersibus ab imo ad summum proficiscentibus, inscribebant. Id lorum literis ita perscriptis reuolutum ex surculo, imperatori commenti illius conscio mittebant, reuolutio autem lori literas truncas atq; mutilas reddebat, membraq; earum et apices in parteis diuersissimas spargebat. Propterea si id lorum in manibus hostium inciderat, nihil quicquam conijectari ex coloro quibat. Sed ubi ille, ad quem erat missum acceperat, surculo compari, quem habebat, capto, ad finem perinde ut debere fieri sciebat, circumplicabat, atque literæ per ambitum eundem surculi coalescentes, rursum coibant. integramq; & incorruptam epistolam & facilem legi præstabant. Hoc genus epistolæ Lacedæmonij σκυτάλιν, id est, loricatũ surculum appellant. Hactenus A. Gellius. Meminit huiusce rei Plutarchus in Lysandro: cui Pharnabazus rex supposititia scytala imposuit. Suidas eadem fermè refert, quæ Gellius de Scytala. Strab. Geographiæ lib. primo hyperbolam hanc quoque commemorat, Ager angustior est, quàm scytala Laconica.

Hirundinum musea. II

Χελιδόνων μυσεῖα. id est, Hirundinum musea. Aristophanes in Ranis,

Ἐπιφυλλίδες ταῦτ' ὄντι καὶ φωμύλματα,
Χελιδόνων μυσᾶα, λωβητὰι τέχνης. id est,
Sunt ista folia, & stulta blateramina,
Musea hirundinum, artis ac subuersio,

Interpres admonet, prouerbium esse in impendio loquaces, & obstreperos. Hirundines enim inepto garritu plus tædij auditoribus adferre, quàm uoluptatis. Est enim hæc auis minimè canora, sed molesto quodam stridore. Vnde apud Pythagoricos loquacitatis symbolum esse meruit, cum uetant ne quis hirundinem sub eodem habeat tecto. Apte dicetur in poëtas indoctos, oratores loquaces magis quàm eloquentes aut in cœtum hominum ineptè loquacium.

Luscíniæ nugis insidentes. III

ἀηδόνες λέσχαις ἐγκαθήμεναι. id est, Luscíniæ nugis insidẽtes. Proximum illud ad imperitos & tamen garrulos conuenit, hoc ad eruditos, qui tamen immodicè suo studio delectentur. Quod genus sunt poëtæ potissimum. Plaut. in Bacchid. ad puellam transtulit, Metuo, inquit, ne luscinioläe defuerit cantio. Quanquam in Græco prouerbio iocosa deprauatio uidetur inesse, ut pro λόχμαις dictum sit λέσχαις. Sumptum est autem ab incredibili canendi tum studio, tum arte, quæ huic auiculæ tribuitur. Siquidem, ut narrat Plin. lib. 10. cap. 29. dicbus ac noctibus quindecim continuis citra intermissionem canit, densante se frondium germine. Multis nominibus admiratione digna auis. Primum tanta uox in tam paruo corpusculo, tam pertinax spiritus: deinde in una perfecta musicæ scientia. Modulatus æditur sonus: & nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc uariatur inflexo, nũc distinguitur conciso, copulatur intorto, promittitur, reuocatur, infuscatur ex inopinato, interdum & secum ipsa murmurat, plenus, grauis, acutus, creber, extentus, ubi uisum est, uibrans, summus, medius, imus. Breuiter, omnia tam paruulis in faucibus, quæ tot exquisitis tibiarum tormentis ars hominum excogitauit. Ac ne quis dubitet artis esse, plures singulis sunt cantus, & non idem omnibus, sed suus cuique. Certant inter se, palamq; animosa contentio est: Victa morte finit sæpe uitam, spiritu prius deficiente quàm cantu. Meditantur aliæ iuniores, uersuq; quos imitentur accipiũt. Audit discipula intentione magna & reddit, uicibusq; reticent. Intelligitur emendatæ correctio, & in docente quædã reprehensio. Hæc & alia nonnulla de luscíniarum cantu refert Plinius, quo diximus loco.

Asinus portans mysteria. IIII

Ονος ἄγων μυστήρια. id est, Asinus portans mysteria in cum dicebatur, qui præter dignitatem in munere quopiam uersabatur: Veluti, si quis ignarus literarum, bibliothecæ præfectus esset, Aristophanes in Ranis,

Νὴ τὸν Δί' ἐγώ γ' ὄν ὄνος ἄγων μυστήρια.
ἀτὰρ ὃ κατέξω ταῦτα τὸν τωλάιο χρόνον. id est,
Ita per Iouem sum asinus uehens mysteria.
Verum ista iam non sustinebo diutius.

Interpres affirmat inde natum adagium, quòd olim quibus ad peragenda sacra Eleusinia opus erat, asino imposita deportabantur. Quadrabit & in eos, quorum opera alijs dũtaxat est usui, cum ad ipsos præter molestiam nihil interim redeat. Veluti si quis cibos alijs gestet, quibus ipsi non liceat uesci. Huc allusisse uidetur Apuleius, cum se fingit asinũ Cererem deam circunferentem. Suidas adscribit Dæmonem ad lapidem molarem referre quem Græci ὄνον appellant, propterea quòd in sacris, molis frumentarijs coronas imponere consueuerint. Itaq; torquebitur eleganter in eos, quibus immerentibus honos habetur. Veluti cum indoctis doctoris titulus, pileum & anulus, aliaq; id genus insignia tribuuntur.

Iterum tranquillitatem uideo. V

Αὖθις αὖ γαλλω' ὁρῶ. id est, Rursum denuo tranquillitatem aspicio. Aristophanis interpres prouerbium esse scribit, quo nos significamus è malis emergere, fortuna in melius commutata. A nauigantibus ducta metaphora, quibus conquiescente procella, grata solet esse tranquillitas. Aristophanes in Ranis,

Ἐξεγεῖ δ' ὥσπερ ἡγέλοχος ἡμῖν λέγων,
Ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλλω' ὁρῶ. id est,
Vt Hegelochus nobis item fas dicere,
Tranquillum ab undis, rursus iterum conspicor.

Hegelochus erat histrio quispiam tragœdiarum, ne quem uox ignota remoretur. Notat autem obiter Aristophanes, Euripidis ταυτολογίαν. apud quem hic uersus est in Oreste, Αὖθις αὖ γαλλω' ὁρῶν, quam eandem irrisit etiam Stratis. Quanquam uidetur & allusio subesse in Græcanicis uerbis γαλλὼ ὁρῶ. id est, Felem uideo, & γαλλω' ὁρῶ. id est, tranquilla uideo. Atqui uicissim Euripides apud eum comicum Æschylum taxat, qui bis idem dixerit, in hisce uersibus,

Ἀλς ταυτὸν ἡμῖν εἶπεν ὁ σοφὸς Αἰσχύλος,
Ηκω γὰρ εἰς γῆν φησι, καὶ κατέρχομαι.
Νὴ τὸν Δί' ὥσπερ εἴτις εἶπεν γείτονι,
Χρῆσον σὺ μάκτραν, εἰ δὲ βάλει κάρδοπον. id est,
Sapiens bis idem est nobis locutus Æschylus.
Ad terram enim, inquit, uenio & accedo, uelut
Si per Iouem, uicino ita quis dicat suo,
Mactram aut canistrum, si libet, mihi commoda.

Pindarus in Isthmijs,

Αλλὰ νῦν μοι γαλάοχος σὺν λίαν ὄπασσεν εὐμενῶς. id est, Sed nunc Neptunus mihi tranquillitatem præbuit ex tempestate.

In tranquillo est. VI

Ad hanc formam pertinet Terentianum illud ex Eunucho, Tum autem Phædriæ meo fratri gaudeo esse amorem in tranquillo. Item illud, Qui te in scopulum è tranquillo auferat. Et quod alibi diximus, Ego in portu nauigo. Item illud, In terra sunt. Eadem autem loquutionis specie dicimus, in tranquillo, qua dicimus in tuto, in proclíui.

Septennis cum sit, nondum ædidit dentes. VII

Επταετὴς ὢν ὀδόντας οὐκ ἔφυσεν. id est, Cum sit septem natus annos, nondum tamen dentes produxit. Aristophanis inter-

Ayuntamiento de Madrid

pres admonet prouerbio dici solere. Mihi quadrare uidetur in eum, qui natu grandis, tamen adhuc quasi puerum agit. Aut qui diu commoratus alicubi, nihil adhuc autoritatis, aut honoris sit assecutus. Metaphora mutuo sumpta uidetur ab infantibus, quibus circiter annum ætatis septimum, omnes dentes soleant enasci. Aristophanes in Ranis,

—Σκώψωμεν ἀρχίδημον,
Ος ἐπὶ ἕτης ὤν, ὃκ ἔφυσε φράτορας. id est,
—Taxemus Archidemum,
Septennis hic nondum tribules ædidit.

Vbi poëta captans iocandi occasionem. pro ὀλίγας, φράτορας, mutauit. Taxat enim obiter Archidemum quempiam, qui morem Athenienſium neglexerat, apud quos hoſpes ſeptem annos in ea uerſatus ciuitate, in ciuium numerum adſcriptus, iam uelut in cognationem ac ius illorũ aſciſcebatur.

De pulchro ligno uel ſtrangulare. VIII

Ἀπὸ καλοῦ ξύλου κἂν ἀπάγξασθαι. id est, De pulchro ligno etiam ſtrangulari conuenit. Admonet paræmia, calamitatem tolerabiliorem eſſe, ſi cum honeſtate fuerit coniuncta, & dedecore uacauerit. Veluti, ſi uirgo uitietur à generoſo ac prædito amante. Aristophanes in Ranis ad prouerbium alludens, -ἐξ ἀξίου γὰρ τ' ξύλου

Ἢν τι καὶ πάσχῃ τις, πάσχειν τοῖς σοφοῖς δοκάσεις. id est,
—Digno ſi quid è ligno rei
Perferetis, ferre cordatis uidebimini uiris.

Quaſi minus miſerum ſit ſuſpendium, ſi ex arbore pendeat inſigni. Circunfertur huic ſimillimum prouerbium etiam hodie apud noſtrates: ſi demergendus ſim, in aqua pura me demergam: hoc eſt, ſi pereundum eſt, honeſta morte perire ſatius. Aut ſi peccandum, honeſtiore peccandum titulo. Poteſt referri & ad eos, qui uincuntur quidem, ſed à uictore tam inſigni, ut honeſtius & optabilius uideatur ſic uinci. quàm alios quoſdam uiciſſe. Vnde eſt Vergilianum illud:

Aeneæ magni dextra cadis.

Et apud Ouidium, Aiax pudendum ſibi putat eum Vlyſſe uel certaſſe, etiam ſi uictor diſceſſerit.

-Mecum, inquit, certaſſe ferctur. Item apud Homerum Iliados φ. ad hunc modum loquitur Achilles,

Ὡς μ' ὄφελ' ἕλωρ κεῖναι ὀϊζυρὰ τέτρατ' ἄεσθαι,
Τῷ κἀγαθὸς μὲν ἔπεφν' ἀγαθὸν δὲ λέκτρ ὀϊζυρὰ λέλειπται.
Νῦν δέ με λυγαλέῳ θανάτῳ ἅμαρτος ἁλῶναι. id est,
O' ſi me neret, huc qui egit fortiſſimus Hector,
Tum gnauus gnaui uictus uirtute perirem.
Nunc me fata uolunt obſcura morte perire.

Pindarus in Pythijs hymno tertio, non diſſimili ſenſu dixit, καλὸν ψεῦμα; id eſt, pulchra noxa: de Ixione loquitur, qui deceptus imagine Iunonis ſibi parauit exitium.

Non Chius, ſed Cius. IX

Didymus prouerbium ſubeſſe putat in his Ariſtophanis uerbis: ὃ χῖος ἀλλὰ κῖος. id eſt, Non Chius, ſed Cius, propter uulgato ſcommate notatam gentis inconſtantiam ac uolubilitatem, pro temporis ratione commutantis inſtitutum, ac idem ad fortunæ commoditatem accommodantis. Ariſtophanis carmina è Ranis ſunt hæc, in Theramenem:

Πέπωκεν ἑξὼ τῶν κακῶν, ὃ χῖος ἀλλὰ κῖος. id eſt,
Euolauit è malis, haud Chius, ſed Cius.

Quanquam hoc loco Ariſtarchus Cous legit, non Cius. Theramenes enim Cous fuiſſe dicitur. Fortaſſis alluſum ad id, quòd is Theramenes fuerit Prodici Coi diſcipulus. Huius mentionem facit & Lucianus in Amoribus. ὥσε ἐγωγε ἂν εὐξαίμην, εἴπερ κἀγὼ λιπαρὸς γενοίμην ἐκεῖνος ὁ κόθορνος. id est, Itaq; & ipſe quoq;, ſi fieri poſſit, optarim Theramenes fieri ille cothurnus. Niſi fortè alluſum eſt ad nocum affinitatem, cum res longe diſcrepet. Nam Chij male audiebant ob mores effœminatos, cũ Cij nec tibicinas, nec meretrices reciperent in ciuitatem, ut indicat Athenæus lib. 13. Itaque qui paulo ante nugator, mox ueluti alius ſumat uultum tetricum, in hunc rectè dicetur: ὃ χῖος ἀλλὰ κῖος. Ariſtarchus qui legit Cous, uidetur ad taxillorũ luſum ſpectaſſe, in quo iactus q Cous dicitur, habebat ſex, Chius unũ duntaxat. Itaq; Cous felicior erat iactus. Quo dicto indicat Theramenem nunquam infeliciter conſuluiſſe. Eupolis qui legit Cius, putat Theramenem aſcitum in Ciorum ciuitatem quum natus eſſet Cous. Didymus tamen effert prouerbium ὃ χῖος ἀλλὰ κῖος, ut mutatio nominis indicet hominis uersatile ingenium ac tempori ſeruiens, ſemper ad potiorem partem ſeſe accommodantis. Huiuſmodi fermè referuntur in commentarijs eius fabulæ. Porrò de cothurno diximus alibi.

Extra oleas. X

Ἐκτὸς τῶν ἐλαιῶν φέρεται. id eſt, Extra oleas fertur. Vbi quis terminos præſcriptos tranſgreditur, aut aliena, nec ad rem pertinentia facit, dicit'ue. Aristophanes in Ranis,

Μὴ σὲ ὁ θυμὸς ἁρπάσας Ἐκτὸς εἶσι τῶν ἐλαιῶν. id eſt,
Ira ne te concitum rapiat extra oliuas.

Interpres adagium hinc natum ait. Stadia in quibus currendi certamina peragebantur, oleis per ſeriem poſitis, utrinq; ſepiebantur, quas præterire non licebat: proinde qui præterijſſet oleas, extra ſtadium currere uidebatur.

Coronam quidem geſtans, cæterum ſiti perditus.

Στέφανον μὲν ἔχων, λίμῳ δ' ἀπολωλώς. id eſt, Coronam quidem geſtans, cæterum ſiti perditus in temulentum & luxconem apte torquebitur, quiq; obligurita re redactus ſit ad inopiam. Aristophanes in Equitibus:

Ὥσπερ κεννᾶς στέφανον μὲν ἔχων ἀνὴρ, λίμῳ δ' ἀπολωλώς. id eſt, Quemadmodum Connas coronam quidem geſtans aridam, uerum ſiti perditus. Taxat autem Cratinum comicum tanquam ebrioſum ac delirantem. Effertur adagium & ad hunc modum apud Diogenianum,

Δελφὸς ἀνὴρ στέφανον μὲν ἔχων, λίμῳ δ' ἀπολωλώς. i.
Vir Delphus cum portet ſerta, ſiti exanimatur.

Natum eſt, à moribus Connæ cuiuſdam. Is primum erat tibicen uinoſus, atq; in conuiuijs aſſidue coronatus potabat. Nam priſcis mos erat, in compotationibus coronas geſtare. Deinde è tibicine factus eſt Olympionices, atq; in Olympijs ſæpe uictor coronam tulit, unde Cratinus eum πολυστέφανον uocat. Alioqui pauperrimus, neq; tantillo ditior factus ſuis uictorijs. Nihil enim habuiſſe fertur, præter oleaſtrum.

Aphya in ignem. XII

Ἀφύα ἐς πῦρ. id eſt, Aphya ad ignem. Prouerbium in ea, quæ celeriter intereunt, aut abſumuntur, ſiue quæ facilè ac ſtatim conficiuntur. Nam Aphya piſcis genus candidum, molle ac tenerum, quod admotum igni protinus decoquitur. Vnde meretrices aliquot aphyas dictas indicat Athenæus lib. 13. quòd eſſent candidæ, graciles, & oculis prægrandibus. Talis enim apua. Frigitur autem in oleo feruenti: unde fertur & illud apud Græcos ἀφυῶν τιμὴ ἔλαιον. id eſt, Aphyarum honor oleum: ac protinus ut cõtigerunt oleum feruens, iam decoctæ ſunt, adeo ut ilico cum oleo ſtridant, ſtatimq; percoctæ tollantur è patella. Hunc piſcem Suidas ſcribit etiam ἄφρον. i. ſpumam appellari, propter cãdorem, & ἐνίγαυλιν, complura commemorans eius genera. Athenæus lib. 7. quibuſdam & ἀφρύλλα dici, nimirum à ſpuma, & ob id Veneri ſacrum, quòd eam poëtarum fabulæ gignant è ſpuma maris. Idem eorum quæ ſupra diximus Clearchum adducit autorẽ, addens & ad hunc modũ efferri paræmiam, ἴδε πῦρ ἀφύα. id eſt, Aphya uidit ignem. Quaſi uidiſſe modo ſufficiat ad decoctionẽ. Itaq; ſi puella iam nubilis ſtatim ſponſo uiſo incaleſcat, conueniet ἴδε πῦρ ἀφύα. Nõ diſſimile ei quod alibi

recenſ

recenſuimus, τὸν ἵππον ἀς πεδίον. id eſt, Equum in planicie.

Boliti pœnam. XIII

Βολίτου δίκην. id eſt, Boliti pœnam, dicunt, ubi quis de re friuola nihiliq; plectitur. Bolitus autem Græcis ſignificat ſtercus quoduis, ſed proprie bubulum. Porrò Solon legem tulit, quæ pœnam minabatur etiam ijs, qui bubulum ſtercus furto ſuſtuliſſent. Huc alluſit Ariſtophanes in Equitibus,

Τοῖς βολίτοις ἠτιμώρουν. id eſt,

Bubulis ſtercoribus uictus.

Heſychius putat Græcis idem βόλβιτον & βόλιτον, niſi quòd prius illud Ionum ſit peculiare, idem indicat Etymologus, ſic autem appellari bouis excrementa, quòd liquidiora ſint quàm cæterorum animantium: citat autem & Hipponactem, qui βολίτου καπηλίτην, dixerit fœminam opinor extreme contemptam. Et βολίτινον, uelut è bubulo ſtercore conflatum. Cynulcus apud Athenæum lib. 13 ἀλλὰ βολίτινον ἔχων θάτερον σκέλος. id eſt, ſed è bubulo ſtercore conflatum habens alterum crus. In Phryſiorum agris uidere eſt domos bolitinis parietibus, in alijs bubulum ſtercus ad ignis materiam ſiccari, Quin & hodie noſtrates, quem inſigniter contemnunt, βόλιον appellant.

Haud unquam arcet oſtium. XIIII

Οὐδέ ποτ' ἰσχὺς ἔθυρα. id eſt, Haud unquam arcet oſtium. Interpres Ariſtophanis paræmiam admonet eſſe de ijs, qui impendio ſunt hoſpitales, quorum fores ſemper patentes neminem excludunt. Sumptum ait ex Eupolidis comœdia, cui titulus φίλοι. Eleganter accommodabitur uel ad credulum qui quoduis mendacium admittat auribus, uel in mulierem nulli negantem.

Semper aliquis in Cydonis domo. XV

Ἀεί τις ἐν κυδώνου. id eſt, Semper aliquis in Cydonis domo. Cydon Corinthius quiſpiam erat, adeo inſignis hoſpitalitate, ut etiam prouerbio locum fecerit. Refertur à Suida pariter & à Zenodoto, neq; non ab Ariſtophanis interprete. Hæc cum non careant gratia, quoties ſimpliciter accommodantur ad homines φιλοξένους, tamen pluſculum habebunt Veneris, ſi ad animum deflectantur: ueluti ſi quis admoneat pium hominem, ne ſinat animum ſuum quibuslibet cogitationibus patere.

Summis unguibus ingredi. XVI

Ἐπ' ἄκρων ὀνύχων. id eſt, Summis ungulis. Metaphora prouerbialis in eos qui auidius auſcultant. Nam ij ſolent ſemet in ſummos pedes erigere: Καὶ ἐπ' ἄκρων ὀνύχων βαδίζων, id eſt, Summis ingrediens pedum unguibus, in faſtuoſos. Refertur adagium ab Ariſtophanis interprete ἐν ἀχαρνεῦσι, putatq; huc alluſiſſe poëtam, cùm ait,

Εὐθὺς διὰ τοὺς γεφάνους ἐπ' ἄκρων, τῶν πυγιδίων ἐκάθησθε. id eſt,

Suminis natibus mox reſidetis, animos addente corona. i. Efferimini, uobisq; placetis.

Haud impune uindemiam facies. XVII

Οὐκ ἐρήμας ξυγήσας. id eſt, Haud impune uindemiam facies. In eos competet, qui nullo ſeruante, impune decerpũt uuas: Ariſtophanes in Veſpis: Αλλ' ὄκ ἐρήμας ὦδ' ὅτῳ ῥᾳδίως ξυγήσειν. id eſt, At ne exiſtimetis uos adeo facilè atq; impune uindemiam facturos. Nam ἐρήμας Græci fieri dicunt, quod fit nullo prohibente, nulloq; obſiſtente. Confine eſt illi, quod alio referemus loco:

Γλυκεῖ' ὀπώρα φύλακος ἐκλελειμμένου. id eſt,

Eſt dulce pomum, uerum ubi cuſtos abeſt.

Solent enim uitibus & pomarijs adhiberi cuſtodes, præſertim autumno, cum iam maturi fœtus furem inuitant. Itidem dicunt ἐρήμην κατηγορεῖν, καὶ ἐρήμην δίκην γράφειν, & ἐρήμην νικᾶν, & ἐρήμην κλίνειν ἢ κατακλίνειν, quemadmodum indicauimus alibi.

Mens eſt in tergoribus. XVIII

Ὁ νοῦς ἐστὶν ἐν τοῖς σκύτεσιν. id eſt, Animus eſt in tergoribus. De ſolicitis dictitari ſolitum, quiq; malum aliquod imminens timere uidentur. Ariſtophanes in comœdia, cui titulus Pax,

Ημάρτομεν ταῦτ', ἀλλὰ συγγνώμην ἔχε.
Ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν ἦν τότ' ἐν τοῖς σκύτεσιν. id eſt,
Peccauimus quidem iſta, ſed ueniam dabis,
Tum nanque noſter animus in corijs erat.

Metaphora ſumpta eſt, uel à loris, quibus cæduntur ſerui, Nam hæc è bubulis tergoribus ſecantur. Vnde Plautinum ænigma: Vbi uiuos homines mortui incurſant boues: uel à clypeis, qui bubulo corio ſolent obduci. Proinde cõgruet uel in eos, qui flagra metuunt: uel in hos, quos belli impendentis metus habet ſollicitos. Non diſſimile Terentianum illud ex Eunucho: Iamdudum animus eſt in patinis. Item illud Ariſtophanicum in Veſpis de homine litium auido,

Ὁ νοῦς πέπταται νυκτὸς περὶ τὴν κλεψύδραν. id eſt,
At uolat animus nocte circa clepſydram.

Breuiter quacunque in re ſumus intenti, in ea dicimur eſſe.

Σκύτη βλέπω. XIX

Σκύτη βλέπει. id eſt, Vt uerbo uerbum reddam, tergora tuetur. Confine proximo, quo ſignificabant quempiam præ ſe ferentem uultu, quòd mali quippiam inſtare ſuſpicaretur, idq; coniecturis aliquibus colligeret: ueluti ſi quis conſpectis boum tergoribus, bellum futurum colligeret, quòd his integantur clypei. Citatur adagium ex Eupolidis fabula, cui tit. Chryſogenes:

Ατεχνῶς μὲν οὖν τὸ λεγόμενον σκύτη βλέπει. id eſt,
Plane quod aiunt obtuctur tergora.

Fortaſſe nec illud abſurdum fuerit, hinc natum prouerbium dicere, quòd in clypeis barbaricæ quæpiam & horrendæ facies depingi ſculpi'ue ſolent barbarorum, aut Cyclopum, aut beluarum etiam, ut eam ob cauſam qui truculento eſſent uultu, σκύτη βλέπειν dicerentur. Athenæus libr. 13. Οὐ πολλά σε σωφρονίσαντος, καὶ διδάξαντος σκύτη βλέπειν. id eſt, Qui nihilo te fecit emendatiorem, tantumq; docuit torum obtueri. Sentit enim, diſcipulum à philoſopho nihil aliud didiciſſe, quàm ſupercilium & uultus truculentiam. Quanquam hoc adagium in ſua duntaxat lingua gratiam habere poteſt. Ariſtophanes in Veſpis,

Εγώσε τήμερον βλέπειν σκύτη ποιήσω. id eſt,
Ego hoc quidem faxo die, te tergora obtueri.

Cochleare creſcet. XX

Δοῖδυξ αὐξει. id eſt, Cochleare creſcet. Chryſippus apud Zenodotum et Ariſtophanis interpretem ait, hanc paræmiam dici ſolere in puſillos homunciones per ironiam. Nam cochleare & puſillum idem eſt & contortum. Ariſtophanes in Equitibus.

Σκεύη δύο χρησίμα δοῖδυξ ὄξος τορύνη. id eſt,
Duo utilia uaſa, cochleare & toryna.

Eſt autem Toryna, qua mouetur olla.

Connæ calculus. XXI

Κόννης ψῆφος. id eſt, Connæ calculus, in hominem, aut rem nihili, nullius q; momenti. Prouerbium manauit à Conna quopiam citharœdo, ſiue, ut quidam uolunt, lyriſta ex eorum numero, qui citra uocem organo canebant. Sunt qui dicunt, Connam fuiſſe quendam extremæ ſortis hominem, qui deuorato patrimonio pauperrimus fuerit. Calliſtratus apud Ariſtophanis interpretem ad hunc modum effert paræmiam, κόννης τείον. id eſt, Connæ ficulnum folium, quod eo luſitare ſit ſolitus. Ariſtophanes in Fucis,

Σὲ μὲν ἡγοῦμαι κόννης ψῆφον. id eſt,
Te quidẽ Cõnæ ſuffragiũ exiſtimãt, hoc eſt, nihili ducũt.

Ayuntamiento de Madrid

Vnicum arbuſtum haud alit duos erithacos. XXII

Μία λόχμη οὐ τρέφει δύο ἐρυθάκας. id eſt, Idem arbuſtum non alit duos erithacos. Zenodotus autor eſt, hoc adagio notatos illos qui ex rebus minutis feſtinant diteſcere. Mihi uidetur non intempeſtiuiter dici poſſe in eos quibus parum conuenit, nec in eodem munere concorditer uerſari queunt. Eſt autem Erithacus auis quædam ſolitaria, ut eodem in ſaltu non temere niſi unum inuenias. Hanc Theodorus Gaza nunc Siluiam, nunc rubeculam interpretatur. Thomas magiſter ait à quibuſdam ἐρυθία uocari, ab alijs ἐρίθυλον, à pleriſque ἐρίθακον. Ariſtophanes eleganter ad hoc alluſit adagium in Veſpis, -Οὐ γὰρ ἄπαξ

Τρέφει δύναιτ' ἂν μία λόχμη κλέπτα δύω. id eſt,

-Non enim fieri poteſt

Furcs ut unquam ſaltus alat unus duos.

Non omnino diſſimile eſt huic quod dixiſſe fertur Alexander Magnus: Mundum non capere duos ſoles.

Pedibus ingredior, natare enim non didici. XXIII

Πεζῇ βαδίζω, νεῖν γὰρ οὐκ ἐπίσαμαι. id eſt, Ambulo pedes, nandi imperitus ſcilicet. Prouerbialis ſenarius, in eum qui maiorũ rerum imperitus minutioribus negotijs ſeſe exercet. Aut qui propter imperitiam priuatus & humilis uiuit: aut qui ſeſe neceſſario confert ad aliud genus, quãdoquidem ad illud aut illud nequaquam eſt idoneus: ueluti ſi quis negotiator fiat, ad literas indocilis. Refertur huic adſimilis uerſus:

Πεζῇ βαδίζων, οὐκ ἐπίσαμαι σκάπτειν. id eſt,

Fodere imperitus pedibus ambulo meis.

Apud Ariſtophanem in auibus ſycophanta ſimiliter excuſat ſuam profeſſionem: τὶ γὰρ πάθω, σκάπτειν οὐκ ἐπίσαμαι. id eſt, Quid quæſo facerem, quando fodere neſcio. Huc uidetur referendum & euangelicum illud: fodere non ualeo, σκάπτειν οὐ δύναμαι. Foſſionem enim pro quauis opera mercenaria poſuit. Ariſtophanes in Veſpis,

Ἔγγνωθι, κιθαρίζειν γὰρ οὐκ ἐπίσταται. id eſt,

Ignoſce, neque enim canere doctus eſt cheli.

Nimirum alludens ad uulgatum adagium, perinde quaſi dicat: Reliquarum imperitus artium, furto tantum rem parat. Item in Equitibus:

Οὐδὲ μουσικὴν ἐπίσταμαι. id eſt,

Ne muſicam quidem ſcio.

Vna domus non alit, duos canes. XXIIII

Εἷς οἶκος οὐ δύναται τρέφειν τοὺς δύο κύνας. id eſt, Eadem domus nõ bene canes alit duos. Prouerbio iactatus ſenarius in eos, inter quos parum conuenit propter idem lucrum, quod communiter expetunt. Sic idem regnum non fert duos tyrannos. Eadem reſpub. non fert duos expilatores. Idem munus, non fert duos ambitioſos, quorum uterq; conatur tenere primas. Refertur ab Ariſtophanis interprete.

Vallus uitam decepit. XXV

Ἡ χάραξ τὴν ἄμπελον ἐξαπάτησεν. id eſt, Vallus uitem decepit. Vbi quiſpiam ab eo fallitur aut læditur à quo pendebat, cuiusq; fidei nitebatur. Traductum à uallis, quibus alligatæ fulciuntur uites. Fit autem interdum, ut illi radicibus aclis ramis ac frondibus ſuis uitem ſtrangulent, aut proſtrati palmitem ſecum trahant.. Ariſtophanes in Veſpis,

Εἶτα νῦν ἐξαπάτησεν ἡ χάραξ τὴν ἄμπελον; id eſt,

Itáne circumuenit ipſe uineam palus ſuam?

Trepidat in morem galli cuiuſpiam. XXVI

Τρέσσει ὥς τις ἀλέκτωρ. id eſt, Trepidat tanquam gallus gallinaceus. In male affectum & commotum, aut etiam pauitantem opportune dicetur. τρέσσειν enim Græcis fugitare ſignificat, atque expaueſcere, peculiariter autem de auibus dicitur, Ariſtophanes in Veſpis,

Πτήσσει φρῳὶχ ὥσπερ ἀλέκτωρ. id eſt,

Gallinorem Phrynichus horret.

Fuit hic Phrynichus Melãthæ filius, Atheniẽſis tragœdiarũ ſcriptor, quẽ Athenienſes mille drachmis mulctarunt, quòd Mileſiorum excidium tragœdia complexus eſſet. Quod quidem ego non adſcripturus eram inter adagia, niſi commentarius Ariſtophanis hoc nominatim prouerbij loco retuliſſet. Meminit huius & Plutarchus in Alcibiade, qui cùm antea fuiſſet ferox & inſolens ex Socratis familiaritate, cuius ſingularem integritatem ſuſpiciebat, cœpit eſſe manſuetus ac modeſtus. Citat autem hunc ſenarium è poëta quopiam.

Ἐπτηξ' ἀλέκτωρ ὡς, κλίνας πτερόν. id eſt,

Pauidus refugit, more gallinacei,

Quum uictus alas ille ſummittit ſuas.

Meminit huius & in uita Pelopidæ. Certamen autem gallorum apud ueteres ſolenniter ac publicitus exhibebatur. Cæterum, quanquam animal natura pugnax eſt, tamen gallus ubi ſe ſentit imparem in conflictu, mire deiectus ac ſupplex profugit, riſum præbens ſpectatoribus.

Non magis parcemus quàm lupis. XXVII

Οὐ φεισόμεθα μᾶλλον ἢ λύκων. i. Haud magis parcemus ac lupis, Ariſtophanis interpres prouerbialem figuram eſſe admonet, inde natam quòd antiquitus lex ad interficiendos lupos etiam præmio inuitabat apud Atticos. Etenim qui lupi catulum interemiſſet huic talentum: qui adultum occidiſſet, duo talenta dabantur, Vnde & Apollinem, λύκειον καὶ λυκοκτόνον cognominarunt, Ariſtophanes in Auibus.

Φεισόμεθα γάρτι τῶνδε μᾶλλον ἢ λύκων; id eſt,

Quid enim his magis parcemus, atque ipſis lupis?

Niſi ſi qua uidit auis. XXVIII

Πλὴν εἴτις εἶδεν ὄρνις. i. Niſi ſi qua uidit auis: Hyperbole prouerbialis de re uchementer occulta. Ariſtoph. in Auibus:

Οὐδεὶς ἑώρακ' ἐμὸν θησαυρόν, πλὴν εἴτις ἄρ' ὄρνις. i.

Nemo meum uidit theſaurũ, niſi forſan ſi qua auis uſquã.

Suidas etiam hunc uerſiculum citat ex Ariſtophane,

Οὐδεὶς μεθέπεται πλὴν ὁ περιπλάμενος ὄρνις. id eſt,

Nemo me contuetur, niſi præteruolans auis.

Perdicis crura. XXIX

Πέρδικος σκέλος. i. Perdicis tibia. Perdix caupo quiſpiam erat claudus, ab Ariſtophane locis aliquot notatus, unde & in prouerbium abijt. Cuius mentionem fecit Ariſtophanes grammaticus in prouerbijs orationis ſolutæ. Dicebatur in crura gracilia diſtortáq;. Refertur à Suida. περδίκεος πούς. id eſt, Perdicis pes. In loripedes quadrat. Citatur hoc carmen apud Athenæum in primi libri fragmentis.

Ἔγχει πιεῖν μοι καὶ τὸ περδίκεος σκέλος.

Ἀμίδα λότω τις, ἢ πλακοῦντα τὶς λύτω. id eſt,

Infunde bibere, & crura perdicis mihi.

Matulam det aliquis, aut placentam porrigat.

Verum haud uidetur hoc ad prouerbium admodum facere.

Tolle calcar. XXX

Αἶρε πλῆκτρον ἀμυντήριον. id eſt, Tolle calcar ultorium. Extat adagium in Ariſtophanis Auibus:

Αἶρε πλῆκτρον εἰ μάχῃ. id eſt,

Tolle calcar ſi pugnas.

In eum dici ſolitum, qui iam ultionem parat. Mutuo ſumpta metaphora à gallis pugnam inituris, quibus ferrei ſtimuli quidam alligari ſolent, quo ſe tueantur inter certandum: quanquam autore Ariſtotele lib. De animalib. 2. cap. 12. natura calcar addit ex auium genere ijs, quæ ob corporis molem ſint ad uolatum minus idoneæ. Cuiuſmodi ſunt galli. Id confirmat Plinius lib. 10. Et regnum, inquit, in quacunque ſunt

Ayuntamiento de Madrid

ſunt domo exercent : dimicatione paritur hoc quoque inter ipſos , uelut ideo tela adnata cruribus ſuis intelligentes: nec finus, ſæpe commorientibus.

Minus habes mentis, quàm Dithyramborum poëtæ. XXXI

Διθυραμβοποιῶν νοῦν ἔχεις ἐλάττονα. *id eſt,*

Minus ſapis ſcriptoribus Dithyrambicis.

In ſtupidos ac furioſos torquetur. Adagium annotatur ab Ariſtophanis interprete in Auibus ſumptũ à poëtis Dithyrambicis, qui Baccho afflati furebant, unde & Horatius,

Aut inſanit homo, aut uerſus facit.

In Odis , Pindari grandiloquentiam attollens , Seu, inquit, per audaces noua dithyrambos uerba deuoluit , numerisq; fertur lege ſolutis. Philoſtratus in Sophiſtis immoderatam in dicendo uehementiam ac granditatem aliquoties appellat τὸ διθυραμβῶδες, eosq; dicit ἐκβακχεύειν καὶ ὑπερβακχεύειν.

Cercyræa ſcutica. XXXII

Κερκυραϊκὰ μάστιξ. i. Cercyræum flagrum. De re ſuperuacaneo cultu exornata. Quadrabit et in ea, quibus ornatus additur neutiquam decorus aut cõgruus. Cercyræis quoniã crebris ſeditionibus agitabantur , mos erat geſtare flagra ingentia, anſis eburneis exornata. Quidam aiunt , ea duplicia fuiſſe. Itaq; in prouerbium abierunt. Autor interpres Ariſtophanis in Aues. Lycurgus rhetor cum ob immodicam linguæ libertatem è concione eijceretur , exclamauit , ὦ κερκυραϊκὰ μάστιξ ὡς πολλῶν ταλάντων ἀξία εἶ. i. ô Cercyræa ſcutica, quàm multa uales talẽta. Notans populum inutilem, magno tamen alendum. Refert Plutarchus in uita decem rhetorum.

Larus. XXXIII

Κέφος λάρος. i. Cepphus larus. In garrulum ac uecordem dicebatur, præcipue qui cuiuſuis rei cupiditate deceptus capitur: ab auis ingenio ductum, quam ſpuma marina gaudere tradunt. Capitur autem ad hunc modum, Obijcitur ſpuma primum lõgiore interuallo. Deinde propius propiusq;. Poſtremo manibus geſtantes exhibent. Larus itaq; cibi auiditate captus comprehenditur. Ariſtophanes utitur in Pluto. Interpres admonet cognomen eſſe prouerbiale. Rurſum in Nebulis Cleonem Larũ uocat, quòd furtis ac rapinis inhiaret. Lucianus in libello De mercede ſeruientibus σαυτὸν μὴ παρακαλέσας θαῤῥῶν, ὑπιχνέῃ τῇ ἄγρᾳ ἀ θέλῃς, καθάπερ ὁ λάρος ὅλον περιχανὼν τὸ πέλαγος. i. Sumpta uero fiducia, uentum aggredere, ſi uidetur, Lari in morem, totum eſcã ore deuorans. Athenæus lib. Dipnoſophiſtarum 10. indicat auem hanc Herculi attributam à priſcis, quòd & ille fuerit ἀλφάγος, itq; itidem βυφάγον eſſe uocatum. Olim præcipuus gurgitũ luxus erat in piſcibus, id quod omnium libri teſtantur, quicunq; uel apud Græcos, uel apud Latinos ſcripſerunt de hoc genere. Quo magis mirum eſt hodie religionis cauſa uulgus piſcibus ueſci. Proinde congruet & in obſonatores, quòd Larus auis piſcium ſit appetens.

Cephus parturit. XXXIIII

Κέφος ὠδίνει. i. Larus parturit. Dicebatur in eos qui pollicerentur ingentia, deinde nihil promiſſis dignum præſtarent. Eſt enim Larus auis, multa plumarum copia circum tecta, cæterum carnibus exiguis : pariens autem uociferatur. Recenſetur adagium ab Ariſtophanis interprete, in comœdia cui titulus, Pax, Confine eſt illi:

Parturiunt montes, naſcetur ridiculus mus.

Canis feſtinans cæcos parit catulos. XXXV

Ἡ κύων σπεύδουσα τυφλὰ τίκτει. i. Canis feſtinans cæcos parit catulos. In eos iaciebatur , qui nimio feſtinandi ſtudio rem parum abſolutam ædunt , ut ſi quis operis parum elimati præcipitet æditionem. Hinc natum, quòd canis quia celerius pariat, catulos cæcos uelut adhuc immaturos ædit. Ariſtoteles lib. De generatione animalium 4 demonſtrat, id potiſſimum euenire in animantibus , quæ multifidis ſunt pedibus, & numeroſum habent fœtum , ut uulpes , urſa , leæna, canis, lupa. Nam hæc omnia cæcos pariunt catulos, quædam etiam infirmes adhuc ædunt. In cauſa putat, quòd cum corporis humor non ſufficiat alendo tam numeroſo fœtui, natura partum imperfectum potius educit. Galenus item libr. quem conſcripſit de ſemine . τὰς γὰρ κύνας ἴδοι τις καὶ ἂν παροιμίαν φυσᾷν τυφλὰ τίκτειν ὑπὸ σπουδῆς. *id eſt*, Canes uero etiam prouerbio iactatum eſt , ob feſtinationem cæca parere : quanquam canum catulos Galenus maluit imperfectos dici quàm cæcos, quum talpæ proprie cæcæ dicantur. Animantia quæ fœtus ædunt cæcos ἀλαοτόκα uocantur Græcis, quaſi Latine dicas cæcipara. Alludit ad paroemiam Ariſtophanes in Pace:

Ἡ κώδων ἀκαλανθὶς ἐπεγκρούει τυφλὰ τίκτει. *id eſt,*

Cæca parit properato Acalanthis tinnulo nixu.

Et interim Græci grammatici dubitant quid ſit Acalanthis : alij putant nomen inſignis canis, deductum παρὰ τὸ ἀκαλὸν ἆδειν. id eſt, quod placide currat. Sunt rurſus qui ſuſpicentur auem eſſe. κώδων autem tintinnabulum eſt, quo in ædibus magnatum, & hodie in collegijs, conuocantur familiares ad officium. Alij ſuſpicantur dictum παρὰ τὸ ἀκάλλειν. id eſt, à blandiendo, quòd notis adblandiens canis, allatrat hoſpites. Sic diuinant Ariſtophanis interpres, Etymologus & Suidas.

In canis podicem inſpicere. XXXVI

Ariſtophanes ἐν ἐκκλησιαζούσαις,

Τούτῳ μὴ εἶπερ ἐς κυὸς πυγὴν ὄψει. *id eſt,*

Canis quidem hunc inſpicere iuſſi podicem.

Interpres admonet uulgò dici ſolere in cæcutientes, adſcribens & hunc trochaicum.

Ἐς κυὸς πυγὴν ὁρᾶσθαι καὶ ζητῶν ἀλωπέκων. *id eſt,*

In canis deſpicere podicem, triumq; uulpium.

Alluſit eodem & in Acharnenſibus,

Τοῖς ὀξίνοις φυσᾶτε τὸν πρωκτὸν κυνός. *Obſcœnius eſt, quàm ut uertere libeat. Has profecto nugas pigeret adſcribere, ni propoſitum eſſet operi ſuſcepto per omnia ſatisfacere, καὶ γὰρ ἔλαχον παράτιλλος κωμικῶν.*

Tentantes ad Troiam peruenerunt Græci. XXXVII

Theocritus in Syracuſijs, tentando atq; experiendo quantumlibet etiam ardua perfici, figura prouerbiali ſignificans,

Ἐς Ἴλιον inquit, παρώμενοι ἦλθον ἀχαιοί. .

Καλλίστα πάντων πείρα θὴν πάντα τελεῖται. *id eſt,*

Tentando ad Troiam uenere Pelaſgi.

Cuncta, puellarum pulcherrima, perficit uſus.

Deum ſequere. XXXVIII

Plutarchus in libello De audiendo, refert hoc adagium, quod & inter ſeptem Græciæ ſapientum oracula celebratur, ἕπου θεῷ. i. Sequere deum. Putat hunc eſſe ſenſum : Obtempera rationi. Quaſi cuiq; debeat oraculum eſſe, quicquid in pectore dictauerit ratio. Vnde & Vergilius dixit,

An cuiq; deus ſua dira cupido.

Cui uerſus ille Græcis celebratus adſtipulatur,

Ὅστις γὰρ ἡμῖν ἔστιν ἐν ἑκάστῳ θεός. *id eſt,*

Ineſt enim ſuus cuiq; animus, deus.

Et Menander apud Plutarchum,

Ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν ὁ θεός. *id eſt,*

Nam noſter animus numen eſt.

Et conſimilia quædam apud Lucanum dicit Cato Vticenſis. Sumptum uidetur ex Homericæ Iliadis lib. 1. ubi Achilles Palladi obtemperans hæc dicit:

Ὅστις θεοῖς ἐπιπείθηται, μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ. *id eſt,*

Qui dijs paruerit, proni huius uota recipiant.

Ayuntamiento de Madrid

Apud eundem eſt hoc hemiſtichium non uno loco poſitum, καὶ τὶς θεὸς ἠγεμόνευε. i. Quin & diuum aliquis ductor fuit. Plato in Critone, ἔα τοίνυν ὦ κρίτων καὶ πράττωμεν ταύτη, ἐπειδὴ ταύτη ὁ θεὸς ὑφηγεῖται. i. Sine igitur ô Crito et hoc pacto agamus, quandoquidem hac nos ducit deus. Cicero lib. De finib. 3. Commemorat inter præcepta ueterum ſapientũ, quæ conſtat prouerbiorum uice celebrata. Quæ, inquit, ſunt, uetera præcepta ſapientum, qui iubent tempori parere, & ſequi deum, & ſe noſcere, & nihil nimis.

Lingua quo uadis? XXXIX

Γλῶσσα ποῖ προέρχῃ; πόλιν ὀρθωθεῖσαν καὶ πάλιν ἀναστρέφουσα. i. Lingua quo uadis? Erectum ciuitatem, eandem denuo ſubuerſura. Refertur à Suida, Zenodoto, Diogeniano. Docet linguam plurimum utilitatis adferre mortalibus, & eandem rurſum plurimam adferre perniciem, tametſi membrum corporis ſit perquam exiguum. Proinde diuus Iacobus apoſtolus eam clauo nauis adſimilem facit, quæ cum pars ſit minima, tamen totam nauem aut ſeruat, aut euertit. Bias, referente Plutarcho in libello De audiendo, rurſum in alio De loquacitate, Amaſidi Aegyptiorum tyranno iubenti, ut ſibi quod eſſet in uictimæ, quam ad illum miſerat, carnibus & optimum & peßimum mitteret, linguam reſectam miſit, innuens huius uſum eſſe præcipuum, ſiue prodeſſe cupias, ſiue nocere. Nec inſcite dictum eſt à Solomone capite 18. Mors & uita in manibus linguæ.

Ollas oſtentare. XL

Χύτρας ἐπιδείκνυσθαι. i. Ollas oſtentare, eſt rem per ſe ridiculam ac ſordidam, perinde ut maximam efferre. Plutarchus in libello De auſcultando, taxans ſophiſtas, quibus mos erat ἀδόξους. i. infames materias uerborum fucis exornare, cum uomitum, febrim, Buſiridem, atq; id genus alia laudant. νὴ δία, inquit, χύτρας ἐπιδεικνύμενοι. i. Ac per Iouẽ ollas oſtentantes. Non quòd prorſus improbandum ſit, ſi quis uel exercendi, uel laxandi ingenij gratia ludat nonnunquam in huiuſmodi argumentis, modo iocus ſit eruditus, & cum uoluptate miſceat nonnihil utilitatis. Quandoquidem ridentẽ dicere uerum, quid uetat? Imò ſit, ut citra offenſam & gratius irrepat in animos mortalium ueritas huiuſmodi lenocinijs commendata: adeo ut A. Gellius nõ dubitet ridiculas Aeſopi fabellas tetricis illis & è cœlo delapſis Stoicorum dogmatis anteponere. Luſit & ipſe Plutarchus in Gryllo, feſtiuiter ſanè, ſed ita tamen, ut philoſophum iocari, non ſcurrã, poßis agnoſcere. Luſimus & nos ante complureis annos μωρίας ἐγκώμιον, cui non plus ſeptem dierũ operam impendimus, idq; nullis librorum adminiculis adiuti. Nam noſtra ſarcina nondum aduecta tũ erat. Hoc quicquid eſt libelli, uideo candidis ingenijs, & ijs qui bonis literis ſunt initiati, magnopere probari, qui præter iocandi feſtiuitatem affirmant illic eſſe non pauca, quæ ad corrigendos hominum mores magis conferant, quàm Ariſtotelis Ethica, aut Politica dogmata, qui paganus plus quàm paganice hiſce de rebus præcepit. Et tamẽ audio nõnullos offendi, ſed paucos, atq; hos eiuſmodi ut nihil probẽt, niſi barbarum, inſulſum, & ab omnibus Muſis alieniſſimum. Ipſi Iuuenalẽ legunt alioquin acerrimi poëtarũ hoſtes, quo principũ, ſacerdotum, negotiatorum, ac præcipue mulierũ uitia in cõcionibus ſuis inſectentur, quæ ſæpius ita depingunt, ut obſcœnitatẽ doceant. Ego cum argumentum ſuſceptũ ab hoc non abhorreret, & ubiq; tantus pateret cãpus, neq; mordeo quempiam nominatim, niſi fortè meipſum, & odioſam illam ſceleriũ ac uitiorum Camarinã nuſquam mouẽs, ridicula quædam magis quàm fœda paucis attingo. Sed taxas, inquiũt, epiſcopos, taxas theologos, taxas principes. Primũ non animaduertunt, quàm hoc ipſum faciã moderate, minimeq; odioſe. Deinde non meminerunt illius regulæ, quã toties inculcat diuus Hieronymus, ubi generalis de uitijs diſputatio eſt, ibi nullius perſonæ eſſe iniuriam, neq; carbone notari quenquã quaſi malus ſit, ſed omnes admoneri, ne ſint mali: niſi fortè illud contendant, omneis principes eſſe ſapientes, omnes theologos abſolutos, omnes epiſcopos & pontifices eſſe tales, quales fuerũt Paulus & Martinus: uniuerſos monachos ac ſacerdotes, Antonios eſſe & Hieronymos. Deniq; non perpendunt id quod in dialogis eſt potiſſimum, perſonæ decorum: & Eraſmum imaginantur loqui, non Morium. Quaſi uero ſi quis Ethnicum cum Chriſtiano loquẽtem faciat, nefas ſit Ethnicum quicquam dicere, quod abhorreat à doctrina Chriſtiana. Poſtremo cum tyranni quoq; cum à morionibus quiduis audiunt, rideant, parumq; ciuile putent, ullis offendi dicterijs, mirum eſt iſtos, neſcio quos, ab ipſa Moria nihil omnino poſſe audire, quaſi quicquid de uitijs utcunq; fuerit dictum, id prorſum ad ipſos pertineat. Sed hæc de re iam amplius ſatis. Ad ollas redire præſtat. Ergo prouerbium affine fuerit illi, quod alibi dictum eſt, χύτραν ποικίλλεις. id eſt, Ollam uariegas.

Puer glaciem. XLI

ὁ παῖς κρύσταλλον. i. Puer glaciem. Dicebatur in eos, qui cum retinere quippiam non poßint, nolunt tamen amittere. Veluti ſi quis magiſtratum recuſet deponere, cui gerendo ſit impar, aut à munere nolit abſolui, quod tueri tamen non poßit. Competet & in eos, qui ſponte nolint à ſe amouere, quod tamen aliquanto poſt ſit elapſurum. Vt cum opes urgemus, premimusq;, mox nihilominus nos relicturas. Aut cum rem noxiam urgemus, nec uolumus amittere quod lædit. Refertur ab Zenodoto, Suida, Diogeniano. Meminit Plutarchus & explicat libro De futili loquacitate. Sumptum uidetur è Sophocle, qui amorem comparat pueris, qui glaciem conſpectam arripiunt manibus, ac delectantur, ſed ea mox liqueſcente, nec facile poſſunt abijcere lubricam maſſam, nec retinere noxiam. Itidem amor nec excuti poteſt ob uoluptatem adiunctam, nec retineri ob moleſtias admixtas uoluptatibus maiores.

Vnum ad unum. XLII

ἓν πρὸς ἕν φασιν, inquit Lucianus. i. Vnum ad unum, nimirum figuram prouerbialem eſſe ſignificans, cum exactius ſingula ſingulis componuntur. Theocritus in Paſtore:

ἐμὶν ὀ τυ βοκολιάσδεν ἓν ποδ' ἕν.

id eſt, ſi libet ad uerbum reddi,

Tu uero mihi paſcito boues Vnum ad unum.

Sic enim quidam eruditi legunt. Plato libro De legibus 5. δεῖ δὴ πάντα ἀνδρα, ἓν πρὸς ἓν τοῦτο σπεύδειν. Reddetur & hoc ad uerbum. Oportet autem omnem, unum ad unum, ad hoc feſtinare, hoc eſt, pro ſe quenq;. Idem in lib. 6. ἓν ἐφ' ἑνὶ παρέχειν. Vtitur & libro primo planè prouerbiali figura, ἓν πρὸς ἕν. rurſum lib. 4. ἀνδ' ἑνὸς ἕν. Translatum uideri poteſt à prælio, quoties acriter res geritur, ſingulis aduerſus ſingulos dimicantibus. Niſi malumus ad Laconicum illud apophthegma referre. Narrat enim Plutarchus in libel. De futili loquacitate, Lacedæmonios aliquando unum legatum ad Demetrium regem miſiſſe. Cumq; ſtomacharetur tyrannus, uociferareturq;, unum, inquiens, ad me Lacedæmonij? legatum nihil attonitum reſpondiſſe, unum ad unum, Nec abſurde dixeris, à mathematicis mutuo ſumptum, quorum eſt hæc loquendi figura peculiaris, ἓν πρὸς ἕν. i. Vnum ad unum, ſic enim proportionem conſtare dicunt, quam uocant paritatis, ſiue æqualitatis.

In nocte conſilium. XLIII

ἐν νυκτὶ βουλή. i. In nocte conſilium. Admonet adagium, non eſſe præcipitandum conſilium, neq; ſtatim ad primos animi impetus quippiam agendum. Nox autem propter ſolitudinem ac ſilentium, uel maxime ad cõſiderandum, conſultandumq; de rebus grauibus eſt idonea. Præterea ſæpenumero fit, ut

Ayuntamiento de Madrid

fit, ut ſomnus ſedata cupiditate priſtinam ſententiam uertat. Vnde etiam uulgò dicitur ab idiotis noſtratibus, ſuper hac re indormiam: ubi ſignificant ſe per ocium deliberaturos. Porrò præceps conſilium inauſpicatum eſſe ſolere, & uulgato ſermone dicitur, & eleganter admonuit Sophocles apud Plutarchum libello De garrulitate,

Οὐ γάρ τι βαλῆς ταυτὸ καὶ δρόμος τέλος. *id eſt,*

Curſus enim haud eſt finis idem & conſilii.

Siquidem in curſu uincit, qui celerrimus ſit: in conſultando cunctatio tutior eſt, periculoſa celeritas. Plutarchus in Symposiacis, decade ſeptima, problemate nono, citat Platonem, qui ſcripſerit apud Lacedæmonios, ni fallor, fuiſſe νικτερινὸν σύλλογον. id eſt, Nocturnum conuentum, grauiſſimorum, ad quem difficillimæ cauſæ reijciebantur. Addit apud ueteres noctem δολοφόνον fuiſſe uocatam, παρὰ τὸ εὖ φρονεῖν, à bene ſapiendo.

Vbi quis dolet, ibidem & manum habet. XLIIII

Ὅπου τὶς ἀλγεῖ, κεῖσε καὶ τὸν χεῖρ' ἔχει. *id eſt,*

Vbi dolet quis, ibi & manum frequens habet.

Senarius prouerbialis, quem refert Plutarchus lib. De futili loquacitate. Natũ eſt dictum à naturali hominũ conſuetudine, qua fit, ut ei corporis parti quæ dolet, frequenter manus admoueamus. Tempeſtiuiter utemur, cum ſignificabimus quempiam ea tractare, decq; ijs libenter uerba facere, quæ mouent animum. Stobæus idem refert ad hunc modum:

Ὅπου τὶς ἀλγεῖ, κεῖσε καὶ τὸν νοῦν ἔχει. *id eſt,*

Vbi quis dolet, illic & mentem habet.

Alluſiſſe uidetur ad prouerbium Cicero Epiſtolarum ad Atticum lib. 3. Sed non faciam, ut aut tuum animum angam querelis, aut meis uulneribus ſæpius manum afferam. Item Plautus in Perſa: Quaſi lippo oculo me meus herus utitur, manum abſtinere haud quit tamen. Plutarchus huc torquet, ubi quid ſiue dolet ſiue delectat, ibi quiſq; linguã habet. Sic laudibus arguitur uini uinoſus Homerus, & Pindarus taxatur ut φιλάργυρος, quòd multus in laudando auro. Nam hoc pacto ſtatim auſpicatur Olympia, ἄριστον μὲν ὕδωρ, ὁ δ' ὑπερθύει πυρὸς αἰθόμενον νύκτα διαπρέπει μεγάνωρ ἐξοχα πλούτου. i. Optima quidem aqua, cæterum aurum, uelut ardens ignis eminet noctu, magnificas ſupra opes. Rurſum in Iſthmijs hymno 3. καὶ μεγασθενῆ νόμισαν χρυσὸν ἄνθρωποι πειθώσιον ἄλλων. i. Et multipotens iudicarunt aurum homines eximium in cæteris.

Plus apud Campanos unguenti, quàm apud cæteros olei fit. XLV

Plinius naturalis hiſtoriæ lib. 18. cap. 11. In Campania tamen, inquit, laudatiſſimus campus eſt. Montibus ſubiacet nimboſis, totis quidem 40. mil. paſſ. planicie. Gratia terræ eius, ut protinus ſoli natura dicatur, puluerea ſumma, inferior bibula, & pumicis fiſtulans uice. Montium quoq; culpa in bonum cedit. Crebros enim imbres percolat atq; tranſmittit. Nec diluit, aut madore uoluit, propter facilitatem culturæ. Eadem acceptum humorem nullis fontibus reddit, ſed temperat, & concoquens, intra ſe uice ſucci continet. Seritur toto anno, panico ſemel, bis farre. Et tamen uere ſegetes quæ interquieuere fundunt roſam, odoratiorem ſatiua. Adeo terra non ceſſat parere. Vnde uulgò dictum, plus apud Campanos unguenti, quàm apud cæteros olei fieri. Quantum autem uniuerſas terras campus circumcampanus antecedit, tantum ipſum pars eius quæ Laboriæ uocatur, quem Phlegræum Græci appellant. Hactenus Plinius. Si cui placebit adagium ad allegoriam trahere, poterit accommodari, uel in regionem, uel in hominem adeo cæteris antecellentem, ut apud hunc maior ſit exquiſitarum rerum copia, quàm apud alios mediocrium, aut uulgarium.

Ne uia quidem eadem cum illo uult ingredi. XLVI

Μηδὲ τὴν αὐτὴν ὁδὸν βαδίζειν. *id eſt, Ne uia quidem eadem ingredi dicuntur, qui extremo diſſident odio, adeo ut non ſolum menſa tecto'ue communi non ſuſtineant uti, ſed ne uia quidem communi uelint ambulare. Vnde & uulgata dicunt ironia: uſque adeo illum amat, ut ſi forte fortuna fuerit obuius, in aliam deflectat uiam. Plutarchus in Commentario* περὶ φιλαδελφίας, ᾧ ὁ ἀδελφῷ μηδὲ τὴν αὐτὴν ὁδὸν οἰόμενος δεῖν βαδίζειν. i. *Cum fratre uero ne uia quidem eadem ſibi putans ingrediendum eſſe. Huic congruit prouerbialis ille uerſiculus,*

Κακῷ σὺν ἀνδρὶ μηδ' ὅλως ὁδοιπόρει. *id eſt,*

Viro ſceleſto ne uiæ fueris comes.

Extra cantionem. XLVII

Παρὰ τὸ μέλος. *i. Extra cantum agi, dici'ue dicunt, quod ad rem non pertinet. Etiamſi prouerbio in alienã tranſfuſo linguam perit genuina illa gratia. Siquidem παρὰ μέλος perinde ſonat, quaſi dicas, parum modulate, parũ concinne, parum apte, parũ decore. Nam quod in muſica eſt μέλος, id in uita decorũ. Lucianus in Eunucho,* ᾗ ἐφ' ὧν αὖτις ἠθέλησθ' παρὰ μέλος τι φθεγξάμενον. i. *Et apud quos uereretur aliquis præter cantũ quippiam dicere, id eſt, quod à re eſſet alienius. Imitatus eſt hanc figuram ex Platone, qui libr. De legibus 3. ſcribit ad hunc modum:* παρὰ μέλος ἐμοί γε δοκῶν φθέγξασθαι. i. *Præter cantilenam mihi dicturus fuiſſe uideris. Et in Critia:* Παρὰ μέλος ἴσως ἐρεῖ περὶ αὐτῶν ἄκοντες ἐπόμενον, δίκαιον τὴν προπαροῦσαν ἐπιτιθέναι. *id eſt, Quòd ſi quid extra cantionem imprudentes de ipſis ſumus loquuti, congruam pœnam exiget. Ariſtophanes in Concionatricibus, eleganter unico uerbo dixit,* παραχορδίζειν, *pro eo quod eſt abſona, nec ad rem facientia loqui,*

–Πρόσεχων ὅπως
Μηδὲν παραχορδιῶν ὧν δεῖ σ' ἀποδέξει. *id eſt,*
–*Attente caueas*
Vt ne quid alienum loquare & abſonum
Ab his tibi quæ ſunt probanda.

Ariſtot. lib. Rhetoricorum 3. notat à poëtis quibuſdã dictũ, ἄχορδον καὶ ἄλυρον μέλος, *cantionem diſſonã, nec fidibus reſpõdentem. Apte torquebitur in eos, qui ſecus uiuunt quã docent. Finitimum eſt huic, quod alibi retulimus,* δὲν πρὸς ἔπος, *nihil ad uerbum ſeu nihil ad carmen. Quo quidem Ariſtophanes,* ἵν' ἐκκλησιαζόσαις, *nouæ utitur pro temere.*

Οὐ γὰρ τὸν ἐμὸν ἱδρῶτα καὶ φαδίωλίαν
Οὐδὲν πρὸς ἔπος κ' ἀνοήτως ἐκβαλῶ. *id eſt,*
Neq; enim meo ſudore quod parauerim
Meaq; parſimonia, temere ac nihil

Ad rem profuſcro. δὲν πρὸς ἔπος, *Scholia exponunt,* ὡς ἔτυχε, ἕνεκα μηδενὸς. i. *temere et abſq; cauſa. Poſterior uerſus Græcus non conſtat ſuis pedibus. Reſtituetur ſi legamus,* οὐδέντε πρὸς ἔπος κἀνοήτως ἐκβαλῶ. *Quod carmen equidem duxi ſatius, uel alieniore citare loco, quàm eo ſtudioſum fraudare lectorẽ. Natum ut uidetur ab apophthegmate Themiſtoclis, qui Simonidi poëtæ petenti quiddam à ſe parum æquum, reſpondit ad hunc modum: Neq; tu bonus eſſes poëta, ſi præter cantum caneres, neq; ego bonus princeps, ſi præter leges iudicem. Sumptum eſt ab antiquis cantoribus, qui uocem ad lyram accommodabant. Aut certe à concentu uocalium muſicorum, ubi ſi quis diſſonat ab harmonia, grauiter offendit aures. Lucianus* ἀγωνία *uocat, quæ ad cauſam non pertinent. M. Tullius* ὁλοῦ παέργα, *quæ aliena à re propoſita.*

Ignis, mare, mulier tria mala. XLVIII

Circunfertur apud Græcos & hic trimeter prouerbialis.

πῦρ καὶ

Ayuntamiento de Madrid

Πῦρ καὶ θάλασσα καὶ γυνὴ κακὰ τρία. id est,
Ignis fretumq; & mulier, hæc mala tria.
Nam incendio nihil formidabilius, mare item periculosissimum est. Vnde & Aeschylus in Persis:
-Αμαχον κῦμα θαλάσσης. id est,
-Maris haud uincitur unda.
His autem simillimũ quiddã esse mulierem sentit paræmia. Porrò mulierem omnem esse malam, perquàm uenuste signi ficauit Lacon quidam, qui cum uxorẽ duxisset perpusillam, dicebat è malis, quod minimum esset, eligendum. Fatetur & apud Euripidem Medea fœminarum genus esse malum.
Αλλ' ἐσμὲν οἷον ἐσμέν, οὐκ ἐρῶ κακὸν, γυναῖκες. id est,
Sumus quidem quales sumus nos fœminæ,
Neq; enim malæ ausim dicere.
Euripides apud Planudem in uita Aesopi, inter omnia mala principatum tribuit mulieri.
Πολλαὶ μὲν ὀργαὶ κυμάτων θαλασσίων,
Πολλαὶ δ' ὁταμῶν, καὶ πυρὸς θερμοῦ τροαί.
Δεινὸν δ' ὄφις, φλοιὰ δ' ἄλλα μυρία,
Πλὴν ὀδὲν ὅτω πλεῖον, ὡς γυνὴ κακή. id est,
Furore multo sæuit iratum mare,
Proniq; fluuij, & ignis acris impetus,
Inopia acerba, acerba alia quàm plurima,
Sed nil ita acerbum & noxium, ut mulier mala.

Falces postulabam. XLIX

Αμας ἀπήτουν. i. Falces postulabam. In eos, qui respondent id quod ad rem nihil attinet. Plutarchus in commentario, περὶ ἀλολεσχίας, admonet, ut qui uelit accurate respondere, mentem rogantis diligẽter perdiscat, ne illud fiat, quod prouerbio dici consueuit, ἄμας ἀπήτουν. Est autẽ senarius prouerbialis apud Suidam & Zenodotum:
Αμας ἀπήτουν, οἱδ' ἀπηρνῆντο σκάφας. id est,
Falces petebam, at hi ligones denegant.
Videtur hinc natum, quòd agricolæ cuipiam à uicino fálcẽ commodato petenti, negauerit ille sibi ligonem esse domi. Theocriti scholiastes in pastoribus annotauit, Atticis ἄμιλλαν dici, quod communis Græcorum lingua uocat λίκελλαν siue σκαπάνην. i. ligonem: quòd si σκάφη, idem significat quod σκαπάνη, ridiculum erit in responso, perinde ac si quis petenti gladium neget se habere ensem. Sunt qui sentiant σκάφην esse poculi genus aut uasis cani.

Alba auis. L

Λευκὸς ὄρνις. id est, Alba auis, pro re noua atq; auspicata dixit M. Tullius in Epist. familiaribus lib. 7. Cum enim salutationi nos dedimus amicorum, quæ fit hoc etiam frequentius quàm solebat, quòd quasi albam auem uidentur, bene sentientem ciuem uidere, abdo me in bibliothecam. Quadrabit & in rem admodum raram & inusitatam, quòd aues perpaucæ sint hoc colore. Ita Iuuenalis,
-Coruo quoq; rarior albo.
De albæ gallinæ filio, dictum est alibi.

In alieno choro pedem ponere. LI

ἐν ἀλλοτρίῳ χορῷ πόδα τίθεσθαι. i. In alieno choro pedem ponere, est se miscere negotijs alienis, & aliorum sibi uendi care partes. Plutarchus in cõmentario quem inscripsit: Quo pacto seipsum aliquis citra inuidiam laudare possit, τὸν μὲν ἐν ἀλλοτρίῳ χορῷ πόδα τιθέντα περίεργον ἢ παροιμιακὴ γελοῖον ἀποδείκνυσι. i. Eum quidem qui alieno choro pedem imponit, curiosum ac ridiculum esse, prouerbium declarat. Idem in Symposiacis, ἐγὼ δ' ὅμως ἐν ἀλλοτρίῳ χορῷ πόδα τιθεὶς ἔφην. i. Ego uero tametsi pedem in alienum inferens chorum dicebam, hoc est, respondens de re, quæ ad philosophi professionem non pertinebat. Affinis est huic adagio metaphora perquam elegans, neque discrepans à specie prouerbiali, qua usus est Aristides in Miltiade, μιλτιάδην δ' ἐν μαραθῶνι, τοῦ χοροῦ τάξομεν; i. Porrò Miltiadem, qui est apud Marathonem, qua chori parte collocabimus? Interpres addit metaphoram sumptam à choris Dionysiacis. Certe constat mutuo sumptum à choreis ac saltationibus. Quibus si quis ignotus admisceat sese derideatur, atq; exsibilctur ilico. Plato in Euthydemo, Τὸν δὴ σοφίαν τοῦ χοροῦ τάξομεν, ἐν τοῖς ἀγαθοῖς, ἢ πῶς λέγεις; i. Hanc sapientiam in quo choro statuemus, inter bona, aut quid censes?

Ne magna loquaris. LII

Μὴ μεγάλα λέγε. id est, Ne grandia loquaris, refertur à Diogeniano, admonet temperandum esse à magniloquentia, iactantiáq; , qua nihil omnium intolerabilius. Dictum est autem propter Nemesim deam, quæ grandiloquentiam huiusmodi non sinit impunitam. M. Tullius Epistolarum ad Atticum lib. 4. epistola octaua.
Μήπω μέγ' εἴπῃς πρὶν τέλεσ ἀντιάσας. id est,
Ne quãdo iactes, ni prius perfeceris. Aristoph. in Ranis.
ὦ θαυμάνδρ' ἀνδρῶν μὴ μεγάλα λίαν λέγε. id est,
Mirande uir, ne magna nimium dixeris. His uerbis Bacchus reprimit Euripidem per arrogantiam semet anteponentem Aeschylo. Sophocles in Aiace flagellifero:
Μηδὲν μέγ' εἴπῃς, οὐχ ὁρᾷς ὑν' εἶ κακῶ; id est,
Ne magna loquere, non uides quo insis malo?
Theocritus in Cyclope,
Μηδὲν μέγα μυθεῦ. id est,
Ne quid sublime loquaris. Theognis,
Μή ποτε κύρν' ἀγορᾶθεν ἔπος μέγα, οἶδε γὰρ ὀδὰς
Ανθρώπων ὅτινι νὺξ χ' ἡμέρα ἀνδρὶ τελεῖ. id est,
Verbum Cyrne cauc magnum ne dixeris unquam.
Nescis quidnam homini nox' ue dies' ue ferat.
Plato in Phædone, Μὴ μέγα λέγε, μήτις ἡμῶν βασκανία περιβάλῃ τὸν λόγον τὸν μέλλοντα λέγεσθαι. i. Ne loquare grandia, ne qua nobis inuidia futuram orationem interturbet. Antiquitas enim finxit deam Nemesim, iactantiæ ultricem. Ita Pindarus in Isthmijs hymno 4. Αλλ' ὅμως κάνυχημα κατάβρεχε σιγᾷ ζεὺς τάδε καὶ τὰ νέμῃ. i. Attamen gloriationem obnubila silentio. Iupiter hæc & illa partitur. Est enim unica placandæ inuidiæ ratio, si quod aecidit boni, ad autorem deum referatur. Idẽ in Nemeis hymno 10. Εστι δὲ καὶ κόρθ ἀνθρώπων βαρὺς ἀντιάσαι. i. Est autem graue in hominum inuidiam incidere. Est enim inuidum mortalium ingenium, nec ulla re citius saturatur, quàm audiendis laudibus alienis. Idem eiusdem operis hymno quinto, ἀλλόμαι μέγα ἐπεῖν. Huc allusisse uidetur Vergilius, libro decimo,
Dixerat ille aliquid magnum.
Inuenitur sæpius & μέγα φρονεῖν, pro eo quod est insolentem atq; elatum esse. Sophocles in Oedipo tyranno,
Φρονεῖν γὰρ ὡς γυνὴ μέγα. id est,
Sentire enim altum ut fœmina.
Extat & senarius prouerbialis:
Οτ' ὀλυχεῖς μάλιστα, μὴ μέγα φρόνει. id est,
Ne quid tume, cum res secundæ maximè.
Et μέγα πνεῖν. i. Magnum spirare. Euripides in Bacchis,
Κἄν πνεύσω ἔλαχύ μέγα. id est,
Quamuis magnum spirans uenias.
Eleganter Horatius huiusmodi grandiloquentiam, ampullas & sesquipedalia uerba uocat in arte poëtica.
Proijcit ampullas & sesquipedalia uerba.
Terentius in militem glorioſum, & magnifica uerba. Legimus & τραγικῶς λέγειν. id est, Loqui tragicè, & ἐκβαγχαλίζεσθαι, pro eo quod est, magnificis uerbis efferre. Horatius in Epistolis.
Et spirat tragicum satis, & feliciter audet,
Tametsi non me fugit, poëtam hoc loco simpliciter dixisse, spirat tragicum.

Ayuntamiento de Madrid

Exercitatio poteſt omnia. LIII

Μελέτη πάντα δαμάζεται. Cura omnia poteſt. Laërtius hanc ſententiam Periandro tribuit, qui Iſthmum etiam tentarit perfodere: ſignificat autem, nihil eſſe tam arduum, quod diligentia curaq; non efficiatur. Vergil. in Georgicis:

–Labor omnia uincit
Improbus, & duris urgens in rebus egeſtas.

Extat apud Græcos prouerbialis ſententia: θεοὶ τἀγαθὰ τοῖς πόνοις πωλοῦντας. id eſt, Dij bona laboribus uendunt. Huc alludit Horatius.

Perrupit Acheronta Herculeus labor.

Sophocles in Electra:

Πόνῳ τοι χωρὶς ὀλίγ' ἐντυχῆ. id eſt,
Citra laborem nil bene eſt.

Fertur & uerſus Menandri, πάντα τὰ ζητούμενα
Δεῖσθαι μεζόνως φασὶν οἱ σοφώτεροι. id eſt,
Quæcunq; uotis expetuntur, prædicant
Egere curis, qui ualēt prudētia. Simplicius Antiphanes.
Τῆς ἐπιμελείας πάντα δοῦλα γίγνεται. id eſt,
Domat atq; ſubigit cuncta diligentia.

Quinquam autem in præſentia non eſt, neq; propoſiti, neq; operis huius, quicquid ad huiuſmodi ſentētias facit, in unum conuerrere, tamen haud grauabor, quandoquidem caſus obtulit, adſcribere uerba Senecæ ex libr. De ira 2. Atque nihil eſt, inquit, tam difficile & arduum, quod non humana mens uincat, & in familiaritatem perducat aſſidua meditatio. Nullíq; ſunt tam feri, ſuiq; iuris affectus, ut non diſciplina perdomentur. Quodcunq; imperauit animus obtinuit. Quidam nunquam ridere conſueti ſunt. Vino quidam, alij Venere, quidam omni humore interdixere corporibus. Alius contentus breui ſomno uigiliam indefatigabilem extēdit. Didicerunt tenuiſſimis & aduerſis funibus currere, & ingentia uixq; humanis toleranda uiribus, onera portare, & in immenſam altitudinem mergi, ac ſine ulla reſpirandi uice perpeti maria. Mille ſunt alia, in quibus pertinacia impedimentum omne tranſcendit, oſtendit nihil eſſe difficile, cuius ſibi ipſa mens patientiam indixerit.

Quid primum, aut ultimum. LIIII

Τί πρῶτον ἢ τί ὕστατον; id eſt, Quid primum aut ultimum? Figura prouerbialis, qua utimur, quoties aut rerum copiam tantam ſignificamus: ut hæſitemus unde potiſſimum exordiamur: aut cum perplexi dubitamus, quid primum agere debeamus. Lucianus in libello, cui titulus De mercede ſeruientibus, καὶ τί σοι πρῶτον ὦ φιλότης, ἵνα ὕστατόν φασι καταλέξω τόπων ἢ πάσχειν ἢ ποιεῖν ἀνάγκη τοὺς ὑπὲρ μισθῶ συνόντας; id eſt, Quidnam tibi primum amice, aut quid poſtremum, ut dici ſolet, commemorem, ex his quæ et pati & facere coguntur ij qui mercede ſeruiunt? Porrò Lucianus deſumpſit ex Odyſſeæ lib. nono, in quo Vlyſſes ad hunc loquitur modum:

Τί πρῶτον, τί δ' ἔπειτα, τί δ' ὕστατον καταλέξω; id eſt,
Quid primũ, quid mox, et quæ tandē ultima dicã? Iuuen.
Quò te circumagas, quæ prima aut ultima ponas.

Eiuſdem characteris eſt illud Euripidis in Inone inſaniente:

Ω μοι τίν' ὑμῶν πρῶτον, ἢ τίν' ὕστατον
Πρὸς φίλτρα θῶμαι. id eſt,
Quem ueſtrum ohe quem pectori admoueam meo
Primum ultimum ue.

Dente Theonino rodi. LV

Theonino dente rodi dicuntur, qui conuiciis lacerantur. Sumptum à Theone poëta quodam rabioſæ loquacitatis, petulantiſſimæq; maledicentiæ, unde & Auſonius in carmine hendecaſyllabo, poëtam quempiam indoctum & mordacem Theonem appellat,

Nec poſthac metues, ubiq; dictum:
Hic eſt ille Theon poëta ſalſus,
Bonorum mala carminũ Lauerna. Horat. in Epodis,
Dente Theonino qui circumroditur.

Neq; diſſimili figura eſt uſus in epiſtola ad Iulium Florum:

–Hic delectatur iambis, Ille Bionæis ſermonibus.

Acron admonet, Bionem philoſophum fuiſſe, qui mordaciſſimis dialogis lacerauit poëtas, ſic, ut nec Homero parceret. Porphyrion autumat Ariſtophanis comici patrem fuiſſe. Zoili quoq; mordacitas propemodum in prouerbio eſt, ſed ut inuidum intelligas magis, quàm oblatratorem. Horatius hoc uitium, alibi ſuccum loliginis uocat, & ſalem nigrum, quòd cum morſu addat & famæ maculam.

Hipponacteum præconium. LVI

Hipponacteum præconium, pro infami nota dixit M. Tullius, nimirum prouerbiali ſchemate, in Epiſtolis familiaribus de Tigellio quodam ita ſcribens: Eumq; addictum iam tum puto eſſe, Calui Licinij Hipponacteo præconio. Nam Hipponax poëta fuit Iambographus, amarulentus, ac notæ mordacitatis, qui, autore Dionyſio Halicarnaſſeo, trimetrum Archilochium de induſtria in Scazontem infregit, cum inimicos lacerare uellet, quo uidelicet feriret fortius. Hic Bupalum & Anthermon, quòd ab his deformi ſpecie pictus eſſet, uerſibus iambicis inſectatus legitur. Erat autem Hipponacti notabilis in uultu fœditas, quamobrem quidam imaginem eius propoſuere in ridentium circulis, quorum aliquot ſuis carminibus creditur ad laqueum compuliſſe. Negat id eſſe uerum Plinius, libro 36. cap. 5.

Archilochia edicta. LVII

Adagionis faciem habet & illud, quod Cicero ſcribit ad Atticum, libro ſecundo: Itaque Archilochia in illum edicta Bibuli, populo ita ſunt iucunda, ut eum locum in quo proponuntur, præ multitudine eorum qui legunt, tranſire nequeamus. Archilochia edicta contumelioſa uocat ac uirulenta. Archilochi poëtæ mordacitas uulgò celebratiſſima fuit. Is Lycamben ſocerum, à quo fuerat repudiatus, huiusq; filiam adeo uirulentis uerſibus inſectatus eſt, ut uterque ſe laqueo præfocauerit.

Archilochi patria. LVIII

ἀρχιλόχου πατρίς. id eſt, Archilochi patria. Diogenianus teſtatur hoc dici ſolere de mordacibus ac maledicis. Videas enim populos nonnullos natura dicaces, cuiuſmodi fuiſſe ferūtur Siculi.

Genuino mordere. LIX

Qui clunculum obtrectant lacerantq; quempiam, eum genuino mordere dicuntur. Perſius,

–Et genuinum fregit in illis.

Lucilium ſentiens poëtam Satyricum. Item diuus Hieronymus: Poſſim reſpondere, ſi uelim, poſſim genuinum læſus infigere. Dentes autem genuini ſunt omnium reconditiſſimi ac propemodum operti gingiua. Sero emergunt homini: nempe circiter annum ueſimum: multis & octogeſimo, ut auctor eſt Plinius lib. 11. cap. 37. Et ob id haud ab re, liuoris atq; obtrectationis morbo dicati. Poteſt non abſurde referri & ad uiperæ denticulos illos, quibus eam uenenum infundere putant. Plinius eodem, quod modo citauimus, capite. Nam hi quoq; ſunt uiperis ſub gena fiſtuloſi. Poteſt & ad canes referri, qui poſtremis dentibus oſſa duriora circumrodunt. Omnis autem obtrectatio morſus dicitur. Vnde Ariſtophanes iocatur, in annulo non ineſſe remedium aduerſus ſycophantæ morſum. Diogenes apud Laërtium rogatus, cuius nam animantis morſus eſſet perniciоſiſſimus: Ex feris, inquit, obtrectatoris, ex cicuribus adulatoris. Hoc uenenum Horatius loliginis ſuccum appellat.

Aureo piſcari hamo. LX

Aureo piſcari hamo dicuntur, qui mediocris commodi cupiditate

Ayuntamiento de Madrid

ditate periculum adeunt, ut maximarum rerum faciant iacturam. Commemoratur inter facete dicta Octauij Cæsaris à Suetonio. Fit enim nonnunquam, ut piscis hamum etiam ipsum secum auferat. Porrò metaphoræ pleræq; à piscatione ductæ prouerbij uice sunt usurpatæ. Sicut expiscari apud Terentium, pro eo quod est diligenter elicere atque exquirere. Vorare hamum apud Plautum.

_Semper tibi pendeat hamus, apud Nasonem.

Quòd si quis pugnet, Augusti dictum non esse prouerbium, certe prouerbiale est, nec indignum, quod in hunc ordinem adlegatur. Potest fieri ut quibusdam etiam hoc libuerit, aureo hamo piscari. Siquidem autore Suetonio, Nero Cæsar reti aurato, funibus, purpura coccoq; nexis, piscari solitus est. Proinde quoties sic ambimus quippiam, ut si potiamur optatis, mediocre sit emolumentum, sin fallat spes, damnum ingens, apte dicemur aureo piscari hamo. Id quod frequenter usu uenit ijs, qui scrutantur abditas terræ uenas, sed frequentius qui uulgò dicuntur Alcumistæ, de quibus apud Athenæũ libro sexto uenuste dixit Phalereus Demetrius, ὅτι πολλάκις καταναλώσαντες τὰ φανερὰ τῶ ἀδήλω ἕνεκα, ἃ μὴ ἔμελλον ἁλιεύσειν, ἃ ἦν ἔχον ἀπέβαλον. id est, Quod frequenter certis consumptis incertorum gratia, quæ se capturos sperabant non ceperunt, quæ uero habebant abiecerunt.

Sapientia uino obumbratur. LXI

Plinius historiæ mundi libro 23. cap. 1. Vinum ieiunos bibere nouitio inuento inutilissimum est. Curas, uigoremq; animi impedit, ad procinctum tendentibus, somno accommodatum, ac securitatibus: iamq; dudum hoc fuit, quod Homerica illa Helena ante cibum ministrauit. Sic quoque in prouerbium cessit: Sapientiam uino obumbrari. Hactenus Plinius: Porrò quòd Plinius citat, est Odysseæ 4. In prouerbijs item ecclesiasticis duo referuntur, quæ sapientem etiam dementent, uinum, & mulieres.

Homines frugi omnia recte faciunt. LXII

M. Tullius lib. Tusculanarum quæstionum 4. Frugalitatis nomen tanquam ad caput referre uolumus, quod nisi eo nomine uirtutes continerentur, nunquam illud tam peruulgatum esset, ut iam prouerbij locum obtineret: Homines frugi, omnia recte facere. Hactenus Cicero. Docet adagium, quosdam improbos homines certis in rebus nonnunquam esse usui, ac præclare se gerere: uerum ubiq; ac perpetuo præstare uirum integrum atq; inculpatum, id eius demum esse uidetur, qui natura, uereq; sit probus. Alludit ad hanc sententiam Euripides in Hecuba, cum ait:

_ἀνθρώποις δ' ἀεὶ,
Ὁ μὲν πονηρὸς οὐδὲν ἄλλο πλὴν κακὸς,
Οὐδ' ἐσθλὸς, ἐσθλὸς, οὐδὲ συμφορᾶς ὕπο
Φύσιν διέφθειρ', ἀλλὰ χρηστὸς ἐς τ' ἀεί. id est,
_Cæterum in mortalibus
Quisquis malus, nil aliud esse quàm malus,
Frugi usq; frugi est, non enim ingenium grauis
Fortuna uitiat, sed probus semper manet.

Item in Iphigenia in Aulide:

_Ὁ δ' ὀρθὸς, ἐσθλὸν σαφὲς ἀεί.
At qui probus, Is palàm est semper probus.

Aristoteles lib. Moralium septimo: Τό, τι γὲ ἀγαθὸν ἁπλῶν, τὸ ἦ κακὸν πολύμορφον. καὶ ἀγαθὸς μὴ ὅμοιος ἀεὶ, καὶ οὐ μεταβάλλεται τὸ ἦθος, ὃ ἦ φαῦλος καὶ ὁ ἄφρων οὐδὲν ἔοικεν ἑαυτῶ ἦ ἑτέρᾳ. 1. Siquidem quod bonum, idem simplex, cõtrà quod malum, id uarium est. Et qui bonus, is semper sui similis neq; unquam commutat mores. At quisquis improbus, & stultus, haud quaquam idem esse uidetur mane & uesperi. Huic mire concinit illud literarum arcanarum: Stultus ut luna mutatur, sapiens permanet ut sol.

Fallacia alia aliam trudit. LXIII

Terentius in Andria: Fallacia alia aliam trudit. Donatus admonet prouerbiali figura dictum. Sumptum à consuetudine conantium fallere, ac dolos dolis consarcinantium ne deprehendantur. Vndè consutis dolis dixit Plautus. Et sutelas appellat huiusmodi technas. Et δόλους ὑφάνειν, apud Homerum, id est, dolos texere.

Sera in fundo parsimonia. LXIIII

Prouerbialis sententia apud Senecam in prima epistol. Sera in fundo parsimonia, digna profecto, quæ omni scrinio, omni cado, omni cellæ penuariæ inscribatur. Admonet in tempore parcendum rebus necessarijs, neq; imitandum profusorum uulgus, qui tum deniq; incipiunt parcere, postea quam uiderint minimum superesse. Erit elegantior sententia, si traducatur ad res animi, ueluti si quis admoneat iuuenes, ne sinãt optimos illos annos inaniter effluere, ne illis eueniat quod plerisq; solet euenire, ut iam natu grãdes animum ad res honestas applicent: et cum perpusillum uitæ superfit, tum tempori parcere incipiant. Seram enim in fundo parsimoniam esse. Prouerbium sumptum apparet ex Hesiodo, cuius hi sunt uersus in opere, cui titulus Opera & dies:

Ἀρχομένῳ ἦ πίθῳ καὶ λήγοντι κορέσασθαι,
Μεσσόθι φείδεσθαι. δειλὴ δ' ἐπὶ πυθμένι φειδώ. id est,
Plena ubi dolia sunt, aut iam prope inania uini
Tum satiare, sed in medio fac parcior esto.
Absurdum siquidem & graue in imo parcere fundo.

Alluſit huc Persius Satyra secunda.

_Donec deceptus & exspes,
Nequicquam fundo suspiret nummus in imo.

Plutarchus in Sympositacis Decadis 7. probl. 3. indicat poëtam admonuisse tum esse bibẽdum uinum, cum est optimum. Vinum autem in medio saluberrimum optimumq; esse potu, quemadmodum summa pars olei potissimum laudatur, mellis infima. Primum, quod uini uis calor est, is autem uidetur maxime colligi circa medium, proinde id optimum esse seruare. Deinde uini pars inferior uicina fecis corrumpitur, summa pars ab aëre proximo læditur. Nam aërem inimicum esse uino uel illud satis arguit, quòd dolio pleno uinum minus uapescit, quàm semipleno. Tum quòd terra defossa, ut aër attingere non possit, quàm diutissime uigorem suum conseruant. Theocritus item in Charitibus:

Κρειᾶς ἐπὶ πυθμένι χηλοῦς. id est,
Vacuæ fundo capsæ, scrinium inane significans.

Sybaritica mensa. LXV

Συβαριτικὴ τράπεζα. id est, Sybaritica mensa. De conuiuio dicebatur nimium apparato. Natum à gentis eius moribus. Est enim Sybaris oppidum uicinum Crotoni, ut testis est Herodotus libro 5. Stephanus indicat postea Thurion appellatum. Vnde Sybaritæ dicti, gens in architectura uoluptatum operosissima: Suida teste, luxu delicijsq; adeo notabilis, ut quicquid effœminatum, quicquid molle, quicquid accurata atq; ambitiosa luxuria paratum esset, id uulgò Sybariticum diceretur. Vnde Ouidius in libro Tristium secundo, scribens ad Augustum:

Nec qui composuit nuper Sybaritida fugit.

Sybaritida uocat opus Hemitheonis cuiusdam cinædi Sybaritæ, de generibus uoluptatum, & obscœnarum deliciarum. Item Martialis libro duodecimo:

Qui certant, inquit, Sybariticis libellis.

Philo Hebræus in uita Moysi, Sybariticas nequitias uocat lasciua poëmata. Maximus Tyrius in dissertione tertia de uoluptatibus, Sybariticas saltationes commemorat. Aristoteles lib. Moralium Eudemiorum 1. Smyndiridem quoq; Sybaritam comparem Sardanapalo inter uoluptarios nominauit.

Ayuntamiento de Madrid

nauit. Suidas fabulas aniles, aut parum pudicas, Sybariticas appellatas scribit. Idē refert, Sybaritas instituisse, ut equi ad tibiæ cantū saltare condiscerēt. Et luxuriosos Sybaritas appellatos: & Sybarissare, Sybaritarū ritu delicijs indulgere dictum. Astipulatur & Quintil. lib. 3. Frugalitas, inquiens, apud Sybaritas forsan odio foret. Plutarch. in cōuiuio septem sapientū, tradit apud Sybaritas hunc fuisse morē, ut mulieres ab usq; anno priore ad cōuiuium uocarentur, quo se per ocium auro uestibusq; possent exornare. Hæc atq; huiusmodi fermè referuntur ab Angelo Politiano Miscellaneorum ca. 15. Cæterum conuiuium Sybariticum depingit, ac missus Sybaritici meminit Aelius Lampridius in Heliogabali uita, imperatoris luxu perditissimi, adeo ut nomē inuenerit, uulgò dictus Apicius. Sed Lampridij uerba subscribā: Semper, inquit, sanè aut inter flores sedit, aut inter odores preciosos. Amabat sibi precia maiora dici earū rerum, quæ mense paranātur, orexin in conuiuio hanc esse asserens. Sexcentorū struthionū capita una cœna multis exhibuit ad edēda cerebella. Exhibuit aliquādo & tale conuiuiū, ut haberet uiginti & duo fercula ingentium epularū, sed per singula lauarentur, & mulieribus uterentur, & ipse & amici cum iureiurando, quòd efficerent uoluptatē. Celebrauit item tale conuiuium, ut apud amicos singulos singuli missus apparārentur: & cum alter maneret in Capitolio, alter in Palatio, alter in Cælio, alter trans Tyberim, & ut quisq; māsisset, tamen per ordinē in eorū domibus singula fercula ederentur, iretur q; ad omnium domos. Sic unum cōuiuium uix toto die finitum est, cum & lauarent per singula fercula, & mulieribus uterentur. Sybariticum missum semper habuit ex oleo & garo, quē quo anno Sybaritæ repererunt, perierunt. De Sybaritarum tum luxu, tum interitu, permulta cōmemorat & Athenæus in Dipnosoph. quum alibi, tum lib. 12. in quibus & illud. Sybaritas nullam artem recipere in suam ciuitatem quæ sine strepitu nō potest exerceri, ueluti fabrorum ærariorum aut lignariorū ac similium, nequid sit quòd dormientibus obstrepat. Obtendē causam gallum gallinaceum fas non est in ciuitate ali. Alia præterea deliciarū argumēta refert illic, si cui uacat legere. Aristophanes ἐν ἀρλῶν, συβαρίζειν dixit, pro eo quod est, opiparè, ac genialiter uiuere.

Ἥδη δ' ἔξεστι τοῖν ὑμῖν,
Πλεῖν, μολύνειν, κινεῖν, καθεύδειν,
ἐς πανηγύρεις θεωρεῖν,
Ἐστιᾶσθαι, κοπιᾶν, συβαρίζειν. id est,

Iam uero licebit uobis nauigare, manere, mouere, dormire, in festis spectare, conuiuio accipi, cottabo ludere, Sybarissare. Gregorius Theologus ad Basilium simili tropo mensam luxu redundantem, Alcinoi dixit, οὐχ ὡς λωτοφάγοι πενίαν, ἀλλ' ὡς ἀλκινόου δαπίζαν. i. Non ad lotophagorum inopiam, sed Alcinoi mensam.

Sybaritica calamitas. LXVI

Συβαριτικὴ συμφορά id est, Sybaritica clades. Stephanus tanquam prouerbium notauit. Porrò quemadmodum Sybaritæ perierint, idem narrat ad hunc modum. Oraculum huiusmodi acceperant:

Εὔδαιμον συβάριτα πανυδαίμον, σὺ μὲν αἰεὶ
ἐν θαλίῃσι θεῶν τιμῶν γένῃ ἠὲν ἐόντων.
Εὖτ' ἂν δὴ πρότερον θνητὸν θέσιο σεβίζῃ
Τωνίκασοι πόλεμός τε νῷ ἐμφύλιος φάσις ἥξει. id est,

Felix omnino felix Sybarita futurus,
Dum rebus lætis uenerabere numina diuûm.
At simul atq; illis mortalis homo anteferetur,
Tum ueniet bellumq; tibi atq; domestica turba.

Euenit deinde, ut Sybarita quispiam seruum loris cæderet in agro, qui cum ad numinis aram cōfugisset, nihilominus persequente domino cædebatur. Quod ubi uidit sibi nihil profuisse numinis reuerentiam, protinus ad monimentum patris heritis confugit, atq; ibi demum religione commotus herus, destitit à cædendo. Itaq; iuxta dei responsum, à Crotoniatis euersi sunt Sybaritæ. Aelius Lampridius in uita Heliogabali, scribit eos eodem anno periisse, quo missum ex oleo & garo reperissent, quem ob id Sybariticum uocabant, ut modo diximus. Cæterum de Sybaritarum luxu, deq; calamitate, permulta retulit Athenæus lib. 12. si cui hæc non satis faciunt. Quadrabit adagium in eos, qui neglectu deorum, aut ob intemperantem luxum subuertuntur.

Sybaritæ per plateas. LXVII

Συβαρῖται διὰ πλατείας. i. Sybaritæ per plateas. Contra fastuosius ingredientes per uiā, sesēq; uelut ostentantes. Sumptum adagiū à fastu luxuq; Sybaritarū. Aphricanus in oratione quæ Cæsis inscribitur: Sed enim, inquit Sybaritæ fastu prætargidi. Venustius erit, si paulo longius detorqueatur: ueluti si de homine insolentius se gerente, aut arrogātius de se loquente, aut de stilo phaleratiore dicas, συβαρίτης διὰ πλατείας. Cognatum est illi quòd alio dictum est loco, ἀρχιπαγίτης. Refertur adagium à Suida atq; Zenodoto.

Syracusana mensa. LXVIII

Συρακοσία τράπεζα. id est, Syracusana mensa, prælauta atque opipara dicebatur. Syracusani enim ut erant olim opibus florentissimi, ita uoluptatibus ac delicijs addictissimi: Lucianus in dialogo Simili ac Polystrati· ἢ τράπεζαι, inquit, ὅπερ ἐν τὰς ἐν σικελίᾳ. i. Ac mensæ Siculis lautiores. Athenæus lib. 12. διαβόητοι δέ εἰσιν ἐπὶ τρυφῇ αἱ τῶν σικελῶν τράπεζαι. id est, Celebres sunt ob delicias & Siculorum mensæ. Addit ex Clearchi autoritate, Siculos dicere apud se mare quoq; dulce esse, quòd gaudeant edulijs quæ mare porrigit. Meminit Siculæ mensæ Diogenes in epist. quadam ad Aristippum. Item Aristides in Pericle. Deniq; Strabo lib. 6. & hæc aliaq; plura commemorat. Plutarchus in uita Niciæ ex Diphilo refert: παχὺς, ὠνθυλευμένος ἕλκει σικελικῶς. i. Pinguis & abdomine Siculo stercoratus siue saginatus: quòd miror quare Latinus interpres uertendum putarit, delibutus, quum ὄνθος significet stercus bubulum, utilissimum agrorum letamen. Plato in epistol. quadam ad propinquos Dionis negat sibi felicem illam uitam in Siculis Italicisq; mensis ac reliquis uoluptatibus sitam unquam placuisse. De Syracusanorum luxu meminit & Aristoteles in Politia eius gentis, addens Dionysium minorem nonnunquam ad nonagesimum usq; diem ebrium perseueraſſe, atq; ob eam rem cæcutientibus ac uitiosis oculis fuisse. Narrat Theophrastus apud Athenæum, amicos illius, & compotores in conuiuijs adsimulare solitos, non uidere sese uel cibos uel calices appositos, uidelicet ad eum modum adulantes regi cæcutienti: Vnde διονυσιοκόλακες sunt appellati. Apud eundem. Aristophanes ἐν δαιταλεῦσιν.

ἀλλ' ὃ γὼ ἐμάθετε ταῦτα ἐμοῦ πίνοντος,
ἀλλὰ μᾶλλον πίνειν, ἔπειτ' ἄδειν κακῶς συρακοσίων
τράπεζαν συβαρίτιδάς τ' ἀνωχίας. i. Atqui hæc quidem me duce non didicistis, uerum bibere potius, deinde male canere Syracusanorum mensam Sybariticaq; conuiuia. Item Plato de Rep. 3. Συρακοσίαν δὲ ὦ φίλε τράπεζαν καὶ σικελικὴν ποικιλίαν οὐδὲ ὡς ἔοικας ἂν αἰνεῖς. id est, Syracusanam amice mensam, & Siculam in obsonijs uaricitatem non uideris approbare. Athenæus libro 14. citat Cratinum, qui prælautam culinam ac bene fumantem ac suauiter olentem describens ita loquitur:

Οἰκεῖ τις ὡς ἔοικεν ἐν τῷ χάσματι
Λιβανωτοπώλης, ἢ μάγειρος σικελικός. id est,

Habitare mi hoc uidetur aliquis in specu,
Qui tura odora uendit, aut Siculus coquus.

Apud eundem mox Antiphanes quoque laudat Siculos coquos,

Ayuntamiento de Madrid

quos, ut arte condiendi præstantes. Verum his temporibus Siculi frugalitatem Hispanicam & Italicam sic imitãtur, ut propemodum superent, huiusq; prouerbij gloriã planè perdiderunt. Quinquã Athenæus in Dipnosophistis, inter opiparas mensas etiam Italicas recenset. At his sanè temporibus priscam illam frugalitatis laudem sibi uendicarunt: quemadmodum & Græci ad pristinam illam temulentiæ gloriam postliminio redierunt. Vnde Faustus Andrelinus Foroliuiensis poëta non solum laureatus, uerumetiam regius, atq; etiam si dijs placet, regineus, uctus congerro meus, qui plus quàm triginta iam annos in celeberrima Parisiorum Academia poëticem docet, in carmine quod de pauimento Parisiensi inscripsit, adagionem in Anglos deriuauit.

Mensa, inquiens, Britannia placet.

Et haud scio unde natum sit hoc uulgatissimum apud Gallos prouerbiũ, ut cum hominẽ uehementer cibo distentũ uelint intelligi, dicãt tam satur est quàm Anglus. Verũ ijdem ut illis attribuãt πολυφαγίαν, ita nobis πολυποσίαν adscribũt.

Spithama uitæ. LXIX

Σπιθαμὴ βίος. id est, Spithama uitæ, hoc est, modus uitæ perpusillus. Prouerbialis est figura, mutuo sumpta à rerum mensoribus, apud quos Spithama seu palmus, digitos duodecim continet, quantum fermè longissimo digitorum porrectu complecti licet. quin hodie quoq; pusillum homunculum, palmũ aut pugillum hominis appellant idiotæ nostrates. Trãslatum à fabris, qui quatuor digitis coniunctis metiuntur materiam, eam mensuram appellant palæstam. interdum diducta manu à summo pollicis, usque ad summum digiti medij, quam uocant σπιθαμὴν. Psal. 36. ἰδοὺ πεπαλαιωμένας ἔθηκας τὰς ἡμέρας μου, breuissimum uitæ spatium designans. Refertur adagium à Diogeniano.

Temporis punctum. LXX

Στιγμὴ χρόνου. id est, Punctum temporis. Simili figura dixit Terentius. Tum temporis ad hoc punctum mihi est, id est, spatium breuissimum. M. Tullius Philip. 2. Attende paulisper, cogitationemq; sobrij hominis ad temporis punctum suscipe. Idem 8. Opus ostendebat munitionemq; legatis, ne punctum quidem temporis quum legati adessent, oppugnatio respirauit. Apud mathematicos enim punctum indiuisibilis quædam pars est lineæ, cuius, ut inquit Euclides, pars nulla est. Plutarchus de pueris instituendis, Στιγμὴ χρόνου πᾶς ἔσται ὁ βίος. id est, Temporis punctum est omnis uita.

Noua Hymetia, falerna uetera. LXXI

Macrobius lib. Saturnal. 7. Cur Disari mel & uinum diuersis ætatibus habentur optima? Mel, quod recentissimum: uinum, quod uetustissimum. Vnde est & illud prouerbium, quo utuntur gulones: Mulsum quod probe temperes, miscendum est nouo Hymetio, falerno uetulo. Quod adagium non uideo ubi nobis possit usui esse, sed tamen adscripsimus, ne nihil omnino de popinis mutuati uideremur. Nisi forte placeat eò torqueri, ut dicamus, è diuersis rebus quædam optimè conflari.

Qui multa rapuerit, pauca suffragatoribus dederit, saluus erit. LXXII

Aelius Lampridius in uita Alexãdri Seueri. Idem, inquit, addebat sententiam de furibus notam, & Græce quidem, quæ Latine hoc significat: Qui multa rapuerit, pauca suffragatoribus dederit, saluus erit. Quæ Græce talis est,

ὁ πολλὰ κλέψας, ὀλίγα δοὺς, ἐκφεύξεται. id est,

Qui multa tollit, pauca dat, seruabitur. Admonet adagium, id quod nostris quoq; temporibus uulgò factitant fures non omnino stupidi, non nisi magnis prædis injiciendam manũ, ut superfit quo iudicem, si forte sit opus, corrumpant atq; exoculent. Cæterum qui parua tollunt, deprehensi pendent, utpote quibus nihil sit quod impertiant præfectis.

In simpulo. LXXIII

M. Tullius lib. De legibus 3. agens de lege tabellaria, hoc est, de iure ferendorũ per tabellam suffragiorum. Et auus quidem noster, inquit, singulari uirtute in hoc municipio quoad uixit, restitit M. Gratidio, cuius in matrimonio sororẽ, auiam nostram habebat, ferenti legem tabellariam. Excitabat enim fluctus in simpulo, ut dicitur, Gratidius, quos post filius eius Marius in Aegæo excitauit mari. Hactenus Cicero. Quantum igitur coniectura consequi licet, in simpulo fieri dicebant, quòd uel clanculum, uel in re minuta atque humili fieret. Est enim simpulum, autore Festo, uas paruum, non dissimile cyatho, unde mulieres diuinis rebus deditæ, simpulatrices uocantur. M. Varro scribit, uas esse minutim fundens, in cuius locum successerit Epichysis. unde ueteres res minutas, nullius q; precij simpularias appellabant. Plinius lib. 35. cap. 12. In sacris quidem etiam inter has opes, non myrrhinis crystallinisue, sed fictilibus prolibatur simpulis innocentius. Attestatur & M. Varro cum apud Nonium Marcellum ait, deos ipsos uili simpulo inuitari. Item Apuleius. In hodiernum, inquit, populus Romanus dijs immortalibus simpulo & catino fictili sacrificat. Sunt qui pro Sympulo legant Sympuuium, cuius meminit Iuuenalis satyra 6.

_Aut quis Sympuuiũ ridere Numæ, nigrũq; catinum.

Aut Vaticano fragiles de monte patellas Ausus erat:

M. Tullius in Paradoxis, Quid autem Numa Pompilius? minusne gratas dijs immortalibus capedines ac fictiles urnulas fuisse quàm delicatas pateras arbitramur? Polemon apud Athenæum lib. 11. tradit, ad ipsius etiamnum ætatem Græcos quosdam bibere solitos ex fictilibus, uelut Argiuos in publicis conuiuijs, ac Lacedæmonios in festis, aut epinicijs, aut nuptijs uirginum. Proinde non absurdum mihi uidetur, si quis existimet sumptam allegoriam à puerorum lusu, quo solent per fistulam angustam in simpulum inflantes, quasi fluctus quosdam & aquæ strepitum excitare.

Proteo mutabilior. LXXIIII

Πρωτέως ποικιλώτερος. i. Proteo mutabilior, in usu rum & uersipellem competit. Lucianus in sacrificijs, Iouem ποικιλώτερον αὖ πρωτέως appellat, quòd se subinde in alias atq; alias formas transfiguraret. Plato in Ione, ἀλλ' ἀτεχνῶς ὥσπερ ὁ πρωτεὺς πανταδαπὸς γίγνη, περιφόμενος ἄνω καὶ κάτω. i. Sed prorsus Proteus in morem, in omnem speciem uerteris, sursum ac deorsum teipsum distorquens. Horatius in eos qui facile uertunt sententiam.

Quo teneam uultus mutantem Protea nodo? Item alibi,

Effugiet tamen hæc sceleratus uincula Proteus.

Protea uocat tergiuersantem, & quem Græci uocant δυσφώρατον. i. Deprehensu difficilem. Porrò fabulam Protei notiorem arbitror, quàm ut hic sit recensenda. Extat apud Homerum Odysseæ quarto, & apud Maronem quarto item Georgicôn. Simili figura diceretur & Vertumno inconstantior. Nam hic deus in omnigenam speciem sese uariat, unde & nomen reperit apud Latinos. Horatius,

Vertumnis, quotquot sunt, natus iniquis.

Huius meminit Ouidius, describens quemadmodum amans Pomonam deam, alias subinde formas assumpserit. Et σὺ μεταβολώτερος ἐμπέδοκλες. i. Empusa mutabilior. Cuius mentionem fecit Lucianus in comment. De saltationibus. ἴδοις τ' ἂν ἴσως αὐτοὺς πρὸς τὰ αὐτὰ χαμαὶ ὠκέως διαλλαττομένους, καὶ αὐτὸν μιμουμένους τὸ πρωτέα. ἐκάζειν ἢ χρὴ καὶ τοῦτο ἔμπροσθεν τῶν ἐς μυείας μορφῶν μεταβαλλομένων. i. Videbis igitur ipsos eodem in tempore subito in aliam transfigurari speciem, atque ipsum referre Proteum. Quin & Empusæ exemplum conferre oportet, quæ sese in innumerabiles uertit formas. Meminit huius Aristophanes in Ranis,

Καὶ μὴν

Καὶ μὴν ὁρῶ νὴ τὸν Δία δεινόν μέγα.
Ποῖόν τι; λευκὸν. παντόδαπον γοῦν γίγνεται.
Τότε μὲν βοῦς, νυνὶ δ' ὀρεὺς, τότε δ' αὖ γυνὴ
Ὡραιοτάτη τίς. πῶς ὅτι; φέρ' ἐπ' αὐτὴν ἰών.
Αλλ' οὐκ ἔτ'. αὖ γυνᾶτιν, ἀλλ' ἵππος κύων.
Εμποῦσα τοίνυν γ' ὅτι. id eſt,
At maximam profectò uideo beluam.
Qualem? Nouam, quæ in cuncta ſubito uertitur,
Modo bos, modo autem mula, rurſum fœmina
Pulcherrima. Age ubi eſt? rectà ad illam iam feror.
At rurſus haud eſt mulier, imò iam canis.
Empuſa proinde eſt.

Interpres adſcribit, Empuſam ſpectrum quoddam eſſe, quod ab Hecate ſoleat emitti uidendum miſeris & calamitoſis. Id ſubinde conſueuit aliis atq; aliis formis exhibere ſeſe. Quidam exiſtimant meridianis horis apparere ſolitũ ijs qui parentãt manibus. Quod quidẽ haud ſcio an recte poßit referri ad id quod extat in pſalmis Hebræorum ἀπὸ συμπτώματος καὶ δαιμονίου μεσημβρινοῦ. i. Ab occurſu & dæmonio meridiano. Sunt qui hãc ipſam Hecaten affirmẽt eſſe. narrãt autẽ uno uideri pede, unde & nomẽ inditũ putãt ἐμπουσαν οἱονεὶ ἑνίποδα. Demoſthenes ait Aeſchinis matrem, cui ipſe Leucothoæ nomen mutaſſet, appellatam fuiſſe Empuſam, eo quod quæſtus gratia quiduis & faceret & pateretur.

Amicus magis neceſſarius quàm ignis & aqua. LXXV

Ἀναγκαιότερος πυρὸς καὶ ὕδατος ὁ φίλος. id eſt, Amicus magis neceſſarius quàm ignis & aqua. Hyperbole prouerbialis, admonens neminem eſſe tam diuitem aut potentem, quin opus habeat amicorum officijs. Quemadmodum enim citra ignem & aquam non cõſtat hominum uita, ita nec ſine conſuetudine atq; opera familiarium, quos ob id ipſum Latini neceſſarios uocant, ut amicitiam, neceßitudinem. Innuit adagium duo quædam maxima commoda colligi ex amicitia, uoluptatem & uſum. Nihil eſt enim neq; iucundius igni, neque utilius aqua. Quam ob rem ſcripſit Horatius,

Nil ego contulerim iucundo ſanus amico.

Item Euripides apud Plutarchum,

Εἰς ὄμματ' ἐὺνη φωτὸς ἐμβλέψαι γλυκύ. id eſt,
Dulce eſt tueri hominis amici lumina.

Recenſetur adagium à Plutarcho, commentario quem inſcripſit. Quo pacto ſit dignoſcendus aſſentator ab amico, Καθ' ὃ δὴ καὶ λέγεται, πυρὸς καὶ ὕδατος ὁ φίλος ἀναγκαιότερος. id eſt, Quapropter dicunt etiam, amicum igni quoque & aquæ magis neceſſarium eſſe. Extat & apud Ariſtotelem in moralibus, & apud Ciceronem in Lælio. Hodieq; uulgus indoctum habet in ore, quod eſt uerißimum: Tolerabilius uiui ſine pecunijs, quàm ſine amicis.

Lupus circum puteum chorum agit. LXXVI

Λύκος περὶ τὸ φρέαρ χορεύει. id eſt, Lupus circum puteum chorum agit. In eos dicetur, qui ſumpta inaniter opera, ſpe ſua fruſtrantur. Aiunt enim lupo morem eſſe, ut ſi quando ſitiat, nec tuto ſe poßit demittere, circum puteum oberret, fruſtra inhians aquæ, quam non poßit contingere. Sunt qui paræmiam inde ductam exiſtiment, quòd aliquando ueniat uſu, ut lupus pecudem aliquam, aut hominem inſectetur: qui poſtea quàm ſe in puteum quempiam altiorem metu demiſerit, obambulat ille, uelutiq; ſaltantium in modum in orbem circumagitur, prædæ cupiditate, qua tamen potiri nõ queat. Plutarc. in commentario, cui titulus, quomodo poßit adulator ab amico dignoſci, ὥ χρώμενοι πρὸς ἀπολλύουσιν αὐτὸς, τὴν περὶ τὸ φρέαρ ὄρχησιν ἀτεχνῶς ὀρχούμενοι. id eſt, Qua qui utuntur, ſeipſos quoque in perniciem adducunt, reuera ſaltationem illam circum puteum ſaltantes. Loquitur autem

de dicacitate intemperanti & uirulenta, qua fit, ut nec illis quicquam utilitatis adferamus, in quos dicimus, & nobis ipſis maximum malum conciliemus. Refertur adagium à Zenodoto, Suida, Diogeniano.

Lydius currus. LXXVII

Λύδιον ἅρμα. id eſt, Lydius currus. Hoc ſcommate notabantur, qui in certamine quopiam longe cæteris eſſent inferiores, & παρὰ λύδιον ἅρμα θέῃς. id eſt, Iuxta Lydium currum curris. Plutarchus in libello quem inſcripſit, de dignoſcendo aſſentatore ab amico. Τὸν δὲ κρείττονα ζήμῃ καὶ βλάβοικεν, ὃ μὲν δίκα παρὰ λύδιον ἅρμα πεζὸς οἰχνεύων, ἀλλὰ παρὰ χρυσὸν ἐφθόν. id eſt, Cæterum ſuperiorem metuit ac uerétur, non hercle ad currum Lydium pedes ingrediens, ſed ad aurum purum. Refertur adagium à Diogeniano. Quidam ad Pelopem Lydum referunt, qui ſuo curru uicerit Oenomaum ſocerum, in quibus eſt Gregorius Nazianzenus, ſic uſurpans, ut dicat ſe tanto eſſe inferiorem eximijs Baſilij uirtutibus: quantum pedes abeſt à Lydio curru. Effertur & ad hunc, ut dixi, modum paræmia, Παρὰ λύδιον ἅρμα θέῃ. id eſt, Præter Lydium currum currere, aut iuxta Lydium currum, ut pedes intelligatur certare cum Lydio curru uelociſſimo, quod quidem certamen nimis inique comparatum uideatur. Achilles apud Euripidem in Iphigenia Aulidenſi, pedeſtri curſu certat cum quadriga, & uincit. Plutarchus in uita Niciæ è Pindaro allegat, Οὐ γὰρ μὰ δία, inquit, παρὰ λύδιον ἅρμα πεζὸς οἰχνεύων, ὥς φησι Πίνδαρος. id eſt, Non enim per Iouem iuxta Lydium currum pedes incedens, ut inquit Pindarus. Herodotus libro 1. tradit, olim Lydios præ cæteris equitatu ualuiſſe, nec aliter ferè niſi ex equis pugnare.

Cinclus. LXXVIII

Κίγκλοι. id eſt, Cincli, ruſticano prouerbio dicebantur præter modum pauperes, quibus neq; domus eſſet, neq; quicquam quod ſuum poſſent dicere, Qualem Catullus deſcribit Furium, cui neq; uillula fuerit, neq; domus, neq; arca. Cinclus enim auis quædam eſt imbecillis, atque inualida, ita ut non poßit ipſa ſibi proprium nidum parare, proinde oua nidis ſupponit alienis. Vnde & ruſtici uerterunt in adagionem, ut mendicos & errones Cinclos uocent. Autor Aelianus libro De naturis animantium 12. Quod genus homines Græci ἀνεςίους uocant, hoc eſt, expertes penatium. Suidas tradit Cinclum aucm eſſe maritimam, gracilem, nulloq; ferme corpore, cui peculiare ſit clunium pennas ſubinde mouere, unde & nomen additum σεισοπυγίδι, nimirum ab agitatione caudæ. Eam prouerbio feciſſe locum, quo Menander ſit uſus in Thaide,

Πτωχότερος εἶ λεβηρίδος καὶ κιγκάλου. id eſt,
Mendicior Leberide atque Cincalo.

Hinc κιγκλίζειν dici, pro eo quod eſt, commoueri, & obſtrepere.

Quæ ſub alis fiunt. LXXIX

Αἱ ὑπὸ μάλης πράξεις. id eſt. Facta ſubalaria, Prouerbiali figura dixiſſe uidetur Plutarc. in commentario quod inſcribitur, quo pacto ſit dignoſcendus adulator ad amico: Πόνῳ inquiens, καὶ παιδιᾷ ἅπασιν ἀπολειπόμενος, ἐν ταῖς ὑπὸ μάλης πράξεσιν ἀπροφάσιςός ἐστιν. id eſt, Ad laborem & res honeſtas ſegnis, in his rebus quæ ſub ala fiunt, nihil recuſat. De adulatore loquitur, ad honeſta officia tum pigro, tum inutili: ad uoluptuaria miniſteria prompto: uidelicet ad ſcortum cum fide adducendum, ad comparanda obſonia, ad inſtruendum conuiuium. Equidem opinor, ob id adulationi ſub alis ſedem datam eſſe, quòd hæ corporis partes titillationẽ præcipue ſentiant, ſiue ob cutis tenuitatem, ſiue quòd inſolitus nobis carum contactus partium: ſiue quòd is locus uenulas habeat, quibus fricta calefactis, eiuſmodi naſcatur de-

Ayuntamiento de Madrid

lectatio Aristot. sectione 35. Probl. 2. indicat, sub alis potißimum, ac sub pedum uestigijs fieri titillationem, coniectans in causa esse, uel quòd tibi cutis sit mollior, uel quòd contactus sit insolens, quòd idem usu uenit in auribus. Quid autem aliud est adulatio, quàm aurium pruritus quidam, & gargarizatio? Vnde Lucianus in dialogo quodam Charontis, Menippi & Mercurij, philosophum quempiam omnibus exiens uitijs: ἔν τι τὸ βαρύτατον ὑπὸ μάλης ἔχῃ. τί ὦ μιξίππε; κολακίαν ὦ ἑρμῆ, πολλὰ γὰρ τῷ βίῳ χρησιμεύσασαν αὐτῷ. id est, Vnum quiddam adhuc sub alis gestat, quod est omnium grauißimum. Quidnam Menippe? Adulationem Mercuri, quæ illi plurimum attulit emolumenti in uita. nißi si quis malit ὑπὸ μάλης, ita dictum, ut alibi Lucianus dixit, ὑπὸκόλπῳ, sub sinu, significans eum Veneris usum, qui non uacat turpitudine. Nam oscula, quæq; supra sinum fiunt, utcunq; cum honestate possunt cohærere, cæterum infra sinum, ὀλίγου ὑγιές.

Simul sorbere & flare difficile. LXXX

Tranio seruus apud Plautum in Mostellaria, obiurgatus est ab hero, quod non maturius rediisset: cum ille se aliubi fuisse diceret, nec simul apud herum esse potuisse, & illud quod iussus fuerat, peragere: Si uoles, inquit, uerbum hoc cogitare, simul flare sorbereq;, haud factu facile est. Commode utemur hoc adagio, si quãdo significabimus, negotia quæpiam id genus esse, ut pariter ab ijsdem tractari non queant. Veluti si quis conetur simul & literis & uoluptatibus uacare: simul amoribus & parsimoniæ indulgere: simul uxori studijsq; satisfacere: simul & poëticis & theologicis studijs operam dare: simul & mundo seruire & Christo. Quemadmodum fieri non potest, ut quis eodem in tempore sorbeat, hausto spiritu: & flet, emisso halitu. Affine uidetur huic adagio dictum illud Euangelicum, Nemo potest duobus dominis seruire, Nemo potest deo seruire & mammonæ. Item illud Phocionis ad Antipatrum: Οὐ δύνασάμοι καὶ φίλῳ χρῆσθαι, καὶ κόλακι. id est, Non potes me simul & adulatore uti, & amico. Ad hæc senarius ille, qui falso Senecæ inscribitur:

Amare & sapere, uix deo conceditur.

Quodq; ait Terentium imitatus Horatius,

Nihilo plus explicet, ac si
Insanire paret certa ratione, modoq;.

Marcus Tullius Philippica 11. Duas tamen res magnas præsertim, non modo agere uno tempore, sed ne cogitando quidem explicare quisquam potest.

Manum admouenti fortuna est imploranda. LXXXI

Τὰν χεῖρα ποτιφέροντα δεῖ τὰν τύχαν ἐπικαλεῖν. i. Manum admouenti fortuna inuocanda est. Admonet adagium, ita fidendum esse diuino auxilio, ut nihilo segnius, quantum in nobis est, etiam si ipsi nostra adnitamur industria: alioqui non audituros superos inertium ac desidiosorum uota. Quemadmodum eleganter scripsit Alexander Hegius, primus pueritiæ meæ doctor haudquaquam pœnitendus:

Solas iure deus preces,
Quo nemo magis impiger,
Aut infestior ocio,
Auersatur inertium.

Plutarchus in Apophthegmatis Lacedæmonicis, refert apud eam gentem deos dicasq; omneis hastatos fingi solere, Venerem etiam ipsam armis indutam, tanquam ne illi quidem ocium agant, sed bellicis studijs exerceantur: Addunt, inquit, & prouerbium,

Τὰν χεῖρα ποτιφέροντα τὰν τύχαν καλεῖν. id est,
Manum admouenti sunt uocanda numina.

Aeschylus apud Stobæum,

Φιλεῖ δὲ ᾧ κάμνοντι συαπεύδειν θεός. id est,
Huic qui laborat, numen adesse assolet.

In eandem sententiam Pindarus in Nemeis, Πρὸς ἄκρον ἀρετᾶς ἦλθον εἴτε πόνῳ ἐγείσαντο, σὺν θεῷ δὲ τύχᾳ. id est, Ad summum uirtutis apicem peruenerunt, qui gustarunt labores, non autem sine dei fortuna. Proinde nec ita fidendum industriæ ut diuinam opem negligamus: nec ita rursum pendendum ab illa, ut nostrum prætermittamus officium. Alluisse uidetur huc Aeschylus in Persis, Ἐγὼ δέ πω

Διὰ μακρῶ χρόνω τάδ' ἤυχην ἐκτελουτῆσαι θεὸς,
ἀλλ' ὅταν πεύσῃ τις αὐτὸς, χ' ὁ θεὸς συναπτεται. i.
Plurimo iam tempore à deis
Optaueram hæc ut dextra conficerent mihi. at
Vbi uigilas ipse, dij quoque adnouent manum.

Refertur ex eodem:

Φιλεῖ δὲ ᾧ κάμνοντι συαπεύδειν θεός. id est,
Adesse gaudet sed laboranti deus.

Nonnulli, quorum est Suidas, adagionis originem ad apologum referunt. Rusticus quidam quum plaustrum hæreret in lama, ociosus inuocabat Herculem. At ille astans admouc, inquit, manum rotæ, ac stimula boues, ita q; deum inuoca.

Τὰν χεῖρα προσφέροντα τὸν θεὸν καλεῖν.

Quam quisque norit artem, in hac se exerceat. LXXXII

M. Tullius Tusculanarum quæstionum libro 1. Sed hic quidem quamuis eruditus sit, sicut est, hæc magistro concedat Aristoteli, canere ipse doceat. Bene enim illo prouerbio Græcorum præcipitur,

Quam quisque norit artem, in hac se exerceat.

Hactenus Cicero. Est autem senarius iambicus, admonens, ut quarum rerum sumus periti, in his duntaxat disputandis tractandisq; uersemur: quarum uero sumus rudes, eas doctioribus concedamus, neque professionem alienam nobis uindicemus, neque in messem alienam mittamus falcem, néue sutores ultra crepidam iudicemus. Apud A. Gellium Plato ex Euripide citat, sed in sensum non nihil diuersum à Ciceroniano, nempe suo quenque uitæ instituto studioq; impense delectari, quòd in eo se laudem aliquam assecuturum confidat. Accidit, inquit, illis illud Euripidis: Qua in re clarus quisque est, ad eam properat, & diei partem illi plurimam impertit, in qua ipse se exuperet: contrà, in qua stupidior ac nihil sit, inde effugit, eamq; contemnit. Porrò uersus quem Latine refert M. Tullius, est apud Aristophanem in fabula, cui titulus, σφῆκες: is est eiusmodi,

Ἐρδοι τὶς ἥν ἕκας & ἐδλέη τέχνιν. id est,
Quam quisque nouit artem, in hac se exerceat.

Quo quidem loco interpres admonet inter prouerbia celebrari. Vsurpauit Stratonicus citharœdus apud Athenæũ libro 8. Qui musico cuipiam, qui prius fuerat holitor, de harmonia cum ipso disputanti respondit, ἔρδοι τις ἥν ἕκας & ἐδλέη τέχνιν. Quanquam in æditione Aldina legitur ἄδοι pro ἔρδοι. Ad hoc prouerbium alluſit Horatius ita scribens:

Nauem agere, ignarus nauis timet: abrotonum ægro
Non audet, nisi qui didicit, dare. Quod medicorum est,
Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.
Scribimus indocti, doctiq; poëmata passim.

Idem in epistola ad Villicum,

Quam scit uterque libens censebo exerceat artem.

Huc pertinet illud Pindaricum, quod refert Plutarchus in commentario quem scripsit. πρεὶ δὲ σὺν μίας, ὑφ' ἅρμασιν ἵππων, ἣν δ' ἀρότῳ βοῦς, παρέναυν δ' ἰθύς τάχιστα δέλφις. κάπρῳ ὃ βουλεύοντι φόνον, κύων δεῖ πλάδυμον ἀζοῦσθαι. id est, Equus in quadrigis, in aratro bos. Nauem ocyßime præuertitur Delphinus: apro cædem molienti inuenien

Ayuntamiento de Madrid

uenicndus eſt canis laborum patiens. Videlicet ſignificat unumquenq; adhibendum ad id quo ualet. Athenæus lib. 8. cum Ptolemæus cum Stratonico citharœdo contentioſius diſputaret de cithariſtica, ἕτερον ἔφη ὑγιὲς ὦ βασιλεῦ σκῆπτρον, ἕτερον δὲ πλῆκτρον. id eſt, Aliud eſt, inquit, rex ſceptrum, aliud plectrum. Et apud Plinium libro 35. capite 10. Apelles Alexandro Magno in officina multa imperite diſſerenti de pictura, comiter ſuaſit ſilentium admonens illum rideri à pueris qui colores terebant.

Dedi malum & accepi. LXXXIII

Dedi malum & accepi. Beticum adagium eſt, quo licebit uti quoties eiuſmodi permutatio uidebitur facta, ut malum pro malo ſit redditum, & par pari relatum, ueluti ſi quis improbum generum dediſſet, ac nurum item improbam recepiſſet. Recenſetur & explicatur à Plinio iuniore in Epiſtolis. Cæcilius, inquit, Claſſicus, homo fœdus, & aperte malus, proconſulatum in ea parte non minus uiolenter quàm ſordide geſſerat, eodem anno, quo in Africa Marius Priſcus: Erat autem Priſcus ex Betica, ex Africa Claſſicus: inde dictum Beticorum (ut plerunque dolor etiam uenuſtos facit) uon illepidum ferebatur: Dedi malum & accepi. Congruet & in eos qui liberos ſuos committunt malis præceptoribus, & recipiunt eos peiores quàm tradiderant. Rurſum in eos qui laceſſunt illos, unde grauius læduntur, quod uſu uenire tradunt ijs qui in Aegypto uenantur onagros. Nam animal laceſſitum frequenter calcitrando, lapides miſſos retorquet in iaculantes tanto impetu, ut pectora inſequentium penetrent, aut caput fractis oßibus diſplodant, Vnde & inſtrumento bellico nomen inditum, autor Ammianus libro 23.

Carpet citius aliquis, quàm imitabitur. LXXXIIII

Μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται. id eſt, Reprehendet aliquis citius, atque imitabitur.

Senarius hic Apollodori pictoris operibus inſcribi conſueuit, qui primus umbrarum imitationem inuenit. Refertur ad hunc modum, μωμήσεταί τις ἃ ὄσσον ἢ μιμήσεται. Apte dicetur de re quapiam artis abſolutæ, atque inimitabili. Porrò res egregias multo procliuius eſt carpere, quàm æmulari. Cæterum eſt elegans παρονομασία in duabus uocibus Græcanicis μωμήσεται, & μιμήσεται, quæ cum ſono minime diſtent, tamen res declarant longe diuerſiſſimas. Huc Alluſit Plin. lib. 37. ca. 11. Imitati multi, æquauit nemo. Theognis in eandem ſententiam.

Μωμεῖσθαι δέ με πολλοὶ ὁμῶς κακοὶ ἠδὲ καὶ ἐσθλοί,
Μιμεῖσθαι δ' ἐδέλει τῶν ἀνόφαρ διώκεται. id eſt,
Carpunt me plures docti indocti q;, imitari
Nos indoctorum de grege nemo ualet.

In foribus adeſſe. LXXXV

Περὶ τὰς θύρας. id eſt, In foribus adeſſe, dicitur allegoria prouerbiali, quod inſtat, iamq; in proximo eſt. Plutarchus, Πυρετοῦ περὶ θύρας ὄντος. id eſt, Cum febris in foribus adeſt. Sic & orbis opifex in arcanis literis ad Cain fratricidam: Sin male egeris, ſtatim in foribus peccatum tuum aderit.

Alia Lacon, alia aſinus illius portat. LXXXVI

Ἄλλα μὲν λάκων λέγει, ἄλλα δὲ λάκωνος ὄνος φέρει. id eſt, *Alia quidem Lacon dicit, alia Laconis aſinus portat. Effertur apud quoſdam & ad hunc modum paroemia. Ἄλλα μὲν λεύκων, ἄλλα δὲ λεύκωνος ὄνος φέρει. id eſt, Alia Leucon, alia Leuconis aſinus portat. In eos dicebatur quorum oratio diſſentiret à factis. Natum aiunt ab huiuſmodi quodam euentu. Agricola quiſpiam nomine Leucon, ſolitus eſt utres melle plenos floreis obuoluere. Rogatus autem ab exactoribus uectigalium, quid nam portaret, ordeum ſe portare reſpondebat, uidelicet quo minus pecuniæ perſolueret. Sed cum euenijſſet aliquando, ut lapſus in terram aſinus onus effudiſſet, accurrerunt exactores, in reponendis ſarcinis auxilio futuri. Verum ubi interim agnouiſſent, mel in utribus eſſe, non ordeum. Leuconẽ obtorto collo abduxerunt, tanquam qui ſe debit[illegible]ligali fraudaſſet. Atq; illud ridentes addiderunt, alia Leucon, alia portat aſinus. Nam in nonnullis codicibus, dicit, non additur, atq; ita mea ſententia dictum feſtiuius redditur. Ea uox poſtea uerſa eſt in adagionem. Refertur à Zenodoto, & à Diogeniano.*

Corpore effugere. LXXXVII

Corpore effugere, eſt periculum iam imminens, ac penè premens, arte quadam declinare. Translatum à gladiatoribus, ictum modico corporis flexu fallentibus. M. Tullius in Catilinam inuectione 1. Quòd ego tuas petitiones ita conjectas, ut uitari poſſe non uiderentur, parua quadam declinatione, &, ut aiunt, corpore effugi. Hactenus Cicero. Itaque quoties aliquem diſcrimine quàm minimo à periculo abfuiſſe ſignificabimus, corpore declinatum malum dicemus. Minus enim periclitantur, qui mœnibus, aut alio quopiam obiectu defenduntur: uerum qui nudi telis obiecti, nihil habent quo ſe tueantur, niſi commodo corporis deflexu, ij demum in extremo periculo uerſari uidentur. Penè diuerſa figura dixit Catullus,

Contra nos tela iſta tua euitamus amictu,
id eſt, Facile depellimus, non ſecus quàm muſcarum inſultus.

De alieno ludis corio. LXXXVIII

De alieno corio ludere, prouerbio dicuntur, qui ſecurius agunt, ſed alieno periculo. Sumpta allegoria uel à coriarijs, uel ab Apologo quopiam, uel à ſeruis, qui ſi quid peccatum ſit, tergo dant pœnas. Apuleius in Aſino aureo libro ſeptimo. Quòd ſi quo modo cæteri latrones perſenſerint, non rurſus recurres ad aſinum, & rurſum exitium mihi parabis. Reuera ludis de alieno corio. Verba ſunt aſini, puellam accuſantis, quòd cum prius illius culpa fuiſſet in diſcrimen adductus in fuga, nunc denuo committat, ut ſit rurſum fugiendum, idq; ſuo potiſſimum periculo. Alluſum eſt autem ad aſini corium, quod mortuis detrahitur. Eſt ſimile quiddam & apud Plautum: De meo tergo degitur corium, id eſt, res meo ſit periculo. Neque diſſimile quod refert Feſtus, pro ſcapulis, id eſt, pro periculo plagarum. Non admodum abludit ab hac forma, quod Seneca iocatur in Declamationibus: Cicero patri de corio Ceſtij ſatisfecit. Nam is Ceſtius erat ex eorum numero, qui contemnebant Ciceronis ingenium. hic cum forte accumberet in eodem conuiuio cum Cicerone M. Tullij filio, qui tum Aſiam obtinebat. & ſubmonente quopiam è famulis, cognitum eſſet, eum eſſe Ceſtium, cuius iudicio nihil ſciret Marcus Tullius, illico ſublatus è conuiuio, iuſſus eſt flagris cædi. Circunfertur apud noſtratium uulgus non abſimile huic prouerbium. Ex alieno tergore lata ſecari lora. Quo quidem ſignificant unumquenque minus eſſe parcum in alieno quàm in ſuo. Tertullianus in libello De Pallio, ſecus aliquanto uſurpauit. Huc ſoli Chamæleonti datum, quod uulgò dictum eſt, de ſuo corio ludere. Sentit Chamæleontem pro ſuo arbitrio uertere colorem cutis.

In herba eſſe. LXXXIX

Vbi ſpem immaturam indicamus, ac longius adhuc abeſſe ut conſequaris, in herba eſſe dicimus. Sumpta metaphora à ſegetibus, teneris adhuc & herbeſcentibus, de quibus nihil adhuc certi ſibi poßit agricola polliceri, propterea quòd plurimi caſus ſolent incidere, qui non ſinant cultorem optato potiri. Verum ubi iam demeſſam ſegetem in horrea conuexit, tum demum utcunque tutum eſt bene ſperare. Ouidius

Ayuntamiento de Madrid

dius in epistola Helenes ad Paridiem,

Sed nimium properas, & adhuc tua messis in herba est.
Hæc mora sit uoto forsan amica tuo.

Persius in satyra sexta,

Emole, quid metuis? occa & seges altera in herba est,

Cor. Tacitus in dialogo De oratoribus, in herba dixit, pro eo quod est, momẽtaneum moxq; periturum, quia ante tempus decerptum. Agit illic de plausu qui datur poëtis recitantibus sua carmina. Omnis, inquit, illa laus intra unum aut alterum diem, uelut in herba uel flore præcepta ad nullam certam & solidam peruenit frugem, nec aut amicitiam inde refert, aut clientelam, aut mansurum in animo cuiusquam beneficium, sed clamorem uagum & uoces inanes & gaudium uolucre.

In alieno foro litigare. xc

Prouerbium resipit hæc quoque figura, In alieno foro litigare, pro eo quod est in re noua, cuiq; nondum assueueris uersari. Habent enim diuersa fora diuersas litium formulas, uariasq; tractandarum causarum rationes: quarum qui rudis sit, is tanquam hospes in peregrina regione multa desideret necesse est. Martialis in præfatione libri 12. Accipe ergo rationem, in qua hoc maximum & primum est, quod ciuitatis aures quibus assueueram, quæro, & uideor mihi in alieno foro litigare.

In seditione uel Androclides bẽlli ducem agit. xci

Ἐν ὴ διχοστασίῃ καὶ δουλείδης πολεμάρχει. id est,
Seditione orta dux est etiam Androclides.

Carmen Heroicum prouerbio celebratum, in homines contemptos & humiles, qui per occasionem aliquam incidentem, dignitatem sortiuntur. Quemadmodum in rerum tumultu nonnunquam infimi quidam pro tempore regnant. Detorqueri potest ad malos principes, qui rebus pacatis minus ualent in Rep. atq; ob id aliquoties data opera rerũ motus excitant arte tyrannica, quo commodius suo arbitratu populum cõpilent. Aut in theologos quosdam, eo nomine indignos, qui dissidium ac tumultus cõcitant in plebe Christiana, quo nimirum hac occasione celebres reddantur, malunt q; publico omnium malo nobilitari, quàm inglorij uiuere, Refertur à Suida, Diogeniano, atque item à Plutarcho in uita Niciæ, & apud eundem in commentario περὶ φιλαδελφίας. Effertur etiam ad hunc modum:

Ἐν ὴ διχοστασίῃ καὶ πάγκακῳ ἔμμορε τιμῆς. id est,
Rebus turbatis uel pessimus est in honore.

Citat idem in comparatione Lysandri & Syllæ, nisi quod illic Aldina æditio mendose habet, πάγκαλῳ pro πάγκακῳ. Rursum effertur hoc pacto.

Ἐν ἀμηχανίῃ καὶ καφεῖν ἔμμορε τιμῆς. id est,
Fert rebus desperatis & cancer honorem.

Ad hanc sententiam pertinet & illud, Græcis prouerbij uice celebratum.

Καρῷ τυχὼν ὁ πτωχὸς ἰσχύϊ μέγα. id est,
Mendicus etiam plurimum in loco potest.

Inter indoctos etiam Corydus sonat. xcii

Ἐν ἀμούσοις καὶ κόρυδος φθέγγεται. id est, Inter amusos etiam Corydus sonat. Quadrabit in quosdã, qui apud idiotas audent sese uelut eruditos uenditare, inter doctos alioqui prorsus elingues, idquod citra metaphoram eleganter extulit Euripides in Hippolyto coronato,

Οἱ γὰρ ἐν σοφοῖς
Φαῦλοι, πὰρ ὄχλῳ μισοπόνηροι λέγαμ. id est,
Apud eruditos qui nihil ualent, apud
Plebem imperitam præminent facundia.

Corydus utilissimum auiculæ genus, minimeq; canorũ, strepit tamen utcunque inter aues mutas, apud luscinium cẽnens ferri nequaquam posset. Huc adscribendum arbitror, quod, ut refert Athenæus libro 6. non illepide dixit Philoxenus parasitus, cognomento Pternocopis, in alterum parasitum nomine Corydum: quũ enim incidisset sermo quòd turdi magno emerentur, præsente Corydo de quo rumor erat obscœni obsequij, At ego, inquit, memini Corydum obolo fuisse æstimatum. Parasitis autem solent indi nomina contemptus. Quanquam hic Corydus narratur in dictis fuisse lepidus. Corydum auem minime canoram esse testatur & Græcum epigramma, licet ἄδηλον:

Εἰ κύκνῳ διώσαται κόρυδος παραπλήσιον ἆδαι,
Τολμῶν δ' ἐξίσαι σκῶπες ἀηδονίσιν,
Εἰ κόκκυξ τέττιξι ἐρεῖ λιγυρώτερος ἔναι,
Ἴσα ποιεῖν καὶ ἐγὼ παλλαδίῳ δίναμαι. id est,
Si corydus cygnum queat æquiparare canendo,
Noctua concertet si philomena tibi,
Coccyx si iactet se uoce anteire cicadam,
Tunc ego Palladio par potero esse meo.

Quæuis terra patria. xciii

Πᾶσα γῆ πατρίς. id est, Quæuis terra patria.

Hemistichum est oraculi, quondam redditi Meleo Pelasgo, de uictoria consulenti, cuius meminit et Mnaseas, teste Zenodoto, & Dionysius Chalcidensis. Admonet adagium, uirum sapientem ac bonum, ubicunq; gentium uixerit, felicem esse. Vnde & Socrates interrogatus, cuiatis esset, κοσμικὸν, id est, mundanum se esse respondit. Idem innuit Aristophanes in Pluto, cum ait:

Πατρὶς γὰρ ἔστ' ἐπὰν πάσ' εὖ' ἂν πράττῃ τις τύχῃ. id est,
Illic enim patria est, ubi tibi sit bene.

Dicuntur hæc à Mercurio, cupiente uel cœlo relicto, in Chremyli iam diuitis ascisci familiam: usqueadeo credebat ibi demum esse patriam homini, ubicunque feliciter ageret, illic exilium, ubi parum commode uiueret. Fertur hic quoq; uersiculus prouerbialis:

Τοῖς γὰρ καλῶς πράσσουσι πᾶσα γῆ πατρίς. id est,
Solum omne patria prospere quicunq; agit.

Cicero Tusculanarum quæstionum libro quinto significat esse dictum Teucri ex tragœdia quapiam. Itaq; ad omnem rationem Teucri uox accommodari potest: patria est, ubicunque est bene.

Odium Vatinianum. xciiii

Odium Vatinianum, pro capitali ac uehementer acerbo. Vatinius in quem acerrime Marcus Tullius inuectus est, in tantum odium populi Romani peruenerat, iam detectis illius flagitijs, ut in prouerbium cesserit, odium Vatinianũ. Catullus,

Munere isto Odissem te odio Vatiniano.

Odium nouercale. xcv

Consimili figura legimus odium nouercale, propterea quòd nouercis omnibus innatum sit fatale quoddam, & irreconciliabile odium in priuignos, id quod eleganter indicat epigramma Græcum, quod haud grauabor adscribere. Fertur autem titulo Callimachi, nec illo quidem indignum autore:

Στήλιν μικρὴν μικρὰν λίθον ἔστησε κόρης
Ὡς βίον ἄλλαξθαι, καὶ βόπον οἰόμενον.
Ἡ δὲ τάφῳ κλιθεῖσα κατέκλαυσε πᾶδα πεσοῦσα.
Φεύγετε μητρυιὴς καὶ τάφον οἱ πρόπολοι.

Quorum carminum elegantiam eam haud nescirem nos non assecuturos, tamen quo possent intelligi, utcunque uertimus.

Exiguo lapidi puer addit serta nouercæ,
Mutasse ut uitam, sic ratus ingenium.
At puerum extinguit tumulto hæc illapsa. nouercæ
Priuigni exanimem uel tumulum fugite.

Euripid

Euripides in Alceſtide:

Ἐχθρὰ γὰρ ἔπεσα μᾶζα τοῖσι τέκνοις
Τοῖς πρόσθ', ἐχίδνης δὲν λιποστέρα.
Hoſtis nouerca eſt ante natis liberis,
Nihiloq; mitior nocente uipera.

Perdidiſti uinum infuſa aqua. XCVI

Ἀπώλεσας τὸν οἶνον ἐπιχέας ὕδωρ. id eſt,
Vini liquorem perdidiſti infuſa aqua.

Verba ſunt Polyphemi ex tragœdia Ariſtij, cui titulus Cyclops, teſte Chamælcõte in Satyris. Sic enim increpat Vlyſſem uinum aqua temperantẽ. Antiquitus merum bibebant, non ſine noxa, donec Staphilius Sirrheni filius, oſtendiſſet uinum aqua diluere. Nam huius hoc inuentum, teſte Plinio lib. 7. Dicetur in eos qui in initio quædam recte faciunt: deinde quamuis leui de cauſa, benefacta malefactis ſubuertunt. Vlpianus apud Athenæum in eum, qui βαλλίζουσιν dixerat pro κωμάζουσιν, idq; barbare. Σὺ δ' ἡμῖν ἐκ γῆς συβόρας ὄνομα πρεσβύτου, ἀπώλεσας τὸν οἶνον, ἐπιχέας ὕδωρ. id eſt, Tu uerò nobis ex terra ſubulca uocabulum mercatus, perdidiſti uinum infuſa aqua. Cyclops enim ut barbarus ac temulentus (talem inducit etiam Homerus) ſic exiſtimat uinum aqua corrumpi, cum è diuerſo ſpicentum iudicio reddatur melius ac ſalubrius. Vnde & Plato admonet, ut Bacchum temulentum deum Nymphis ſobrijs deabus temperemus. Idem docet epigramma Græcum Meleagri, Id eſt huiuſmodi,

Αἰ νύμφαι τὸν Βάκχον, ὅτ' ἐκ πυρὸς ἥλατ' ὀκρῶν
Νίλαν, ὑπὲρ τέφρης ἄρτι κυλιόμενον.
Τοὔνεκα σὺν νύμφαις βρέμιον φιλεῖ. ἢν δὲ νέμιν ἔγχος
Μίσγεσθαι, δεῖξαι πῦρ ἔτι καιόμενον. id eſt,
Bacchus ut è flammis puer exilijſſet, in undis
Tinxerunt Nymphæ ſordidum adhuc cinere.
Hinc iunctus Nymphis eſt Bacchus gratus. at ignem
Ardentem capies, hunc niſi miſceueris.

Quanquam uinum largius dilutum illud habet noxæ, quòd in poſterum diem grauius dolet caput qui biberit, quàm ſi merum bibiſſet. Ariſtoteles id eſſe putat in cauſa, quòd uinum per ſe craſſius, acceſſione aquæ factum ſubtilius, citius penetrat anguſta capitis foramina, meri noxam, cuius adhuc multam uim obtinet, eodem tranſmittens, præterea concoctu difficilius eſt.

Abiecit haſtam. Rhipſaſpis. XCVII

Haſtam abijcere dicitur utique prouerbiali figura, qui cauſæ ſuæ diffiſus, abijcit animum, ac deſinit contra conari. Cicero pro L. Murena, Vides'ne tu illum triſtem demiſſum? tacet, diffidit, abiecit haſtam. Græcis item prouerbiali cõtucio dicuntur ῥιψάσπιδες, ignaui ac timidi, quiq; in acie locum deſerunt, ac clypeum abijciunt, quo probro notatus eſt Demoſthenes. Lucianus in Ioue Tragœdo, Καὶ δῆλός ὅστις ἀποῤῥίψων τὴν ἀσπίδα. id eſt, Ac planè uidetur ſcutum abiecturus. Vſqueadeo uero probroſum habebatur antiquitus clypeum abijcere, ut Lacedæmonij Archilochum è finibus ſuis iuſſerint excedere quòd ſcripſiſſet, ſatius eſſe clypeum abijcere, quàm interire, teſte Plutarcho in Apophthegmatis Laconicis. Id Archilochi diſtichon refertur ab Ariſtophane in fabula, cui titulus, ἠρίων, eſtq; huiuſmodi,

Ἀσπὶδι μὴ σαίων τις ἀγάλλεται, ἣν παρὰ θάμνῳ
Ἔντος ἀμώμητον κάλλιπον ὀκ ἐθέλων. id eſt,
Scuto aliquis gaudet Saiorum, ego quod bene pulchrum
Deſerui nolens inter opaca rubi.

Interpres admonet, Saios eſſe Thraciæ populos, aduerſus quos bellans Archilochus, fugerit abiecto clypeo. Cuius exemplum poſtea ſecutus eſt Demoſthenes, ad dicendum quàm pugnandum inſtructior. Notatur apud Ariſtoph. & Cleonymus hoc nomine, ut in Veſpis,

— Ἀπέβαλε τὴν ἀσπίδα. id eſt, Abiecit clypeum.

Quin & Iſocrates in oratione quam ſcripſi De pace, declarat infames olim habitos qui uel ordinem deſeruiſſent, uel clypeum abieciſſent. Idem indicat Aeſchines aduerſus Timarchum, quòd qui non fuiſſet in bello, aut qui haſtam abieciſſet, ei non licebat in concione quicquã agere. Poſtremo Ariſtoteles lib. Moraliũ 5. inter ea quæ lex uetat, commemorat, τὸ μὴ λιπεῖν τὴν τάξιν, μηδὲ φεύγειν, μηδὲ ῥίπτειν τὰ ὅπλα. id eſt, non deſerere ordinem, non fugere, non abijcere arma. Et aliquanto poſt, agens de iniuſtis, qui tamen πλεονέκται dici non poſſunt, quòd nihil capiant inde lucri, exempli loco ponit τοὺς ῥίψαντας ἀσπίδας διὰ δειλίας. id eſt, qui ob metum & ignauiam clypeos abiecerunt. Tale quiddam, opinor, ſubindicat Horatius in Lyricis, cum ait,

Tecum Philippos & celerem fugam
Senſi, relicta non bene parmula.

Quintus Curtius libro 3. Tum cæteri diſſipantur metu, & quà cuique patebat ad fugam uia, erumpunt, arma iacientes quæ paulo ante ad tutelam corporum ſumpſerant: adeo pauor etiam auxilia formidabat. Eſt aliquoties apud Iulium Cæſarem, abiectis armis. Sed quo longius receditur à ſimplici ſermone, hoc maior eſt adagij gratia: ueluti ſi quis eum qui non reluctatur turpia ſuggerenti dæmoni, ſed ſtatim obſequitur, appellet rhipſaſpidem. Huius prouerbij facta nobis eſt antea mentio.

Mentiuntur multa cantores. XCVIII

Πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί. i. Multa mentiuntur cantores. In eos quadrabit, qui ad gratiam loquuntur, & auribus blandiuntur. Inde ductum, quòd cantores hoc modo ſpectantes ut delectent ac placeant, pleraque canunt in laudem auditorum falſa. Nihil enim ueritate grauius, nihil aſſentatione ſuauius. Ariſtoteles libro τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ 1. ἀλλὰ κατὰ τὴν παροιμίαν, πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί. i. Sed iuxta prouerbium, Multa mentiuntur poëtæ. Eſt autem, ni me fallit memoria, hemiſtichium Homericum, de citharœdis ſolitis in conuiuio canere. At hoc dictum quoſdam uſqueadeo mouet, ut prorſus ab omnibus omnium poëtarum ſcriptis abſtineant, non minima portione eruditionis.

Acciſſare. XCIX

ἀκκιζᾶν. i. Acciſſare, Græco prouerbio dicebantur, qui cum maxime cuperent accipere quippiam, tamen ficte recuſabant: qui mos hodie quoque multis durat. Scribunt Acconem mulierem fuiſſe quampiam notæ ſtultitiæ, quæ ſolita ſit ad ſpeculum cum imagine ſua, perinde atque cum alia muliere confabulari, ut hinc uulgò quæ ſtultius aut ineptius aliquid agerent, acciſſare dicerentur, & Accus nomine compellarentur. Apparet illud etiam moribus huius mulieris adfuiſſe, ut recuſaret quæ tamen cupiebat, unde & Acciſmus ficta huiuſmodi recuſatio dicatur. M. Tullius ad Attic. lib. Epiſtolarum 2. Hoc opinor, certi ſumus periſſe omnia, quid enim ἀκκιζόμεθα tam diu, id eſt, quid diſſimulamus? Lucianus in libello De mercede ſeruientibus. ὁ δὲ ἀκκιζόμενος, ἄπαγε παρὰ σοῦ δ' ἐγώ, id eſt, At ille acciſans. Auſtr, inquit, ego ne abs te? Idem in Amoribus. Πάντα δὴ περιελὼν ἀκκισμόν. i. Omni ſublato acciſmo. i. tergiuerſatione. Rurſus in eodem ſermone, Πολὺς ὁ μετὰ τῶν ἀνδρῶν ἀκκισμός. i. Multus autem uiris adeſt acciſmus. Item Philemon apud Athenæum lib. 13. Οὐκ ἔστ' οὐδὲ εἷς ἀκκισμός, οὐδὲ λῆρος. i. Nec ullus eſt acciſmus, aut nugatio. Plutarchus indicat, Acco & Alphito mulieres fuiſſe, per quas fœminæ deterrent pueros à peccando. Vſurpat hanc uocem & Plato in Gorgia, ἀλλ' ἀκκίζῃ ὦ καλλίκλεες.

Scytha acciſans aſinum. C

Ἀκκιζόμενος σκύθης τὸν ὄνον. id eſt, Acciſans, Scytha aſinum.

Ayuntamiento de Madrid

Aduerſus eos qui uerbis auerſantur, quod re cupiunt. Id ad huiuſmodi fabulam referunt: Quidam conſpecto aſini caduere, Scythæ cuidã, qui fortè aderat, dixit, En quod cœnes. Ille primũ abhorruit atq; abominatus, poſtea tamen approbauit, cœnauitq;: ita ferme Suidas & Zenodotus. Heſychius ſecus effert, σκύθης ὄνῳον δεῖπνον. i. Scytha aſininum conuiuium, ut ſubaudias, repperit: ſi tamen hic locus apud Heſychium mendo uacat. Nam mutilum eſſe cõſtat, & fortaſſis ὄνῳον, dictum eſt pro utili, ſic tamẽ ut alluſum ſit ad aſinum.

CHILIADIS SECVNDAE CENTVRIA III.

Aut quinque bibe, aut treis, aut ne quatuor. I



Athenæus lib. 10. De bibacitate diſputans, ſcribit adagium huiuſmodi uulgò fuiſſe celebratum ἢ πέντε πίνε, ἢ ἓξ, ἢ μὴ τέτταρα. id eſt, Aut quinq; bibe, aut tria, aut ne quatuor. Præſcribit modum diluendi uini. Hæc autẽ temperatura maxime placebat antiquis, ut quinque uini cyathis duo adderẽtur aquæ, aut duobus unus. Huius rei teſtem citat Ionem poëtam, qui ſcripſerit, uatẽ quendam Palamedi prædixiſſe Græcos nauigaturos, qui treis cyathos ad unum biberent. Item Nicocharem in Amymone, Χαῖρε πέντε καὶ δυοῖν. Salue quinq; & duobus. Præterea Amipſias in, Ἐγὼ δ' ὁ Διόνυσος πᾶσιν ὑμῖν εἰμὶ πέντε καὶ δύο. id eſt, Ego autem Bacchus omnibus uobis quinque & duo. Verum hac de re copioſius aliquanto Plutarchus ἐν συμποσιακῶν Decade tertia, teſtans conuiuialibus cantiunculis celebratum fuiſſe, ἢ πέντε πίνε, ἢ ἓξ, ἢ μὴ τέτταρα, ne quis temere Plauti uerba commutet, nam apud hunc quoq; referuntur. Atq; in hanc rem iocatur Ariſton, quemadmodum in muſica Hemiolij proportio ſymphoniam reddit diapente, dupla ſymphoniam efficit, quæ dicitur Diateſſaron, at eam quæ uocatur Diateſſaron, ſymphoniam eſſe præter cæteras hebetem & obſcuram, & epitrito conſtare. Itidem & in bibendi harmonijs treis eſſe ſymphonias uini ad aquã, Diapente, διὰ πέντε, Diateſſaron. Nam Diapente ſymphoniam ex Hemiolio conſtitui, ſi tres aquæ cyathi duobus uini cyathis admiſceantur. Quòd ſi duobus admiſceas duos, dupli proportionẽ exiſtere: Diateſſaron harmoniam fore, ſi uni uini cyatho treis aquæ cyathos addideris. Atq; hic eſſe epitritũ, quæ proportio pertineat ad treis magiſtratus in Prytaneo ſapientes ac ſobrios, aut ad dialecticos, cum adductis ſupercilijs de ſuis anxijs argutijs diſputant. Iam ſi duos uni admiſceas, tonum naſci maxime turbulentum, & ut appellat ipſe, ἀκροθώρακα, chordas mouentem non mouendas mentium. Propterea quod per hunc nec omnino ſobrios eſſe licet, nec ſtultitiã mero immergere. Quòd ſi duo tribus addideris, harmoniam exiſtere omnium maxime muſicam, ut quæ ſomnos inuitet, tranquillitatẽ ac ſummam quietem induat. His ita per iocum dictis, adiecit Plutarchi pater, priſcos Ioui duas addidiſſe nutrices, Iten & Adraſtiã: Iunoni nnã, nempe Euboëam: Apollini duas, Alethiam & Corythalum: Baccho uero plures, quòd hunc deũ oporteat pluribus nymipharum menſuris manſuefactum ac domitum, moderatiorem ac mitiorem reddere. Significat autem, uinum multa aqua diluendum. Meminit huius adagij Plautus in Sticho, ſeruos compotantes inducens: Sed interim Strategę noſter, cur hic ceſſat cantharus? Vide quot cyathos hos bibimus. Tot quot digiti ſunt tibi in manu. Cantio eſt Græca,

Καὶ πέντε πῖνε, καὶ ἓξ πίνε, ἢ μὴ τέτταρα.

Quanquam hic Plauti iocus non caret ſuſpicione mendi. Quod autẽ prohibet Græca cantio, ne quatuor biberet, ad ueterum ſuperſtitionem pertinet, qua creditũ eſt, impares numeros ad omnia efficaciores eſſe, id quod Plinius intelligi putat in febribus dierũ obſeruatione. Porrò de quaternione uitato in poculis, idem lib. 28. cap. 6. ſcribit ad hunc modum: Numerum quoq; quaternarium Democritus condito uolumine, & quare quaterni cyathi, ſextarijue non eſſent potandi. Huc nimirum alluſit Horatius lib. Odarum 3.

Da lunæ propere nouæ,
Da noctis mediæ, da puer auguris
Murenæ. tribus aut nouem,
Miſcentur cyathis pocula commodis.
Qui muſas amat impares,
Ternos ter cyathos attonitus petet
Vates. treis prohibet ſupra,
Rixarum metuens tangere gratia,
Nudis iuncta ſororibus. Item Auſonius,

Ter bibe, uel toties ternos, ſic myſtica lex eſt. id eſt,

Aut treis cyathos, ad numerum Gratiarum: aut nouem ad numerum Muſarum.

Siculus mare. II

Σικελὸς θάλασσαν. id eſt, Siculus mare, ſubaudi proſpectat. De his qui denuo ſollicitantur ad ſubeundum periculum. Natum aiunt à Siculo quodam, qui cum ficos naui portans, naufragium feciſſet, ac deinde ſedens in littore, mare placidum ac tranquillum uideret, uelut inuitans ad iterãdum nauigationem, dixiſſe fertur, Οἶδ' ὦ θάλασ, σῦκα θάλασ. id eſt, Noui quid uelis, ficos uis. Recẽſetur ab omnibus fermè prouerbiorum Græcorum collectoribus.

Ficum cupit. III

Σῦκα αἰτεῖ. id eſt, Ficum petit. In eum dicebatur, qui commoditatis alicuius gratia blandiebatur. Inde natum tradunt, quòd olim Athenienſes agricolis blandiri ſoleant, ut ab illis ficos præcoquos accipierent, bene ominantes ac precantes, ut in annum ſequentẽ fici feliciter prouenirent. Ruſtici uero poſteaquam ſenſerunt ciuium blandiloquentiam eò ſpectare, ut ficos acciperent, in prouerbium uerterũt, ut commodi ſpe adulantem, ficos petere dicerent. Ariſtophanes in Veſpis,

Σὺ δ' νῦν σῦκά μ' αἰτεῖς. id eſt,

Tu uero nunc ficos à me petis.

Longum ualere iuſsit. IIII

Μακρὰν χαίρειν φράσας τῶν ἐνταῦθα τιμῶν. id eſt, Honoribus qui hic ſunt, longum ualere iuſsis. Ea figura quoties ad rem, non ad hominem refertur, haud dubie prouerbialis eſt. Rem igitur à qua nos abdicamus, ei renuntiare dicimur, ac longum ualere iubere. Sumpta metaphora ab ijs qui diſcedunt diutius abſituri, ſeu nunquam redituri. Eſt ſæpicule apud Lucianum, & item apud alios. M. Tullius in Epiſt. ad Atticum lib. 6. At ille πολλὰ χαίρειν ἐᾷ καλῶ dicens, contulit ſe Brunduſium. Incertum utrum de philoſopho quopiam loquatur, qui cum ſolitus eſt multa præclara de honeſto loqui, quod in ipſo ſitum eſſet, poſtea uelut renuntians philoſophiæ, ſibi conſuluerit: an de Pompeio, qui Cæſarem fugit in Græciam, incolumitatis rationem habens potius quàm dignitatis. Item Hippolytus apud Euripidem,

Τὴν σὴν ἐγὼ κύπριν πόλλ' ἐγὼ χαίρειν λέγω. id eſt,

Veneri tuæ multum ualere renuntio.

Vſurpat Lucianus in Ioue tragœdo. Idem in apologia ὑπὲρ τῶν ἐν τῇ προσαγορευομένῳ σώματι, interpretatur prouerbium his quidem uerbis, τὸ γοῦν μακρὰν χαίρειν, τὸ μηκέτι φροντίζειν λέγει. id eſt, Hoc dictum longum ualere, declarat nobis non amplius curæ futurum. M. Tullius Epiſtolarum familiarium lib. 15. pro μακρὰν χαίρειν dixit, nuntium remittere: Virtuti, inquit, nuntium remiſiſti, delinitus illecebris uoluptatis. Eadem forma dicimur repudiare, aut renuntiare, aut nuntium mittere ijs quæ ſpreta relinquimus,

metaph

metaphora ſumpta à ſolenni more diuortij. Quo qui diuertebat, dicere ſolet, tua tibi habe. Sic enim Caius lib. 24. titulo ſecundo de diuortijs & repudijs, capite, diuortium. In repudijs autem, id eſt, in renunciationibus comprobata ſunt hæc uerba, Tuas res tibi habeto: itē hæc uerba, tuas res tibi agito. His igitur uerbis peragebatur diuortium in matrimonio. In ſponſalibus autem, inquit, diſcutiendis, placuit renunciationē interuenire oportere, in qua re hæc uerba probata ſunt. Conditione tua non utar. Ita Alcmena apud Plautum, ualeas, tibi habeas res tuas, reddas meas. Huc alludens Cicero in Antonium. Frugi factus eſt, inquit, illam ſuas res ſibi habere iußit. Apud iureconſultos frequens eſt, nuncium mittere, quod fit pariter in matrimonijs atque in ſponſalibus, licet diuerſa uerborum formula, quemadmodum diximus. De rebus animi fiet iucundius, ucluti ſi quis dicitur ab aulica uita aliú'ue ſtudio recedere, de eo ſic loquamur, Aulam ſuas ſibi res habere iußit, philologiæ ſuas res ſibi habere iußit.

Ficus ficus, ligonem ligonem uocat. V

Τὰ σῦκα σῦκα, τὴν σκάφιν σκάφιν λέγων. id eſt, Ficuſq; ficus, ac ligonem nonunans Ligonem.

Senarius è comœdijs Ariſtophanis in adagionē traductus. Quadrabit in eum qui ſimplici & ruſticana utens ueritate, rem, ut eſt, narrat, nullis uerborum ambagibus ac phaleris obuoluens. Sunt enim apud rhetores figuræ quædā, quibus fit ut turpia honeſte, aſpera molliter, ſuperba modeſte, mordacia blande dicantur. At qui craßiore ſunt Minerua, rudius ac planius eloquuntur, ſuo quicque nomine ſignantes. Lucianus in Ioue tragœdo, Ἐγὼ γὰρ ὡς ὁ κωμικὸς ἔφη, ἄγροικός εἰμι, τὴν σκάφιν σκάφιν λέγων. id eſt, Nam ego, quemadmodum ait Comicus, ruſticanus ſum, & ligonem ligonem appello. Rurſum in præceptis hiſtoriæ conſcribendæ, uult ſcriptorem libcrum & incorruptum eſſe, qui rem, ut eſt geſta narrans, ficus ficus appellet, ligonem ligonem. Inueniturad hunc quoq; modum,

Τὰ σῦκα σῦκα λέγω, καὶ τὴν κάρδαπον κάρδαπον. id eſt, Ficus ficus uoco, panarium panarium.

Ariſtophanes in Nebulis,

Οὐκ ἂν ἀποδοίην ὀβολὸν ἂν ὀβολνί,
Ος τις καλέσει, κάρδοπον τὴν καρδόπιν. id eſt,
Ego nec obolum cuiquam perſoluerim,
Qui cardopum, tantum uocarit cardopam.

Cardopus arca panaria. Cæterū poëta facit Socratem nugantem qui contendat, non eſſe dicendum κάρδοπον, quemadmodum dicebat Cleonymus, ſed καρδόπιν, ὥσπερ καλεῖς, inquit, τὴν σαργάτιν.

Domeſticus teſtis. VI

Οἰκοδεσπότης μάρτυς. id eſt, Domeſticus teſtis. Vbi quis ipſe ſeſe laudat, quaſi domi teſtem habeat, non aliunde adductum. Huic autē teſtium generi quàm minima fides haberi ſolet, ac legibus ceu ſuſpecti reiiciūtur. Paulus Pandect. lib. 22. ti. De teſtibus, capit. penult. Teſtes quos accuſator de domo produxerit, interrogari non placuit. Rurſum Codic. libro 4. eodem tit. Etiam iure ciuili domeſtici teſtimonij fides improbatur. Lucianus in Ioue tragœdo, Εὖγε, εἰκοδεσπότης ὁ μάρτυς φαοίν. id eſt, Euge, domo adductus teſtis, ut dici ſolet. Huc alluſiſſe uidetur Seneca ad Lucillium, cum ſcribit in hunc modum, Expecta me puſillum, & de domo fiet remuneratio: niſi quis malit illic dono legere. Sunt Græci ſcriptores, qui dicant hoc adagium cōuenire in eos qui prius mentiti, poſtea uerum cōfitentur: ueluti adacti conſcientia, quæ pectoris teſtis eſt. Sic Plutarchus τὴν οἰκοδεσπότιν κρίσιν, uocat animi iudicium, quod non corrumpitur. Nec hinc multum abhorret quod eſt apud M. Tullii De oratore lib. 2. Tertium uero illud, clamare contrà quàm dececat, & quàm poſſit, hominis eſt, ut tu Catule de quodam clamatore dixiſti, ſtultitiæ ſuæ quàm plurimos teſtes domeſtico præconio colligentis. domeſticū præconium appellauit, quod ipſe ſuam ſtultitiam traduceret. Idem in eius libri principio. Quos tum ut pueri refutare domeſticis teſtibus, patre & C. Aculeone propinquo noſtro & L. Cicerone patruo ſolebamus. Hic ſimpliciter domeſticos teſtes appellat, propinqua cognatione iunctos. Nihil autē magis domeſticū eſſe poteſt quàm ſuus cuiq; cōſcientia. Idem M. Tullius Cicero lib. Epiſt. famil. 2. ad Cælium, epiſt. cuius initium. Raras tuas. Mea uero officia ei nō defuiſſe tu es teſtis, quoniam εἰκοδεσπότης ὁ μάρτυς, ut opinor, accidit Phania. Nam ita legendum ſuſpicor, tametſi nonulli lacunā expleuerāt his uocibus κωμικὸς μάρτυς, niſi fortè pro κωμικὸς magis placet οἰκιακὸς. Idē in oratione pro L. Flacco, Neq; in toto Aemonenſiū teſtimonio, ſiue hic confictum eſt, ut apparet, ſiue miſſum domo eſt, ut dicitur, cōmouebor. Terentius, Ego hanc domi coniecturam facio.

Bœoticum ingenium. VII

Bœotij apud antiquos male audierunt uulgò. ſtoliditatis nomine, quemadmodū ſuperius oſtenſum eſt. Vnde quicquid inſulſum eſſet ac ſtultum, id Bœoticum dicebant. Lucianus in Ioue tragœdo, ἄγροικον τοῦτο εἴρηκας καὶ λεπτῶς βοιωτικόν. id eſt, Iſtud quod dixiſti, prorſus agreſte eſt, & uchementer Bœoticum. Inuenitur & βοιωτικὸς νοῦς. id eſt, Bœoticum ingenium, pro ſtupido ac ſtolido. Horatius in Epiſtolis:

Bœotum in craſſo iurares aēre natum.

Plutarchus ipſe Bœotus eum alijs aliquot locis, tum in commentario de carnium eſu, ſcribit ab Atticis notatos Bœotos, tanquam brutos & ſtupidos, ac pingues: idq; propter ediscitatem, quemadmodum alibi meminimus, quòd ea gens magis ſtuduit exercendis corporibus, quàm animis excolendis. Vnde teſte Stephano, quidam putauerunt nomen regioni inditum. Idem citat Ephorū, qui ſcripſerit Athenienſes rei nauticæ fuiſſe ſtudioſos, Theſſalos equeſtris. Bœotos corporum exercitamentis, Cyrenæos curribus ualuiſſe, Lacedæmonios circa leges fuiſſe diligentes.

Bœotica cantilena. VIII

Βοιώτιος νόμος. id eſt, Bœotica cantio dicebatur, ſi quibus rerum initia tranquilla ac proſpera fuiſſent, poſteriora turbulenta ac triſtia. Vnde Sophocles ſcripſit,

Οτ' ἄντις ἄδοι τὸν βοιώτιον νόμον. id eſt,
Vbi quis cecinerit cantionem Bœoticam.

Natum ex hiſtoria. nam Bœotij primū liberam ac pacatam agebāt uitam, deinde mortuo Laio in uarias calamitates inciderūt, ut illorum cantilena à læto initio in luctum deſiſſe uideatur. Citatur à Zenodoto. Ariſtophanes in Acharnenſibus uſurpare uidetur pro cantione rudi atque indocta,

Δεξίθεος ἀσσᾶλθ' ἀσόμενος βοιώτιον. id eſt,
Dexitheus intrat, qui canet Bœoticum.

Bœtica ænigmata. IX

Βοιώτια αἰνίγματα. id eſt, Bœotica ænigmata, dicebantur oblique atq; obſcure dicta, quæq; perdifficile percipi poſſent. Sumptum à fabula Sphingis monſtri Thebani. Ea propoſuit Oedipo ænigma huiuſmodi, Τετράπους, δίπους, καὶ πάλιν τρίπους. id eſt, Quadrupes, bipes, ac rurſum tripes. Id Oedipus interpretatus eſt hominem eſſe, qui puer manibus quoque pedum uice nititur: deinde confirmato gradu duobus pedibus ſe ſuſtinet, donec ætas decrepita baculum, ceu tertium pedem addat. Extat epigramma Sphingis ænigma complectens ad hunc modum.

Ἐστι δίπους ἐπὶ γῆς καὶ τέτραπον, ἡ μία φωνὴ
Καὶ δίποι, ἀλλάσσει δ' ἡ φυλὴ μόνον, ὅσσ' ἐπὶ γαίαν.
Ἑρπετὰ κινεῖται, ἀνάτ' ἀθέρα καὶ κατὰ πόντον.
Ἀλλ' ὁπόταν πλείοισιν ἐπαγόμενον ποσὶ βαίνῃ,

Ayuntamiento de Madrid

Ενθα τάχ' γύοισιν ἀφαυρότατον πέλε ἀυτῶ. id est,
Est bipes in terris & quadrupes, haud eadem uox
Et tripes. immutat speciem hoc ex omnibus unum
Quæcunq; in terris reptant, uolat æthera circum,
Perq; marc: ast ubi iam pedibus compluribus auctum
Accelerat gressum, uietis tum maxima membris
Segnities ac torpor adest minimumq; uigoris.

Hesiodus itaque in secundo Georgicôn libro uetulum ac senio iam incuruum, tripedem hominem appellat.

Τότε δὴ τρίποδι βροτῷ ἶσοι. id est,
Tunc iam tripedi mortali similes.

Bouem in faucibus portat. x

Βοῦν ἐπὶ γναθοις φέρει. id est,
In faucibus portat bouem.

In edacem olim dicebatur, ut indicat Zenodotus & Suidas. Natum uti conijcio, uel à Theagene athleta Thasio, uel à Milone Crotoniata, quorum alter bouem solidum solus comedit teste etiam Græco epigrammate, tum autore Posidippo apud Athenæum: alter ut narrat apud eundem Theodorus Hierapolites, in olympijs taurum quadrimum humeris sustulit, ac stadij spatio gestauit, eumq; eodem die solus comedit. Cuius rei meminit & A. Gellius in Noctibus Atticis.

Bœotis uaticinare. x i

Βοιωτοῖς μαντίυσαιο. id est, Bœotis uaticinare. Abominantis est sermo, perinde ut dicimus, hostibus ista uaticinare.

Capiti cane talia demens Dardanio. Et,
Hostium uxores, puerique; cæcos
Sentiant motus orientis austri, & Aequoris nigri. Et,
Hostibus eueniant conuiuia talia nostris.

Aptius autē dicetur in eū qui tristia uaticinatur, si quando precabimur, ut ea in ipsius caput recidant. Zenodotus ab euentu natum scribit, Heraclidem allegans autorem. Olim, inquit, cum Thebani de belli euentu consulerent oraculum, uates quæ tum Dodonæ respōsitabat, ait eos fore uictores, si quid impie patrassent. Itaque consultorum quidam arreptam Myrtilam, nam id mulieris fatidicæ nomen, in lebetem aqua calida feruentē, qui forte inibi aderat, iniecit. Sunt qui narrent, Bombum diuinum quendam Thebanis de belli successu scisciantibus, respondisse futurum ut quamplurimos uincerent, si prius quempiam è ducibus immolassent. At illos Bombum ipsum interemptum immolasse, atq; hinc ortum prouerbium.

Arietem emittit. x i i

Αρνα προβάλλ. id est, Arietem obijcit. In rixæ pugnæq; cupidum dicebatur. Antiquitus enim bellum suscepturi fœcialem mittebant, qui arietem adductam in hostium fines immitteret: hoc significans pacto ciuitatem & agros illorum hostibus compascuos fore. Autor Diogenianus.

Argenti fontes. x i i i

Αργύρου κρῆναι λαλοῦσιν. id est, Argenti fontes loquuntur. Hoc adagio notabantur ij qui stolide quidem atque indocte, sed arroganter tamen & confidenter loquerentur, opibus uidelicet suis freti. Vulgus enim diuitum dicit, ut ait Horatius, fortuna ebrium, hoc quoq; putat suis diuitijs deberi, ut quicquid dixerint, id protinus uelut eruditum omnes suspiciant & approbent. Quod notans Flaccus,

Meæ, inquit, contendere noli,
Stultitiam patiuntur opes. Item alibi,
Et quicquid uolet, hoc ueluti uirtute paratum,
Sperauit magnæ laudi fore.

Huc pertinet & mimus ille neutiquam inuenustus,

Fortuna quem nimium fouet, stultum facit.

Item illud ex Aristophane apud Stobæum,

Ὁ γὰρ πλοῦτος ἡμᾶς καθάπερ ἰατρὸς κακὸς,
Τυφλὸς βλέποντας παραλαβὼν πάντας ποιεῖ. id est,
Opes enim nos sicuti medicus malus,
Vbi receperint reddunt uidentes ilico cæcos.

In eandem sententiam Menander in seipsum lugente,

Τυφλὸς ὁ πλοῦτος καὶ τυφλοὺς ἐμβλέποντας ἀεὶ αὐτοὺς διώκυσιν. id est,
Cæca diuitiæ, atq; eos qui se intuentur, cæcos reddunt.

Rursum illud eiusdem,

Υπερφανὸν τὸ γίγνεται λίαν τυφλόν,
Οτε πλοῦτος ἀξύνετῳ κεκτημένον
Εἰς ἕτερον ἦθος, ὃν ἐν ᾧ τὸ πρόσθεν ἦν. id est,
Nimis insolens tum redditur lasciuia,
Quoties opes qui possidet, mores repens
Mutat in alienos pristinis contrarios.

Diximus aliàs, fœnum habet in cornu. Felicitatis comes esse solet ferocia. Pindarus in Isthmijs hymno tertio, εἴτις ἀνδρῶν εὐτυχάσας, ἢ σὼν εὐδόξοις ἀέθλοις, ἢ σθένει πλούτου, κατίχει φασὶν ἐανὸν κόρον, ἄξιος ὑμνολαις ἀοιδαῖς μεμιχθαι. i. Si quis uir fortunatus fuit, uel in gloriosis certaminibus, uel in opulentia obtinet, ut aiunt, magnificam saturitatē, dignus qui laudibus ciuium admisceatur. Quadrabit in eos quoque, quorum oratio propter opum fiduciam plus satis libera atq; audax uidebitur. Nam quemadmodum paupertas timiditatem adfert, itidem opulentia παῤῥησίαν. id est, loquendi confidentiam adducere solet.

Terram pro terra. x i i i i

Γῆν πρὸ γῆς ἐλαυνέιν. Prouerbialis est figura in hominem exulem, erronem, & incertis uagantem sedibus. Aristophanes in Acharnensibus,

Κἂν διώκῃ γῆν πρὸ γῆς. id est,
Terram ante terram persequi. Item alibi,
Εγὼ δ' φεύγων γῆν πρὸ γῆς φοβούμενος. id est,
Solum at ego fugiens præ solo trepidus metu.

Lucianus in Pseudomante, Αλλ' ἴσῃ γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνειν. id est, Sed oportebat ad terram pro terra uehi. Apud Latinos solum uertere dicuntur, qui exilij causa migrant aliò. Alciphron in epistolis, Αναςᾶσα ὁπόπτε γῆν πρὸ γῆς φεύξομαι μᾶλλον. id est, Demigrans quò libet fugiam potius terram terra commutans. M. T. in Epistolis ad Atticum, lib. decimoquarto. Hæc & alia ferre non possum, itaq; γῆν πρὸ γῆς cogito: significat se de fugiendo cogitare.

Ne ad aures quidem scalpendas ocium est. x v

Prouerbialis est hyperbole, cum nec minimum quidem ocij superesse significamus, dicimus nec tantillum uacui temporis esse, quod ad scalpendas aures sit satis. Lucianus in Bis accusato, Οὐδ' ὅσον κνήσασθαι τὸ ὦς φασὶ, σχολὴν ἄγων. id est. Ac ne tantisper ocioſus, ut aurem, sicut aiunt, scalpere uacet.

Citius in naui cadens à ligno excideret. x v i

Θᾶττον ἂν τις ἐν πλοίῳ πεσὼν διαμάρτοι ξύλου. i. Citius alicui in nauigio cadenti lignum defuerit. Hyperbole prouerbialis, qua tantum ubiq; copiam significamus, ut quocunque te uertas occurrat quod quæris. Etenim cum nauis ipsa undique sit ligneа, non potest nō in lignum incidere, quisquis in ea cadit. Lucianus in Bis accusato, ὡς τε τὴν παροιμίαν, θᾶττον ἄν τις ἐν πλοίῳ πεσὼν διαμάρτοι ξύλου, ἢ ἐνθ' ἂν ἀπίδῃ ὁ ὀφθαλμὸς ἀποκόσῃ φιλοσόφου. id est, Itaque iuxta prouerbium citius fiet, ut in naui lapsus, non incidat in lignum, quàm ut quocunque aspexerit oculus, philosophum desideret. Taxat Lucianus philosophorum turbam tantam, ut omnia ubique plena uideantur, nec liceat effugere.

Epiſcythizare. x v i i

Επισκυθίζειν. Lacedæmoniorū adagio dicitur, pro eo quod est, uinum merum intemperantius bibere. Et Achæus in Acthone Satyrico σκυθιστὶ, siue ut in quibusdam exemplaribus

plaribus legitur, σκυθιςὶ πιεῖν dixit, pro eo quod eſt, ἀκρατοποσίαν, hoc eſt, meracius bibere Athenæus lib. 10. Dipnoſophiſtarum, ex Herodoto & Chamæleonte autoribus refert Cleomenem regem Spartanum cũ Scythis agentem conſuetudinem, & illorũ ἀκρατοποσίαν. i. meripotationẽ imitantem in inſaniam uerſum fuiſſe, quemadmodum interpretantur Spartani. Locus eſt apud Herodotum lib. 6. cui titulum fecit Erato, addens hinc natum apud eoſdem Spartanos uulgare dictum, ut ſi quando uelint ζωρότερον πίνειν. i. intemperantius bibere, dicant, ὑποκύθισον, hoc eſt, minimum infundito aquæ, pro eo quod dicendum erat, ἐπίχυσον. i. infunde aquã. Apud eundem lib. 11. Hieronymus Rhodius docet, σκυθίσαι dictum pro μεθύσαι, & Athenæus dubitat num à Scythis Scyphus. i. poculi genus, habeat nomen, ut σκύφος dictum ſit quaſi σκύθος, Nam uocem ſic immutatam oſtendit apud autores extare. Quin & illud addit, Lacedæmonios quum ſentirent barbaros Aſiaticos omnia dolis agere, uice Thimbronis eò legaſſe Dercyllidam, quòd is nihil haberet ſyncerit atis Laconicæ, ſed ingenium ſubdolum ac ferum, exiſtimantes huic non poſſe dari uerba, quem ob id σκύθον appellarunt Lacedæmonij, quaſi σκύφον. Scythæ autem & Thraces ἀκρατοπόται uocantur. i. meribibi: unde plerunque conuiuia illorum ſanguinolenta ſunt & tumultuoſa. Apud eundem Anacreon, ni fallor, ἀκρατοποσίαν, σκυθιστὶ πόσιν appellat, quod Callimachus uerbo compoſito dixit ζωροποτῆν. Atq; utinam hic mos plus quàm barbaricus intra Scytharum ac Thracum fines conſtitiſſet, nec ad nos uſque dimanaſſet. Non enim ſolum bibimus intemperanter, uerum etiam cogimus alios ad bibendum, & recuſantem ferro adorimur, quum inhumanius penè ſit cogere ad bibendum qui non ſitiat, quàm ſitientem ſubmouere à potu: quemadmodum eleganter apud Athenæum lib. 10. dixit Sophocles,

Τὸ πρὸς βίαν πίνειν
Ισον κακὸν πέφυκε τῷ δι' ἀλγῶν βίᾳ. id eſt,
Cogi ad bibendum non minus graue eſt malum,
Quàm ſi quis acrem perpeti cogat ſitim.

Commode deflectas licebit ad cuiuſuis rei intemperantem & immodicum uſum.

Vinum caret clauo. XVIII

Athenæus eodem lib. de potationibus diſſerẽs, huiuſmodi prouerbium eleganter uulgò dici ſolere ſcribit, τὸ οἶνον οὐκ ἔχειν πηδάλια. i. Vinum non habere clauum, propterea quod ebrietas nihil conſulte, neque moderate, uel dicit uel facit. Obruitur enim ratio, quæ claui uice ſobrios moderatur ac gubernat. Huc pertinet Ouidianum illud:

Nox & amor, uinumq; nihil moderabile ſuadent.
Illa pudore uacat, Liber Amorq; metu.

Non illepidum eſt quod apud Athenæum lib. 11. refert Xenophon, apud Perſas fuiſſe uetitum, ne πρόχοϊδας inferrent in conuiuium: id appareret fuiſſe uaſculi genus, quo uinum è cratere miniſtri effunderent in cyathum: id factum eſt, ne ſupra modum bibentes, & animi & corporis uiribus deſtituerentur: & addit eum morẽ adhuc apud illos ſeruari: nec enim inferri prochoidas, ſed nihilo ſecius tantum illos bibere ὥστε ἀντὶ τῶν ἀσφίρων αὐτοὶ ἀφέρονται, ἐπειδὰν μηκέτι δυνώνται ὀρχεῖσθαι ἀζήνεα. i. pro eo quòd non inferuntur prochoides, ipſi efferuntur, poſtea quàm non amplius poſſunt exire ſaltantes. Itaq; uinolentia nullis minus ignoſcenda eſt quàm qui Reipublicæ clauum moderantur, hoc eſt, regibus & magiſtratibus. Et diuinæ literæ uetant uinum dari regibus. Nec uinum nec ſomnus conuenit aſſidentibus clauo: ſed interdum nulli magis indulgent uino ſomnoq;.

Vinum ſenem etiam uel nolentem, ſaltare compellit. XIX

Ac rurſus ibidem hoc item carmen prouerbio iactatum ſcribit,

Οἶνος ἄνωγε γέροντα καὶ ὐκ ἐθέλοντα χορεύειν. id eſt,
Vinũ ſenem, ut nolit, cogunt ducere choreas.

Admonet nihil eſſe tam inceptum, neque tam alienum, ad quod non incitet ebrietas. Subijcit & aliud carmen non diſſimilis ſententiæ,

Οἶνος καὶ φρονέοντας ἐς ἀφραδιώλιν ἀναβάλλει. id eſt,
Inſanire facit ſanos quoq; copia uini.

Idem libro quarto Dipnoſophiſtarum adducit prouerbium ex Eripho quodam comœdiarum ſcriptore,

Λόγος γάρ ἐς' ἀρχαῖος ὃ κακῶς ἔχων.
Οἶνον λέγουσι τοὺς γέροντας ὦ πάτερ
Παιδεύειν χορεύειν θ' ἥλικας. id eſt,
Recte uetuſto dicitur prouerbio,
Quòd uina ſenibus perſuadent ô pater,
Vti uelint nolint, choreas ducitent.

Huc pertinet illud Platonis lib. De legibus primo, Οὐ μόνον ἀρ' ὡς ἔοικε ὁ γέρων δὶς παῖς γίγνοιτ' ἄν, ἀλλὰ καὶ ὁ μεθυσθείς. Itaq;, ut uidetur, non ſolum ſenex fuerit bis puer, uerumetiam temulentus. Item Horatius,

Quod me Lucanæ iuuenem commendet amicæ.

Ranis uinum præminiſtras. XX

Βατράχοις οἰνοχοεῖς. id eſt, Ranis uinum infundis. In eum dicebatur qui id miniſtraret, quo nihil eſſet opus ei cui exhiberetur: ueluti ſi quis apud indoctos multa de philoſophia diſſerat. Ranis enim nihil opus uino, aqua paluſtri magis gaudentibus. Explicatur adagium à Zenodoto, Suida, Diogeniano. Pherecrates apud Athenæum in Coriano, Ἐρῶ 'ς κόραξ, βατράχοις οἰνοχοεῖν σε δεῖ. id eſt, Abi in malam rem, ranis pocillari te oportuit, obiurgat enim pincernam, quòd quatuor uini cyathis duos infuderit aquæ. Vnde licet conijcere, prouerbium in hos quoq; conuenire, qui uinum immodica diluunt aqua, ita ut aquam, non uinum bibere uideantur ranarum ritu.

Ouo prognatus eodem. XXI

Fortaſſis ſimpliciter dictum eſt ab Horatio,

—Ouo prognatus eodem. Quandoquidem ad fabulam reſpicit Ledæ, quæ grauida ex Ioue in cygnum conuerſo ouum peperit, unde gemini prognati Caſtor & Pollux. Id ouum Pauſanias in Laconicis refert oſtendi apud Lacedæmonios ſuſpenſum tæniis à teſtudine templi. Verum ſi quis hoc dictum deflectat ad ijſdem natos parentibus, aut ab eodem eruditos præceptore: aut ita conſimilibus ingenijs, ut eodem ouo nati uideri poſſint, nihil æque fuerit prouerbiale: ueluti ſi dicas, Vultus, ingenium, mores, facta, ac prorſus omnia ſic huic cum hoc conueniunt, ut iures eodem prognatos ouo. Ariſtot. libro De generatione animalium quinto oſtendit id iuxta naturam fieri, ut ex eodem ouo duo pulli naſcantur: & quidem perfecti, ſi uitelli membrana dirimantur. Iidem ſi cohæreant & confundantur, fœtum ædi monſtroſum.

De curru delapſus. XXII

ἐξαμαξόμενος. id eſt, De curru delapſus. In hodiernum quoq; uulgò durat adagium, in eum qui oblitus propoſiti aliò ſe transfert: aut qui in ſententia labaſcit, ut de curru delapſus dicatur, quemadmodum ab aſino delapſus. Ariſtophanes in Ranis, ἐξαμαξομένῳ φρενί. id eſt,

Animus à curru decidens, hoc eſt, aberrans ab inſtituto. Natum apparet à fabula Phaëthontis, quem ferunt curru excuſſum. Siquidem animus uelut auriga corporis eſt, & corpus ſeu uehiculum. Eſt & apud Platonem de animabus è cœlo delapſis, quòd curribus ſuis eſſent excuſſæ.

Numerus. XXIII

Homines nullius bonæ rei, numerus prouerbio dicũtur, etiam idiotis horum temporum. Ariſtophanes in Nebulis,

—ὄντες λίθοι,

Ayuntamiento de Madrid

ἀριθμὸς, προβάτ' ἄλλως νοσασμένοι ἀμφορεῖς. Horat.
Nos numerus ſumus, & fruges conſumere nati.
Translatum uideri poteſt à calculis, ad nihil aliud utilibus niſi ad numerũ Anacharſis, Plutarcho teſte, taxauit Athenienſes, qui nummis ad rationem duntaxat uterentur. Quãquam mihi magis arridet, ut ita numerus dicatur, quemadmodum dicunt ἑτώσιον ἄχθος ἀρούρης, & εἷς τῶν πολλῶν. id eſt, unus è plebe. Ita Flaccus, At ſum mi paulo infirmior, unus multorum, etiam græcam exprimens figuram. Et Seneca lib. 1. Epiſt. 10. Iſte homo non eſt unus è populo. Inſignes nominantur. Qui nihil habent inſigne, turba ſunt & numerantur tantum. Vnde Flaccus, Nos numerus ſumus. Et Vergilius, Cadit & ſine nomine uulgus.

Summis uti uelis. XXIIII

ἄκροις χρῆσθαι τοῖς ἱστίοις. i. Summis uti uelis. Prouerbiali metaphora dicuntur, qui maximo conatu adnituntur, atque incumbunt: aut qui omnem captant occaſionem. Mutuo ſumptum à nautis, quibus mos eſt uelum in altum tollere, quo currant celerius. Ariſtophanes in Ranis,
ἄκροισι χρώμενον τοῖς ἱστίοισιν. id eſt,
Vtens ſupremis carbaſis.
Pindarus in Nemeis hymno quinto, Δίδυε φωνάν, ἀνὰ δ' ἱστία τείνον πρὸς ζυγὸν καρχασίων. i. Da uocem, ſurſum autem tende uela ad ſummum antennæ iugum. Vt cuique res ſunt ſecundæ aut aduerſæ, ita uelum in altum tollitur.

Summum cape, & medium habebis. XXV

ἄκρον λάβε, καὶ μέσον ἕξεις. id eſt,
Summa cape, & medio potieris.
Hemiſtichium carminis Heroici: ubi quid obſcurius & perplexius dictum ſignificabant, admonentes rem attentius expendendã, hoc prouerbio conſueuerunt uti. Zenodotus hinc natum tradit: Aeginetis patria pulſis, de quærenda ſede conſulentibus oraculum, reſponſum eſt hoc ænigmate, ἄκρον λάβε, καὶ μέσον ἕξεις. atque illos cacumine quodam montis occupato, circa medium incoluiſſe. Poteſt & in hanc accommodari ſententiam, ut admoneamur ad res ſummas & egregias eniti, ſic enim futurum, ut ad mediocritatem peruenamus. Summum animo deſtinandum, ut ſaltem modicis potiamur. Fit enim plerunq; neſcio quo modo, ut exitus citra ſpem & ſcopum præſtitutum conſiſtant. At hodie theologi quidam Ariſtotelici docent, quatenus liceat admittere diuitias, quatenus ludere aleam, quatenus belligerari, quatenus ulciſci. Cùm longe ſatius eſſet diuitiarum belliq; & uoluptatum ſtudium modis omnibus deteſtari. Ita fieri poterat, ut hoc moderatius ſequeremur. Nunc dum mediocribus ſumus contenti, longe infra mediocritatem dilabimur.

Iniquum petendum, ut æquum feras. XXVI

Huic affine quod recenſet Quintilianus inſtitutionum oratoriarum lib. 4. Nec omnino ſine ratione eſt, quod uulgò dicitur, Iniquum petendum, ut æquum feras. A negotiatoribus ductum uideri poteſt, qui callide merces longe minoris licentur, & multo pluris indicant quàm pro dignitate, quo pretium ſaltem æquum accipiant. Non fugit hæc ſententia Syrum illum Terentianum in Adelphis, cum Sannionem lenonem aſtu tractans, poſtulat ut puellam Aeſchino dimidio pretij tradat, atque hac arte efficit, ut leno ſortem ſolidam percupide & rogãs etiam accipiat. Iactatur & uulgò uerbum huiuſmodi, Qui annititur ut auream quadrigam ſibi comparet, unam certè rotam aſſequetur. Equidem arbitror alluſiſſe Senecam lib. De beneficijs ſeptimo, Quæ inquit, ideo petimus ultra modum, ut ad uerſum ſuum redeant. Quum dicimus, meminiſſe non debet, hoc uolumus intelligi, prædicare non debet, nec iactare, nec grauis eſſe. Pulchre Seneca depinxit naturam hyperboles.

Ad ambas uſque aures. XXVII

Μέχρι τῶν ἀμφωτίδων. i. Vſq; ad aures ambas impleri dicuntur, qui ſupra modum ingurgitant ſeſe. Sumpta metaphora à uaſculis, ad anſas uſq; impletis. Extat apud Suidam.

Seruilis capillus. XXVIII

ἀνδραποδώδη θρίχα ἐπιδεικνύειν. i. Seruilem capillum præ ſe ferre dicuntur, qui agreſtibus & inelegãtibus ſunt moribus. Inde ductum, quòd Athenis ſerui manumittendi capitis pilos deradebant. Plato ſcribit in Alcibiade, quoſdam ſeruiles pilos in animo geſtare, indoctos & ſtupidos ſignificans. Citantur apud Suidam hæc ex autore neſcio quo, πολλῶν σωθλεγμένων ἀνδρῶν ὀδὲ τὰ πάθη καταλαμβάνων, ἀλλ' ἔτι τὴν ἀνδραποδώδη θρίχα φασὶν ἐπιδεικνυμένων. i. Multis collectis uiris, neq; compoſitis affectibus, ſed qui ſeruilem, ut aiunt, capillum adhuc præ ſe ferrent. Plinius lib. 11. ca. 37. rem prodigioſam tradit, homines quoſdam hirſuto corde naſci. Pliniana uerba ſunt hæc, Hirto corde gigni quoſdam homines produnt, nec alios fortiores eſſe induſtria, ſicut Ariſtomenem Meſſenium, qui trecentos occidit Lacedæmonios, ipſe conuulneratus & captus, ſemel per cauernam latomiarum euaſit, anguſtos uulpium aditus ſecutus: iterum captus ſopitis cuſtodibus ſomno, ad ignem aduolutus lora cum corpore exuſſit. Tertio capto, Lacedæmonij corpus diſſecuere cauſa uidendi, hirſutumq; cor repertum eſt.

Amyris inſanit. XXIX

ἄμυρις μαίνεται. id eſt, Inſanit Amyris. Allegoria prouerbialis, qua rectè utemur, ubi quis ſub inſaniæ prætextu rebus ſuis conſulit. Aut ubi quis ſolus periculum proſpiciens, in tempore ſibi cauet, creditus interim uulgò deſipere: deinde rerum euentus docet illum unum ſapuiſſe. Vt hæc ſit uox uclut opprobrantis ſocordiam ijs qui ſibi non proſpexerint mature: neq; ſapere cœperint, niſi accepto uulnere. Zenodotus ab hiſtoria natum ait huiuſmodi: cùm Sybaritæ florerent opibus, quendam Delphos emandarunt, qui de rerum ſuarum ſucceſſu ſciſcitaretur oraculum. Reſponſum eſt eucrtẽdam Sybaritarum fortunam, ubi plus honoris habere cœpiſſent hominibus quàm dijs. Eucnit deinde ut ſeruus à domino uapulans, cum nequicquam ad deorum aras confugiſſet, poſt ad heri monumentum confugiens, liberaretur à plagis, ut alibi dictum eſt. Quod ſimul atque conſpexiſſet Amyris, collectis rebus ſuis, in Peloponeſum demigrauit, reliquis interim Sybaritis hominem uelut inſanum ridentibus. Poſtea idem ob fictam inſaniam miraculo fuit, & prouerbio locum fecit. Citatur ab Euſtathio in 2. Iliados lib. citatur autem ex Pauſaniæ rhetorico dictionario. Addit quoſdam Thamyrim hunc appellare, quoſdam Amyrim, abiecto thita, Solet autem more hominum euenire, ut uati tum demum habeatur fides ac laudetur, poſtcaquam ipſis iam premimur malis. Proinde Caſſandra in tragœdia quapiam loquitur ad hunc modum, citante Plutarcho,
Καὶ πρὸς παθόντων, κἀν κακοῖσι κειμένων.
Σοφὴ κέκλημαι, πρὶν παθεῖν δὲ μαίνομαι. id eſt,
Sapiens q; dicor, his malum qui ſentiunt.
Porrò antequam illud ſentiant, inſanio.

Sophocles Laudiceni. XXX

Qui ad oſtentationem dicebant aut recitabant, uulgato conuicio Sophocles & Laudiceni dicebantur: adagium natum, ut apparet, ætate Plinij minoris, cuius uerba paulo altius repetemus, quo planius prouerbij ſententiam intelligere liceat. Nam in epiſtola quadam adoleſcentium quorundam ridiculam in agendis cauſis arrogantiam & ambitionem taxans, ſic ait, At hercule ante memoriam meam, ita maiores natu ſolent dicere, ne nobiliſſimis quidem adoleſcentibus locus erat, niſi aliquo conſulari producente. Tanta uenera-
tione

Ayuntamiento de Madrid

ratione pulcherrimum munus colebatur. Nunc refractis pudoris & reuerentiæ clauſtris omnia patent omnibus: nec inducuntur, ſed irrumpunt. Sequuntur auditores actoribus ſimiles, conducti & redempti mancipes. Conuenitur à conductis & redemptis in media baſilica, ubi tam paulùm ſportulæ quàm in triclinio dantur. Ex iudicio in iudicium pari intercede tranſitur. Inde iam non inurbanè, σοφοκλεῖς ἀπὸ τῆς σοφῆς καλεῖσθαι, uocantur. Iiſdem Latinum nomen impoſitum eſt, Laudiceni. Hactenus Plinius. Vtroque uerbo notantur, qui facundi dici malebant & uideri quàm eſſe. Sophocles enim Græcè dicitur ἀπὸ τοῦ σοφὸς καὶ καλεῖσθαι. At illi dedita opera, perperam interpretabantur ἀπὸ τοῦ σοφὸς καλεῖσθαι. id eſt, ab eo quòd ſapientes uocarentur. In hoc igitur eſt alluſio feſtiua ad poëtæ tragici nomen, in Laudiceni uocabulo ad gentis nomen alluditur.

Quot ſeruos habemus, totidem habemus hoſtes. XXXI

Macrobius in cœnis Saturnalibus, Vnde putas arrogantiſſimum illud manaſſe prouerbium quod iactatur, Totidè nobis hoſtes eſſe quot ſeruos? Non habemus illos hoſtes, ſed facimus. Meminit & Seneca epiſtola 47. cuius uerba ſublegiſſe uidetur Macrobius, ut eſt omnium autorũ uerè ſtudus. Admonet adagiũ, ne quid fidamus illis, ne'ue ex animo nobis amicos arbitremur, qui nos metu colunt. Admonet idem Plato lib. De legibus ſexto, propterea quod ſeruorum animus nequaquam integer ſit, ſed mentis dimidium ijs ademerit Iupiter, Homero teſte, quos ſeruituti fecit obnoxios. Verus autem amor, libertatis eſt alumnus. Odit uerò quiſquis metuit. Vnde genuinũ quoddam odium inſitum uidetur ſeruis in dominos. Quadrabit & in principes tyrannidem in ſuos exercentes. Verba Platonis ſunt hæc, Οὐ γὰρ ὑγιὲς ἥμισυ ψυχῆς ἀδόλως. ὃ δεῖ γὰρ ὃλὲ πιστεύειν αὐτοῖς τὸν νῦν κικτημένον. ὁ δὲ σοφώτατος τῶν ποιητῶν φησίν,

Ἥμισυ γάρ τε νόου ἀπαμείρεται εὐρύοπα Ζεὺς
ἀνδρῶν, οὕς ἂν μὴ κὴρ ἐπὶ δούλιον ἦμαρ ἕλησι. id eſt,

Nihil enim integrum, neque ſanum habet animus ſeruilis. Nam nihil oportet credere his, hominem qui ſapiat. Siquidem poëta doctiſſimus ait,

Dimidio mentis depriuat Iupiter illos,
Seruilis quoſcunque uiros ſors ceperit unquam.

Ad hunc modum referuntur à Platone. Cæterum aliter habentur apud Homerum Odyſſeæ ϱ, nimirum hunc in modũ.

Ἥμισυ γάρ τ' ἀρετῆς ἀποαίνυται εὐρύοπα Ζεὺς
ἀνέρος, εὖτ' ἂν μιν κὴρ ἐπὶ δούλιον ἦμαρ ἕλησι.

Aſinius Capito apud Feſtum Pompeium, nam is quoq; prouerbij facit mentionem, exiſtimat hominum errore perperam fuiſſe pronũtiatum, propterea quòd ueriſimilius ſit, ſic eſſe dictum initio, Quot hoſtes, tot ſerui. Quod capti uictiq; ad ſeruitutem addicebantur: unde etiam dicta mancipia.

Vocatus atque non uocatus deus aderit. XXXII

Oraculum olim Lacedæmonijs redditum abijt in prouerbium, Καλούμενός τε κἀκλητὸς θεὸς παρέσται. i. Vocatus & inuocatus deus aderit. Vſus erit, ubi quid ſignificabimus etiam non accerſitum, neq; curatum, tamen euenturum, uelimus nolimus, puta ſenectam, mortem, malefactorum pœnam. Horatius huc alluſit in Odis,

Nec ſatelles Orci
Callidum Promethea
Reuexit, auro captus, hic ſuperbum
Tantalum, atq; Tantali
Genus coërcet, hic leuare functum
Pauperem laboribus,
Vocatus atque non uocatus audit.

Fortaſſis reſpexit huc & Terent. in Eunuch. Vt uocato nihi atque inuocato ſit locus; ſemper.

Influit quod exhauritur. XXXIII

Ἐπιῤῥεῖ τὸ ἐξαντλούμενον. id eſt, Adfluit quod exhauritur. Vbi quis fruſtra ſunùt operam in re quapiam. Lucianus in Sectis, Ἐπιῤῥεῖ καὶ τὴν παροιμίαν τὸ πρᾶγμα ἐξαντλούμενον, ἐς τὸ ἔμπαλιν ἢ τὸν λανκίδων πίθον. i. Influit, iuxta prouerbium, negotium dum exhauritur, ac diuerſum quiddam accidit atque in Danaidum dolio. De philoſophiæ ſtudio loquitur, in quo quantumlibet operæ ſumpſeris, nunquam tamen deeſt quod te laboribus exerceat, & labor laborem ſerit: & iuxta Sophoclem,

Πόνῳ πόνῳ πόνον φέρει. id eſt,
Labre laborem ſirt labor.

Zenodotus carmen prouerbiale recenſet huiuſmodi.

Ἄλλω μὲν ἐξαντλῶμεν, ἐπ' ἐπαορεῖ. id eſt,
Exhauſimus quidem illam, at influit altera.

Sumptum à nautis, nauì pertuſa fruſtra ſentinam exhaurientibus, tantum humoris accipientibus fiſſuris, quãtum ab illis educitur. Videtur ad hanc paræmiam alluſiſſe Plato libro De legib. 7. Τί ἂν πολλὴ αὔξη ὅτ' ἂν ἐπιῤῥεῖ. i. Quid igitur multum augmentum cum affluat. Quem ſanè locum adducit Athenæus lib. Dipnoſophiſtôn quinto, Κατὰ τὸν αὐτὸν δὴ τὸν πλάτωνα ἐπιῤῥεῖ δὴ ὄχλος μοι τοιούτων γεγόνων. i. Siquidem iuxta ipſum iam Platonem affluit mihi turba talium Gorgonum. Seneca libr. De ira ſecundo, Nunquid ille cuius nauigium multum undiq; laxatis compagibus aquam trahit, nautis ipſiq; nauigio iraſcitur? Occurrit potius & aliam excludit uim, deinde aliam egerit, manifeſta foramina præcludit, latentibus & ex occulto ſentinam ducentibus, labore continuo reſiſtit: nec ideo intermittit, quia quantum exhauſtum eſt ſubnaſcitur. Apud Athenæum libr. quarto, quum in conuiuio poſt lentem rurſus aliter cocta lens apponeretur, quidam alludens ad prouerbium ait,

Καὶ τὴν μὲν ἐξαντλῶμεν φακὴν, ἣ δ' ἐπαορεῖ. id eſt,
Exhauſeramus lentem, at influit altera.

Non diſſidet ab illo, ὃ πρώκτῳ πεζεγινομένῳ.

Tibicinis uitam uiuis. XXXIIII

Αὐλητοῦ βίον ζῇς. id eſt, Tibicinis uitam uiuis. In eum iaciebatur, qui laute quidem, ſed alieno uiueret ſumptu. Tibicines enim quoniam in ſacris olim adhibebantur, adeſſe ſolent & in cœnis illis pontificalibus idq; immunes. De hoc hominum genere, ni fallor, ſentit Ariſtotcles, quærens in problematis, quamobrem τεχνῖται διονυσιακοὶ, id eſt, artifices bacchanales, uix unquam bonæ frugis eſſe conſueuerint. Reddit autem triplicem rationem. Siue quòd neceſſarijs artibus magnam uitæ partem occupati, non dant operam philoſophiæ præceptis. Siue quòd aſſidue in delicijs ac uoluptatibus uitam agunt. Siue quòd egeſtas etiam ipſa ad uitia propellit. Problema refertur à Gellio, lib. Noctium Atticarum 20. De tibicinibus, qui Roma Tibur ſeceſſerant, narrat Titus Liuius primæ decadis lib. nono. Poſteaquam perpelli nequibant, inquit, conſilio haud abhorrente ab ingenijs hominum, eos aggrediuntur. Die feſto alij alios, per ſpeciem celebrandarum cantu epularum inuitant: & uino, cuius auidum fermè genus eſt, oneratos ſopiunt, atque in plauſtra ſomno uictos conijciunt ac Romam deportant. Nec prius ſenſere, quàm plauſtris in foro relictis, plenos crapulæ lux eos oppreſſit. Refertur à Diogeniano & Suida. Muſice uiuere dixit Plautus, pro eo quod eſt uoluptariam & otioſam agere uitam. Huc reſpexit Terentius. Vide ocium & cibus quid faciat alienum. Item Alexis apud Athenæum in Commorientibus:

Οὕτω τί τ' ἀλλότριόν ἐσθίειν, ὅστις γλυκύ. id eſt,
Vſqueadeo dulce eſt deuorare non tua.

Et illud apud eundem Theopompi,

Εὐεν

Εὐμπλόλς τάχιστ' ὁ κακῶς ἔχων,
Τἀλλότρια διαπνεῖν τὸν καλῶς οἰκοῦντα. id est,
Sanè eleganter dixit hoc Euripides,
Felicem eum esse, alienis qui usq; cœnitet.

Scytharum oratio. XXXV

Scytharum feritas, apud Græcos in prouerbium cessit, ut quicquid agreste, quicquid barbarũ ac sæuũ intelligi uellent, id Scythicum appellarent. Est apud Lucianum cũ aliis aliquot locis, tũ in meretricio dialogo Chelidonij & Drosæ, τὰ μὲν ἄλλα ἡ ἀπὸ σκυθῶν ξένοις. i. Reliqua quidẽ Scytharũ oratio. sensit in calce literarum fuisse quiddam mitius dictũ, reliqua nihil præ se ferre humanitatis. Quidam inde natũ existimant quod Scythæ Dario regi nihil aliud responderint, quàm κλάιειν. i. ut ploraret: quæ quidem ipsa etiam uox in prouerbium abijt, ut plorare iubeamus quos contemnimus. Aelianus in Epistolis, Ἐγὼ σοὶ τοίνυν, ἃ ἀπὸ σκυθῶν λεγομένα ἀπόκρισις, ἄντικρυς. ἐγὼ μαίνομαι καὶ φρενῶ, καὶ μισῶ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος. i. Itaq; Scytharum, sicuti uocant, responsum hoc tibi sit, Ego insanio & sapio. & odi mortalium genus. Diog. Laërtius in uitis Philosophorum, putat hoc prouerbium natũ esse ab Anacharsidis asperitate. Nam is Scythes natus inter celebres philosophos habitus est Athenæus. Sed uero proximum est quod refert Athenæus libr. 12. Scythas olim opibus ac delicijs florentes in tantam uenisse ferociam, ut quoscunq; populos adissent, summas nares uiris amputarent, horum mulieres Thracum uxoribus corpora subulis pingerent, deniq; cunctis sub illorum dominatu lachrymosa fuerit seruitus, ut in posteros deriuatum sit prouerbium, ἡ ἀπὸ σκυθῶν ξένοις. i. Scythica iniusto siue præscriptio, & ἀποσκυθίσαι dicatur ferro cæsariẽ amputare, quod præter Athenæum indicat & Stephanus. Deniq; σκυθρωπὸς & σκυθρωπὸς pro toruo, tristi, austero, ac truculento, ab eius gentis moribus dictum uidetur, & σκυζεσθαι irasci, quòd ea gens sit subra modum iracunda.

Accipit & glebam erro. XXXVI

Δέχεται καὶ βῶλον ἀλήτης. id est,
Accipit & glebam erro. Hemistichium carminis heroici dici solitum in eos, qui nihil grauantur aut aspernantur: sed quicquid datur, quantumlibet pusillum, id boni consulunt, Neq; intempestiuè dicetur etiam in illos qui rerum inopia laborantes, quiduis undecunq; libenter accipiunt, donec ad fortunam commodiorem emergant. Originem adagionis ad huiusmodi casum referunt. Aletes quidam Corintho pulsus, adhortante oraculo tẽtauit, si posset in patriam redire. Atq; interim rustico cuipiam factus obuius, cibũ mendicauit. Ille, ludibrij opinor causa, glebam ex agro sublatam porrexit. Aletes eam tanquam felix omen accipiens effatus est.

Δέχεται καὶ βῶλον ἀλήτης.

Huius Aletæ mentionem facit & in Corinthiacis Pausanias. Plutarchus in Problemat. haud omnino dissimilem historiam recenset, unde prouerbium ortum uideri queat. Aenianes, inquit, post sedes iam sæpius aliunde aliò transmutatas, tandem in agrum Inacho uicinum descenderunt, quẽ id temporis Inachienses & Achæi obtinebant. Oraculum autẽ proditum erat, si in agrum eos recepissent, futurum ut ueteres incolæ pellerentur: nouí uerò, si quid à uolentibus accepissent, agrum retinerent. Temo quidam igitur inter Aenianes uir solers & cautus, sumpta pera, mendici habitu ad Inachienses accessit. Ibi cum per risum & contumeliã rex mendicanti cibum, cespitem dedisset, in peram coniecit, ac uelut eo contentus, statim è conspectu se subduxit: nec præterea quicquam rogauit. Seniores tum rei nouitate, tum oraculi recordatione submoniti, rege adito censent hominem neutiquam esse negligendum, nec è manibus omittendum. Quòd ubi sensisset ille, fuga sibi cõsuluit, uotaq; protinus hecatõbe, & Apollini inuocato, furtim abijt. Postea congressi prælio, Aenianes pulsis Achæis & Inachiensibus, illorum agros occupauerunt. Hæc fermè Plutarchus. Itaq; competit in illos quoq;, qui magnum quiddam molientes, quiduis & patiuntur & faciunt, ut uoti sui compotes aliquando fiant.

Stentore clamosior. XXXVII

Prouerbialis hyperbole. Stentore clamosior. Iuuenalis,
Vt Stentora uincere possit.
Sumptum è fabula Stentoris: cuius meminit Homerus Iliados ε, εἰς; ferream, hoc est, inuictam attribuit uocem,
Στέντορι εἰσαμένῃ μεγαλήτορι χαλκεοφώνῳ.
ὅς τόσον ἀὐσάσκε βοὴν ὅσον ἄλλοι πεντήκοντα. id est,
Stentoris in specie ualidi, cui ferrea uox, qui
Quinquaginta alios æquans clamore, sonoq;.
Græci μεγαλοφώνους appellant.

In orbem circumiens. XXXVIII

Lucianus in Hermotimo, Ἁπαντᾶς ἐν κύκλῳ περιελθών. id est, Omnes in circulo obiens, dixit, mirum ni prouerbiali figura, quæ durat etiam in hodiernum apud uulgus illiteratum, pro eo quod est, usque ad unum omneis, nemine præterito. Vnde & Latinus dictum est, ambire, quòd singulos prensarent: & obire prouinciam, quòd qui suscipit administrationem, nusquam non adesse oporteat. Lepidius erit si accommodetur ad res animi, uelut si dicas in consultando, πάντα ἐν κύκλῳ, commoda atq; incommoda circumspiciendo.

Optimum aliena insania frui. XXXIX

Optimum aliena insania frui. Plin. Secundus Nat. hist. libr. 18. cap. 3. nominatim prouerbij loco citat. Eodem, inquiens, pertinet, quòd agricolam uendacem oportere esse dixit, fundum in adolescentia conserendum sine cunctatione, ædificandum non nisi consito agro, tunc quoque cunctanter. Optimum est, ut uulgò dixere, aliena insania frui: sed ita ut uillarum tutela nõ sit oneri. Hactenus Plinius. Idem totidem uerbis refertur à Plinio Iuniore in Epistolis, de Reguli stultitia loquente, hominis ridicule ambitiosi, sed tamen ad excitanda studia non inidonei. Admonet adagium, ut ex aliorum erratis ipsi cautiores efficiamur, & alienis periculis reddamur prudentiores: & aliorum desipientia nobis sapiendi præbeat occasionem. Vulgò iactatus uersus est in eandem sententiam:

Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.

Cicero in epistola quadam, bellum esse, scripsit, ex aliorum erratis suam uitam in melius instituere. Plautus item. Feliciter sapit, qui alieno periculo sapit. Extat & huiusmodi quidam mimus Publianus, uti conijcio,

Ex uitio alterius sapiens emendat suum.

Et Demea Terentianus iubet ex alijs exemplum capere. Potest & in hunc accipi sensum, ut is dicatur aliena frui insania, qui alienis fruitur malis, ipse in tuto consistens. Nulla enim uoluptas minoris constat, neq; ulla solet esse iucundior. Sumptum uideri potest prouerbium ex Sophoclis tragœdia, cui titulus, Aiax flagellifer. Apud quem Aiace per insaniam gloriante, quòd hostes sustulisset, cùm sæuisset in pecudes, Pallas Vlyssem ad hoc spectaculum inuitat his uerbis,

Οἰκεῖῶν γέλως ἥδιστος εἰς ἐχθρῶν γελᾶν. id est,
Ridere de hoste risus est suauissimus.

Ingens telum necessitas. XL

Ingens telum necessitas. De re ineuitabili. Liuius primæ Decadis lib. 4. Necessitate quæ ultimũ ac maximum telum est, superiores estis. M. Tullius lib. de amicitia, Nec uerò neglegenda est fama, nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet beneuolentiam ciuium. Vtitur eodem adagio quodam in loco Plinius auunculus. Est aliquoties apud Liuium, Huic rei aliud inuenietur telum. Et eam rem hoc telo maximè parabant, ut pro consilio, rationeq; ac uia gerendi

Ayuntamiento de Madrid

gerendi negotij capi uideatur, fortaßis ſumpta metaphora à uenantibus, qui telo appetunt, quod capere uolunt. Vnde & certa dicentur tela. conſilia quæ nunquam fallunt.

Aduerſum neceſsitatem ne dij quidem reſiſtunt. XLI

ἀνάγκῃ δὲ θεοὶ μάχονται. i. Neceſsitati ne dei quidem reſiſtunt. Hæc ſententia Simonidi tribuitur: ſumpta eſt ex Homero. Refertur duobus locis à Platone, libris De legibus 7. & 5. ἀλλ' ἔοικέν γ' ὁ τοῦ θεοῦ πρῶτον παρεμπιασάμενος ἂν τάνθ' ἁπλῶς ἁπάντων, ὡς δὲ θεὸς ἀνάγκῃ μήποτε φιλῇ μαχόμενος. id eſt, Sed apparet eum qui primum admiſcuit deum prouerbio, hæc ſpectaſſe cum dicit, quòd ne deus quidem unquam uiſus eſt cum fato pugnare. Idem in conuiuio, πολλὰ γὰρ καὶ δεινὰ τοῖς θεοῖς ἐγίγνετο, ὡς λέγεται, διὰ τὴν δὲ ἀνάγκης βασιλείαν. i. Multa uerò & acerba dijs acciderunt, ut dicitur, ob neceſsitatis regnum. Item lib. De legibus 5. ſcribit, τῷ ἀνάγκῃ δὲ τοὺς θεοὺς βιάζεσθαι. i. Ne deos quidem cogere poſſe neceſsitatem. T. Liuius, Pareatur neceſsitati, quam ne dij quidem ſuperant. Palladius, Neceſsitas ferijs caret. Euripides in Helena,

Λόγος γάρ ἐστιν οὐκ ἐμὸς, σοφῶν δ' ἔπος,
Δεινῆς ἀνάγκης δοῦλον ἰσχυρὸν πέλειν. id eſt,
Nanq; illud eſt ſapientum dictum, haud meum.
Nihil neceſsitate dira fortius.

Extat apud Græcos uerſus prouerbialis,

Ὑπὸ δὲ ἀνάγκης πάντα δουλοῦται τάχα. id eſt,
In ſeruitutem cuncta agit neceſsitas.

Euripides in Hecuba,

Στερρὰ γὰρ ἀνάγκη. id eſt,
Rigida nanq; neceſsitas. Horatius.
Si figit adamantinos
Summis uerticibus dira neceſsitas Clauos.

Poëtæ Neceſsitatem deam faciunt, Parcarum matrem, quæ & ipſæ ineluctabiles atq; inexorabiles uocantur. Hanc neceſsitatem philoſophi fatum appellant, quæ eſt æterna rerum ſeries, neceſſario cohærentium: cui ueluti cedens Iupiter apud Maronem, Fata inquit, uiam inuenient.

Et tragicus quidam apud Senecam,

Ducunt uolentem fata, nolentem trahunt.

Squillas à ſepulchro uellas. XLII

Σκίλλας ἀπὸ σήματος τίλλειν. id eſt, Squillas à ſepulchro uellere iubebantur, qui parum ſanæ mentis eſſe uideretur. Hac enim herba malum hoc expiabatur antiquitus. Theocritus in Bucolicis,

Σκίλλας ἰὼν γράιας' ἀπὸ σήματος ἀντίκα τίλλοις. i.
I, ſquillas ab anus, quàm primum uelle ſepulchro.

Innuit, illum quòd in certamine canendi ſuperatus ſit, adeo iracunde ferre, ut periculum ſit, ne uertatur in inſaniam. Et alter ſimile quiddam refert,

Ἔνθεν ὥστε κυκλάμινον ὄρυσσέ νιν ἐς τὸ ἅλιντα. id eſt,
Hinc abiens fluuio infodias cyclaminon Halenti.

Dioſcorides libr. 2. demonſtrat, Cyclaminon Romanis dici rapum, efficacem detrahendo è capite phlegmati. Atque inter cætera eius remedia hoc quoq; commemorat, ſuccum illius melli admixtum inſeri naribus, ac lanam hoc imbutam digito imponi, ad purgandam capitis pituitam. Huius radicem diſſectam reponi aſſeruariq;, non ſecus ac ſquillæ. Denique contuſam & in paſtillos redactam, ualere aduerſus ueneficia, quæ Græci philtra uocant.

Iucundi acti labores. XLIII

Iucundi acti labores. M. Tullius lib. De finibus bonorum & malorum ſecundo. Quid ſi etiam iucunda memoria præteritorum malorum, ut prouerbia nonnulla uetiora ſunt, quàm noſtra dogmata: uulgò enim dicitur, Iucundi acti labores. Ex ipſa hominum natura ſumptum adagium: eſt enim hoc inſitum omnibus, ut iucunda cuiq; ſit anteactorum malorum aut periculorum ſecura recordatio, cõmemoratioq;, præſertim inſignium fatalium, & quæ cum turpitudine coniuncta non ſint, ueluti bellorum, naufragiorum, atque id genus diſcriminum. Vnde dictum eſt ab Horatio:

-Gaudent ubi uertice raſo
Garrula ſecuri narrare pericula nautæ.

Hoc prouerbium ortum ab Homero ceu fonte, à diuerſis deinde ſcriptoribus uarie eſt uſurpatum. Extat autem apud hunc Odyſſeæ lib. 15.

Νῶι δ' ἐνὶ κλισίῃ πίνοντέ τε δαινυμένώ τε
Κύδεσιν ἀλλήλων τερπώμεθα λευγαλέοισιν
Μνωομένώ. μετὰ γάρ τε καὶ ἄλγεσι τέρπεται ἀνὴρ,
ὅς τις δὴ μάλα πολλὰ πάθῃ καὶ πολλ' ἐπαλήθῃ. id eſt,
At nos in ſcamnis ueſcentes atq; bibentes
Triſtibus inter nos recreemus pectora fatis,
Commemorando. etenim ſit, uti poſt gaudeat actis,
Aſpera quiſquis multa tulit per multa uagatus.

Citatur & locus hic, & prouerbium ab Ariſtotele Rhetoricorum lib. 1. ubi commemorat, quæ cuiq; natura uel iucunda ſint, uel moleſta. Vergilius Homerum æmulatus:

Forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit.

Item in Tragœdijs Seneca:

Quod fuit durum pati, meminiſſe dulce eſt.

Circunfertur Græcis & huiuſmodi trimeter prouerbialis:

ὡς ἡδὺ τοῖς σοφοῖσι μεμνῆσθαι πόνων. id eſt,
Memoria dulcis iam peracti olim mali.

Cicero uidetur indicare ſumptum ex Euripide, Nec male, inquit, Euripides. concludam ſi potero Latinè. Græcum enim hunc uerſum noſtis omnes,

Suauis eſt laborum præteritorum memoria.

Conſtat uerſus, ſi pro ſuauis legas ſuaue, niſi malis priſcorum more elidere s, aut quod eſt commodiſſimum, omittere uerbum eſt, niſi mauis ſubijcere poſt laborum.

Aulœdus ſit, qui citharœdus eſſe non poſsit. XLIIII

M. Tullius in oratione pro Murena, cõparationem faciens iureconſultorũ & oratorũ. Itaq; mihi pleriq; uidẽtur, inquit, hoc initio multo maluiſſe, poſt cũ id aſſequi non potuiſſent, iſthuc potiſſimũ ſunt delapſi. Vt aiunt in Græcis artificibus eos aulœdos eſſe, qui citharœdi fieri nõ potuerint. Sic nõnullos uidemus qui oratores euadere nõ potuerunt, eos ad iuris ſtudiũ deuenire. Hactenus Cicero. Rectè dicetur in eos qui malunt in multo inferiore ordine alicuius haberi momenti, quã inter excellẽtes negligi. Quẽadmodũ Iulius Cæſar maluit in frigido oppidulo primus eſſe quàm Romæ ſecundus. Nec male quadrabit in eos qui deſperatione meliorũ ad humiliora ſeſe cõferũt. Citatur idẽ adagiũ in Decretis ex Auguſtino, in monachos malos, ad clericorũ gregẽ deſciſcentes.

Colophonem addidit. XLV

Τὸν κολοφῶνα ἐπέθηκεν. id eſt, Colophonem addidit. Dici conſueuit, cum ſumma manus rei cuipiam imponitur: aut cum accedit id ſine quo negotium confici non poteſt. Originem adagionis indicat Strabo libr. Geographiæ ſuæ 14. ſcribens Colophonios olim cum naualibus copijs abundaſſe, tum equeſtribus uſqueadeo præcelluiſſe, ut ubicunque gentium bellum gereretur quod confici non poſſet, Colophoniorum equitum auxilio profligaretur. Atque inde uulgò natum prouerbium, κολοφῶνα ἐπέθηκεν. id eſt, Colophonem addidit. Refertur à Diogeniano prouerbium. Indicauit & Feſtus Pompeius, ſcribens colophonem dici ſolere, cum aliquid finitum ſignificaretur, tametſi locum cum arbitror non uacare mendo. In eum ſenſum uſus eſt Plato De legibus 2. ἐπὶ τοίνυν δὴ μέθυς χρεία τοῦ κολοφῶνα πρῶτον ἐπιθῶμεν. id eſt, Itaq; de uſu temulentiæ primum colophonem impon

Ayuntamiento de Madrid

imponamus, etiamſi apud Platonem legimus χορεία, præceſſit enim de chorea mentio. Ac mox, ὅτ῾ ὦ ξένοι ἡμῖν, ἃ ξωσθεῖ, κολοφὼν ἐπὶ τῷ περὶ οἴνου λόγῳ ῥηθέντι ἀρκέσθω. Hic nobis hoſpites, ſi uobis idem uidetur, Colophon ſermoni de uino habito dictus eſto. Idem in epiſtola ad Dionyſium tertia, τὴ κολοφῶνα ὦ θαυμάσιε ταῖς ὑποσχέσεσιν ἁπάσαις, νεανικώτατον ἐπέθηκας. id eſt, Colophonem uir præclare, pollicitis omnibus maximè iuuenilem impoſuiſti. Ruſus in Theæteto, καὶ ἐπὶ τούτοις τὴ κολοφῶνα ἀναγκάζω προσβιάζων τῷ χρυσῷ σειρᾷ. id eſt, Et ad hæc adigo Colophonem, ui compellens auream illam catenam. Sentit enim Socrates Homerum per auream catenam ſignificaſſe ſolem, cuius motu ſeruantur omnia protinus interitura, ſi ſteterit. Præcipuum igitur argumentum quo probet quiete corrumpi uniuerſa, motu ſeruari, appellat Colophonem. Itidem Ariſtides in Themiſtocle: κἀνταῦθα κολοφὼν τῷ λόγῳ. id eſt, Atque hic orationis ſummus. Plutarchus in libello De muſica, tametſi ſtilus propè clamitat illius non eſſe: Τούτου τοῦ ſίχου ἀγαθὲ διδάσκαλε κολοφῶνα τῶν περὶ μουσικῆς λόγων ποιήσομαι. id eſt, Hos uerſus bone præceptor Colophonem eorum quæ de muſica diſputata ſunt, feci. Idem in libello De prudentia animantium dixit, κορυφὴν ἵνα ἡ κορυφὴ ὁ λόγος ἐπιθῶ ἐμαυτῷ πάσεται. id eſt, Vt autem ratio ſibi faſtigium imponens finem faciat. Gregorius theologus in libello De fuga ſua, εἶμι γὰρ ἐπ' αὐτὸν ἤδη τὴ κολοφῶνα τῷ λόγῳ. id eſt, Iam enim uenio ad ipſum ſermonis Colophonem. Sunt qui admoneant, prouerbium uſurpari de extremis malis. Ad eum modum uſus uidetur Chryſoſtomus in epiſtola ad Innocentium Romæ epiſcopum. Heſychius admonet, Colophonem interdum dici graculum, quod, ut opinor, ſummis ædium faſtigijs auis ea ſoleat imponi, uelut admonens tuxta cornicem Heſiodiam, ut homines ſibi componant nidos, neq; enim ſemper fore æſtatem. Latinis item dictum eſt, apicem imponere. M. Tullius in Catone maiore. Apex autem ſenectutis eſt autoritas. Reliqua pete à prouerbio quod alibi retulimus, Colophoniũ ſuffragium. Coronidem addere, diximus alibi.

Nullum ocium ſeruis. XLVI

Οὐ σχολὴ δούλοις. id eſt, Non eſt ocium ſeruis. Refertur ab Ariſtotele lib. Politic. 7. Sumptum à ſeruorum conditione, quibus heri nullum concedunt ocium: imò paulo plus etiam imponunt operæ, quam illi præſtare poſſint: ut quàm ſunt in dimenſo parci, tam ſint in operarum penſis liberales. Dicetur in eos quibus propter obnoxiam miniſterijs ſordidioribus conditionem, non uacat honeſtis diſciplinis operam dare. Nam artes liberales hinc dicũtur, quòd ijs ingenui incumberent: utpote quibus & ocium & res ſuppetebat. Accommodabitur haud quaquam inſcite & in improbos, quorum ingenium ita uitijs occupatur, ut non poſſint egregias artes perdiſcere. Nihil enim occupatius ſeruitute. Nulla autem ſeruitus grauior, quàm ſi quis uitijs ſeruiat. Maximè cum is plurimos habeat dominos, eoſq; plurimum inter ſe diſſidentes: & ob id neutiquam eadem imperantes. Etenim ſi quando ſegnities iubet in medios dormire dies, auaritia contrà iubet, prima luce adeſſe in portu, cum tenacitas indicit parſimoniam, amor iubet profundere. Solus itaq; ſapiens & liber eſt, & in ocio uiuit.

Titanas imploras. XLVII

Τιτᾶνας καλεῖς. id eſt, Titanas inuocas. Vbi quis ſuis diffiſus uiribus, alienum implorat auxilium. Sumptum à gigantum fabula, in qua Iupiter ſuo timens Olympo, Titanas in auxilium accerſiuit. Id quod prouerbiali quoq; metaphora Latini uetere quiritari dicebant, autore Nonio Marcello. Tractum à more Romanorum, qui ui oppreſſi, Quirites inuocabant. Sic enim appellant ciues Romanos. Refertur adagium à Diogeniano. Lepidior fiet allegoria, ſi longius à ſimplici figura recedat. Veluti ſi quis theologus non potens ſe diuinis tueri literis ad philoſophorum rationes ſeſe transferat, τιτᾶνας καλεῖ.

Homo bulla. XLVIII

Πομφόλυξ ὁ ἄνθρωπος. i. Homo bulla. Prouerbium hoc admonet, humana uita nihil eſſe fragilius, nihil fugacius, nihil inanius. Eſt enim bulla tumor ille inanis, qui uiſitur in aquis, momento tẽporis enaſcens ſimul & euaneſcens. M. Terentius Varro in præfatione quam ſcripſit in libros De agricultura: Cogitans, inquit, eſſe properandum, quòd ſi, ut dicitur, homo eſt bulla, eo magis & ſenex. Annus enim octogeſimus admonet me ut ſarcinas colligam, antequã proficiſcar è uita. Lucianus item in Charonte, uitas hominũ bullis huiuſmodi ſimiles facit: quarũ aliæ ſimul atq; natæ ſunt, protinus euaneſcunt, aliæ paulo diutius durant, omnes breuiſſimis quibuſdã interuallis, aliæ ſuccedunt alijs. Neq; quicquã profectò potuit excogitari, quod melius repræſentaret, quàm nihil ſit hæc uita noſtra. Primũ quanto diſcrimine prodimus in lucem, deinde quàm deſtituta, quantis obnoxia periculis infantia. Quàm fugax adoleſcentia, quàm præceps iuuenta. Ariſtoteles in lib. Politic. item & Rhetoric. lib. 3. uigorem humani corporis tradit iã euaneſcere anno fermè 35. animi 49. Hippocrates extremã hominis ætatem terminat 49. Iam ſi pueritiã & ſenectam deducas de ratione æui, quæſo quantulum eſt eſt hoc quod relinquetur. Et hoc ipſum tantis circumſcriptum anguſtijs, ſexcẽta morborum genera quotidie infeſtant: nec pauciores impetũt caſus, ruinæ, uenena, naufragia, bellum, terræmotus, lapſus, fulmen, & quid non? Alius acini granũ glutiens præfocatus eſt. Eſt quẽ potus cum lacte pilus ſtrangularit. Neq; deſuit cui ſtiria gelu durata delapſa tecto, ſubitum attulerit exitium. Et hoc eſt animal illud quod tantos molitur tumultus, cuiusq; cupiditatibus orbis hic anguſtus eſt. Nec mihi temperare poſſum, quin hoc loco Plinij uerba adſcribam ex lib. 7. uitæ fragilẽ breuitatẽ ſcite depingentis. Incertũ ac fragile nimirum eſt hoc munus naturæ, quicquid datur nobis. Malignũ uerò & breue, in ijs etiam quibus largiſſimè contingit, uniuerſum utiq; æui tempus intuentibus. Quid quòd æſtimatione nocturnæ quietis dimidio quiſq; ſpatio uitæ ſuæ uiuit: pars æqua morti ſimilis exigitur, aut pœnæ, niſi contingit quies, nec reputantur infantiæ anni, qui ſenſu carent: nec ſenectæ in pœnam uiuacis: tot periculorum genera, tot morbi, tot metus, tot curæ, toties inuocata morte, ut nullum frequentius ſit uotum. Natura uerò nihil hominibus breuitate uitæ præſtitit melius. Hebeſcunt ſenſus, membra torquentur, præmoritur uiſus, auditus, inceſſus: dentes etiam ac ciborum inſtrumenta. Et tamẽ uitæ hoc tempus annumeratur. Ad bullarum ſimilitudinem accedit nobilis illa Homeri comparatio, de caducis arborum foliis, Sic enim Glaucus apud hunc loquitur Iliados 6.

Οἵηπερ φύλλων γενεὴ, τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν.
Φύλλα τὰ μὲν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει, ἄλλα δὲ θ' ὕλη
Τηλεθόωσα φύει, ἔαρος δ' ἐπιγίγνεται ὥρη. id eſt,
Tale quidem genus eſt hominum, quale eſt foliorum.
Quorum hæc uentus humi fundit, rurſum illa uirescens
Profert ſylua, ſimul ueris iam afflauerit aura. Hoc carmine Pyrrhonẽ Academicum peculiariter delectatũ fuiſſe, teſtatur Diogenes Lærtius. Rurſus Homerus Iliados φ.

Οἵ τε φύλλοισιν ἐοικότες, ἄλλοτε μέν τε
Ζαφλεγέες τελέθουσιν, ἀρούρης καρπὸν ἔδοντες,
ἄλλοτε δ' αὖ φθινύθουσιν ἀκύμοροι. id eſt,
Frondibus arboreis ſimiles, nunc ubere fœtu
Exuperant, lætiq; ſatis ueſcuntur agrorum,
Nunc rurſum intereunt, euaneſcuntq; caduci.
Idem alio rurſum loco quopiam,

Οὐδὲν

Οὐδὲν ἀσθενέστερον γῆς θέρει ἀνθρώπου. id est,
Nihil homine enutrit tellus infirmius alma.

Menander apud Plutarchum in libello Consolatorio ad Apollonium:

Τὸ τῆς κεφαλαίον τῶν λόγων ἄνθρωπος εἶ,
Οὗ μεταβολὴν θᾶττον πρὸς ὕψος καὶ πάλιν
Ταπεινότητα ζῷον οὐδὲν λαμβάνει.
Καὶ μάλα δικαίως, ἀσθενέστατον γὰρ ὄν
Φύσει μεγίστοις οἰκονομεῖται πράγμασιν. id est,
Caput atq; summa orationis hæc, homo es,
Quo non aliud est animal usquam, quod modo
Surgat, modo cadat, citius atq; crebrius.
Ac iure sanè, quippe debilissimum
Cum sit, negotia administrat maxima.

Euripides apud eundem:

Οὐ γὰρ ὄλβος, ὃ βέβαιος ἀλλ' ἐφήμερος.
Καὶ μία μία τὰ μὲν καθεῖλεν ὕψοθεν,
Τὰδ' ἦρ' ἄνω. id est,
Nec stabilis est felicitas,
Sed in diem durans, & unicus dies
Et hæc ab alto traxit, hæc & sustulit Ab imo in altum.

Quo quidem in loco Demetrius Phalereus poëtam alioqui laudatum ob elegantiam texasse legitur, qui non ἡμέραν μίαν. i. unum diem, sed σύμπαν χρόνον. i. temporis punctum dicere debuerit. Pindarus uicit etiam Homericam similitudinem: ut qui hominem non frondes, sed umbræ somnium uocarit. Locus est in Pythijs hymno 8. Ἐπαμεροι. τί δέ τις; τί δ' οὔτις; σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωπος. i. Diurni. Quid autem aliquis? Quid autem nullus? Vmbræ somnium homo. Nihil inanius umbra. Videtur enim esse, cum nihil sit. At hac quoq; repperit quiddam inanius, nimirum umbræ somnium. Vt nemo possit dicere, hic est aliquis: neq; rursum, hic est nullus, quòd tam subita sit rerum humanarum immutatio, ut qui uidetur aliquid esse, mox sit nullus: & qui uidetur periisse, mox sit aliquis. Aeschylus apud Stobæum, umbræ fumi similem facit hominis uitam:

Τὸ γὰρ βρότειον σπέρμ' ἐφήμερα φέρει,
Καὶ πιθὸν οὐδὲν μᾶλλον ἢ κάπνου σκιά. id est,
Caduca molitur genus mortalium,
Neq; certa res est ulla, nec tuta haud magis
Atq; umbra fumi. Sophocles item in Aiace:
ἄνθρωπός ἐστι πνεῦμα καὶ σκιὰ μόνον. id est,
Nil aliud ab umbra atq; flatus est homo.

Pindarus in Nemeis hymno 11. εἰ δέ τις ὄλβον ἔχων, μορφᾷ παραμίσγεται ἄλλων, ἔστ' ἀθλοισιν ἀεικέλιον ἐπίδειξεν βίαν, θνατὰ μεμνώσθω πιέζειν ἄλλον μέλαν, καὶ τελευτᾷ ἀπάντων γὰρ ὑπερσόμενος. i. Si quis autem opes possidens, forma præcellat cæteris, & in certaminibus fortiter se gerens ostendit robur, meminerit quòd membra circumfert mortalia, quòd finem omnium terram additurus est. Hanc sententiam inscribi conueniebat aulis, poculis, auleis, & insignibus principum, potius quàm illa gloriosa Qui uolet, & Adhuc longius, aliaq; huius generis. Nil autem uenustius illa comparatione, rosarum repente nascentium, senescëtium, & intercuntium cum hominum uita. Carmen extat titulo Maronis, quod etiam si Vergilianam uenam non admodum resipit, tamen ita scatet gratijs leporibusq;, ut ab autore non solum eruditissimo, uerum etiam festiuissimo, quisquis is fuit, profectum appareat. Huc pertinet quod poëtæ fingunt, mortales omneis à Parcarum filis pendere, quibus infectis protinus decidant. Atq; alios quidem à candidis, alios à pullis suspendi filis. Rursum alios in sublime sublatos pendere, alios terræ uicinos. Omnium tamen hanc eandem esse sortem, ut simul atque inexorabilis Atropos pollice filum secuerit, ilico decidat is qui pendebat. Nec ullum esse discrimen, nisi quòd maiore tumultu decidit is qui pëdebat altius. Rides, & hos lusus esse, iocosq; poëticos existimas? Lusus quidem, sed sæuus ille nimiumq; procax fatorum lusus: quem utinam in gregarios & inutiles homines duntaxat exercerent, in quos conuenit Homericum illud:

Ετώσιον ἄχθος ἀρούρης:

Ac non etiam uiros cœlesti præditos ingenio. tũ autẽ principes optimos ante diẽ è medio tollerẽt. A' quibus non solum non abstinent hanc ludendi licentiam: uerumetiam his quasi dedita opera uidentur insidiari, nimirum ambitiosa quadam inuidentia ut hoc ipsum sibi licere declarent, palamq; faciãt, omnẽ mortalẽ, quicunq; is fuerit, ex æquo bullã esse. Quãta rei literariæ iactura nuper mors immatura terris eripuit Paulum Canalem patricium Venetũ, iuuenẽ quidem illũ uixe dum annos natũ uigintiquinq;, sed deum immortalem, quàm felici ingenio, quàm acri iudicio, quàm ubere facundia, quãta linguarũ, quanta disciplinarũ omniũ scientia præditũ? Nihil sua referre putauit inexorabile fatũ, quòd tantũ adferret dispendiũ bonis literis, qaibus ille iã succurrere nõ instrennue cœperat: quòd tam graue desideriũ excitaret literarũ cultoribus, quòd tantos fructus, tantas studiosorum spes repẽte incideret. Iam uerò Philippi principis mei tam immaturum interitũ, equidẽ nec memorare possum ob acerbissimũ illius desiderium, neq; rursus, quãdoquidem locus admonuit, præterire fas est, propter singularẽ etiã illius in me beniuolentiã. Hunc unũ fortuna, principũ omnium, quos unquam sol uidit, optimũ, maximũ, ornatissimum terris ostendit, sed heu facinus, ostẽdit tantum, ac protinus subduxit. Nam quæ'nã sunt uel naturæ dotes, uel ornamẽta fortunæ: quid diuinitus à superis dari potest mortalibus, quod in illo non fuerit & eximium, & cumulatissimũ? Primum quàm heroica corporis proceritas, quãta formæ, tum dignitas, tũ gratia? Quis oculorũ uigor? Quàm felix indoles, quæ firmitas membrorum, quod robur, qui status, quæ habitudo? Nã de natalium splendore quid attinet dicere? In quibus tot reges, tot imperatores, tot heroas inuenies, ut ne fingi quidẽ possit quicquã illustrius, amplius, luculentius. Accedebat ad hæc arcana uis quædã diuinitus insita, qua fiebat, ut nõ secus ac magnes quidam regũ, gentiũ, suorũ, externorũ, breuiter omniũ mortaliũ animos in sui raperet amorẽ: adeo ut nõ solũ conspectus, cõgressusq;, sed uel auditũ modo Philippi nomẽ, nescio quomodo mirã quandã excitaret beneuolẽtiam. Quaquidem re quid potest summo principi cõtingere felicius? Augebat fatalem hanc amabilitatẽ singularis quædã morũ comitas, dexteritasq;. Itaq; regũ ac nationũ omnium tam mirus in hoc amando cõsensus erat, ut etiã qui paulo ante bello cõflictabãtur, iam positis armis, pari studio ad ornandum Philippũ incumberent. Adeo pacis, cõcordiæ, gratiarũ, ac gaudiorum plena erant omnia, ubicunq; terrarũ affulsisset ille. Quẽ ueterũ ducem, quẽ triumphum non cõtemnat is, qui spectarit, quantũ ueræ beneuolentiæ, quantum studiorũ, quantũ ornamentorum duabus illis in Hispaniã profectionibus certatim cõtulerunt, tot reges, tot proceres, tot nationes, Gallia, Sabaudia, Hispania, Germania, Britannia. Multum ornamenti sibi putabat adiungi, quisquis in Philippũ ornamẽti quippiã contulisset. Quibus de rebus noster extat Panegyricus. Adiunge ad hæc uxoris fœcũditatẽ, liberos omneis incolumes, patrem, ut infinita decora uerbo complectar, Maximilianum: adde tot reges adfinitatis etiam uinculis adglutinatos. Adde imperij magnitudinem, in qua natus: adde regni luculentiam, in quod ascitus: adde paternæ maiestatis successionem, adde tantarum rerum spes quæ tali indoli, talibus fatis, talibus debebantur moribus, certas, siquid omnino certum esse superi uoluissent in rebus mortalium. Quæ iam contigerant, erant maxima, atque hoc maiora, quòd non, quemad

quemadmodum pleriſq;, ui, ſanguine, & alienis calamitatibus accreuerant. Vix enim aliter ingentia poſſidentur imperia. Nihil erat in tot felicitatis Philippi noſtri calculis cruentum, nihil cũ ullius dolore iactura' ue cõiunctum. Quæ uerò impendebant, ſic impendebãt, non ut inuaſurus ea uideretur, ſed ut recuſare non liceret. Tot inquam, dotes, tot ornamenta, tot gentium ſtudia, tot regum optata tam iuſta, tam pia patris amantiſſimi uota, tot patriæ gaudia, tam amplas ſpes, tantam orbis expectationẽ repente properata mors interſecuit, nimisq; crudeli docuit exemplo neminem eſſe mortalem uſqueadeo cœlitibus uicinum, quin bulla ſit. Sed iam dudum tempus eſt, ut his omiſſis ad inſtitutũ negotium recurrat oratio, ne quis merito calumniari poſſit, nos in mediis adagijs declamare. Quanquam uideo Plinium in huiuſmodi locos cauſa uoluptatis frequenter digredi. Me dolor à propoſito nonnihil tranſuerſum egit, non illectauit amœnitas.

Optimum non naſci. XLIX

Venuſtiſſimam & omnium literis celebratam ſententiam uſurpat Plinius Secundus in præfatione ſeptimi libri, ubi collectis innumerabilibus, tum natiuitatis noſtræ periculis, tum uitæ incommodis, ita concludit: itaq; multi extitere, qui non naſci optimum cenſerent, aut quàm ocyſſimè aboleri. Hanc M. Tullius à Sileno profectam ſcribit: quam lib. de conſolatione ſic extulit, teſte Lactantio: Non naſci longe optimum, nec in hos ſcopulos incidere uitæ: proximum autem, ſi natus ſis, quamprimum mori, & tanquam ex incendio effugere uiolentiam fortunæ. Citat idem Lactantius duos hos ſenarios Græcos, quos Athenæus libr. Dipnoſophiſtarum tertio, oſtendit eſſe Alexidis comici.

Τὸ μὴ γενέσθαι μὴδ' κράτιστόν ἐς' ἀνὴ,
ἐπὰν γένηται δ', ὡς τάχιστ' εἶναι τέλος. id eſt,
Haud unquam in auras prodiiſſe potiſſimum eſt,
Aboleri ubi ſis natus ilico, proximum eſt.

Adducit & Theognidem,

Ἀρχὴν μὲν μὴ φῦναι ὑπερθνητοῖσιν ἄμεινον
Μηδ' ἐσιδεῖν αὐγὰς ὀξέος ἠελίου,
Φύντα δ' ὅπως ὤκιστα, πύλας ἀίδαο περῆσαι. id eſt,
Non naſci omnino, primum eſt mortalibus, atq;
Haud unquam ſolis cernere triſte iubar:
Verum ubi ſis natus, quamprimum inuiſere manes.

Citatur & ex Euripide,

ἐγὼ τὸ μὴ δὴν πανταχῆ θνητὸν κακὸν
Κρέισσον εἶναί φημι, μὴ φῦναι βροτούς. id eſt,
Quod ubiq; celebre eſt, dictum ego uerum puto,
Homini eſſe prorſus optimum non naſcier.

Succinit huic Menander,

ὃν οἱ θεοὶ φιλοῦσιν ἀποθνήσκει νέος. id eſt,
Quem diligunt dij, iuuenis ille tollitur.

Extat in hanc ſententiam epigramma Poſidippi, ſiue, quemadmodum alijs placet, Cratetis Cynici, & huic è diuerſo reſpondens, Metrodori. Quæ quoniam elegantiſſima ſunt, non grauabor adſcribere. Cratetis eſt huiuſmodi,

Πολλῶ τὶς βιότοιο τάμοι βίβλον· ἐν ἀγορῇ μὲν
Νείκεα, καὶ χαλεπὰ πρήξεις, ἐν δ' ὁδόμοις
Φροντίδες, ἐν δ' ἀγροῖς καμάτων ἅλις. ἐν δὲ θαλάσσῃ
Τάρβος. ὑπὶ ξένης, ἢν μὲν ἔχῃς τι, φλέος.
Ἢν δ' ἀπορῇς, ἀνιηρόν. ἔχειν γάμον, ἢν μὲν ἀμείνων
ἔαται. ὁ γαμέων, ζῇς ἔτ' ἐρημότερον.
Τέκνα, πόνοι. πήρωσις, ἄπαις βίος. αἱ νεότητες
ἄφρονες, αἱ πολιαὶ δ' ἔμπαλιν ἀσθένιαι.
Ἢν ἄρα τοῖν δυοῖν ἐνὸς αἵρεσις ἢ τὸ γενέσθαι
Μηδέ ποτ', ἢ τὸ θανεῖν ἀυτίκα τικτόμενον.

Id nos ex tempore ſic utcunq; uertimus:

Quod nam iter humanæ cupias inſiſtere uitæ?
Quoquo te uertas, omnia plena malis.
Litigijs cauſiſq; forum ſtrepit uſq; moleſtis.
Perpetua cruciat ſollicitudo domi.
Enecat aſſiduis rus triſte laboribus, undas
Et freta ſi ſulces, mille pericla premunt.
Viuenti peregre, ſi res tibi ſuppetit ampla,
Cuncta miſer metues, nec bene tutus ages.
Rurſum ſi uacuæ pendebunt ære crumenæ,
Vt durum ac miſerum eſt hoſpitem egere uirum.
Coniugium ſequeris, quanta hic te cura ſequetur?
Deſolatus eris, ſi ſine coniuge eris.
Si tollis ſobolem, multo educenda labore eſt.
Non tolles, orbi lumine uita uacat.
Si iuuenis fueris, uaga, & inconſulta iuuenta eſt.
Viribus effœta eſt cana ſenecta ſuis.
Ergo quid reliquum eſt, quæſo, niſi ſanus ut optes,
Alterutrum, aut nunquam triſtibus è ſinibus
Materni prodiiſſe uteri, aut ubi protinus illinc
Exieris, Stygias abdier in latebras?

Metrodori ſic habet huic diuerſum:

Παντοίῳ βιότοιο τάμοις βίβλον· εἰν ἀγορῇ μὲν
Κύδεα καὶ πινυτὰ πρήξεις, ἐν δ' ὁδόμοις
ἄμπαυμ'. ἐν ἀγροῖς, φύσιος χάρις, ἐν δ' θαλάσσῃ
Κέρδος. ὑπὶ ξένης, ἢν μ' ἔχῃς τι, κλέος.
Ἢν δ' ἀπορῇς, μόνος οἶδας. ἔχειν γάμον, εἰκὸς ἄρίστῳ
Ἔσσεται, ὃ γαμέων, ζῇς ἔτ' ἐλαφρότερος.
Τέκνα, πόθος. ἄφρονες ἄπαις βίος. αἱ νεότητες
Ῥωμαλέαι. πολιαὶ δ' ἔμπαλιν ἀσθενέες.
Οὐκ ἄρα τῶν δυοῖν ἐνὸς αἵρεσις, ἢ τὸ γενέσθαι
Μηδέποτ', ἢ τὸ θάνειν ἄντικα γ' ἐσθλὰ βίος.

Quod ipſum etiam ad hunc modum uertimus.

Quamlibet imò uiam uitæ ingrediare licebit,
Vndiq; blanditur plurima commoditas.
Concio ſi placet atq; forum, hinc uberrima famæ
Materia, hinc ingens gloria colligitur.
Hic bene tractandis prudentia callida rebus
Excitur, rurſum uita quieta domi eſt.
Rura petis, uario illic oblectamine mentem
Naturæ facies paſcet amœna tuam.
Dulcia prædiues lucra ſuppeditauerit æquor.
Si peregre uiuis, resq; tibi ſupereſt,
Multus honos comitatur: habes nihil, ergo pudori
Eſt minus, ipſe tibi conſcius unus eris.
Vxor ducta tibi eſt, domus optima proinde futura eſt.
Non ducta eſt, curis exoneratus ages.
Si tibi dulce patris cognomen pignora nata
Donant, & quod ames, unde & ameris erit.
Orbus ages, orbi eſt ſine ſollicitudine uita,
Quam patribus ſobolis ferre alitura ſolet.
Vt conſtant uiridi, roburq; uigorq; iuuentæ,
Commendat pietas ſic ſua canicies.
Nil igitur uideo cauſæ, cur alterutrum optes
Aut naſci nunquam, aut intercriſſe ſtatim.
Quandoquidem humanæ quæ tandem eſt portio uitæ
Non optanda bonis atq; adamanda ſuis?

Extat in hanc ſententiam & Auſonij carmen non inelegans, in quo collectis omnibus huius uitæ malis, concludit ad hunc modum: Ergo

Optima Graiorum ſententia, quippe homini aiunt,
Non naſci eſſe bonum, aut natum cito morte perire.

In hac opinione uidẽtur & Thraces fuiſſe, quibus mos erat in lucem æditos lachrymis proſequi, mortuos conuiuijs & tripudijs. Huius rei meminit Quintilianus Inſtitutionum oratoriarum libr. 5. Item Plinius & Valerius Maximus. Herodotus in quinto hiſtoriæ ſuæ lib. à quo hæc fabula profecta eſt, ait Trauſos gentem eſſe Thracibus finitimum, quæ

cætera

Ayuntamiento de Madrid

cætera quidem cum Thracum moribus concordet, unum illud habeat peculiare, quod ædito infante propinqui circunſidentes cùm ploratu commemorent, quantum calamitatum illi ſit perferendum, uitam ingreſſo. Contra defunctum hominem cum luſu lætitiáq; efferant, recenſentes quàm multis malis ſubductus ſit. Plutarchus De audiendis poëtis è tragico quopiam hos ſcenarios refert, quos Ariſtides in Themiſtocle Euripidis eſſe docet,

Τὸν φύντα θρηνεῖν εἰς ὅσ' ἔρχεται κακὰ,
Τὸν δ' αὖ θανόντα καὶ πόνων πεπαυμένον
Χαίροντας ὀμφιβάντας ἐκπέμπειν δόμων. id eſt,
Plorare natum, ut maxima ingreſſum mala,
At mortuum, uitæq; ſubductum malis
Efferre lætos gratulantesq; ædibus.

Senſerunt ucteres uitam humanam per ſe miſeram & calamitoſam eſſe. Proinde Homerus paſſim, θνητοὺς βροτοὺς, id eſt, Miſeros mortales appellat. Et hunc æmulatus Maro:

Optima quæq; dies miſeris mortalibus æui
Prima fugit.

Menander apud Stobæum, ſufficere putat ad calamitoſi nomen, ut homo ſis.

Ἀνθρωπος ἱκανὴ πρόφασις εἰς τὸ δυσυχεῖν.

Homerus,

Ὡς γὰρ ἐπικλώσαντο θεοὶ θνητοῖσι βροτοῖσι
Ζώειν ἀχνυμένοις. id eſt,
Sic etenim ſtatuere dei mortalibus ægris,
Vt uiuant curis diſtricti. Idem Iliados ϱ.
Οὐ μὲν γάρ τί πω ὀϊζυρώτερον ἄνθρωπος
Πάντων ὅσσα τε γαῖαν ἔπι πνείει τε καὶ ἕρπει. id eſt,
Nil æque miſerum eſt, ut homo, quæcunque animantum
Vitalesq; trahunt auras, ſerpuntq; per arua.

Sophocles in Oedipo Colonæo:

Μὴ φῦναι τὸν ἅπαντα νικᾷ λόγον. id eſt,
Non naſci omnem ſuperat rationem.

Eleganter & Menander apud Plutarchum libello De animi tranquillitate,

Ἀλλ' ἐστὶ οἰκεῖός τι λύπη καὶ βίῳ. id eſt,
Cognata ſunt hæc ſibi, dolere ac uiuere.

Quòd hominum uita ſuapte natura multis moleſtijs ſit obnoxia. Nec illepide Plautus in Bacchidibus:

Vixiſſe nimio ſatius eſt, quàm uiuere.

Tanquam in ſpeculo. Tanquam in tabula. L

Hyperbolæ prouerbiales ſunt & hæ, καθάπερ ἐν κατόπτρῳ, καὶ ὥσπερ ἐν γραφῇ. id eſt, Tanquam in ſpeculo, tanquam in tabula. De re uehementer euidente perſpicuáq;. Terentius in Adelphis: Denique inſpicere tanquam in ſpeculum uitas omnium iubeo. Plato lib. De legibus 10. ὡς ἐν κατόπτροις. id eſt, Tanquam in ſpeculis. Propterea quòd inter multa, quæ rerum referunt imagines, uelut aqua, æs politum, gemmæ quædam, nihil æque perſpicue reddit ſimulachra, ut uitrum plumbo ſublitum. Nam uitrum quidem ut rarum ac pellucidum maximè capax eſt imaginum, uerum acceptas nõ perinde continet ob pellucentiam: proinde ſublitum plumbum, ob nigrorem aliquem naturæq; denſitatem ſiſtit impreſſam imaginem, neque dilabi ſinit. Euaneſcunt enim ſimulachra, non ſecus atq; candelæ lumen in ſole, quoties excipiantur in corpore nimium tenui perſpicuoq;, uelut in ære, pura aqua, cryſtallo, uitroq; non obſcurato corporis alicuius oppoſitu. Rurſum in nimium denſis & obſcuris non hærent, uelut in ſilice, ligno ue. Proinde natura ſolertiſſima rerum omnium architectrix, oculum animantium ad ſpeculorum imaginem finxiſſe uidetur, quippe parti pellucenti nigrorem quendam adiunxit à tergo, quo ſublato, protinus tollatur & uidendi facultas. Vnde ſcite dictum eſt illud, ut ſpeculum oculus eſt artis, ita oculum eſſe naturæ ſpeculum. Illud miraculo dignum. ſpeculum non modo clariſſimè repræſentare ſimulachra rerum omnium, quæcunque obiecta ſunt, uerumetiam interualla, colores, motus, breuiter res ipſas penè dixerim euidentius quàm ſunt, hoc uno diſcrimine, quod aduerſa refert. Cuius cauſa hæc eſt, quòd ſpecies quæ à corpore ſolido per aërem manat ad ſpeculi ſuperficiem, ſimplex puraq; eſt, unde fit, ut non alia ſit auerſa, quàm aduerſa. Quibus de rebus acutiſſimè multa diſſeruit Ambroſius Leo Nolanus noſter in quæſtionibus ſuis. Iam ars picturæ à rudibus initijs profecta, eò ſubtilitatis excreuit, ut non oculis hominum, ſed etiam auibus impoſuerit, effeceritq;, ut ueras res eſſe crederent, quæ coloribus erant fucata.

Salſitudo non ineſt illi. LI

Ἁλμὴ οὐκ ἔνεστιν αὐτῷ. id eſt, Salſitas non ineſt illi. In inſacetos & fatuos ac ſtupidos. Sal enim primum, maximeq; commune condimentum uidetur: Plin. lib. 31. indicat, metaphoram eſſe ſumptam ab uſu ſalis, quod in omnibus cibis ſit condimenti uice, & auiditatem inuitet. Ergo hercle, inquit, uita humana ſine ſale nequit degere, adeo neceſſarium elementum eſt, ut tranſierit intellectus ad uoluptates animi quoq;. Nam ita ſales appellantur, omniſq; uitæ lepos & ſumma hilaritas, laborumq; requies, non alio magis uocabulo conſtat. Atq; hinc inſulſa oratio, quæ nihil habeat leporis, & inſulſus homo moribus inelegãtibus. Contra ſalſum dicterium, quod acrimonia quadam mordeat. Et ſales uocant feſtiuiter & argute dicta, non ſine illecebra quadam mordacitatis. Seneca non uult ſales noſtros dentatos eſſe. Quintilianus Inſtitutionum lib. 6. capite de riſu: Salſum, inquit, in conſuetudine pro ridiculo tantum accipimus. Natura non utique hoc eſt, quanquam & ridicula oporteat eſſe ſalſa. Nam & Cicero, omne, quod ſalſum, ait eſſe Atticorum, non quia ſint maximè ad riſum compoſiti. Et Catullus cùm dicit,

Nulla in tam magno eſt corpore mica ſalis.

Non hoc dicit, nihil in corpore eius eſſe ridiculum. Salſum igitur erit, quod non erit inſulſum, uelut quoddam ſimplex orationis condimentum, quod ſentitur latente iudicio, & uelut palatum excitat, quod & à tædio defendat orationem. Sanè tamen, ut ille in cibis paulo liberalius aſperſus, ſi tamen non ſit immodicus, adfert aliquid propriæ uoluptatis: ita hi quoq; in dicendo habent quiddam quod nobis faciat audiendi ſitim. Hactenus ille. Porrò Catulli carmen, quod Fabius citat, ſic habet:

Quintia formoſa eſt multis, mihi candida, longa,
Recta eſt, hæc & ego ſingula confiteor.
Totum illud formoſa nego, nam nulla uenuſtas,
Nulla in tam magno corpore mica ſalis.

Quo quidem in loco ſtultiſſimè carpit Fabium Catullianus interpres, quaſi poëtæ uerba parum perpenderit, cum ipſe dormitans Fabij uerba parum perpẽderit. Negat enim Fabius ſalſum uocari, quicquid ridiculum ſit, etiam ſi uulgò ſic uſurparent indocti. Alluſit ad hoc adagium Terentius in Eunucho: Qui habet ſalem, qui in te eſt, fatuum militem & inſipidum intelligi uolens. Cui poſtea ſimili ironia, Atticam tribuit eloquentiam M. Tullius Philippica 2. At etiam quodam loco facetus eſſe uoluiſti. Quàm id, dij boni non decebat, in quo eſt tua culpa nulla: aliquid enim ſalis ab uxore mima trahere potuiſti. Salem dixit feſtiuitatem. Refertur à Diogeniano & Zenodoto.

Acetum habet in pectore. LII

Huic germanum eſt Plautinũ illud in Bacchid. Nunc experiar, ſit ne acetũ, tibi cor acre in pectore. Legitur & aliàs apud hunc ipſum. Ecquid habet acetum in pectore? pro eo quod eſt: Num ſapit? num quid habet aſtutiæ? Nam ut ſalſa, itidem & acida, palatum iuuãt, acuuntq;, & irritant ſtomachum. Horatius in Sermonibus, acetum pro mordacitate dixit:

Ayuntamiento de Madrid

At Græcus poſtquam eſt Italo perfuſus aceto,
Perſius exclamat.

Et hoc ipſum, aceto perfundere, prouerbij ſpeciem habet, ſicut, & illud ex Sermonibus Horatianis:

—At idem quòd ſale multo
Vrbem defricuit, charus laudatur eadem.

Solus ſapit. LIII

Narrat Diogenes Laërtius, Chryſippum philoſophum uſqueadeo ſibi placuiſſe, ut conſultus à quodam, cui potiſſimum filium ſuum philoſophiæ præceptis inſtituendum traderet, ſibi committendum reſponderit. Nam ſi quem, inquit, alium me præſtantiorem arbitrarer, ipſe apud hunc philoſophiæ darem operam. Vnde & illud Homericum de eo uulgò iactatum fuiſſe, quòd ſolus ſaperet, reliqui uerò umbræ ferrentur. Eſt autem apud Homerum Odyſſ. K. de uate Tireſia, cui uni Proſerpina dederit ut etiam uita defunctus ſaperet, reliquas umbras uolitare, & eas quidem nihil aliud quàm umbras:

Τῷ καὶ τεθνειότι νόον πόρε περσεφόνεια,
Οἴῳ πεπνύσθαι, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀίσσουσιν. id eſt,
Huic etiam extincto dederat Proſerpina mentem
Solus uti ſaperet, reliquis uolitantibus umbris.

Vſurpatur & à Platone, tanquam prouerbij loco: Vnde licet conijcere, carmen hoc Homeri unum fuiſſe ex ijs, quæ plurima Macrobius ſcribit, adagionum inſtar ſolere celebrari. Sic & Cato ſenior de Scipione Iuniore pronuntiauit, ut narrat Plutarchus in Præceptis ciuilibus: ac rurſum in Apophthegmatis Romanorum,

Οἵδε πέπνυται, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀίσσουσι. id eſt,
Ille ſapit ſolus, uolitant alij uelut umbræ.

Apte dicetur de ijs, qui tanto interuallo reliquos omneis poſt ſe relinquunt, ut illi nihil niſi umbræ præ his eſſe uideantur, planè quemadmodum Græci dicunt, λῆρος καὶ φλυαρία. id eſt, Nugæ deliriáq;.

Canem excoriatam excoriare. LIIII

Κύνα δέρῃ δεδαρμένον. id eſt, Canem excoriare excoriatam. Suidas ait dici ſolere de ijs qui iterum ea patiuntur, quibus aliquando fuerunt afflicti: Ariſtophanes in Lyſiſtrata, nam hanc quoque nomine huius inſcriptam inuenio,

Τὸ Φ φερεκράτη νύν δέρῃ δεδαρμένον. id eſt,
Iuxta Pherecratem detrahere cutem cani,
Detracta cui iam eſt.

Diogenianus ait conuenire in eos, qui fruſtra ſumunt operam. Sunt qui putent magis conuenire, cum quis affligit afflictum. Confine eſt illi, quod alibi diximus, ἄσκαρ δέρεις. id eſt, Vtrem excorias. Quod uſurpat Ariſtophanes in Nebulis,

Per'que enſes, per'que ignem oportet irrumpere. LV

Διὰ καὶ μαχαιρῶν, καὶ πυρὸς δεῖ τοῦτ' δέῃ. id eſt,
Perq; ignem cundum eſt, & per enſes impetu.

Cum ſignificamus quiduis periculi ſubeundum. Ariſtoph. in comœdia, cui titulus, Lyſiſtrata,

Κἄν με χρὴ διὰ πυρὸς Εθέλω βαδίζειν. id eſt,
Et ſi per ignem ſiet opus Tranſire cupio.

Et Terentius ait paraſitum non grauaturum, uel è flamma cibum petere. Calliæ adulatores taxauit comœdia, ὅτι ὁ μὲν, ὁ οἰδάκης, ὁ δὲ χαλκὸς ἔργα μὴ φοβεῖται τὰ λεῖπνον. id eſt, Quòd non ignis, non ferrum, neque æs prohibuerit illos, quo minus uenitarent ad cœnam. Hæc citat Plutarchus ex Eupolide. Refert eadem in libello De diſcrimine adulatoris & amici. Horatius item,

Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes,
Impiger extremos curris mercator ad Indos.

M. Tullius Tuſculanarum quæſtionum lib. 2. Quæ flamma eſt, per quam non cucurrerint, qui hæc olim punctis ſingulis colligebant, id eſt, Quid non uel fecerunt, uel perpeſi ſunt?

Non impetam lingua. LVI

Οὐκ ἐπιγλωττίσομαι. id eſt, Non inceſſam lingua. Figuræ nouitas in prouerbium abijſſe uidetur, autore Diogeniano. Ariſtophanes in Lyſiſtrata,

Περὶ τῶν ἀθλίων δ' ἂν ἐπιγλωττίσομαι. id eſt,
At lingua Athenas neutiquam inceſſam mea.

Heſychius citat Aeſchylum in Heraclidis. Græcis ἐπιγλωττεῖσθαι, eſt linguæ conuicijs inceſſere, quaſi dicas, inlinguare, quemadmodum à uola dicimus inuolare. Propriè uerò pertinet ad male ominantes. Rapiuntur enim dicta in omen, uelut in augurium uenturi mali boni ue. Vnde ſemper à maledictis temperandum. Pindarus in Pythijs hymno quarto, inter cæteras uirtutes laudat & linguam à maledictis temperantem. Ὀρφανίζῃ μὲν κακὰν γλῶσσαν φαεννᾶς ἀπὸ. id eſt, Priuans malam linguam uoce dilucida. Interpres citat in hanc ſententiam carmen Heſiodi,

Μηδὲ κακῶν ἑταίρων, μὴ δ' ἐσθλῶν νωμητῆρα. id eſt,
Haud ſolitum ſocijs certare bonis ue malis ue.

Vti licebit, cum ſignificabimus nos de re quapiam periculoſa nolle uerba facere, ueluti de rebus principum aut potentum ἂν ἐπιγλωττίσομαι. Verbum inde ductum, quòd qui temere loquuntur, ὅτι ἂν ἐπὶ γλῶτταν ἔλθοι, loqui dicuntur, ſicut alibi monſtrauimus.

Harena ſine calce. LVII

Vt autor eſt Suetonius, Caligulæ Cæſari, uſqueadeo placebat ardor ac uis in dicendo, ut Senecæ orationem, ſine calce arenam ſit ſolitus appellare, tanquam diſſolutam ac neruis carentem & ordine, quæ quodammodo compages eſt totius ſermonis ſuo quicq; loco diſponens. Quanquam autem Caligula multa parum integræ mentis dedit argumẽta, tamen in hoc iudicio minimum aberrauit à ſcopo. Seneca fertur impetu quodam, minimè ſeruiens ordini. Hoc inter egregias uirtutes habet neui. Male cohæret arena, ni calcẽ admiſceas. Confine eſt illi quod alio dictum eſt loco, Scopæ diſſolutæ.

Lupus hiat. LVIII

Λύκος ἔχανεν. i. Lupus hiat dicebatur, ſi quis re multũ ſperata, multumq; appetita, fruſtratus diſcederet. Aiunt enim lupum prædæ inhiantem rictu late diducto accurrere, qua ſi fruſtretur, obambulare hiantem. Ariſtophanes in Lyſiſtrata.

Οἷς πιστὸν οὐδέν, ἀμέπερ λύκῳ κεχηνότι. id eſt,
Quicis nihil fidum ac tutum eſt, inhianti niſi lupo.

Item Lucianus in Gallo, εἰσῆειν ἔγω, μάτην λύκος χανὼν παρὰ μικρόν. id eſt, Ingrediebar itaq; cum parum abfuiſſet ut lupus hians diſcederem. Dionyſius ſophiſta in epiſtola quapiam: ἆρα μὴ λέληθα ἐμαυτὸν εἰς παροιμίαν ἐλθὼν, καὶ γέγονα λύκος χανὼν διὰ κενῆς; i. Num inſciens in prouerbium incidi, factusq; ſum lupus fruſtra hians? Apud Athenæum lib. 14. citantur hæc ex Eubulo,

Επαγ' ἔπαγε μάπολ' ὡς λύκος χανὼν
Καὶ τῶν δ' ἁμαρτὼν ὕστερον συχνὸν δρᾳμῆς. id eſt,
Properato propera, more ne lupino hians
Fruſtratus his, in poſterum curras diu.

Porcellus Acarnanius. LIX

Χοιρίσκος ἀκαρνάνιος. id eſt, Porcellus Acarnanius. In mollem & amabilem, atq; in delicijs habitum dicebatur. Lucianus in Dialogis meretricijs, λᾶος μοι φαίνει χαρίεις, καὶ χοιρίσκος ἀκαρνάνιος. id eſt, Lenis mihi, ut aiũt, Chæreas, & porcellus Acarnanius. Alluſum, opinor, ad porcellum, quem inducit Ariſtophanes ἐν ἀκαρνεῦσιν, ſymbolum eorum membrorum, quibus obſcœnæ uoluptates peraguntur.

Megaricum machinamentum. LX

Μεγαρικὴ μηχανή. id eſt, Ars Megarenſis dicitur, cum dolo & aſtu res agitur, non ſyncera fide. Olim enim Megarenſes uulgò

Ayuntamiento de Madrid

uulgò male audiebant, tanquam fraudulenti ac ficti, quod aliud ſentire ſoleant, aliud loqui, ut indicat Ariſtophanis interpres. Citatur apud Suidam hic ſenarius,

Αλλ' ἔστι γάρ μοι μεγαρικά τις μαχανά. id eſt,
Sed enim ars adeſt mihi quæpiam Megarenſium.

Eſt autem apud Ariſtophanẽ in fabula cui titulus, ἀχαρνῆς. Celebrantur Megarenſium uaſcula fictilia: uide num huc ſpectet prouerbium: deinde conſtat Euclidem Socraticum fuiſſe Megarenſem, qui ſuſcepit ſcholam Megaricam. Hic fuit inſignis machinarũ artifex. Fieri poteſt ut hinc natum ſit adagium. Ad hæc eſt ciuitas eiuſdem nominis in Theſſalia pontica, & de Theſſalico commento dictum eſt aliàs. Sphinges Megaricas pòſt referemus.

Seruus ſeruo præſtat, dominus domino. LXI

Δῶλος δεσπότῃ, δεσπότης δεσπότῃ. id eſt,
Seruúſq; ſeruus potior eſt, heruſq; hero.

Senarius eſt prouerbialis, admonens in eodem hominum genere non ſtatim omnes æquales eſſe, uerum hominum habendam eſſe rationem, non tantum conditionis. Veluti generoſus antecellit ſuopte genere plebeium. Verum eſt non mediocre diſcrimen inter generoſum & generoſum, itidem inter plebeium & plebeium, adeo, ut quoſdam plebeios nonnullis ingenuis anteponas. Ariſtot. lib. Politic. 1. τὰ μὲν ἐντιμώτερα ἔργα, τὰ δ' ἀναγκαιότερα, καὶ τῇ τῶν βαρβάρων μίαν,

Δῶλος δεσπότῃ, δεσπότης δεσπότῃ. id eſt,

Quædam miniſteria honoratiora, quædam autem magis neceſſaria. Et iuxta prouerbium,

Heroúſq; herus, ſeruúſq; ſeruus eſt prior.

Dædali opera. LXII

Δαιδάλεια ποιήματα. id eſt, Dædalea opera dicuntur, quæ nouo artificio fabricata ſunt & admirando. Hinc natum, quod cum ueteres illi plaſtæ formas animalium cæcas fingerent & immobiles, Dædalus inſolito artificio primus & oculos induxit, & neruis quibuſdam additis effecit ut huc atq; illuc mouerentur, adeo ſcite, ut ſpectantibus uiuere atq; ingredi uiderentur. Vnde ferunt quædam Dædali ſigna uinciri pedibus ne aufugiant. Huius rei meminit Plato in Menone, his quidem uerbis: ὅτι τοῖς Δαιδάλου ἀγάλμασιν ὁ πρόσοχος τὸν νοῦν. Ἴσως δὲ δι' ὅτι παρ' ὑμῖν. πρὸς τί δὲ τοῦτο λέγεις, ὅτι καὶ ταῦτα ἐὰν μὲν μὴ δεδεμένα ᾖ, ἀποδιδράσκῃ καὶ ἀπαπτέσθαι, ἐὰν δὲ δεδεμένα παραμένει. τί οὖν δή; τῶν ἀνδρίαντα ποιημάτων λελυμένων μὲν ὀκτῶ τις ὁ πολλὰς τιν ἄξιόν ἐστι τιμῆς ὥσπερ ἀνδράποδον. οὐ πολὺ παραμένει, δεδεμένον δὲ πολλοῦ ἄξιον. id eſt, Quoniam non animaduertiſti Dædali ſigna. Fortaſſis ne ſunt quidem apud uos. Quorſum iſtuc dicis? Quoniam illa quoq; ni reuincta fuerint, diſcedunt atq; aufugiunt. Sin uincta ſint, conſiſtunt. Quid tum poſtea? Si quod ex illius operibus ſolutum poſſideas, haud quaquam magno æſtimandum, perinde quaſi ſeruum poſſideas fugitiuum. Neq; enim apud te manet. Sin autem uinctum, id magno æſtimandum ſit. Idem in Hippia maiore ſic refert, quaſi de priſcis & obſoletis dici ſoleat, εἰ ἄρα νῦν ὦ ἱππία ὁ Βίας ἀναβιώη, γέλωτ' ἂν ὤφλοι πρὸς ὑμᾶς. ὥσπερ ἡμῖν τὸν Δαίδαλόν φασιν οἱ ἀνδριαντοποιοὶ νῦν, εἰ γνώμην τοιαύτ' ἐργάζοιτο, οἷα ἦν ἀφ' ὧν τὸ νόμα ἔσχε, καταγέλαστον ἂν εἶναι. id eſt, Si ſanè nunc ô Hippia Bias reuiuiſcat, riſum apud uos tulerit, quemadmodum & horum temporum ſtatuarij de Dædalo narrant, ſi nunc uiuens talia proferat opera, qualia erant illa unde famam ac nomen adeptus eſt, deridiculum fore. Memunit & Ariſtoteles lib. Politicorum 1. de Seruis loquens, quos ait nihil aliud eſſe quàm inſtrumenta uitæ. Εἰ γάρ, inquit, ἠδύνατο ἕκαστον τῶν ὀργάνων κελεύσθεν ἢ προαισθανόμενον ἀποτελεῖν τὸ αὐτοῦ ἔργον, ὥσπερ τὰ Δαιδάλου φασὶν, ἢ τοὺς Ἡφαίστου τρίποδας, οἵς φησιν ὁ ποιητὴς αὐτομάτους θεῖον δύεσθαι ἀγῶνα, ὅτως ἂν κερκίδες ὑφαίνοιεν αὐταὶ, καὶ τὰ πλῆκτρα κιθαρίζοι, εὐλόγως ἂν ἔδοξε τοῖς ἀρχιτέκτοσιν ὑπηρετῶν, οὕτε τοῖς δεσπόταις δέλεαρ. id eſt, Etenim ſi fieri poſſet, ut unumquodque inſtrumentum uel iuſſum, uel per ſe præſentiens, ſuum opus perageret, quemadmodum aiunt Dædali ſtatuas facere, & Vulcani tripodes, quos poëta ſcribit ultro in diuinum certamen proäiiſſe, itidem & pectines per ſe texerent, & plectra cithara canerent, haud quaquam opus haberent, neq; architecti miniſtris, neq; domini ſeruis. Locus quem citat Ariſtoteles, eſt apud Homerum Iliados ſexto. Meminit idem De animalib. 1. refellens opinionem Democriti, cenſentis animam ita mouere corpus, ut ipſa prius mota, moueret. Ait enim Democritum tale quiddam adferre, quale ſit apud Philippum comœdiarum ſcriptorem. Is enim ſcripſit à Dædalo ligneam Venerem fabricatam fuiſſe, quæ moueretur argento uiuo infuſo. οἷον, inquit, ἀνιμᾶται καὶ παραπλησίως λέγων φιλίππῳ ὡς κωμῳδιοδιδασκάλῳ. φησὶ γὰρ τὸν Δαίδαλον κινεῖν ποιῆσαι τὴν ξυλίνην ἀφροδίτην, ἐγχέαντα ἄργυρον ζωτόν. Proinde prouerbium ad uarios uſus poterit accommodari. Vel ubi res inuſitata arte confectas ſignificabimus. Nam Homerus artificioſa Dædala uocat.

Ος χερσὶν ἐπίσατο δαίδαλα πάντα τεύχειν. id eſt,
Qui manibus norat fabricari dædala cuncta.

Item Pindarus in Olympiacis:

Καὶ δεδαιδαλμένοι ψεύδεσι ποικίλοις
Ἐξαπατῶντι μῦθοι.
Et arte confictæ mendaciſs uarijs fallunt fabulæ.

Et Vergilius Dædalam Circen uocat, quòd nouis & admirandis artibus homines uerteret in feras. Quin & orationis poliendæ artifices λογοδαιδάλους, & obſoniorum peritos ὀψοδαιδάλους appellant Græci. Vel cũ inconſtantiam & inſtabilitatem cuiuſpiam ſignificabimus. Sic enim apud Platonem in Euthyphrone, Socrates argumenta non conſiſtentia, Dædaleis operibus ſimilia uideri dici. Euthyphron autem reſpondet, Socratem ſibi pro Dædalo eſſe, quippe qui rationes ſuas non ſinat conſiſtere, rurſus coarguens & euertens quod paulo ante uiſus ſit approbare.

Furem'que fur cognoſcit, & lupum lupus. LXIII

Ἐγὼ δὲ φῶρ τε φῶρα καὶ λύκῳ λύκον. id eſt,
Furemq; fur cognouit, & lupum lupus.

Ariſtot. 7. lib. Moralium Eudemiorum hunc quoq; ſenarium citat inter adagia ſimilitudinis. Amant enim uulgò ſe mutuo, qui ſimilibus uitijs laborant, præcipuè fures. Et lupi latronum inſtar collecti graſſantur. Videmus in quibuſdam ob arcanam ingeniorum cognationem protinus amorem naſci. Contra aduerſus alios odium ob naturæ diſſimilitudinem. Ad hanc ſimilitudinem & diſſimilitudinem Democritus referebat omnes omnium rerum cauſas, adeo ut interrogatus de cane ſemper eidem lateri incubante, quamobrem id faceret, reſponderit, ὅτι ἔχει τι κεραμίδι ὅμοιον ἡ κύων. id eſt, Quoniam habet canis aliquid cum illo latere ſimile. Id obiter narrat Ariſtot. lib. Magnorum moralium 2. inter prouerbia ſimilitudinis, irridens Democritum. Quid enim ſimile habet later cum cane? Nec tamen à Democrito multum abſunt medici quidam, qui ad omnem percunctationem obijciunt nobis, neſcio quam, occultam rerum proprietatem.

Terra amat imbrem. LXIIII

Ἐρᾷ μὲν ὄμβρου γαῖα. id eſt,
Nam terra gaudet imbre.

Vbi quis deſiderat ea quæ ſibi nouit eſſe accommoda conducibiliaq;. Citat hoc hemiſtichium, ueluti prouerbiale Ariſtoteles lib. Moralium Eudemiorum 7. oſtendens non ſolum

Ayuntamiento de Madrid

ſimilitudinem conciliatricem eſſe amicitiæ, uelut inter ſures, graculos & lupos: uerumetiam diſſimilitudinem nonnunquam beneuolentiæ cauſam exiſtere, contrà ſimilitudinem odij. Nam terra cum ſuapte natura ſit ſicca, amat imbrem, & figulus odit figulum, indoctus amat literatum, mulier uirum. Ibidem narrat ab Heraclito reprehenſum poëtam, qui ſcripſit hoc carmen.

Ὡς ἔρις ὀλοιτο τε θεῶν καὶ ἀνθρώπων ἀπόλοιτο. id eſt,
Lis utinam ſublata, deos homincsq; relinquat.

Athenæus lib. 13. carmen ex Euripide citat.

Ἐρᾷ μὲν ὄμβρου γαῖα ὅταν ξηρὸν πέδον. id eſt,
Tellus quidem imbrem amat, ſolum quum eſt aridum.

Ariſtot. lib. Moralium Nicomach. 8. citat eandem ex Euripide ſententiam, ſed perturbato metro,

-Εὐελπίδης μὲν φάσκων,
Ἐρᾷν μὲν ὄμβρου γαῖαν ξηραινθεῖσαν,
Ἐρᾷν δὲ σεμνὸν οὐρανὸν πλησθέντα
Ὄμβρου, πεσεῖν εἰς γαῖαν. id eſt,
-Euripides quum ait,
Requirere imbrem terram, ubi ſiti aruit,
Diuum uiciſſim cœlum ubi iam nubibus
Impletur, optat in ſolum delabier.

Hoc adfert ad confirmandam quorundam opinionem, qui docebant ſecus quàm haberent prouerbia, diſſimile à diſſimili, contrarium à contrario appeti. Terra enim frigida & ſicca appetit imbrem, qui iuxta ætheris naturam unde uenit, eſt calidus & humidus, ac imber uiciſſim appetit terram.

Herculana balnea. LXV

Ἡράκλεια λουτρὰ. id eſt, Herculana balnea. De impendio feruentibus balneis dicebatur, quales legimus & thermas Neronianas. Ariſtophanes in Nebulis:

Πῇ ψυχρὰ δῆτα πώποτ' ἦλες ἡράκλεια λουτρά. id eſt,
Vbi nam frigida unquam uidiſti Herculana balnea?

Interpres adſcribit, Ibycum autorem eſſe, Vulcanum muneris uice ſubmiſiſſe Herculi feruida balnea. Atq; inde omnia calida balnea, Herculana dici cœpta teſtatur idē Athen. lib. 12. porrò Ariſtoteles in Probl. ſectionis 24. probl. ultimo, oſtendit huiuſmodi balnea apud ueteres habita ſacra, propterea quòd ex ſulphure ac fulmine, rebus natura ſacris, proueniant. Piſandrus autem tradit, Mineruam Herculi feſſo calidum balneum ſuppeditaſſe. Vnde mihi fit ueriſimile, prouerbium rectè dici poſſe, quoties ætate aut labore quopiam fatigatis miniſterium paulo diligentius ad refocillandas uires adhibetur. Nam Plato lib. De legib. 6. γεροντικὰ λουτρὰ. id eſt, Senilia balnea calida uocat, eaq; ſenibus exhiberi iubet. Siquidem ueteres frigida lauabant, calida balnea ualetudinarijs duntaxat exhibebantur. At his temporibus aurigæ quoque & nautæ lauant in thermis. Ac Germani maximam uitæ partem in hypocauſtis tranſigunt, pyrauſtarum inſtar. Pindarus quoque Olym. 12. meminit horum balneorum, θερμὰ νυμφᾶν λουτρὰ βαφάεντα. id eſt, Calida nympharum balnea frequentas: ſiue quòd in ea ciuitate locus eſſet cui nomen calida balnea: ſiue quod ipſe more Herculis poſt multa certamina exhauſta iam refocillaretur calidis balneis, quas nymphæ Herculi laboribus fatigato ſubmiſiſſe feruntur. Porrò corpus hominis magnopere reuocari calidis balneis declarat in Nemeis Oda 4. ὐδὲ θερμὸν ἔλωρ τόσον γε μάλθακα τεύχει γύα, ὅσον ἐύλογα φόρμιγξι σωάοις. id eſt, Ne calida quidem aqua æque mollit ac refocillat membra, quantum laudatio citharæ aptata.

Aut ter ſex, aut tres teſſeræ. LXVI

Ἢ τρὶς ἓξ, ἢ τρεῖς κύβοι. id eſt, Aut ter ſex, aut tres teſſeræ. Siquando ſignificabimus nos extrema periclitari uelle, & aut planè uincere, aut prorſum uinci, hoc adagio tempeſtiuiter utemur. Sumptum eſt à uetuſto teſſerarum luſu, in quo qui tiouem iecciſſet, is modis omnibus ſuperabat: qui tres, is longiſſimè aberat à uictoria. Nam antiquiores tribus teſſeris uti conſueuerant, non quemadmodum nunc duabus. Teſſeram autem etiam iactum ipſum appellant, qui nonnunquam plenus eſt, interdū inanis. Itaq; iactus ter trium feliciſſimus erat, trium inanis. Meminit huius adagionis Iulius Pollux, lib. De rerum uocabulis 9. Porrò teſſeras eaſdem eſſe cum ijs quos Græci κύβους appellant, teſtis eſt A. Gellius lib. 1. cap. 20. κύβος enim inquiens, eſt figura ex omni latere quadrata. Quadrantales ſunt, inquit, M. Varro, teſſeræ, quibus in alueolo luditur, ex quo ipſæ appellatæ κύβοι. Zenodotus parœmiam hanc citat ex Pherecratis fabula, cui titulus Myrmecanthropi: Eſt enim clauſula carminis trochaici. Suidas & Aeſchylum adducit ex Agamemnone:

Τὰ δειαστοῦν γὰ ἐν πεσόντα δήσομαι
Τρὶς ἓξ βαλοῦσα δι' ἐμῆς φρυκτωλίας. id eſt,
Nam res herorum ſaxo ut optimè cadant
Ter ſex ubi phryctoriæ iaciam meæ.

Vſurpatum eſt à Platone lib. De legibus ultimo. Τί οὖν δεῖ ποιητὴν ἐχόντων τόπων ὅτως ὦ ξένε; τὸ λεγόμενον ὦ φίλοι ἐν κοινῷ γε μέσῳ ἔοικεν ἡμῖν κεῖσθαι, καὶ ὑπερνεανιεύεσθαι περὶ δι' πολιτείας ἐθέλομεν ξυμπάσης, ἢ τρὶς ἓξ φασι, ἢ τρεῖς κύβους βάλλοντες, πάντα ποιητέον. id eſt, Itaque cum hoc in loco res fuerint, quid faciendum cenſes hoſpes? Iuxta id quod uulgò dicitur, amici uiſum eſt nobis par eſſe, uti rem in publicum & in commune conferamus, uelimusq; de uniuerſa rep. ſupremum ſubire diſcrimen, nihilq; non facere, ita ut uel ter ſex, uel tres talos iaciamus.

Quanta mus apud Piſam. LXVII

Ὅσα μῦς ἐν πίσσῃ. id eſt, Quanta mus apud Piſam, ſubaudi tulit, aut ſimile quippiam. De ijs qui uincunt, & optatis potiuntur, ſed non ſine ſummo negotio, neq; citra magnum incommodum ſuum. Suidas natum ait ab athleta quodam, ſeu pugile Tarentino, qui in Olympiacis certaminibus, apud Piſam ſemel duntaxat victor diſceſſit, idq; plurimis acceptis plagis. Plutarchus Sympoſiachôn commētario 5. docet apud Piſam μονομαχίας, id eſt, ſingularia certamina celebrari ſolere, in quibus etiam ad cædem uſque affligebantur ij qui ſuccubuiſſent.

Mus picem guſtans. LXVIII

Μῦς ἄρτι πίσσης γευόμενος. id eſt, Mus nunc picem guſtans. Quidam aiunt dici ſolere in eos qui cum antea fuerint audaculi & confidentes, poſtea periculo deguſtato planè timidi uidentur. Nondum ſatis liquet, utrum à mure in pice deprehenſo ſit translata allegoria, ſicuti placet Diogeniano: an ab illo de quo meminit Herodotus 1. lib. in pice deprehenſo, atque ita pœnas dante: an à pugile illo Tarentino de quo modo dictum eſt, ut in πίσσῃ ſit alluſio ad nomen urbis, apud quam celebrantur certamina. Theocritus in Idyllio ξ.

Νῦν δὲ ποθ' ὡς μῦς φαντὶ θεώνυχε γεύμεθα πίσσας.

Nunc tandem ſicuti mus, ut aiunt, Theonyche guſtauimus picem. Porrò ſiue ad animal referas, ſiue ad pugilem nomine Murē, eadem fermè manet adagij ſignificatio, uidelicet experiētiam male ceſſiſſe. Siquidem mus imperitus, ſi quando in picem inciderit, aut perit, aut uix eluctatur, ac deinde periculi memor timet cōtingere. Et pugil ante ferox & iactabundus, ſimul atq; certamen Olympiacum expertus eſt, ſenſitq; quanti conſtiterit ea uictoria, deinceps abſtinuit. Huc ſpectat illud Horatianum:

Dulcis inexpertis cultura potentis amici,

Expertus metuit. Itidem iuuenes bellorum imperiti, facilè bellum ſuſcipiunt. Senes experti quantum malorum agmen ſecum trahat bellum, reformidant. Quare non intēpeſtiue dicetur in eum, quem pœnitet experimenti, aut qui rem parum feliciter tentatam, itcrum agredi refugit. Finiti-

mum

mum illis alibi dictis, Sero ſapiunt Phryges, & Cumani ſero ſapiunt, & piſcator ictus ſapiet. Eſt autem hæc una præcipua peſtis uitæ mortalium, quod non perinde diſcimus cauere malum, atq; admiſſo mederi. Queritur hoc Plato lib. De legibus 10. ὃκ ἐπὶ τὸ μὴ δρᾶν τὰ ἄδικα ἁπάντων ἐσμὲν οἱ πολῖται, δρᾶσαντες δὲ δίκαιοῦσθαι παρασκευαστέα. id eſt, Non huc incumbimus plerique nec commutamus iniuſta, ſed ut poſteaquam fecerimus medeamur. Atqui iuxta Plautum, nimio ſatius eſt non admittere malum, quàm admiſſo mederi.

Delphicus gladius. LXIX

Δελφικὸν ξίφος. id eſt, Delphicus gladius. De re dicebatur ad diuerſos uſus accommodabili. Quemadmodum iiſdem uaſculis, & poculorum uice in conuiuijs, & clypeorum uice in bellis utebantur. Nam Delphicus gladius ad eum modum erat fabrefactus, ut eodem ſimul & ſacras mactarent uictimas, & nocentes afficerent ſupplicio. Meminit huius gladij, cum Euripides in tragœdijs, tum Ariſtoteles Polit. lib. 1. diſſerens, naturam non gignere ſingula ad plures uſus, ſed unumquodq; ad ſuum peculiarem propriumq; finem, Οὐδὲν γὰρ ἡ φύσις ποιεῖ τοιοῦτον, οἷον χαλκοτύποι μάχαιραν δελφικὴν συνιχρῶν, ἀλλ' ἐν πρὸς ἕν. id eſt, Neq; enim natura tale quippiam facit, quemadmodum ærarij fabri gladiũ Delphicum quaſi per inopiam, ſed unumquodq; ad ſingula. Meminit idem huius rei, lib. De partibus animalium 4. tractans de linguis inſectorum quæ pluribus funguntur officijs, ſimul & tentantes cibum, & attrahẽtes, & ſpiculi uice aduerſus iniurias defendentes. id quod negat facere naturam, niſi coactam inopia ut idem inſtrumentum ad uſus diſſimiles accommodet, quandoquidem ad defendendum magis appoſitũ uideatur, quod ſit acutiſſimũ: ad guſtãdum, quod ſit ſungoſum. Vbi enim, inquit, licet duobus uti ad duo opera, nec aliud impedit, nihil tale natura facere ſolet, quale per inopiã ars excuſoria obeliſcolychnium ex ueru lucernaq; componit. Attamen ſi id fieri non poteſt, eodem ad plura opera abutitur. Vnde mihi uidetur ὀβελισκολύχνιον iucundius quadraturum prouerbio, quàm Delphicum gladium, niſi fortè hic ipſe Delphicus eſt gladius. Item Euripides in Oreſte,

Θανεῖν γὰρ αὐτῷ μοῖρα δελφικῷ ξίφει. id eſt,
Fatale enim illi eſt, enſe Delphico mori.

Quadrabit igitur uel in pauperes, qui ob penuriã eandẽ ueſtem, ut aliam rem quampiam ad uarios uſus accommodant: aut in uitioſum proœmiũ, & diuerſis cauſis applicabile. Licebit & in ſerium ſenſum accommodare prouerbium, ut ſi quis eruditionem Delphicum appellet gladiũ, quòd in omni ætate, omni uitæ conditione ſit uſui. Nã literæ iuuenibus ſunt neceſſariæ, ſenibus iucundæ: pauperibus opes ſuppeditant, opulentis adiungunt ornamentum: in rebus aduerſis ſolatio ſunt, in ſecundis gloriæ: claro natis genere ſplendorem augent, obſcuro genere natis, claritatis initium conciliant.

Antequam incipias conſulto. LXX

Antequam incipias conſulto, ubi conſulueris, mature facto opus eſt. Hanc ſententiam Salluſtianam Ariſtoteles ut prouerbialem refert lib. Moralium Eudemiorum 5. & Nicomachiorum ſexto, καὶ φασὶν σπάττειν μὲν δεῖν ταχὺ τὰ δόξαντα, βουλεύεσθαι δὲ βραδέως. id eſt, Et aiunt quidem mature faciunda quæ decreta ſint, cæterum lente cunctanterq; deliberandum. Diogenes Laërtius huius dicti autorem facit Biantem. In hanc ſententiam copioſius diximus in prouerbio, σπεῦδε βραδέως. Laudatur hoc nomine Datames apud Aemilium Probum, quòd ubi cogitaſſet, facere audebat cogitata, ſolitus cogitare priuſquam conari.

Margites. LXXI

Margiten pro ſtupido dixit Lucianus in Hermotimo, Ἀλλ' οἴῃ μαργίτῃ τινὶ διαλέγεσθαι. id eſt, Sed exiſtimas te cum Margite quopiam loqui. Hunc ita deſcribit Homerus citante Ariſtotele lib. Moralium Nicomachiõn ſexto,

Τὸν δ' οὔτ' ἄρ σκαπτῆρα θεοὶ θέσαν, οὔδ' ἀροτῆρα,
Οὔτ' ἄλλως τι σοφόν. id eſt,
Hunc neque foſſorem uoluerunt numina diuũm
Eſſe, nec agricolam, nec in ulla præterea re
Scitum aut egregium.

Suidas docet Margiten fuiſſe quempiam ob inſignem ſtultitiam celebrem, qui non potuerit numerare ſupra quinque: ſponſam ductam non auſus eſt attingere, ueritus ne ſe apud matrem incuſaret. Quum iam eſſet factus iuuenis, rogauit matrem, an ex eodem patre nata eſſet. Quanquam hæc alij tribuunt Melitidi, alij Coræbo, de quibus ſuo dicetur loco. Satis apparet, uocem eſſe fictam à μὴ & ἔργον, quod ad nullam actionem eſſet utilis. Erat autem Margites titulus operis, quòd à quibuſdam tribuebatur Homero. id, ut uidetur, intercidit. Indicat hæc interpres Ariſtophanis in Auibus. Cõuenit cum illo Heſiodio, Nulla in parte utilis, qui nec ille ſapit, nec alijs obtemperat: & nullo in numero.

Quod factum eſt, infectum fieri non poteſt. LXXII

Nihil hac ſententia uulgatius. Quod factum eſt, infectum fieri non poteſt. Extat apud Terentium in Phormione Ariſtot. lib. Moralium Eudemiorum 5. τὸ δὲ γεγονὸς οὐκ ἂν δόξειεν μὴ γένεσθαι. id eſt, Fieri non poteſt, ut quod factum eſt, ſit infectum. Mox citat carmen ex Agathonis tragœdia,

Μόνον γὰρ οὐδὲ θεὸς γέρδοκεῖται,
Ἀγέννητα ποιεῖν, ὅσα' ἂν ἡ πεπραγμένα. id eſt,
Etenim illud unum ipſi negatum eſt & deo, ut
Infecta reddat, facta quæ fuerint ſemel.

Vſurpatur in Epiſtolis Ciceronis ad Atticum non ſemel uerſus ille Homericus, ex Iliados σ. τ.

Ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν ἀχνύμενοί περ. id eſt,
Iſta moleſta licet anteacta uelere ſinamus.

Nec inſcitum Phocylidis carmen,

Μηδὲ παροιχομένοισι κακοῖς τρύχε τὸν ἥτορ.
Οὐκ ἔτι γὰρ δυνατὸν τὸ τετυγμένον εἶναι ἄτυκτον. id eſt,
Neue malis iam præteritis animum excruciaris.
Quod ſemel eſt factum, fieri infectum haud queat unquã.

Eandem ſententiam habet Pindarus Olymp. hymno 2.

Τῶν δὲ πεπραγμένων
Ἐν δίκᾳ τε καὶ παρὰ δίκαν,
Ἀποίητον οὐδ' ἂν
Χρόνος ὁ πάντων πατὴρ
Δυνατὸς θέμεν ἔργων τέλος. id eſt,

Eorum quæ facta ſunt, ſiue iure ſiue præter ius, nihil ut ſit infectum, nec tempus quidem efficere poſſit opere perfecto.

Iuſtitia in ſe uirtutem complectitur omnem. LXXIII

Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετ' ἔνεστιν. id eſt,
Iuſtitia in ſe uirtutem complectitur omnem.

Ariſtoteles quum aliàs, tum lib. Moralium Nicomachiorum 5. uerſum hunc ut prouerbialem refert. Extat autem in Elegijs Theognidis. Chæremon bonorum omnium ſummam prudentiæ tribuit. Cuius hic uerſiculus citatur à Græcis,

Ὁ γὰρ φρονῶν εὖ πάντα συλλαβὼν ἔχει. id eſt,
Cuncta uniuerſim, qui ſapit rectè, obtinet.

Et Socrates putauit omnes uirtutes eſſe ſcientiam: id Ariſtoteles ita diſcutit, ut fateatur eſſe uerum, nullam uirtutem eſſe abſq; prudentia, neget tamen omnem uirtutem eſſe prudentiam, quum ſint habitus diſtincti. Sed iuſtitia frequenter accipitur non pro ſpecie, ſed pro genere: quemadmodum & in ſacris literis iuſtus dicitur, qui caret omni uitio.

Mendacem memorem eſſe oportet. LXXIIII

Quintilianus Inſtitutionum oratoriarum libr. 4. ſententiam

Ayuntamiento de Madrid

hanc prouerbij uice ciuat: Mendacem memorem esse oportere. Item Apuleius in Apologia Magiæ secunda, Sæpe, inquit, audiui, non de nihilo dici: mendacem memorem esse oportere. Diuus Hieronymus, Oblitus ueteris prouerbij: Mendaces memores esse oportere. Satis liquet adagij sensus, nempe perdifficile esse, ut qui mentitur, semper sibi constet, nisi sit summa memoria. Est autem fictarum rerum memoria non paulo difficilior quàm uerarum. Proinde plerunque deprehenduntur hoc pacto mendaciorum architecti, dum obliti quæ prius dixerint, diuersa à superioribus loquuntur. Sic deprehenditur apud Terentium Dauus, sic Psyches Apuleianæ commentum à sororibus sentitur.

Malus cum malo colliquescit uoluptate. LXXV

Κακὸς κακῷ γὴ σωτέτηκεν ἥδονῇ. id est,
Etenim improbo uir est uoluptati improbus.

Refertur ab Aristotele inter similitudinis adagia, lib. Moralium Eudemiorum septimo. Malus malo iucundus ob uitiorum commercium & societatem, Iuuenalis item,

Magna inter molles concordia. Ab eodem in Magnis moralibus adducitur ex Euripide. Aeschines aduersus Timarchum ciuat ex Euripidis Phœnice eandem sententiam,

Ος τις δ' ὁμιλῶν ἥδεται κακοῖς ἀνὴρ,
Οὐ πώποτ' ἠρώτησα, γινώσκων ὅτι
Τοιοῦτός ἐστιν οἷσπερ ἥδεται ξυνών. id est,
At cum malis quicunq; gaudet uiuere,
Nunquam rogaui, noui eum, quòd talis est,
Cuiusmodi sunt, queis amat conuiuere.

Amicitia stabilium, felicitas temperantium. LXXVI

Aristoteles lib. Moralium Eudemiorum 7. sententiam hanc uelut è medio sumptam refert, Amicitiam esse stabilium, & felicitatem eorum qui sua sorte contenti sunt. Ορθῶς λέγεται ὅτι ἡ φιλία τῶν βεβαίων, ὥσπερ ἡ εὐδαιμονία τῶν αὐταρκῶν. Amicitia uirtute, non pecuniis aut forma conciliãda est. Etenim si rebus caducis concilietur, caduca sit & ipsa necesse est. Nihil autem in rebus humanis stabile præter unã uirtutem, quæ sola fortunæ ludibrijs obnoxia non est. Deinde felicitas hominis non est in facultatibus sita, quæ cupiditatem animi non explent, sed irritant, uerum in hoc, ut suam quisque fortunam boni consulat. Aristoteles lib. Rhetoricorum 2. pro exemplo sententiæ simplicis ac dilucidæ, si quis inspiciat, ponit hunc uersiculum:

Οὐδεὶς ἐραστὴς ὅστις οὐκ ἀεὶ φιλεῖ. id est,
Haud quisquam amator est, ni amarit iugiter.

Huic adstipulatur illud Senecæ, Amicitia quæ desinere potuit, nunquam uera fuit.

Leonis catulum ne alas. LXXVII

Aeschyli sententia prouerbialis refertur apud Aristophanem in Ranis,

Οὐχὴ λέοντος σκύμνον ἢν τρέφαι τρέφαι,
Μάλιστα δὲ λέοντα μ' ἐν πόλει τρέφαι,
Ἢ ἐκτραφῇ τις, τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν. id est,
Catulum ne alas leonis in republica,
Ac maximè ipsum ne leonem alas ibi,
Quòd si quis alitus, obsequendum moribus.

Refert hunc locum Valerius Max. lib. 7. cap. de sapienter dictis. Admonet ænigma non esse fouendã potentiam, quæ leges posit opprimere: quòd si fortè talis quispiã extiterit nõ esse è rep. decertare cum illo, quem nequeas nisi magno reip. malo deuincere. Tyrãnus aut ferẽdus est. aut nõ recipiẽdus.

Qui bene coniiciet, hunc uatem. LXXVIII

M. Tullius in opere De diuinatione lib. 2. scribit, Græcum uersiculum uulgò iactatum extare in hanc sentẽtiam, Qui bene coniiciet, uatem hunc perhibeto optimum. Citat autẽ eum uersiculum Plutarchus in libello De responsis Pythiæ, ὃ μὲν ἀνάζωρ καλῶς ὃν ἄειστον μάντιν ἀνηγόρευκεν ἡ παροιμία. id est, Bene coniectans, quem optimũ uatem appellauit prouerbium. Quanquam hic in Plutarcho locus mutilus erat & lacer, attamen colligi potest carmen huiusmodi fuisse,

Μάντις γ' ἄειστος, ὅστις ἀνάζεται καλῶς.

Atq; ita citat ex Euripide in lib. De defectis oraculis. Citat & M. Tullius lib. ad Atticum 7. Ate, inquit, expecto futura μάντις γ' ἄειστος. Huc alluſit Theocritus in Piscatoribus, si modo Theocriti sunt illa, ὅτι ὁ ἄειστος.

Εἷς ὀνειροκρίτας, ὁ δὲ καλὸς, ὃν παρ' ὧ νοῦς.
id est, Nemo
Somnia coniectat melius, quàm mente nugistra
Qui regitur.

Admonet adagium, futurorum præscientiam non è sortibus aut augurijs petendam esse, sed à prudentia. Siquidem qui prudentia sit præditus, is ex præteritorum, præsentiumq; coniecturis facilè prospiciet quid sit euenturum. Proinde non iniuria scripsit Aristot. lib. Moralium Eudem. 7. Φρονίμων καὶ σοφῶν ταχεῖαν εἶναι τὴν μαντικὴν, καὶ μόνων. id est, prudentium atq; sapientium hominum celerem esse diuinationem, & horum tantum. Vtinam hanc diuinandi rationem amplecterentur principes, quorum hodie bona pars à prognostis & astrologis pendet, hominum genere, ut nũc sunt plerique, uano pariter ac seditioso, & reip. pestilente.

Pannus lacer. LXXIX

Hominem iam fastiditum & reiectum, ῥάκος πολυσχιδὲς appellãt Græci, id est, pãnum undiq; lacerum. Sumpta metaphora à ueste lõgo usu detrita, atq; ob id reiecta, cum noua fuerit in pretio. Sic autem quidam amicis utuntur uti uestibus: dum usui sunt ac uigent, amplectuntur, curant, ostentant: simul atq; uel ætate defecti sunt, uel alioquin utiles esse desierunt, negligunt ac reijciunt. Lucianus. Ἀχρεῖόν σε τὸ λοιπὸν τοῦτο ῥάκος πολυσχιδὲς ἐργασάμενος, ἀπέῤῥιψε. id est, Donec ubi te iam iuxta id quod dici solet, pannum undiq; lacerum reddiderit, expulerit. Idem in eodem dialogo, nempe De mercede seruientibus, similitudinem adfert de nouis calceis, qui tantisper in pretio sunt, dum noui nitent, ijdem ubi luto sorduerunt, in angulum abijciuntur aliquò, atq; ibi nullo curante, situ cimicibusq; opplentur. Solon eos qui exercerentur ad Olympiaca certamina, primum dicebat esse sumptuosos, & ob id Reip. graues, ubi uicissent ob fastum esse detrimento ciuitati, postremo quũ senuissent, iam prorsus esse inutiles. Ad id exprimendum Lucrtius citat uersiculum Euripidis,

Τέκνων ἀλιπόντες εἴχονται κρόκας. id est,
Filis solutis lacera pereunt pallia.

Metum inanem metuisti. LXXX

Ἀδίας ἀδίας δέος. id est, Inanem metus metum. Vbi quis formidat in re tuta. Vergilius, Omnia tuta timens.

Inest autẽ in ipsa Græcanici dicti figura prouerbiale quiddam propter ἀντίθεσιν. Velut in his quoque, ἄλωρα ἄλωρα, δεσμὸς ἄδεσμος, παρθένος ἀπάρθενος, ὑμὴν ἄνυμφος, κῦπος ἄκαπος, atque id genus alijs, de quibus iam non semel admonuimus. Græci dicunt μορμολύττειν, nam μορμολύκειον Græcis persona est, Laruæ aut malo genio similis, qua pueros territuant quidam. Basilius Athanasio, ἡ κομιδῇ γὰρ παῖς εἶμι, τὰ τοιαῦτα μορμολύκεια δεδοικώς, id est, Sanè uehementer essem puer si talibus terriculamẽtis expauescerem. Refertur adagium in collectaneis Plutarchi, si modo titulo est habenda fides.

Sycophanta. LXXXI

Συκοφάντης. id est, Sycophantæ cognomen, uulgò probri loco tribuebatur. Aristophanes in Pluto:

Ayuntamiento de Madrid

Ὡς σοβαρὸς ὢν ἁλμάτεσ ἐσελήλυθεν
Ο συκοφάντης. id eſt,

Vultu ut ſcuero ingreſſus eſt ô dij boni Hic ſycophanta. Conuicium prouerbiale in calumniatores, & quamuis puſillis de cauſa litem mouentes. Inde natum arbitrantur, quòd olim apud Atticos fici eſſent in pretio, multarenturq; ij, qui eas furto tollerent. Hos qui obſeruabant, aut deferebant, Sycophantæ uocari cœpti, ludibrij cauſa. Quos eoſdem φιλεγκλήμονας, συκοβίστας, συκαγὸς, συκολόγους, φιλοσύκους, συκάδας καὶ συκόπαιδας uocabant, id eſt, ut ſententiâ magis quàm uerba reddam: De ficis calumniantes, ficis uiuentes, ficorum cuſtodes, ficos numerantes, ficorum ſtudioſos, ficoſos, ficis puerorum inſtar gaudentes. Plutarchus in commentario De curioſitate oſtendit, hoc cognominis hinc natum, quòd cum lege cautum eſſet, ne quis Athenis ficos efferret, quidam obſeruatos nonnullos, qui furtim exportabant, detulerunt. Hinc populari ioco ſycophantæ uocati παρὰ τὸ σῦκα φάνειν. id eſt, quòd ficos prodcrent. Huius rei meminit & in uita Solonis. Feſtus Pompeius oſtendit apud Athenienſes pœnam capitis conſtitutam ijs, qui ficos furto tollerent. Idem affirmat Athenæus lib. Dipnoſoph. 3. addens eum locum ubi primũ ficus reperta fuit, ἱερὰν συκῆν. id eſt, ſacram ficum uocatam ab Atticis. Eſt autem ſycophantarum genus, quòd non ſolàm defert dicta factáq; hominũ, uerumetiam hominum ſomnia, cuiuſmodi delatoribus aurem patulam præbuit Conſtantius, ut prodit Ammianus lib. 14. Præcipue uerò indulſit Mercurio cuidam, qui uulgò ob id Mercurius ſolenniorum eſt dictus, quòd ſe ſpecie familiaritatis conuiuijs admiſceret, & ſi quis nocturnum uiſum effutiſſet, deprauata narratione ad principem deferebat: adeo ut uix quiſquam apud ignotos auderet fateri ſe dormiſſe, ac docti nonnulli ſortem ſuam deplorarent, quòd apud Atlanteos nati non eſſent, ubi negant uideri ſomnia, quod fatetur & Stephanus in dictione Atlantes. Obſeruatores ſomniorum Græci uocant ὀνειροσκόπους. interpretes ὀνειροπόλους ſiue ὀνειροκρίτας, qui terrentur ὀνειροπλήκτους.

Multis paraſangis præcurrere. LXXXII

Πολλοῖς παρασάγγαις ὑπερδραμεῖν. id eſt, Multis paraſangis præcurrere, dicitur, qui longo interuallo præcedit. multisq; partibus ſuperior eſt. Eſt apud Athenæum lib. Dipnoſophiſtarum 3. Πολλοῖς παρασάγγαις ὑπερδραμόντες τὸν σικελιώτην διονύσιον. id eſt, Multis paraſangis ſuperantes Siculum illum Dionyſium. Id quo magis ad animi res transferretur, hoc erit uenuſtius. Paraſangam autem Perſæ triginta ſtadiorum ſpacium uocant, ut locis aliquot indicat Herodotus: qua uoce uſus eſt Lucianus in Icaromenippo, quem dialogum nos olim latinitate donauimus.

Putre ſalſamentum amat origanum. LXXXIII

Clearchus apud Athenæum libro tertio,

Σαπρὸς τάριχος τὸν ὀρίγανον φιλεῖ. id eſt,

Putrida ſalſamenta amant origanum.

Origanum autem herba eſt acri ſucco, qualis & Thymbra. Quin & hodie frugi patres familiâs carnibus iam obolentibus addunt acetum origani loco, ne ſentiatur putris odor. Apte dicetur de re per ſe parum honeſta, aut iucunda, atq; ob id exoticis condimentis & honeſtamentis egente. Qui mos etiam hodie ſordidis, ut piſcibus ſupputribus, ne quid offendat edentes putor, acida admiſcent. Veritas per ſe placet, honeſta per ſe decent. Falſa ficis, turpia phaleris indigent, hoc eſt, putre ſalſamentum origano.

Voracior purpura. LXXXIIII

Athenæus lib. 3. Dipnoſoph. ex Apollodoro huiuſmodi quoddã refert prouerbium, λιχνότερα τᾶν πορφυρᾶν. id eſt, Edaciora purpuris: idq; ductum exiſtimat, uel à tincta purpura, quæ omnia quit us admota fuerit, uelut ad ſeſe rapit, ſucq; colore res uicinas inficit addit q; hæc: uel ab animante ipſo, quod quicquid nactum fuerit, retinet ac deuorat. Vtrunque propemodũ licet è Plinij uerbis colligere. Siquidẽ lib. 9. cap. 36. de colore ſcribit in hunc modũ, Sed purpuræ ficrẽ illum tingendis expetitum uſitatus, in medijs habent faucibus, liquoris hic eſt nunimi, in candida uena. Vnde pretioſus bibitur nigrantis roſæ colore ſublucens, reliquum corpus ſterile. Ac paulopoſt. Hinc, aut, ut alij legunt, huic faſces ſecuresq; Romanæ uiam faciunt. Idemq; pro maieſtate in pueritiaeſt: diſtinguit ab equite curiã. Dijs aduocatur placãdis, omnẽq; ueſtem illuminat, in triumphali miſcetur auro. Quapropter excuſata & purpuræ ſit inſania. De uoracitate mox hæc ſubijcit. Lingua purpuræ longitudine digitali, qua paſcitur deuorando reliqua conchilia. Tanta duritia aculeo eſt. Conueniet in edaces, aut in eos qui omnia in ſuum compendium uertunt. Fortaſſe durius, ſed non inclegantcr accommodabitur ad reges δημοβόρους, aut aduocatos, qui purpurati omnia conuertunt in fiſcum ſuum, & quocunq; ſe conferunt, abradunt aliquid. Tale quiddã cogitaſſe uidẽtur poẽtæ, qui Midam finxerunt cõtactu corporis omnia uertentẽ in aurũ.

Tarichus aſſus eſt ſimulat'que uiderit ignem. LXXXV

Τάριχος ὀπτὸς αὐθὺς ἀφ' ἑαυτὸ τὸ πῦρ. id eſt,

Tarichus aſſus mox ut ignem uiderit.

Athenæus lib. 3. prouerbij loco citat. Eſt autem Tarichus piſcis ſalſus, de quo nonnulla in prouerbio, Si non adſunt carnes. Opinor idem eſſe cum illo, ἀφθὰς ἐς τὸ πῦρ. Quod aute iam expoſuimus in prouerbio, Aphya in ignem. Eodem in loco refert & hunc uerſum ceu prouerbialem,

Οὐκ ἂν πάθοι τάριχος, ὥσπερ ἄξιος. id eſt,

Tarichus haud laturus eſt, queis dignus eſt.

Non ſunt amici, amici qui degunt procul. LXXXVI

Τοὺς φίλους νέοντες, ὃς τις ἐστὶν φίλος. id eſt,

Haud eſt amicus, amicus abſit ſi procul.

Hanc paroemiã recenſet Athenæus lib. Dipnoſoph. 4. eamq; omnium μισανθρωποτάτων, id eſt, inhumaniſſimam uocat, uidelicet quod abſentium amicorum memoriam obliterare uideatur. Eſt omnino ex amicis, qui adſunt, uberior amicitiæ fructus, propter officia mutua conſuetudinemq; quotidianam. Præterea uulgò fit, ut ſimul atq; è conſpectu neceſſariorum ſeiuncti ſumus, neſcio quo modo obrepat obliuio quædam familiarium, ut id iam omnibus in ore ſit, qui ſemotus ſit ab oculis, eundem ab animo quoq; ſemotum eſſe. Ariſtot. lib. Moralium Nicomachiorum 8. fatetur locorum ſeiunctionem non dirimere quidem amicitiam, ſed tamen officia interrumpere. Et quoniam uulgus amicitias utilitate probat, ſublatis officijs uelut alumnis amicitiæ, emoritur & amicitia. Proinde Heſiodus, uicinos potiſſimum ad conuiuium uocandos eſſe monet.

Καλεῖν, inquiens, ὅς τις σέθεν ἐγγὺς νάει. id eſt,

Fatentur & Hebræorum prouerbia, potius eſſe, amicum habere uicinum, quàm fratrem qui procul abſit. Terentianus item Chremes in propinqua amicitiæ parte ponit uicinitatem. Nec abludit hinc Propertius libro tertio,

Quantum oculis animo tam procul ibit amor.

Quanquam equidem non uideo, quamobrem Athenæo uideatur adagium hoc uſqueadeo ab humanitate alienum. Quandoquidem, ut opinor, nõ tam docet quid nobis faciundum ſit, quàm admonet, quid uulgò factitetur. Quotum autem quenq; reperias amicum tam certum, qui ſi abſis, non ſui diſſimilis eſſe incipiat? Proinde prouerbio hoc ueluti Delphico gladio utrolibet pacto uteris licebit: ut intelligas, aut non eſſe fidendum amicis, qui longo locorum interuallo

Ayuntamiento de Madrid

ſeiuncti ſunt: aut nõ eſſe colendos amicos longinque diſſitos, unde nõ queas multum ſentire commoditatis, ſed hos potius quibus præſens præſentibus fruare.

Perſæpe ſacra haud ſacrificata deuorat. LXXXVII

Ἄθυτα δ' ἱερὰ πολλάκις κατεσθίει. id eſt,
Perſæpe ſacra haud immolata deuorat.

Senarius eſt apud Athen. lib. 4. Simonidis in mulierẽ quãdã male moratam & auidam in conuiuijs. Concinne dicetur in eos qui uentris impulſu ſtatim ad deuorandas epulas irrumpunt, non expectatis cæremonijs & elegãtiolis illis, quibus ciuiles utuntur inituri conuiuium, puta, ut imprecationibus quibuſdam pijs conſecretur cibus: deinde de accubitus ordine urbana quædam adhibeatur cunctatio: præterea ne ſtatim appoſitis eſcis ungues injiciamus. Neq; intempeſtiuiter dicetur in eos qui non expectata iuris ratione hæreditatem inuadunt, & alienas per uim occupant. Dictum à uictimis, quas fas non erat contingere niſi myſterijs peractis. Et Plato uult etiam in conuiuijs prælibari dijs, & mẽſam rem ſacram exiſtimauit antiquitas, teſte Plutarcho, unde fit, ut his etiam temporibus nefas putent, ἀνίπτοις χερσὶν, id eſt, Illotis manibus accedere. Licet huiuſmodi cæremonias neglexerit Chriſtus præ ijs quæ unice ad rem noſtrã pertinent.

Chius dominum emit. LXXXVIII

Χῖος δεσπότην ὠνήσατο. id eſt, Chius dominum mercatus eſt. In eos quadrabit, qui ſibijpſi malum accerſunt. Vſus eſt hoc adagio Eupolis in Amicis, Athenæo teſte, lib. Diphnoſophiſtarum 6. Natum ait inde, quòd cum Chij primi ſeruis mercenarijs inſtituiſſent uti, poſtea ſubacti à Mithridate Cappadoce, proprijs ſeruis uincti ſunt traditi, ut in Colchorum regionem deportarentur, idq; illis aliquando euenturum oraculum prædixerat. Huius hiſtoriæ autores citat Nicolaum Peripateticum, & Poſidoniũ Stoicum. Nec Stephanus tacuit, hanc gentem primum uſam famulis θεράπαινι, quemadmodum Lacedæmonij utebantur, quos uocabant ἕλωτας, id eſt, captiuos. Sicyonij quos dicebant, κωμωφόρους, id eſt, clauigeros, à claua. Itali Pelaſgis. Cretes quos appellant δμωΐτας. Eſt autem Χῖος clariſſima Ionum inſula, habens eiuſdem nominis ciuitatem. Poſſeſſiuum circumflexe ſcribitur Χῖος.

Anima & uita. LXXXIX

Ζωὴ καὶ ψυχή. id eſt, Anima & uita, de re ſupra modum ſuaui. Prouerbium natum in cubilibus, atq; inde deductum in communem ſermonem. Videtur autem peculiare fuiſſe mulieribus. Iuuenalis.

Ζωὴ καὶ ψυχὴ, modo ſub lodice relictis
Vteris in turba.

Item Martialis Epigrammatum libro decimo in Læliam.

Ζωὴ καὶ ψυχὴ Liſciuum congeris uſq;
Pro pudor Herſiliæ ciuis & Aegeriæ.

Huc reſpexit Iuuenalis quum ait,

Concumbunt Græcè.

Heſiodus pecuniam, animam mortalibus eſſe dicit,

Χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι. id eſt,
Pecunia enim anima eſt miſeris mortalibus.

Et Ariſtoteles pecunias uelut alteram hominis animam eſſe ſcripſit. Nihil autem eſt uita, neq; iucundius, neq; charius.

Qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt. XC

Vergilius in Pharmaceutria,

Credimus, an qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt?

Seruius prouerbialiter admonet dictum à poëta. Nam quod quiſq; ſperat, facilè credit. Et tarde, quæ credita lædunt, credimus, ut ait Ouidius. Metus autem & ſpes, ut eleganter & uere ſcripſit Lucianus in Pſeudomante, diuinationem & auguria repererunt. Qui impenſe cupiunt, ſuis uotis undecunq; blandiũtur, & quiduis in omen optati cuẽtus trahũt. Rurſum qui miſere metuunt, quauis ex re ſolatium formidinis aucupãtur. Non uſq; quaq; diſcrepat ab hoc Terentianũ illud, Mihi non fit ueriſimile. Atqui ipſis commentum placet. Non uidetur alienum ab hac forma Theocriteũ illud,

Πᾶσα κύων ἄρτως μαντεύεται, ἰχθὺα κἠγὼν. id eſt,
Somnia cuncta canum panes, ego ſomnio piſcem.

Qui ſuis uotis blandiuntur, ij Græcis dicuntur ἑαυτοῖς ὀναροπολεῖν, id eſt, ſibi ipſi ſua interpretari ſomnia, quòd omnia rapiunt in alimentum ſpei ſuæ.

Polypi. XCI

Polypi prouerbio dicebantur olim, uel ſtupidi ſtolidiq;, uel rapaces, & uncis unguibus homines. Siquidem ob eã cauſam Polypo ſtultitiam tribuunt, quòd ad manum captantis ultro mouetur, nec aliter capitur, niſi quòd non cedat, autore Athenæo. Adſcribitur autem rapacitas tenacitasq; quòd quicquid brachiorum flagellis nactus fuerit, ſuctu trahat ac retineat. Plautus in Aululari: Ego iſtos noui polypos, qui ubi quicquid tetigerint, tenent. Nihil autem uetabit quo minus polypos appellemus eos, qui ſemet in omnẽ habitũ uertunt omnibus aſſentantes. Quod elegãter notat Phocylides,

Μηδ' ἕτερον κεύθῃς κραδίῃ νόον, ἄλλ' ἀγορεύων.
Μηδ' ὡς πεζοφυὴς πολύπους χρῶ χῶρον ἀμείβων. id eſt,
Pectore ne'uc aliud celes, aliudq; loquare,
Proq; loco uariare, petris uti polypus hærens.

Ion apud Athenæum libro ſeptimo,

Στυγῶ μεταλλακτῆρα πολύπουν χρόας. id eſt,
Odi colore ſubinde uario polypum.

Huc pertinet quod admonet Plautus, ut qui ſapit, bonus ſit bonis, malus malis. Hoc nomine laudat Pindarus in Nemeis hymno 4. quendam, Μαλθακὰ μὲν φρονέων ἐσθλοῖς, βαχὺς πολυγνώτοις ἐφιδρῶν. id eſt, Mollis erga bonos, aſper uerò inſidiator ergà moleſtos aduerſarios. Nõ abludit hinc quod ibidem habetur hymno 3. Ἐν παισὶ νέοισι πᾶις, ἐν δ' ἀνδράσιν ἀνήρ, τρίτον ἐν παλαιτέροισι μέρος, ἕκαστον οἷον ἔχομεν βρότειον ἦθος. i. Inter pueros teneros puer, inter uiros autem uir. Tertia inter ſeniores pars, quodq; ut habemus mortale genus. Laudat Pindarus hominem omniũ moribus & ætatibus ſeſe attemperantem. Eodem titulo laudat quempiam in Pythijs hymno 8. Τὺ γὰρ τὸ μαλθακὸν ἔξαιτε καὶ παθεῖν ὁμῶς ἐπίσασαι, καμόντ' ὦ σὺν ἄρηϊ. id eſt, Tu enim & humaniter agere noſti, & affectum ſumere tempori congruentem. Rurſum eiuſdem operis hymno 4. Κεῖν' ἐν παισὶ νέος, ἐν δὲ βαλᾶις πρέσβυς. id eſt, Nam ille inter pueros iuuenis, in concilijs uerò ſenex. Idem eiuſdẽ operis hymno 2. φίλον εἶναι φιλεῖν, ποτὶ δ' ἐχθρὸν ἄτε ἐχθρὸς ἰὼν λύκος δίκαν ἐπιθεύσομαι. id eſt, Amicum contingat amare. Cæterum aduerſus inimicum tanquam inimicus, lupi more incurram, ſiue inſidiabor.

Nullus malus magnus piſcis. XCII

Οὐδεὶς κακὸς μέγας ἰχθύς. id eſt, Nullus malus magnus piſcis. Aenigma prouerbiale, dici ſolitum in homines prægrandi quidem corpore, cæterum ingenio nullo. Clearchus in commentario De prouerbijs apud Athen. lib. 8. hinc ortũ ſcripſit. Stratonicus citharœdus cùm Porpin uidiſſet Rhodium citharœdum ingenti corporis mole, uerum arte non perinde magnum, percunctantibus quibuſdam quis nam is eſſet, hunc ad modum reſpondit, δειλὸς, κακὸς, μέγας, ἰχθύς, ancipiti dicto ſignificans illum, nullum, id eſt, nullius eſſe pretij, malum & improbũ, magnum corpore, deniq; piſcẽ, quia mutus eſſet & inſacundus, ac male canorus. Theophraſtus De riſu, fatetur dictum quidem eſſe à Stratonico, ſed non in Porpin, uerum in Simylam hiſtrionem, μέγας, δειλὸς, σαπρὸς, ἰχθύς. i. Nullus, magnus, putris, piſcis. Sed elegãtius quod retulit Clearchus, propter amphibologiã nõ

inuenuſt

inuenuſtum. Ariſtoteles in eodē mox loco apud Athenæum, ſuper hoc adagio fabulam huiuſmodi refert, in Repub. Naxiorum. Apud Naxios, locupletes quidem pleriq; urbē habitabant, cæteri uero ſparſi per uicos agebāt. In quodā itaq; uico, cui nomen Leſtadæ, Telegoras habitabat prædiues ac nobilis, multæq; apud plebem autoritatis, cui cum alij complures honores habebantur, tum præcipue muneribus quotidianis ciuium honorabatur, adeo ut qui uendebant, ſi quis minoris liceretur quā uellent, dicere ſoliti ſint, ſe malle dono dare Telegoræ, quàm tanti uendere. Quidam igitur adoleſcentes cum piſcem ingentē licitarētur, ac piſcator ex more diceret: ſe mille Telegoræ dono mittere, quàm tanti uendere, moleſte ferētes eadem audire toties, ſimulata beneuolentia ad Telegoram adduxerunt emptum piſcem. Quem cum ille libenter accepiſſet, tum ipſum adorti ſunt, tum filias iam nubiles conſtuprarunt. Quod factū indigne ferentes Naxij, arreptis armis inuadere conati ſunt adoleſcentes: tātaq; hinc orta ſeditio, ut Lygdamus huius tumultus præfectus, poſt arrepta tyrannide patriam oppreſſerit. Hactenus Ariſtoteles. At hæc non uideo quid ad prouerbium faciant, niſi duo faciamus prouerbia, quorum hoc poſterius ſic efferatur, Citius Telegoræ donarim, quàm tanti uendam. Nam Athenæus indicat Ariſtotelem de prouerbio diſſeruiſſe. Videtur eſſe ſenarius, ſed inuerſo dictionum ordine perturbatus. Conſtabit ſi legas, ὀδὲ ὲκ μίγας ἰχθὺς κακὸς.

E ſquilla non naſcitur roſa. XCIII

Prouerbiali figura dixit Theognis,

Οὔτε γὰρ ἐκ σκίλλης ῥόδα φύεται, οὔθ' ὑάκινθος,
Οὔ τοι ἐκ δούλης τέκνον ἐλεύθερον. id eſt,
Non etenim è ſquilla roſa naſcitur, aut hyacinthus.
Sed neq; ab ancilla filius ingenuus.

Admonet adagium, è probis parētibus naſci liberos probos, ex improbis improbos. Simili forma dixit Horatius in Odis,

Neq; imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Venuſtius erit, ſi ad indocti doctoris indoctum diſcipulum referatur, ad improbi nutricij improbum alumnum. Pertinet adagium ad illam claſſem, κακὸν κόραξ κακὸν ὠὸν. i. Mali corui malum ouum. &

Οὐκ ἂν γένοιτο χρηστὸς ἐκ κακοῦ πατρός. id eſt,
Prolem probam haud pater progignet improbus.

Eſt autem Scilla herbæ genus non diſſimilis aloē, de qua multa Plinius diuerſis locis.

Non omnia poſſumus omnes. XCIIII

Non omnia poſſumus omnes, apud Vergilium in Pharmaceutria. Prouerbialis ſententia, qua uix tritiorem aliam reperies. Sumpta uidetur ex Homero, apud quem Iliados N Polydamas ſic alloquitur Hectorem,

ἄλλ' ὅπως ἅμα πάντα δυώσεαι αὐτὸς ἐλέσθαι. id eſt,
ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμήϊα ἔργα,
ἄλλῳ δ' ὀρχηστύν, ἑτέρῳ κίθαριν καὶ ἀοιδήν,
ἄλλῳ δ' ἐν στήθεσι τεῷ νόον εὐρύοπα Ζεὺς
ἐσθλόν, ᾧ τε πολλοὶ ἐπαυρίσκονται ἄνθρωποι. id eſt,
Haudquaquam poteris ſortirier omnia ſolus.
Nanq; alijs diui bello pollere dederunt,
Huic ſaltandi artem, uoce hinc citharaq; canendi,
Rurſum alij inſeuit ſagax in pectore magnus
Iuppiter ingenium, at multis eſt utilis ille.

Item Odyſſeæ θ.

Οὕτως δὲ πάντεσσι θεοὶ χαρίεντα δίδοῦσι
ἀνδράσιν, οὔτε φυὴν, οὔτε ἂρ φρένας, οὔτ' ἀγορητύν.
ἄλλος μὲν γάρτ' εἶδος ἀκιδνότερος πέλει ἀνὴρ,
ἀλλὰ θεὸς μορφὴν ἔπεσιν στέφει. id eſt,
Non ita cœleſtes tribuunt ſua dona quibuſuis,
Seu formam, ſiue ingenium, uires'ue loquendi.
Eſt etenim informis ſpecies cui contigit, atqui
Linguæ dote deus penſat diſpendia formæ.

Euripides in Rheſo,

ἄλλ' ὅ γ' ὡυτὸς πάντ' ἐπίσταται βροτῶν
Πέρυσιν, ἄλλῳ δ' ἄλλο προσκεῖσθαι γέρας. id eſt,
Vt cuncta norit, nemini mortalium
Datum eſt, at alia dos adeſt alij uiro.

Eodem pertinet quod ſcribit Theognis,

Πάυροις ἀνθρώπων ἀρετὴ καὶ κάλλος ὀπηδεῖ,
Ολβιος ὅς τάτων ἀμφοτέρων ἔλαχεν. id eſt
Sunt pauci, quibus iiſdem & uirtus ſuppetit & res.
Felix cui ſimul hæc ſunt data ſorte deûm.

Titus Liuius lib. 22. Non omnia eidem dij dederunt. Vincere ſcis Hannibal, uictoria uti neſcis. Videtur Liuius retuliſſe illud ex Iliados Φ. Οὐδ' ἄρα πῶς ἔην ἐν πάντεσσ' ἔργοισι δαήμονα φῶτα γενέσθαι. id eſt,
Haud illud contigit unquam, ut
Omnibus in factis callens appareat idem.

Huc pertinet & Pindaricum illud ex Nemeis.

Τέχναι δ' ἑτέρων ἕτεραι. id eſt, Artes alijs aliæ.

Interpres oſtendit, illud Atticis prouerbij loco dictū fuiſſe,

ἄλλαι δ' ἄλλων ἐπιτεχνήσεις. id eſt,
Aliæ aliorum inuentiones. Idem alibi,
Φυᾷ δ' ἑκάστου διαφέρομεν βιοτᾶν λαχόντες, ὃ μὲν πάρ, πάρ δ' ἄλλοι.
Τυχεῖν δ' ἓν' ἀδιώατον εὐδαιμονίαν ἅπασαν. id eſt,
Natura differimus, uitam ſortientes, hic hanc, illam alij.

Porrò fieri non poteſt, ut omnis felicitas uni contingat.

Idem Olympiorum hymno primo,

ἐπ' ἄλλοισι δ' ἄλλοι μεγάλοι. id eſt,
In alijs alij magni ſunt.

Idem expreſſius Encomio octauo: ἄλλα δ' ἐπ' ἄλλοις ἔβαν ἀγαθῶν. πολλὰ δ' ἄλλοι σὺν θεοῖς ἐυπραγίαις. id eſt,
Alia ad alium uenerunt bona, ſed dijs fauentibus multæ ſunt uiæ felicitatis. Rurſus eiuſdem tituli hymno nono,

ἐντὶ γὰρ ἄλλαι ὁδῶν ὁδοὶ πεφάτιαι,
Μία δ' ἅπαντας ἄμμε θρέψει μελίτα. id eſt,
Sunt enim aliæ uiæ alijs efficaciores. ſed non omnes nos alet unum ſtudium.

Multæ manus onus leuius reddunt. XCV

Vulgò circumfertur adagium, multis manibus onus reddi leuius. Quo ſignificant etiam difficilia facile confici, ſi quis non ipſe ſolus negocium aggrediatur, ſed in plures adiutores & auxiliares partiatur. Sumptum eſt à tollendis oneribus. Videtur autem ea ſententia ab ipſa uſque antiquitate in noſtram ætatem demanaſſe. Legimus enim apud Heſiodum in opere cui titulus, ἔργα καὶ ἡμέραι,

Πλέων καὶ πλείονος μελέτη. id eſt,
Plus poteſt & pluriū induſtria. Item Homeras Iliad. μ.
ἀλλ' ἑπόμεσθα τᾶσσον, πλείονι δέ τι ἔργον ἄμεινον. id eſt,
Adſitis comites, multorum induſtria nanque
Plus pollet quàm paucorum.

Ad hoc reſpexit Euripides in Phœniſſis,

Εἷς δ' ἀνὴρ ὁ πάντ' ὀρᾷ, id eſt,
Vir unus autem nemo cuncta diſpicit.

Rurſum in Heraclidis,

Μιᾶς γὰρ χειρὸς ἀσθενὴς μάχη. id eſt,
Inualida pugna eſt unicæ tantum manus.

Eodem pertinet quod alibi retulimus, Εἷς ἀνὴρ οὐδὲις ἀνήρ. i. Vnus uir, nullus uir.

Proprij nominis obliuiſci. XCVI

Prouerbialis hyperbole, proprij nominis obliuiſci, in hominem ſupra modum obliuioſum. Lucianus in Toxaride, θᾶττον γὰρ τὄνομα ἕκαστος αὐτοῦ ἐπιλάθοιτο ἢ πατρὸς ἐπώνυμος citius ficret, ut patris ſui nomen obliuiſceretur quiſque. Ouidius,

Ayuntamiento de Madrid

Nominis ante mei uenient obliuia nobis. Vſurpatur & à diuo Hieronymo in epiſtola quadam. Plinius libro hiſtoriæ mundi 7. inter ademptæ memoriæ exempla cõmemorat, et Coruinum Meſſalam oratorem, qui nominis etiam proprij fuerit oblitus: Quum id defunctis etiam agnoſci creditum ſit aliquandiu. Atq; hinc mos priſcis, priuſquam rogo imponerent cadauera, nomen proprium inclamandi.

Sine Cerere & Baccho friget Venus. XCVII

Terentius in Eunucho, *Verbum hercle hoc uerum eſt, ſine Cerere & Libero friget Venus.* Dicuntur hæc ſub perſona Chremetis adoleſcentis ruſtici, qui ſobrius oderat meretrices, poſt idem potus nõ abhorret. Cibus enim & potus irritamenta ſunt libidinis. Eleganter autem Cererem pro cibo, Bacchum pro uino, Venerem pro libidine dixit, cõtinenter in figura perſiſtens. Nam illud ipſum uerbum, friget, metaphoram habet, quam Donatus à picatione uaſorum mutuo ſumptam autumat, quòd frigida pix non adhæreat. Frigida profecto nimiumq; affectata interpretatio, quod quidem tanti uiri pace dixerim, ſi modo illius eſt interpretamentum. *Ardent amantes, & frigent quæ languent,* Horatius,

Non enim poſthac alia calebo Fœmina. Et *frigent* in uxores mariti, qui non admodum amant. Diuus Hieronymus Terentianã ſententiam craſſiore Minerua explicans, Diſtento uentre (ait) diſtenduntur ea quæ uentri adhærent, ſignificans libidinem eſſe gaſtrimargiæ comitẽ. Peculiariter autem uinum irritat libidinem, idcoq; Paulinæ literæ uetant ne uino inebriemur, quòd in eo ſita ſit libido. Euripides,

Οἶνος γὰρ ἀφρόντου δὺς ἔρως κύπρις. id eſt,
Abſente uino, nulla tunc adeſt Venus.

In Græcorum collectaneis ita lego,

Νεκρὰ ἀφροδίτη δίχα βρόμου δίχα καὶ δάμαρτος. id eſt,
Mortua res Venus ſine Baccho & Cerere.

Cynicus apud Athenæum lib. Dipnoſophiſtarum ſexto, refert eandem ſententiam his ferè uerbis,

ὧν τὴν κρῆν γὰρ τὴν καλῶν ἔρως
Οὐκ ἔστι. πανῶσιν γὰρ ἃ κύπρεις πικρά. id eſt,
Nam uentri inani non ineſt formarum amor.
Amara Venus eſt dira quos premit fames.

Ac mox ſubijcit carmen Euripidis, quod ille mutuatus ſit ab Achæo Satyrico.

ὧν πλησμονῦντι κύπρεις, ὧν πρώντι δ' ὄ. id eſt,
Saturo Venus adeſt, famelico nequaquam adeſt.

Athenæus libro Dipnoſophiſt. 2. diſtichon adducit eandem complectens ſententiam,

ἢν πλησμονὴ γὰρ κύπρεις, ἢν δὲ τοῖς καμοῦσι
Πρατ᾽ ὄσιν ὐκ ἔνεσιν ἀφροδίτη βροτοῖς. id eſt,
Saturis Venus adeſt, cæterum infelicibus
Miſeriſq; nulla adeſt Venus mortalibus.

Apud hunc ipſum lib. 10. Ariſtophanes uinum, lac Veneris appellat, quod alat libidinem,

Ἥδιός τε πίνειν οἴνου, ἀφροδίτης γάλα. id eſt,
Vinum bibenti ſuaue, lac Cypriæ deæ.

Huc pertinet epigramma quod fertur incerto autore,

Ἔρωτα πάνυ λιμὸς ἀεὶ μὴ, χρόνος.
Ἢν μὴ δὲ ταῦτα τὼ φλόγα σβέσῃ,
Θεραπεία σοὶ τὸ λοιπὸν ἱκτάσθω βρόχος. id eſt,
Fames amorem ſedat, id ſi ſit minus,
Tempus medetur, ſin nec iſta extinguere
Flammam queant, tum reſtat ut funem pares.

Idem intelligi uoluit Apuleius, cum Veneri ebriam cœnam affingit, cum interim eſuriat Pſyche. Quãquam Ariſtoteles indicat, immodicam uini potionẽ inutiles reddere ad coitũ. Nam dilui uim ſeminalem, atq; ob eam cauſam Alexãdrum Magnum in Venerem parum fuiſſe ſtrenuum, quòd eſſet uinoſus. Idq; Theophraſtum dixiſſe narrat Athenæus.

Nauiges in Maſſiliam. XCVIII

Πλεῦσας ἐς τὴν μασσαλίαν. Scribit Athen. lib. 12. Maſſilienſes uſqueadeo delicijs effœminatos olim fuiſſe, ut prouerbio dici conſueuerit, πλεύσας ἐις τὴν μασσαλίαν. i. Nauiges in Maſſiliam. Non explicat quidem ille prouerbij ſenſum, ſed facile conijcitur in molles, & moribus cultuq; parum uirili torqueri debere. Plautus in Caſina, *Vbi tu es, qui colere mores Maſſilienſes poſtulas? Tametſi, quod ait Plautus, mihi potius referendum uidetur, ad ſeueritatem uitæ, quemadmodum Plutarchus in uita Ageſilai docet, Spartanam diſciplinam appellatam, ſeueram minimeq; delicijs indulgentem. Nam non alia gens laudatior quàm Maſſilienſium, ſi Ciceroni credimus, ſiq; uera memorat Valerius Maximus libr. 2. cap. de inſtitutis, multa commemorans de diſciplina eius ciuitatis, quæ nec mimos ullos in ſcenam admiſerit, ne parum pudicis fabularum argumentis ciuium mores inficerentur, nec eos qui religionis prætextu uitam inertem & ociosam ſectarentur, intra portas receperit.* Aliaq; id genus de Maſſilienſium ſeueritate referuntur apud autores, ut appareat Athenæum non de Gallica Maſſilia, ſed de Libyca loqui, cuius meminit Vergilius quarto Aeneidos libro,

Hic mihi Maſſylæ gentis monſtrata ſacerdos.

Quo quidem ex loco coniecturam facere licet, Maſſylos maleficijs olim infames fuiſſe, quemadmodum & Theſſalos, Cæterum quoniam apud Athenæum Maſſalia eſt non Maſſylia, fieri poteſt ut nec ſit Maſſilia quæ eſt Galliæ Narbonenſis, nec Maſſylia Maurorum, ſed tertia quæpiam. Licet hanc nominum differentiam interdum confundant Græci ſcriptores. Stephanus indicat hoc nomine fuiſſe ciuitatem Liguſticæ, Phocenſium coloniam, autore Hecatæo: Timæum uero illud addere, quum nauclerus adnauigaſſet, uiſo piſcatori proiecto in terram funi, dixiſſe, alliga rudentem. Et hinc loco nomen inditum Maſſaliæ. μᾶσαι enim Aeolibus eſt, quod alij dicunt δῆσαι, ἁλιεὺς piſcator: ex μᾶσαι igitur & ἁλιεὺς dicta Maſſilia.

Nauiges Trœzenem. XCIX

Πλεῦσας Τροιζῆνα. i. Nauiges Trœzenem. Euſtathius enarrans ſecundum Homericæ Iliados librum ait dici ſolitum in eos qui cum mento imberbi eſſent, tamen appoſiticijs pilis barbam uirilem mentirentur. Addit inde natum, quòd Trœzenis portus quiſpiam uulgò celebratus ſit nomine Barba. Eſt autem alter Trœzen in Maſſilia.

Attica bellaria. C

Πέμματ' ἀττικά. id eſt, Bellaria Attica: De lautitijs & cupedijs. Transferri poteſt ad rem quamcunque maiorem in modum ſuauem ac iucundam. Plato Politiæ ſuæ libr. tertio. Λέγεις καὶ ἀττικῶν πεμμάτων τὰς λεπτύνας εἶναι σὺ παθείας. id eſt, Damnas & Attica bellaria, quæ uidentur ad lautitias pertinere.

CHILIADIS SECVNDAE CENTVRIA IIII.

Nemo benemerito bouem immolauit, præter Pyrrhiam. I



Οὐδεὶς ἀνάξιος ἔθυσεν ἄλλ' ἢ πυῤῥίας. i. *Nemo bouem immolauit benemerito, niſi Pyrrhias.* Hoc prouerbio quondã utebatur, ſi quando quis extitiſſet homo inſigniter gratus, qui beneficiũ acceptũ ampliter repenſaret. Plutarc. in Quæſtionib. græcanicis, unde ſit natum adagiũ enarrat ad hunc modũ: Nauis quædã piratica appulit ad inſulã Ithacẽſem, in qua forte fortuna ſenex quidã erat unà cum cadis fictilibus plenis pice. Pyrrhias quidam Ithacenſis,

Ayuntamiento de Madrid

censis, ut opinor, negotiator, senem dato precio redemit à piratis, non ob id quòd eo sibi foret opus, sed partim quòd miserũ esset senilis fortunæ, partim hominis oratione persuasus. Emit autem una cum sene cados illos picarios, idq; autore sene. Deinde profectis piratis, quo Pyrrhiæ gratiam referret senex, quòd non ob lucri cupiditatem, sed ob beneuolentiam sese liberum fecisset, indicauit in cadis mulsam pecuniæ uim pici admixtam abditam esse. Quæ reperta, cum Pyrrhias derepente dines esset redditus, cum magnifice collaudauit senis erga se gratitudinem, tum eidem bouem immolauit officij præmium. Atq; hinc re ita peruulgata natum prouerbium, de gratia prolixè relata. Veteres enim regale sacrum & magnificum, opiparumq; conuiuium βαθυσίαν appellabant. Accommodabitur recte prouerbium & in uulgatam mortalium ingratitudinem, adeo ut uix unũ reperias, qui meminerit officij. Non abludit hinc exemplum Euangelicum, quo è decem lepra Christi beneficio liberatis, unus duntaxat reuersus est qui gratias egerit.

Fumi umbra. II

Καπνῦ σκιά. i. Fumi umbra. Prouerbiali hyperbole id dixit antiquitas pro re quælibet uili. Sophocles in Antig.

Τἀλλ' ἄλλα καπνῦ σκιᾶς ὄντ' ἄρ' ἠξίωμαι. id est,
Reliqua fumi umbra non emerim.

Cum omnis umbra res quædam est inanis, tum uerò fumi umbram penè dixeris umbram umbræ. extat & hoc apud Aristophanem. De hoc aliàs nonnihil attigimus.

Viuum cadauer. Viuum sepulchrum. III

Ἔμψυχον νεκρόν. i. Viuum cadauer. Prouerbiali figura dixit Sophocles in Antigone. Οὐ τίθεμ' ἐγὼ
Ζῶν τοῦτον, ἀλλ' ἔμψυχον ἡγοῦμαι νεκρόν. id est,
Hunc ego uiuere
Haud arbitror, uiuum at cadauer iudico. Refertur apud Athenæum lib. 12. Euripides in Aeolo apud Stobæum,

Φεῦ φεῦ παλαιὸς αὖν & ὡς καλῶς ἔχει,
Γέροντες ὀλλὺς ἢ μὴ ἄλλο πλὴν ὄχλος
Καὶ σχῆμ', ἀνέχων δ' ἑρπομεν μιμήματα.
Νοῦς δ' ὅπ ἔνεστιν, οἱόμεθα δ' εὖ φρονεῖν. id est,
Heus heus uetustum ut recte habet prouerbium,
Nil aliud atq; turba nos senes sumus.
Vmbræq;, uerum serpimus imitamina
Insomniorum, cæterum mens haud inest.
Quanquam uidemur sapere nobis adprobe.

In eos dicetur qui sic uiuunt, ut nihil dignum uita agant. Lucianus senem decrepitum ἔμψυχόν τινα τάφον. i. Viuum quoddam sepulchrum appellat. Huc pertinet etiam illud Mimi cuiusdam, Laberij, ni fallor, apud Gellium,

Similis sepulchris nil nisi nomen retineo.

Ex fronte perspicere. IIII

Ex fronte perspicere dicimus, quod statim & uelut ipso protinus occursu percipimus. Sumptũ ab physiognomicis, qui se profitentur ex oris liniamentis, reliquaq; corporis specie ingenium hominis posse deprehendere. M. Tullius ad Antonium. Non enim solum ex oratione, sed etiam ex uultu, et oculis, & fronte, ut aiunt, meum erga te amorem perspicere potuisses. Id adagium etiam hodie uulgò tritissimum est. Q. Cicero ad fratrem De petitione consulatus, frontem appellat animi ianuam, Cura, inquit, ut aditus ad te diurni atq; nocturni pateant, neque foribus solum ædium tuarum, sed etiam uultu & fronte, quæ est animi ianua. Quæ si significat uoluntatem abditam esse ac retrusam, parui refert patere ostium. Hæc Cicero: Vnde & uera fronte fieri dicuntur, quæ fiunt ex animo. Interdum enim aliud frons loquitur, aliud celat animus. Alluxit huc Aristophanes in Equitibus,

ἐπίλλοπ ἡμῖν τοῖς προσώποισιν ποιεῖν
ἢ τοῖς ἔπεσι χάρασι καὶ τοῖς πράγμασιν. id est,
Nobis ut ipsis frontibus faciant palàm
An nostra dicta ac facta læti comprobent.

Spem precio emere. V

Est lucrum incertum, & in cuētu situ, certo assectare damno. Terentius in Adelphis, Ego spem precio non emo. Hanc sententiam leno refert illi, Pecuniam in loco negligere maximum interdum est lucrum. Quadrabit potissimum in eos qui spe rerum adducti maximarum, principum fauorem muneribus obsequijsq; captant. Certe ætatis ac temporis impendio, quo non alius sumptus charior. Nam ij quid aliud quam spem precio emunt? Figura mutuo sumpta uidetur à quodam emptionis genere, in quo consueuit alea rei, non res emi. Veluti si quis retium iactum emat in piscando, aut nassilium prædam in uenatu, aut si quid aliud eiusmodi. Qua de re multa fit mentio in Pandectis lib. 18 tit. De contrahenda emptione: ueluti cum quis emit prouentum agri in annum proximum, aut partum animantis, siue cum emitur captus piscium aut auium, aut etiam missilium, quam illi uocant aleam: in partu tamen non tenetur emptor, si nihil natum fuerit, nisi forte hoc per ipsum actum est ne quid nascereture: in alea tenetur, quoniam spes empta est: tantum in missilibus euictio rei captæ perimit ex empto actionem.

Cœlum territat. VI

Prouerbialis hyperbole apud Vergilium in Aeneide,

-Et cœlum terrent arma.

Conuenit in minaces & feroces, Thrasonesq; magniloquos. Sumpta uidetur à bello Gigantco, quæ fabula notior quàm ut hic sit repetenda. Confine huic illud Synesij in epistola contra Andronicum, τῇ κεφαλῇ τὸν οὐρανὸν ἀξιοῖ διαρρῆξαι τὸν ἀέρα. i. Capite cœlum perrumpere conatur.

Subere leuior. VII

Φίλλου κουφότερος. i. Subere leuior. Prouerbialis hyperbole in homines inconstantes & lubrica fide. Suberis enim lignum cauernosum, quod in aqua non sidit, uerumetiam retibus & natantibus alligatur, ne possint sidere. Horatius in Odis,

Quanquam sydere pulchrior
Ille est: tu leuior cortice, & improbo
Iracundior Adria.

Strabo lib. primo, inter hyperbolas prouerbiales hanc quoque commemorat, Subere leuior umbra. Quanquam hic locus apud Strabonem non caret suspicione mendositatis, Græca sic habent, Καὶ καθάπερ οἱοί τινες ὑπερβολαὶ ὑπὲρ ὑπερβολᾶς, ὡς καὶ τὸ κουφότερον εἶναι φέλλου σκιᾶς, διαλωτέρου ἢ λαγὼς φεύγοις, ἐλάττων ἢ ὕδωρ γλῶ τὸ ἄγγος ὑποχολῆς λακωνικῆς. Hæc ita uertit Gregorius Typhernas siue Guarinus. Et sicut nonnulli super exceßibus excessus sunt, ut illud, leuiorem subere umbram, & illud, formidolosiorem lepore Phrygem, & illud, Ager minorem tellurem habet quàm epistola Laconica. primum umbram esse leuiorem subere non est insignis hyperbole, imò nulla potius est. ut iam demus, Græce recte dici κουφότερον σκιᾶς. Vnde hic pro σκιᾶς legendum arbitror σκιᾶς, ut sic dicta sit suberis umbra, quemadmodum dicimus umbræ somnium. Item δαλότερον λαγῶ φεύγα. id est, timidiorem lepore Phrygem, quomodo legisse uidetur interpres. Nec absurdum si intelligamus Phrygiũ leporem, ueluti cæteris pauidiorem, quòd ea gens imbellis habebatur & effœminata delicijs. Pindarus in Pythijs hymno 2. metaphoram flexit ad laudem hominis, qui quanquam pressus calumnijs malorum, non deijcit tamen animum, sed se suapte natura receipit in apertum, unde & φέλλου ἀβάπτιστον appellat. i. suber quod tingi nequeat. Huc respexit Horatius epistolarum libro 1. de Vlysse loquens,

Dum sibi dum socijs reditum parat, aspera multa

Pertulit,

Ayuntamiento de Madrid

Pertulit, aduerſis rerum immerſabilis undis.

Cubito emungere. VIII

ἀγκῶνι ἀπομυσάσθω. i. Cubito emungens, Prouerbialis ironia in hominem ſordidi quæſtus & conditionis abiectæ. A ſalſamentarijs ducta, quibus mos eſt narium mucum cubito abſtergere, nimirum manibus muria & ſalſugine oppletis. Bion philoſophus apud Suidam ex Laërtio, ἐμὸς πατὴρ μὲν ἦν ἀπελεύθερος, καὶ ἀγκῶνι ἀπομυσσόμενος. i. Meus pater erat libertinus, cubito emungens. Celebratur ſcomma M. Tullij tortum in quendam ſalſamentarij filium, cuius tacito autoris nomine meminit qui ſcripſit rhetoricen ad Herennium, in ſchematis ſpecie, quæ dicitur ſignificatio per conſequentiam, ut, inquit, ſi ſalſamentarij filio dicas: quieſce tu, cuius pater ſe cubito emungere ſolebat.

Hiberæ næniæ. IX

Hiberas nænias diuus Hieron. nugas appellat, in præfat. quam præpoſuit Moyſi Pentateucho: quod multi ignorantes, inquit, apocryphorum deliramenta ſectantur, & Hiberas nænias libris authẽticis præferunt. Idem in Duodecim quæſtionibus. Et Hiberas nænias Aegyptiaq; portenta ſectari. Opinor Hiberas nænias dici propter prodigioſas maleficiorum fabulas uulgò iactatas. Nam Hiberos maleficiorum infamia laborasſe, teſtis eſt in Odis Horatius. Niſi quis mauult ad flumen auriferum Tagum referre. Quanquam ipſe diuus Hieron. in Epiſt. aduerſus Vigilantium, ſatis indicat de portentis ac monſtris intelligendum, ſcribens ad hunc modum: Et quia ad radices Pyrenæi habitas, uicinusq; es Hiberiæ, Baſilidis antiquiſſimi hæretici, & imperitæ ſcientiæ incredibilia portenta perſequeris. Athenæus in 2. tradit Hiberos, cum eſſent opulentiſſimi, tamen ob parſimoniam ſemper ὑδροποτεῖν ſolitos, & μονοσιτεῖν, hoc eſt, aquam bibere, & ſolos cibum capere. Cæterum ueſtitu fuiſſe ſumptuoſiſſimo. Citat hoc ex Athenæo Stephanus. Sed pro μικρολογία deprauatum eſt μακρολογία.

Siculæ nugæ, Gerræ, Perſolæ nugæ. X

Siculæ nugæ prouerbio dicuntur res leuiculæ. Auſonius in epiſtola ad Symmachum,

Cogitans, inquit, non illud Catullianum,
Cui dono lepidum, nouum libellum, Sed amargoteron & uerius,
Cui dono illepidum, & rudem libellum,

Non diu quæſiui. Tu enim occurriſti, quem ego, ſi mihi teſtas ſit, ex omnibus unum ſemper eligerem. Miſi itaq; ad te friuola gerris Siculis uaniora. Porrò Siculorũ dicacitas nota eſt ueterum literis. Nam Siculus fuit Epicharmus, ad cuius exemplar properare Plautus dictus eſt Horatio. Plautus autem in nugis ac iocis & immodicus, nec raro ineptus. Porrò gerras Græci crates uimineas appellant. Ea uox poſtea uulgò pro nugamentis rebuſq; friuolis uſurpata eſt, autore Feſto Pompeio, hac quidem occaſione. Athenienſes cum Syracuſas obſiderent, & crebro Gerras poſcerent, irridentes Sieculi gerras clamitabant. Hinc in prouerbium ceſſit. Vnde et familiares, quiq; inter ſe nugas omnes communicant, congerrones uocantur. Suidas neutro genere γέρρα refert, ut Perſicã uocem, quæ quidem tũ arma declaret, tum quoduis defenſiculum. Etymologicon Græcũ addit, apud Siculos naturam muliebrẽ gerron appellari, γέρρα nanq; dici, cõmutatione literæ, quaſi δέρρα. Δέρας autem apud Græcos pellẽ ſignificat, & gerra proprie defenſacula ſunt pellicea. Plautus in Pœnulo: Scitum per tempus, hoc iam eſt uerbũ, ſi uerbũ uetus. Nam tuæ blanditiæ mihi ſunt, quod dici ſolet, gerræ germanæ. Aedepol liræ, liræ. germanas dixit, non germanicas, abſit, ſed ueras ac meras nugas. Quod autem Plautus uocat lirã, Græci dicunt λῆρον, ſiue ληρήματα. Vocem dictam putant à λάθω, & ῥέω, quòd dictum faciens memoriã excidit. Quemadmodum & φλύαρον & φλυαρίαν dictam à φλύω, & ῥέω, quòd ſuperfluãt exundentq; uerbis garruli. Apud hunc ipſum Plautum & Perſolas nugas legimus, opinor ob montes aureos, qui apud Perſas eſſe perhibentur.

Qui ſemel ſcurra, nunquam paterfamilias. XI

Qui ſemel ſcurra, nunquam paterfamilias. Porphyrion enarrans Horatium, admonet fuiſſe prouerbium. Senſus eſt autem, cum quem ſemel depuduerit, quiq; contempta fama ſcurram agere cœperit, uix unquam ad bonam frugem redire. Scurra gaudet alieno cibo, paterfamilias parat unde domi uiuat. M. Tullius in actione pro Publio Quintio: Memini uetus eſt, de ſcurra multo facilius diuitem quàm patrem familias fieri poſſe. Fortuna crebro largitur opes indignis: at bonam mentem dat nemini.

Aegroto dum anima eſt, ſpes eſt. XII

Aegroto dum anima eſt, ſpes eſt. Sententia prouerbialis, admonens ne in afflictiſſimis quidem rebus abijciendam eſſe ſpem. M. Tullius ad Atticum, Vt ægroto dum anima eſt, ſpes eſſe dicitur, ſic ego quoad Pompeius in Italia fuit ſperare non deſtiti. Sumptum uidetur adagium ex Theocriti Batto,

Θαρσεῖν χρὴ φίλε Βάττε, τάχ' ἄνεμον ἔσσετ' ἄμμιν.
ἐλπίδες ἐν ζωοῖσι, ἀπέλπιστοι δ' ἀνόητοι.
Χὠ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν λεύσσει, ἄλλοκα δ' ὕει.

Hos uerſus quoniam non ineleganter uertit Philelphus, haud grauabor adſcribere,

Fidere Batte decet, melius cras forſan habebis,
Sperandum eſt uiuis, non eſt ſpes ulla ſepultis.
Nunc pluit, & claro nunc luppiter æthere fulget.

Item Euripides in Troadibus,

Οὐ ταὐτὸν ὦ πᾶι ζῆν τε βλέπειν τὸ κατθανεῖν.
Τὸ μὲν γὰρ οὐδὲν, ζῆν δ' ἔνεστιν ἐλπίδες. id eſt,
Non eſt idem mi gnate uiuere ac mori,
Siquidem hoc nihil, ſpes ſunt in illo ſcilicet.

Eodem pertinet fabula de Pandoræ pyxide, in cuius ſummo labro ſola ſpes hæſerit, reliquis omnibus morbis euolãtibus.

Ad uiuum reſecare. XIII

M. Tullius lib. De amicitia, ad uiuũ reſecare, dixit pro eo quod eſt, rem exactius quàm ſat eſt, ac moroſius excutere. Sed hoc, inquit, primum ſentio, niſi in bonis amicitiam eſſe non poſſe. Neq; id ad uiuum reſeco, ut illi qui hæc ſubtilius diſſerunt. Mutuo ſumpta metaphora à tonſoribus capillos aut ungues reſecãtibus. Nam ij ſæpe numero moleſti ſunt, dum nimium diligentes eſſe ſtudent. Idẽ in libris De finibus, dixit preſſius agere, pro exactius & accuratius. Plaut. in Bacchidibus ſub perſona Chryſali: Tondebo auro uſq; ad uiuam cutem. & hoc ipſum tondere pro deludere Græcis in prouerbio eſt.

Hoſtimentum eſt opera pro pecunia. XIIII

Hoſtimentũ eſt opera pro pecunia. Hoc adagiũ admonet, nihil gratuitum eſſe debere, ſed officiũ beneficio penſandum. Hoſtimentũ autẽ, autore Pompeio Feſto, beneficij penſatio eſt, à priſco uerbo hoſtire & redoſtire, quod eſt paria referre. Ab eodem hoſtẽ dici putat Nonius, quòd ex æqua cauſa pugnam ſuſcipiat. Sic lena apud Plautũ in Aſinaria adoleſcẽti reſpondet ſua exprobranti beneficia: Hoſtimentũ eſt opera pro pecunia. Hoc eſt, Neuter habet quod imputet alteri. Tu mulierẽ amabas, miſſa eſt: Ego pecuniam, dediſti. T. Liuius: Nunquam nec opera ſine emolumento, nec emolumentum ſeruis ſine impẽſa opera eſt. At in amicorũ officijs alia ratio eſt, nec enim liberatur à debenda gratia qui gratiam retulit, nec permutatione officiorũ fit, ut neuter alteri quicquã debeat. Confine illis, Manus manũ fricat, & ſcalpentẽ ſcalpe.

Vtranq;

Ayuntamiento de Madrid

Vtranque paginam facit. xv

Plinius Historiæ mundi libro 2. capite 7. de fortuna loquens, Huic, inquit, omnia expensa, huic omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortalium, sola utranq; paginam facit. Prouerbij faciem habet illud, utranq; paginam facit, sumpta metaphora à codicillis rationalibus, duas habentibus paginas, alteram quæ indicat quid sit datum, alteram quæ quid acceptum sit ostendit. Itaque in rebus humanis fortuna utranque facit paginam, id est, siue quid obtigit boni, ea laudatur, quasi dederit: siue mali quid accidit, eadem incessitur, ceu malorum autor.

Nec omnia, nec passim, nec ab omnibus. xvi

Οὔτε πάντα, οὔτε πάντη, οὔτε παρὰ πάντων. i. Nec omnia, nec passim, nec ab omnibus. Admonet adagium, in muneribus accipiendis non solũ uerecundiam adhibendam esse, uerum etiam delectũ. Sunt enim quædam quæ neutiquam decorum sit accipere. Est item locus, est tempus quo pulchrũ sit recusare munus oblatũ. Sunt quidam à quibus inhoneſtũ sit admittere donũ. Laudat Horatius Telemachum Homericum, qui equos ab Menelao oblatos recusarit. Hoc adagium citatur ab Vlpiano in Pandect. lib. 1. titul. de officio proconsulis, ex epistola diui Seueri & Antonini imperatorũ, Verba ipsa subscribam, Quãtum, inquit, ad xenia pertinet, audi quid sentiamus. Græcum prouerbium est, οὔτε πάντα, οὔτε πάντη, οὔτε παρὰ πάντων. i. Nec omnia, nec passim, nec ab omnibus. Nam inhumanum à nemine accipere, sed passim, uilissimum est: & omnia, auarissimum. Hactenus illi. Græca uerba in omnibus exemplaribus desiderabantur. Ea Politianus ex archetypis restituit, ne quid hunc interim debita fraudemus laude. Alluſit huc Theocritus in Thionycho,

_Αἰτίμαν δ' ἀνανίαν
Οἷα χὴ βασιλῆι, ἀτᾶρ ὃ μὴ δῶ ἐπὶ πάντι. id est,
Non solet ille negare rogatus
Principe digna, nec est de re quacunq; rogandum.

Tempus omnia reuelat. xvii

Tertullianus, quem diuus Cyprianus præceptorem suũ appellare consueuit, in apologetico contra Ethnicos, Bene autem, inquit, quòd omnia tempus reuelat, testibus etiã uestris prouerbijs atq; sententijs. A. Gellius Noct. Attic. libro 12. cap. item 12. citat in hanc sententiam hos Sophoclis uersus,

Πρὸς ταῦτα κρύπτε μηδὲν, ὡς ἅπαντ' ὀρῶν
Καὶ πάντ' ἀκούων, πάντ' ἀναπτύσσει χρόνος. id est,
Ob ista ne quid occulta, siquidem intuens
Cuncta, audiensq; cuncta proferet dies.

Idem in Aiace flagellifero,

ἅπαντ' ὁ μακρὸς κ' ἀνάριθμος χρόνος
Φύει τ' ἄδηλα, κἀφανίστα κρύπτεται. id est,
Cuncta pariter immensus ordo temporum
Occulta prodit & idem prodita occulit.

Eodem in loco Gellius admonet, quendam ueterũ poëtarum Veritatem temporis filiam uocasse, quòd licet aliquando lateat, tamen temporis progressu in lucem emergat. Fertur in eandem sententiam hic quoq; senarius prouerbialis,

ἄγει δὲ πρὸς φῶς τὴν ἀλήθειαν χρόνος. id est,
At ueritatem tempus in lucem eruit.

Et alter huic adsimilis,

Πάντ' ἀνακαλύπτων ὁ χρόνος πρὸς φῶς φέρει. id est,
Omnia sub auras tempus aperiens refert.

Idem opinor sensisse Thaletem, cum ait, τὸ χρόνον σοφώτατον ἁπάντων, ἀναξίμανδρ δὲ τὰ πάντα. hoc est, Tempus omnium esse sapientissimũ, ut quod cuncta reperiat, eruatq;. Nec aliud Pindarum in Olympiacis, cum ait,

ἀμέραι δ' ἐπίλοιποι μάρτυρες σοφώτατοι. id est,
Posteri dies sapientissimi testes.

Idem alibi, tempus omnium parentem appellat, quòd nihil non fiat progressu temporis,

ἀπέλιπτον οὐδ' ἂν χρόνος ὁ πάντων πατὴρ ἄμωσιτο
θέμεν ἔργων τέλος. id est,
Ne tempus quidem rerum omnium pater, posſit quod factum est infectum reddere.

Habet eandem sententiam Pindarus quum aliquot locis, tum Olymp. 10.

ὅτ' ἐξελέγχων μόνος ἀλάθειαν ἐτήτυμον
Χρόνος, τὸ δὴ σαφανὲς ἰὼν τόδωκε κατέφρασεν.

id est, Et solum tempus quod ueritatem certam prodit, quodq; latebat in obscuro, progrediens enarrauit.

Huc alluſisse uidetur Vergilius in sexto, _Subigitq; fateri
Quæ quis apud superos furto lætatus inani
Distulit in seram commissa piacula mortem.

Neq; discrepat euangelicum dictum apud Matth. capit. 10. οὐδὲν ἔστι κεκαλυμμένον ὃ οὐκ ἀποκαλυφθήσεται, καὶ κρυπτὸν ὃ οὐ γνωσθήσεται. i. nihil opertum, quòd nõ reuelabitur, et occultũ, quod nõ scietur. Plutarchus in Problematis causam inquirit cur antiquitus operto capite res diuinas Saturno fieri consueuerit. Atq; id significatũ arbitratur, quòd ueritas plerunq; tecta ignoratq; sit, sed eadem aperitur tempore. Saturnus enim temporum autor ac deus fingitur. Nam κρόνος Saturnus, χρόνος tempus. Nec aliud sensit T. Liuius, cum ait lib. 22. Ne ueritate laborare nimis iis sæpe aiunt, extingui nunquam. Seneca libr. De ira 2. Dandum semper tempus est, ueritatem enim dies aperit.

Alpha penulatorum. xviii

Martialis epigrammatum libro secundo,

Quem non lacernis Publius meus uincit,
Non ipse Codrus, Alpha penulatorum.

Alpha uocauit præcipuum, & quasi primatem, prouerbiali nimirum figura. Idem aliàs iocatur in quendam offensum, quòd eum dixisset Alpha, monetq;, ut huius iniuriæ talionẽ faciat, seq; uicissim Beta, si uelit appellet. Translatũ à notulis literarũ, quibus Græci numerũ indicant. Eosdem signiferos & anteſignanos appellant metaphora sumpta à militia. Quamobrem autem alpha inter literas primum obtineat locum, Plutarchus non insecte causas reddit τῶν συμποσιακῶν προβλημάτων Decade 9. Protogenes grammaticus è suo ludo causam adducit, primum uocales iure præferri consonantibus, quòd citra illarum admuniculum sonent: deinde uocales ancipites merito præferri longis ac breuibus, quòd utriusq; generis uim complectantur. Cæterum inter ancipites recte primum locũ alpha tribui, quòd in conficiendis syllabis, iota & ypsilon sequatur alpha, uelut in ἄνεμος ἄϊας. Alpha nunquam sequatur illas duas, ut eandem efficiant syllabam, sed resilit & propriũ tuetur principatum. At Ammonius mox diuersam allegat causam, Cadmum ob id alpha principem inter literas locum tribuisse, quòd Phœnicum lingua bos alpha uocetur, cui primum locum attribuendum putarit, non secundum aut tertium, quemadmodum fecit Hesiodus,

Οἶκον μὲν πρώτιστα, γυναῖκά τε, βοῦν τ' ἀροτῆρα. Id est,
Primum ædes, deinde uxorem, inde boucm agricolãtem.

Nam his præsidijs putat opus esse, si quis cupiat famem ac paupertatem effugere. Rursum Plutarchus addit hanc causam se à Lampria suo didicisse auo. Primum uocem naturalem & articulatã reddi per alpha, propterea quod spiritus qui est in ore, potissimum formatur ac fingitur motu labiorum, quibus diductis, primum hic egreditur sonus mire simplex, & nullius indigens negotij, ut neque linguæ requirat auxilium, sed ea subiacẽte per spacium efficiatur. Vnde & pueri nascentes, primũ hanc edunt uocẽ. Hæc atq; huiusmodi quædam, eo quem ostendi loco referuntur. Disputatur & apud Platonẽ de alpha inter literas principatu. Quin et illa

prouer

prouerbium ſapiunt, Primas tenere, primas deferre ſiue tribuere. Et non poſteriores feram, quæ metaphoræ ſunt à partibus hiſtrionum in fabula: & apud Græcos πρωτεύειν. Et τὰ πρῶτα φέρειν, καὶ τὰ πρῶτα φέρεμ. Quod à fabularum actoribus ſumptum apparet, inter quos primas agunt, qui maximã fabulæ partem ſuſtinent, ſecundas ac tertias qui illis ſunt inferiores. Quanquam & in cauſarum actionibus ſunt πρωτολογίαι, δευτερολογίαι & τριτολογίαι, quemadmodum ſunt πρωταγωνισταὶ, δευτεραγωνισταὶ & τριταγωνισταὶ. quæ ſi commode transferuntur, ſpeciem habent prouerbij.

Saliuam imbibere. XIX

Diuus Hieronymus in Euangelia præloquens, Quis enim, inquit, doctus pariter, uel indoctus, cum in manus uolumen aſſumpſerit, & à ſaliua quam ſemel imbibit, uiderit diſcrepare quod lectitat, non ſtatim erumpat in uocem? Eleganter profectò, prouerbialiq; figura dixit, & à ſaliua, quam ſemel imbibit. i. ab illo guſtu quo puer imbutus eſt. Sumpta metaphora ab infantibus, quibus præmanſum cibum nutrices in os inſerunt, non ſine ſaliua. Cui cum aſſueuerint, nihil iam illis ſapit, quod ab illius primæ ſaliuæ guſtu diuerſum ſit: proinde modis omnibus curandum, ut optimis aſſueſcamus. Idem ſolet accidere plerisque noſtrum, ut quicquid diſſideat ab ijs quæ primis illis annis imbibimus, protinus diſpliceat. Aiunt & canes eos amare, quorum ſaliuam guſtarint. Verum malim ad ſuperiorem metaphoram referri. Huc ſpectare uidetur & Perſianum illud,

Inq; luto fixum poſſis tranſcendere nummum,
Nec gluto ſorbere ſaliuam Mercurialem.

Quanquam magis arbitror referendum ad ficos Mercuriales, de quibus aliàs diximus, quos ioci cauſa quidam ſaliua oblinebant, ut ludibrio eſſent qui tollerent, cum conſimilem luſum præmiſerit de nummo infixo luto. Illud certe pertinet ad hoc prouerbium, quod eſt apud eundem in ſexta Satyra,

Nec tenuem ſolers turdorum noſſe ſaliuam.

Saliuam pro guſtu dixit.

Quo ſemel eſt imbuta. XX

Huic non diſſimile eſt Horatianum illud,

Quo ſemel eſt imbuta recẽs, ſeruabit odorem Teſta diu.

Proinde recte monet Fabius, ut ſtatim optima diſcantur, propterea quòd nihil hæret tenacius, quàm id quod rudibus annis perceperimus. Et Ariſtoteles libr. Moralium Nicomachiorum 2. ὁ μικρὸν ἔρ διαφέρει τὸ ὅτως ἢ ὅτως ἀλλὰ ἰσχὺν ἐθίζειν, ἀλλὰ πάμπολύ, μᾶλλον ἢ τὸ πᾶν. id eſt, Itaque non parui refert, hoc an illo pacto protinus à pueris conſuefiamus, imò plurimum intereſt, uel potius omne in eo momentum eſt ſitum. Et Vergilianum illud ὑπερφώνημα in Georgicis,

Adeo in teneris conſueſcere multum eſt.

Augiæ ſtabulum repurgare. XXI

Αὐγέιε βόρασις. i. Augiæ bubile. Allegoria prouerbialis in hominem, aut in rem maiorem in modum inquinatam. Lucianus in Pſeudomante, καὶ τὸν ἀυγέιε βόρασιν, ἢ καὶ μὴ πᾶσαν, ἀλλ' εἰς λύπαμίν γε τὸν ἐμαυτῆ δυνατὸν καθάραμ πειράσομαι. i. Et Augiæ bubile, ſi non omne, at certe pro mea uirili conabor ſubmouere. Oſtendit autem huius ſtabuli tantum habuiſſe congeſti fimi, quantum ter mille boues pluribus annis reddere potuerint. Huius mentionẽ facit & Pauſanias in Eliacis, Deq; bubus & fimo nonnihil meminit. In Græcis epigrammatis recenſetur inter Herculis labores Augiæ ſtabulum repurgatum. Quin & Seneca ludicro libello De morte Claudij Cæſaris uſurpat hoc prouerbium: In quos, inquit, ſi incidiſſes, ualde fortis licet tibi uidearis, maluiſſes cloacas Augiæ purgare, multo plus ego ſtercoris exhauſi. Etiamſi prouerbium omiſſum erat in exemplari, quod primum ſecutus eſt Frobenius, Id nos reſtituimus ex exemplari, cuius nobis copiam fecit ex ſua bibliotheca Collegium liberales artes profitentium, in florentiſſima Louanienſium Academia. Neque enim æquum arbitror imputari Vniuerſitati, quòd paucorum ſeniculorum conſpiratione, tam odioſe repugnatum ſit hic bonis literis ac linguis. Gregorius Theologus ad Baſilium Magnum πῶς, inquit, παρέλθω τὰς ἀκάνθας κἀκεῖνας καὶ ἀλαχάνας, καὶ τὸν ἀυγέιε κόπρον ἐκ δὲ οἰκίας ἐκκαθαιρομένων. i. quomodo præteream hortos illos incultos & holeribus uacuos, atque Augiæ ſtercus ex ædibus repurgatum. Sentit uitam luxu perditam in melius correctam.

Periculoſum eſt canem inteſtina guſtaſſe. XXII

Χαλεπὸν κοελίων κύνα γεῦσαι. id eſt,

Inteſtina canem ſemel adguſtaſſe periclum eſt.

Prouerbiali allegoria dictum eſt à Theocrito in Idyllio 10. Admonet adagium, haud facile temperare à peccando, qui ſemel illecebram illam, uelut autoramentum uitiorum deguſtarit. Quemadmodum qui ſemel ſcortum attigerit, qui ſemel periurio ſiue furto rem auxerit, qui ſemel aulicam uitam ſit expertus. Effertur & ad hunc modum apud Lucianum, ὀλὲ κύων πάυσαιτ' ἂν ἅπαξ σκυτόβρωτον μαθών. i. Neq; canis deſiturus eſt, qui ſemel corium edere didicerit. Theocriti Scholiaſtes indicat hoc prouerbium & hunc in modum efferri, χαλεπὸν μαθοῦσα κύων σκυτόβρωτον. i. Periculoſa res eſt canis quæ didicit arrodere coria. Horatius in ſermonibus ſimili figura dixit,

—Quæ ſi ſemel uno
De ſene guſtarit, tecum partita lucellum,
Vt canis à corio nunquam abſterrebitur uncto.

Dubia cœna. XXIII

Dubiam cœnam, opiparam, uarijs q; inſtructã ferculis appellabant, idq; prouerbium à paraſitis repertũ apparet. Phormio apud Terentium. Cœna dubia apponitur. Quid iſthuc uerbi eſt? Vbi tu dubites quid ſumas potiſſimum. Exponit paraſitus uerbum ſuum, alioqui anceps. Nam dubium etiam periculoſum ſignificat: & dubia cœna poſſit intelligi, quæ non careat ſuſpicione ueneni. Horatius in Sermonibus,

Vides ut pallidus omnis
Cœna deſurgat dubia.

Et res parum tutas appellamus dubias.

Canis circum inteſtina. XXIIII

Κύων παρ' ἐντέροις. i. Canis iuxta inteſtina. Dicebatur, ubi quis res eas quarum eſſet cupientiſſimus, propoſitas conſpiceret, quibus frui tamen non liceret. Canes enim oberrant circum inteſtina, deuoraturi niſi fuſtem timerent. Suidas arbitratur accõmodari poſſe in res inutiles & infuaues: inteſtina enim non facile deglutiri à canibus, ac deuorata reuomi plerunq;.

Aureæ compedes. XXV

Χρυσᾶ πέδαι. i. Aureæ compedes, Prouerbiali metaphora dicitur ſeruitus ſplendida & amabilis, qualis eſt ferè aulicorũ uita. Diogenes in epiſtola quadam ſcriptum reliquit, Ariſtippum in aula regia aureis teneri compedibus, ne poſſet auolare. Seneca in dialogo quodam affectus & rationis, Stulti eſt, inquit, compedes ſuas, quamuis aureas, amare. Loquitur de uxore formoſa. Horatius item de amica formoſa.

—Tenetq; grata Compede uinctum.

Herculana ſcabies. XXVI

Ἡράκλειος ψώρα. id eſt, Herculana ſcabies: De ſcabie iucunda, facilique ſanabili, interprete Suida, aut quæ deſideret Herculana, id eſt, calida balnea. Narrant enim, Herculi laboribus illis ingentibus fatigato Palladem ac nymphas crebrò balnea feruentia ſuppeditaſſe. Vſum huius adagij non indicat, neque Zenodotus, neque Suidas. Equidem opinor dici poſſe uel in eos, qui multo ſtudio alio'ue labore ualetudin

Ayuntamiento de Madrid

letudinem offenderunt, ut quibus aliquo laxamento sit opus: uel in eos, qui blandis adulationibus deliniti, uelut iucunda quadam scabie pruriunt.

Herculanus morbus. XXVII

Ἡρακλῆς νόσος. i. Herculanus morbus. Hunc Dicæarchus apud Zenodotum eum existimat esse, quem alij sacrum, alij comitialem appellant. Est autem ex eorum numero, quibus nulla medicorũ ope succurri potest, propterea quòd diuinitus immitti creditur, eoq; cognomen additũ est sacro. Apuleius in prima defensione, diuinum appellatum putat, quòd diuinam. i. rationalem animi partem uiolet. Nasci, quoties caro in humorem crassum & spumidum, inimico igni conliquescit. Signa esse, graue caput, cernicem torpentem, tempora pulsata, aures præcipue dextræ tinnitum. Deprehendi potissimum incenso lapide gagate, & rotæ figularis circumactu. In hunc aiunt Herculem incidisse, uel propter immensos labores, uel immittente Iunone. Heraclitus arrogantiam sacrum morbũ uocauit, uel quòd id mali summos plerunq; uiros cõsequi soleat, uel quòd sola mors remedium afferat. Herodotus in Thalia refert, Cambysen huic obnoxiũ morbo, quidam sibi maxime familiares per insaniam occidisse. Herculem item liberos suos interimentem inducunt tragici poëtæ. Herculanus appellatus uidetur, quòd ut ille inuictus, ita hic nulla medicorum ope superabilis. Quanquam Aristoteles in Problematis sectione trigesima, problemate iuxta Theodorum primo, putat Herculem uere huic morbo obnoxiũ fuisse, atq; omneis adeo, qui uel ingenio, uel studio philosophiæ, uel in administranda repub. uel in alijs artibus excelluerunt, atræ bili obnoxios fuisse. Equidem non uideo quamobrem hoc debeat inter adagia referri, nisi sacrũ, aut Herculanum morbũ appellemus, tumorem animi, aut aliud aliquod uitium insanabile, quod genus est in senibus auaritia, in mulieribus loquacitas. Nam in omnibus ferè Græcorum collectaneis uideo prouerbij titulo recenseri.

Io Pæan. XXVIII

Io Pæan. Acclamatio prouerbialis, qua cõsueuimus uti re gnauiter & feliciter peracta. cui nõ dissimile uidetur illud Homericum, βάλλ' ἕτυς, & apud Latinos, Macte uirtute. Athenæus ex Clearchi 1. De prouerbijs lib. citat, ἰὴ παιὼν, ἰὴ παιὼν. i. Ie pæon, ie pæan. Nam utroq; modo scriptum reperio. Natum hinc existimant: cum Latona ex Chalcide Euboææ ciuitate Dianam & Apollinem in Delphos transportaret, euenit forte fortuna, ut iuxta specum, in quo Pytho Lutare dictus est, præteriret. Vbi uero iam prosiliens Pytho impetu ferretur in illos, Latona mulierum more territa, filij auxilium inclamauit his uerbis, ἰὴ παῖ. i. iacula re fili. Ibi Apollo, qui tum forte gestabat arcum, misso telo Pythonem interemit. Inde uox deflexa est, ut diceretur ἰὴ παιὼν. Idq; cum ter iterari consueuerit in sacris Apollini factis, quidam arbitrantur primum ortum esse carmen hexametrum Heroicum & Iambicum trimetrum. Etenim, si pronunties primis productis syllabis,

ἰὴ παιὴν, ἰὴ παιὴν, ἰὴ παιὴν,

Hexametrum erit meris constans spondeis. Sin primis correptis, iambicum erit trimetrũ puris iambis absolutũ. Cuius rei meminit etiam Terentianus grammaticus. Item Iulius Pollux in quarto demonstrat, in Pythicis ludis quinq; fuisse cantus species. πέρα repræsentari Apollinem certaminis dispicientem locum, καταγελάσομαι prouocantem Pythonem, ἰαμβικῶ pugnantem, ἀνορθίῳ uincẽtem, κατακορυσσομένους ruentem. Hinc uulgò prouerbij uice receptum est, ut re feliciter peracta, acclamemus, ἰὴ παιὴν Latini uidentur η, in ω mega commutasse. Ouidius in opere De arte amandi,

Dicite io pæan, & io bis dicite pæan,
Decidit in casses præda petita meos.

Et in triumphis acclamabatur, io triũphe. Horat. in Odis,

Non semel dicemus io triumphe.

Nemo mortalium omnibus horis sapit. XXIX

Plinius lib. 7. cap. De præstantia gentium, Si uerum facere iudicium uolumus, ac repudiata omni fortunæ ambitione decernere, mortalium nemo est felix. Abunde igitur atque indulgenter fortuna decidit cum eo, qui iure dici non infelix potest. Quippe ut alia non sint, certe ne lassescat fortuna metus est. Quo semel recepto, solida felicitas non est. Quid quòd nemo mortaliũ omnibus horis sapit? Vtinamq; falsum hoc, & non à uate dictum quamplurimi iudicent. Ex quibus Plinij uerbis conijcere licet eam uocem, neminem omnibus horis sapere, uelut oraculo proditam, in uulgi sermonem abijsse. Sensus uel citra interpretem liquet: nempe neminem esse qui non aliqua parte uitæ desipiat ac peccet. Porrò stultitiæ comes est infelicitas. Aut certe si quod incidit infortunium, id stultitiæ solet imputari. Eodem pertinet quod paulo post eodem in loco subnectit, Alius de alio iudicat dies, supremus de omnibus. Extat apud Aristophanem in Ranis & huiusmodi senarius, quem illic indicat Euripidis esse,

Οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ. id est,
Haud uiuit ullus omnibus felix modis.

Item Euripides in Supplicibus, Τῶν γὰρ ἓν βροτοῖς
Οὐκ ἔστιν εἴδει διατελῆ εὐδαιμονοῦν. id est,
Siquidem uniuersis rebus in mortalium
Nil continenter & undecunq; prosperum est.

Ad eundem modum Horatius,

Nihil est ab omni Parte beatum.

Simonides apud Stobæum,

Πάμπαν δ' ἄμωμος ἔστις ἔδη' ἀνήρ. id est,
Nemo uacat prorsus malo, neq; crimine.

Sui cuique mores fingunt fortunam. XXX

Cornelius Nepos in uita Pomponij Attici. Itaque hic fecit, ut uere dictum uideatur, Sui cuique mores fingunt fortunam. Et paulo post in eodem opere, Suprà significauimus suos cuiq; mores plerunq; conciliare fortunam. E medio uidetur sumpta sententia. Nam plerunq; uidemus mala malis euenire, digna dignis, idq; uulgò dicitamus, Malus malum reperit, & κακοῖς τρὶς κακά. id est, Malis ter mala. Attestatur & uersiculus prouerbialis,

ἐσθλῷ γὰρ ἀνδρὶ τ' ἐσθλὰ κ) διδοῖ θεός. id est,
Viro bono fortuna suppeditat bona.

Item Menander citante Plutarcho:

ὁνῶς γὰρ ἡμῶν ὁ θεός. id est,
Nobis enim animus est deus.

Et apud eundem Heraclitus, ἦθος ἀνθρώπῳ δαίμων. id est, Mores hominis deus siue fortuna. Eodem pertinet quod Alcman scripsit, fortunam esse sororem εὐνομίας, πεθοῦς τε προμηθίας. i. Rectæ institutionis, persuasionis & prouidentiæ, ut refert Plutarchus in commentario De fortuna Romanorum. Plautus in Trinummo, Sapiens ipse sibi fingit fortunam. T. Liuius Decadis quartæ libr. 1. de M. Portio Catone ita prædicat, In hoc uiro tanta uis animi ingenijq; fuit, ut quocunq; loco natus esset, fortunam sibi ipse facturus uideretur. Pacatus in Panegyrico, Sua, inquit, cuique prudentia deus. Fulgentius in commentarijs Vergilianis citat ex Telesiaco Carneadis, Omnis fortuna in sensu sapientis habitat. Opinor idem esse quod adducit M. Tullius Paradoxo 5. ex poëta nescio quo. Tametsi locus is habetur mendosus, arbitror emendandum ad hunc modum. Cui quidem etiam quæ uim habet maximam, fortuna ipsa cedit, & sicut sapiens poëta dixit, Suis cuiq; moribus fingitur. Sentit enim fortunam fingi cuiq; suis moribus.

Insidiæ

Insana laurus adest. xxxi

Plinius lib.16.cap.45.iuxta quorundam distinctionem quarto, In eodem, inquit, tractu portus Amyci est Bebrice rege interfecto clarus. Eius tumulus à supremo die lauro tegitur, quam insanam uocant, quoniam si quid ex ea decerptum inferatur nauibus, iurgia fiant, donec abijciatur. Hactenus Plinius. Mihi non uisum est absurdum hoc adagijs adnumerare, quandoquidem res usque adeo uulgata fuit, ut hinc arbor cognomen inuenerit. Itaque quadrabit in hominem rixarum autorem, ut sunt nonnulli, qui quocunque se uertunt, iurgia suscitent.

Apologus Alcinoi. xxxii

ἀπόλογος ἀλκινόου. id est, Apologus Alcinoi. De longis & anilibus fabulamentis. Refertur à Diogeniano, & Iulio Polluce libro 6. Sumptum ex Homeri Odyssea, ubi Vlysses in conuiuio Alcinoi Phæacum regis prodigiosas ac deridiculas fabulas, & portentuosa mendacia commemorat de Lotophagis, Læstrygonibus, Circe, Cyclopibus, atque id genus alijs plurimis miraculis, fretus uidelicet Phæacum insciția barbaricą. Plato De repub.li.10. ἀλλ' ὦ μάτοι σοι ἦν δ' ἐγὼ ἀλκινόου γε ἀπόλογον ἐρῶ, ἀλλὰ ἀλκίμου μὴ ἀνδρὸς ἥρως δ' ἀρμενίου τὸ γένος. id est, Haud tibi fum narraturus Alcinoi apologum, sed excellentißimi uiri Eris Armenij genere Pamphyli. Narrat autem eo in loco fabulam, quæ cum Læstrygonum Cyclopumą figmento facile certare possit. Scribit enim cum hic inter multos cecidisset in prælio, decimoą, post die cadauera cæsorum tollerentur, reliquis putribus, huius unius cadauer integrum atque incorruptum adhuc apparuisse: domumą; deportatum, ut iustis cæremonijs sepeliretur, die duodecimo, cum esset imponendus rogo, reuixisse, ac prodigiosa quædam narrasse, quæ diebus illis decem apud inferos tum iens, tum rediens conspicatus esset.

Andabatæ. xxxiii

Citatur apud Nonium Marcellum, cum alijs locis aliquot, tum in uerbo Luscioſi, Varro in Andabatis, quem equidem auguror titulum fuisse quempiam Satyræ prouerbialem, cuiusmodi sunt alij quoq; complures, ὃν ὁ λύκος γεγόντος διδάσκαλος. Nescis quid serus uesper uehat. M. Tullius insitor prouerbij usurpauit in epistola quapiã ad Trebat. lib. 7. Epist. famil. Quem ante, inquit, ne Andabatam quidem defraudare potcramus. Et hunc æmulatus diuus Hieron. aduersus Heluidium, ad hoc, inquit, probandum congerit de scripturis exempla quamplurima, more Andabatarũ in tenebris gladium uentilans. Idem contra Iouinianum, Periclitamur responsionis uerecundia, & quasi inter duos scopulos, & quasdam necessitatis & prudẽtiæ symplegadas, hinc atq; inde uel pudoris, uel causæ naufragiũ sustinemus. Si ad proposita respondeamus, pudore suffundimur: si pudor impetrarit silentium, quasi de loco uidemur cedere, & aduersario feriendi occasionem dare. Melius tamen est clausis, quod dicitur, oculis, Andabatarũ more pugnare, quàm directa spicula clypeo nõ repellere ueritatis. Idem in 11. contra Ruffinum Apologia. Aliud est, si clausis, quod dicitur, oculis mihi uolũt maledicere. Rursum in eodẽ opere, Habetur dialogus apud Græcos Origenis & Candidi Valẽtinianæ hæreſcos defensoris, in quo duos Andabatas digladiantes inter se spectasse me fateor. Huc, opinor, respexit in præfatione Esdræ. Aliud est, si clausis, quod dicitur, oculis mihi uolunt maledicere. Hieronymus uidetur mutuatus à Tertulliano, qui lib. De carnis resurrect. Si tam abrupte, inquit, ut quidã uolunt, clausis, quod aiunt, oculis sine distinctione omnẽ passim carnẽ & sanguinẽ à regno Dei extrusit. Hactenus ille. Clausis oculis dixit, pro eo quod est, sine delectu, quemadmodum & Augustinus libr. contra epistolam Parmeniani. Quæ tandem uis, nisi cæcitas & uanitas animi, cogit hominem clausis, ut dicitur oculis, tanquã in alterũ iacere, quod cum in eum iecerit, continuo redeat, eumq; ictu reciproco affligat, intacto eo quem uulnerare uoluerat. Cæterum fuerint ne populi ad eum modum soliti pugnare, an gladiatorum genus, qui clausis oculis tenderent in aduersarium, an potius lusus genus ut propemodum ex Seneca licet conijcere, nondum, ut ingenue fatear, satis compertum habeo. Certe uox ipsa ἀναβάτης, indicat fuisse quosdam, qui sic hostem aduersum inuaserint. Tum Homerus Iliados ϛ Aiacem sic pugnam ineuntem facit, quemadmodum leo pro catulis dimicans, clausis oculis insilit in uenantium agmen.

Αἴας δ' ἀμφὶ μυρμιδάσι σάκος ὄρυ καλὸν ἄραρὼς
Εἰσάμενος, ὡς τίς τε λέων περὶ οἷσι τέκεσσι,
ᾧ ῥά τε νήπι' ἄγοντι σιωπηδὸν ἀλώμενα ἐν ὕλῃ
ἄνδρες ἐπακτῆρες, ὁ δέ τε σθένει βλεμεαίνων
πᾶν δέτ' ὀπιπεύσας κάτω ἕλκεται ὄσσε καλύπτων,
ὡς Αἴας περὶ παῖδας ἀμύμονας ἤρατο βεβλήκειν. id est,
Ast Aiax lato defensans undiq; scuto
Egregium iuuenem prognatum patre Menœtio,
Stabat uti leo depugnans sua pignora circum,
Cui catulos deportanti uenit obuia turba
Venantum in syluis, iaculis urgentibus, ille
Deducto prorsum cilio sua lumina uelat.
Sic cingens heroa Patroclum protegit Aiax.

Basilius in epistola quadam non ineleganter dixit, νυκτομαχίαν. ὥστε τὸ λοιπὸν γνωρίζειν ἡμᾶς, τοὺς ὁμόφρονας, καὶ μὴ ὡς ἐν νυκτομαχίᾳ μηδεμίαν φίλων καὶ πολεμίων ἔχειν διάκρισιν. i. ut in posterum nouerimus eos qui nobiscum sentiunt, nec uelut in nocturna pugna nullum amicorum & inimicorum habeamus discrimen. Conueniet in eos, qui temere nulloq; iudicio infectantur quippiam, aut repugnant alicui. Neq; peßime quadrauerit in eos, in cuiusmodi iocus extat Demonactis, autore Luciano. Hic mulget hircum, ille supponit cribrum, eum alter inepte proponeret, alter responderet ad id quod propositum erat, nihil facientia.

Canina facundia. xxxiiii

Sallustius apud Nonium Marcellum, in dictione Rabula, Canina, ut ait Appius, facundia exercebatur. Quod quidem Appij dictum apud eruditos scriptores in adagionẽ cesſit in quosdam, qui tantum ad maledicendum eloquentiæ studium exercerent: à rixa canum, & oblatratu sumpto epitheto. Siquidem r, litera quæ in rixando prima est, canina uocatur. Diuus Hieron. in epistola ad Rusticũ monachum. Pomparum ferculis procedunt in publicum, ut caninam exerceant facundiam. Idem obtrectatores suos subinde canes appellat. Sumptum à genere philosophorum, quos κυνικοὺς appellant, siue ob sordidam uitam, siue quòd obuios quosque mordent, quum mendicato uiuant, more canum.

Iliensis tragœdos conduxit. xxxv

Ὁ Ἰλιεὺς τραγῳδὸς ἐμίσθωσε. id est, Ilienſis tragœdos conduxit. Vbi quis ultro prouocat quempiam, unde sua audiat probra, ueluti si Troiani accersant histrionem, qui ipsis calamitates quas semel pertulere, denuo quasi renouet. Lucianus in Pseudologista, Ἐπεὶ γὰρ ἤδη τὸν παροιμίαν Ἰλιεὺς ὦν τραγῳδὸς ἐμισθώσω. i. Posteaquam enim iuxta prouerbium Ilienſis cum sis tragœdos conduxisti. Idem alibi, τὰ γοῦν τῆς Ἰλίου ἀτεχνῶς πεπάνθαμεν, τραγῳδούντινα τοῦτον ἐφ' ἡμᾶς κεκινήκαμεν, ἀσόμενον τὰς φρυγῶν συμφοράς. i. Itaque planè idem nobis accidit quod Ilienſibus, ut qui istum ceu tragœdum quempiam aduersus nos excitauimus, qui Phrygum cantet calamitates.

Tribus minis insumptis, duodecim imputat. xxxvi

Ironia prouerbialis apud Aristophanem in Pluto,

Κάμὼν

Καὶ μὲν φίλος γ' ἄρ μοι δοκεῖς νὴ τοὺς θεούς
Τρεῖς μνᾶς ἀναλώσας γε λοιδορεῖσθαι δώδεκα. id est,
At certe amicus ut uidetur per deos,
Vti pro minis tribus imputes duodecim. Quadrabit in eos, qui non nisi compendij sui gratia colunt amicos, & pro quamuis exiguo officio, multum beneficiorum expectant. Vulgò item aiunt, Pilcum donat, ut pallium recipiat.

Oculus dexter mihi salit. XXXVII

Ἄλλεταί μοι ὀφθαλμὸς μὲν ὁ δεξιός. id est,
Salit mihi oculus dexter.

Vbi spes est uisuros nos lætum quippiam & uehementer exoptandum. Ductum à mulierc ularum superstitione, quæ ex membri pruritu diuinare solent, quid sit euenturũ. Vnde illa apud Plautum non semel obuia, Prurit mihi tergum, pruriunt dentes, pruriunt pugni: &, Vtrum dentes tibi pruriunt, an malæ? Theocritus in Amaryllide:

Ἄλλεταί μοι ὀφθαλμὸς μὲν ὁ δεξιός, ἄρά γ' ἰδίσω Αὐτάρ. i.
En oculus dexter salit mi, illámne uidebo?

Est etiam apud Plautum, Supercilium salit. Hodieq; per iocum aiunt sibi dextram tinnisse aurem, significantes alicubi sermonem de se absentibus factum cum laude. Idq; Plinius testatur uulgò quandoque creditum fuisse, ut qui laudaretur absens, ei dextra tinniret auris: qui uituperaretur, sinistra. Lucian. in Dialogis meretricijs, Ἅτε ὦ παρὰ λύρῃ ἐβόμβει τὰ ὦτα ὑμῖν; Διὰ γὰρ ἐμέμνητο ἡ Κλεπτομένη μετὰ δακρύων. id est, Num uobis tinniebant aures Parmeno? Nam hera assidue cum lacrymis uestri meminerat.

Nebulæ in pariete XXXVIII

Ausonius in epistola quadam ad Gregorium filium, nebulas in pariete dixit, pro re nihili, somnijq; similima. An nunquam, inquit, uidisti nebulã pictã in pariete? Carminis quod ei subscribitur epistolæ, lemma significat friuolum ac uanũ. Nam nebula res est inanior quàm ut coloribus exprimi queat.

Ne sis patruus mihi. Sapere patruos. XXXIX

Patruorum in nepotes, ceu peculiaris genuinaq; seueritas, prouerbio locum dedit. Horatius in Odis,

Metuentis patruæ uerbera linguæ.

Patruam linguam uocat seuerã & obiurgatricem. M. Tullius aduersus Herennium, Fuit in hac causa quidã patruus, censor, magister. Obiurgauit M. Cœlium sic, ut neminem unquam parens. Horatius, —Siue ego praue,
Seu recte hoc uolui, ne sis patruus mihi. id est, ne me castiges. Ad hanc formam pertinet illud Persianum,
Cum sapimus patruos. id est, postquam abiectis puerilibus nugamentis, seueros mores induimus. Idem Horatiũ æmulatus, ut solet, dixit, Ne sis mihi tutor, id est, ne mihi præscribas atque imperes.

Saxum uoluere. XL

Λίθον κυλίνδειν. id est, Saxum uoluere dicuntur, qui inexhausto quopiam atque inutili labore fatigantur. Terentius in Eunucho, Satis diu iam hoc saxum uoluo. Donatus admonet prouerbium fuisse in eos, qui inextricabili sudore, sed inutili affligerentur, tractumq; putat à notissima Sisyphi fabula, saxum apud inferos sursum ac deorsum uoluentis. Apte uero stolidum militem saxam uocat. Cui ipse fuerit Sisyphus, uafer & callidus.

Capere prouinciam. Tradere prouinciam. XLI

Tradere prouinciam, figura prouerbiali dicuntur, qui negotium aliquod curandum committunt. Capiunt, suscipiunt ue prouinciam, qui rei curandæ onus in se recipiunt. Metaphora sumpta est à consuetudine Romanorum, apud quos qui magistratum gerebant, prouincias alias alij sortiebantur. Exempla passim apud autores obuia sunt. Terentius in

Scipsum excruciãte, Videlicet ille Cliniæ seruus, tardiusculus est, Idcirco huic nostro tradita est prouincia. Idem in Phormione, O Geta prouinciam cepisti duram. Plautus in Cistellaria, Abi rus, abi directus in tuam prouinciam. Officium illi delegatum prouinciam uocat.

Corinthus & collibus surgit, & uallibus deprimitur. XLII

Strabo libro Geographiæ 8. scribit, Corinthios opibus & artibus egregijs præcelluisse, cæterum regionem illorum non admodum fuisse feracem, quòd inæqualis esset & aspera, ac petricosa. Eamq; ob causam senarium hunc prouerbio iactatum fuisse,

Κόρινθος ὀρεσίτροφος καὶ κοιλαίνεται. id est,
Alibi tumet Corinthus, aliubi caua est.

Meminit & Eustathius in Bœotiam Homeri. Huiusmodi autem terræ genus non perinde sementi idoneum est, atque campestris. Id adigium ubi nam possit esse usui, non satis uideo, nisi si quis detorqueat ad hominem intractabilem, aspero ingenio, & sibijpsi inæqualem parumq; secum constantem. Cœlius Rhodiginus etiam atque etiam contendit adhibendum esse prouerbium, ubi significabimus felicitatem aliquo incommodo uitiatam, ut est ferè rerum humanarũ conditio. Quem libentius sequeremur autorem, si quod contendit & asseuerat, uel unius autoritate probasset.

Crotone salubrius. XLIII

Κρότωνος ὑγιέστερον. id est, Crotone salubrius. De re nequaquam noxia, sed undequaque salutifera. Zenodotus ab animante sumptam paræmiam existimat. Est enim Croton muscæ genus, Theodorus rediuum uertit, Hermolaus mauult ricinum dici latine, placidum & innoxium, neq; suctu, neq; alia quapiam re molestũ. Strabo libro Geographiæ 6. tradit hinc ortum, quòd Crotoniatarum locus longè salubberrimus olim fuerit iudicatus, uel hoc argumẽto, quòd breui temporis spatio quàmplurimos produxerit, tum athletas, tum philosophos, hoc est, corporibus pariter atque animo præstantes uiros: inter athletas præcipuum Milonem, inter philosophos Pythagoram. Idem eodem libro tradit, Myscellum & Architam pariter Delphos adijsse, ut de urbe condenda consulerent oraculum: & alterutrum pollicente deo, Architam opes delegisse, Myscellum loci salubritatem: illum itaq; Syracusas condidisse, hunc Crotonem, quarum urbium altera cesserit in prouerbium opulentiæ, altera salubritatis. Alludit ad hoc prouerbium Pallada in epigrammate.

Οὐκ ἀλόγως ἐν δυσὶ δοὺς δυσὶ δώμασιν τινα θέλω
Εἶναι ἔφλω, χθὲς γοῦν δύσδουν ἐν χερσίν
Ἡπιάλῳ κάμνοντι τεταρταίῳ πεπόνθει,
Καὶ γέροντα ταχέως εἶα κρότων ὑγιᾶ. id est,
Diuinum quiddam, uimq; admirabilem ineſſe
Dixythijs certe diximus haud temere.
Nanque here quem febris longa & quartana tenebat,
Iam delassatum conficiens misere,
Dixython admoui, neque erat mora longa, Crotone,
Hoc ubi fecissem, senior ille fuit. Suida mauult ad animalis similitudinem referri, quod undique sui simile sit, nec ullam habeat incisionem. Nam ὑγιὲς interdum integrum dicitur, ut integer uitæ, integer mentis, pro quo Græci ὑγιής. Est autem insecti genus, canibus ac bubus infestum. Suspicor esse cuius sine nomine meminit Plinius libro 11. cap. 34. Semper habet caput infixum sanguini, quumq; cibi exitum non habeat, nimia satietate dehiscit. Nunquam in iumentis gignitur, in bubus frequens, in canibus aliquando, in quibus omnia, in ouibus & capris hoc solum. Verum pro insecto Stephanus indicat ultimã oportere acui, κροτῶν. Hesychius addit, Crotonem dici genus gummi Aegyptij, cuius uarias medicinas indicat Plinius lib. 24. cap. 11. Quidam aiunt, &

Ayuntamiento de Madrid

Sesamidem dici Crotonem, fortassis eandem quam Plinius lib. 25. cap. 5. appellat Sesamoides, quod ait elleboro admisceri solitum, quo tutius sumeretur. id est, ni fallor, ellebori genus, quod Italia ueratrum appellat. Quoniam hæc herba non solum corpus morbis aliâs immedicabilibus liberat, uerum & animum purgat ab insania, non admodum dissimile ueri uidetur, hinc ductum prouerbium, Crotone salubrior. Sesami meminit & Dioscorides, Sesamæ Plin. lib. 15. cap. 7. meminit Sesami, quod sit arboris genus unde confici solet oleum, quam alij uocant Cyci, uoce, ut uidetur, Aegyptia, alij Crotonem, alij rhibim, alij Sisamum sylueſtre. Ibidem indicat, & ex castaneis & ex oriza fieri simile genus olei. Rursum lib. 22. cap. 25. meminit sesamæ, cuius in remedijs uarios usus indicat. Cæterũ quid sit dizythum in epigrammate, nondum compertum habeo, nisi quod Plinius libro eodem circa finem, ostendit zythum esse potionem apud Aegyptios repertam, ex frugibus: hinc δίζυθον dictum uidetur, quasi dicas duplicem ceruisiam. Hac sibi medentur & hodie bibuli quidam.

Crotoniatarum postremus, reliquorum primus est. XLIIII

Κροτωνιατῶν ὁ ἔσχατος, πρῶτος τ ἄλλων ἑλλήνων. id est, Crotoniatarum postremus, primus reliquorum Græcorum. Strabo libro Geographiæ suæ 6. prouerbium hoc ait ortum ob insignem Crotoniatarum præstantiam in certaminibus Græcanicis. Plurimos enim egregios athletas protulit ea ciuitas, adeo ut in uno certamine Olympico, septem uiri qui reliquos uirtute præcesserãt, omnes pariter fuerint Crotoniatæ. Huius gentis præcipuum decus Milo, literis omnium celebratus, qui septies continenter uicit Olympia. Hunc si constitisset, nullus è uestigio poterat educere. Malum tenenti nemo digitum corrigebat. De admirando nec indigno uitæ interitu meminit Gellius. Adagioni locus erit, ubi genus aliquod tanto interuallo præcedere dicemus, ut qui in hoc sit uel infimus, in illo posit primus uideri: ueluti si quis dicat, in re militari uel ignauissimum Græcorum præstantiorem esse fortissimo Troianorum. Aut qui sit apud Italos infantissimus, apud Gallos eloquentissimum uideri posse. Aut qui citharœdus sit deterrimus, cum aulœdorum principem haberi posse.

Ne decima quidem Syracusanorum pars. XLV

Οὐδὲ τῶν δεκάτων τ συρακοσίων ἔχει. id est, Ne decimam quidem partem opum Syracusanarum posidet. Strabo lib. Geographiæ 6. συρακόσας ἐπὶ τοσοῦτον ἐκπεσεῖν πλοῦτον, ὥστε καὶ αὐτὸς ἐν παροιμίᾳ διαβεβλῆσθαι, λεγόντων πρὸς τὸς ἄγαν πολυτελεῖς, ὡς οὐκ ἂν ἐκγένοιτο αὐτοῖς συρακοσίων δεκάτη. id est, Syracusas eo diuitiarum peruenisse, ut in prouerbium abierint. Siquidem de diuitibus ac splendidis ita dicere solent, Ne decimam quidem Syracusanarum opum partem assequi possent. Significabant autem aliorum opes, quantumuis amplas, nihil esse ad Syracusanas diuitias. Nonnihil Veneris accesserit prouerbio, si paulo longius detorqueatur, ut si quis prælocutus, Ciceronem longo interuallo reliquos omnes post se relinquere dicat, opulentam quidem & uberem esse Quintiliani dictionem, uerum hanc uix esse τῶν συρακοσίων δεκάτων.

Maleam legens, quæ sunt domi obliuiscere. XLVI

Strabo libro Geographiæ 8. tradit Corinthiorum urbem in Isthmo sitam, duos habuisse portus, alterum Asiam uersus, alterum Italiam. Verùm quod freti instar esset, non sine discrimine eò nauigari, uelut olim in mari Siculo, maxime præter Maleam, propter reflantes inde uentos. Vnde & prouerbium celebratum fuisse,

Μαλέαδε κάμψας ἐπιλάθῃ τ οἰκαδε. id est,
Maleam legens, quæ sunt domi obliuiscere.

Est autem Malea promontorium Laconiæ, à Maleo Argiuorum rege dictum, quod per quinq; passuum milia in mari protenditur, autore Seruio in quintum Aeneid. in quo libro Vergilius uidetur ad paræmiam alluſisse, cum ait,

Maleæq; sequacibus undis.

Item Statius 7. Thebaidos libro,

Et raucæ circumsonat unda Maleæ.

Item in Tiburtino Manlij Vopiſci,

Si Maleæ credenda ratis.

Significat & Homer. lib. Odyss. 9. periculosam circa Maleã nauigationem fuisse, sic Vlyssem loquentem inducens,

Καὶ νῦν ἀσκηθὴς ἱκόμην ἐς πατρίδα γαῖαν,
Ἀλλά με κῦμα ῥόῳ τε περιγνάμπτοντα μάλεαν
Καὶ Βορέης ἀπέωσε, παρέπλαξεν δ' ἰθύνοντα. id est,
Forsitan & patrias redijſſem ſoſpes in oras,
Sed me dum Maleam præteruchor, undaq;, fluctuſq;
Et Boreas illinc pulſum admouere Cytheris.

Alluſit huc Ouidius in Heroinis,

Auſus es ô nimium, nimiumq; oblite tuorum
Thracia nocturno tangere caſtra dolo.

Nam suorum obliti uidentur, qui sese temere periculis obijciunt. Quandoquidẽ una hæc præcipua causa uulgus à subeũdis uitæ periculis deterret, quod meminerint esse, quibus se saluo sit opus, ut ait Flaccus, & quibus incolumes prodesse tum debeant, tum possint, extincti grauem allaturi luctum. Videbimur non intempestiuiter uti hac paræmia, si quando discrimen negotij suscipiendi uolemus ostendere, aut non esse suscipiendum, aut negligendam uitam.

Omnia sub unam Myconum. XLVII

Πάνθ' ὑπὸ μίαν μύκονον. id est, Omnia sub unam Myconum, Strabo Geographiæ suæ libro 10. Μύκονος δ' ἐστὶν ἐφ' ἧ μυθεύουσι κεῖσθαι τ γιγάντων τὰς ὑςάτας, ὑφ' ἡρακλέους καταλυθέντας, ἀφ' ὧν ἡ παροιμία, πάνθ' ὑπὸ μίαν μύκονον, ἐπὶ τ ὑπὸ μίαν γράφειν ἀγόντων τὰ διῃρημένα τῇ φύσῃ. id est, Est autem Myconus, in qua fabulis proditũ est, positos esse gigantes postremos ab Hercule confectos. unde ductum est illud prouerbium, Omnia sub unam Myconum, in eos qui res natura diuersas eodem titulo complectuntur, Quibus ex uerbis magis colligitur usus adagij quàm ratio, tametsi conijcere licet, quoniam summa gigantum & reliquiæ sub Mycono conderentur, sub ea gigantes omneis iacere uulgò dictum, cum sub alijs item montibus siti fuerint. Itaque qui eodem in libro grammatica pariter & theologica, item dialectica, & iurisconsultorum literas tradat, in eum non inconcinne dicetur, Omnia sub eandem Myconum. Aut ubi diuersa gesta, ab eo quod postremo loco factum sit, æstimentur. Est autem Myconus ex Cycladibus una, teste Stephano, qui prouerbij quoque facit mentionem in dictione Myconus. At Zenodotus longe diuersam adfert fabulam, quæ prouerbio dederit occasionem. Heleus, inquit, filijs suis Hegetori & Hippocli mãdarat ut insulas illas in mari sparsas subigerent. Deinde ubi Hegetor multas esset aggressus, Hippocles unam modo Myconum, uelletq; nihilominus reliquarum etiam omnium ex æquo particeps esse, consuluerunt super hac re oraculum, quænam insulæ Hippocli cederent: Respondit deus, μία μύκονος. id est, Vna Myconus. Vsus est eleganter Plutarchus primo συμποσιακῶν libro, μίαν μύκονον ἀποφάνας τὸ συμπόσιον id est, Vnam Myconum faciens conuiuium: significans indistinctos adhuc conuiuas. Vnde & de indiscretis dictum apparet.

Lerij mali. XLVIII

Λήριοι κακοί. id est, Lerij mali. In eos recte dicetur, qui pariter omnes gentis uitio sunt improbi. Leriorum enim populus

ob inſ g

Ayuntamiento de Madrid

ob insignem morum improbitatem in prouerbium abijt, autore Strabone lib. Geographiæ 10. citatq; Phocylidis, nescio cuius uerba hæc, Λέριοι κακοί, ἀχ ὁ μὲν ὃς δ' ὃ, πάντες, πλὴν πατροκλέος, καὶ πατροκλῆς λέως. id est, Lerij mali, non ut hic malus sit, ille nequaquam, uerum omnes, excepto Patroclo. Et Patroclus est Lerius. Leria insula est una ex Sporadibus contra littora Cariæ, quam Plinius Leron appellat, quum alijs aliquot locis, tum libro 5. cap. 21. Quod hinc dictum est in Lerios, Græca epigrammata detorquent in Chios. Epigramma sic habet,

Καὶ τόδε δημοδόκης, χῖος κακός, ἀχ ὁ μὲν, ὃς δ' ὃ.
Πάντες πλὴν πατροκλέος, καὶ πατροκλῆς ὁ χῖος. id est,
Hoc quoq; Demodoci, Chius malus, haud quidē hic, hic nō.
Omnes absque Procle, Chius at ipse Procles.

Apud Strabonem Græcũ scriptura mendosa est, quum πατροκλέος legendum sit, non πατροκλῆς. Interpres usus est codice castigatiore, quin ipsa carminis ratio reijcit, πατροκλῆς. Si addas, καὶ τόδε δημοδόκης, plenum erit distichon. Id reddetur uenustius, si ab homine ad rem deflexeris: ut si dicas, omnes prognostæ uani, uno, excepto Venantio, & tamen prognostes est Venantius. Impij sunt milites omnes, uno excepto Langio, & tamen miles est Langius. Græcorum prouerbium imitatus est Ausonius in Siluium quendam cognomento Bonum, natione Brittonem, quæ natio & hodie apud Gallos uulgò male audit.

Ad Phasin usque nauigauit. XLIX

Autore Strabone lib. Geographiæ 11. Phasis est Euxini sinus, & extremæ nauigationis meta, uel testę prouerbio,

Εἰς φᾶσιν, ἧῦδα ναυσὶν ἴσχατος δρόμος. id est,
Ad Phasin ubi supremus cursus nauibus. Per Phasim Colchidem significauit, non flumen Phasim, neque urbem eiusdem nominis ad flumen sitam. Theocritus in Idyllio N.
Πεζὸς δ' ἐς κολχῶς τε καὶ ἄξενον ἵκετο φᾶσιν. id est,
Et Colchos pedes, & te acceßit inhospite Phasis.

Pindarus consimili figura in Isthmijs hymno B. ἀλλ' ἐπὶ ἔρια ποτὶ μὲν φάσιν θερέμεν, ἧν δὲ χαμῶνι πλόων νέλε πρὸς ἀντέλ. id est, Sed transibat ad Phasim quidem mẽsibus æstiuis, hyeme uero nauigans ad Nili ripas, id est, à Colchide in Aegyptum. Strabo enim putat Phasianos ab Aegyptijs oriundos, argumentum sumens ex usu linteorum, quorum tanta sit uis apud Phasianos, ut hinc exportentur etiam in alias regiones. Dicitur de ijs qui longinquas orbis regiones peragrarint. Est enim ipsa figura quasi prouerbialis hyperbole, quo modo dixit & Iuuenalis:

Omnibus in terris quæ sunt à Gadibus usque
Auroram & Gangem. Et Horatius in Odijs,
Extremum Tanaim si biberes Lyce.

Et Vergilius in Bucolicis,

At nos hinc alij sitientes ibimus Afros:

Pars Scythiam & rapidum Cretæ ueniemus Oaxem.

Sumptũ uidetur ab Iasonis fabula. Neq; dißimule fuerit schema, si quis ad Herculis usq; columnas dicatur nauigasse, aut Vsq; ad Brittannos, quos autores extra mundi terminos ponunt, quòd Oceano separentur. Horatius in Odis lib. 3.

Visam pharetratos Gelonos,
Et Scythicum inuiolatus amnem. Idem in eadem Oda,
Visam Britannos hospitibus feros. Idem rursum,
Et ultimos orbis Britannos,

Mysorum ac Phrygum termini discreti sunt. L

Strabo lib. Geographiæ 12. regiones quasdam commemorat inter se finitimas, puta Phrygum, Bithynorum, Mysorum, Dolonum. Item qui iuxta Cyzicum accolunt, Mygdonum ac Troianorum. Neminem autem inficias ire quin unaquæq; suis finibus sit circumscripta. Verum eos fines adamußim dijudicare, id neutiquam facile. Porrò de Phrygijs ac Mysis prouerbium quoq; uulgo iactatum fuisse uersibus trimetris,

Χωρὶς τὰ μυσῶν καὶ φρυγῶν ὁρίσματα,
Τὸ δὲ διορίζειν χαλεπόν. id est,
Sunt separati Mysiorum termini
Phrygumq;, sed finire perquam est arduum.

Huius rei causam adducit, quod hi populi non satis stabiliter tutati sint suas sedes, sed subinde aliunde alio depulsi, terminos incertos reddiderint. Plinius lib. 5. Mysiam in Phrygia collocat. Plutarch. ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς παραλείμμασι. Χωρὶς γὰρ ἔφη τὰ φιλοσόφων, καὶ ἰατρῶν ὥσπερ τινῶν μυσῶν καὶ φρυγῶν ὁρίσματα. id est, Separatam enim aiebat esse philosophorum ac medicorum professionẽ, non aliter ac Mysorum & Phrygum fines. Manẽt in hodiernum diem paßim id genus de finibus gentium rixæ, longa serie temporum omnia confundente. Adagio licebit uti, de rebus toto genere inter sese dißidentibus, ueluti si quis sentiens longe aliud spectare philosophum, aliud oratorem, dicat, Χωρὶς τὰ μυσῶν καὶ φρυγῶν. Aut de hominibus inter quos nihil conuenit, nihilq; commune intercedit, ut apud Euripidem Achilles,

Χωρὶς τ' ἐμὰ κἀγαμέμνονος. id est,
Separatæ sunt meæ res à bonis Agamemnonis.

Quod index auro, id aurum homini. LI

Inter multas Chilonis sententias, hæc præcipue placuit eruditis autore Laërtio, ἐν πλινθίναις ἀκόναις ὁ χρυσὸς ἐξετάζεται, διδοὺς βάσανον φανερὰν, ἐν ᾗ χρυσῷ ἀνδρῶν ἀγαθῶν τε καὶ κακῶν τενὲς ἔλαιον ἔλεγχον. id est, In saxeis coticulis aurum exploratur, euidens præbens specimen. in auro uero proborum pariter & improborum ingenium deprehenditur. Stobæus carmen hoc citat ex Antiphane:

Πλοῦτος δὲ βάσανός ἐστιν ἀνθρώπου τρόπου. id est,
Opes ut index, hominis ingenium arguunt.

Alluſit huc Aristides in Themistocle, Ἐντεῦθεν ὅρα τὸ ἄνδρα, ἀπὸ γραμμῆς ἀρξάμενος, καὶ μή μοι λόγῳ τὸ χρυσὸν, ἀλλὰ τῷ βάσανον προσάγων σκόπει. id est, Hinc uirum spectа, à linea facto initio. Neque mihi, quod dicitur aurum, sed ipsum admouens indicem considera.

Caue thoracem. LII

Φύλατε τὸ θώρακα. i. Caue thoracem. Strabo lib. Geographiæ 14. scribit, fluuium esse nomine Letheum uicinum Libybus Hesperijs: huic imminere montem cui nomen Thorax, in quo fama est Daphitam grammaticum cruci suffixum fuisse, quòd maledico carmine reges inceßiuisset: unde dictum illud manarit in uulgus, ut dicerent, φύλατε τὸ θώρακα, i. Caue à Thorace. Hoc uelut ænigmate prouerbiali festiuiter admonebimus, frenandam esse linguam, ne uoces petulanter emissæ, per iugulum aliquando redeant. Stephanus tantum indicat, Thoracem esse ciuitatem Aetoliæ, & item Magnesiæ, de prouerbio silet.

Abdera pulchra Teiorum colonia. LIII

Strabo lib. Geographiæ 14. tradit Teios cum Persarum contumelias ferre non possent, urbe relicta, Abdera Thracum urbem demigrasse. Atq; hinc illud uulgatum fuisse,

Ἄβδηρα καλὰ τηίων ἀποικία. id est,
Abdera pulchra Teiũm colonia.

Hoc ænigmate prouerbiali significamus, nõ deesse quò confugiamus, si quis præter modum pergat esse molestus. Huc fortaßis alluſit M. Tullius libro Epist. ad Atticum septimo quod imperium habeam, id est, ἀβδηριτικόν. Et lib. quarto: Hic Abdera non tacente me. Dices, tamen tu non quiescis? Ignosce, uix possum. Laudantur & ab Herodoto libro 1. Teij, quòd relicta patria libertatem seruarint, cuius rei meminit & Strabo lib. decimoquarto, non silẽs obiter de prouerbio,

uerbio, quanquam Aldina æditio illic depraua ta eſt, ut in multis alijs locis. Ioachimus Vadianus meus, uir iuxta candidus ac doctus, exiſtimat cõuenire prouerbiũ, ubi quis fortunam tenuem, ſed cum libertate coniunctam anteponit amplis opibus, ſed obnoxijs ſeruituti. Cuius ſentẽtiæ non refragor. Nam damnatus eſt Abderitarum aër, & item paſcua.

Magna ciuitas, magna ſolitudo. L IIII

Strabo Geographiæ lib. 16. Seleuciam ad Tigrim ait Babylone maiorem fuiſſe, ſed pleraq; ſui parte deſertam, ac iure optimo de illa dici poſſe, quod de Megalopoli Arcadiæ ciuitate dixit comicus quidpiam:

Ερημία μεγάλη ἐστὶν ἡ μεγάλη πόλις. id eſt,
Eſt magna ſolitudo, magna ciuitas.

Alluſum eſt ad nomen urbis, cuius meminit & Plinius in 4. Quadrabit in urbes, aut domos, agros, aut hortos, aut aliud id genus quippiam, amplum quidem & ſpacioſum, ſed parum excultum. Aut in librum ingentem quidem illum, uerum impolitum & illimatum.

Ad Scolon nec proficiſceris ipſe, nec alterum comitaberis. L V

Strabo lib. Geographiæ nono ſcribit, Scolon uicum eſſe quempiam Aſopiæ ſub monte Citherone, ſedem inamœnam, inculcam, infrugiferam, aſperam: atque hinc uulgò prouerbium manaſſe,

Εἰς σκῶλον μήτ' αὐτὸς ἴμεν, μήτ' ἄλλῳ ἕπεσθαι. id eſt,
Nec per te Scolon ipſe, nec ulli alij comes ito.

Refert eadem totidem uerbis Euſtathius in Bœotian Homericam. Nam Scolon & Stephanus ponit in Bœotia. Nomen ex re uidetur inditum, σκῶλον enim Græcis ſpinæ genus eſt. Quo prouerbio conueniet uti, ſi quando ſignificabimus modis omnibus abſtinendum à conuictu cuiuſpiam, aut à loco ubi nihil ſit ſperandum, quod uel ad uoluptatem faciat, uel ad emolumentum.

Oenoë charadram. L VI

Οἰνόην τὴν χαράδρην id eſt, Oenoë torrentis alueum. Nam charadra Græcis ſignificat eam terræ fiſſuram, quam aqua pluuia, aut torrens, nonnunquam terræmotus efficit. Zenodotus in collectaneis adagiorum ait, dici ſolitum in eos qui ſibijpſi malum accerſerent. Hinc eſſe natam præmiam, quod Oenoë uicus quidam ſit Atticæ, quem qui incolebãt, alueum quendam torrentis uicinum, ſuis finibus incluſerunt. Deinde ingruente immodica ui aquarum, & ob id corruptis agris, agricolationem perdidiſſe. Strabo Geographiæ libro octauo duas Oenoas commemorat, alteram Eleutheris finitimam, alteram apud Marathonem, de qua ualgò iactata præmia, οἰνόη τὴν χαράδρην. id eſt, Oenoë charadram. Effertur adagium ad hunc quoque modum, οἰναῖοι τὴν χαράδρην. id eſt, Oenei charadram, ubi quippiam accerſitur ad commoditatem, unde pernicies adfertur. Heſychius hoc prouerbium refert & explicat ex Dæmone prouerbiorum autore. Stephanus indicat Oenoën eſſe unam duarum ciuitatum quas habet Icaria. Vnde dicuntur Oenæi.

Nihil ad Bacchum. L VII

Οὐδὲν πρὸς διόνυσον. id eſt, Nihil ad Bacchum. Vbi quis ea nugatur quæ ad rem præſentẽ nihil attinẽt. Adagionis origo uaria traditur. Zenodotus ait, antiquitus in choris Dithyrambos in Bacchum cani ſolitos. Deinde poëtas mutata cõſuetudine, Aiaces, Cẽtauros, atq; id genus fabulas cœpiſſe deſcribere. Proinde ſpectatores per riſum acclamaſſe, Nihil ad Bacchum. Quo conuicio moniti, deinceps ſatyros inducere cœperunt, ne dei prorſus obliti uiderẽtur. Strabo Geographiæ ſuæ libro 8. ſcribit cuerſa funditus à Romanis propter uiolatos legatos Corinthiorum urbe, milites in opera quoque nobilia, quibus ea ciuitas præter cæteras abundabat, ludibrijs inſultaſſe. Citatq; teſtem Polybium, qui prædicet præſentem uidiſſe ſeſe, tabulas quaſdam abiectas in ſolum, in quibus milites talis luſerint. Quarum una fuit ab Ariſtide depicta. Argumentum erat Bacchus. Hinc, inquit, quidam aiunt manaſſe, quod prouerbio dicitur, οὐδὲν πρὸς τὸν διόνυσον. id eſt, Nihil ad Bacchum. Suidas refert Epigenem quendam Sicyonium tragœdiam de Baccho conſcripſiſſe, quæ cum indigna deo uideretur, quoſdam è ſpectatoribus acclamaſſe, nihil ad Bacchum. Eamq; uocem in prouerbium abijſſe. Verum magis approbat eorum ſententiam, qui dicunt quondam poëtas de Baccho fabularum argumenta cõſueſſe tractare, eaq; demum actitari ſolita. Deinde paulatim ad tragœdias ſcribendas conuerſos, alias fabulas & hiſtorias ſcripſiſſe, præterm ſſa Bacchi mentione: ſpectatores igitur acclamaſſe, nihil ad Bacchum. Eiusq; ferme ſententiæ ſuffragator citat Chamæleontem. Huic opinioni aſtruit Plutarchus in primo libro Sympoſiacon, oſtendens ab Aeſchylo & Phrynicho natam præmiam, qui fabularum argumenta ad hiſtorias & calamitates deflexerint. At Theætetus apud eundem Suidam, in opere de prouerbio, ſcribit Parrhaſium pictorem, Bacchum ſumma arte finxiſſe. Itaque cum apud Corinthios pictorum inter ipſos de arte certamen ageretur, & complures Bacchum pictum proferrent, quorum nullus ad Parrhaſij Bacchum accederet, ſuccla maſſe populum nihil ad Bacchum. Apud eundem, quidam cum Coræbum, Vlyſſem illum uafrum & uerſipellem uocaſſet, audijt: Canem adducis ad præſepe, & nihil adfers ad Bacchũ. Vtroque prouerbio ſignificatum eſt, nimis inæqualem eſſe comparationem Coræbi cum Vlyſſe. Lucianus in Baccho, ἀλλὰ τί πρὸς τὸν διόνυσον ὅτῳ ὁ διόνυσος, ἔποι τις ἄν. id eſt, Sed dixerit quiſpiam, quid ad Bacchum hic Bacchus? id eſt, quid ad rem propoſitam pertinet hæc de Baccho fabula? Itaq; uidetur adagium quadraturum, uel de re ab inſtituto aliena, uel multo inferiore, uel contemnenda. Plutarchus in Sympoſiacarum quæſtionum prima, de ijs agens, qui anxios ſyllogiſmos, uelut cum quem κυκεῶνα uocant, in poculis proponere ſolent, τί ταῦτα, inquit, πρὸς τὸν διόνυσον; idem inibi, Πέμπω δὲ καὶ τὰ λοιπὰ τάχιον, ἂν ταῦτα δόξῃ μὴ παντελῶς ἄμουσα μηδὲ ἀπροσδιόνυσα εἶναι. id eſt, Mittam autem propediem & reliqua, ſiquidem hæc uidebuntur non uſquequaque inſcita, neque nihil ad Bacchum pertinentia. Noue quidem, ſed tamen oppido quàm eleganter dixit, ἀπροσδιόνυσα, tacite alludens ad prouerbium. Significat autem, οὐκ ἀπροσδιόνυσα, non aſpernanda, & ad rem pertinentia. Idem in eiuſdem operis lib. 4. Οἶμαι δὲ καὶ τ σαββάτων ἑορτὴν μὴ παντάπασιν ἀπροσδιόνυσον εἶναι. id eſt, Arbitror autem nec ſabbatorum feſtum, nihil prorſus ad Bacchum pertinere. Athenæus lib. 11. ἀπροσδιονύσους λύσεις πραγματευόμενον. id eſt, Solutiones nihil ad rem pertinentes moliens: tertio, παράυλα μέλη dixit, modos non reſpondentes ad tibiam. Ac mox ἀνῴκητα κύμβαλα. hoc eſt, cymbala nõ congruentia ad numeros ſaltationis. Sic enim uocat ſermones intempeſtiuos, aut nihil ad rem pertinentes, quos idem ἀμουσολογίας uocat. De huius formæ prouerbijs dictum eſt nobis alias: Nihil ad uerſum. Pindarus in Nemeis, παρὰ μέλος ἔχειν dixit pro eo quod erat ſecus quàm conuenit loqui, μαθὼν δέ τις ἄν ἐρεῖ, παρὰ μέλος ἔχομαι. M. Tullius lib. ad Atticum 16. Sed nihil tam ἀπροσδιόνυσον mihi primo uidebatur, quàm ad has literas, quibus ego à te conſilium petieram, te mihi illa reſcribere. Tametſi quidam hoc loco pro ἀπροσδιόνυσον legunt ἀπροσδόκητον hoc eſt, inopinatum, inexpectatum. Prouerbij ſpeciem habet quod eſt apud eundem Ciceronem in Bruto, ſed domum redeamus: Id uelut interpretans ſubijcit, id eſt, ad noſtros reuertamur. Vtimur & hodie

Ayuntamiento de Madrid

hodie ſermonis huius colore, quoties ſignificamus nos à digreſſione ad id reuerti quod inſtituebamus.

Farcire centones. LVIII

Periphanes *in Epidico Plautina, militi iam pugnas ſuas militari more paranti narrare:* Quin tu, *inquit, alium quæras, cui centones farcias, id eſt, quem tu glorioſis mendacijs & conſarcinatis fabulamentis expleas. Solent enim homines glorioſi mendacium aliud ex alio connectere, nullum facientes neque finem neque modum. Centones autem dicuntur ueſtes è uarijs panniculis, ac diuerſis etiam interdum coloribus conſarcinatæ.* Iuuenalis:

Intrauit calidum ueteri centone lupanar.

Ad harum ſimilitudinem centonem uocant carminis genus, ex diuerſis carminibus, & carminum fragmentis, hinc atq; illinc accerſitis, cõtextum, quaſiq; conſutum. Græci κέντρωνας appellant, addita litera, quam abijciunt Latini. Extant adhuc, ὁμηροκέντρωνες, quorum meminit & diuus Hieronymus, & Vergiliocentones Probæ mulieris, & Centon nuptialis Auſonij, qui legem etiam eius carminis tradit.

Quod dedi, datum nollem. LIX

Læna Milenis *in Ciſtellaria Plautina:* Inter nouam rem, *inquit, uerbum uſurpabo uetus.* Quod dedi, non datum uellem, quod reliquum eſt, non dabo. *Significat ſe pœnitere, quòd puellæ fecerit copiam, de cætero non facturam. Vſus adagij fiet uenuſtior, ſi paulo longius à ſimplici figura detorqueatur, ueluti ſiquis indicans ſe ſuperioris operæ, quam in poëtices ſtudium inſumpſerit, pœnitere, nec eſſe conſilij diutius in ea tempus terere, dicat,* Quod dedi datum nollem, quod reliquum eſt non dabo.

Crocodili lacrymæ. LX

Κροκοδείλου δάκρυα. *id eſt,* Crocodili lacrymæ. *De ijs qui ſeſe ſimulant grauiter angi incommodo cuiuſpiam, cui pernicie attulerint ipſi, cui ue magnum aliquod malum moliantur. Sunt qui ſcribant, Crocodilum conſpecto procul homine, lacrymas emittere, atque eundem mox deuorare. Cuiuſmodi propemodum erant lacrymæ Baſſiani imperatoris, apud Aelium Spartianum. Lacrymabatur quoties aut mentio fieret, aut imagines uideret Getæ fratris, quem occiderat. Alij narrant hanc eſſe crocodili naturam, ut cum fame ſtimulatur, & inſidias machinatur, os hauſta impleat aqua, quam effundit in ſemita qua nouit, aut alia quæpiam animantia, aut homines aquatum uenturos, quo lapſos ob lubricum deſcenſum, neque ualentes aufugere, corripiat, correptosq; deuoret. Deinde reliquo deuorato corpore, caput lacrymis effuſis macerat, itaque deuorat hoc quoque.*

Bona etiam offa poſt panem. LXI

Ἀγαθὴ καὶ μᾶζα μετ' ἄρτον. *id eſt,* Et poſt panes bona maza *eſt. Hemiſtichium carminis heroici. Zenodotus ait de ijs ſolere dici, qui penuria meliorum amplectuntur deteriora. Nam maza quiddam eſt pane cocto deterius, conflatum ex lacte & farina, quo ruſtici uice panis uti conſueuerunt. Siquidem ὀπῶρ ἀλαζόν, in delicijs olim fuiſſe alias demonſtrauimus ex Theocrito. Prouerbij ſpeciem habet quod eſt apud Athenæum libro 6. licet huic diſſimile,* τετυφωμένῳ δ' ἀνδρὶ μᾶζα τιμιωτέρα χρυσοῦ τε καὶ ἐλέφαντος. *id eſt,* Maza *ſiue offa eſurienti homini charior & auro & ebore. Quo licebit uti cum indicabimus, rem uſu, non opinione æſtimandam. Ex his quæ prodidit Athenæus de apparatu conuiuiorum, liquet mazam prius apponi ſolere, deinde panem. Verum conſumpto pane probatur & mazæ. Vt poſſumus, quando ut uolumus non licet. Xenophon libro 6.* παιδίας, *facit quendam conſolantem milites, qui defecti pane, mazæ ueſci cogebantur. Hoc cibo qui uictitant, dicuntur* ἀλφιτοσιτεῖν, *quemadmodum qui pane,* ἀρτοσιτεῖν.

Si non adſunt carnes, taricho contentos eſſe oportet. LXII

Ἂν μὴ παρῇ κρέα, τάριχος φάγειν χρή. *id eſt,* Probanda ſalſamenta genti carnium.

Sunt qui dicant, τάριχος *accipi pro piſce, ſed uili putriq;, qui idem ſit Aphya: fortaſſis hic pro iure accipiendum tarichus. Nam quibus deeſt obſonium, ſolent pane in ius immerſo ueſci. In aphyas & tarichos creber iocus eſt in comœdijs. Senſus hic eſt, ubi non eſt copia meliorum, boni conſulere oportet quæcunque contingunt. Refertur à Diogeniano.*

Agathonia cantio. LXIII

Ἀγαθώνιος ἄλλησις. *id eſt,* Agathonia cantio. *Recte dicetur de oratione blanda magis, quàm frugifera. Agathon tibicen quiſpiam erat, cantilenarum ſuauitate mirorem in modum aures deliniens. Nec huius mores diſſimiles muſicæ fuiſſe perhibentur. Laborauit enim infamia molliciei. Autor & Suidas & Zenodotus. Haud ſcio an hic ſit idē ille Agathon in tragicorum certamine uictor, in cuius epinicijs Plato celebrat illud nobile conuiuium. Huius multis modis Ariſtophanes in Theſmophorijs, carminum molliciem deridet.*

Edax currus. LXIIII

Ἀδηφάγος ἅρμα. *id eſt,* Edax currus, *in glutones & uoraces dicebatur, propterea quòd currus multum abſumit unguinis ſiue ceromatis: ſiue quòd ſumptuoſa res ſit, equos & currus alere, unde & comicus Ariſtophanes in* Nebulis *iocatur in Strepſiadem, quem filius* ἱπποτροφῶν, *ad inopiam redegerat, multo ære alieno contracto. Huius Vopiſcus indicat, Aureliano in delicijs fuiſſe Phagonem quendam, qui uno die ad menſam imperatoris ederit aprum integrum, centum panes, ueruecem & porcellum, biberit autem infundibulo appoſito plus orca. Sed de hoc hominum genere plura Athenæus in Dipnoſophiſtis, apud quem libro 5. Socrates quum quendam uidiſſet in conuiuio ſeſe intemperantius ingurgitantem opſonio, O uos qui adeſtis, inquit, quidam ex uobis pane utitur ut obſonio, obſonio ut pane. Venuſtius reddetur, ſi deflexeris ad animi uitium, ueluti ſi dicas, huius aut illius principis amicitiam immodica pecunia parari ac retineri aliq;. Aut cupiditates inexplebiles eſſe, cum naturæ uſus perpauca poſtulet.*

Sanguine flere. LXV

Αἱματι κλαίειν. *id eſt,* Sanguine flere, *prouerbialis hyperbole ſignificans nihil non fieri, quo flectatur aliquis. ſic enim antiquitus loquebantur: Haud flectes illum, ne ſi ſanguine quidem fleueris. Itidem* αἵματι ῥύειν. *id eſt,* Sanguine gemere. *Durat hoc adagium in hodiernum etiam diem. Translatum uidetur à prodigijs, quibus interdum ſtatuæ ſanguineis guttis lacrymare uidentur.*

Pardi mortem adſimulat. LXVI

Θάνατον παρδάλεως ὑποκρίνεται. *id eſt,* Pardi mortem ſimulat. *Dicebatur ubi quis aſtu perniciem alicui moliretur: ueluti cum Brutus ſtupidum ac dementem ageret, ut in poſterum imperio potiretur. Id adagium ad quendam apologũ referunt. In Mauruſia ſimiarum ingens copia. Pardalis autem animal eſt natura ſimijs infeſtiſſimũ, quas tamen uiribus aſſequi non poteſt, nimirum illis in ſummas arbores ſubuolantibus. His itaq; dolis in eas utitur. Sternit ſe ſupinam ſub ramis, ac porrectis cruribus emori fingit ſeſe. Gaudent eo ſpectaculo ſimiæ conſidentes in arbore. Deinde ubi iã mortuam arbitrantur, unam aliquam emittũt exploraturam, nũ uere mortuus ſit hoſtis. Illa cautim ac pedetentim accedens, ubi nullum uitæ uidet argumentũ, pardale nimirum modis omnibus cadauer imitante, demum audet etiam cõſcendere. Quod ſimul atq; reliquæ ſimiæ conſpexerint, iam depoſito omni metu deſcendunt, & pardalim omnia ferentẽ circumſultant: poſtremo cõculcant, inſultantes ludibrij cauſa, donec*

Ayuntamiento de Madrid

pardalis ſentiens illas iam ſaltando defatigatas de repente reuiuiſcens, aliam dentibus, aliam unguibus corripit, dilaniatq; ac deuorat. Hanc equidem fabulam, ne quid fuci faciam lectori, nõ reperi apud idoneum auctorem, ſed in Græcis collectaneis cuiuſdam Apoſtolij Byzantij, cuius teſtimonium quodam in loco Politianus etiam adfert, alioquin autoris non admodum grauis.

Mandare laqueum. LXVII

Mandare laqueum dicimur ijs, quos uſqueadeo negligi à nobis ſignificamus, ut ſi uel ſuſpendant ſeſe, nihil ad nos attineat. Iuuenalis de Democrito:

—Cum fortunæ ipſe minaci
Mandaret laqueum, mediumq; oſtenderet unguem.

Conſine illi cum iubemus οἰμώζειν. id eſt, plorare quĕpiam, & μακρὰ οἰμώξαι. id eſt, clare plorare, καὶ κλαίειν καὶ μακρὰ χαίειν. id eſt, flere & longum uale re.

Medium oſtendere digitum. LXVIII

Medio item digito porrecto, ſupremum contemptum ſignificabant. Martialis libro ſecundo.

Et digitum porrigito medium.

Nam hunc digitum Martialis impudicum uocat.

Oſtendit digitum, ſed impudicum. Perſius infamem
Infami digito & luſtralibus ante ſaliuis.

Huc arbitror pertinere, quòd apud Laërtium Diogenes, ut alibi diximus, hoſpitibus quibuſdam Demoſthenem uidere cupientibus, non indice digito, ſed medio porrecto demonſtrauit, parum uirum inuenis & effœminatum. Ac paulo poſt eodem in loco, ſatis indicat porrectione digiti medij quippiam obſcœnum ſignificari, cum ait, inſanos haberi, qui medium porrigant digitum, qui indicem, non item. Itaque eodem in carmine duobus adagijs extremum contemptum indicauit Satyricus:

Mandaret laqueum, mediumq; oſtenderet unguem.

Elegantius fiet utrunq;, ſi longius detorqueatur. Vt philoſophicis præceptis laqueum mandes, tu tuo uiuito more. Et theologorum decretis negotiatores medium unguem oſtendunt, id eſt, planè contemnunt ridentq;.

Barbam uellere. LXIX

Τὸν πώγωνα τίλλειν. id eſt, Barbam uellere. Eſt illud quoque ſumptum à geſtu, barbam uellere, quo ſummum contẽptum ac ludibrium ſignificamus. Horatius Sermonum lib. primo.

Barbam tibi uellunt Laſciui pueri. Perſius:
Idcirco ſtolidam præbet tibi uellere barbam
Iuppiter. Idem aliâs:
Si Cynico barbam petulans Nonaria uellit.

Et Dionyſius Siculus, non dubitauit Aeſculapio barbam auream detrahere. Lucianus in Timone de Ioue Olympio, ἐκάθαιρε τὸν τλοκάμους τετμημένον. id eſt, Deſidebas dum tibi circumtonderetur cæſaries. Et barbã uellit mortuo leoni, qui ferox eſt in proſtratum, quod aliâs attigimus.

Malis ferire. LXX

Μήλοις βάλλειν. id eſt, Malis petere dicuntur, qui muneribus aſſequi ſtudent quod optant, aut qui donis prouocãt ad amorem mutuum. Ducta eſt allegoria à fabula Atalantæ, quam Hippomenes curſu ſuperauit, ſed arte proiectis inter currendum malis aureis, in quibus ſublegendis dum puella ſubinde remoratur, præceſſit ac uicit iuuenis. Refertur adagium à Diogeniano. Plutarchus in Sympoſiacis indicat olim fuiſſe morem, ut in eos qui ſemper uincerent, mala, roſas, nonnulli etiam mala punica iacerent, Vt hinc quoq; uideri poſſit ortum adagium, ac dictitatum de ijs qui magnopere mirantur, ac probant quempiam, aut etiam blandiuntur. Idem decade nona narrat, Anaxarchum cum ab Alexandro poſt cœnam malis peteretur, ſurrexiſſe, dixiſſeq; hunc ſenarium ex Oreſte Euripidis,

Βεβλῆσεταί τις θεῶν βροτησίᾳ χειρί. id eſt,
Ferietur aliquis mox deûm humana manu.

Poteſt & ſimplicius accipi, malis petere, cum quis ad amandum laceſſitur ac prouocatur: ſic enim interpretatur Suidas. Vnde & illud apud Maronem,

Malo me Galatea petit laſciua puella. Et,
Aurea mala decem miſi, cras altera mittam. Et,
Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala.

Et Acontius apud Ouidiũ Cydippe malum inſcriptũ in gremiũ mittit. Ariſtophanes in Nebulis, Μήλῳ βληθὲς ὑπὸ πορνιδίου. i. A' ſcorto malo percuſſus. Interpres adſcribit, malum amoris eſſe ſymbolum, propterea quod Veneri ſit ſacrum. Vnde in certamine formarum, præmium malum erat aureum, idq; Veneri contigit. Theocritus in Cyclope,

Ηρατο δ' ὅτι ῥόδοις, ὃ μάλοις, ὅδε κικίνοις,
ἄλλ' ὀλοαῖς μανίαις. id eſt,
Non malis, non ille roſis, non ille Cicinis,
Sed furijs mage peſtiferis adamabat. Idẽ in Hodœporis,
Βάλλει καὶ μάλοισι τὸν ἀπόλουσ' ἀκλεέστα. id eſt,
Olim munuſcula malis conſtabant, unde Horat. in Epiſt.
Fruſtis & pomis uiduas uenentur auaras,
Excipiantq; ſenes, quos in uiuaria mittant.

Mare prius uitem tulerit. LXXI

Τὸ πέλαγος πρότερον εἴσει ἄμπελον. id eſt, Mare prius uitem feret. De ijs quæ nullo pacto fieri poſſint. Nam ſalſitudo uitibus inimiciſſima. Hinc opinor Homerus & Heſiodus identidem pontum uocant ἄξυλον, quòd illic nulla colligatur uindemia. Salſa terra ferè ſterilis eſt frugibus, ſed uitibus inimiciſſima. Refertur apud Diogenianum.

Betizare, Lachanizare. LXXII

Lachanizare uulgò dicebant pro languere, teſte Suetonio in uita Octauij Cæſaris, pro quo Auguſtus nouauit betizare. Quadrabit & in inſulſos & inſipidos. Catullus,

Languidior tenera cui pendẽs ſicula beta. Itẽ Martial.
Vt ſapiant fatuæ fabrorum prandia betæ,
O' quàm ſæpe petet uina piperq; coquus.

Eodem pertinet illud Diogenis Cynici dictum apud Laërtium: Quum adoleſcentes quidam eum canem uocarent, ſeq; cauturos dicerent ne ab illo morderentur, bono animo eſſe iuſſit: canem enim haudquaquam ueſci betis, molliciem illorum notans. Blíteos appellant ſtupidos. Eſt βλίτον herbæ genus, cui nomen etiam à ſtupore ſaporis inditum putant, quaſi βλακ, quæ uox bardum & ſtupidum ſignificat. Ariſtophanes in Auibus, ὡς βλακικῶς διακονεῖς. ut ſtupidè miniſtras. Plautus in Truculento: Blitea & lutea eſt meretrix, niſi quæ ſapit in uino, ad rem ſuã. Laberius Mimographus apud Nonium Marcellum, bipedẽ & blitcam beluam appellat inſulſum & uecordem. Apud Menandrum quoque mariti uxoribus ex blito conuitium faciunt, blitcas eas nominantes. Ariſtophanes in Nebulis, κἀ σε καλοῦσι βλῖτόμαν. i. Teq; uocant bardum ac ſtultũ. Fieri poteſt ut Gallica quoq; uox hinc manarit, qua nunc uulgò contemptiſſimos, extremæq; notæ homines compellant Blitéros addita literula.

Promus magis quàm condus. LXXIII

Sanè quàm elegans & prouerbialis Auſonij dimeter iambicus, Promusq; quàm cõdus magis: in quĕdã profuſiorĕ, qui parta prodigere noſſet, quærere aut quæſita ſeruare nõ noſſet. Sumpta metaphora à rei familiaris diſpenſatoribus, maximeq; penuariæ, quos Græci ταμίας uocant, quorum partes ſunt ad uſum familiæ promere, id eſt, proferre quædam, alia cõdere, hoc eſt, ſeponere. Là qui tantũ promit, is ad inopiã uclis equisq; properat. Plaut. in Truculẽto, parce promos appellat, ſordidos ac tenaces, & qui ſumptũ libẽter effugiunt.

Indulgere genio. LXXIIII

Prouerbiales ſunt & illæ figuræ, defraudare genium, pro eo quod

Ayuntamiento de Madrid

quod eſt, negare naturæ, quod appetit: & indulgere genio, pro eo quod eſt animo obſequi. Terentius in Phormione: Suum defraudans genium. Plautus in Truculento: ſed iſtos qui cum geniis ſuis belligerant, parce promi: Sordidos & parcos ſignificans. Idem in Aululatia: Egomet fraudaui meum genium. Contrà Perſius Satyra quinta,

Indulge genio, carpamus dulcia.

Vnde & genialem appellant diem, lætum & uoluptuariũ. Et genialiter uiuere, pro molliter & laute.

Curare cuticulam. LXXV

Huic confinis eſt illa frequens apud poëtas figura: Curare cuticulam. Nam qui uoluptati ſtudẽt magis quàm famæ, unum hoc curant, ut cutis ſumma niteat, eáq; gratia lautioribus epulis, balneis, unguentis, ſomno, conuiuijs, aliiſq; id genus delicijs utuntur. Horatius in Sermonibus:

_ire domum, atque
Pelliculam curare iube. Idem in Epiſtolis:
Me pinguem, & nitidum, & bene curata cute uiſes,
Cum ridere uoles, Epicuri de grege porcum. Perſius,
Et aſſiduo curata cuticula ſole.

Nodum in ſcirpo quæris. LXXVI

Nodum in ſcirpo quæris, in anxium dicebatur, nimiſq; diligentem: aut meticuloſum, qui illic ſcrupulum moueret, ubi nihil eſſet addubitandum. Hoc adagium refertur apud Plautum in Menæchmis, & uerbis totidem apud Teren. in Andria. Feſtus ex Ennio citat:

Quæris & in ſcirpo, ſoliti quod dicere, nodum.

Nominatim prouerbij titulo referens. Donato iunci ſpecies eſt ſcirpus, leuis atq; enodis, Quanquam apud Gellium ſcirpi dicuntur captiunculæ, argutiæq;. Niſi forte quis malit legere in ſcrupo, quod hi lapilli leues ſint ac rotundi.

Delphinum ſyluis appingit, fluctibus aprum. LXXVII

Horatius in Arte poëtica, prouerbiali ſchemate dixit,

Delphinum ſyluis appingit, fluctibus aprum.

Indocti poëtæ ſtultitiam taxans, qui multa non ſuo loco neque tempeſtiuiter deſcribit, perinde quaſi pictor delphinum piſcem, iuxta Callimachi dictum in nemoribus pingeret, rurſus aprum in undis. Confine illi, ὃν φακῇ τὸ μέρος. id eſt, In lenticula unguentum.

Cancer leporem capit. LXXVIII

Καρκῖνος λαγωὸν αἱρεῖ. id eſt, Cancer leporem capit. De re nequaquam ueriſimili, dictúq; abſurda, Velut ſi quis dicat, ab indoctiſſimo ſuperari doctum.

Ne caprea contra leonem. LXXIX

Μὴ πρὸς λέοντα δορκὰς. id eſt, Ne caprea aduerſus leonem, hoc eſt ne longe inferior cum potentiore decertes. Dorcus enim ſylueſtris eſt capreolus. Refertur à Diogeniano. Suidas integrum refert ſenarium,

Μὴ πρὸς λέοντα δορκὰς ἄφαμαι μάχης. id eſt,
Ne cum leone caprea pugnã ſumpſero. Homer. Odyſſ. θ.
Ἀνδράσι γὰρ πρέπουσιν ἐειδόμεν ἠδὲ μάχεσθαι. id eſt,
Cum potiere uiro nolim certamen inire.

Pellem caninam rodere. LXXX

Pellem caninam rodere, prouerbiali metaphora dixiſſe uidetur Martialis, pro eo quod eſt hominem maledicum & improbum conuicijs inſectari. Sic enim ſcribit in obtrectatorem quendam & oblatratorem,

Non deerunt tamen hac in urbe forſan,
Vnus uel duo, trésue quatuórue
Pellem rodere qui uelint caninam.

Echino aſperior. LXXXI

Ἐχίνου τραχύτερος. id eſt, Echino aſperior, in hominem intractabilẽ & inſuauibus moribus dictum. Metaphora ſumpta ab animante, cuius duplex eſt genus: terreſtre, ſpinis obſitũ: & maritimum, pinnata undiq; teſtudine, ac ſpinis obducta, quibus ſe pedũ uice uoluit, autore Plin. Martialis,

Co: tice depoſito mollis echinus erit.

Ariſtoteles lib. De generatione animantium 5. tradit echinum ipſum quidem puſillum eſſe, cæterum ſpinas habere & longas & acutas. Athenæus Dipnoſophiſt. lib. 3. fabellam haud infeſtiuam refert è Demetrio Scepſio: Laconem quempiam uocatum ad cœnam, appoſitis echinis, cum ignoraret quo pacto ſoleant edi, nec obſeruaret quomodo cæteri conuiuæ his ueſcerentur, corripuiſſe quendam, & in os conieciſſe unà cum ipſa teſta: porrò cum inter dentes ſtrideret echinus, & hominis os cibo miſere cruciaretur, ô ſceleratum, inquit, edulium, neque nunc te omittam tibi mutis, nec te poſthac unquam ſumpſero.

Echinus partum differt. LXXXII

Ἐχῖνος τόκον ἀναβάλλει. id eſt, Echinus partum differt. De ijs dici ſuetum, qui prorogarent quippiam ſuo malo: ueluti qui creditam pecuniam comperendinant, tamẽ aliquando reddendam, uel maiore cum fœnore. Aiunt echinum terreſtrem ſtimulata aluo remorari partum, deinde iam aſperiore ac duriore facto fœtu mora temporis, maiore cruciatu parere. Autor Suidas. Plinius libro nono cap. 25. tradit, piſcem qui dicitur echineis, fluxum grauidarum ſiſtere, & uſque ad puerperium in utero cõtinere fœtum. Quanquam hoc ἀπροσδιόνυσον.

Prius duo echini amicitiam ineant. LXXXIII

Πρὶν ἢ δύο ἐχῖνοι εἰς φιλίαν ἔλθοιεν, ὁ μὲν ἐκ πελάγους, ὁ δ' ἐκ χέρσου. id eſt, Prius echini duo inierint amicitiam, alter è mari, alter è terra. De ijs qui moribus ac ſtudijs ſunt inter ſe diſcrepantiores, quàm ut ſpes ſit aliquando inter eos neceſſitudinem coituram. Venuſtius erit ad rem deflexum. Male cõuenit theologorum ſpinis cum bonis literis: citius echino marino cũ terreſtri conueniret. Nam eſt echinus marinus, de quo multa Plinius & Ariſtoteles. Eſt & terreſtris, quem alio nomine uocant Erinaceum: illud commune, quod uterq; ſpinoſus eſt, unde & uocabulum inditum. Refertur à Suida.

Non miſſura cutem, niſi plena cruoris hirudo. LXXXIIII

Prouerbij ſpeciẽ habet illud etiam Horatianũ in Arte poëtica:

Non miſſura cutem, niſi plena cruoris hirudo.

Quadrabit in homines nimium ſedulos, & quibuſuis in rebus immodicos. Cuiuſmodi nonnullos uideas, qui cum ſemel cœperint, nullum faciunt finem, donec defatigati deſiſtant, nec rationem ullam habent alieni faſtidij, ſed ſuo tantum animo negotij modum metiuntur, haudquaquã memores uetuſtiſſimi ſermonis admonentis ut tum à luſu deſiſtamus, cum adhuc eſt iucundus, ne uoluptatem odij moleſtia conſecuta contaminet. Nemo neſcit, hirudinem ubi ſemel hæſerit corpori, nulla ratione poſſe reuelli, donec ſuctu ſanguinis expleta decidat. Quidam appellant ſanguiſugam. Græci βδέλλαν ſiue βδέλλιον, linguam habet biſulcam ac fiſtulatam, quam penitus infigit cuti. Meminit Plin. lib. 11. cap. 34. atq; inibi de altero quodam animali, cui nomen non ſit, quod ſemper infixo ſanguini capite uiuat, donec nimia ſatietate dehiſcat, & ipſi immoriens alimento, cum cibi non ſit exitus.

Mea eſt pila. LXXXV

Mea eſt pila, id eſt, Vici, & uoti ſum compos: aut res mihi in manu eſt, apud Plautum in Truculento. Sumptum à notiſſimo pilæ ludo, cum multis inſequentibus, unus aliquis præſtantior occupat. Conſimili figura dixit in Caſina: Sed ſi nunc uult hera facere officium ſuum, noſtra omnis lis eſt, id eſt, uicimus. Tradueta metaphora à iudicijs.

Ab ouo uſque ad mala. LXXXVI

Ab ouo uſq; ad mala, prouerbiali figura dixit Horat. in Serm.

Ayuntamiento de Madrid

Sat.3. pro eo quod eſt,ab initio conuiuij uſque ad finem.

_Si collibuiſſet, inquit, ab ouo
Vſque ad mala, citaret, ià Bacche modo ſumma
Voce, modo hac reſonat quæ chordis quatuor ima.

Antiquitus enim cœnam ab ouis auſpicabantur,malis finiebant.Erit uenuſtius,ſi longius trahatur,ab ouo uſq; ad mala: id eſt,toto colloquio,tota nauigatione, aut toto opere. Qui rem altius repetunt q̃ oportet,notãtur illo uerſu Horatiano,

Nec gemino bellum Troianum orditur ab ouo.

Qui à primis initijs repetunt,ἐκ τ῀ ῥιζῶν.id eſt,à radicibus, & à ſtirpibus imis exordiri dicuntur,qui nihil prætermittunt ordine narrant,& à capite uſque ad calcem,quod alibi retulimus, Græcis ἄνωθεν dicitur & ἀρχῆθεν.

Virtutem & ſapientiam uincunt teſtudines. LXXXVII

Iulius Pollux libro 9. de rerum uocabulis, ſcribit hoc carmen olim prouerbio celebratum fuiſſe.

Τὰν ἀρετὰν, καὶ τὰν σοφίαν νικᾶντι χελῶναι. id eſt,
Et uirtus teſtudinibus, & ſapientia cedit.

Eſt autem uelut ænigma, innuens pecuniam longe plus poſſe,quàm aut uirtutem,aut ſapientiam. Antiquitus enim Peloponneſiorum nomiſma χελώνη. id eſt, teſtudo dicebatur, propter inſcalptam in eo teſtudinis figuram.Teſtem huius rei citat Eupolidem,qui in fabula cui titulus Captiui, ὀβολὸν dixerit καλλιχέλωνον. id eſt, obolum pulchræ teſtudinis. Conſimili figura dictum & illud:Multas noctuas ſub tegulis latitare, & bos in lingua: quæ ſuis retulimus locis.

Sacra hæc non aliter conſtant. LXXXVIII

Sacra hæc non aliter conſtant.Hoc adagio licebit uti,ſi quando fatebimur culpam,ſed quæ rei locóue conueniat:ueluti ſi quis in balneis agat impudentius:aut ruſticius in naui,aut in compotationibus ebriorũ intemperantius:aut inter mulierculas ineptius: aut inter aulicos diſſimulantius: aut inter ſophiſtas loquacius:aut apud populũ adulantius:Auſonius nuptialis Centonis excuſans licentiã:Etenim fabula eſt,inquit, de nuptijs,& uelit nolit,ſacra hæc aliter nõ conſtant.Sumptum à ſacris, quæ certis quibuſdam cæremonijs peraguntur:de quibus ſi quid dermutes,piaculum admiſſum putetur. Plutarchus in comment.De audiendis poëtis:Θυσίας μὲν γὰρ ἀχόρους καὶ ἀναύλους ἴσμεν, ὐκ ἴσμεν δ' ἄμυθον οὐδὲ ἀμῦθον δὲ ἀφ' ὧν ποιοῦσιν. i. Sacra enim abſque choris ac tibijs nouimus. Non nouimus autem abſque fabula ac mendacio poëſim.

Sequitur uer hyemem. LXXXIX

Sequitur uer hyemem. Hoc adagio rerum uices ſignificamus, neceſſario ſibi ſuccedentium: ut ſi quis ſuadens in rebus afflictis animum ſuſciendum ſpe meliorum,dicat:Sequetur uer hyemem, id eſt, triſtibus ſuccedent lætiora. Ita Pindarus Iſthmiorum hymno 4. νῦν δ' αὖ μετὰ χαμαίευνον ὠκυπόλων μελιῶν ζόφον χθὼν ἄτε φοινικόεις ἀνθεῖ ῥόδοις.id eſt, Nunc uerò rurſum poſt hybernam multiplicium menſium caliginem, terra ueluti purpureis floret roſis. Auſonius in præfatione monoſyllaborum,nonnihil abuſus eſt prouerbio. Vt in uetere uerbo eſt: Sequitur uer hyemem.Iam ſimilium nugarum ſubtexo nequitiam.

Venereum iuſiurandum. XC

Ἀφροδίσιος ὅρκος ὐκ ἐμπολυμός. id eſt, Venereum iuſiurandum non piuitur. Senſus eſt, amantium iuſiurandum irritum eſſe: neque ad deos quicquam pertinere, tanquam iocoſum. Et autore Naſone,

Iuppiter ex alto periuria ridet amantum,
Et iubet Aeolios in freta ferre notos. Et Horatius,
Ridet hoc inquam Venus ipſa, rident
Simplices nymphæ. Tibullus.
Periuria ridet amantum
Iuppiter, & uentos irrita ferre iubet.

Citatur hoc adagium à Platone in Conuiuio. ὃ δὴ λεπτότατον, ὡς γε λέγουσιν οἱ πολλοί, ὅτι καὶ ὁμοιότατ μόνῳ συγγνώμη παρὰ θεῶν, ἐκβάντι τῶν ὅρκων. Ἀφροδίσιον γὰρ ὅρκον, ὅ φασιν εἶναι, ὅτῳ μὴ οἱ θεοὶ καὶ οἱ ἄνθρωποι πᾶσαν ἄζημίαν ποιοῦνται ὀμόσαντι. id eſt, Quodq; omnium maximum eſt,ut ſanè dicitur uulgò, uni etiam iuranti à dijs parata eſt uenia, ſi quæ iurauit non præſtiterit. Venereum enim iuſiurandum negant eſſe: Adeo tum dij,tum homines nihil non permittunt amanti. In uerbis Platonis uidetur deeſſe uocula, ἐμπολύμον. ὅ φασιν εἶναι ἐμπεύσιμον. Meminit & Procopius in epiſtola ad Epiphanium ultima, καλῶς ἄρα ἔλεγε τὸ τ῀ ἐρώντων πάθος ἡ παροιμία, κἂν ὑπορκεῖν ἐθέλωσι, συγγνώμην αὐτοῖς ἐκ θεῶν ἐπαγγέλλεται. id eſt, Pulchrè nouit amantium affectum prouerbium, etiam ſi peierare uoluerint, ueniam illis à dijs pollicetur. Plato in Philebo apud Athenæum libr. 12. ὡς ὁ λόγος, καὶ ἐν ταῖς ἡδοναῖς ταῖς περὶ ἀφροδίσια,ἃ δὴ μέγιστα δοκεῖν εἶναι, τὸ ὑπορκεῖν συγγνώμην εἴληφε παρὰ θεῶν ὥσπερ καθάπερ παίδιαν τ῀ ἡδονῶν ὃ ὁ τ῀ λογισμὸν ἐκπεπωκώς. id eſt, Cæterum quemadmodum dicitur, etiam in uoluptatibus circa res uenereas, quæ ſanè uidentur eſſe præcipuæ, periurium quoque uenia donatur à dijs, perinde quaſi uoluptates puerorum inſtar ſint, qui nondum rationis ſunt compotes.Refertur & illud ex Callimacho,

ὄμοσον, ἀλλὰ λίγουσι θεατὸς ἐν ἔρωτι
ὄρκος μὴ δώσῃ βαθὺ ἐς ἀθανάτων. id eſt,
Iurauit, uerum uulgò dicunt, in amore
Quod iuras, aures non penetrare deûm.

Prior uerſus non caret mendo. Deflecti poteſt ad quoduis promiſſum, cuius fides præſtanda non uideatur.

Tanquam meum nomen: tanquam digitos. XCI

Prouerbiales hyperbolæ ſunt, tanquam meum nomen,& tanquam meos digitos teneo, ſiquando promptam, certamq; memoriam ſignificare uolumus. Martialis:

Totis dicbus Afer mihi narras.
Et teneo melius iſta, quàm meum nomen. Iuuenalis:
Tanquam ungues digitosq; ſuos.

Nihil magis memuninus quàm proprij nominis, unde & uita defunctos olim ſuo nomine inclamabant. Et proprij nominis oblitum, dicimus prodigioſæ obliuiſcentiæ hominem. Antiquitus in digitis computus peragebatur.Extat ea de re libellus Bedæ.Quin hodieq; numerandi imperitum & obliuioſum per iocum rogare ſolent, quot in manibus habeat digitos.Plutarchus in comment.cui titulum fecit,Quo pacto quis intelligere poſſit ſe profeciſſe,ſcribit olim morem fuiſſe nomina digitorum ediſcere,hiſq; in metu tanquam remedio futuris uti, ipſius uerba ſubſcribam: Οἱ μὲν γὰ ἐκμεμαθηκότες τὰ τ῀ ἰδίων ὀνόματα ἀκλινῆ, χρῶνται πρὸς τὸς φόβους αὐτοῖς ὡς ἀλεξικάκοις, ἀτρέμα καὶ ἀλέγοντες ἑκάστῳ. id eſt, Quidam enim ediſcunt ſuorum nomina digitorum, eisq; contra pauores utuntur,tanquam ad depellenda mala remedium habeant,paulatim ſingulos recenſentes.Quæ uerò ſint digitorum apud Græcos uocabula,Gellius in Noctib. Atticis indicauit. Cælius Calcagninus,ut indicat Aleander, mauult intelligi de nominibus Dactylorum Idæorum, de quibus nonnihil attingemus in prouerbio: Celmis in ferro, licet in Plutarcho, ἰδίων legatur, non ἰδιώων.

Bonorum glomi. XCII

Ἀγαθῶν ἀγαθίδες.id eſt,Bonorum glomi:de opibus extructis & affatim accumulatis.Sumpta metaphora à glomere textorio,cui fila ſunt obuoluta, aut certè ligno illo textorio,cui filorum maxima uis eſt obuoluta, quod idem κλωστὸν uocãt. Prouerbij meminit Iulius Pollux lib.7.ca.10.indicans apud comicos eſſe frequentiſſimũ. Videtur autem alluſum ad uocem in

Ayuntamiento de Madrid

cem in Agathide & Agathis: perinde ut Thucydides in Euripidis epigrammate Athenas τ' ἑλλάδ' & ἑλλάδα uocat. i. Græciæ Græciam. Etiamsi lib 5. tribuit hanc sententiã Pindaro. Et quemadmodum ἔσχατα ἐσχάτων. i. postrema postremorum. Item κακὰ κακῶν. i. mala malorum dicunt Græci: quam quidem figuram Latini non agnoscunt.

Rem acu tetigisti. XCIII

Est apud Plautum in rudente: Rem acu tetigisti, pro eo quod est, rem ipsam diuinasti, nihil aberrans. Metaphora sumpta uideri potest à lusu quopiam, in quo diuinator, id quod alius notasset, summa acu tangebat: aut linsam, aut calculum, aut aliud quiddam simile. Igitur acu tangere, perinde est quasi dicas, ipsissimum punctum attingere, Nam minutissima puncta denotantur acu.

Purgatis auribus. XCIIII

Purgatis auribus, pro attentis ac uacuis, prouerbium resipit. Plautus in Milite: Perpurgatis ambo damus tibi operam auribus. Horatius in Epistolis,

Est mihi purgatam crebro qui personet aurem.

Persius quinta Satyra,

Stoicus hic aurem mordaci lotus accto.

Nam sordes in auribus collectæ auditum hebetant, exemptæ reddunt acriorem.

Purior clauo. XCV

ἀγκύρης & πηδαλίου. i. Purior gubernaculo. Comparatio prouerbialis de re uehementer inculpata, aut moribus undequaq; integris & incontaminatis. Clauus enim nauticus assiduis fluctibus abluitur, ut nihil sordium possit hærere. Adagium refertur à Suida.

De calcaria in carbonariam. XCVI

Quoties fit ut à re proposita ad aliud quippiam longe diuersum digrediamur, de calcaria in carbonariam decurrere dicimur: siue cum ex uno malo in aliud diuersum incidimus. Tertullianus lib. De carne Christi: Igitur, inquit, de calcaria, quod dici solet, in carbonariam, à Marcione ad Apellẽ. Huic non dissimile est illud Ciceronis in actione pro Murena: Respondebo igitur Posthumio primum, qui nescio quo pacto, mihi uidetur prætorius candidatus in consularem, quasi desultorius in quadrigarum curriculum incurrere.

Datyli dies. XCVII

Δακτύλου ἡμέραι. i. Datyli dies. Vbi res feliciter successerunt. Sumptum à Datylo quodam, qui apud Athenienses summos est honores consecutus.

Monstrum alere. XCVIII

Monstrum alitur, ubi quid occulti uitij latere significamus: haud scio an inde sumpta metaphora, quòd monstra ob pudorem clanculum aluntur & occultantur. Siquidem Pamphilus in Andria Terẽtiana, quòd prius repudiatus gener, rursum ad affinitatem repeteretur, suspicans aliquid esse uitij in puella quòd celaretur: Repudiatus, inquit, repetor. Quamobrem? nisi id est quod suspicor, aliquid monstri alit. Ea quoniam nemini obtrudi potest, itur ad me.

Non curat numerum lupus. XCIX

Prouerbium sapit Vergilianum illud in Bucolicis:

Hic tantum Boreæ curamus frigora, quantum
Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.

Rectè dicetur in hominem impudenter furacem. Extat hodieq; uulgò iactatum adagium: Lupus non ueretur etiam numeratas oues deuorare. Porrò fures paulo timidiores consueuerunt à rebus numeratis abstinere manum metu, uidelicet ne hoc indicio deprehendantur. Huic affinis iocus ille facetus in seruum furacem, cui nihil erat domi, neque clausum, neq; obsignatum.

Ipsis placet. C

Αὐτοῖς ἀρέσκει. id est, Ipsis placet. Vbi rem parum nobis probari, aut causam nihil ad nos pertinere significamus. Terentius in Andria. Mihi non fit uerisimile. Atqui ipsis commentum placet. Non admodum abludit ab illo, suum cuiq; pulchrum. Suis quisq; consilijs, suæq; sententiæ blanditur. Huc pertinet illud apud Homerum frequens: Ἤνδανε θυμῷ. i. Placuit animo. Item illud apud comicos: Sic lubitum est animo meo. Et apud Vergilium: Dijs aliter uisum. Plato lib. De legib. 3. retulit hoc prouerbium.

CHILIADIS SECVNDAE CENTVRIA V.

Spartam nactus es, hanc orna. I



Ν ἔλαχες σπάρτην κόσμει. i. Spartam quam nactus es, orna, siue administra, admonet adagium, ut quamcunq; prouinciam erimus forte nacti, ei nos accommodemus, proq; huius dignitate nos geramus. M. Tullius ad Atticum lib. 4. epist. 6. Reliquum est: σπάρταν ἔλαχες, τάυταν κόσμει. Non me hercle possum. Et Philoxeno ignosco, qui reduci in carcerem maluit. Idem ad eundem libr. 1. Eam causam quam mihi dicis obtigisse σπάρταν, non modo nunquam deseram, sed etiam si ab illa deseror, in mea pristina sententia permanebo. Quod à Cicerone refertur, carmen est anapesticum, è tragœdia quapiam Spartam nactus es, hanc exorna. Theocriti Scholiastes indicat allusum ad hoc prouerbium in Hodœporis.

Αὐτόθι μοι ποτέεσθε, καὶ ἀντόθι βουλιάσθην.
Τὰν σαυτᾶ ποτίωρ ἔχε τὰς βόβας. id est,
Mecum isthic certa, simul isthic pascito tauros.
Et terram calcans propriam, ne desere quercus.

Prouerbium igitur ad uarios usus licebit accommodare: uel cum admonebimus ut suam quisq; personam quam suscepit, cum decoro tueatur. Episcopus es, ne satrapam agas, sed episcopum. Maritus es, cura quæ mariti sunt officia. Aulicus es, aulicum age. Iudex es, ne iam amicum aut inimicum, sed iudicem agas. Principatus tibi contigit, principis officio fungere. Priuatus es, ut priuatum te gere. Sic propemodum usus est Aristophanes: Nam huic inscribitur comœdia, cui titulus Θεσμοφοριάζουσαι.

Χρὴ γὰρ ποιητὴν ἄνδρα πρὸς τὰ πράγματα
ἃ δεῖ ποιεῖν, πρὸς ταῦτα τοὺς τρόπους ἔχειν. id est,
Decet poëtam accommodari moribus,
Vtcunq; ad argumenta, quæ tractauerit.

Vel cum iubebimus unumquenque sua sorte contentum esse oportere quæcunq; contigit. Quemadmodum enim peritus gubernator in omni tempestate bonum præstat nauclerum: ita uir sapiens in omni fortuna sapienter se gerit. Est ampla res familiaris, sapienter administra. Non est, utere paupertatis commodis. Contigit eruditio, utere ad bene uiuendum. Non contigit, ne macereris, sufficit pietas ad consequendam salutem. Plutarchus in commentario περὶ τῆς εὐθυμίας, admonens ut suam quisq; sortem boni consulat: σπάρτιν, inquit, ἔλαχες, τάυτην κόσμει. id est, Sparta tibi obtigit, hanc exorna. In eodem libello monet hoc dictum à Solone proditum. Citatur autem ex Euripide,

Σπάρτην ἔλαχες, κόσμει κόσμει,
Τὰς δ' μυκηνὰς ἡμετῖς ἰδία. id est,
Spartam nactus es, hancce guberna,
Sors est propria nostra Mycenæ.

Videntur uerba esse Agamemnonis ad Menelaum.

Quod confine est illi Platonico: τὸ παρὸν εὖ τίθεσθαι. i. Quod præsens est, bene dispone, siue boni cõsule. Nũc uulgus hominum magis incumbit augẽdæ rei, quàm bene administrãdæ,

Ayuntamiento de Madrid

contrà quàm rectè monet Socrates in Theæteto Platonis, κρεῖττον γάρ τι σμικρολογεῖν, ἢ πολὺ μὴ ἱκανῶς παρεῖναι. i. Nam ſatius eſt puſillum bene, quàm multum nõ ut oportet peragere. Hanc igitur ſententiã paßim in principũ aulis inſculpi oportuit, απάρταρ ἐλαχες, τάνταρ κόσμει: quorũ uix ullũ reperias, qui uerè cogitet quid ſit principis agere perſonam, quiue ſuæ ditione contentus, non conetur aliquid imperij ſui finibus addere. Principis munus eſt, modis omnibus reipub. commodis prouidere, publicã tueri libertatem, alere pacem, excludere quàm minimo ſuorũ exitio maleficia, dare operam ut ſanctos & integros habeat magiſtratus. Cùm igitur harum rerum ſecurus ludit alea, ſaltat, ſcortatur, muſicatur, uenatur, negotiatur, breuiter alibi intentus eſt totus, tum occinendũ eſt adagiũ, απάρταρ ἐλαχες, τάνταρ κόσμει. Rurſum ubi neglecta quæ contigit ditione, foris agit, alijs inhians imperijs: ſuos in ſummum adducit diſcrimen, ſuos exhaurit funditus, ſecũ pariter & uniuerſam fortunã aleæ belli ſubijcit, ut unum aut alterum oppidulum adijciat ſuis finibus, tum ſuggerendum adagium: Spartam nactus es. Nihil principi pulchrius, quàm ut hoc quicquid eſt regni, quod fortuna dedit, ſua ſapientia, uirtute, diligentia reddat ornatius. Contigit oppidulum, imitare Epaminondam: fac ut frigidum illud oppidulum tua opera multo reddas celebrius ac locupletius. Contigit fera & intractabilis natio: da operam, ut eam paulatim cicurem & legibus obtemperantem reddas. Contigit regnum parum ſplendidum: noli uexare finitimos, ſed hoc quod habes, citra alienum detrimentum exorna. Vix unquam feliciter cœſit peregrinæ ditionis affectatio. Quaſdam nationes ingenium ac linguæ ſonus diſcreuit, ut Germanos & Hiſpanos: quaſdam ipſa natura diduxit, ut inſulares mari, Italos mari ſimul & Alpiũ molibus. Nonnullis caſus ſuos terminos dedit. Si quiſque quod nactus ſit, nitatur ornare, nimirum ubiq; florebunt omnia. Et inter amicos, nempe Chriſtianos, omnia erũt omnium communia. Nunc ſæpenumero fit, ut dum aliena labefactare nitimur, noſtra funditus ſubuertamus: & ut feliciter cedat res, tanto noſtrorum ciuium ſanguine, tantis ſumptibus, tot periculis, tot ſudoribus, tot orbitatibus, tot deniq; nunquam enumerandis malis emimus titulum neſcio quem inanem, & magni nominis fumum. Xerxes, Cyrus, Alexander Magnus & uixiſſent diutius, & uberiorem gloriam eſſent conſecuti, ſi ſuas ciuitates rectè adminiſtrare, quàm alienas armis uexare maluiſſent. Carolus Burgundionum dux, huius proauus, ſi nimi ingenij, qua pollebat, ſi magnitudinem animi cõtuliſſet ad ſua locupletanda potius quàm ad expugnanda aliena, nec infelicem mortem oppetiſſet in bello, & inter laudatiſſimos principes haberi poterat. Magna pars noſtræ ditionis id temporis fatali quadam peſte tenebatur. Stultiſſima uidelicet, ſed omnium pernicioſiſſima diſſenſione, omnibus in duas factiones diuiſis: quarum alteri nomen erat ab hamo, alteri à piſce aſello. Pugnabat ciuitas cum ciuitate, uicus cum uico, domus cum domo: ſæpe, quos idẽ lectus iungebat, factio diuerſa ſegregabat: & fratrẽ à fratre, ruptis naturæ uinculis diſtrahebat. Paßim latrocinijs, iurgijs, cædibus, rapinis feruebant omnia. Et interim bonus ille princeps, perinde quaſi hæc nihil ad rem pertinerent, procul aliorum oppugnabat mœnia. Carolus Galliarũ rex, huius nominis octauus, peragrata Italia, reuerſus eſt ad ſuos: ſed tanto ſuo ſuorumq; malo ac periculo, ut pœnituerit eius felicitatis. Deniq; ſunt qui affirment, eum ad ſenectutem peruenire potuiſſe, ſi Italiam Italis reliquiſſet. Quid dicam de Philippo, huius Caroli patre? Adijt Hiſpanias, non Martis aleam experturus, ſed acerſitus ad regni partem capeſſendã, pacata undiq; omnia. Et tamen hanc tam felicem peregrinationem quàm fleuit patria, non ferendis exactionibus expilata. Ipſe magno uitæ periculo non ſemel laborauit. Franciſcum Bualidium archiepiſcopum Byzantinum amiſit, uirum modis omnibus incomparabilem. Sed tamen utcunq; redijt, non licuit ijs malis ita defungi. Denuo reliquit ſuos, ſæuiſſima iactatus tempeſtate delatus eſt in Angliam tum temporis non admodum æquam noſtratibus. Quid illic acciderit, quid paſſus fuerit, quid pollicitus, quo pacto dimiſſus ſit, non libet commemorare. Seruiuit neceſſitati fateor & ignoſco, ſed quid erat neceſſe in eam uenire neceſſitatem. Nec ijs admonitus malis de repetenda patria cogitauit. Hiſpaniæ reuiſendæ erant, ubi periret iuuenis ad res maximas natus, niſi ipſe ſuam ſibi inuidiſſet felicitatem. Atq; unius hominis mors ſimul & patriam optimo principe, & Maximilianum unico orbauit filio. Quid dicam de Chriſtianiſſimo Francorum rege Ludouico, eius nominis duodecimo? Adortus eſt Venetos, id temporis, ut uidebatur, inexpugnabiles, unico cõflictu tot oppida reſtituit Romano pontifici Iulio, tot imperatori Maximiliano, tot ſibi recepit. Redijt rebus feliciſſimè, ſicuti uidebatur, confectis. Verùm quantum malorum pelagus hinc exundauit in Gallos? Qui ſuo ſanguine tot inſignes triumphos Iulio pepererant, eiuſdem opera maiore ſanguinis iactura, ex Italiæ finibus eiecti: parum hoc, & quo non tandem ignominiæ ſtigmate notati. Quod ni Iulium mors intercepiſſet, uidiſſemus regnum illud totius orbis florentiſſimum, funditus cuerſum. Quid autem de ſereniſſimo Scotorũ rege Iacobo commemorem? Is uir abſolutum felicitatem abſolutæ laudi adiunxerat, ſi perpetuo ſuis ſe finibus continuiſſet. Erat ea corporis ſpecie, ut uel procul regem poſſes agnoſcere. Ingenij uis mira, incredibilis rerum omnium cognitio, inuicta animi magnitudo, uerè regia pectoris ſublimitas, ſumma comitas, effuſiſſima liberalitas. Deniq; nulla uirtus erat quæ magnum deceret principem, in qua ille non ſic excelleret, ut inimicorum quoq; ſuffragio laudaretur. Contigerat uxor Margareta ſereniſſimi Anglorum regis Henrici octaui ſoror: ea forma, ea prudentia, ea in maritum charitate, ut non aliam à ſuperis optare potuiſſet. Regnũ Scotiæ, quod multis & opibus & celebritate incolarum, & ſplendore fertur cedere: ſic ſuis uirtutibus illuſtrarat, ſic auxerat, ſic ornarat, ut ueram egregij principis laudem meruerit, ſi intra hoc gloriæ ſuæ ſtadium conſtitiſſet. Sed ô nunquam felicem regno, raro principi, regis diſceſſum. Dum nimium amico in Gallorum regem animo, quo Britanniæ regem magnis rerum minis Gallias impetentem auerteret, & ad inſulæ ſuæ defenſionem reuocaret, egreſſus regni ſui fines, Anglos bello laceßit. Quid multis? Fortiter quidem, ſed infeliciter perijt, non tam ſibi quàm regno. Perijt adhuc æuo uigens. Diu Scotia tanto principe, diu Margareta tali marito, diu filius (nam filium ex ea ſuſtulerat) tali patre frui potuiſſet, atq; ipſe uicißim & his omnibus & ſua gloria, niſi ſibi uitã inuidiſſet. Cæſus eſt unà cum fortißimo patre filius, & filius eo patre digniſſimus Alexander archiepiſcopus, titulo diui Andreæ, iuuenis quidem uiginti fermè natus annos: in quo nullam conſummati uiri laudẽ deſiderares. Mira formæ gratia, mira dignitas, heroica proceritas, ingenium placidiſſimũ quidẽ illud, ſed tamen ad cognitionẽ omnium diſciplinarum acerrimum. Nam mihi fuit cum eo quondam in urbe Senenſi domeſtica conſuetudo: quo tempore à nobis in rhetoriũ præceptis, Græcanicisq; literis exercebatur. Deum immortalem quàm uelox, quàm felix, quàm ad quiduis ſequax ingenium, quàm multa ſimul complecti poterat. Eodem tempore diſcebat iureconſultorum literas: nec eas admodum gratas, ob admixtam barbariem & odioſam interpretum uerboſitatem. Audiebat dicendi præcepta, & præſcripto themate declamabat, pariter & calamum exercens & linguam. Diſcebat Græcè, & quotidie quod traditum fuerat,

ſtato

Ayuntamiento de Madrid

ſtato reddebat tempore. Horis promeridianis, muſicis operam dabat, monochordijs, tibijs, teſtudini. Modulabatur & uoce nonnunquam. Ne ipſum quidem conuiuij tempus ſtudiorum uacabat fructu. Sacrificus perpetuo ſalutarem aliquem librum recitabat: puta decreta pontificum, aut diuum Hieronymum, aut Ambroſium: nec unquam recitantis uox interrumpebatur, niſi ſi quid alteruter doctorũ, inter quos medius accumbebat, admoniſſet, aut ipſe parum aſſequens quod legebatur, ſciſcitatus eſſet aliquid. Rurſum à conuiuio fabulæ, ſed breues, & hæ quoque literis conditæ. Proinde nulla omnino uitæ pars uacabat ſtudio, niſi quæ rei diuinæ ſomnoq; daretur. Nam etiam ſi quid ſuperfuiſſet temporis, quod tam uarijs ſtudiorum uicibus non ſuppetebat, tamen ſi quid fortè ſupererat, id hiſtoricorum lectioni dabat. Nam hac cognitione præcipuè capiebatur. His itaq; rebus factum eſt, ut aduleſcentulus uix dum decimumoctauum egreſſus annum, tantum in omni literarum genere conſecutus fuerit, quantum in quouis uiro iure mireris. Nec illud in hoc uſu uenit, quod ferè ſolet in alijs, ut ad literas felix, ad bonos mores minus eſſet appoſitus. Verecundi mores erant, ſic tamen ut miram agnoſceres prudentiam. Animus ſublimis, & à ſordidis iſtis affectibus procul ſemotus: ſed ita, ut nihil adeſſet ferocitatis, nihil faſtidij. Nihil non ſentiebat, permulta diſſimulabat: nec unquam ad iracundiam poterat incitari. Tanta erat naturæ lenitas, animiq; moderatio. Salibus impendio delectabatur, ſed eruditis ac minimè dentatis, hoc eſt non nigro Momi, ſed candido Mercurij ſale tinctis. Si quid turpe domi natum fuiſſet inter famulos, mirum quanta dexteritate, quantoq; candore ſolitus ſit componere. Deniq; religionis erat & pietatis plurimum, ſuperſtitionis nihil. In ſumma, nemo fuit dignior, qui ex rege, & ex illo rege naſceretur. Vtinam autem in parentem pietas quàm fuit admirabilis, tam fuiſſet & felix. Comitatus eſt in bellum, nec uſquam patri deeſſet. Quæſo quid tibi cum Mauorte, omnium poëticorum deorum ſtupidiſſimo, qui muſis, imò qui Chriſto erat initiatus? Quid iſti formæ, quid iſti ætati, quid naturæ tam miti, quid ingenio tam candido, cum taratantaris, bombardis, & ferro? Deniq; quid erudito cum acie? quid epiſcopo cum armis? Impoſuit nimirum tibi immodica quædam in parentem pietas, dumq; nimium fortiter amas patrem, infeliciter cum patre cæſus occubuiſti. Tot naturæ dotes, tot uirtutes, tot eximias ſpes, unica pugnæ procella abſorbuit. Perijt & noſtrarum rerum nonnihil. Nempe quod in eruditione te ſumpſimus operæ, quodq; mea partum induſtria mihi in te uindico. At quantus felicitatis cumulus, niſi genius aliquis malus regem huc impuliſſet, ut regni ſui limites egreſſus, in alienis agris cum ferociſſima gente Martem experiri uellet. Vtinam quod præclare cœperat, perficere maluiſſet, hoc eſt, ἀπάρτιον ἦρ ἔλαχε κοσμῆρ. Regibus proprius ac pulcherrimus laudum campus intra regni fines eſt. In apum gente cæteræ quidem huc & illuc uolatu diuagantur, ſolus rex, ut aculeo caret, ita pro portione corporis alas habet multo minores, ut ad uolatum parum ſit idoneus. Veteres ita Venerem fingebant, ut pedibus teſtudinem premeret: id innuentes, matremfamiliâs ab ædibus nuſquam oportere diſcedere, quippe cuius omne officium intra domeſticos parietes cõtineatur. Atqui multo magis ad rem pertinebat, principem hoc admoneri ſymbolo: qui ſi quid peccat, non unius familiæ, ſed orbis totius malo peccat. An parum eſt domi negotiorum, ut foris ſint accerſenda? Tanta eſt ubique ſcelerum ſentina, tot ſacrilegia, tot latrocinia, tot oppreſſiones, tot iniuriæ, tot contumeliæ, tot magiſtratuum corruptelæ, tot leges, aut à tyrannis inſtitutæ, aut in tyrannidis miniſterium detortæ, ut illa minutiora, ne dicam, neglectas oppidorum uias, collabentes ædes ſacras, incuratas flumi-

num ripas. His ita mederi, ut in remedium, quàm minimum de ſanguine tuorum impendas, ut reſpub. beneficium ſentiat, non ſentiat impendium, an non egregium principis munus, & immortali laude dignum? Quod ſi cupis omnino gloriæ tuæ pomeria ultra ditionis tuæ fines extendere, fac ut qui finitimi ſunt magnitudinem tuam benefactis, non malefactis experiãtur. Exuris uillas, proteris ſegetes, demoliris urbes, abigis pecora, trucidas homines, atq; ita deniq; te magnum declaras, bellum certamen, ſi id cum latrone ſuſcepiſſes. Heſiodus ſcripſit, malum uicinum magnam eſſe noxam: contra bonum, ingens eſſe commodum. Hoc in te probent finitimi tui: fac ita te mirentur magnum, ut ament benignum. Verum ſatis iam dolori noſtro, ſatis datum diſcipuli memoriæ. Supereſt ut ad prouerbiorum recenſionem redeamus.

Contigit & malis uenatio. II

Δίδοται καὶ κακοῖσιν ἄγρα. i. Contigit & ignauis è uenatu præda, ubi quid feliciter obtigit immerenti, quodq; fortunæ magis quàm illius induſtriæ ſit acceptum ferendum. Allegoria ſumpta à uenatu, in quo uel præcipue dominatur fortuna. Virtus minimum adfert momenti. At eruditio nemini contingit ni labore parta. Regnum obuenit dormientibus, opes affluunt ceſſantibus nonnunquam: honores accidunt etiam fugientibus: cæterum quæ uerè bona ſunt, noſtra induſtria parentur oportet. Suſpicor inde natum quòd olim mos fuerit, quod uenatu captum eſſet, omnibus impartiri, etiam immerentibus. Ita Theocritus in Piſcatoribus,

ὡς καὶ τὰν ἄγραν τὼνέρᾱτα πάντα μεείζαν. id eſt,
Sic uti uenatum partiri inſomnia cuncta.

Quemadmodum arcana non committimus niſi ſelectis amicis, ita ſomnia narramus quibuslibet. Prouerbium refertur à Suida è Zenodoto. Si pro δίδοται legas δίδοτο', ſiue δίδοτο, erit initium carminis trochaici. Nam probabile eſt è poëta quopiam decerptum.

Ire per extentum funem. III

Prouerbiali figura dixit Horatius,

Ire per extentum funem.

Pro eo quod eſt, rem factu perquam difficilẽ præſtare, neq; uel tantillum aberrare. Sumptum à funambulis, ut Acroni placet, qui non ſine ſumma arte, ſummoq; uſu, per funem protenſum ingrediuntur. Quæ res ſicuti conijcere licet priſcis ingenti miraculo fuit. Hodie nihil uulgatius. Horatij carmen hoc eſt,

Ille per extentum funem mihi poſſe uidetur
Ire poëta meum qui pectus inaniter angit.

Annus eſt. IIII

Arbitror nemini dubiũ fore, quin illa quoq; inter prouerbiales hyperbolas referri debeant, Annus eſt, ſeculum eſt, atque id genus alia. Terentius in Seipſum excruciante. Et noſti mores mulierum, Dum comuntur, dum moliuntur, annus eſt. Idem alibi, Iamdudum ætatem, pro admodum dudum. Plautus in Aſinaria, Aetatẽ uelim ſeruire, Libanũ qui conueniã modo. Et ſeculum eſt, quòd nihil abs te redditur literarum. Proinde tempus prælongum huiuſmodi figuris ſignificabimus.

Dies adimit ægritudinem. V

Menedemus in ἑαυτὸν τιμωρουμένῳ Terentiana nominatim adagij uice refert, Aut ego, inquiens, profectò ingenio egregie ad miſeriam natus ſum, aut illud falſum eſt, quod uulgò audio dici, diem adimere ægritudinem hominibus. Eodem ſpectaſſe uidetur Sophocles in Aiace flagellifero,

Χρόνος γὰρ ἁμαρὴς θεός. id eſt,
Tempus enim facilis deus.

Videlicet quod omnia leniat, molliatq;. Ouidius,

Quod male fers, aſſueſce, feres. bene multa uetuſtas
Lenit. Euripides in Alceſtide, χρόνος μαλάξει σέ. i. Tempus dolorem leniet. M. Tullius libr. Tuſcul. quæſt. 3. Quod ita

eſſe

Ayuntamiento de Madrid

eſſe dies declarat, quæ procedens ira mitigat, ut iiſdem manentibus non modò leniatur ægritudo, ſed in pleriſq; tollatur. Idem epiſtolarum lib. 5. Nam quod allatura eſt diuturnitas, id nos præcipere conſilio prudentiaq; debemus. Citatur ex Iphicle,

Λύπης ὁ πάσης ἐκτὸς ἰατρὸς χρόνος. id eſt,
Tempus moleſtijs medetur omnibus. Euripides,
Μέλλοντ' ἰατρὸς τῇ νόσῳ διδοὺς χρόνον,
ἰάσατ' ἤδη μᾶλλον, ἢ τεμὼν χρόα. id eſt,
Medicus dedit qui temporis morbo moram,
Is plus remedij, quàm cutis ſector dedit.

Lucernam adhibes in meridie. VI

Λύχνον ἐν μεσημβρίᾳ ἅπτεις. id eſt, Lucernam accendis in meridie, id eſt, facis non ſuo tempore. Aut explicas quæ per ſe ſunt clariſſima. Quorſum enim lucernis opus clariſſima luce? Natum uideri poteſt à ridiculo Diogenis facto, qui adhibita interdiu lucerna, rogatusq; quid nam ſibi uellet, reſpondit, ἀνθρωπον ζητῶ. id eſt, Hominem quæro, quemadmodum teſtatur Diogenes Laërtius. Seneca lib. De beata uita, indicat hoc fieri ſolere per ſuperſtitionem ſiquando denuntiabatur ira numinis: Cum, inquit, ſiſtrum aliquis concutiens ex imperio mentitur, quum aliquis ſecandi lacertos ſuos artifex, brachia atq; humeros ſuſpenſa manu cruentat, quum aliqua genibus per uiam repens ululat, lauruma; linteatus ſenex & medio lucernam die præferens, conclamat iratum alicui deorum, concurritis & auditis.

Soli lumen inferre. VII

Quintilianus Inſtitutionum oratoriarum lib. 5. tit. de uſu argumentorum, ſimillima huic figuræ dixit, eum ſoli lumen inferre, qui rem per ſe euidentiſſimam conaretur argumentationibus probare. Videtur idem cum illo, quod alio retulimus loco, ἡλίῳ τὸ φῶς δανείζειν. i. Soli mutuare lumen.

Zoili. VIII

Zoili audax quidem, ſed parum felix, mordacitas prouerbio locum fecit ut uulgò Zoili uocentur, alienarum laudum obtrectatores, & alienorum laborum reprehenſores. Martial.

Pendentem uolo Zoilum uidere. Hic Zoilus ſophiſta quiſpiam fuit, hoc facinore potiſſimum nobilitatus, quòd Homerum poëtarum omniũ principem auſus eſt libris aliquot in eum ſcriptis inceſſere: unde ὁμηρομάστιξ & cognomen meruit, quod ipſum etiam abijt in prouerbium: ſic enim appellari cœpti nobilium autorũ caſtigatores, uel Plinio teſte in præfatione hiſtoriæ naturalis. Et Vergilium aſtiges, quorum de numero fuit Pero. Zoilus igitur commentarios in Homerum compoſitos Ptolemæo tyranno Aegyptiorum obtulit, ingens uidelicet præmium à rege ſperans. Verum cum nihil mutteretur, penuria coactus, miſit qui peterent. Ibi Ptolemæus ait ſe mirari, cum Homerus tot annos defunctus tot hominum millia paſceret, Zoilum egere, Homero doctiorem. Denique per occaſionem ſupplicio affectus eſt. Quinquam de mortis genere diuerſa tradunt autores.

Bona Cillicon. IX

ἀγαθὰ κιλλικῶν. id eſt, Bona Cillicon, ſubaudiendum facit, aut habet. Conuenit ubi quis malefactis ac fœdis artibus ſibi parauit opes. Huc adagio locum fecit Cillicon quidam natione Mileſius, qui proditæ Prienenſibus Mileto patriæ, ampliter quidem, ſed fœde ditatus eſt. Is cum proditionem moliens rogaretur quid nam eſſet facturus, reſpondit, πάντ' ἀγαθά. i. Omnia bona. Vnde prouerbium effertur etiam ad hunc modum πάντ' ἀγαθὰ ὡς ἔφη κιλλικῶν. i. Omnia bona, uelut, inquit, Cillicon. Autores Suidas & Zenodotus. Alludit huc & Ariſtophanes ἐν ἀχάρνῃ,

Οὐδὲν πονηρὸν, ἀλλ' ὅπερ καὶ κιλλικῶν. id eſt,
Mali nihil, uerum quod inquit Cillicon.

Interpres adijcit Cillicontis exitium. Prodita à Cilliconte inſula Theagenes quidam Syrius commigrarat Samum, atque illic uendebat carnes. Ab hoc cum Cillicon carnes emere uellet, tradidit illi, ut quod ſupereſſet amputaret. At ille porrecta machæra manum hominis abſcidit, Iſta, inquiens, manu non prodes alteram ciuitatem.

Plumbeo iugulare gladio. X

Plumbeo iugulare gladio, eſt futili leuiq; argumento conuincere quempiam. M. Tullius ad Atticum: Cum illum plumbeo gladio iugulatum tamen iri diceret. Idem in libris De finibus bonorum, frigidum argumentum, plumbeum appellat pugionem. Quemadmodum Aurelius Auguſtinus lib. aduerſus Iulianum 3. Et tamẽ, inquit, dialecticorum quaſi iaculis oneratus acutis in certamen procedis, & iactas plumbeos pugiones. Demoſthenes in oratione contra Ariſtogitonem prima, ὅτε γὰρ μαγείρῳ μαχαίρας δεῖ ἐς ὄψιν ἢ τίς ἃ τέμνεται. i. Neq; enim coquo machetæ ullus eſt uſus quæ non ſecat.

Leonem radere. XI

Λέοντα ξυρεῖν. id eſt, Leonem radere dicuntur, qui feroces & præpotentes arte tractant & illudunt magno ſuo periculo. Vſurpauit hoc adagium Socrates apud Platonem libr. De Repub. primo, negans ſe uſquadeo dementem eſſe, ut leonem auſit tondere, & Thraſymacho, homini præferoci illudere. οἶσθα γὰρ ἔν μοι οὕτω μανθάνει. ὥστε ξυρεῖν ἐπιχειρεῖν λέοντα καὶ συνοφαντεῖν θρασύμαχον. Nam agni citra periculum tondentur uelluntur q;, leo nullo modo tractari uult. Ad hoc adagium alluſiſſe uidetur Martialis Epigrammatum lib. 10. cum ait,

Quare ſi pudor eſt, Ligella, noli
Barbam uellere mortuo leoni.

Vertit enim poëta in iocum, quaſi tutum eſſet & ignauum, leonem iam non ſentientem uellere. Per leonem autem innuit pudenda muliebria, iam emortua ſenio. Id Ariſtides in Panathenaicis, Ad Periclem à Platone taxatum refert ὡς δ' ὄρα μὴ λέοντα ξυρεῖν ἐπιχειρῶμεν, ὁ θρασύμαχον συνοφαντεῖν ἐπιχειροῦντες, ἀλλὰ κωμῳδεῖν περικλέα, μὴ ταῦτα δεδιότες. id eſt, itaque uide ne leonem radere conemur, non Thraſymachum calumniari uolentes, ſed Periclem taxare, præſertim de timiditate.

Ne mihi Suffenus eſſem. XII

Ne mihi Suffenus eſſem, ne mihi ipſi blandirer, ac ſtulte meipſum admirarer. Suffenus erat poëta longe ineptiſſimus, in aliorum uitia dicax, ad ſua cæcus. Itaque prouerbium receptum, ut qui ſibi inaniter placerent, Suffeni dicerentur. Catullus in epigrammate. Idem infaceto eſt infacetior rure,

Simul poëmata attigit, neq; idem unquam
Aeque eſt beatus, ac poëma cùm ſcribit,
Tam gaudet in ſe, tamq; ſe ipſe miratur. Ibidem,
Quem non in aliqua re uidere Suffenum Poſſis.

Suffeni ſimillimum Mæuium facit Horatius, ſuis ignoſcentem uitijs, aliena mordaciſſimè inſectantem.

Egomet mi ignoſco, Mæuius inquit.

Siculus omphacizat. XIII

Σικελὸς ὀμφακίζει. i. Siculus omphaciſſat. Omphaca Græci dicunt uuam acerbam & immaturam, ἀπὸ τοῦ ὠμὸς φαγεῖν. i. quòd crudi comedantur. Vnde dicebatur in eos, qui libidine furandi quantumlibet uilia tollerent furto. Ductum à furacitate Siculorum. Non perperam dicetur & in illos, qui ob immodicam & præproperam auiditatem: quo puſillum lucelli faciant ſibi damnum ingens alijs inferunt. Sunt qui credant quadrare poſſe in eos qui belliſſima quæq; ſibi decerpunt: ut Syrus ille Terentianus. Zenodotus ait ex Epicharmo ſumptum. Refertur & à Suida.

Anus ſimia ſero quidem. XIIII

Γέρων πίθηκος ἁλίσκεται μὲν, μετὰ χρόνον δ' ἁλίσκεται. id eſt,

Ayuntamiento de Madrid

id eſt, Anus ſimia ſero quidem capitur, ſed tamen aliquando capitur. Vbi uerſutus aliquis, qui diu eluſerit, tandem dat pœnas. Valebit ad exhortandum, ut quiſq; ueris rationibus agat ſi uelit eſſe tutus, ne fidat callidis quidem, ſed inhoneſtis conſilijs. Nullum enim tam inſtructum dolis, ut perpetuo fallat, ſed tandem caſus aliquis in apertum profert diſſimulatam maliciam.

Secundo æſtu. XV

Κατὰ ῥῦν προχωρεῖν. i. Secundo æſtu procedere. Prouerbialis & frequens apud autores metaphora. Sumpta à nautis, quibus facilior curſus, cum flumen, aut etiam maris æſtus ſecundus eſt. Lucianus in Ioue trogœdo, Ταυτὶ μὲν ἤδη κατὰ ῥῦν προχωρεῖ τοῖς Δαμιδί. id eſt, Hæc iam Damidi ſecundo æſtu ſuccedunt. Item alibi, Τὰ δ' ἄλλα κατὰ ῥῦν φέρεται. id eſt, Reliqua ſecundo feruntur æſtu. Quanquam hic paulo diuerſius eſt uſus. Momus enim deos incuſat, quòd negligant res mortalium, ſinentes eas ueluti prono flumine, quolibet ferri. Proinde κατὰ ῥῦν φέρεσθαι dixit, temere ferri, nullo moderante. Aeſchylus in Perſis,

Ὅτ' ἂν δ' ὁ Δάμαρ ὄλβον ἐπιπνεύσῃ
Τὸν αὐτὸν αἰὲ Δάμον' ἐκεῖν τύχης. id eſt,
Fortuna ubi fuerit ſecunda, credere
Fore item ſecundam ſemper atq; eodem modo.

Secundis uentis. XVI

ἐξ ἑδέας φέρεσθαι. id eſt, Secundo ferri uento. Refertur à Suida. Secundis uentis nauigare dicitur, cui res ex ſententia ſuccedunt. Græci uenuſtius, ἐξ ἑδέας, tanquam à puppi. Libanius ſophiſta in declamatione quadam, Οὕτω γνώμης ἔχουσιν, ἐξ ἑδέας φιλεῖ τὰ πράγματα φέρεσθαι. id eſt, Qui ſic animo ſunt affecti, ijs ſolent res ex ſententia ſuccedere. M. Tullius Epiſtolarum ad Atticum lib. ſecundo: Quid ſi etiam Cæſarem, cuius nunc uenti ualde ſecundi ſunt, reddo meliorem? Plautus in Bacchidibus: Pulchre hæc confertur ratis, ſentiens rem commode procedere. Apud eundem Tranio, qui hero triennium abſente, genialiter interim, ac ſanè muſicè uixerat unà cum filio: tandem hero reuerſo, cum præter crucem nihil ſperaret: Nunc, inquit, uentus nauim deſerit. Horatius in Sermonibus,

Non agimur tumidis uelis aquilone ſecundo,
Non tamen aduerſis ætatem ducimus auſtris.

Quin hoc ipſum naufragium pro infortunio, prouerbij uim habet, ſicut & incendum. Quandoquidem autem pleraq; Homeri prouerbiorum uice ſunt uſurpata, quid uetat & illud inter adagia referri, quod eſt apud eum poëtam perquam frequens,

Φέρων ἄνεμός τε καὶ ὕδωρ. i. Ferens & uentus & æſtus. Quoties res ex omni parte feliciter procedit. Item illud crebrum apud eundem,

Τὼ δ' ἄνεμός τε κυβερνήτης τ' ἴθυνεν. id eſt,
Aſt illam uentus q; gubernator q; regebat. Cum ad fortunæ fauorem accedit etiam induſtria.

Pindarus in Pythijs hymno primo, Ναυσιφρόνοις.

ἐς πλοῦν ἀρχομένοις δ' ἀνδράσι πρῶτα χάρις
Πομπαῖον ἐλθεῖν κῦρος. id eſt,
Nauticis uiris nauigationem apparantibus prima gratia eſt, ſi ueniat uentus proſper ac ſecundus.

Parni ſcaphula. XVII

Τὸ πάρνης σκαφίδιον. i. Parni ſcaphula. Conuenit in eos, qui ob res minutulas multum litium & querelarum mouent. Sumptum à Parno quopiam, qui ob nauiculam ereptam, populo moleſtiſſimus fuiſſe legitur. Autor Diogenianus. Cum enim huius cauſa frequenter ad populum deferretur, tandem in popularem iocum abijt, uelut illud ὁ Λιὸς κέρας.

Ne puero gladium. XVIII

Μὴ παιδὶ τὸν μάχαιραν. id eſt, Ne puero gladium, ſubaudiendum, commiſeris. Allegoria prouerbialis, admonens non eſſe mandandam poteſtatem, uel adoleſcentibus, uel imperitis ac ſtultis: quæ tum in ſuam, tum aliorum pernicicm ſint abuſuri. Ne iuueni commiſeris adminiſtrationem pecuniæ. Ne puero gladium. Ne regnum impuberi. Ne puero gladium. Ne ſtulto concionandi apud populum partes delegaris. Ne puero gladium. Ne magiſtratum mandaris ſtultis. Ne puero gladium. Ne incrudito, parumq; cordato commiſeris epiſcopi munus. Μὴ παιδὶ τὴν μάχαιραν. Plutarchus in libello cui titulus, Οτι καὶ γυναῖκας κακὰς παιδεύτεον. citante Stobæo: Nam is liber nondum emerſit in lucem, Μὴ παιδὶ μάχαιραν ἡ παροιμία φησὶν, Ἐγὼ δὲ φαίην ἄν, μὴ παιδὶ πλοῦτον, μὴ ἢ ἀνδρὶ ἀπαιδεύσιαν. i. ne puero gladium, ait prouerbium. Ego uerò dixerim, Ne puero diuitias, neue uiro imperitiam. Significat pecuniam peſtiferam adoleſcentibus, uiro inſcitiam. Idem in Problematis Symposiacis, Εἰ δὲ μὴ, δοτέον ὥσπερ παιδὶ παιγνίδιον μὴ δίδωμι, ἢ δόρυ καὶ ξίφος, ἀλλὰ πλαταγὴν καὶ σφαῖραν. i. Sin minus dare oportet, ueluti pueris non ualentibus conquieſcere: non haſtam aut enſem, ſed crepitaculũ aut ſphæram. Vſurpauit & Athenæus lib. Dipnoſophiſtarum 5. in philoſophum, cui commiſſum eſſet imperium. Non uſquequaque diuerſum eſt ab hac forma, quod elegãter ſimul & grauiter dictum eſt ab Hẽrico Britanniæ rege, eius nominis ſeptimo, uiro tum acri iudicio, tum Laconicis dictis mire ualenti, cum theologum quempiam ex horum genere, quos mendicantes uocant, concionantem audiſſet: iſq; effreni lingua in principum uitam magna non libertate, ſed inſania, debaccha tus fuiſſet, Nam ſunt qui hac quoque uia famam affectent. Videbatur, inquit furioſi manibus commiſſus gladius.

Lindij ſacrum. XIX

Λίνδιοι τὴν θυσίαν. i. Lindij ſacrum, ſubaudi, faciunt. Dicebatur in eos, qui inauſpicato rem diuinam faciebant. Sumptũ ab hiſtoria cuius meminit etiã Lactantius in Inſtitutionibus Chriſtianæ religionis, lib. 1. Hercules olim agricolæ cuidam Lindio duos boues per uim eripuit, & mactatis illis conuiuium ſibi parauit. Senex autẽ Herculi comedẽti, cum multa in eum maledicta congereret, uoluptati pariter & riſui fit: ita ut Herculem dixiſſe ferant, nullum unquam conuiuium ſibi iucũdius accidiſſe, Sed haud ab re fuerit Lactantij uerba ſubſcribere. Apud Lindũ, inquit, quod eſt oppidũ Rhodi, Herculis ſacra ſunt, quorũ à cæteris longe diuerſus eſt ritus: ſiquidem non εὐφημίαι, ut Græci uocant, ſed maledictis & execratione celebrantur. Eaq; pro uiolatis habet, ſi quando inter ſolenneis ritus uel imprudenti alicui exciderit bonum uerbum. Cuius rei hæc ratio redditur, ſi tamen ulla eſſe in rebus uaniſſimis poteſt. Hercules cum eò delatus eſſet, famemq; pateretur, aratorem quendam aſpexit operantem, ab eoq; petere cœpit, ut ſibi unum bouem uenderet. Enimuero ille negauit fieri poſſe: quia ſpes ſua omnis colendæ terræ duobus illis iuuencis niteretur. Hercules ſolita uiolẽtia uſus: quia unum accipere non potuit, utrumq; ſuſtulit. At ille infelix, cùm boues ſuos mactari uideret, iniuriam ſuam maledictis ultus eſt, quod homini eleganti & urbano gratiſſimum fuit. Nam dum comitibus ſuis epulas apparat, dumq; alienos boues deuorat, illum ſibi amariſſimè conuiciantem cum riſu & cachinnis audiebat. Sed poſtquam Herculi diuinos honores ob admirationem uirtutis deferri placuit à ciuibus, ei ara poſita eſt, quam de facto Βούζυγον. i. bouis iugum nominarunt: ad quam duo iuncti boues immolarentur, ſicut illi quos abſtulerat aratori, eumq; ipſum ſibi conſtituit ſacerdotem: ac præcepit iiſdem maledictis ſemper in celebrãdis ſacrificijs uteretur, quòd negaret ſe unquã epulatum iucundius. Hucuſq; Lactãtiana reddidimus uerba. Zenodotus addit, hunc apud Lindios inoleuiſſe morẽ, iubente etiam oraculo

Ayuntamiento de Madrid

oraculo, ut inter peragendi ſacra, conuicia quædam iactarentur. Meminit huius & Gregorius Nazianzenus in Orationibus ſtelieuticis. Adagium ad multos uſus accommodari poteſt, uel ad rixoſum conuiuium, ſeu diſputationem, uel ad rem quamlibet malis ominibus inſtitutam.

Megarenſium lachrymæ. XX

Μεγαρέων δάκρυα. i. Megarenſium lachrymæ, dicebantur uel fictæ, nec ex uero dolore profectæ, uel ui adactæ. Diogenianus ad huiuſmodi refert hiſtoriam. Bacchius quidam Corinthius, Clytij Megarenſium regis filiam uxorem duxerat. Ea defuncta Clytius complures uirgines & adoleſcentes Corinthum miſit: qui in funeralibus pompis puellam deplorarent, lachrymis utiq; fictis: Vt qui conducti plorant in funere dicunt,

Et faciunt prope plura dolentibus ex animo.

Contrà Iuuenalis,

Ploratur lachrymis amiſſa pecunia ueris.

Suidas aliam adfert cauſam. Apud Megarenſes enim permultam allij copiam eſſe, huius acrimonia multis exprimi lachrymas uel inuitis. Proinde apud Ariſtophanem, qui lachrymatur, allium olfacere per iocum dicitur. Igitur ſi ad ſimulatum dolorem accommodes, prouerbium affine fuerit illi, Flere ad nouercæ tumulum.

Ventus neque manere ſinit, neq; nauigare. XXI

ἄνεμος ὅτε μένειν ἐᾷ ὅτε πλεῖν. i. Ventus neque manere ſinit, neq; nauigare. Philoctetes apud Aeſchylum,

ἔνθ' ὅτε μίμνειν ἄνεμος, ὅτε πλεῖν ἐᾷ. id eſt,

Vbi nec manere, nec ire uentus annuit.

Simillimum eſt illi, Lupum auribus teneo. Vſus erit ubi quis in eas rerum angustias inciderit, ut nec relinquere negotiũ ſit integrum, nec abſoluendi ſit facultas. Mutuo ſumpta metaphora à ſæuiſſima uentorum tempeſtate, cum nautis & periculoſiſſima eſt nauigatio, neque tutum tamen ancoram iacere. Q. Curtius libr. 8. citra figuram extulit hoc pacto: Attonitis q; auribus ſtupens agmen, nec progredi, nec conſidere audebat. Refertur à Diogeniano.

Vulpes non iterum capitur laqueo. XXII

ἄλλ' οὐκ αὖθις ἀλώπηξ παγᾶς. i. At nõ iterum uulpes laqueis, ſubaudiendum capitur. Qui ſapit, οὐ λίθος πρὸς τὸν αὐτὸν προσκρέει λίθον. i. non iterum ad eundem offendit lapidem. Stupidi eſt hominis, in malum guſtatum iterum incidere. In Plutarchi collectaneis effertur hunc ad modum, ἀλώπηξ διαφυγοῦσα πάγας αὖθις οὐχ ἁλίσκεται. i. Vulpes quæ ſemel effugerit laqueos, non capitur iterum. Huic animanti natura ineſt aſtutia, quemadmodum leonibus audacia. Sic Pindarus in Iſthmijs hymno 4. Τολμᾷ γὰρ ἐκὼν θυμὸν ἐμβεβλημένον θηρὶ λεόντων γόνῳ. μῆτις δ' ἀλώπηξ. uirum fortem ob robur leoni, ob prudentiam uulpi comparat. Confine eſt illi quod alibi retulimus, iterum ad eundem lapidem impingere, quod uſurpauit Gregorius theologus in epiſtola quadam ad Boſphorium, ἄλις γὰρ πρὸς τὸν αὐτὸν λίθον προσπαίειν τοῖς ἀνοήτοις μόνοις ἢ παροιμία λέγουσιν. id eſt, Bis enim ad eundem lapidem impingere, ſolis ſtultis concedit prouerbium.

Abydena illatio. XXIII

ἀβυδληνὸν ἐπιφόρημα. i. Abydena illatio, ſiue irruptio. Dici ſolitum, ubi quis obſtrepit, aut conuiuantibus, aut aliud quippiam agentibus, & tumultu moleſtiam adfert. Zenodotus ait extare prouerbium apud Eudoxum in fabula, cui titulus ſuppoſititius. Atq; hinc eſſe natum, quòd olim Abydenis mos fuerit, ſi quem ciuem, aut hoſpitẽ acciperent conuiuio, præterea in ſacris ac ſolennibus epulis, ut poſt unguentum & coronas, infantes à nutricibus inducerentur, circunferrenturq; ſuauiandi. Vagientibus autem & clamantibus pueris, garrientibus item & obſtrepentibus nutriculis, conuiuium tumultuoſum & iniucundum reddebatur. Ergo cum amicis aliquot ſuauiter colloquentibus interueniet rabula quiſpiam & immodice loquax, qui cõfabulationem ſua loquacitate ſit inamœnã redditurus, rectè dicemus, ἀβυδληνὸν ἐπιφόρημα. Tametſi in quibuſdam codicibus, ἐπιφώνημα legi. i. acclamatio: uerum, ut opinor, mendoſè: quãdoquidem Athenæus lib. Dipnoſophiſtarũ 14. mentionem facit huius adagij, demonſtrans complurium autorum teſtimonijs ἐπιφορήματα dici bellaria, ſiue ſecundas menſas ab inferendo, non ab acclamãdo. Quin & Stephanus ἐπιφόρημα legit, nõ ἐπιφώνημα. Itidem Zenodotus et Suidas. Solus Heſychius legit ἐπιφώνημα, indicans & hoc dici in eos qui hoſpites calumniabantur. Cæterum quòd in nonnullis codicibus ſcriptum uiſitur ἀβυδληνὸν pro ἀβυδληνὸν, minimum intereſt ad ſenſum.

Mendici pera non impletur. XXIIII

πτωχοῦ πήρα οὐ πίμπλαται. i. Mendici pera non impletur. Zenodotus ait, ex Callimacho ſumptum. Sẽſus per ſe liquet, nempe inexplebilem eſſe mendicitatem. Nam quo plura dederis ijs qui animo ſunt mendico, hoc plura petunt. Deflecti poteſt uel ad improbos, qui ſemper aliquid flagitant ab amicis: uel in diuites, quibus nihil eſt ſatis: uel in principes δημοβόρους quorum rapacitatem nullæ plebis expilationes poſſunt explere. Apriſſimè congruit in illos, qui libidini, cupiditati, ambitioni, reliquiſq; id genus affectibus addicti ſunt. Nam ijs illud euenit, ut quo intemperantius explent ſeſe, hoc magis magisq; ſitiant, eſuriantq;. Id quod innuit etiam euangelica parabola de filio prodigo, cui ne ſiliquis quidem contigit explere famem.

Laconicæ lunæ. XXV

Λακωνικὰς σελήνας. i. Laconicas lunas, ſubaudiendum, cauſaris, aut eiuſmodi quippiam. De promiſſis aut pactis incertis atq; infirmis dicebatur. Nam, ut aiunt, Lacones, ſi quando pactum auxilium poſcerentur, lunas cauſabantur, atque hoc prætextu ſuffragiebant, quod, ut teſtatur Lucianus, legem tuliſſet Lycurgus ne prælium inirent, niſi plenilunio. In cæteris item negotijs auſpicandis, lunæ rationes ſuperſtitioſius obſeruabant: atq; hinc occaſio prouerbij. Ad hoc, ni fallor, alluſit M. Tullius in epiſt. quadam ad Atticum, cuius initiũ eſt, Dionyſius uir optimus, lib. 7. Ego quoniam quarto Non. Ian. compitalitius dies, nolo eo die in Albanum uenire, moleſtus familiæ. Veniam tertio Nonarum. Igitur inde ad urbem prid. Non. Tus σελήνης quem in diem incurrat, neſcio: ſed prorſus commoueri te incommodo ualetudinis tuæ nolo. Quanquam haud me clàm eſt, hoc loco in uulgatis codicibus λήνης ſcriptum eſſe non σελήνης. Nonnulli λῆψις mutauerant: uerum ſenſus huc uocat, ut σελήνης. i. lunula legamus. Cum enim ſignificaſſet quos dies obſeruaſſet, aut delegiſſet ipſe, ueluti ſuperſtitioſior, adiecit de Attico, tua lunula in quem incidat diem neſcio, ludens & in illius ſuperſtitionem: ſed ita tamen, ut ualetudinis rationem haberi uelit ab Attico. Conuenit cum eo quod aliàs recenſuimus, Acceſſæi luna.

Lucerna pinguior, & lecytho pinguior. XXVI

Λιπαρώτερος λύχνος, λιπαρώτερος ληκύθου. i. Pinguior lucerna, pinguior lecytho. Videtur ironia prouerbialis in eos qui cum ſint edaces, nihilo tamen inde fiunt habitiores, quemadmodum lucerna plurimum abſumit olei, neq; tamen fit unquam ſaginatior. Fortaſis non abſurde deflectetur in homines craſſo iudicio, aut luxui deditos, aut uoluptuarios. Refertur à Diogeniano.

Ad menſuram aquam bibunt, citra menſuram offam comedentes. XXVII

Μέτρῳ μὲν ὕδωρ πίνοντες, ἀμέτρῳ δὲ μάζαν ἔσθοντες. id eſt,

Ad

Ad menſuram bibentes aquam, citra menſuram offam edentes. Zenodotus ſcribit hunc uerſiculum oraculo proditum in Sybaritas in uulgi ſermonem abiiſſe, qui ob immoderatum luxum à Crotoniatis ſubuerſi ſunt: quemadmodum alibi retulimus. Vnde poterit accommodari, uel in eos qui ex ſummis delicijs, opibuſq; rediguntur ad extremam inopiam: uel in eos qui præpoſtere ſunt ſordidi, parciſſimi in rebus minutiſſimis, in magnis negligentes: cuiuſmodi plerosq; uideas mortales. Eſt autem uerſus heroicus, qui tamẽ in omnibus, quos adhuc uiderim, codicibus deprauate legitur. Reſtituetur autem hoc pacto,

Μέτρῳ ὕδωρ πίνοντες, ἀμέτρως μάζαν ἔσθοντες.

Conſimilis formæ eſt illud Theocriti in Bucoliaſtis.

Καὶ φεύγει φιλέοντα, καὶ ὃ φιλέοντα διώκει. *id eſt,*

Auerſum inſequitur, rurſum auerſatur amantem.

In toga ſaltantis perſonam inducere. XXVIII

Saltantis perſonam in toga inducere, eſt quippiam facere neutiquam decorum: ueluti ſi ſenex aut theologus ineptiat. Aut ſi quis ſerijs miſceat ludicra. Martialis in præfatione 2. lib. Noli ergo, ſi tibi uidetur, rem facere ridiculam, & in toga ſaltantis inducere perſonam. Toga ciuium erat Romanorũ, & honoris gratia ſumebatur ab ijs qui iam exceſſiſſent è pueritia, depoſita prætexta, ipſo cultu uirilem animum ac mores profitentibus, unde & uirilis toga dicebatur. Hinc illud Ciceronis in Philip. Sumpſiſti uirilem togam, quã ſtatim muliebrem ſtolam reddidiſti. Quin & pacis tempore geſtabatur quemadmodum ſagum in bello. Vnde M. Tullius in Philippicis ſubinde iubet, depoſitis togis ſaga ſumere. Et idem, Cedant arma togæ. Item Lucanus de Pompeio,

Prætulit arma togæ, ſed pacem armatus amauit.

Inexploratus homo. XXIX

ἀβασάνιστος ἄνθρωπος. *id eſt, Inexploratus homo, id eſt,* ἀπείρατος, ἄγυμνος, ἀδόκιμος. *id eſt, inexperſus, inexpertus, non probatus. Suidas Aelianum citat autorem in libr. De prouidentia, qui* ἀβασάνιστον *dixerit, dolore uacuum, eo quod Græcis* βασανίζειν *ſit etiam torquere. Subeſt autem metaphora in* ἀβασάνιστος. Βάσανος enim coticula eſt, qua ſolet aurum explorari, Latini uocant indicem. Extat Chilonis dictum: Id aurum eſſe hominis, quod index lapis eſt auro: hoc eſt, non aliter ingenium hominis auro ſpectari, quàm indice ſpectatur aurum.

Abronis uita. XXX

ἄβρωνος βίος. *i. Abronis uita. De molliter ac deliciosè uiuentibus. Sumptum à moribus Abronis cuiuſpiam notæ luxuriæ, quemadmodum apud nos Apicius & Aeſopus luxu nobilitati ſunt. Græci quicquid delicatum ac molle, ἁβρὸν & τἀναβρον appellant: unde* ἀβροδίαιτος, *lauti uictus & opipare uictitans. Refertur à Zenodoto.*

Ineſt & formicæ & Serpho bilis. XXXI

ἔνεστι καὶ μύρμηκι καὶ σέρφῳ χολή. *id eſt,*

Formicæ ineſt ſua bilis, & Serpho ſua.

Admonet adagium, non eſſe contemnendum inimicũ quempiam, nec ullum temere laceſſendum: quandoquidem nullum animal tam minutum aut imbecillum, quòd iratum non excandeſcat ira. Quadrabit & in homunculos nullis præditos uiribus: tamen uindictam molientes, ira, ut ſolet, animos ſuppeditante. Serphus minutulum animal non diſſimile formicæ. Braſidas, autore Plutarcho, cum manum in caricas temere miſiſſet, & à mure inibi forte fortuna latente morderetur, Papæ, inquit, ut nullum eſt animal tam puſillum, neq; tam inualidum, quod laceſſitum, non cupiat ulciſci ſeſe.

Manu fingere. XXXII

Manu fingere, eſt arte curaq; formare. Metaphora ſumpta ab ijs qui è cera, ſiue argilla fingunt imagines. Lucius Anneus Seneca in epiſtolis. Quædam ingenia facilia & expedita: quædam manu, ut aiunt, facienda ſunt. Idem libr. De beneficijs 6. Diſcamus, inquit, beneficia ſecure debere, & occaſiones reddendorum obſeruare, non manu facere. Manu facere dixit, pro noſtra opera accerſere. Itidem Plin. lib. 18. Fateamur ergo culpam, ne his quidem quæ naſcuntur contenti, quando plura eorum genera manu fiunt. Iuuenalis item in Satyra ſeptima,

Exigite ut mores pueri ceu pollice ducat,
Vtque quis cera uultum facit. Tibullus libro primo,
Et manibus canas fingere uelle comas.

Loquitur de tingente capillos arte. Perſius Satyra quinta,

Artificemq; tuo ducit ſub pollice uultum.

M. Tullius in Bruto, factum appellat elaboratum: ſed ut intellectum eſt, quantam uim haberet accurata & facta quodammodo oratio. Metaphora ſumpta eſt à plaſtis ac fabris, qui rudi materiæ inducunt effigiem. Vnde & factum argentum dicitur, cui opponitur rude.

Locrenſe pactum. XXXIII

Λοκρὰν σύνθημα. *i. Locrenſium pactum. De fœdifragis dictum, cuiuſmodi quondam habiti Locrenſes, quòd fœdere prodito, quod cum Peloponeſij inierant, ad Heraclidarum partes defecerint. Vel, ut quibuſdam placet, quòd Siculos eluſerint, non præſtita fide. Hæc propemodum Zenodotus. Refertur iſſdẽ ſermè uerbis ab Euſtathio in Bœotiã Homeri.*

Caſsioticus nodus. XXXIII

Καασιώτικον ἄμμα. *i. Caſſioticus nodus. De moribus uafris ac uerſutis dici conſuecit. Caſſius mons eſt, & eiuſdem nominis ciuitas in Aegypto uicina Peluſio. Ei genti quaſi genuinum ac gentilitiũ eſt, muros quoſdam nodos nectere. Huic affine, quòd alio diximus loco,* Ἡρακλέου ἄμμα. *i. Herculeus nodus, quo arctiſſimam atq; indiſſolubilem amicitiam ſignificamus. In caduceo Mercuriali duo ſunt ſerpentes, maſculus & fœmina, qui medio corporum complexu nodum efficiunt Herculanum. Ab eo ſupernæ partes ſic ad oſculum coëunt, ut flexu circulum efficiant: infernæ ſimili flexu ad caducei capulum reuocantur, qua parte item caudæ coëunt utriuſque. Hanc imaginem caducei, adhuc uidere eſt in nomiſmatibus antiquis. È quibus opinor ſymbolum ſuum mutuatus eſt* IOANNES FROBENIVS, *Typographorum huius ætatis diligentiſſimus: & cui plurimũ debent ſacrarum literarum candidati: niſi quod extra circulum, quem ſerpentes faciunt capitibus inter ſe coëuntes, addita eſt columba ſceptro inſidens. Hunc nodum Mercurio conſecrarunt Aegyptij, innuentes fœdera non oportere unquam diſſolui, uerum plurimum ualere debere: unde & Herculano cognomen additum. Quanquam Galli, & haud ſcio an etiam Aegyptij, non alium putant Herculem quàm Mercurium. Refertur apud Diogenianum ac Suidam adagium de Caſſiotico nodo. Stephanus aliter effert, nimirum hoc pacto,* καασιώτικα ἱμάτια. *i. Caſſiotica pallia, niſi fortè pro* ἱμάτια *ſcriptum erat* ἱμάντια. *i. lora.*

Bonus cantor, bonus cupediarius. XXXV

ἀγαθὸς ψάλτης, ἀγαθὸς ζωμοποιός. *i. Bonus cantor, bonus cupediarius. In uituperium muſicæ artis dictum, quaſi eiuſdem ſit hominis aures delectare cantu, & palatum cupedijs. Archidamus Zeuſippi filius, cum quidam ſibi commendaretur hoc nomine, quòd bonus eſſet cantor. At hic, inquit, apud nos bonus cupediarius.*

Ad amuſim applica lapidem, non ad lapidem amuſim. XXXVI

Plutarchus in cõmentariolo, cui titulus, Quo pacto quis intelligere poſſit ſe profeciſſe, trochaicũ hunc prouerbialẽ refert.

Πρὸς

Ayuntamiento de Madrid

Πρὸς κάθμῃ πέτρον τίθεσθαι, μή τι πρὸς πέτρῳ κάθμιον. id eſt,

Lapis amuſſi eſt applicandus, non amuſſis ad petram. Admonet, uitam ad leges eſſe corrigendam, non contrà leges ad mores noſtros trahendas eſſe: ut id faciamus, quod honeſtum ſit: non id rectum exiſtimemus, quod facimus. De Leſbia regula retulimus alibi.

Extra quærere ſeſe. XXXVII

Prouerbialiſchemate dictum à Perſio, Satyra prima,

_Examenq; improbum in illa

Caſtiges trutina, nec te quæſieris extra. id eſt, tuis te facultatibus metiaris, non populari opinione. Reſpondet illi quod idem alibi dixit, Tecum habita. Nam domi habemus quæ propriè noſtra ſunt, nec aliunde petenda. Q_i non eſt contentus recti conſcientia, ſed famam ſpectat, ἔξω βλέπειν, id eſt, foras proſpicere dicitur. Plutarchus in commentario, qui inſcribitur, Quemadmodum quis intelligere poſſit ſe profeciſſe, Δῆλός ἐστιν ἔξω βλέπων ἔτι, καὶ πρὸς δόξαν ἐλκόμενος. id eſt, Palàm eſt illum adhuc foras proſpicere, & opinione famaq; duci. Huc pertinet illud quoq; quod alibi retulimus.

ἀλλότριος βοῦς πολλάκις ἔξω βλέπει. id eſt,

Extraneus bos ſæpe proſpectat foras. Nimirum domi multa deſiderans. Porrò ſapiens omnia ſua bona ſecum portat in ſeipſo, totus inſtar mundi teres atq; rotundus.

Aliorum medicus, ipſe hulceribus ſcates. XXXVIII

Plutarchus in commentario, cui titulus, Quo pacto quis ab inimico iuuari poſſit, hunc ſenarium ex tragœdia quapiã allegat,

ἄλλων ἰατρὸς, αὐτὸς ἕλκεσι βρύων. id eſt,

Alijs medens, at ipſus hulceribus ſcatens.

In eos torquendus eſt, qui errata caſtigant inceſſuntq; aliena, intercutibus uitijs ipſi madentes. Illud uulgò tritiſſimum: Medice, tibi ipſi medicus eſto. Grego. in Apolog. de fuga ſua. ἢ δὲ παροιμίας πόρρω θέωμεν, ἄλλοις ἰατρεύειν ἐπιχειροῦντες, αὐτοὶ βρύοντες ἕλκεσι. id eſt, aut prouerbium procul effugiamus, alijs mederi parantes, ipſi ſcatentes ulceribus. Non diſſimilem ſententiam refert M. Tullius Philip. 12. Etenim qui multorum cuſtodem ſe profitetur, cum ſapientes ſui primum capitis aiunt cuſtodem eſſe oportere. Xenophon in Conuiuio ſimile quiddam indicat uulgò tactatum in diuinatores, οἱ μάντεις λέγονται δύπτειν, ἄλλοις μὲν προαγορεύειν τὸ μέλλον, ἑαυτοῖς δὲ μὴ προορᾶν τὸ ἐπιόν. i. Aiunt ſanè diuinos alijs quidem prædicere futura, ſibi ipſis uerò non proſpicere quod inſtat.

Tragice loqui. XXXIX

Τραγικώτερον λαλεῖν. id eſt, Tragice loqui. Eſt uerbis uti magnificentioribus. Eſt enim tragicorum character ſublimis, amatq; tragœdiæ ampullas & ſeſquipedalia uerba. Menander apud Plutarchum in conſolatorio commentario ad Apollonium, Εἰ δ' ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς νόμοις, ἐφ' οἷσπερ ἡμεῖς ἔσπασας σὺ ἀέρα τὸν κοινὸν, ἵνα σοι τραγικώτερον λαλῶ. id eſt, Q_od ſi iiſdem legibus, quibus & nos hauſiſti communem aërem, ut tibi tragice loquar. Vtitur & Plato lib. De republica 3. Gregorius Theologus in epiſtola quadam, ἀλλ' οὐκ ἂν οἶμαι πράττοντα τραγικῶς, πανηγυρίζειν κωμικῶς. id eſt, Non licebat, opinor, cum ageres tragice, feſtum agere comice. Idem in epiſtola ad Baſilium ὦ γῆ καὶ ἥλιε, ἀὴρ καὶ ἀρετὴ, τραγῳδίσω γάρ τι μικρόν. id eſt, O terra & ſol, aër & uirtus, quanquam ſuſpicor pro ἀρετὴ ſcriptum fuiſſe ἀϑὴρ, quemadmodum ex ἀὴρ fecerat ἀὴρ. Nam qui primus has epiſtolas edidit, adeo uidetur callere Græcè, ut uix legat. Eſt ſubinde apud Lucianum ὑπερτραγῳδίζειν, pro eo quod eſt magnificentius eloqui, & rem uerbis ampliorem reddere: & φορτικῶς λαλεῖν, pro grandius & faſtuoſius dicere.

Tragicum tueri. XL

Τραγῳδικὸν βλέπειν. id eſt, Tragicum tueri. Non diſſimili figura dixit Ariſtophanes in Pluto, πενίαν. id eſt, paupertatem deſcribens,

Βλέπει γέτει μανικόν τι καὶ τραγῳδικόν. id eſt,

Tragicum tuetur, ac furiale quippiam.

Quadrabit uel in faſtuoſos, uel in triſtes ac luctuoſos.

Lingua iurauit. XLI

Illud è tragœdia ceſſit in prouerbium, ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ'. id eſt, Lingua iurauit. Vbi quis non præſtat fidem promiſſi: aut ubi non ex animo pollicetur. Eſt apud Euripidem in Hippolyto coronato.

ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος. id eſt,

Iurata lingua eſt, animus iniuratus eſt.

Hunc uerſiculum inceſſiuerunt Comicorum conuicia. Ariſtophanes in Bacchis,

ἢ φρένα μὲν ὃν ἐθέλουσαν ὀμόσαι καθ' ἱερῶν,

Γλῶτταν δ' ὑποφωνήσασαν ἰλλία τ' ὀρκόν. id eſt,

Aut mentem quæ nolit per ſacra iurare,

Linguam autem iuratam, ſeorſum ab animo.

Item in Ranis taxans Euripidem,

ἡ γλῶττ' ὀμώμοκ', αἰσχύλον δ' αἱρήσομαι. id eſt,

Iurata lingua eſt, Aeſchylum autem præferam.

Sic & Pindarus in Iſthmijs, encomio quinto, laudans quendam cordatæ ueracisq; linguæ dicit,

Γλῶσσα δ' ὃν ἔξω φρενῶν. id eſt,

Lingua uerò non extra mentem.

Euripidis dictum citatur à Platone in Theæteto, ἐὰν ἀποκείνη ὅτι ἔστιν, σλεπίδμόν τι ξυμβήσεται, ἡ μὲν γλῶττα ἀνέλεγκτος ἡμῖν ἔσται, ἡ δὲ φρὴν ὃν ἀνέλεγκτος. i. Si reſponderis eſſe, ueniet nobis quidam Euripideum, lingua nobis erit irredarguta, cæterum mens non erit irredarguta.

Heri & nudiuſtertius. XLII

Χθὲς καὶ πρώην. i. Heri & nudiuſtertius. Prouerbialis hyperbole, tempus admodum nuper actum ſignificãs. Plutarchus in commentario De contentione ignis & aquæ, ἡ δὲ πυρὸς χρῆσις, ἐχθὲς φασὶ καὶ πρώην, ὑπὸ προμηθέως, βίος πυρὸς, ὃν ἄνευ ὕδατος ἦν. i. Atqui ignis uſus heri, ac modo, quod aiunt, ſub Promotheo, ignis uita, nõ citra aquam erat. Eſt ſubinde apud Lucianum, nominatim in libello De mercede ſeruientibus. Item Plato de legibus libr. 3 τὰ δ' ἄλλα ἄλλοις πάμπολλα, ὡς ἔπος εἰπεῖν, χθὲς καὶ πρώην γεγονότα. i. Quin & alia, quæ in alijs plurima, heri, ut ita loquar, ac nudiuſtertius acciderant. Alibi legi, nec tamen occurrit locus, ὃ χθὲς καὶ πρώην ἑαυτῷ θεὸς. i. qui heri & nudiuſtertius ſibi deos inſtituit. Plato in Alcibiade ſecundo, Οἶμαι δὲ σε οὐκ ἀνήκοον εἶναι ἔνιά γε χθιζὰ καὶ πρωϊζὰ γεγονημένα. i. Arbitror autem tibi non inauditum eſſe, quædam & heri & nudiuſtertius eſſe facta.

Non pluit poſt noctem, qua ſus agreſtis peperit. XLIII

Plutarchus in commentario De cauſis naturalibus, uerſum hunc ceu prouerbio iactatum citat.

Μηκέτι νυκτὸς ὗειν, ἣν χοῖρος τέκῃ ἀγροτέρα σῦς. id eſt,

Non iam nocte pluet, ſus qua enitetur agreſtis.

Sues cicures ſæpius pariunt ac diuerſis tẽporibus, ſtræ non niſi ſemel, idq; iiſdem fermè diebus, nimirum ineunte æſtate. Vnde negant fore pluuiam poſteaquam ſus agreſtis peperit, nimirum exactis iam menſibus pluuijs. Per iocum uſurpari poterit, ſi dicamus, res fore tranquilliores, poſteaquam moroſus ac rixoſus quiſpiam animo ſuo morem geſſit.

Cum dijs pugnare. XLIIII

Θεομαχεῖν. id eſt, Cum dijs pugnare dicuntur, qui uel naturæ repugnant, uel aduerſus fatalem neceſſitatem reluctantur.

Sumptum

Ayuntamiento de Madrid

Sumptum à gigantum fabula. M. Tullius *in dialogo* De ſenectute. *Quid enim aliud gigantum more bellare cum dijs, niſi naturæ repugnare?* Euripides *in* Bacchis,

Κὐ θεομαχήσω, σὼν λόγων τοιοῦδε ὕπο. *id eſt,*
Cedam deis, parens tuis ſermonibus.

Fertur & huiuſmodi ſenarius inter ſententias prouerbiales

Θεῷ μάχεσθαι δεινόν ὅστις καὶ τύχῃ. *id eſt,*
Pugnare cum dijs, cumq; fortuna graue eſt.

Celebratur & illud Homericum,

Οὐκ ἔστιν πρὸς δαίμονα φωτὶ μάχεσθαι. *id eſt,*
Haud pugnare poteſt hominum cum numine quiſquam.

Id imitatus Pindarus,

Κρὴ δὲ πρὸς θεὸν οὐκ ἐρίζειν. *id eſt,*
Non conuenit cum deo contendere.

Dorica muſa. XLV

Δωρικὴ μοῦσα. *id eſt,* Dorica muſa. De *muneribus auidis.* Ariſtophanes *in* Equitibus *iocatur in* Cleonem, *quòd nullam aliam muſicam diſcere potuerit quàm* Doricam, *uidelicet alludēs ad notiſſimas harmoniarū ſpecies,* Doricam, Lydiā, Phrygiam & Bœoticam. Ludit autem uerbo perperam deprauato, δωροδοκικὸς pro δωρικὸς, ὅτ@, inquiens, ὁ δωρικὰ μαθὼν, ἢν μὴ δωροδοκικὸς. *id eſt,* Iſte diſcere haud poteſt præterquam δωροδοκικὸς. Eſt autem Græcis δωροδοκεῖσθαι, muneribus corrumpi, *ut in gratiā alicuius dicas ſententiam, id quod* Pythagoras appellat κυάμους ἐσθίειν. *i.* Fabas edere. Nam antiquitus fabis ſuffragia ferebantur, itaq; συμβολικῶς, fabas edebant, *qui quæſtum ex ea re facerent.* Sic enim interpretatur is quiſquis fuit, qui collegit hiſtorias quas Gregorius Nazianzenus attigit. Quāquam exortus eſt nuper qui Pythagoræ fabas uertit in oua, *quòd inſit animantis initium,* κύαμον autē dictum, *quaſi* κύουσιν, *quem audiendum putarem, ſi uel unum autorculum ucterem, uel argumentum aliquod grauius allegaſſet.* Heſiodus *item principes corrupte iudicantes,* δωροδόκους *appellat, id eſt, doniuoros.*

Ne ſupra pedem calceus. XLVI

Μὴ ὑπὲρ τὸν πόδα τὸ ὑπόδημα. *id eſt,* Ne ultra pedem calceus, *id eſt, ne maiora uiribus ſuſcipias. Aut ne magnificentius te geras quàm pro tua conditione.* Lucianus *in imaginibus,* μηδὲ ὑπὲρ τὸ πόδα ἔχω τὸ ὑπόδημα. *id eſt,* Neque maior pede ſit calceus. Rurſus *in proximè ſequenti dialogo,* ταῦτά σοι ἔνεστι ἔλεξε, καὶ ὑπὲρ τὸ πόδα. *id eſt,* Hæc tibi uiſa ſunt immodica, & quàm pro menſura pedis maiora. Rurſum *in* Gallo, μὴ ἐπὶ μείζονα λόγον ἢ ποδός. *id eſt,* Et haud quaquam iuxta pedis rationem.

Non è quouis ligno Mercurius fiat. XLVII

Οὐκ ἐκ παντὸς ξύλου ἑρμῆς ἂν γένοιτο. *id eſt,* Non è quouis ligno Mercurius fingi poſſet. *id eſt,* Non omnium ingenia ſunt accommodata diſciplinis. Quidam enim, *ut ait* Fabius, *rus ablegandi ſunt. Sumpta eſt allegoria à fabris, qui materiam deligunt. Quandoquidem ad alias res alias materias conuenire copioſè demonſtrat* Theophraſtus *lib.* De Plantis 5. *Item* Plin. *lib.* 16. *Quidam ſuperſtitioſius exquirunt materiam, unde numen exculpant.* Et quāquam Priapus *ille deus facilis & craſſus, haud grauatur ficulnus eſſe, non tamen idem liceat in* Mercurio *deo tam ingenioſo, totq; prædito artibus. Tametſi mihi magis arridet, ut ad magicum Mercurij ſimulacrum referatur, quem non ex quauis materia, ſed certo ligno ſcalpebant, alioqui non futurum idoneum ad magicæ artis uſum.* Vnde id quoq; inter reliqua magici criminis argumenta obiectum fuerat Apuleio, *quòd Mercurij ſigillum ſcalpendum curaſſet ligno buxi, quemadmodum oſtendit ipſe apologia Magiæ prima.* Fortaſſis buxus *ad id potiſſimum deligebatur, uel quòd hominis pallorem præ ſe ferat, uel quòd materies ſit omnium maximè æterna. Nam & aduerſus ignem quoq; ferri rigorem obtinet autore* Plin. Apuleius *in* Apologia Magiæ 1. *prouerbium refert ad autorem* Pythagoram: Non enim, *inquit, ex omni ligno, ut* Pythagoras *dicebat, debet* Mercurius *exſcalpi. Finitimum eſt huic quod eſt apud* Athen. *lib.* 5. Incertum autem utrum Democharis an Cratetis *dictum,* Ἐκ θύμβρας ἐδεὶς ἂν δυνήσαιτο κατασκευάσαι λόγχην, οὐδὲ ὑπὸ σωκράτους χρατιόνην ἄμεμπτον. *id eſt,* Ex thymbra nemo queat conficere lanceam, neq; è Socrate probum militem. Eſt autem thymbra oleris genus aut fruticis non diſſimile thymo aut Satureiæ. Cuius meminit Plin. *lib.* 19. *cap.* 8. condimentis aptum, unde & θυμβροφάγοι dicuntur Græcis qui acribus delectantur, quod dicetur & in eos quibus res ſunt aſperæ. Rurſus Athenæus *in eodem lib.* ἀλλ' ὅτε οὐ θύμβρας, ἔφη δημοχάρης, λόγχη, ὅτε οὐ τοιούτων λόγων ἀνὴρ ἀγαθὸς γίνεται. *id eſt,* Sed neque è thymbra, quemadmodum inquit Demochares, lancea, neque ex huiuſmodi ſermonibus uir bonus fit.

Non ſum ex iſtis heroibus. XLVIII

Οὐκ ἐμὶ τούτων τῶν ἡρώων. *id eſt,* Non ſum de numero iſtorum heroum, *id eſt, non ſum ex eorum numero, qui propenſiores ſunt ad lædendum quàm benemerendum.* A genijs ſumptū, *qui laceſſiti ſæpe perniciem adferunt, perraro iuuant.* Vnde qui ſe cōmodum, non noxā allaturos eſſe pollicebantur, hoc utcūq; adagio. Zenodotus Menandrum citat ex Ephebis.

Noui Simonem, & Simon me. XLIX

Οἶδα σίμωνα καὶ σίμωνά με. *i.* Noui Simonem, & me Simon. De his dicebatur qui pares eſſent. Zenodotus & Suidas ſcribit duos fuiſſe ductores, notæ utrūq; improbitatis, Simonem & Niconem. Simonē autē, quòd uitijs antecelleret, alterius famam obſcuraſſe. Vnde prouerbio, Simonem unum nominant. Tradunt hos duos Telchines fuiſſe, qui inducta in terram aqua Stygia, Arnon ædificarint. Vocantur autem apud Græcos Telchines, mali genij, ſiue homines faſcinatores & malefici. Strabo *lib.* 10. meminit Telchinū, aitq; nouē fuiſſe, qui è Rhodo Rheam ſint comitati in Cretam, τελχῖνας autem dictos uolunt παρὰ τὸ θέλγειν, quod eſt obſcurare ſiue demulcere, *quòd homines illectos circumueniant.* Hinc & τελχίνειον ſiue τελχινῶδες dicunt, quicquid inſigniter eſt improbum: & τελχιτάνειν, pro contentioſè ac peruicaciter agere. Addit etymologus, omnes Cretenſes τελχῖνας dici: & ipſum Cretam dictum τελχίνα. Adagium uſurpat Chryſoſtomus *in* Babyla. ὦ δεξιᾶς τελχῖν@. *id eſt,* ô dextram Telchinis. Sic enim appellat nocentem dextram.

Ne nimium calidum hoc ſit modo. L

Terentius *in* Eunucho, Vide ne nimium callidum hoc ſit modo. Donatus prouerbium eſſe demonſtrat, quanquam anceps eſt lectio. Poteſt enim utrunq; legi, & calidum & callidum, *ut prius illud ad feſtinatum conſilium, alterum ad nimis aſtutum referatur. Siquidem utraq; parum feliciter euenire ſolēt, uel quæ nimium calent, id eſt, quæ præcipitantius inſtituuntur, uel quæ nimium audacibus aguntur dolis.* Et ſicut autore, apud Titum Liuium, Fabio Maximo, temeritas non ſolum ſtulta, uerumetiā infelix plerunq; eſt, ita ueſtutia nonnunquam ad ſummum diſcrimen adducit. Qui callidum legunt, reſſicere uidentur ad id quod paulo ſuperius dixerat Chærea, Nunquam uidi melius conſilium dari. Qui calidum legunt per unicum l, & mea quidem ſententia rectius, Græcam figuram agnoſcunt. Quoniam θερμὸν, illi tum ſceleſtum, tum præceps & audax facinus uocant, Sic enim Penia *in* Pluto Ariſtophanica de ſenibus, qui rem nouam moliuntur, ut Pluto cæco reſtituant oculos,

Ω θερμὸν ἔργον, καὶ ὅσιον, καὶ παράνομον. *id eſt,*
Calidum ô facinus, & impium, & nefarium,

Interpres exponit, θερμὸν παράλογον, τολμηρὸν, δεινόν-

Ayuntamiento de Madrid

τον. id est, Inauditum, audax & præceps, ac temerarium. Item Sophocles in Antigone,

Θερμὰν ἐπὶ ψυχροῖσι καρδίαν ἔχεις. id est,
In frigidis tibi mens calet negotijs.

Obiurgatur Antigone, quòd nimium auide cuperet sepelire fratrem. Et Plutarchus Sympositacon Decade 5. significat ζωρότερον quibusdam significare τὸ θερμὸν, ut Achilles apud Homerum iubens Patroclum miscere ζωρότερον, exegerit, celeritatem ministerij. Quemadmodum nos quoque, inquit, sæpenumero iubemus ministris θερμότερον ἅπτεσθαι καὶ διακονεῖσθαι. id est, Calidius ac celerius adire ministerium.

Ne gladium tollas mulier. L I

Μὴ μάχαιραν ἆῖρε θῆλυ. id est,
Ne machæram tolle mulier.

Hemistichium est carminis trochaici. Ne suscipias negotij molem, cum nequeas auxiliari. Virorũ enim est Ἀμύνασθαι περὶ πάτρης, ut inquit Homerus. Potest & in hunc trahi sensum, ne spem ostendas, quam præstare non possis. Ne minueris, aut ne lacessas inimicum, cum lacessitum non queas profligare. Brutus notat Ciceronem, quòd Antonium concionibus suis irritaret, quem irritatum non potuerit comprimere, hoc est, gladium tolleret mulier.

Nec sibi nec alijs utilis. L II

Qui prorsus inutiles sunt, & fruges consumere nati, schemate prouerbiali, nec sibi nec alijs utiles dicuntur. M. Tullius in libris Officiorum, Quamobrem, ut ante dixi, contemnuntur ij qui nec sibi, nec alijs prosunt, ut dicitur. In quibus nullus labor, nulla cura, nulla industria est. Sumptum est ex nobili illo carmine Hesiodi, ex opere quod inscribitur Ἔργα καὶ Ἡμέραι, quod subinde citat Aristoteles,

Οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτῷ πάντα νοήσει
Φρασσάμενος, τά κ' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ἧσιν ἀμείνω.
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
Ὃς δέ κε μήθ' αὐτῷ νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων
Ἐν θυμῷ βάλληται, ὅδ' αὖτ' ἀχρήϊος ἀνήρ. id est,
Omnia qui per se sapiat, longe optimus ille est.
Multo ante expendens quæ nam sint optima factu,
Is tamen & frugi est, qui paret recta monenti.
At qui nec per se sapiat, neque mente reponat
Ex alijs audita, uir undique inutilis hic est.

Horum carminum sententiam T. Liuius sanè quàm eleganter & commodè reddidit: Sæpe ego, inquit, audiui milites, eũ primum esse uirum, qui ipse consulat quid in rem sit. Secundum, eum qui bene monenti obediat. Qui nec ipse cõsulere, nec alteri parere scit, cum extremi ingenij esse. Huius generis haud paucos uideas mortales, qui cum ipsi ob mentis inopiam nequeãt dispicere, quid facto sit opus, dictu tamẽ mirum, quàm sint præfracti, quamq; non admittant alienũ cõsilium, uidelicet asinum illum Horatianum referentes, qui cum nec uiam nosset, nec duci pareret, in rupem præceps datus est. Hesiodi carmen Zenon, teste Diogene, sic inuertit.

Κἂν ὃς μὲν πανάριστος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος ὃς αὐτὸς πάντα νοήσει. id est,
Optimus ille quidem, qui paret recta monenti.
Rursus at ille bonus, qui per sese omnia nouit.

Videlicet anteponens eum qui bene pareret, ei qui bene saperet. Huic enim intelligentiam duntaxat adesse, illi uerò etiam usum & exercitationem.

Neque compluitur, neque sole aduritur. L III

Οὔθ' ὕεται, ὅτε ἁλίσεται. id est, Neq; compluitur, neq; sole aduritur. De eo dici solitũ, qui procul ab omni incommoditate semotus, uitam ageret. Cui contrarium illud Horatianum,

—sudauit & alsit.

Et pluueris & solis, & cœlestis aquæ patiens latus.

Negotiatores, milites, athletæ, nautæ, atq; id genus homines soli ferendo, & imbribus tolerandis assuescant oportet. Qui domi molliter uiuit, ab his malis abest. Quamobrem in hominem delicatum, & ad labores ferendos inhabilem quadrabit. Aristophanes in Ranis Bacchi molliciem notans,

Καὶ μήτε θέρμ', μήτ' ἄγαν ψυχρὰν φράσας. id est,
Nec æstuosam, nec nimis cedo frigidam.

Refertur à Zenodoto prouerbium.

Simiarum pulcherrima deformis est. L IIII

Τῶν πιθήκων εὐμορφότατον δύσμορφόν ἐστι. id est, Simiarũ pulcherrima deformis. Rectè dicetur de his quæ ipso genere sunt uitiosa, neq; prorsus conferenda cum uel extremis eorum quæ sunt in honestorũ ordine: ueluti si quis dicat lenonem integerrimum esse periurum, aut honestissimum histrionem infamem. Aut optimum Meuij carmẽ malum esse. Citatur ex Platone, & ad Heraclitum autorem refertur.

Quærens obsonium, uestem perdidi. L V

Ζητῶν γὰ ὄψον ἱμάτιον ἀπώλεσα. id est, Obsonium dum quæro, uestem perdidi. Vbi res peßimè cadit, aut cum pusilla quædam captantes, maiora perdimus. Refertur à Suida, & ab alijs, nec indicant unde sit natum. Quanquam obscurum non est, ab euentu profectum esse, quo fur quispiam, dum studet cibum tollere, comprehensus uix pallio quoque reiecto, effugit. Alluſit ad hoc prouerbium Aristophanes,

Διὰ ταῦτα δὴ καὶ ἱμάτιον ἀπώλεσας. id est,
Ob hæc tibi uestis quoque perijt insuper.

Citius elephantum sub ala celes. L VI

Lucianus in indoctum, Θᾶττον ἂν τις ἐλέφαντας ὑπὸ μάλης κρύψειας ἢ ἕνα κίναιδον. id est, Citius quinque elephantos sub ala tegas, quàm unum cinædum. De ijs qui dißimulari nullo pacto possunt, quin notis aliquibus prodant animi morbum. Est autem figura prouerbialis in hyperbole, cui cognatum illud apud M. Tullium ex Ennio, libr. De oratore 2. Flammam à sapiente facilius in ore ardente oppriml, quàm ut bona dicta teneat.

Felix Corinthus, at ego sim Teneates. L VII

Εὐδαίμων γε κόρινθος, ἐγὼ δ' ἕλω τενεάτης. id est,
Fortunata Corinthus, at ipse siem Teneates.

Tenea uicus quidã haud procul à Corintho nemorosus & amœnus. Porrò Corinthiorum opulentia insignis fuit. Strabo lib. 8. scribit, hunc uersum oraculo proditum fuisse cuidam Asiano, consulenti num præstaret Corinthum demigrare. Vnde uidetur sicut alia pleraque in uulgi sermonem abijsse, atque adeo refertur in catalogo Græcanicorum adagiorum. Tempestiuum fuerit hoc uti, quoties in cõtentione duorum, non inficiabimur alterum per se præstantius, uerum alterum magis arridere placereq; animo nostro. Veluti si quis dicat, equidem fateor iuris scientiam, & ad rem & ad famã comparandam magis idoneam quàm sit poëtica, uerum.

Εὐδαίμων γε κόρινθος, ἐγὼ δ' ἕλω τενεάτης. id est,
Sit illud melius aut utilius, hoc animo meo gratius.

Strabo admonet, à quibusdam pro τενεάτης perperam legi τεγεάτης. Nam Tegea ciuitas est Arcadiæ.

Asinus in paleas. L VIII

Ὄνος ἐς ἄχυρα. id est, Asinus in paleas, subaudiendum incidit. Dici solitum, ubi cuipiam fortuna lautior præter spem obtigerit, aut nactus fortè fuerit aliquis, quo uel præcipue gaudeat, ueluti si quem ostreorum auidum uideas affatim uescentem illis, non importune dixeris, ὄνος ἐς ἄχυρα. id est, Asinus in paleas. In fragmentis secundi libri Dipnosophistarum citatur hic senarius ex Philemonis Comœdijs.

Ὄνος

Ον& Βαλίζας εἰ ἄχυρα τραγημάτων. id est,
Iam uadis asinus in palcas tragematum.

Iucundius erit si longius transferas, puta, si quis cupienter legat poëtam, quo peculiariter delectetur. Conuenict & in hunc usum, ubi quis inscitia rem contaminat, ueluti si barbarus & illiteratus bonum autorem malis commentarijs inquinet. Quemadmodum Thomas ac Nicolaus suis glossematis, & Passauantius æque insulsis additionibus, eximium opus De ciuitate dei conspurcarunt. Gaudet enim asinus uolutatione, & omnia confundit hac lasciuia. Quod indicat Apuleius quoque, cum horti areolas omnes uolutationibus corporis à se turbatas scribit. Adagium ab euentu natum esse nemo non uidet.

Alia uoce psittacus, alia coturnix loquitur. LIX

Prouerbiali schemate dixit Martialis in clancularium quẽdam poëtam, qui corniculam Aesopicam referens, suos ineptos uersiculos nomine Martialis in uulgus spargebat, ratus futurum, ut titulo deceptilectores, Martialis esse crederent,

Credis hoc Prisce,
Voce ut loquatur psittacus coturnicis.

Conueniet in multos aut poëtas longe dispari stilo, longeq; dißimili facultate. Psittacus inter aues proximè uoces humanas exprimit. Coturnices pugnaces magis quàm loquaces. Vnde Ouidius in Epitaphio psittaci,

Ecce coturnices inter sua prælia uiuunt.

Caluus Comatus. LX

Caluus comatus apud eundem Martialem, haud dubie figura prouerbiali:

Caluo turpius est nihil comato. Rursus idem,
Caluus cum fueris, eris comatus.

Apte dicetur in eum qui ueris bonis nudus, ascititijs se uendidat. Veluti si quis indoctus aliena pro suis ædere: aut si quis dißimulet esse se quod est, ueluti si senex assuto galericulo, aut tinctis capillis affectet uideri iuuenis: si deformis, adhibito fuco uelit haberi formosa.

Primum Aegina pueros optimos alit. LXI

Τὰ πρῶτ' ἀρίστους παῖδας Αἴγιν' ὀντρέφει. id est,
Aegina primitus optimos pueros alit.

De re quapiam quæ melioribus initijs cœpta, paulatim ad deterius delabitur, ut pleraq; mortalium faciunt. Exortum adagium ob Achillem, Patroclum, Aiacem, Neoptolemum, quòd hi uirtute præcellucrint, cũ essent Aeginetæ. Concinit his Strabo lib. 8 ostendens ex hac insula profectum Aeacum cum sua posteritate. Nam Stephanus insulæ nomen inditum putat ab Aegina Aeaci matre. Eandem aliquando maris imperium tenuisse, quæ ne cum Atheniensibus quidem in nauali ad Salaminem prælio de principatu certare dubitauerit, quum Persæ Græciam inuaderent. Huius meminit etiam Homerus. Est autem Cycladum nobilißima, quæ diu dicta fuit Oenone, ut indicat idem Strabo & Stephanus. Ob laborum autem tolerantiam & industriam frugalitatemq; dicti sunt Aeginetæ Myrmidones, quum enim haberent terram superne lapidosam, inferne frumentis idoneam, fodientes in cauernis habitare uisi sunt formicarũ more, & asportandis lapidibus quodammodo eius animantis industriam repræsentare. Deinde labente morum integritate, male cœperunt audire Aeginetæ, id quod prouerbijs aliquot testatum est, quorum est illud, Aeginenses neque tertij neque quarti, ut dictum est in prouerbio de Megarensibus. Non dißimile illi, Quondam fuerunt strenui Milesij.

Irrisibilis lapis. LXII

Αγέλαστος πέτρα. id est, Irrisibile saxum. De re uehementer acerba tristiq;. Ostendebatur olim saxum quoddam in Attica, in quo ferebatur consedisse Ceres, cùm relicto cœlo, succensis facibus, Proserpinam à Plutone raptam quæreret. Porrò cum Eleusinem peruenisset, ibi tristis in saxo quodam insedit, quod ob eam ipsam causam ἀγέλαστον appellabant. Autor Zenodotus. Quadrabit in seueros ac tetricos, quosq; uocant ἀγελάστους, quorum in numero Socratem ponit Plinius, Periclem Aristides. Neque perperam accommodabitur ad rem magnopere molestam.

Agamemnonis hostia. LXIII

Αγαμέμνονος θυσία. id est, Agamemnonis uictima. Quondam in duros & persuasu difficiles dicebatur, inde natum, quod Agamemnone rem diuinam in Troia facturo, bos effugerit, uixq; multo negotio comprehensus, reductus est: tantum Zenodotus. Quadrabit etiam in eos, qui nolentes & adacti quippiã agunt. Olim in sacris spectabatur, ut hostia lenis ac uolens adstaret. Quod si refracto fune profugisset, infaustum omen habebatur. Mihi uidetur & huc posse referri, quod Agamemnon in Aulide filiam Iphigeniam sacrificauit, sed admodum inuitus, recensetur à Zenodoto.

Mactata hostia lenior. LXIIII

Mactata hostia lenior, prouerbiali figura dixit Orat. in Odis,

Mactata ueniet lenior hostia.

De spontaneis ac mansuetis. Sumptum est à sacrificijs, in quibus explorabatur hostia ducto per frontem cultro, idq; mactare uocabant. Vnde qui spectata sunt uirtute, eos mactos uirtute uocant.

Exiguum malum, ingens bonum. LXV

Μικρὸν κακὸν, μέγ' ἀγαθὸν. id est, Pusillum malum, ingens bonum. Admonet adagium, ex paululo incõmodi, laboreq; exiguo, summa maximaq; commoda colligi. Refertur à Diogeniano. Non discrepat hinc Musonij sententia, quam commemorat A. Gellius lib. 16. cap. 1. ἀντὶ πράξεως καλῆς μετὰ πόνου, ὁ μὲν πόνος οἴχεται, τὸ δὲ καλὸν μένει. ἀντὶ ποιήσεως αἰσχρᾶς μεθ' ἡδονῆς, τὸ μὲν ἡδὺ οἴχεται, τὸ δὲ αἰσχρὸν μένει. id est, Si quid feceris honestum cum labore, labor abit, honestum manet. Si quid feceris turpe cum uoluptate, uoluptas abit, turpitudo manet. Eandem sententiam Cato, minus quidem modulate, minusq; rotunde, sed tamen fideliter extulit ad hunc modum. Cogitate cum animis uestris, si quid per laborem rectè feceritis, labor ille à uobis cito recedet, benefactum à uobis, dum uiuetis, non abscedet. Sed si qua per uoluptatem nequiter feceritis, uoluptas cito abibit, nequiter factum illud apud uos semper manebit.

Attici Eleusinia. LXVI

Ατθικὰ ἐλευσίνια. i. Attici Eleusinia, subaudiendum καθ' ἑαυτούς. id est, inter sese. Duris apud Zenodotum, ait paræmiã usurpari solitã, si quando cõueniissent inter se aliqui secreto de re quapiam arcana tractantes. Ducta metaphora à mysterijs sacrorum Eleusiniorũ, quæ in honorem Cereris agebantur apud Eleusim, summa religione, mysticisq; cæremonijs à quibus arcebantur prophani. Capital autem erat ex his mysterijs quicquam in uulgus efferre: cuiusmodi uidentur fuisse apud Romanos sacra bonæ deæ, quam eandem C. Bassus apud Lactantium Fatuam appellatam tradidit. Nam hæc & noctu & in operto fiebant, & exclusis maribus.

Hermionis uice. LXVII

Ανθ' ἑρμίονος. id est, Hermionis uice, addendum ex usu sententiæ uerbum, quod eam expleat, puta fuero tibi, aut mea domus, aut hæc urbs erit uobis, aut aliud simile quippiam. Valet autem perinde quasi dicas, loco asyli tibi fuero, uel instar aræ, quæ te tutum reddat. Est Hermione templum in Peloponeso, sacrum Cereri ac Proserpinæ, ad quod qui confugerint, tuti sunt propter loci religionem. Zenodotus Aristophanem citat in Babylonijs, qui huius adagij fecerit mentionem

Ayuntamiento de Madrid

tionem. Effertur bifariam ea uox, ἔρμιον, καὶ ἐρμιόνα, ut ἀπὸ τῆ κάλυκ & καλύκια. autor Stephanus.

Antronius asinus. LXVIII

Ἀντρώνιος ὄνος. i. Antronius asinus olim dicebatur, qui deformi prægrandiq; mole corporis esset, cæterũ ingenio stupido bardoq;. Antron autem ciuitas erat Thessaliæ, nomẽ inde sortita, quod cauernis & specubus abũdaret. Illic aiunt asinos insigni magnitudine quondam fuisse, unde prouerbium increbuit. Autores Stephanus & Suidas. Attingit prouerbium et Homeri Scholiastes in Iliad. β. Extat & hodie iocus uulgaris in homines magno corpore, quasi ij parum sapiant. Quandoq; natura sic paria facere gaudeat, ut quod corporis addiderit moli, detrahat ingenio. Traditur à nõnullis, apud Antronios ingentes reperiri molares lapides, quorum qui substernuntur, ob segnitiem & quietem ὄνοι uocant Græci. Lapidem autem uocamus stupidum & amentem.

Ventorum stationes. LXIX

Ἀνέμων στάσεις. id est, Ventorum stationes. De rebus multo usu obseruatis, perspectisq;. Apparet paræmiam integre sic esse pronuntiandam, ἀνέμων στάσεις γινώσκουσιν οἱ ἐγχώριοι. id est, Ventorum stationes norunt indigenæ. Sunt enim plerisque regionibus sui quidam uenti, quorum naturam optimè norunt incolæ regionis illis obnoxiæ: qualis est Atheniensibus Scyron, paulũ ab Argeste deflexus, reliquæ Græciæ ignotus: Narbonensi Galliæ Circius, à turbine & uertigine sic appellatus. siue Certius, ut uocat Cato. uẽtus apud illos clarissimus, nec ulli uiolentia inferior, idem non modo in reliquis cæli partibus ignotus, sed ne Viennam quidem eiusdem prouinciæ urbem attingens. At Auster in Aegyptum non penetrat, ut autor est apud Plinium Fabianus. Iapix Apulis est familiaris, & Atabulus Apuliæ certis montibus notus ac pestilens, unde & uocabulum inditum. Sunt & alij permulti cuiusque regionis indigenæ, ut apud Gellium testatur Fauorinus, ad hæc est nonnullis alia alijs regionibus uis ac natura. Nam ut testatur in Problematis Aristoteles, Hellespontias, qui idem Scyron uocatur, Atticæ terræ, insulisq; uicinis imbrem adfert: Aquilo Hellesponto ac Cyrene, Auster Lesbo. Atq; hic cùm apud alios sit tepidus & pluuius, Africæ frigidus est ac serenus, ubi rursus Aquilo pluuius, autore Plinio. Eteſiæ quæ & statis anni temporibus oriuntur, & certis horis diei spirant & conquiescunt, in Hispania & Asia flant ab oriente, in Ponto ab Aquilone, in reliquis mundi partibus à meridie. Suidas hæc uerba refert, incertum unde sumpta, ἐγχώριοι γὰρ ὁ μόνον τὰς τῶν ἀνέμων στάσεις οἶδε τὴν παροιμίαν, ἀλλὰ καὶ τὰς τῶν ἐγχωρίων ἀνθρώπων ἤδη κάλλιστα γινώσκουσιν, hoc est, Indigenæ enim, non solum uentorum stationes, iuxta prouerbium, uerumetiam indigenarum hominum mores pulcherrimè norunt. Licebit in hunc usum trahere, ut dicas, suæ cuique gentis ingenium esse cognitum, suos cuique familiares esse notissimos, suam cuique uxorem maxime esse cognitam, suam cuiq; notam artem, in qua sit quàm diutissimè uersatus.

Venti campus. LXX

Ἀνέμων πεδίον. id est, Venti campus. In hominem instabilem, leuem, & inconstantem dicebatur. Refertur à Diogeniano. Nam in planicie uenti liberius huc atque illuc diuagantur, nullo coherciti obstaculo. Et Homerus subinde uana uocat ἀνεμωλία. Et ἀνεμώλια dicuntur, quæ solida non sunt, sed subuentanea. Deniq; instabiles uentosos dicimus. Horatius,

Romæ Tibur amo uentosus, Tibure Romam. Idem,

Non ego uentosæ uenor suffragia plebis.

Postremo domum undiq; perflabilem, non illepide dixeris ἀνέμων πεδίον. Pindarus Olympiorum hymno 2. uarias rerum humanarum uices eleganter expressit,

Ῥοαὶ δ' ἄλλοτ' ἄλλαι

Εὐθυμιῶν τε μετὰ καὶ

Πόνων εἰς ἄνδρας ἔβαν. id est,

Nunc alij, nunc alij fluxus, & cum tranquillitate, & cum laboribus in homines uenere.

Hoc translatum uideri potest & ab æstuarijs maris reciprocationibus. Cæterũ in Encomio septimo sententiã eandẽ extulit metaphora sumpta à uẽtis, qui non semper spirant ijdẽ.

Ἐν δὲ μιᾷ μοίρᾳ χρόνου

Ἄλλοτ' ἄλλαι διαδύσσουσιν αὔραι. id est,

In una parte tẽporis nunc hæ nunc aliæ discurrunt auræ.

Rursus hymno 12. idem effert metaphora sumpta à tesseris:

Πολλὰ δ' ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσαν,

Ἐμπαλιν μὲν τέρψιν, εἰ δ' ἀντιάσαις

Αντικύρσαντες ζάλαις,

Εσθλὸν βαθὺ πῆμα τ' ὠμῷ μι-

Κρῷ πεδάμενον χρόνῳ.

Vbi cerui abijciunt cornua. LXXI

Οπου οἱ ἔλαφοι τὰ κέρατα ἀποβάλλουσιν. id est, Vbi cerui cornua abijciunt. Hoc adagio significabant uelut ἀνυγμαϊκῶς, quemptam in negotio difficili uersari. Siquidem cerui cornua deposituri secedunt in loca aspera atque inaccessa. Conuenient & in eos qui à communi hominum consuetudine subducunt sese, Timonem illum Atheniensem ob id ipsum μισάνθρωπον appellatum, imitantes. Quadrabit item ubi locum uehementer abditum abstrusumq; significabimus. Postremo quod inuenemus nusquam inueniri, illic esse dicemus, ubi cerui cornua abijciunt, ut quemadmodum ad Græcas calendas de tempore, itidem hoc de loco dicatur. Veluti si quis dicat ad hunc modum, Vbi gestum est illud præclarum facinus, quod iactas? Illic opinor, ὅπου οἱ ἔλαφοι τὰ κέρατα ἀποβάλλουσιν. Plinius libro 8. cap. 32. de ceruis cornua mutantibus scribit in hunc modum, Cornua mares habent, soliq; animalium omnibus annis, statu ueris tempore amittunt. Ideo sub ipsam diem quam maximè inuia petunt. Latent anilibus, uelut inermes, sed & ipsi bono suo inuidẽtes. Dextram cornu negant inueniri, ceu medicamento aliquo præditum. Idq; mirabilius fatendum est, cum & in uiuarijs mutent omnibus annis: defodi ab ijs putant. Hactenus ille. Meminit huiusce prouerbij & Aristoteles lib. De natura animalium 9. cuius uerba non pigebit adscribere. Ἔτι δὲ ὁ ἄρρην ὅταν γένηται παχὺς, γίνεται δὲ σφόδρα πίων, ὀπώρας ὥσης ἀδηλα ποιεῖ ἑαυτὸν φανερὸν, ἀλλ' ὁμοπίζει ὡς δι' τὴν παχύτητα σὺν λωτῷ ὤν. ἀποβάλλουσι γὰρ καὶ τὰ κέρατα ἐν τόποις χαλεποῖς καὶ δυσεξευρέτοις. ὅθεν καὶ ἡ παροιμία γέγονεν, ὃ οἱ ἔλαφοι τὰ κέρατα ἀποβάλλουσι. ὥσπερ γὰρ ὅπλα ἀποβεβλημένα, φυλάττονται ἐρᾶσθαι. λέγεται δὲ ὡς τὸ ἀριστερὸν κέρας, δάκτυλον ἐώρακεν, ἀποκρυπτόμενον ἑαυτὸ, ὡς ἔχον τινὰ φαρμακείαν. id est, Præterea mas posteaquam pinguerit, pinguescit autem admodum, idq; autumno, nequaquam sese conspiciendum præbet. Verùm secedit è medio, quippe qui propter corpulẽtiam, tum facilè, capi possit. Ad hæc abijciunt & cornua locis asperis, inuentuq; difficillimis. Vnde prouerbium etiam natũ est, Vbi cerui abijciunt cornua. Nam ut iam armis suis exuti, cauent ne conspiciantur. Aiunt sinistrum cornu à nemine adhuc uisum esse. Abdere enim illud ceruos, tanquam remedium aliquod in se habeat. Quanquam Plutarchus in commentario De Pythijs oraculis oratione prosa redditis, ostendit hoc oraculum æditum fuisse de Procle tyranno, ut illi fugere ac migrare liceret eò ubi cerui cornu abijciunt, significante deo ut desoleretur, & è medio prorsus tolleretur. Idem meminit adagij Symposiacon Decade septima, problemate secundo.

Verberare lapidem. LXXII

Planesium meretrix apud Plautũ amatorem admonens, ne seruum qui iam ad plagas obdurauerat occalueratq; pulset, manui po

Ayuntamiento de Madrid

nui potius quàm illi nociturus, Noli inquit, amabo, uerberare lapidem, ne lædas manum. Apte dicetur, ubi quis obiurgat incastigabilem aut docet indocilem, aut inanem operam sumit in re quacunque.

Inescare homines. LXXIII

Prouerbiali metaphora dixit Terentius in Adelphis, Abi, nunquam rem facies. Nescis inescare homines Sannio. Ducta est ab ijs qui præfixo æri cibo pisces illiciunt. Appositè uerò dictum est lenoni, cuius artis est, primum huiusmodi uelut escis illectare iuuenes, ut postea totos deuoret. Et escam per translationem appellant illecebram illam quæ trahit in fraudem. Vnde Plato quemadmodum in Catone maiore testatur Cicero, τὴν ἡδονὴν δέλεαρ κακῶν. hoc est, uoluptatem malorum escam dicit, quòd ea uidelicet homines capiantur, ut hamo pisces. Græci simplici uerbo metaphoram efferunt, δελεάζειν, τὸ δέλεαι θηρεύειν. id est, esca captare. Aristophanes in Equitibus: Cleoni obijcienti, quòd facilè populum sibi conciliasset blanditijs, respondet Alantopola, κἀὺ γὰρ αὐτὸς πολὺ μικροτέρων τούτων δελεάτεσιν ἑάλως, recriminans quòd ipse abiectius blandiēdo populum inescasset. Accedet non parum gratiæ, si deflectatur in bonam partem, tum ad res animi: ueluti si quis dicat, puerorum animos gloriæ quibusdam illecebris aut blandimentis ad amorem studiorum inescandos principum ingenia laudibus ad amorem uirtutis inescanda.

Vorare hamum. LXXIIII

Neque minus elegans illud in Curculione, Meus est, hamum uorat. De lenone, cui fraus intendebatur, epistolam qua decipiendus erat, lecturiente. Lucianus, καταπίειν τὸ ἄγκιστρον. Item apud Horatium in Epistolis,

Occultum uisus decurrere piscis ad hamum.

Idem Plautus in Bacchidibus eandem sententiam simili extulit metaphora, Nunc ab transenna hic turdus lumbricum petit. Alterum à piscantibus, alterum ab aucupio ductum est. Nos item in epigrammate quodam ad hanc paræmiam sic alluſimus.

Non stulti usqueadeo sumus futuri, ut
Gustatum toties uoremus hamum,
Vnco plus semel ære sauciati.
Vel sero sapiemus, & nocentem
Tandem carnere desinemus escam.

Vulcanus tibi uaticinatus est. LXXV

Ἀφθάς σοι ἐλάλησεν. id est, Vulcanus tibi uaticinatus est. Refertur à Suida. Suspicor dictum ubi quis crederet se rem habere certam, uelut ex oraculo auditam. Φθὰς apud Memphiticos Vulcanus dicitur, unde literulæ accessione ἀφθὰς, uelut σάχυς ἄσαχυς.

Cantilenam eandem canis. LXXVI

Τὸ αὐτὸ ἄσμα. id est Cantilenam eandem canis. De eo qui molestus est sæpius eadem inculcans. Nihil enim odiosius, quàm quod semper idem est. Dorio leno in Phormione Terentiana, Cantilenam eandem canis, & mirabar si quid adferres noui. Familiare poëtis est, nuntium cantilenam appellare. Euripides in Ione,

Τίς ἥδε μῶσα χ' ὡ φόβῳ τίνων πάρει; id est,
Quæ cantio hæc, quibúsue de rebus metus?

Idem in Hecuba.

Ἦξει τι μέλος γοερὸν γοεραῖς. id est,
Aliqua accedet cantio tristis tristibus.

Sumptum est à cantoribus, qui si quando diutius eandem occinant cantionem, tædium adferunt auribus. Proinde periti subindo uariant carminis genus, quo satietatem deuitent.

Caligare in sole. LXXVII

Apud Quintilianum legitur, ut eleganter, ita & prouerbialiter dictum, Caligare in sole, pro eo quod est, in re clarissima cæcutire: idq; solet accidere uitiosis oculis, qui nihil uident in luce quàm maximè perspicua, uidelicet sensum debilem obruēte ui splendoris. Idem euenit noctuis & luscioſis. Nam ijs lumen pro tenebris est. Nō inuenuste torquebitur in istos qui uelut obscurum causantur, quicquid eruditum fuerit. Quibus tenebricosa est uel Ciceronis oratio. Noctem enim in oculis circunferunt. Quemadmodum apud Senecam Portius dicebat, quendam spinas in pedibus habere, quum se per spinas ingredi quereretur, uidelicet ingenij uitium in argumentum conferens. At pedes, inquit, tui spinas habent, non locus. Itidem isti noctem quasi prædicant offendi in bonis autoribus, in oculis secum adferunt, non in libris reperiunt.

Bos aduersus seipsum pulue-rem mouet. LXXVIII

Βοῦς ἐφ' ἑαυτῷ κονιᾶται. id est, Bos aduersus seipsum puluerem mouet, siue festinat. Vbi quis ad suum ipsius malum uolens lubensq; ducitur. Nam boues ut sunt mansueti, facilè se præbent uinciendos, neque grauatim obtemperant iugo, κονιᾶν enim Græcis significat festinandi studio ciere puluerem. Quidam accommodant in eos qui prudentes ac scientes semet in præuisum periculum inijciunt bouis in morem, qui sibi patitur inijci uincula, quibus ad cædem ducatur. Refertur à Zenodoto.

Tragicus rex. LXXIX

Τραγικὸς βασιλεύς. id est, Tragicus rex, dici potest uel fastuosus ac turgidus, uel qui nomine dumtaxat rex sit, cæterum uiribus parum polleat, quemadmodum Gallico prouerbio chartaceum regem appellant τὸν αὐτοκράτορα, ceu titulo regem uerius quàm opibus aut ditione. Dionysius Pheræum, quòd decem menses potitus imperio, mox uita decesserit, Τραγικὸν βασιλέα. dixit. Nam in tragœdijs tantisper durat imperium, dum fabula peragatur, tum depositā persona, qui paulo ante fuerat Agamemnon, aut etiam Iuppiter, tressis homuncio discedit domum.

Contra retiarium ferula. LXXX

Martialis in epistolari quadam præfatione, Deniq; uideas, an te delectet contra retiarium ferula, id est, an id faciendum tibi putes, quod nemo non damnet atque exibilet. Domitius Calderinus interpres admonet subesse prouerbium, dici solitum in eos qui infirmo præsidio contra maximè instructū pugnarent. Quanquam idem paulo post aliò dilabitur, nempe huc, gladiatores olim si minus placuissent, ferula cæsos eijci solere. Huic finitimum est illud Gellianum lib. Noctium 1. cap. 2. an non contra istum baculum moueas? heus homo, quid mecum tibi? Itaque ferulam aut baculum mouere contra quempiam, est refragari & insolentius repellere sententiam. Est autem ferula ligni genus, quo quondam pueri cædebantur, atque item milites, si quid contra disciplinam facere uiderentur. Opinor idem factitare solere in ludis gladiatorijs huiusmodi certaminibus præfectos.

Mulier imperator, & mulier miles. LXXXI

Γυνὴ στρατηγεῖ, καὶ γυνὴ στρατεύεται. id est,
Et fœmina dux est, fœmina æque miles est.

Senarius est prouerbialis, quoties totum negotium ignauis commissum est, quumq; & ij qui præsunt, & ij qui parent, pariter sunt formidolosi. Apud Athenæum lib. 3. citatur Alexis in fabula, cui titulus γυναικοκρατία. Natura fœminam in hoc finxit, non ut imperet, sed ut pareat, uel Græco uersiculo teste,

Γυναικὶ δ' ἄρχειν δὲ δίδωσιν οὐ φύσις. id est,
Natura non dedit imperare fœminis.

Ayuntamiento de Madrid

Etenim quod in homine ratio & affectus, id in uita uir & mulier, ac iuxta Moysen, demiurgus ille fœminam uiro subiecit. Tametsi Plato non omnino arcet mulierum genus ab administrãda repub. si qua modo reperiatur idonea. Tacite uidetur huc alluſiſſe Aeſchines contra Timarchum, κατιδὼν γὰρ οἰκίαν πλουσίαν καὶ ὄχ᾽ οὐρομυκῶντα, ἧς ἡγεμὼν μὲν ἦν γυνὴ μέγα φρονοῦσα καὶ νοιῶν ὀκ ἔχουσα. Quum uidiſſet domũ opulentam, maleq; gubernatam, cuius dux erat mulier ſuperba & excors. Iucundior erit ſententia, quoties longius deflectetur, ueluti ſi quis autorem ac præcipuum peripateticæ philoſophiæ ducem appellet Tartaretum. Ita Vergilius, Tanti dux fœmina facti. Et in actis apoſtolicis Paulus dux uerbi dicitur. Sic Galenus alicubi Ariſtotelẽ appellat τὸ λόγε πατέρα, quòd ab ipſo profecta eſſet ſententia.

Trutina iuſtius. LXXXII

Δικαιότερον ζυγάνης. i, Iuſtius trutina. Doricũ prouerbium de ijs qui inſigni incorruptaq; ſunt æquitate. Dores enim τὴν ζυγάνλω. i. Tutrinam, ζυγάνλω uocant. Eſt autem id libræ genus, quo uel minutiſſimum põderis momentum ſentitur dignoſcituráq;. Latini quoq; exactam æqualitatẽ æquilibrium appellant. Vnde & æqua lance fieri dicitur, quod pari iure ſit citra perſonarum reſpectum. Ita Modeſtinus Pandect. lib. 42. titulo De re iudicata. Quod & in perſona mulieris æqua lance ſeruari, æquitatis ſuggerit ratio. Item Iuſtinianus Codic. 5. tit. De natur. lib. liberis. Quapropter ſancimus in huiuſmodi caſibus omneis liberos ſiue ante dotalia inſtrumenta edita ſunt ſiue poſtea, una eademq; lance trutinari. Adſimili figura dixit Nicarchus in epigrammate:

Γίγνεσθ᾽ ὀρθότερος κανόνος. id eſt,
Rectior eſt factus regula quàm ulla ſiet.

Sterilior Agrippo. LXXXIII

Ἀκαρπότερος ἀγρίππα. id eſt, Sterilior Agrippo. Laconicum adagium eſt, de ijs qui extremæ ſunt paupertatis, neq; quicquam facultatũ poſſident. Quadrat & in ignauos, nullius q; induſtriæ homines. Lacones olcam ſylueſtrem agrippum uocant. Tantum & Zenodotus & Suidas.

Iouis ſuffragium. LXXXIIII

Διὸς ψῆφος. i. Iouis ſuffragium dicebatur ſacrum & inuiolatum. Vnde ſentẽtiam eius cuius ſit uelut irrefragabilis autoritas, Iouis ſuffragium rectè dixeris. Aut per ironiam ubi quis arrogantius de re quapiam pronuntiat, ſuamq; opinionem pro lege atq; oraculo poſtulat accipi, ſubijcietur Διὸς ψῆφος. Aiunt enim locum in quo Neptunus & Minerua iudicium peregerũt, utrius nomine auſpicijsq; ciuitas Athenienſium inſtitueretur. Iouis ſuffragium appellatum fuiſſe. Suidas Cratinum citat ex Archilochijs,

Ἔνθα Διὸς μεγάλε θῶκος πυκνοί τε καλεῦνται. id eſt.
Magni ubi dicuntur tali, ſedesq; tonantis.

Nam & talis olim ferebantur ſuffragia nimirum à ſortientibus.

In neruum ire. LXXXV

In neruũ ire, Donatus aut quiſquis is fuit interpres Phormionis Terentianæ, demonſtrat eſſe prouerbiũ, pro eo quod eſt decipere. Sumptam à ſagittarijs metaphoram, quibus illud euenit interdum, ut dum nimium tendunt arcum, rumpant, aut ſibi neruum aliquem fatigent, ut confine ſit illi, de quo dictum eſt alias, ἀπορρήξομαι τὸ καλώδιον πάνυ τεταμένον. Dictum eſt autem, in neruum ibit, pro eo quod eſt, in uincula ibit. Antiquitus enim qui ſoluendo non eſſent, uincti tradebantur creditoribus, donec opera compenſarent creditam ſummam. Veretur enim adoleſcens amans, ubi eũ in locum traheretur Phormio, ut aut puellam domum ducere cogeretur ex pacto, aut certè pecuniã acceptam renumerare, ni faciat uinciendus, & iuxta leges corpore luiturus, quod ære non poſſet, ſibi magis conſulturum illum, ut uel prodat omne commentum, uel uerè mulierem abducat. Porrò conijcere in neruum, & eximere è neruo, pro eo quod ob æs alienum uinctos abducere. Sed uerba Terentij ſubſcribam. At enim non ducet, noui. Cæterum cum argentum repetẽt, noſtra cauſa ſcilicet in neruum potius ibit.

Ipſe ſemet canit. LXXXVI

Αὐτὸς ἀυτὸν αὐλεῖ id eſt, Ipſe ſuimet tibicẽ eſt, hoc eſt, ipſe cuiuſmodi ſit, factis ipſis declarat. Tibicines enim olim laudes fortium uirorum decantabant. Proinde qui rectè geſtis ſibi ſatis magnam gloriam cõparat, quorſum huic neceſſum eſt conducere buccinatorem laudum ſuarũ? Adagium in utrãlibet partem poterit applicari, bonam uel malam. Nihil huic opus tibicine, qui ſuis egregie geſtis ſat illuſtris eſt. Aut nihil opus huius uitam inſectari, ſatis per ſe fœdam atq; infimem. Conuenit & in illos qui ſemetipſos laudant, qui mos eſt gallis gallinaceis, etiam cum è pugna ſe proripuerint. Plato in Theæteto, φαινόμεθά μοι ἀλεκτρυόνος ἀγωνοῦς δίκην, περὶ νικητήρια, ἀποπτάσαντες ἀπὸ τοῦ λόγου ᾄδειν. id eſt, Videmur mihi ignaui galli in morem, cum ante uictoriam à ſermone reſilierimus canere.

Ipſe dixit. LXXXVII

Αὐτὸς ἔφα. i. Ipſe dixit. Quoties tantam eſſe cuiuſpiam autoritatem ſignificamus, ut ea uel citra rationem ad quiduis credendum ſufficiat. Vt, in arcanis literis ſatis eſt, αὐτὸς ἔφα. In reliquis non item. Adagium autem à Pythagora natum, qui quo plus uenerationis & autoritatis ſibi ſuiſq; conciliaret, in diſſertationibus dicere ſolitus eſt, αὐτὸς ἔφα. id eſt, Ipſe dixit, perinde quaſi nõ ſua referret ſed ab oraculo quopiam accepta. Ea uox deinde in uulgarem abiit ſermonem. Huiuſmodi ferme Suidas. Diogenes Laërtius indicat hoc dictũ à Pythagora Zacynthio manaſſe. Quanquam M. Tullius lib. De natura deorum primo, ſecus rem narrat. Non enim, inquit, tam autores in diſputando, quàm rationis momenta quærẽda ſunt. Quinetiam obeſt plerũq; ijs qui diſcere uolunt, autoritas eorum qui ſe docere profitentur. Deſinunt enim ſuum iudicium adhibere, id habent ratum, quod ab eo quem probant, iudicatum uident. Nec uerò probare ſoleo id quod de Pythagoricis accepimus, quos ferunt, ſi quid affirmarent in diſputando, cum ex his quæreretur, quare ita eſſet, reſpondere ſolitos, Ipſe dixit, Ipſe autem erat Pythagoras. Tantum opinio præiudicata poterat, ut etiã ſine ratione ualeret autoritas. Quintilianus in Inſtitutionibus. Nam & inuiti iudices, inquit, audiunt præſumentem parteis ſuas, nec hoc oratori contingere inter aduerſarios, quod Pythagoræ inter diſcipulos contigit, poteſt, Ipſe dixit. Sed iſtud magis minus ue uitioſum eſt, pro perſonis dicentium. Alluſit horſum & Ariſtophanes, ἢν νεφέλαις,

Φέρε τὶς δ᾽ οὗτος, ὃ ἐπὶ τῇ κρεμάθρας ἀνήρ;
Αὐτὸς. τὶς αὐτός; σωκράτης. τὶς σωκράτης;
Ἰθ᾽ αὐτὸς ἀναβόησον αὐτόν μοι μέγα.
Αὐτὸς μὲν δῆτ᾽ οὐ κάλεσον, οὐ γάρ μοι σχολή. id eſt,
Dic age quis eſt iſte crematbræ inſidens homo?
Ipſe eſt. quis ipſe? Socrates. quis Socrates?
Abi ipſius ipſum uoce magna mihi uoca.
Quin ipſe magis accerſe, non mi eſt ocium.

Quod autem dixit, ὃ ἐπὶ τῇ κρεμάθρας, ut hoc obiter indicem, riſus cauſa nouatum eſt. cum Socratem intelligi uellet, animo ſuſpenſo nubes ſuſpicientem. Nam crematora uaſculum eſt penſile, in quo obſoniorum reliquiæ cõſueuerunt reponi. Dicitur autem bifariam, ſimpliciter aliquoties, ſed frequentius per ironiam, ueluti ſi quis Ariſtotelem, ceu oraculum citanti dicat, αὐτὸς ἔφα, rationem dicti flagitans, neque contentus ſimplici ſcriptoris autoritate. Conueniet etiam, quoties ſententiæ uel inuidiam, uel deſenſionem à nobis ad

ipſum

ipſum autorem reiecimus. Iuuenalis,

Sic uolo, ſic iubeo, ſit pro ratione uoluntas.

Melius Horatius,

Nullius addictus iurare in uerba magiſtri.

Illud admonẽdum uidetur, αὐτὸς ἔφη, in hac parœmia perinde uſurpari, quaſi dicas, dominus dixit, ut Pythagoras ab Aegyptiorum uatibus uideatur didiciſſe figuram hanc prophetis familiarem. Ariſtophanes in Ranis,

Φράσον τᾶς ὀρχηστρίσιν, ὅτι αὐτὸς ἐσέρχομαι, id eſt,

Dic ſaltatricibus, meipſum aduenire.

Hoc eſt, herum, quod is quodammodo & famulis miſſis aduenire uideatur. Ità in prophetis arcanis, Ecce ipſe adſum, id eſt, dominus & autor. Huc pertinent quæ nobis antea dicta ſunt prouerbio, infixo aculeo. Sic Auguſtinus alicubi recenſens opinionem Manichæi, ni fallor, Hæc inquit, Manichæus dixit, atq; abijt: notans illũ quòd ſat haberet dixiſſe, cum docendum eſſet quod dixerat. Galenus item lib. περὶ φυσικῶν δυνάμεων primo, ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ἁπλῶν, ἡδέως ἂν ἅπαξ καὶ σαφῶς σῶμα τηλικοῦτον ἀτομολήσας ἅπαντας καταλιπὼν ἡμᾶς, ὡς μηδὲ παιδανῆς τινὸς ἀντιλογίας δυνηθῆναι δυναμένους. id eſt, Hæc & his ſimilia locutus, repente ore nihil cunctante quaſi labi non poſſet, uerbis apertis abſoluit ſermonem, moxq; proripiens ſeſe abijt, nobis ita relictis, quaſi nihil omnino reperire poſſemus quod uel probabiliter contradiceremus.

Teipſum non alens, canes alis. LXXXVIII

Αὐτὸν δ' τρέφων κύνας θρέψεις. id eſt, Cum temetipſum non alas, canes alis. In eum dicebatur qui cum per inopiam ſibi quæ ſunt ad uitam neceſſaria ſuppeditare non poſſet, conaretur aut equos, aut famulos habere domi. Appoſite dicetur aduerſus iſtos quibus cum ob rei familiaris anguſtiam uix ſuppetat quo uitam ſuſtineant, tamen per ambitionem conantur faſtu ueſtium, reliquoq; ſtrepitu potentes & opulentos imitari. Breuiter conueniet in omnes, qui quæ ad uoluptatem aut ſplẽdorem pertinent, curant, neglectis his quæ magis ſunt neceſſaria. Porrò neceſſarijs prima debetur cura, dignitati poſterior: uelutí ſi quis in eruditione comparanda laboret, uitæ ſecurus de qua periclitetur.

Terræ inteſtina. LXXXIX

Γῆς ἔντερα. id eſt, Terræ inteſtina. Dicebantur uilia, nullíusq; pretij. Saxa uerò terræ uiſcera dicuntur. Refertur à Diogeniano. Terræ enim inteſtina ſunt saxa: & lapides appellamus homines inutiles. Simile illi,

Ἔντοσιον ἄχθος ἀρούρης. id eſt,

Telluris inutile pondus.

Tenedius tibicen. XC

Τενέδιος αὐλητής. i. Tenedius tibicen, dicebatur teſtis falſus & calumniator, hinc natum quòd Philonome tibicinem ſuũ ſubornauit, qui teſtaretur apud Cycnum, ipſam à Tenne de ſtupro fuiſſe interpellatam, ac ui etiam tentatam. Hæc fermè Stephanus in catalogo urbiũ. De Tenedo ſæpe iam dictum eſt alibi.

Cyrbes malorum. XCI

Κύρβεις κακῶν. i. Cyrbes malorum. De uehementer improbis, & omni facinorum genere contaminatis. Apud Athenienſes tabulæ quædam erant quadratæ, in quibus leges deſcriptæ proponebantur, præterea uariæ delinquentium pœnæ. Has illi κύρβεις appellant, apud Lucianum ἄξονες dicuntur. Non diſſimile eſt illi quod alibi retulimus, ἰλιὰς κακῶν. id eſt, Ilias malorum. Simili figura apud Athenæum lib. 9. dixit Antiphanes opinor, καὶ ταῦτα μέν μοι τῶν κακῶν παρελθέτω. id eſt, Et hic malorum mihi catinus extitit. Solent enim in eodem diſco uaria eduliorum genera apponi, ſed quæ uoluptatem adferant. Quo gratior eſt tropus, deflectens in contrarium, quaſi dicas, Ilias bonorum.

Aries nutricationis mercedem perſoluit. XCII

Κριὸς θρεφεῖα ἀπέτισεν. id eſt, Aries alituram rependit. Citatur ex Menandro. Quadrat ubi quis pro beneficijs maleficium reponit. Allegoria ſumpta eſt ab eo quòd aries cornibus impetat, aut uas in quo pabulum apponitur, ipſoſq; quorum opera nutritus eſt, aut etiam nutritur, cornibus inceſſit. Effertur & ad hunc modum prouerbium, κριὸς διακονία. id eſt, Arietis miniſterium, pro officio collato in ingratum qui beneficium iniuria penſet. Huic affine quod eſt apud Ariſtophanem in Veſpis, ὦ χάραξ τῶν ἀμπέλων. id eſt, Vallus uitem.

A Dorio ad Phrygium. XCIII

Ἀπὸ Δωρίου ἐπὶ Φρύγιον. i. à Dorio ad Phrygium uentre dicebatur, qui à uita temperiore ad luxũ ſeſe conuertiſſet, aut qui à fortuna mediocri ſe contuliſſet ad maiorem uitæ ſtrepitum. Sumpta metaphora à notiſſimis illis ueterum harmoniarum generibus, in quibus Dorium moderatius, quemadmodum indicat Suidas, referens hæc uerba ex autore neſcio quo. τῶν δ' θρεφῶν ὀλιγώσατο μετρίαν, καὶ ἀθρυπτον, ὅτι κακυργῆσαι μὲν πολλαχοῦ βλακεύσαι, ἀλλὰ μέσως καὶ μουσικῶς, ἢ δώριον τρόπον δὲ τύχης ἀλυθῶς ἠρεμαίως. id eſt, Victum autem ſortitus erat moderatum, deliciarum expertem, neque ſordidum ac moleſtum ob inopiam, neq; ob diuitias diſſolutum, ſed medium quendam ac modulatum, uerè ad Dorium fortunæ modum attemperatum. Refert & alium locum ſuppreſſo autoris nomine ni fallor, ὃ φησῖμαι προσῆλθον λογάδια, ὡς τὰς ἕξεις τῶν νοημάτων οὐ μέσον τιθέμενον μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς τόνου ὑπὸ δὲ διαλέξεως εἰς ἐπιτροφὴν μεταμέσαμι, ἀπὸ δωρίου φασὶν ἐπὶ φρύγιον. Quæ tametſi difficile eſt apte uertere, ſi neſcias quid præcedat aut ſequatur, tamen apponam diuinationem meam, donec locus occurrerit. Non uidebor hominum rotunde loquentium uerbula, ſed ipſos ſenſus in medium adferens, tantum non ipſius linguæ tonum à diſputatione ad attentionem adaptauero. Quanquam apud Suidam legitur μόνον ἄν. Ex his uerbis apparet Dorium modum fuiſſe delicatiorem, Phrygium ſeueriorem. Apuleius Floridorum lib. 1. palàm indicat, Doricam muſicam à Phrygia longe diuerſiſſimam fuiſſe, quandoquidem hæc ad religionem inflammabat animos, illa ad bellum accendebat. Apulei uerba ſic habent. Tibicen quidam fuit Antigenidas, omnis uocalis melleus modulator, & idem omnimodæ peritus modificator, ſeu tu uelles Aeolion ſimplex, ſeu Aſium uarium, ſeu Lydium querulum, ſeu Phrygium religioſum, ſeu Dorium bellicoſum. Hactenus Apuleius cui ſi credimus, non poteſt eſſe temperatus modus Dorius, qui ad bellum accendit, niſi fortè ituris in prælium moderatius canebant tibiæ, quòd illic plus ualeat ſibi præſens animus, quàm furore percitus. Verũ an in Apulei uerbis, pro Aeolion legendum ſit Aetolicum, ſiue Aetolium, & pro Aſium, Iaſium ſiue Iaſtium ab Iade ſiue Ἰαστί, ut Ionicum intelligas modũ, doctis expendendũ relinquo. Quanquam his nõ ſatis congruunt quæ refert Lucianus in Harmonide, καὶ ἑκάστης ἁρμονίας διαφυλάττειν, τὸ ἰάλιον, δὲ φρύγιος τὸ ἐνθεον, δὲ λυδίας τὸ βακχικὸν, δὲ δωρὶς τὸ σεμνὸν, δὲ ἰωνικῆς τὸ γλαφυρόν. Vniuſcuiuſq; harmoniæ ſeruare proprietatem, Phrygiæ diuinũ impetum, quod Apuleius uertit religioſum, Lydiæ bacchanalem furorem, ſiue licentiam, Doricæ ſeueritatem, Ionicæ iucunditatem, quod Apuleius uidetur tranſtuliſſe uarium. Contrà Dion in commentarijs de regno refert, Alexandrum Magnum ad bellum accendi ſolere Timotheo muſico Doriũ incinente. Athen. lib. 14. Doricæ Harmoniæ tribuit τὸ ἀνδρῶδες, καὶ τὸ μεγαλοπρεπὲς καὶ τὸ σφοδρόν.

Ayuntamiento de Madrid

id eſt ſeueritatem, miaeſtatem ac uehemẽtiam, ut quæ neq; diſſoluta ſit, neq; hilaris, ſed triſtis, minimeq; uaria. Iã his recẽtior Boethius in præfat. lib. De muſica, oſtendit hãc artẽ ad mouẽdos affectus præcipuam habere uim, proq; ratione modorũ, alios atq; alios animi motus uel excitare uel ſedare. Addit Pythagorã incentione modi Phrygij incitatũ adoſcentem patria barbarũ, quippe Taurominitanũ, uino temulentum, ira furẽtem, quum iam ædibus amicæ, quæ riualem admiſerat, ignem admouere tentaret, tibicina iuſſa ſpondeos ſuccinere, ad ſobriã mentem reuocaſſe. Boethius refert iuuenem Phrygio modo fuiſſe incitatum, ac mutato modo ad ſe rediſſe, nec exprimit in quẽ modũ ſit mutatus Phrygius. M. Tullius quẽ illic citat Boethius, neutrius meminit modi, tantum ait ſpondeorũ incentione fuiſſe ſedatũ adoleſcentem. Si Timotheus Dorio modo concitabat Alexandrũ ad bellum, & hic adoleſcens ad expugnandã domum Phrygio fuit accenſus, apparet modos hos nõ multum inter ſe diſcrepare. Lucianus Phrygio tribuit τὸ ἔνθεον. i. furorẽ, ſed ſacrũ dunta xat. Huius autẽ furoris Plato tria facit genera, unum quod poẽtis immittant Muſæ, alterũ quod uatibus immittit Apollo, Tertium quod amantibus Cupido. Habet autem & Bachus & Mars furorẽ ſuum. Itaq; iuuenis ille triplici furore correptus inſaniebat, Bacchi, Cupidinis & Martis. Pyrrhichios autem ad prælium acuere aliâs docuimus, unde illud πυῤῥίχιον βλέπειν, de trucibus & commotis. Pyrrhichio autem cõtrarius eſt ſpondeus. Quod ni Boethius dixiſſet mutatũ modum, probabile eſſe poterat eundem modum Phrygium, & incitare Pyrrhichijs & ſedare ſpondeis. Et haud ſcio an Boethius quũ ait immutatũ modũ, ſentiat nõ mutatas harmonias, ſed uocũ celeritatẽ. Videtur locus prouerbio, quum ad diuerſa tranſitur, ueluti ſi quis de rhetorũ præceptis ſermonẽ exorſus ad Theologicam materiã digrediatur. Equidẽ arbitror ueteres de generibus harmoniarũ diuerſa tradidiſſe, quod ipſa mutatis gentium moribus pariter ſint immutata, priſcorũ enim Aſianorum laudata eſt ſeueritas, priuſquam luxu effœminarentur. Idem uſu uenit Laconibus in quibus ſunt Dores. Hinc illa mixturarum nomina ὑποδόριον, μιξολύδιον, ὑπερμιξολύδιον. Athenæus hypodoriũ modum putat eundem eſſe cum Aeolio, cui tribuit tumorem ac faſtum, & ſubmolle quiddã. Quidã muſices ſtudioſi affirmant difficillimũ eſſe tranſitũ à Dorio ad Phrygium. Oſtendimus & aliâs, Phrygiũ melos, σκολιὸν appellatũ, & in funebribus nænijs adhiberi ſolitum. Quod ſi Dorius cantus Phrygio diuerſus eſt, utpote qui ad belli cupiditatem inflammet, conſentaneũ eſt illum Pyrrhichijs conſtitiſſe, quandoquidem ſpondeo contrarius eſt Pyrrhichius: Verum de his harmoniarum generibus permulta Plato in libris de rep. Rurſus in Lachete docet hanc eſſe uerè Doricã cantionem, & Græcam harmoniam non Phrygiam: neq; Ionicam, neq; Lydiam, ſi uita concordet cum oratione bona. Nonnulla Plutarchus, in libro De muſica. Nos quãtum ad percipiendum adagij ſenſum ſatis eſt, attigimus.

A' carcere. XCIIII

ἀπὸ βαλβίδος. i. A' carcere, ſiue repagulo, id eſt, ab ipſo rei principio. Sumptum à certaminibus equeſtribus, ubi curſus initium eſt à carceribus, id eſt, repagulis, finis meta. Itaque cum exorſum negotij ſignificamus, ab ipſis carceribus dicimus: quum finẽ, ad metam uſq;. Veluti ſi quis dicat fœdum eſſe, ſi quis artifex ab ipſo ſtatim carcere peccet, aut neminẽ tam ignauum, qui non ἀπὸ βαλβίδος ſtrennuus eſſe uideatur. Extat apud Ariſtophanem. Confine quod alibi poſitum eſt, ἀπὸ γραμμῆς. id eſt. A' linea.

A' cœlo ad terram. XCV

ἀπὸ οὐρανοῦ μέχρι γῆς. i. A' cælo ad terram. Prouerbialis figura, perinde ualens quaſi dicas, quacunq; de re, ab extremo initio uſq; ad ſupremum finem. Sic apud Plautũ in Perſa licitatori roganti, num ex puella quædam ſcitari liceret, uenditor quantum uellet percontari permittens, A' cœlo, inquit, ad terram, quod lubet.

Mores amici noueris, non oderis. XCVI

Porphyrion in Horatium, hunc uerſum prouerbialem admonet fuiſſe,

Mores amici noueris, non oderis. Eum nos inter Græcas ſententias repertum reſtituimus. Eſt enim huiuſmodi.

Φίλου τρόπους γίνωσκε, μισοῦντος δὲ μή.

Admonet in amicorũ moribus quædã uitia diſſimulanda, ſic ut intelligantur quidẽ, ſed tamen tolerentur, ne ſeuerior & oculatior in obſeruãdis amici malis ſubuertas amicitiã. Atq; id præcepti locum habebit in leuioribus morbis, non in his quæ ad famam, aut ingens periculum pertinent amicorum. Nõ noſſe amici uitia, eſt hominis parum deligentis quos diligat: odiſſe, parum ciuilis. Noſcenda ſunt, ut aut corrigas, aut certè minuas: at nõ ſic, ut ob ea uideare amicum odiſſe. Siquidem nulli futurus eſt amicus, qui nihil uitiorum in amico ferre poſſit.

Bithus contra Bacchium. XCVII

Bithus & Bacchius nobile par gladiatorũ fuit, quorum mẽtionem Suetonius quoq; fecit, parcs arte, pares audacia. Proinde quoties duo æqualiter improbi contendunt inter ſeſe, ita ut neuter alteri uelit concedere, non intempeſtiuiter dicemus, Bacchium cum Bitho commiſſum. Horatius in Sermonibus, Vti non

Compoſitus melius cum Bitho Bacchius.

Rupili Perſijq; parem inter ipſos improbitatem & maledicentiam ſignificans. Quicquid inſigniter improbum eſt, & ad omnem contentionem paratum, gladiatoriũ appellamus. Gladiatoria corporis firmitas, gladiatoria audacia gladiatorijs animis ad me affectant uiam. Marcus Tullius in Philippicis, Antonij fratrem aliquoties Mirmillonem appellat, ut in Philippica ſexta. Etiam ne ab hoc Mirmillone Aſiatico, ſenatus mandata, legatorum uerba audientur.

Eſernius cum Pacidiano. XCVIII

Simile fuerit illud ex Lucilio, Eſernius cum Pacidiano compoſitus. Erãt & hi gladiatores per omnia pares, lõgeq; omniũ nobiliſſimi. M. Tullius in lib. De optimo oratorum genere. A' me autẽ, quo maximis minima conferam, gladiatorũ par nobiliſſimum inducitur. Aeſchines tanquam Eſernius, ut ait Lucilius, non ſpurcus homo, ſed doctus & acer, cum Pacidiano hoc componitur, optimus longe poſt homines natos. Eiuſmodi fermè ſpectaculũ nobis exhibuerũt, nõ ſine magna omniũ uoluptate, ſuperioribus hiſce diebus Lõdini apud Britãnos duo theologi, quorũ alter erat magnus ille Standicius, Franciſcanorũ quos conuentuales uocant in ea inſula κορυφαῖος, homo mire uocalis, Scotiſta ſtrenuus, animo intrepido: tũ ijs lateribus, eaq; corporis firmitate, ut uel triarius miles, uel gladiator eſſe poſſet, ni theologus eſſet. Alter Italus ex eorũ ſodalitio, quos uulgus fratres Seruitas appellat, ob id ut accipio, quod licet ſint ſcarabeis nigriores, tamẽ uni uirgini Mariæ ſeruiant, neq; cũ Chriſto, neq; cum quopiã alioqui diuorum quicquã habeant cõmercij. Verum hic fortaſſis ut eruditione non inferior erat, ita gladiatorijs illis dotibus longe impar, ut ego quidẽ ſentio. Is ubi ſeſe ex more ſub quadrageſimã ſacrã in Britanniã recepiſſet, quo declararet ſeſe nõ omnino luſiſſe operã quã theologicis literis annos iã aliquot impẽderat Lutetiæ, cõcluſiones, ut uocãt, aliquot proponere cœpit inter eruditos diſputãdas, quarũ pleræq; ad negotiatores pertinebãt, excepta prima quæ ad diui Frãciſ. cõtumeliã uidebatur pertinere. Ea habebat hãc fermè ſententiã, Peccare fratres Minores ſi pecuniã accipiant, ſiue ipſi, ſiue per

Ayuntamiento de Madrid

per alios, & ex conſequenti peccare, qui illis pecuniam darent, quod quiſquis miniſtraret occaſionem peccandi, peccaret ipſe quoq;. Atque ut hoc auderet homo peregrinus, hæc perpulit occaſio. Diuerſabatur hic Seruita apud Auguſtinianos, qui ſe uocant Eremitas, κατ' ἀντίφρασιν opinor. Ii Londini non mediocrẽ quæſtum faciunt ex negociatoribus, præſertim Italis, & ob id inuiſi Minoritis. Standicius igitur quo quæſtum illum ad ſuos auerteret, in cõcione monuit populũ etiam atq; etiã uiderent quibus confiterentur. Nam duobus tantum ordinibus à pontifice datum ius audiẽdi peccata quorumlibet, nimirum Minoritis & Iacobitis. Hæc quoniam ad famem uocare uideretur reliquos ordines, inito cõſilio ſubornarunt Seruitam, qui tam capitalem iniuriã thematijs ulciſceretur, quòd linguæ Britannicæ rudis loqui populo non poſſet. Affiguntur igitur omnibus templis & angulis cõcluſiones de quibus dicere cœperam. Huius rumor paulatim, ut fit, ſparſus, cũ ad Standicianas aures peruenijſſet, ibi uir pius excelſiq; animi, ſe dignas iras animo cõcipit. Minatur dira, & omnino res ad magnam aliquã tragœdiam ſpectare uidebatur, ni deus aliquis ἀπὸ μηχανῆς interueniſſet. Intelligebat enim uir ſapiens, rem ad Saguntinam famem ſpectare, ſi eiuſmodi propoſitio uel audita fuiſſet publice. Et inter ipſos is ſanctiſſimus habetur, quiſquis nũmorum quàm plurimum poſſidet. Quid multa? Coactus eſt Seruita adire hominẽ, quo ſe purgaret, & illius placaret animum. Ibat homo grauate. Territabant enim hoſpitem complures, quod dictitarẽt Standicium hominẽ eſſe uirulentũ, clamoſum, bilis immodicæ: tũ apud promiſcuam plebẽ, puta nauiculatores, aurigas, & calcearios, uecteramẽtarios, fullones, alioſq; id genus proceres, eſſe aliquid: deinde tanto animi robore, ut unus aduerſus uniuerſam Britannorũ eccleſiã immunitatis cauſam fortiſſime ſuſtinuerit, ob id ſacerdotibus & epiſcopis omnibus inuiſus, ac bonæ plebis parti, quæ clericis benè uult. Vt coram uentum eſt Seruitæ, quoniã nõ theologiã modo, uerũ etiã Rhetoricen attigerat, hoc exordio aggreſſus hominẽ ſibi cõciliare: Egregie pater, inquit, haud ſanè uolens huc uenio, quod audiam à pleriſq; te eſſe impotenter iracundũ, & ſi quibuſdã credẽdũ eſt, etiã furioſum. Atq; hactenus μάλα ἐντέχνως captata beneuolentia, rem paucis ſubiecit. Attamen, inquit, quoniam hi patres id tantopere à me contenderunt, adſum auditurus ſi quid uelis. Hic alter protinus magnis conuitijs debacchari in hominem concluſionem eſſe ſcãdaloſam, offenſiuam piarum aurium, hæreſim ſapientẽ, irreuerentialem in ſeraphicũ ordinẽ diui Franciſci, ipſum mox pœnas daturũ, ni eam recantet. Contra Seruita, ut fortẽ uirum decuit, reſpõdit ſe diſputandã propoſuiſſe, non recãtandã. Ad tam impiam uocem ſupra modum commotus Standicius, iubet hominem pauliſper operiri, ac ſeſe proripit intro. Seruita ne hic quidẽ obtemperans tanto uiro, cœperat iam abire. At ille mox accitis ſatellitibus aliquot ſuis cucullatis, habet enim permultos, nec minus robuſtos, nec minus audaces regijs, abeuntem aſſequutus, correptũ pedibus ceu Cacũ quempiã introrſum trahit: ibi Seruita deſtitutus, & extrema metuens, quod in deploratis rebus fieri ſolet, Ieſum implorat: Ieſum, Ieſum, quãta poteſt uoce identidẽ exclamans. Nuſquã erat Ieſus inter Frãciſcanos, ſed trahebatur interim miſer: uerũ è uicino ad Ieſu nomen excitiquidã opifices cemẽtarij, cum ſaxis & inſtrumentis ſuis accurrebant, & hominẽ è ſatellitum illorũ manibus eripuerũt. Atq; hic fuit illius fabulæ primus actus. Proximus autem magnis utrinq; cõuitijs actus eſt, utriuſq; partis ducibus paſſim quiritantibus apud ſuam factionem. Seruita uotiuã etiam tabellam Ieſu ſeruatori ſuſpendiſſe dicitur, argumento coloribus expreſſo, & adſcripto epigrammate. Iam fabula cito populum peruagata, ad Cardinalis etiam aures, qui eius regni præſes ac iudex eſt, penetrarat. Is ut eſt feſtiuo ingenio, ratus ſpectaculum haud iniucundũ, ambos apud ſe iuſſit uocari. Accuſat Standicius fortiter. Seruita grauiter defendit. Cardinalis pronunciat, quandoquidẽ ſcholaſtica diſputabilinq; eſſet propoſitio, uti mox à paſcha Ioannis die publicè diſputarent in ædi diui Pauli, id eſt tẽplũ eius inſulæ celeberrimũ. Neutra pars pugnã detrectat. Adornant ſeſe duces, apparant ſeſe milites: affiguntur ualuis, compitis ac paſſim omnibus cõcluſiones, cõcurritur & è longinquo ad hoc ſpectaculi. Diuerſa hominũ ſtudia, ſed omniũ æqua expectatio. Ne longũ faciam: aderat dies pugnæ deſtinatus, doctis atq; indoctis differta omnia. Et ecce quorundã opera factum eſt, ut à rege per Cardinalẽ interdictũ exiret, ne quid ageretur. Ibi Standicius quo gloriam eam in ſe deriuaret, dimiſſis aliquot è ſuis, ſpargit per omnẽ populũ, Seruitam ſupplicẽ ſibi ad genua accidiſſe: deprecatũq;, ne diſputatio procederet. Iamq; id pleriſq; perſuaſum erat, cùm alter hoſpes Anglice neſciret, niſi neſcio quis deus Seruitæ in mentẽ miſiſſet quiddã. Is enim conſcenſo ſuggeſtu, ſic multitudinẽ eſt allocutus: Doctiſſimi doctores, uoſq; cæteri præſtantiſſimi uiri: erat hodie futura diſputatio, ſed reuerendiſſimus Cardinalis ob iuſtas cauſas iuſſit ſuperſedere, ne quid fruſtra expectetis. Minores ubi uident tantam gloriæ prædam ſibi è manibus eripi, adoriuntur hominẽ, etiã in medio templo dilaniaturi, ni prouidens Cardinalis illi cuſtodes aliquot ſuæ familiæ notos adiunxiſſet. Minores igitur quod illic ſolũ licebat, motis capitibus multa procul minati, rurſus ad Cardinalẽ magnis clamoribus Seruitã accuſant: qui contra regiũ interdictũ auſus ſit apud populũ teſtari, ſe paratũ ad defendendam concluſionẽ tam impiam. Iubetur utraque pars adeſſe. Standicius præter ſatellites ſuos, etiam puerum cucullatum adduxerat, iam tum Scotiſtãtẽ, Tanti refert à teneris rectè inſtitui. Eum dũ per diuerſa atria ad Cardinalis adytum penetrat, oſtentat magnatibus aulicis. Nam ille pleriſq; notus eſt magis quàm charus. Affirmat fore ut puer ille Seruitam conficiat proteratq;. Ventum eſt, agit Standicius, ut puer cum illo committatur. At negat Cardinalis decorũ, ſi cum homine graduato, ut uocãt, puer committeretur. Nam Seruita theologiæ bacalaureus erat, currens an ſedens, formatus an mox formandus incertũ. Obiectus eſt igitur Minoritæ quiſpiam, ſed Italus Italo, ut cornix cornici configeret oculos. Docti aliquot & proceres arrectis auribus circunſtant. Ibi Minorita porrecto bracchio: Tun', inquit, ais peccare Minores, ſi tractent pecuniam? Aio. Negas pontificem poſſe indulgere, ut liceat? Haud nego, At nobis indulſit. Credo. Licet igitur. Haud repugno. Mentitur igitur tua concluſio. Hoc telum ſic eluſit Seruita: mea, inquit, concluſio de Minoribus pronunciat. Illis non licet: uobis qui Minores nõ eſtis, licet. Imo, inquit alter, bulla põtificia nos minores uocat. Vocat, ait Seruita, ſed addit, conuentuales. Sic enim minores conuentuales Minores ſunt, ut homo mortuus eſt homo. Hic cùm obmutuiſſet Minorita, non enim expectarat eam ſolutionẽ. Cardinalis admiratus dialecticũ acumẽ, arriſit nõ inſuauiter. Standicius ubi uidet primam coitionẽ parũ feliciter proceſſiſſe, ipſe prodit in harenam, ac uultu minaci, & intento brachio: Aio, inquit, te excommunicatum. Et mox neganti: Eſt nobis, inquit bulla pontificia, quæ excõmunicat omnes, qui dicere auſint, fratres Minores cõuentuales apud Anglos peccare, ſi recipiant pecuniam: tu uidiſti bullam, & affirmas, ergo es excõmunicatus. Hic plane iam ἐμβριθὴς & tenebatur Seruita, niſi elapſus eſſet, ut diceret bullam loqui de Minoribus conuentualibus, qui minores non eſſent, ſuam concluſionem loqui de Minoribus abſolutè. Cardinalis qui animi gratia magis quàm ſerio hæc ageret, ſic utrunque dimiſit, ut nondum ſatis liqueret, uter eſſet uir fortior. Seruita Lutetiã repetijt, triũphũ illic acturus. Standiciani

Ayuntamiento de Madrid

diciani contra apud ſuos iactitant illum à puero ſuperatũ, ſicut nihil haberet quod hiſceret. Concluſio manet Oxoniæ Cantabrigiæq; in ſcholis theologicis diſputãda. Hoc ſpectaculi quoniam nobis uehementer iucundum fuit, uolui tibi optime lector eam uoluptatem communicare, ut hac amœnitate lectionis tædium leuares.

Bis ſeptem plagis Polypus contuſus. XCIX

Δὶς ἑπτὰ πληγᾶις πεπλυμένος πολύπους. id eſt, Plagis adactus Polypus quatuor decem.

Dici ſolitum, ubi quis multo tandem malo fit emendatior. Quemadmodum accidit indomitis adoleſcentibus, qui pluri morum experientia malorum tandem cicurantur. Conueniet & in eos qui duriore ingenio præditi, nõ niſi grauibus ſupplicijs corriguntur. Aiunt polypum piſcem captum diu multumq; tundi cædiq; ſolere, quo mitior fiat, & ad eſum accommodatior. Autor Zenodotus.

Mopſo Niſa datur. C

Schema prouerbiale uidetur & illud apud Vergilium in Pharmaceutria: Mopſo Niſa datur.

Cum præter omnium ſpem res præclara contingit cuipiam prorſus indigno, ut nihil iam non poſſe ſperari uel à quouis appareat.

Mopſo Niſa datur, quid non ſperemus amantes?

Eſt autem emphaſis in nominibus. Nam Mopſum dicens, intelligit infimum, abiectiſſimumq; paſtorem, Niſam puellã inſigni forma. Non abludit hinc illud Sophoclis in Aiace flagellifero, Οὐκ ἔστ' ἄελπτον δόλῳ. id eſt, Nihil eſt, quod haud ſperare liceat.

In eandem ſententiam Linus apud Stobæum.

ἐλπεῖαι χρὴ πάντ' ἐπὶ τοῖς ἔστ' ἄελπτον.
ῥᾴδια πάντα θεῷ τελέσαι, καὶ ἀνύσσαι ἄελπτον. id eſt,
Speres cuncta, nihil quod non contingere poſſit.
Omnia ſunt magnis facta proclinia diuis.

CHILIADIS SECVNDAE CENTVRIA VI.

Quid niſi uictis dolor. I



Τί ἄλλο ἢ τοῖς νενικημένοις ὀδύνη; i. Quid aliud quàm uictis dolor? Vſurpandum ubi palàm fit in contumeliam quippiam. Sumptum à dicto Brenni palã illudẽtis Romanos in appendendo auro, quod ſtipulatus fuerat ab illis, deſperantibus auxiliũ, ut è Romanis finibus abduceret Gallorum exercitũ. Sed ipſius Plutarchi uerba libitum eſt ſubſcribere. Εἶτα λέξαι τοῖς πρατῆρσι, σωελθεῖν εἰς λόγους βρέννω καὶ συλλογίσασθαι χιλιάρχω ῥωμαίων, ὁμολογήσει, τοὺς μὲν χιλίας λίτρας χρυσίου λαβόντας ἀπελθεῖν. ἐπὶ τούτοις γενομένων ὅρκων, καὶ τῆ χρυσίῳ κομισθέντος, τὸν ἢ πίστων περὶ τὸ σταθμὸν ἀγνωμονούντων, πρῶτα τὸ πρῶτον, εἶτα φανερῶς ἀφιλονείκων καὶ διαφερόντων τῶν ῥοπῶν, ἀγανακτῆσαι ῥωμαῖον πρὸς αὐτόν. ὁ ἢ βρέννος οἷον ἐφυβρίζων, καὶ καταγελῶν ἀποδυσάμενος τὴν μάχαιραν ἅμα καὶ τὸ ζωστῆρα προσέθηκε τοῖς σταθμοῖς. Πιπτόντος ἢ σιδηρίου τί τοῦτο; τί γὰρ ἄλλο εἶπεν, ἢ τοῖς νενικημένοις ὀδύνη; τοῦτο μὴ ἥδιον παροιμιώδους λόγου γέγονε. id eſt, Itaq; cum placuiſſet, uti principes in colloquium uenirẽt, Brennus & Sulpicius Romanorum ductor, conuenit ut Romani mille libras auri deprenderent: hi ſimulatq; accepiſſent aurum, ex urbe atq; ex agris diſcederent. Super his cum iuſiurãdum interceſſiſſet, iamq; aurum eſſet adductũ, Galliq; pactæ fidei immemores initio furtim, mox palàm deprimerent, detorquerentq; lancem, Romanorum aduerſus illos coorta eſt indignatio. At uerò Brennus tanquam per ludibrium & irridendi cauſa enſem unà cum baltheo exutum lancibus appoſuit. Porrò Sulpicio roganti, quid hoc eſſet rei, Quid enim aliud, inquit, niſi uictis dolor? Atq; id dictum iam in prouerbium abijt. Cuius meminit Feſtus Pompeius illud addens. Cùm Camillus Brẽnum inſidijs circumuentum concideret, & ille quereretur contra fœdus fieri; retorſit in eum ſuam uocem, uæh uictis. Sic etenim Feſtus effert prouerbium, Vnde palàm eſt, dolorẽ, non opprobrium in Plutarcho uertendum fuiſſe. Lapus interpres aut lapſus eſt, aut uſus eſt exemplari, in quo ſcriptum erat, pro ὀδύνη ὄνειδος. Huc alluſiſſe uidetur Plautinus Ballio: Væ uictis, cum uictus uel iniquis conditionibus parere cogitur. Et, ni fallor, Vergilius in Mœride.

Nunc uicti triſtes, quoniam ſors omnia uerſat,
Hos illi, quod nec bene uertat, mittimus hœdos.

Nonius Marcellus in dictione ceſtus, citat titulum Satyræ Varronianæ, Væ uictis.

Aquam bibens nihil boni parias. II

ὕδωρ γὴ πίνων χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέκνοις. id eſt,
Aquam bibens probum & utile paries nihil.

Huius autorem ferunt Demetrium Halicarnaſſeum: cuius ſenſus eſt, à poëtis nihil præclarum, aut poſteritate dignum aut uenuſtum proficiſci, ſi biberint aquam, hoc eſt, ſi pauperes fuerint, & tenui uictu. Horatius,

Nulla placere diu, nec; uiuere carmina poſſunt,
Quæ ſcribuntur aquæ potoribus. Idem Iuuenalis,
Quod ſi Vergilio puer, & tolerabile deſit
Hoſpitium, caderent omnes à crinibus hydri,
Surda nihil gemeret graue buccina. Idem,

Satur eſt cum dicit Horatius, Obe.

Demetrij Halicarnaſſei diſtichon huiuſmodi citatur à Zenodoto, etiam ſi in epigrammatis refertur Nicerati titulo,

Οἶνός τις καείρει, τι φέρει ταχὺς ἵππος ἀοιδῶν,
ὕδωρ γὴ πίνων χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέκνοις.

Quanquam apud Athenæum ſecus refertur uerſus prior,

Οἶνός τι καείρει πολὺ μέγας ἵππος ἀοιδῶν. id eſt,
Sanè magnus equus lepido ſunt uina poëtæ.

Idem uerſus referuntur ab Athenæo, ſecundo Dipnoſophiſtarum lib. ex epigrammate quodam, quod quidam ſcripſerat in Cratinum, qui frequenter in comœdijs taxatur ut uinoſus. Quin & Horatius eloquentiam uino tribuit,

Fœcundi calices quem non fecere diſertum? Martialis.
Poſſum nil ego ſobrius, bibenti
Succurrunt mihi quindecim poëtæ.

Ariſtoteles libro De naturis animãtium octauo, Pſittacum loquaciorem fieri putat, ſi uinum biberit.

Digna canis pabulo. III

Ἄξια κύων ἢ βρώματος. id eſt, Digna canis pabulo. Fermè perinde ualet ac ſi dicas: Dignus operarius mercede ſua. Et uix quiſquam eſt tam inutilis miniſter, quin ſi non amplo ſalario, certe uictu dignus eſſe uideatur. Refertur à Suida. Quadrabit in hominem non uſquequaq; reijciendum atque inutilem, aut in hominem aſſentatorem, & ob id idoneũ qui uerſetur in principum aulis: ubi nullo in precio ſunt, qui neſciant adulari.

Canis digna ſede. IIII

Ἀξία κύων θρόνου. id eſt, Canis digna ſede. Cum nouus honos obtigit cuipiam immerenti. Sumptum uidetur à Melitæis canibus, quibus nonnullæ mulierculæ maiorem habent honorem quàm ipſis maritis. Niſi mauis referre ad Anubim Aegyptiorum deum. Porrò conſtat, canibus à dominis tantum honoris habitum, ut defunctis etiam monumenta ſtatuerint. Refertur à Diogeniano.

Si uin

Si uinum poſtulet, pugnos illi dato. V

Ἄρ οἶνον αἴτῃ, κονδύλους αὐτῷ δίδου. id eſt,

Si uina poſcat ille, pugnos porrige.

Vbi pro bonis rebus expectatis, diuerſa accipiuntur. Sumptus eſt hic ſenarius è tragœdia quapiam, de Cyclope & Vlyſſe. Eſt autem notiſſima fabula, quemadmodum apud Homerum Vlyſſes Polyphemo Cyclopi uinum petenti ſubinde porrigit, quo ſimul atque iam temulentus ſopituſq; iaceret, palo præuſto oculum illi perterebrauit. Putant metaphoram à pueris dictam, qui petentes non petenda, nonnunquam colaphos recipiunt: Terentius in Phormione: Pugnos in uentrem ingere. Pugnos plagas ipſas uocat, itidem ut Græci κονδύλους. Adagium refertur à Suida.

Pro perca ſcorpium. VI

Ἀντὶ πέρκης σκορπίον. id eſt, Pro perca ſcorpium. Vbi quis optima captans, peßima capit. Nam perca piſcis eſt uel maxime laudatus, cuius identidem meminit Athenæus, gulonum delicias recenſens. Scorpius lætalis eſt, quanquam eſt & piſcis huius nominis, contempti ſaporis, de quo magis ſentire uidetur adagium. Simili figura dixit Lycophron.

Οὐ' ἀντὶ πιπῆς σκεπτίον λαιμῷ κατάσας. id eſt,

At ſcorpium ille glutiens pipus uice.

Eſt enim pipo auis genus.

Pro beneficentia Agamemnonem ulti ſunt Achiui. VII

Ἀντ' εὐεργεσίας ἀγαμέμνονα τῖσαν ἀχαιοί. id eſt,

Pro meritis male tractarunt Agamemnona Grai.

Quidam ad hunc efferunt modum:

Ἀντ' εὐεργεσίας ἀγαμέμνονα δῦσαν ἀχαιοί. id eſt,

Pro beneſactis uinxerunt Agamemnona Grai.

Dicebatur in ingratos, qui pro ſummo beneficio ſummum remetiuntur maleficium. Agamemnon enim tot exhauſtis laboribus in expugnanda Troia, pro dignitate Græciæ, domum reuerſus, ueſte inexplicabili inuolutus, interfectus eſt à Clytemneſtra, auxiliante Aegiſtho adultero. Annotatum eſt, hoc ferè accidere uiris de repub. bene meritis, ut pro beneſactis peßimam gratiam tulerint à populo. Pindarus in Pythijs hymno 4. φαντὶ γὰρ ἓν ἔμμεν τοῦτο ἀνιαρότατον, καλὲ γινώσκοντ' ἀνάγκα ἐκτὸς ἔχῃ πόδα. id eſt, Aiunt autem hoc eſſe moleſtiſſimum, qui norit honeſta neceßitate foris habere pedem, hoc eſt, non frui bonis, cum ipſe benemeritus ſit de alijs, ſed pro bene factis male audire.

Cane Tellenis cantilenas. VIII

Ἄσιδε τὰ τέλλωνος. id eſt, Cane Cantiones Tellenis. Quidam dici putant de dicacibus, mordacibusq; : quidam de inepte loquaculis. Nam Tellenem hunc, tibicinem quendam fuiſſe, poëtam itẽ carminum ineptiſſimorũ. Alij tradunt, hunc iocos quoſdã uerſibus lepidiſſimis deſcripſiſſe, non ſine multo ſale ſcommatum. Meminit huius Tellenis Diarchus Meſſenius apud Zenodotum. Itẽ Plutarchus in Apophthegmatis.

Azanæa mala. IX

Ἀζανῆα κακά. i. Azanæa mala. Dici ſolitum, ubi quis in re perdifficili & infrugifera plurimum ſumeret laboris. Aut ubi res eſſet cuipiam cum homine difficili, moroſo, intracta bili, tenaci. Tradunt Azanæam regionem quampiam eſſe Arcadiæ, ſterilẽ & culturæ inhabilem: in qua coloni multo ſudore parum fructus referunt. Hæc ferme traduntur à Græcarum paræmiarum collectoribus. Cæterũ Stephanus de nominibus urbium, ucluti fontem aperit nobis huius adagij. Siquidem is complures refert Azanias, unã quæ ſit Arcadiæ pars: in hac fontem quempiam eſſe, cuius aquam qui guſtarit, hũc uſq; adeo à uino abhorrere, ut nec odorẽ ferat. Alteram Maßiliæ, tertiã Phrygiæ: cuius mentionem fecerit etiam Strabo lib. Geographiæ 12. De hac Hermogenes citante Stephano, huiuſmodi quandam narrat fabulam. Cum illic frequentes eſſent uillæ ruſticorum, orta ob ſterilitatem agrorum fame, collecti paſtores rem diuinam fecerunt, fertilitatem à dijs petẽtes. Cæterum cum dij non audirent illorum uota, perduraret ſq; agrorum ſterilitas, Euphorbius è paſtoribus quidam nouum ſacrificij genus excogitauit. Immolauit enim ἀανεῦρ μὴ ἔξιν, quod Phrygũ lingua ſonat, uulpẽ & echinũ. Hac hoſtia placatis dijs, agros feraces eſſe cœpiſſe: quod ubi finitimis paſtoribus eſſet cognitum, Euphorbo ſacerdotium & imperium detulerunt: poſt loci nomen commutatum eſt, proq; Azania ἄζανάγαρ uocatum, quod perinde ſonat Phrygio ſermone, quaſi Græce dicas, ἐχινολόπικα, Latine, Echinouulpem. Huiuſmodi ferme Stephanus, ex quibus coniectari licet, ex ea fabula natam paræmiam.

Capra nondum peperit, hœdus autem ludit in tectis. X

Αἴξ ὅπω τέτοκεν, ἔριφος δ' ἐπὶ δώματα παίζει. id eſt,

Nondum enixa capra, at iam ludit in ædibus hœdus.

Qui poſtrema perfectaq; iam aggrediuntur, præteritis ijs quæ præceßiſſe oportuit, Aut qui gloriantur, iam aſſecutos ſeſe, cuius ne fundamenta quidem ſunt iacta. Aut qui rem agunt præpoſtere. Prius eſt enim peperiſſe, quàm ut hœdus ludat in tectis. Refertur à Zenodoto.

Reperit deus nocentem. XI

Εὗρε θεὸς τὸν ἀλιτρόν. id eſt, Reperit deus nocentem. Cum tandem ultio contingit improbis, quaſi diuinitus immiſſa.

Theocritus in Idyllio decimo,

Εὗρε θεὸς τὸν ἀλιτρόν, ἔχεις πάλαι ὧν ἐπεθύμεις. id eſt,

Inuenit deus impium, habes quæ olim cupiebas.

Theocriti Scholiaſtes indicat, prouerbium & alia forma ſolitum efferri, εὗρε θεὸς αἴτιον.

Simile eſt Homericum illud Iliados Δ.

Εἴπερ γάρ τε μὴ αὐτὸν ὀλύμπιος ὄκ ἐτέλεσσεν,
Ἐκ τε μὴ ὀφέ τελεῖ, σφῶ τε μεγάλῳ ἀπέτισσαν. id eſt,

Quanquam etenim non punit Iuppiter illico ſontem.

At faciet tandem, & luerint ſua crimina magno.

Huc pertinet illud Sophocleum.

Οτ' ἄρ ἦ τις θεῶν
Βλάπτῃ, φυγεῖν ἄρ' οὐδὲν ἰσχύων φυγεῖν. id eſt,

Vbi quis deorum læſerit,

Nemo queat ſuffugere quamlibet potens.

Aſtipulatur autem ſenarius ille prouerbialis.

Θεοῦ γὰ πληγὰν οὐκ ἔστι χερὶ πιδῆσαι βροτός. id eſt,

Plagam deorum nullus hominum ſuffugit.

Pindarus item in Pythijs.

Θεὸς ὃς μὴ πελώρου αἰετὸν κίχε, μὴ θαλασσαῖον παραμάβεται
Δελφῖνα, μὴ ὑψιφρόνων τιν' ἕκαμε βροτῶν. id eſt,

Deus & alatam aquilam aſſequitur, & marinum præuertitur delphinum, & elatorum quempiam depreßit mortalium. Aſtipulatur huic ſententiæ & in Olympijs,

Εἰ δὲ θεὸν ἀνήρ τις ἐλπεταί τι λαθέμεν ἔρδων, ἁμαρτάνει. id eſt, Quod ſi deum homo quiſpiam ſperat fallſurum ſe, cum agit aliquid, errat.

Ignauis ſemper feriæ ſunt. XII

Qui uacant ocio, feriari dicuntur, & ocioſi feriati, & ocium feriæ, quæ metaphoræ tanquã in prouerbium receptæ ſunt. Theocritus in Bucolicis,

Ἀεργοῖς ἀεὶ ἑορτά. id eſt, Semper feriæ inertibus.

Nam feriis etiam ethnici à prophanis negotijs abſtinebant. Qui fugitant laborẽ, optãt dies feſtos, quo liceat ociari, uentriq; & uoluptatibus indulgere. Siquidem antiquitus in hoc dabantur agricolis feriati dies aliquot, ut luſu reficerẽt laßitudinem. Admiſcuerũt autem religionem, quo moderatiores eſſent

Ayuntamiento de Madrid

eſſent luſus. At hodie Chriſtianorũ uulgus ferijs olim ad pietatis uſum inſtitutis, in compotationes, in ſcorta, in aleas, in rixas, in pugnas abutitur: nec ullo tempore plus committitur flagitiorũ, quàm quo maxime conueniebat à flagitijs abeſſe. Nec unquam magis imitamur ethnicos, quàm cũ præcipue Chriſtianos oportebat agere. Cumq; palàm ſit, rem iuuãdæ religioni repertam in religionis perniciem uergere: tamen haud ſcio quo conſilio pontifices quotidie ferias addunt ferijs, cũ potius conueniat prudentes imitari medicos, qui pro ratione morborũ mutant remedia, tantum illud ceu ſcopum ſpectantes, ut bonæ ualetudini cõferant. Proinde cũ uideant rem olim pro temporũ illorũ ratione ſalubriter inſtitutam, nunc mutatis Chriſtianorum moribus, peſtem eſſe pietatis, quæ tandem religio eſt, conſtitutionẽ eodem mutare cõſilio, quo ueteres illi conſtituerunt? Quod de feſtis diebus dico, de multis alijs ſentiendum eſt: non quòd damnandas exiſtimem Chriſtianorũ ferias, ſed quòd in immenſum nolim creſcere: & paucas eas quas inſtituit priſcorũ autoritas, ad id cõuerti cupiam, ad quod repertæ ſunt. Nã uere Chriſtianis omnis dies feſtus eſt: malis uerò, quæ maxima turba eſt, feſti dies minus feſti ſunt quàm prophani. Sed ut ad prouerbium reuertamur, apte accõmodabitur in eos qui nunquàm nõ cauſantur aliquid, quo ſint in ocio: ueluti quibus inſuaues ſunt literæ, nunc excuſant ualetudinem, nunc occupationes rei domeſticæ: nõnunquã obſtat rigor hyemis, aliàs æſtatis feruor, interdũ autumni periculoſũ cœlũ. Demũ auocat à libris ueris amœnitas mox fugitura. Pranſi negant eſſe rẽ habendam cũ libris antequã cõcoxerit ſtomachus. Impranſis obſtrepit fames, quo minus libeat. Luci dicũt ignauũ eſſe, domi deſidere. Cæterũ ad lucernã uigilare, oculis inimicum. Si ſuppetit res domeſtica, quorſum opus, inquiũt, literis? Si deeſt, negant pauperẽ poſſe philoſophari. Iuuenis negat, æui florem curis ſenilibus abſumendũ. Prouectior ait, ualetudini parcendum.

Catulæ dominas imitantes. XIII

Τὰς δεσποίνας αἱ κυνίδες μιμοῦνται i. Dominas imitantes catellæ. Vbi ſerui dominorũ ferociam repræſentant, aut diſcipuli præceptoris reſipiunt arrogantiã, aut miniſtri principum faſtũ. Breuiter quoties ij qui ſubſunt, eorũ exprimunt mores, ſub quorũ imperio degunt. Vnde & illud Iuuenalis,

Maxima quæq; domus ſeruis eſt plena ſuperbis.

Videas autem & Melitæas, opulentarũ mulierum delicias, faſtum, laſciuiam, totamq; ferinè morum imaginem reddere. Vſurpatur hoc adagium à Platone libro De republica 8. Ἀτεχνῶς γὰρ αἱ τε κυνίδες τὴν παροιμίαν οἷαί περ αἱ δεσποινίδες γίγνονταί τε δὴ καὶ ἵπποι καὶ ὄνοι πάνυ ἐλευθέρως καὶ σεμνῶς εἰθισμένοι πορεύεσθαι τὰς ὁδοὺς ἐμβάλλοντες ᾧ ἂν ἀπαντῶσι, ἐὰν μὴ ὀξέως πταί. i. Palàm enim tum catellæ iuxta prouerbium, tales quales ſunt dominæ. Tum & equi & aſini tales redduntur, qui aſſuefacti fuerint admodum libere, faſtuoſeq; per uias ingredi: ſemper incurſantes in obuium ni cedat.

Tantali pœnæ. XIIII

Ταντάλειοι τιμωρίαι. i. Tantali ſupplicia. de ijs dicendum, quibus adſunt quidem bona, uerùm his frui negatum eſt. A fabula Tantali ſumptum, quem pœtæ fingunt, apud inferos aſſiſtere fluminì ſitientem, quòd ſi quando admouerit ſe potaturus, repente aquam labris contactam refugere. Tum capiti imminere arborem pomis onuſtam, ſed eam ſubito porrigenti manum aliò ſubducere ſeſe, atq; ita miſerum præſente copia, inopia diſcrutiari. Id olim in diuites parcos & ſordidos dici uulgò ſolere, teſtis eſt Horatius in Ser.

Tantalus à labris ſitiens fugientia captat
Pocula. quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur. congeſtis undiq; ſaccis
Indormis inhians, & tanquam parcere ſacris
Cogeris, aut pictis tanquã gaudere tabellis. Idẽ in Odis,
Magnas inter opes inops.

Gregorius Nazianzenus in epiſtola ad Baſilium eleganter detorquet ad huius mundi delicias, quæ nunquam explent animum, Ταντάλειοι, inquit, τινές καὶ κατάκεινται διψῶντες ἐν ὕδασι, τὸν ἐλεφὴν καὶ ἄτροφον πανδαισίαν. i. Tantalij & execrabiles ſitientes in aquis, miſerandam illam & nihil alimoniæ conferentem pãdæſiam. πανδαισίαν autẽ Græci uocant conuiuium ex omni genere deliciarum apparatum.

Viro ſeni maxillæ baculus. XV

Ἀνδρὸς γέροντος αἱ γνάθοι βακτηρία. id eſt,

Maxilla ſenibus ſcipionis eſt uice.

Dici ſolitum de ijs qui ob defectas ætate uires, lautiore pariter & copioſiore uictu coguntur uti, quo quod ſenecta deterit, utcunque farciant cibo. Manet & in hodiernum ſenile uerbum: Ego me dẽtibus meis ſuſtento. Eſt autem uelut ænigmaticum, reliquos ingredi pedibus, ſenes dentibus. Etenim quod deceſſit natiuo corporis ſucco, id cibi ac potus adminiculo farciendum. Videmus illud euenire uulgò, poſteaquam deſtituit ſenes edacitas illa, uitæ finem imminere.

Ne uerba pro farina. XVI

Μὴ λόγους ἀντ' ἀλφίτων. id eſt,

Ne uerba pro farinis.

Aduerſus eos iaciebatur, qui beneficium uerbis, non re dabant. Qui ferè magnatum mos eſt, uti ſuos ſplendidis promiſſis alant. Bene autem admonet in Pandectis Pomponius iureconſultus, peculium re, non uerbis augendum eſſe. Quadrabit item in eos, qui beneficium pollicitis rependunt. Aut qui conſolantur oratione, cum auxilio ſit opus. Veteres quicquid ad uictum pertineret, ἄλφιτα uocabant. Apparet è comœdia quapiam ſumptum, eſt enim hemiſtichium carminis iambici trimetri. De prouerbio Ariſtophanico, ὁδὸν πρὸς τὰ ἄλφιτα, dictum eſt aliàs.

Ancoras tollere. XVII

Nonnullam prouerbij faciem habet, quod eſt apud M. Varronem in opere De re ruſtica, capite extremo: Ancoras tollere, pro eo quod eſt, moliri diſceſſum, quod genus & illud: Talaria nectere. Hæc ſunt huius uerba: Interea redit ad nos Pauo. Et ſi uultis, inquit, ancoras tollere, latis tabulis ſortitio fit tribuum, hoc eſt, ſi uultis omiſſa diſputatione hinc abire. Quanquam hic alluditur ad ambiguam tabularum ſignificationem, quæ tum nauticæ ſunt, tum forenſes, quibus ſuffragia ferebatur. Huic ſimile Quintilianicum illud: Oram ſoluere, Nam ita plerique legunt.

Ἀμοῦσοι. XVIII

Inclegantes & indoctos Græci uocant ἀμούσους, hoc eſt, à muſis alienos. Antiquitus enim nihil eruditum habebatur ſine muſica. Vnde apud comicos, qui literas ſe didiciſſe negant, aiunt ſe non didiciſſe muſicam. Quintilianus libr. 1. cap. De muſicæ laudibus: Deniq;, inquit, in prouerbium uſq; Græcorum celebratum eſt, indoctos à Muſis atq; à Gratijs abeſſe. Plato lib. De repub. 8. Ὅταν μουσότερον dixit improbiorem & ruſticius inuerecundum. Et Ariſtoteles lib. Rhetoric. 2. Ὥσπερ οἱ ποιηταί φασιν τοὺς ἀπαιδεύτους παρ' ὀχλῳ μουσικώτερον λέγειν. i. Quemadmodum aiunt pœtæ, indoctos apud multitudinem elegantius dicere. Hominem inſigniter elegantem μουσικώτατον dicimus, deniq; quicquid eſt moderatum compoſitumq;, ἔμμουσον dicunt Græci. Et Athenæus ἀμουσολογίας appellat ineruditas parumq; tempeſtiuas fabulas. Aeſchines aduerſus Timarchum καὶ γὰρ πρὸς τοῖς ἄλλοις κακοῖς ἄμουσός τις ἔστιν καὶ ἀπαίδευτος ἄνθρωπος ἔσται. i. Nam & præter alia mala alienus à muſis, & ineruditus eſt homo. Ariſtophanes in Equitibus,

Ἀλλ' ὠγαθ' ὅλην μουσικὴν ἐπίσασαι. id eſt,
Imò nec ipſam muſicam noui ô bone.

Homines

Ayuntamiento de Madrid

Homines ab humanitate politioribusq; literis alienos, iubebant Gratijs & Musis sacrificare, quemadmodum Plato Xenocratem subinde monere solitus est ut Gratijs litaret. Apud Athenæũ lib. 4. quidam Cynico inhumanitatẽ exprobrans ait, ὐχ ὥσπερ σὺ κυνικὲ, ὁ μυλέπονε τὰς χάριτας, ἀλλ' ὀδὲ τὰς μούσας θύσας. id est, Non quemadmodum tu Cynice, qui nunquam Gratijs ac ne Musis quidem sacrificaris. Apud eundem lib. 13. citatur ex parodo quopiam.

Οὓς ἐλίλαξαν ἀριστερὰ γράμματα μόσαι. id est,

Literulas Musæ quas eiecere sinistras.

Videtur in peruerse doctũ aut maledicum congruere. Siquidem ibidem Ephippus in quendã dixit, ἐπαίρειν ἐπὶ σόματι τὴν γλῶτταν φησῆς. i. Sinister linguã in ore gestas, nisi fortè legendũ censes ἐπ' ἀριστερά. i. in leuam partẽ. Qui cuncta interpretatur in leuã partem, omissis bonis, in leua parte gestat linguam. Vnde & sinistras suspiciones, & sinistras interpretationes dicimus. Celebratur & philosophi cuiusdam dictũ, ipsum philosophiæ præcepta tradere dextra, auditores autem accipere sinistra. Plutarchus in uita Romuli, quem uult intelligi nec indoctum, nec inhumanum, dicit nec Musis carere nec Gratijs, οὐκ ἔστιν ὁ σύλλας ὁ παρὰ δόκιος ὅτε μισῶν ὅτε χαίρων ἐπιδεὴς ἀνὴρ. i. Sextius Sylla Carthaginiensis, neq; Musarum, neq; Gratiarum expers.

Vitilitigator. XIX

Vitilitigatores M. Cato uocabat, litium auidos, & alienorum operum calumniatores. Eaq; nox ob nouitatẽ doctis in adagionem abijt, quemadmodum & Homeromastiges & Vergiliomastiges. Plinius in præfatione Historiæ mundi: Ergo securi, etiam contra uitilitigatores: quos Cato eleg inter ex uitijs & litigatoribus composuit, quid enim illi aliud quàm litigant, aut litem quærunt? exequemur reliqua propositi.

Vino uendibili suspensa hedera nihil opus. XX

Vino uendibili suspensa hedera nihil opus. i. Vera uirtus non eget alienis præconijs. Aut res præclaræ per se placent, neq; desiderant exoticam commendationem. Sumptum apparet à cauponarum more, qui uinarijs tabernis signum hederaceum solent prætendere. Ita Plautus idem in Pœnulo: Inuendibili merci oportet ultro emptorem adducere, proba merx facilè emptorem reperit. Horatius,

—Vbi largius æquo
Laudat, uenales qui uult extrudere merces.

Canere ad myrtum. XXI

Ἆσαι πρὸς μυρρίνην. i. Ad myrtum canere, prouerbio iubebatur imperitus literarum & infacundus, quiq; non posset apud eruditos loqui. Hinc sumpta metaphora, quòd apud ueteres mos esset, ut in conuiuijs singuli suam cantionem canerent: quod si quis citharã accipere recusasset, utpote musices ignarus, is per iocũ accepto ramo laureo seu myrteo, cogebatur ad eum canere. Porrò priscis hunc canendi fuisse morem testatur & Fab. lib. Institutionum 1. Vnde, inquiẽs, etiam ille inos, ut in conuiuijs post cœnam, circumferretur lyra: cuius quum se imperitum Themistocles confessus esset, ut uerbis Ciceronis utar, habitus est indoctior. Sed ueterum quoque Romanorum epulis fides ac tibias adhibere moris fuit. Plutarchus primo Symposiacon lib. scribit, olim fuisse morem, ut in conuiuio primum uoce communi deum canerent παιανίζοντες, ut ait: deinde myrteum ramum uniculiq; tradi solere, quem ἄσαρκον uocatum existimant, quòd is qui eum accepisset, caneret. Post lyra circumlata, qui peritus artis fuisset, eam accipiebat canebatq; sonum chordarum ad uocem attemperans. Recusantibus autem musices imperitis, σκολιὸν carmen dicebatur, quod non esset uulgare, neq; cuiuis facile. Alij dicunt myrtum non solere ordine circunduci, sed à sponda ad sponda transferri, ut posteaquam cecinisset is qui in prima sponda primus sedebat, ei traderet, qui in secundo lecto primus accumberet, hic rursum tertij lecti primo. Deinde rursum primi lecti secundus, secundo loco in secunda accumbenti sponda traderet, eumq; ad modum per omnes iret. Hæc ferè Plutarch.

Admeti nænia. XXII

Ἀδμήτου μέλος. i. Admeti nænia. De tristi lugubriq; cantione. Accommodari poterit ad orationem querulam ac miserabilem. Accipitur enim cantilenæ genus, quod σκολιὸν uocant, de quo multa Iulius Pollux. Dictum est autem obliquum uel à tibiarum figuris, uel quòd in conuiuijs, quemadmodum modo diximus, obliquo ordine à lecto in lectum flecterentur canendi uices. Quidam huiusmodi cantiones faciles & illaboratas intelligunt: ninirum quales oportet esse, quæ inter pocula canuntur & ex tempore. Verùm de ijs, deq; superiore prouerbio, qui uolet copiosius edoceri, legat Aristophanis interpretem, in eo quem mox indicabimus loco. Adagium ad huiusmodi fabulam referunt: Admetus rex fuit Pheræorum, cuius armenta pauisse fingitur Apollo, mercede conductus, cùm ex Olympo depulsus, humana specie exularet apud mortales. Exilij causam hanc adferunt: Aesculapius Apollinis filius Chirone præceptore medicam artem perdidicerat: deinde sanguine qui ex Gorgonis fluxerat uenis, à Pallade accepto, per hunc plurimos restituit sanitati. Porrò sanguine qui è sinistris defluxerat uenis, ad perniciem hominum utebatur, qui è dextris, ad salutem. Quin fabulis uulgatum est, illum etiam uita defunctos quosdam in uitam reuocasse. Quare ne pro deo haberetur apud mortales, cùm id uideretur præstare quod deorum est proprium, Iuppiter illum fulmine percussit. Ob id indignatus Apollo, Cyclopes qui Ioui fulmen illud fecerant fabricati, peremit. Quam rem indignè ferens Iuppiter, Apollinem destinarat è cœlo ad inferos præcipitem dare, sed Latonæ interuentus precesq; mitiorem pœnam impetrarunt. Itaq; cœlo interdictum est, iussuq; solum uertere, damnatus ut annum apud hominem mortalem mercede seruiret. Igitur ad Admetum profectus Apollo regis armenta, sicuti dictum est, pascebat: & ut erat artifex, effecit ut omnes uaccæ gemellos parerent. Cumq; apud Admetum perquam humaniter esset habitus, ut patrono gratiã officij referret, à Parcis impetrauit, ut cùm in illarũ fusis Admeti fatalis dies uolueretur, liceret hac lege mortem effugere: si quem alium reperisset, qui uolens illius uicem mortẽ oppetere uellet, suiq; capitis dispendio illius uitam redimere. Ergo cùm adesset dies ille fatalis, neq; quisquam inueniretur, qui mortis uicarius esse uellet, patre etiam ac matre recusantibus, una Alcestis uxor mariti uitam suæ cariorẽ habuit. Quæ defuncta stridulæ quædã & lugubres næniæ decantabantur assidue apud Admetũ, donec mota Proserpina, remisit Alcestidem. Aut, ut quidam dicunt, donec Hercules expugnato Orco, hanc ad superos reduxit. Meminit περὶ τῆς μέλους etiam Euripides in Alcestide.

Διττὰς δ' ἦν μέλη κλαυτ. id est,
At cantiones duplices audire erat.

Notat etiam Aristophanes in Vespis,

Ἀδμήτου λόγων, ὦ παῖ, μαθὼν, τὸν ἀγαθὸν φίλει.
Τί τῶν τ' λέγεις σκολιῶν; id est,
Canit Cleonis apprehensa dextra
Verbum Admeti doctus, amice dilegito probos.
Huic quid obliquum loqueris?
Miscet iambica anapæstica.

Interpretatur hos uersiculos ex fabula Ciconijs.

Ὁμὴν ἔδειν ἀδμήτου λόγον πρὸς μυρρίνην,
Ὁ δ' αὐτὸν ἀνάγκαζεν ἁρμοττὰ μέλη. id est,
Atq; is quidem canebat Admeti modos

Ad myr

Ayuntamiento de Madrid

Ad myrtũ, at alter adegit Harmodij melos Vt caneret.
Congerit & alia quædam non indigna cognitu, quæ licebit inde petere.

Bellũ haudquaquã lacrymoſum. XXIII

Ἄλαχρυς πόλεμος. *Bellum lacrymis carens, ubi victoria contigit citra cædem & ſanguinem. Aut ubi quis è periculoſo quopiam negocio ſic extricauit ſeſe, ut nullo ſuo malo diſceſſerit: ſiue cum rixoſi uerbis inter ſe digladiantur, nec eſt quicquam periculi, ne ueniatur ad manus. Aut ubi certamen agitur eiuſmodi, ut neutri parti quicquam accidat incommodi, uelut in conflictatione literaria, in qua victus diſcedit eruditior, victor amicior. Natum aiunt è uetuſto quodam oraculo Dodonæo, quo reſponſum Lacedæmonijs aduerſus Arcadas pugnaturis: ἄλαχρυν πόλεμον ἔσεσθαι. i. Bellum ſine lacrymis futurum. Deinde contigiſſe illis victoriam, nemine prorſus interfecto. Nos item incruentam victoriam uocamus, quum nulla cæde contigit victoria: & apud Græcos,* ἀναιματὶ νικᾶν. *i. Citra ſanguinem uincere. Plutarchus in Commentario de fortuna Romanorum,* Ἄλαχρυν νίκην *appellat eam quam Paulus Aemylius de Perſeo reportauit. Effertur prouerbium etiam ad hunc modum,* ἀναίμακτον ἔστησε τρόπαιον. *i. Ineruentum ſtatuit trophæum. Celebratur inter Pittaci oracula illud quoque:* Δεῖν τὰς νίκας ἄνευ αἵματος ποιεῖσθαι. *Oportere victorias citra ſanguinem fieri. Autor Laërtius. Nec abhorret hinc illud quod in Græcorum commentarijs reperio:* πολεμός τις ἀσίδηρος καὶ ἀκατὰ τὴν Ἑλλάδα κεκίνηται. *i. Bellum quoddam abſq; ferro motum eſt in Græcia. Significat autem bellum, quod oratione, non armis peragitur. Nam id demum uiris ſapientibus dignum. Alioqui ferro congredi ferarũ eſt & gladiatorum, quos equidem infra ferarum genus pono. Et tamen nemo creditur us erat, niſi cerneremus oculis, quantopere hæc bellandi ratio placeat principibus Chriſtianis. Pugnatur machinis, quales nulla unquam ethnicorum feritas, aut ulla barbaries excogitauit. Quin eſt apud Germanos populus, cuius hæc præcipua gloria, quàm plurimos mortales ferro trucidaſſe, quòd cùm per ſe immane eſt, tum hoc etiam fœdius, quòd hoc faciunt mercede conducti: ueluti carnifex quiſpiam ad lanienam precio emptus. Atque hæc tum magis erunt prouerbialia, ſi longius transferantur: utputa, ad litem fõrenſem, contentionem, aut aliud id genus certamen.*

Flet victus, victor interijt. XXIIII

Κλαίει ὁ νικηθείς, ὁ δὲ νικήσας ἀπόλωλεν. *id eſt,*

Qui uicit, perijt, plorant qui ſuccubuere.

Quoties utraq; pars magno ſuo malo diſcedit: ita ut plerũq; in bellis ſolet accidere. Item in litibus fõrenſibus, in contentionibus. Nã Heſiodus duas facit Eridas, quarum altera peſtifera ſit mortalib. altera frugifera. In priore certaminis genere qui uicerit, diſcedit improbior, victus fit infelicior. In poſteriore qui ſuperior euaſerit, diſcedit clarior: qui ſuperatus fuerit, diſcedit ſeipſo melior. Tradunt hoc natum à Sibyllæ Erythrææ uaticinio, quod ædidit de pugna apud Cheronæam commiſſa. Nam illic Athenienſes cum Thebanis uicti perierunt: Philippus victor protinus à Pauſania ſublatus eſt. Meminit huius Georgius Gemiſtus in Hellanicis. Quanquam idem olim uſu uenit Troianis & Græcis, poſt inſaniſſimum bellum, pro mula muliercula tot annos geſtum. Nam Troia funditus euerſa eſt, Græci victores, aut in reditu perierunt, aut domi repertæ perniciem.

Timidi nunquam ſtatuerunt trophæum. XXV

Ἀλλ' οἱ μὲν ἀθυμοῦντες ἄνδρες, οὔποτε
Τρόπαιον ἔστησαντο. *id eſt,*
At enim trophæum nobile haud unquam uiri
Statuere pauidi.

Suidas ex Eupolide citat. Vſurpatur à Platone in Critia: Ἀλλὰ μὴν ἀθυμοῦντες ἄνδρες οὔπω τρόπαιον ἔστησαν. *Aptè dicetur in eos, qui per animi ſocordiam inertiamq; nihil egregium, nihil arduum audent aggredi: aut qui periculi metu à magnis abſtinent negocijs, cùm inſignis gloria non niſi magnis periculis contingat. Neq; triumphum egit quiſquam qui non ſit auſus Martis euentum experiri. Eſt ſimile quiddam apud Hebræum illum concionatorem, non facere ſementem, qui ſuperſtitioſius obſeruet uentum: & qui conſideret nubes, hunc haud unquam metere.* Τηρῶν ἄνεμον οὐ σπερεῖ, καὶ βλέπων ἐν νεφέλαις οὐ θερίσει. *profertur & illud in timidos è Sophocle:* πάντα γάρ τοι τὸν φόβῳ μένῳ φοβεῖ. *i. Formidoloſo ſtrepunt omnia.*

Vnà cum ipſis manipulis. XXVI

Αὐταῖς ἀμάλαις. *i. Cum ipſis manipulis. Cùm omnia funditus pereunt, hoc eſt, cùm ne gluma quidem ſit reliquum. Prouerbium à ruſticis natum uidetur. Refertur à Suida.*

Ne Aeſopum quidem triuiſti. XXVII

Οὐδὲ Αἴσωπον πεπάτηκας. *i. Ne Aeſopum quidem triuiſti. De uchementer ſtupidis & imperitis. Refertur à Suida. Extat autem apud Ariſtophanem in Auibus,*

Ἀμαθὴς γὰρ ἔφυς, κὐπολυπράγμων,
Οὐδ' Αἴσωπον πεπάτηκας. *id eſt,*
Indoctus enim es, neq; ſat ſolers,
Neq; triuiſti ſaltem Aeſopum.

Nam antiquitus Aeſopi fabellas etiam uulgus idiotarum tenebat. Has igitur qui non legiſſet, nihil ſcire uidebatur. Erat autem natione Phryx, ſeruus Xanthi, liber factus eſt ab Idmone cæco. Plato comœdiarum ſcriptor, fingit illum reuixiſſe. Ab hoc omnes fabellæ in quibus indueuntur animalia bruta, Αἰσωποποιοὶ *dicuntur, quemadmodum in quibus homines, Sybariticæ, ſiue Sybaritides dimunutiuè.*

Vulpes bouem agit. XXVIII

Ἀλώπηξ τὸν βοῦν ἐλαύνει *id eſt, Vulpes bouem ducit. Quum res abſurdè geritur. Nihil enim uulpi cum agricolatione: ueluti ſi quis poëta de rebus ſacris concionetur: aut leno tractet rempub. Licebit & ad eum torquere: qui non ex animo, ſed aliò ſpectans, fingit ſeſe quippiam uelle facere. Extat & hoc apud Suidam.*

Non ineſt remedium aduerſus ſycophantæ morſum. XXIX

ἀλλ' οὐκ ἔνεστι συκοφάντου φάγμακον. *id eſt,*
Aduerſus ictum ſycophantæ non ineſt.

ſubaudiendum φάρμακον. *id eſt, remedium. dictum eſt in calumniam, cuius morſus non ſolum pernicioſiſſimus eſt, uerumetiam ineuitabilis, quòd clancularius plerunque. Olim remedia quædam anulis ineſſe creditum eſt: ueluti aduerſus ſerpentium morſus, aut morbum aliquem, aut faſcinationem. Eſt apud Ariſtophanem in Pluto, apud quem iactanti anulum magicum, in quo remedium eſſet aduerſus omne malorum genus, reſpondetur,*

ἀλλ' οὐκ ἔνεστι συκοφάντου φάγμακον. *Quod imitatus uidetur apud Athenæum lib. 3. Ariſtophanes,* ἐὰν δ' ἄρα
Σκέψῃ με περὶ τὴν γαστέρ', ἢ τὸν ὀμφαλόν,
Παρὰ Φερετάτου δακτύλιός ἐστί μοι δραχμῆς. *id eſt,*
Quod ſi mihi aluum torſerit,
Aut umbilicum, eſt anulus drachma mihi
A Pheretio emptus.

Indoctior Philonide. XXX

Ἀπαιδλίτερος φιλωνίδου. *i. Indoctior Philonide. Hic Melitenſis erat prægrandi corpore, cæterum inſulſus & indoctus. Notatur aliquoties apud Ariſtophanem, ut mulieroſus, & in paraſitos profuſus.*

Apage hoſpitem in tempeſtate. XXXI

Ἄπαγε ξένον ἐν χειμῶνι. *id eſt, Apage hoſpitem in tempeſtate.*

Dici

Dici ſolitum ubi quis importunius aduenirет. Nam moleſtiam adſerunt hoſpites, ſiquando in rebus aduerſis & afflictis ſuperueniunt. Quando familiares magis adeſſe conuenit, ægrimoniæ lenitores. Si peregrini ſuperueniant, ad calamitatis moleſtiam accedit pudor, interdum maxima malorum pars. Rectè accommodabitur: ſi quando petitur quippiam à principe negocijs parũ lætis occupato. Admonet idẽ adagium, ne quis externus domeſticis aliorum malis admiſceat ſeſe. Simile quiddam dixit Euripides in Alceſtide.

Ἆρα γ' ξένον
Στυγῶ δικαίως, ὃν κακοῖς ἀφιγμένον; id eſt,
An non mihi iure optimo
Inuiſus hoſpes, qui in malis aduenerit?

Verba ſerui ad Herculem aduenientem, domo Admeti iam occupata luctu. Rurſus in eadem fabula,

Ἀνυμέναιος ὀχλήρὸς ἁ μόλοι ξένος. id eſt,
Moleſtus hoſpes triſtibus ſi aduenerit.

Dentem dente rodere. XXXII

Dentem dente rodere dicitur, qui carpit cum qui neque lædi queat, neq; ſentiat. Aut qui mordet, pari mordacitate præditum quempiam: Martial. lib. 13. in obtrectatorem quendam:

Quid dentem dente iuuabit
Rodere? carne opus eſt, ſi ſatur eſſe uelis.

Simile illi, noli uerberare lapidem.

Iouem lapidem iurare. XXXIIII

Iouem lapidem iurare, dicuntur qui ſanctè & religioſè deierant. M. Tullius Epiſt. famil. 7. ad Trebatium. Quomodo autem tibi placebit, Ioucm lapidem iurare, cùm ſcias iratum eſſe Ioucm nemini poſſe? Sumptum à priſco feriendi fœderis ritu, quod à patre patrato manu tenente lapidem conceptis uerbis peragebatur. Quemadmodum deſcribit T. Liuius & Macrobius. Vtebantur & Arabes lapide in feriendis fœderibus, quemadmodum refert Herodotus in tertio. Adagium uariè poterit uſurpari: Ego tibi ſuper hac re non dubitem, uel Iouem lapidem iurare. i. quantùmuis ſanctè. Huic iniurato fidem habere malim, quàm tibi Ioucm lapidem, ut aiunt, iuranti. Ioucm lapidem iurabat, nihil iſtiuſmodi cogitatum fuiſſe. i. magnopere aſſeuerabat. A. Gellius in Noctibus uſurpauit ad hunc modum: Ioucm lapidem, inquit, quod ſanctiſſimum iuſiurandum eſt habitum, paratus ſum ego iurare, Vergilium hoc nunquam ſcripſiſſe. Apulcius in ſermone De deo Socratis: Quid igitur iurabo per Iouem lapidem, Romano uetuſtiſſimo ritu? Equidem arbitror huc pertinere, quod ex Auguſtino citatur in Decretis, eos teneri periurio, qui iurarint per lapidem, nec præſtiterint quod iurarunt, etiamſi illic ſcriptum eſt ſuper lapidem, ex librarij, ni fallor, deprauatione. Indicat autem illic hoc iuſiurandum eſſe ſanctum ei cui iuratur, hoc eſt, ſi Chriſtianus iuret pagano, cui hoc iuſiurandum erat ſanctiſſimum. Quid hic attinet referre, quæ gloſſographi, & hos ſecuti theologi, commenti ſunt de hoc lapide, tam abſurda, ut uix lapides talia dicturi ſint. Mihi ſatis eſt indicaſſe, legat qui uelit. Veteres per caput illius quem chariſſimum habebant iurabant, Romani per genium principis, Socrates per canem & anſerem, Zeno Citieuſis per cappariin, plerique per braſſicam, ναὶ μὰ τὸν κράμβην, quod multis exemplis è ueterum poëmatibus repetitis docet Athenæus lib. 9. eo quòd huic diuinatoria quædam uis inſit, eoq; & ſacram habitam tradit.

Cimmeriæ tenebræ. XXXIIII

Multam obſcuritatem, aut animi caliginem Cimmerias tenebras appellant. Lactantius Inſtitutionum diuinarum libr. 4. O cæcum pectus, ó mentem Cimmerijs, ut aiunt, tenebris atriorem. Et hunc uelut æmulatus diuus Hieron. ut Lactantianæ admirator eloquentiæ: Rogo, inquit, quæ tanta eſt cecitas, & Cimmerijs, ſicut aiunt, tenebris inuoluta? Natum adagium à Cimmeriæ regionis prodigioſa obſcuritate. De qua Strabo lib. Geographiæ primo ſcribit in hunc modum: Καὶ μὴν καὶ τὸν κιμμερικὸν Βόσπορον οἴδασι, τὸν κιμμερίους εἰδότες. ὥσπερ τὸ μὴ ὄνομα τοῦ κιμμερίου εἰδέναι, αὐτοὺς ἢ ἀγνοῶν οἷς κατ' αὐτὸν ἢ μικρὸν πρὸ αὐτοῦ μέχρις ἰώνων ἐπέδραμον τὴν γλῶν ἐκ βοσπόρου πᾶσαν. ἀνίστηται γὰρ καὶ τὸ κλίμα τῆς χώρας αὐτῆς ζοφῶδες, καὶ ὡς φησιν Ηέσιοδος καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι, ὃν οὐδέ ποτ' αὐτὸν
Ηέλιος φαέθων ἐπιλάμπεται.
Αλλ' ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέταται. id eſt,

Quin Boſphorum quoque Cimmerium cognouit, ut qui Cimmerios non ignorarit. Neq; enim uidelicet cùm Cimmeriorum nomen cognitum habuerit, ipſos ignorauit, qui temporibus illius, uel paulo ante illius ætatem à Boſphoro ad Ioniam uſq; terram omnem percurſarint. Itaque quonam in climate ſita ſit illorum regio, uelut innuit, cùm eam caliginoſam facit: & ut ipſius utar uerbis,

Vmbris ac nebulis tectam, ſiquidem igneus illos
Haud unquam irradiat Phœbus, nox atra ſed illis
Ingruit aſſiduè.

Porrò locus quem Strabo citauit, quanquam uerbis aliquot diuarians à poëta, eſt apud Homerum Odyſſeæ undecimo:

Ηλθ' ἐς πεῖραθ' ἵκανε βαθυῤῥόου ὠκεανοῖο.
Ενθα γε κιμμερίων ἀνδρῶν δήμός τε πόλις τε
Ηέλιος καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι, οὐδέ ποτ' αὐτοὺς
Ηέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν,
Οὔθ' ὅπόταν ἄρ' ἐφέχησι πρὸς οὐρανὸν ἀστερόεντα.
Οὔθ' ὅτ' ἂρ ἂψ ἐπὶ γαῖαν ἀπ' οὐρανόθεν προτράπηται,
Αλλ' ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέταται δειλοῖσι βροτοῖσι. id eſt,
Aſt ille Oceani peruenit ſumma profundi.
Illic ſunt populiq; & mœnia Cimmeriorum,
Nubibus & cæca aſſiduè caligine tecta.
Illos haud unquam radijs ſol aſpicit ardens,
Nec quando aſtriferum curru petit arduus axem,
Nec rurſum ad terras magno deuectus olympo,
Sed nox incumbit miſeris mortalibus atra.

Cimmeriorũ mentionẽ facit etiã M. Tullius lib. Academicarum quæſt. 4. Et Cimmerijs quidẽ, quibus aſpectũ ſolis, ſiue deus aliquis, ſiue natura ademerat, ſiue eius loci quẽ incolebant ſitus, ignes tamen aderãt, quorũ illis uti lumine licebat. Iſti autẽ, quos tu probas, & cætera. Et in hac regione Naſo poëta Sõno deo regiam ædificauit, lib. Transformationũ. 11.

Eſt prope Cimmerios longo ſpelunca receſſu,
Mons cauus, ignaui domus & penetralia Somni,
Quò nunquam radijs oriens, mediúsue, cadénsue,
Phœbus adire poteſt: nebulæ caligine mixtæ
Exhalantur humo, dubiæq; crepuſcula lucis.

Apud Græcos conſtanter per duplex m ſcriptum inuenio: tametſi refragatur etymologia, quam adfert Euſtathius, autumans κιμμερίους dictos, quaſi ἐν ᾧ ἀεὶ καμόντες. Sed uero propius eſt, κιμμερίους uocatos, quaſi χειμερίους, quanquam hic quoq; m ſimplex.

Fruſtra Herculi. XXXV

Εἰκῇ ᾧ ἡρακλεῖ. Fruſtra Herculi, ſubaudi calumniam ſtruxeris. De his dici conſueuit, qui ſic omnia ſua negotia gerũt, ut nemo queat aut audeat calumniari. Nã Herculi mos erat res alienas ui abducere, non dolo. Conueniet aut in uehementer laudatum, probatumq;, aut in præpotentem, quem inſimulare tutum nõ ſit. M. Cato cenſorius plus quadragies in ius uocatus fuiſſe memoratur, ſemper iudicum abſolutus ſententijs. Hunc Cæſar in Anticatonibus inſimulauit auaritiæ. Id Plutarchus perinde ſcribit eſſe, quaſi ſi quis Herculem inſimulet ignauiæ. Nihil enim minus in Herculem quadrat, quàm hoc criminis. Sunt qui putent congruere, cùm aliquis omnia facit impunè, nec à quoquam accuſatur.

Quemad

Ayuntamiento de Madrid

Quẽadmodũ Hercules impunè res alienas cõſueuit abigere.

Ne in neruum erumpat. xxxvi

Terentius in Phormione, Verùm hoc ſæpè Phormio uercor, ne iſta fortitudo in neruum erumpat denique. Quadrat in temerariam inconſideratamq; audaciam, quæ plerunq; infelix eſſe ſolet, & in maximum malum aliquando adducere. Donatus interpres à ſagittarijs ſumptam metaphoram exiſtimat: qui dum neruum arcualem adducunt immodicè, rumpunt nonnunquam, idq; non ſine ſuo periculo.

Ipſa ſenectus morbus eſt. xxxvii

Terentius in Phormione. Ipſa ſenectus morbus eſt. Prouerbiali figura dictum uidetur. Nam in ſenibus, ut abſit morbus, ipſa ſenecta per ſe mala ualetudo eſt. Vnde illud frequens apud Homerum, χαλεπὸν γῆρας. id eſt, Moleſta ſenectus. Iliados Θ.

Σὴ γὰ βίη λέλυται, χαλεπὸν δέ τε γῆρας ὀπάζει. id eſt,
Viribus effœtum, iam te premit aſpra ſenectus.

Et apud Vergilium,

Subeunt morbi triſtiſq; ſenectus.

Horatius in Arte poëtica,

Multa ferunt anni uenientes commoda ſecum,
Multa recedentes adimunt. Iuuenalis,
—Circumſilit agmine facto
Morborum omne genus.

Nos item in carmine de Senectutis incommodis,

Teterrima porrò Senecta morbus ingens
Nullis arceríue poteſt, pellíue medelis.
Quin derepente obortà
Corporis epotet ſuccos, animíq; uigorem Ebetet.

Idem teſtatur ſenarius ille prouerbialis,

Φόβῃ τὸ γῆρας, ὃ γὰ ἔρχεται μόνον. Id eſt,
Metue ſenectam, non enim ſola aduenit. Item,
Χαλεπὸν τὸ γῆρας ἐστὶν ἀνθρώποις βάρος. id eſt,
Pergraue ſenectus eſt onus mortalibus.

Citatur ex Antiphane,

Σφόδρ' ἐστὶν ἡμῶν ὁ βίος ὀίνῳ προσφορὰς,
Οταν τὸ λοιπὸν μικρὸν, ὄξος γένηται. id eſt,
Eſt uita uino noſtra quàm ſimillima,
Vbi paululum reſtat in acetum uertitur. Itẽ ex eodem.
Τὸ γῆρας ὥσπερ βωμός ἐστι πανῶν,
Πάντ' ἐς' ἰλὴν ἃς τὸτο καταφεύγοτα. id eſt,
Quædam eſt malorum ara ſenectus omnium,
Adeò uidere eſt cũcta ad hãc recurrere. Rurſus ex eodẽ,
Πρὸς γὰ τὸ γῆρας ὥσπερ ἐργαστήριον
Απαντα τ' ἀνθρώπινα προσφοιτᾶ πανά. id eſt,
Miſeram ad ſenectam, ut ad officinam quampiam
Mala uniuerſa confluunt mortalium.

Huc alluſit anus Plautina: quæ tarditatem inceſſus excuſans, ait ſe graue pondus geſtare, Tantum, inquit, hoc oneris, quod fero. Quid oneris? Annos ſeptuaginta & quatuor. Item M. Tullius in Catone maiore, Quæ pleriſq; ſenib. ſic odioſa eſt, ut onus ſe Aetna grauius dicant ſuſtinere. Ariſtoteles 5. De animalib. lib. ſenectutẽ appellat νόσον φυσικὴν. i. Morbum naturalem: quemadmodum & morbus ſenectus eſt aduentitia. Propterea quod nonnulli morbi idem efficiant in homine quod ſenectus: & ſenectus ſimilia gignat, qualia morbi. Seneca morbum inſanabilem appellat. Donatus aſcribit uerba Apollodori ex Græca comœdia, Τὸ γῆρας ἐστὶν αὐτὸ νόσημα. i. Ipſa ſenectus morbus eſt.

Adraſtia Nemeſis, Rhamnuſia Nemeſis. xxxviii

Ἀδράστεια νέμεσις. id eſt, Adraſtia Nemeſis, ſubaudiendum, adeſt, aut aderit, aut eiuſmodi quippiam. Licebit uti uel in eos, quibus ob inſolentiam arrogantiamq; fortunæ commutationem minamur, uel qui à rebus florentibus ad calamitoſam fortunam reducti ſunt. Hanc quidem Nemeſim deam eſſe putant, inſolentiæ & arrogantiæ uindicem, quæq; ſpes immoderatas & uetet & puniat, ἀδράστεια dicta ἀπὸ τῆ ἀφεντικῶ μοείαν καὶ δίκασμῦ, quòd nemo nocens meritam pœnam nuſquam effugerit: etiã ſi quando ſerius aſſequitur. Lucianus in Meretricijs dialogis, Εφι τὶς θεὸς ἀδράστεια, καὶ τὰ τοιαῦτα ὁρᾷ. id eſt, Eſt dea quæpiam Adraſtia, uidetq; iſta. Euripides in Rheſo:

Αδράστεια μὲν ἁ δίος πᾶσι,
ἔργοις τομάτων φθόνον. id eſt,
Adraſtia, Iouis filia, arceas dictorum inuidiam.

Idem in eadem fabula,

Σιὼν δ' ἀδραστείαν λέγων. id eſt,
Volente uerò dixerim hoc Adraſtia.

Idem teſtantur etiam Epigrammata.

Η νέμεσις προλέγει σοι πήχεϊ τῷτε χαλίνῳ,
Μήτ' ἄμετρόντι ποσὶν, μήτ' ἀχάλινα λέγῃν. id eſt,
Innuit hoc Nemeſis cubito frenoq;, gerendis,
Sit modus in rebus, dictaq; frenum habeant. Item aliud.
Η νέμεσις πῆχυν κατέχω. τίνος ἕνεκα; λέξεις.
Πᾶσιν ἀπαλλάλλω, μηδὲν ὑπὲρ τὸ μέτρον. id eſt,
Contineo Nemeſis cubitum. Quæ cauſa, requires.
Nam cunctis iubeo rebus adeſſe modum.

Strabo lib. Geographiæ 13. Adraſtiam dictam tradit, non ab aufugiendo, ſed ab Adraſto rege, qui primus huic templum conſtituerit, idq; Antimachi poëtæ uerſibus confirmat,

Εφι δέ τις νέμεσις μεγάλη θεὸς, ἣ τάδε πάντα
Πρὸς μακάρων ἔλαχεν. βωμὸν γοῦν ἵσατο πρῶτον
ἀδράστου ποταμοῖο παρὰ ῥόον ἀσκήτοις.
Ενθα τετίμηταί τε καὶ ἀδράστεια καλεῖται. id eſt,
Eſt quædam Nemeſis dea magna, cui omnia quadam hæc
Sunt data ſorte deûm. Aſt huic primus condidit aram
Adraſtus iuxta Aeſopi ſacrata fluenta.
Atq; inibi colitur q;, tenetq; Adraſtia nomen.

Huius oppidi meminit Plinius lib. 5. cap. 32. his uerbis, Parium colonia, quam Homerus Adraſtiam appellauit. Adraſtiæ deæ mentionem facit & Plato in Phædro. Ammianus libr. 14. Hæc & huiuſmodi innumerabilia ultrix facinorum impiorum, bonorumq; præmiatrix aliquando operatur Adraſtia, atq; utinam ſemper, quam uocabulo duplici etiam Nemeſim appellamus. Hanc aiunt ex opinione ueterum theologorum lunæ ſuperpoſitam, generali potentia præſidere fatis omnia terrena deſpectantem, ut reginam & arbitram rerum omnium: quæ præcipuè faſtui infenſa nunc erectas mentium ceruices opprimit & eneruat, nunc bonos ab imo ſuſcitans ad bene uiuendum extollit. Huic antiquitas addidit pennas, celeritatis ſymbolum: dedit gubernaculum & rotam, ſignificans illam per omnia diſcurrentem ſingula moderari. Idem lib. 22. Ideo intolerabilem, humanorum ſpectatrix Adraſtia, aurem, quod dicitur, uellens, monens ut caſtigatius uiueret &c. Zenodotus originem adagionis ad huiuſmodi fabulam refert, quam equidem non admodum ſanè lubens, adſcribam tamen, ne lectorem auidum hac fraudaſſe uidear. Eteocles & Polynices poſt interitum Oedipi patris de regno Thebanorum hac lege pacti ſunt, ut imperium alternis annis adminiſtrarent. At Eteocles, nam huic fortè primus obtigerat annus, exacto tempore recuſauit fratri uices regni tradere, itaque Polynices repulſus, in Adraſti ditionem Argos profugit, nocluq; appulit. Hic quũ fortè Tydeum eſſet nactus, qui ob cædem perpetratam è Calydone profugerat, cum eodem prælium conſeruit: inter quos clamore tumultuq; coorto: interuenit Adraſtus, & pugnantes diremit. Atque ibi ſimul recordatus oraculi cuiuſdam, quo monitus fuerat, ut apro & leoni filias ſuas in matrimonium collocaret, utrunq; ſibi generum aſciuit. Habebant enim in clypeis,

Ayuntamiento de Madrid

clypeis, alter apri, alter leonis figuram: Pollicitusq; est se utrunq; restituturum in patriam. Cumq; primum Polynicis nomine Thebas fuisset adortus cæsis Argiuorum optimatibus, Adrastus solus effugit. Interfectorum cadauera cùm Thebani insepulta abijcerent, neque sepultura dignarentur, liberi cæsorum ad aram Misericordiæ confugientes, parentum cadauera reposcebant. Athenienſibus exercitum admouentibus Thebani cadauera reddiderunt. Quo tempore & Euadne Capanei uxor, semet in rogum abijciens, unà cum uiri cadauere combusta est. Post id temporis filij Argiuorũ, qui perierant ad Thebas, nullam unquam reportarunt uictoriam, suis partim auspicijs: sed stipendiarij pro externis militabant. Diogenianus paræmiam effert ad hunc modum, ἡ νέμεσις παρὰ πόδας βάνει. id est, Nemesis ad pedes adest. Galenus deniq; lib. De usu partium humani corporis sexto, μνημονεῦσαι καὶ δεῖξαι τὴν ἀδραστείας ὡς οὐδεὶς ἐκφεύξεται θεσμὸν. id est, Meminisse ac declarare quod Adrastiæ legem nullus effugiet. Ac paulò inferius, ὃν γνώσομαι οἶμαι τὴν ἀδραστείας θεσμὸν. id est, Haud cogitans opinor Adrastiæ legem. Minitatur medicis qui falsa pro ueris docent. Eadem appellatur Rhamnusia, à Rhamnunte Atticæ loco cognominata, ubi quemadmodum ostendit Zenodotus, huic deæ statua est, solido lapide, decem cubitorum magnitudine. Phidiæ opus. Fingebatur autem olim Veneris specie, quãobrem & malum arborem dextra tenebat, ut autor est Eudemus. Hoc adagium quanquam separauit Zenodotus, mihi tamen usum est cum superiore coniungere, quum nihil interſit præter commutatam cognominis uocem. Plinius libro uigesimooctauo, cap. secundo. Quur & fascinationibus adoratione peculiari occurrimus? Alij Græcam Nemesim inuocantes, cuius ob id Romæ simulacrũ in Capitolio est, quamuis Latinum nomen non sit.

Risus syncrusius. XXXIX

Γέλως συγκρύσιος. Risum effusiorem, Græci συγκρύσιον uocant, quod hominem quatiat, quem eundem quidam existimant Sardonium esse. Putant autem, & rectè putant, hunc risum graui uiro uehementer indecorũ esse, propterea quòd uideatur ab animo impotente proficisci. Siquidem ut turpe est uiro graui mulicbri more ciuitare, si quid doleat, ita gaudio immoderato in cachinnum effundi parum decorum est. Simili figura Philostratus in Sophistis aliquoties dixit πλατὺ γελᾶν. id est, latè diducto; ore ridere.

Rosam quæ præterierit, ne quæras iterum. XL

Ῥόδον παρελθὼν μηκέτι ζήτει πάλιν. id est,

Ne quære rursum præteritam semel rosam.

Ne te macereres desiderio rerum, quæ reuocari restituiq; non queunt, uelut, exactæ iuuentæ, formæ, uirium, fortunæ. Nam ut nihil est rosa gratius, ita nihil minus diuturnum. In eundem sensum dixit in Odis Horatius,

Mitte sectari rosa quo locorum Sera moretur.

Habent enim rosæ suum tempus, sed perbreue. At exquisitius delicati, etiam alieno tempore rosam quærunt. Vnde quadrabit & in eos, qui iam ἔξωρει uoluptates sectantur: uelut si nucibus ludat uir, aut amet potiũ tue senex.

Rosam cum anemona confers. XLI

Ῥόδον ἀνεμώνῃ συγκρίνεις. id est, Rosam cum anemona confers, ubi quis uehementer imparia inter se componit. Rosa priscis in pretio fuit. Anemona papaueris genus, cuius flos specie quidem rosam imitatur, cæterum nulla odoris gratia. Passim nascitur in agris, cùm olim rosæ summus sit habitus honos.

Rosas loqui. XLII

Ῥόδα μ' ἔφρασας. id est, Rosas mihi locutus es, id est, uerba gratissima, & rosarum instar amabilia. Suidas ex Aristophane citat, apud quem est ἐν νεφέλαις. Sic & Plautus in Pœnulo, Obsecro hercle, ut mulsa loquitur.

Huic affine Persianum illud,

Non nunc è tumulo, non nunc è manibus istis,
Nascentur uiolæ. Ac rursum,
Quicquid calcauerit, hic rosa fiat.

Cui diuersum est illud ex Aululatia Plauti, lapides loqueris, quod illi dicta quasi cerebrum excuterent.

Rhodij sacrificium. XLIII

Ῥόδιοι τὴν θυσίαν. id est, Rhodienses sacrificium, ubi res iurgijs & uerbis male ominatis peragitur. Refertur à Diogeniano. Idem est cum eo quod paulò superius retulimus, Λίνδιοι τὴν θυσίαν. id est, Lindij sacrum. Nam Lindus ciuitas in Rhodo est, teste Stephano, à qua deductum uideri possit Londinum apud Britannos, quam urbem Stephanus Lindonium uocat, citatq; Martianum autorem. Siquidem utraque insula est, Rhodus & Britannia, ac uetus eius gentis lingua, quæ nunc Vualica dicitur, satis indicat, eam aut profectam à Græcis, aut certè mixtam fuisse. Ne mores quidem admodum dissident à Grecanicis.

Rhodiorum oraculum. XLIIII

Ῥοδίων χρησμὸς. id est, Rhodiensium oraculum. Vbi quis de re minuta nimium crebro, nimiumq; diligenter scisciatur. Etenim Rhodienses Lindiæ Mineruæ sacrificantes, dies aliquot apud aram deæ conuiuia prorogabant, atq; inibi perpetuò manebãt. Quumq; illis mos non esset, matulam in sacrificium inferre, ac super hac re deum consuluissent, atque ut inferrent, respondisset, illi rursus ambigere cœperunt, utrum æream, an testaceam inferre deberent: ac denuò super hoc adeuntibus oraculum indignatus deus, neutram respondit. Refertur à Diogeniano.

Rusticanum oratorem ne contempseris XLV

Ἀγροῖκον μὴ καταφρόνει ῥήτορα. id est, Rusticanum ne contempseris rhetorem. Admonet adagium ne quem ob imperitiam, infantiámue fastidiamus. Neque spectemus à quo, quóue pacto dicatur, sed quid. Qui uolent eloquentia, non perindè curandum est, quid minentur, aut polliceantur. At penes quos rusticana ueritas est, si quid uel inculte dixerint, haudquaquam oportebit negligere. Siquidem huiusmodi plus solent efficere quàm loqui. Autor Diogenianus.

Rus ciuitas. XLVI

Ἀγρὸς ἡ πόλις. id est, Rus ciuitas, Vbi quis in urbe neglectis legibus, ui proq; sua libidine rem gerit. In ciuitatibus enim legibus ex æquo uiuitur, in agris licentius agitur. Epicharmus apud Diogenianum, Ἀγρὸν τὴν πόλιν ποιᾶς. id est, E' ciuitate rus facis. Quadrabit etiam in ciuitatem, in qua legum non magnus habetur respectus. Huc alluſit Seneca in ludicro libello, quem luſit in Claudium imperatorem. Vos mera mapalia feciſtis, uolo seruetis disciplinam curiæ.

Cicernus Bacchus. XLVII

Ἐρεβίνθιος Διόνυσος. id est, Cicernus Bacchus. De re uehementer contempta. Sumptum adagium à potu ex leguminibus cõfecto, qui uinum imitatur. Veteres autem diuersis rationibus uinum effingebant, quarum nonnullas commemorat Plinius libro 14. cap. 16. Idem lib. 22. cap. 25. meminit de Zytho Aegyptiorum, Celia Hispanorum, Ceruisia Gallorum. Erat id potus genus ex leguminibus coctum, quod inopia uini repertum est in his regionibus, quæ uitem non ferunt. Hinc natum uideri potest & illud quod alibi retulimus, adagium, οὐδὲν πρὸς Διόνυσον. id est, Nihil ad Bacchum ut id dixerit quispiam gustata ceruisia. Porrò contemptam fastiditamq; fuisse ceruisiam ijs, qui eatenus assueuerant uino, uel Epigramma testatur, quod Iuliano imperatori tribuunt: Id est huiusmodi,

Ayuntamiento de Madrid

Τίς; πόθεν ἦς Διόνυσε; μὰ τὸν ἀληθέα βάκχον
Οὔ σ' ἐπιγινώσκω, τὸν Δία οἶδα μόνον.
Κεῖνος γὰρ ἄωτόν σε, σὺ δὲ τράγος. ἢ ῥάστε κέλευθοι
Τῇ πωλίκ βατρύων τεύξαρ ἀπ' ἀσταχύων.
Τῷ σὲ χρὴ καλέειν, Δημήτριον, ἢ Διόνυσον,
Πυρογενῆ μᾶλλον, καὶ βρόμον, ἢ βρόμιον. id est,
Bacche quis? unde uenis? uerum tibi deiero Bacchum,
Te haud noui, tantum est cognitus ille Iouis.
Is nectar redolet, hircum tu. dic age num te
Ἐ ſpicis finxit Gallia uitis inops?
Non igitur Bacchum te dixero, sed Cererem,
Et frumentigenam, nec Bromium, imò Bromium.

Est autem Bromos hordei genus quoddã: quod à Theophrasto libr. De plantis 8. inter ea ponitur quæ penè sylucstria sunt & immitia. Plinius potißimum usum eius generis putat, quòd illius ſpuma cutem fœminarum in facie nutrit. Nam quod ad potum ipsum attinet, inquit, præstat ad uini trãsire mentionem. Neque uerò repugnarim, si cui magis libeat ad ritum sacrorum Bacchi referre prouerbium, in quibus imitamina membri obscœni uirilis capitibus ac femoribus obligabant, atq; ita saltabant in honorem dei. Eas figuras Græci Phallos uocant, unde & apud Terentianum grammaticum cognomen Phallici carminis. Qui ferebant φαλλοφόροι, & ἰθύφαλλοι dicebantur. Etiamsi Athenæus libr. 14. indicat alios fuisse ithyphallos, alios Phallophoros, illos gessisse personam hominis temulenti, hos sine persona fuisse, quanquam & alijs rebus differebant. Verum hæc nihil ad prouerbium. Alludit huc Aristophanes in Acharnensibus,

Σφῶιν δ' ὀρθὸν ἐκτέον.
Ὁ φαλλὸς ἡζόπιθεν δὲ κανηφόρει,
Ἐγὼ δ' ἀκολουθῶν, ἄσομαι τὸ φαλλικόν. id est,
Vobis quidem rectus tenendus phallus est,
Eam sequendo quæ canistrum baiulat:
Post uos ego canam cantionem phallicam.

Effingebatur autem olim hoc membrũ è ligno siculno, quod molliciei dedicauit antiquitas, unde & Horatius eodem è ligno suum Priapum exculpsit. Seruius existimat Maronem item Georgicôn lib. 2. de ijs phallis sensisse, quum sacra Bacchi describens de pensilibus oscillis facit mentionem,

Oscilla ex alta suspendit mollia pinu.

Ea scribit è floribus concinnari solere, ad imaginem obscœni uirorum membri, ac per intercolumnia suspendi, quo qui in ea incidissent, risum mouerent. Hinc igitur Baccho cognomen Erebinthi, quem eundem simili de causa Morychum appellarunt, uidelicet facilitate numinis contemptum inuitante.

Ne quære mollia, ne tibi contingant dura. XLVIII

Μὴ τὰ μαλακὰ μύσει, μὴ τὰ σκληρὰ ἔχῃς. id est, Ne quære mollia, ne dura feras. Refertur à Phurnuto in opere De natura deorum, capite de Musis, & ita refertur tanquam uulgò iactatum. Congruit in eos qui dum nimis improbe ac morose petunt quæ uolunt, offensis ijs à quibus petunt, accipiunt ea quæ nolunt, Aut in eos qui dum præter modum captant uoluptatem, incidunt in molestiam.

Ne Execestides quidem uiam inuenerit. XLIX

Οὐδ' ἐξηκεστίδης ἂν εὕροι τὴν διάβασιν ὁδόν. id est, Ne Execestides quidem rectum uiam inuenerit. De negotio perplexo atque inexplicabili. Execestides quidam uulgò inscitè audijt quòd immodicus esset in peregrinationibus, ut omneis uias quàm maxime cognitas haberet. Idem taxatur ab Aristophane in Auibus.

Εἰ δὲ ἄδηλός ἐστι καὶ κακῶς, ὥσπερ ἐξηκεστίδης id est,
Quod si seruus est & Car quemadmodum Execestides.

Rursum in eiusdem fabulæ initio,

Οὐδ' ἂν μὰ Δία' ἐντεῦθεν ἐξηκεστίδης. id est,
Non per Iouẽ hinc uel ipse uiã Execestides. Subaudiendum inuenerit. Vnde dici cœptũ de his qui tota aberrassent uia, aut qui difficili inexplicabiliq; negotio distringerentur.

Hermonium officium. L

Ἑρμῶνος χάρις. i. Hermonũ beneficium. Quoties aliquis studet officij causa uideri facere, quod alioqui coactus facit, non quo cõmodet cuipiam, sed quòd non liceat secus agere, Hanc paræmiã ad huiusmodi referũt fabulam: Gens quædam Pelasgica, quæ Lemnũ incolebat, nauibus, trãsmisit in Bæbronem, uel, ut Herodotus, Brauronem Atticæ regionem, atq; ex ea mulieres raptas abduxerunt. Post ubi pestilentia laborarent, oraculo iußi sunt Athenienſibus satisfacere, atq; ita futurum, ut pestilentia liberarentur. Athenienses rogati quo pacto placari uellent, denuntiarunt ut Lemno decederent. Hanc conditionẽ cum audissent Pelasgi, per iocũ responderunt id facturos sese, si quis Borea uento unius diei nauigatione domo profectus Lemnũ transmitteret. Euenit deinde ut cũ Darius in Thracia agens, omnia undiq; subigeret, Miltiades dux Athenienſium è Cherroneſo soluens, Lemnũ aggrederetur, Pelasgis denuntians se Borea uniuersi diei cursu adesse domo profectũ. nam Cherronesum tenebat, atq; illic habitabat. Itaq; Hermon Pelasgorũ princeps Lemno cessit. Idq; cum Darij metu cõpulsus faceret, adsimulabat tamen se uolentẽ cedere, quo gratũ faceret Athenienſibus. Huiusmodi fermè cõperi in Græcorum Collectaneis. Aemilius Probus in Miltiade aliquanto diuersius rem narrat. Quum Athenienses decreuissent colonia mittere in Chersonesum, quæ tũ à Thracibus tenebatur, cõsultus Apollo quem sibi ducem sumerent ad expellendos Thraces, iußit ut Miltiadem asciscerent. Is Lemnum aggressus, postulauit, ut se sponte dederẽt Athenienſibus. Lemnij per iocũ responderunt, se id tum facturos, cum ille domo nauibus proficiscens uento Aquilone uenisset Lemnũ. Nam hic uẽtus aduersus est Athenis proficiscentibus Lemnũ. Miltiades ne illic tẽpus tereret, Chersonesum profectus est. Ea capta, rebusq; illic ex animi sententia ordinatis, rediit Lemnũ, & ex pacto postulauit insulam. Nam se uento Borea domo profectũ uenisse, quòd in Chersoneſo domum habeat, decreuerat enim illic manere. Itaque qui Lemnum tenebant, cessere metu. Simplicius quidẽ Pamphilus ille Terentianus, negans liberi hominis officium esse, cum nihil mereatur, postulare id sibi gratiæ apponi. Atqui in principum aulis atq; adeo paßim in omni mortalium cœtu, Hermonum istiusmodi plena sunt omnia, qui cum maxime beneficium dare uidentur, tum maxime commodis seruiunt suis. Prouerbij meminit & Suidas & Hesychius.

Ex arena funiculum nectis. LI

Ἐξ ἄμμου σχοινίον πλέκεις. id est, Ex arena funem nectis. In ſtulte fruſtráq; conantem quippiam dicebatur: aut ubi quis ea connectere laboret, quæ nequaquam cohæreant. Appositè dicetur in orationem, aut ſyllogiſmum male cohærentem. Vt affine sit illis. Arena sine calce, & dissolutæ scopæ. In hanc ferè sententiam usurpauit Irenæus libr. 1. Veluti faciunt qui colligunt Homerocentones. In ſumma quadrabit in quiduis ἀδιάφατον καὶ ἄτοπον, ut pertinet & ad illam formam, Lauerem lauas, & Aethiopem dealbas.

Halcedonia sunt apud forum. LII

Quod dixit in Caßina Plautus: Halcedonia sunt circa forum, prouerbij ſpeciem gerit, ſignificatur hac uoce tranquillitas & silentium. Idem in Pœnulo, Nisi mihi illum tam tranquillam facis, quàm mare est olim, cum ibi halcedo pullos educat suos. Extat etiam in Græcorum commentarijs huiusmodi prouerbium, ἁλκυονίδας ἡμέρας ἄγεις. id est, Halcyonios agis dies, de tranquillam & ociosam agentibus uitam. Aristophanes in Auibus.

Ayuntamiento de Madrid

Αλκυονίδας τ' ἄμ' ἄγεθ' ἡμέρας ἀεί. id eſt,
Atque halcyonios duxit aſſidue dies.

Ab aue quadam marina ductum adagium, quæ Græcis Halcyon dicitur, Latinis halcedo, ut autor eſt M. Varro lib. De lingua Latina 3. ne quis Plautinum uerbum deprauatum eſſe putet. Fabula de Ceyce & Halcyone eſt apud Ouidium. de aue ſic refert Plinius lib. 10. cap. 32. Halcyon paulo amplior eſſe paſſere, colore cyaneo ex parte maiore, tantum purpureis & candidis admixtis pennis, collo gracili & procero. Ea fœtificat bruma, qui dies Halcyonides uocantur. Neq; apparent niſi mari tranquillo, maxime Siculo. Faciunt autem ſeptem ante brumam diebus nidos, & totidem ſequentibus pariunt. Hi dies & nautis ſunt noti. Nam in his tempeſtatem non metuunt. Nidificant autem medio in mari: Nidi pilæ figura, paulum eminenti ore perquam anguſto: grandium ſpongiarum ſimilitudine, ex ſpinis aculeatis compacti, tanta duricie, ut ferro incidi nequeant. Franguntur ictu ualido, ut ſpuma arida maris. Hactenus Plinius. Lucianus de tranquillitate Halcionidum dierum teſtatur in dialogo, cui titulus ἀλκυών. Vergilius inter prognoſtica futuræ tempeſtatis hoc quoque refert:

Non tepidum ad ſolem pennas in littore pandunt
Dilectæ Thetidi Halcyones.

Meminit harum & Theocritus Idyllio ſeptimo:

Χ' ἁλκυόνες ϛορεῦντι τὰ κύμαϑα, τιὼτε θάλασσαν,
Τόντε νότον, τόντ' εὖρον, ὃς ἔσχατα φυλα κινεῖ,
Αλκυόνες γλαυκαῖς νηχεῖσι τάτε μάλιϛα
Ορνίθων ἐφίλαθεν, ὅσαις ἐπὶ ἕξ ἁλὸς ἄγρα. id eſt,
Halcyonesq; undas ſternunt, pelagusq; Notumq;
Atque Eurum extremam motantem flatibus algam,
Halcyones quas inter aues Nereides omneis
Vnice amãt glaucæ, quæcũq; ex æquore paſtũ Venãtur.

Empedoclis ſimultas. LIII

Εμπεδοκλέους ἔχθρα. id eſt, Empedoclis ſimultas, dicebatur pertinax & irreconciliabilis. Empedoclem enim aiunt ijs fuiſſe moribus, ut aſſidue ſimultatẽ cum aliquibus ſuſciperet, eaſq; pertinaciſſime exerceret. Quadrabit etiam, ubi quis leui de cauſa ex amico fit inimicus. Refertur à Diogeniano. Suidas ex Lyſia citat hæc uerba, ὥμην δ' ἔγωγε τοιαύτην φιλίαν συνηρμόσθαι, ὥϛε μηδ' ἂν τὼ ἐμπεδοκλέους ἔχθραν ἐμπεδῶν ἡμῖν γενέσθαι. id eſt, Ego ſane putabam nos eiuſmodi neceſſitudine copulatos eſſe, ut ne Empedoclis quidem ſimultas nobis poſſit obſtare. Referendum ad illud quod alio dictum eſt loco, Odium Vatinianum, & Odium nouercale.

Pluris eſt oculatus teſtis unus, quàm auriti decem. LIIII

Plautus in Truculento, Pluris eſt oculatus teſtis unus, quàm auriti decem. hoc eſt, Longe maior eſt habenda fides referentibus ea quæ uiderint oculis, quàm ijs qui narrant ab alijs audita. Idem innuunt poëtæ, duas apud inferos inſomniorum fingentes portas, alteram eburnam, per quam falſa inſomnia ueniant ad ſuperos: alteram corneam, per quam uera. Vergilius Aeneidos ſexto Homerum imitatus, ex Odyſſeæ τ.

Sunt geminæ ſomni portæ, quarum altera fertur
Cornea, qua ueris facilis datur exitus umbris.
Altera candenti perfecta nitens elephanto,
Sed falſa ad cœlum hac mittunt inſomnia manes.
His ubi tum natum Anchiſes, unaq; Sibyllam
Proſequitur dictis, portaq; emittit eburna.

Seruius interpretatur, per corneam portam, oculos intelligendos, quòd colore ſint corneo: per eburneam dentes, nimirum oſſeos & candidos. Per corneam egredi ueras umbras, quòd ea demum certa ſint quæ conſpicimus oculis. Per eburnam falſas, quòd uana plerunque ſoleant eſſe quæ fama percipiuntur. Itaq; Aeneas per eburnam portam dimiſſus, ſignificat pro falſis habenda, quæcunque de inferis narrarit poëta. Adagij meminit & Apulcius libro primo Floridorum, narrans quemadmodum Socrates prouerbium inuerterit: Pluris eſt auritus teſtis, quàm oculati decem. Nam cum conſpexiſſet adoleſcentem decorum, ſed diutile tacentem: Vt te uideam, inquit, aliquid eloquere. Senſit itaq; Socrates, aurium iudicium certius eſſe quàm oculorum, quòd oculis non niſi corporis formam contueamur, ex oratione mentis habitum deprehendamus. Iuſtinianus Inſtitutionum libro 3. de gradibus cognationum, oculatam fidem appellat, quum res ſubijcitur oculis. Vnde cæcam diem appellant, cum non protinus exhibetur pactum: oculatam quum præſente pecunia res agitur.

Vulpi eſurienti ſomnus obrepit. LV

Πανῶσαν ἀλώπεκα ὕπνος ἐπέρχεται. id eſt, Eſurienti uulpi ſomnus obrepit. Vbi quis inopia cibi dormit. Nam nonnullis pauperibus ſomnus loco paſtus, teſtãte uerſiculo illo prouerbij inſtar celebrato,

Υπνος δὲ πεῖναν τὼν πανὶ σχᾶϑον λαμᾷ. id eſt,
Somnus domat famem malorum peſſimum.

Pauperem autem uulpem appellat, quòd callida ſit inopia, & multarum repertrix artium, iuxta illud quod alibi retulimus, πενία τὴν σοφίαν ἔλαχε. id eſt, Paupertas ſapientiam ſortita eſt. Neque perperam dicetur & in illos qui diſſimulant, conniuentq; ad quædam, ut per occaſionem aliquid commodi ferant. Siquidem uulpes urgente fame ſomnum adſimulat, ut allectas aues capiat, deuoretq;. Fit autem hoc phyſica quadam ratione, ut famem ac ſitim extinguat ſomnus. Adagium recenſuit Diogenianus.

Ad deorum aures peruenit. LVI

Εἰς θεῶν ὦτα ἦλθεν. id eſt, Ad deorum aures peruenit. Vbi facinus aliquod clanculum patratum, reſciſcitur ab ijs qui poſſunt uel remunerari recte factum, uel punire ſecus admiſſum. Sic enim imaginantur poëtæ, quæ recte, ſecúsue gerantur in terris, ea per Mercurium explorata referri Ioui. Is deinde concilio deorum conuocato, de pœna ſtatuit. Eſt illud etiam nunc ſolenne in principum & pontificum literis, Ad noſtras aures peruenit. Paulo diuerſius paſtor ille Vergilianus.

Et quoties, & quæ nobis Galatea locuta eſt,
Partem aliquam uenti diuûm referatis ad aures.

De rebus egregijs, quæq; deorum auribus dignas iudices. Itidem Horatius. Et Ioui auribus iſta Seruas.

Admirabiles in nectendis machinis Aegyptij. LVII

Δεινοὶ πλέκειν τὰς μηχανὰς Αἰγύπτιοι. id eſt,
Nectunt ſtupendas machinas Aegyptij.

De uerſutis, & ut ait Plautus, conſutis dolis dictitatum. Torqueri poteſt, & in perplexas ſophiſtarum argutias, ac ſyllogiſmorum inexplicabiles labyrinthos. Aut in ſycophantas ac delatores qui uera falſis permiſcendo nectunt calumnias. Ammianus 14. refert, Paulo cuidam qui plurimos admirandis technis deferebat apud Conſtantium, uulgò cognomen inditum cathenæ, quòd in complicandis delationibus nodos necteret inſolubiles. Celebrabantur olim Aegyptiorum opera ex uarijs lignorum fruſtrulis miro quodam artificio connexa, quorum eſt & Herculanus nodus. Adagium hoc cognatum eſt illi, quod alibi retulimus, καϛαϐιώτικον ἄμμα. id eſt, Caßioticus nodus. Caßium enim in Aegypto eſt, quemadmodum paulo ſuperius oſtendimus.

Aceſei & Heliconis opera. LVIII

Ακεσιος, καὶ ἑλικῶνος ἔργα. id eſt, Aceſei & Heliconis opera. Quæ ſingulari artificio confecta uiderentur, ſic antiqui-

Ayuntamiento de Madrid

tus appellabantur. Locum prouerbio fecerunt duo quidam celebratæ artis artifices. Acceſeus natione Patarenſis, & Helicon Caryſtius. Hi primi contexuiſſe dicuntur peplum Palladis Poliadis. id enim cognomen Mineruæ, quæ in arce Athenienſium colebatur.

Aceſias medicatus eſt. LIX

Ἀκεσίας ἰάσατο. id eſt, Aceſias medicatus eſt, dici ſolitum de re quæ ſemper uergeret in deterius, quoq; magis curaretur, hoc peius haberet. Occaſionem adagio dedit Aceſias quidam medicus imperitus & ſtupidus, qui dum cuidam pedum dolore laboranti mederi ſtudet, auxit dolorem. Vnde Ariſtophanes,

Ἀκεσίας, inquit, τὸν ποδόκοπον ἰάσατο.

Quòd ea pars quantumuis cures, tamen per ſe ſemper inquinetur. Autor Diogenianus.

Agamemnonij putei. LX

Ἀγαμεμνόνεια φρέατα. id eſt, Agamemnonij putei. De nouis & admirandis operibus dicebatur. Aiunt enim Agamemnonem & circa Aulidem, & paßim in omni Græcia puteos effodiſſe, ne per æſtum aquarum inopia laborari poſſet. Autor Zenodotus.

De fera comediſti. LXI

Ἀγελὶν βεβρωκας. id eſt, De fera comediſti. Dicebatur olim oſcitanti. Nam uulgò creditum carnem ferinam comeſam crebras oſcitationes excitare. Venuſtius erit, ſi commode transferatur ad ſupinos, oſcitabundos & negligentes.

Ruris fons. LXII

Ἀγρῦ πηγή. id eſt, Ruris fons. De nimium laborioſis, & perpetuo operi aßidentibus. Cuiuſmodi fingit Menedemum Terentius. Conueniet item & de negotio laborioſo, cuiq; nunquam exhauſti ſatis eſt. Nam hoc ipſum uerbum πηγή, hyperbolen habet copiæ non tantum apud Græcos, uerumetiam apud Latinos.

Aeſopicus ſanguis. LXIII

Αἰσώπειον αἷμα. id eſt, Aeſopicus ſanguis. Delphi Aeſopum quendam nihil commeritum interemerunt, eamq; ob cauſam iratum numen dira illis uaticinabatur. Sunt qui putent hunc Aeſopum eſſe, cuius nomine feruntur apologi. Traduntq; huiuſmodi quædam ſuper illius interitu, tametſi fabulis quàm uero propiora. Cùm Delphos profectus gentis illius iram in ſe conuicijs & contumelioſis apologis conciuaſſet, Delphi ſacra phiala in huius peram clanculum impoſita, Phocidem conſecuti, comprehenſum ſacrilegij damnarunt, obteſtantemq;, ac dira imprecantem præcipitarunt. Mox oborta peſtilentia, conſultum oraculum, admonuit ut Aeſopi manes placarentur. Itaq; Delphi monumentum Aeſopo conſtituerunt. Cæterum Græciæ principes & eruditi, ſimul atque cognouiſſent indignam Aeſopi mortem, Aeſopicum ſanguinem ulti ſunt, ſublatis ijs qui fuerant mortis autores. Vnde dici ſolitum aut ubi quis præter meritum acerba pateretur, aut ubi propter læſam innocentiam irati ſuperi pœnam immittere uiderentur. Meminit huius hiſtoriæ Plutarchus in commentario, cui titulus περὶ τῶν ὑπὸ θείας βραδέως τιμωρουμένων. Nempe Aeſopum multum auri uim accepiſſe à Cræſo, uti Delphis ſplendide ſacrificaret, & Delphorum ſingulis quatuor minas diſtribueret. Verùm cum incidiſſet illi neſcio quid diſſidij cum Delphis, ſacrum quidem fecit, cæterum pecuniam quam acceperat diſtribuendam, Sardis miſit, Delphos indignos iudicans eo beneficio. Quamobrem irati, ſacrilegij condemnatum præcipitarunt è rupe quam Hyampeiam uocant. Eo facto deus indicauit terræ ſterilitatem, & morborum prodigioſorum uim inſtare. Proinde territi Delphi, in publicis Græciæ conuentibus aßiduè per præconem clamabant, ſi quis eſſet qui pœnas Aeſopi nomine de ſe uellet ſumere. Tandem tertia generatione Samius Idmon aduenit, nihil affinis Aeſopo, ſed nepos eorum qui Aeſopum Sami emerant: huic cum pœnas quaſdam dediſſent, malis leuati ſunt. Indicat eodem in loco Plutarchus dici ſolere, quoties ſero pœna datur.

Manum ferulæ ſubduximus. LXIIII

Et nos manum ferulæ ſubduximus, id eſt, nos quoq; literas didicimus, & præceptorum opera ſumus uſi. Nam antiquitus literatores diſcipulorum manus ferula cædebant. Eſt autem ferula fruticis genus, quo non aliud leuius, ut indicat Plinius lib. 13. cap. 22. Græcis νάρθηξ dicitur, utilis ad fulciendos uacillantes ætate ſenes. Vnde & Baccho Silenoq; ſacer, ut uino titubantes fulciat, nec oneret tamen. Eſt enim ligno duriſſimo foris, licet intus lignum non habeat. Hac exceptum ignem cœleſtem poëtæ fingunt Prometheum deportaſſe in terras. Poſtremo hinc fiunt ſceptra pædagogorum, ut Martialis appellat, quo terreant magis quàm lædant. Notauit id eleganter Columella in carmine,

Nec manibus miteis ferulas. Et ibidem,

-Ferulæq; minaces Plantantur.

Vnde manum ferulæ ſubduxiſſe dicuntur, qui deſierunt in ludo literario uerſari, neque iam pueri docendi, ſed utcunq; docti ſunt. Iuuenalis in prima Satyra,

Et nos ergo manum ferulæ ſubduximus, & nos
Conſilium dedimus Syllæ. Hieronymus ſubduximus accipere uidetur, pro eo quod eſt ſubiecimus, ſuppoſuimus. Sic enim ſcribit ad Domnionem, Et nos didicimus literas, & nos ſæpe manum ferulæ ſubduximus. Niſi fortè manũ ferulæ ſubducere pueri dicuntur, cum metu plagæ ſubtrahunt manum. Eſt ſimilis apud Græcos ſermonis color. Citatur apud Athenæum libro 13. Timocles,

Δεῖ δ' ἔτι
Ἀγωνιᾶσαι, καὶ ῥαπισθῆναι, καὶ
Πληγὰς λαβεῖν ἁπαλαῖσι χερσὶν ἀλλύγοις. id eſt,
Opus eſſe adhuc
Trepidare, & alapis cædi, & in teneras manus
Recipere plagas, res profectò ſuauis eſt.

Aetnæus cantharus. LXV

Αἰτναῖος κάνθαρος. id eſt, Aetnæus ſcarabeus. De magnis & fœdis. Ariſtoph. in Pace,

Οὐκ οἶδ' ὅποι ἀποίχεται' ἀτναῖον μέγιστον κάνθαρον.

Aetnæum autem dixit, quaſi prægrandẽ, uel quòd in Aetna uarij maximiq; ſcarabei ſint: uel Aetnæus dixit, tanquam inſtar Aetnæ montis maximus. Porrò ſcarabeus inſecti genus, quod è ſtercore ut naſcitur, ita paſcitur. Fabulis quoque ante proditum eſt, Aetnam unum è Gigantibus præcipuum complexam fuiſſe, ac ſeruaſſe, ne cum reliquis periret fulmine. Vnde & illud, Οὔτε πῦρ ἔφαπτον ἐπ' αὐτὸν ἦλθεν, οὔτε αἴτνα πιέζει αὐτόν. id eſt, Nec ignis cœleſtis illum attigit, nec Aetna illum premit. Autor Diogenianus.

Ex tua officina. LXVI

Nihil iam hac figura tritius. Ex tua officina, ex aliena officina. Ex noſtra officina depromi dicuntur quæ à nobis inuenta, noſtroq; ingenio perfecta ſunt. Ex aliena, quibus ab alio mutuo ſumptis utimur ut noſtris. Nam officina locus ubi opifices ſuas exercent artes. Sumpta metaphora ab ijs qui aliena opera in ſuis uendunt tabernis. Hoc quo longius traducetur ad res animi, hoc fuerit lepidius: ut hoc conſilij quis non intelligat è tua prodiſſe officina? Totum hoc negotij tuæ fuit officinæ.

Extra chorum ſaltare. LXVII

Ἐκτὸς χορῶν ὀρχεῖσθαι. id eſt, Extra chorum ſaltare dicitur, qui dicit aut facit à re quam propoſuit alienum aliquid. Etenim qui choros agunt, certis limitibus, certisq; numeris adſtricti mouentur, ut liberum non ſit quò libet euagari. Quodſi quis diſcrepet à lege chori, ridiculus habeatur.

Exord

Ayuntamiento de Madrid

Exordiri telam. LXVIII

Pleræq; metaphoræ quæ ducuntur a textrina, prouerbij faciem præ se ferunt. Plautus in Bacchidibus: Exorsa hæc tela est non male omnino mihi. Idem in Pseudolo, Neque nunc quid faciam scio, Neq; exordiri unde occipias, habeas, Neque ad detexundam telam certos terminos. M. Tullius lib. De oratore dixit, pertexere pro perficere. Pertexe modo, inquit, Antoni quod exorsus es. Rem enim quam arte consilioq; instituimus, exordiri dicimur. Et reteximus quæ denuo refingimus. Item illud ad Herennium: Ego te iam detexam ab exordio, id est, ab initio uitæ explicabo qualis sis. Cognatum illi quod alio commemorauimus loco, Ea tela texitur. κρόκα κλώσαι, Pollux citat ex Græcis autoribus.

In caducum parietem inclinare. LXIX

Prouerbiali figura, in caducum parietem inclinare dicimur, cum nitimur, confidimusq; rei parum firmæ, ducta metaphora ab ædificijs. Hadrianus imperator de Commodo adoptato, & imperij successioni destinato, dictitare consuerit, in caducum parietem inclinamus, & perdidimus quatermilies sestertium, quod populo, & militibus pro adoptione Commodi dedimus. Caducum autem parietem uocabat, quòd esset ualetudinarius, & rebus gerendis inhabilis esse uideretur. Item qui senis præsidio nititur, qui forma superbit, qui in caducis fortunæ bonis uitæ præsidia collocat, recte dicetur, in caducum inclinare parietem. Huic proximum est illud Maronis,

In te omnis domus inclinata recumbit.

Scipioni arundineo inniti. LXX

Ad eandem formam pertinet, quod apud Hebræos in prouerbio fuisse uidetur. Arundineo inniti baculo, de eo qui spes suas figit in his qui non solum non possunt esse præsidio, uerumetiam noceant destituto. Siquidem arundineus scipio, non modo non sustinet innitentem, uerumetiam manum penetrat, ac uulnerat. In libri Regum 4. cap. 18. Et item apud prophetam Esaiam, cap. 36. Ac rursum apud Ezechielem, cap. 29. Aegyptus & Aegypti rex baculus arundineus dicitur, cuius fiducia bellum susciepiebatur, & futurum prædicitur, ut is confractus non solum non fulciat innitentem, uerum etiam manum illius perterebret. Non admodum abludit ab illo quod alibi retulimus, Ficulnum auxilium.

Homo Bombylius. LXXI

Βομβύλιος ἄνθρωπος. id est, Bombylius homo, dicitur uerbosus multiq; strepitus, cæterum inutilis. Bombylius Græcis, apis aut uespæ genus, à sonitu, sicuti uidetur appellatum, ingens, sed ad mellificium inutile, fauos sibi nectit è luto. Est & ingens apis ac musca, quam à strepitu sic dixerunt. Hesychius addit βομβυλίδας Græcis dici bullas, quas nasci uidemus ex aqua, quæ mox euanescunt. Item bombylion dici poculi genus, quòd paulatim exstillante potu sonitum reddit in modum animantis, de quo dictum est, quanquam & huic à bombo uocabulum. Apud Suidam quidam tibicinem, pro bombylio, βομβαύλιον dixit, addita litera α, παρὰ τὸ αὐλεῖν βομβεῖν. Quin & Marcus Tullius Philip. 3. meminit cuiusdam Bambalionis, hominis nihili & impeditæ linguæ. Bimbalio, inquit, quidam pater homo nullo numero. Nihil illo cõtemptius, qui propter hæsitantiam linguæ stuporemq; cordis, cognomen ex contumelia traxerit. Hesychius ait Græcis βομβαλεῖν esse labijs tremere. Nam id accidere solet hoc uicio linguæ laborantibus, quemadmodum & frigore horrentibus. Quanquam autem hæc uox uarijs modis describitur, tamen eadem est origo, nimirum à sono titubanter loquentium, aut uehementer algentium. Adagium refertur apud Zenodotum.

Buthus obam bulat. LXXII

Βοῦθος πλανᾶται. id est, Buthus oberrat. De leuibus ac stolidis dicebatur. A' moribus Buthi cuiusdam athletæ, qui uicerat in Pythijs ludis. Huius meminit Cratinus, ἢ χείρωσι, teste Zenodoto. Meminit & Hesychius, indicans, & Aristotelem alicubi de huius uictoria memuisse. Fieri potest, ut huic id nominis inditum fuerit ab edacitate, quòd solidos boues uorare soleat. Nã cognominatus est & Hercules Βοῦθοινας, quòd aliquãdo esuriens quendam è bubus Theodamantis, quibus ille terram proscindebat, abductum occidit, ac uorauit. Vnde uidetur dici posse in edaces, hoc est, βορώγους.

Bunas iudex est. LXXIII

Βοῦνας δικάζει. id est, Bunas iudicat. In nonnullis codicibus scriptum est Βαλίας non Βοῦνας, sed deprauate, ni fallor. Vbi lis in longum profertur, nec unquã explicatur. Qui mos nunc est perditissimis aduocatis nostri temporis, ut subinde nouam reperiant causam producendæ litis, quo plus nummorum extorqueant à litigatoribus. Paræmia nata à Buna quodam Athenensi. Cum esset controuersia inter Calydonios & Eleos, utrique rem ad arbitrium Bunæ detulerunt. Conuenerat autem, ut à manibus temperarent, donec ille de negotio pronuntiasset. Quod ubi sensisset Bunas, de industria audiebat quidem utranque partem, cæterum per fictas occasiones rem in longum distulit, nec unquam de lite uoluit pronuntiare. Autor Mnaseas apud Zenodotum.

Bos sub iugum. LXXIIII

Βοῦς ὑπὸ ζυγόν. id est, Bos sub iugum, ubi quis assidue laborat, aut ubi se quis laborioso inuoluit negotio. Ductum à bubus agricolis. Quin & hic erit locus utendi, cum negabimus aliquem ad id trahendum negotij, ad quòd munistrandum parum sit idoneus, sed cum qui sit aptus, quòd bos iugo ducendo natus uideatur, non item canis, aut ceruus. Proinde confine fuerit illi quod alio positum est loco, Bos clitellas. Recensct Zenodotus.

Tenui filo. LXXV

Tenui filo, pro stilo subtiliori, minusq; grandiloqua oratione. Nam Rhetores treis faciunt orationis χαρακτῆρας, grandem, tenuem, & mediocrem: sumpta metaphora à nentibus, aut certe à textoribus. Horatius,

—Tenui deducta poëmata filo.

Ausonius in oratione, qua Gratiano imperatori de consulatu gratias agit. Tenuiori, inquit, filo, ut dicitur, deducta libauerim. Cui diuersum erit, Crasso filo, crassiore filo. Veluti si dicas, Barbaros crasso filo tractare rem theologicam. Marcus Tullius libro De oratore secundo dixit, uberiore filo, pro copiosius: & in Senectute, aliud filum orationis, pro alio dicendi genere.

Tenui uena, diuite uena, tenui canale. LXXVI

Rem eandem alia reddunt metaphora, cum aiunt, Paupere uena, benigna uena, diuite uena. Venam autem appellant indolem, & uim genuinam ingenij: translatione ducta, uel à fontibus, quorum alij angustiore uena manant, alij tanta, ut flumen ingens efficiant: uel à metallis quorum etiam uenæ non genere tantum, sed & copia differunt. Simillimum his est, quod ait Quintilianus libro undecimo, Pleniore tamen hæc canali fluunt: Vos Albani tumuli atque luci.

Ὑπερμαζᾶν. LXXVII

Μάζα Græcis genus est cibi è simila tritici, quod, ut apparet, in delicijs erat, unde uulgari ioco dicebant, ὑπερμαζᾶν, pro opipare, splendideq; uiuere, siue ob egregias mazas, siue quòd aliquid his etiam lautius sumerent. Eam uocem Iul. Pollux lib. 7. indicat fuisse ueterum, pro qua recentiores dixerint κεδιᾶν, à iumentis ductum, quibus hordeum placentæ sunt. illud mirũ cum hoc uerbũ proferat ex Æschylo

Ayuntamiento de Madrid

& Sophocle, cur recentiorum esse dicat, nisi forte apud recentiores cœpit usitatius esse quàm ὑπερμαζᾶν. Euplous ad Thalasserotem, ὑπερμαζᾶς ἢ μέμψωσ, Ἀκόυω γάρ σε λοιδόρων γυναικὸς ἐρᾶν. id est, aut luxu diffluis, aut insanis. Nam audio te captum amore mulieris maledicæ. Consimili forma dicebant ματτυάζειν, à Mattya cibi genere, quod Athen. lib. 14. recenset inter secundæ mensæ delicias.

Nec propius ferire. LXXVIII

Οὐδ' ἴσασι βάλλειν. id est, Ne propius quidem ferire dicuntur, qui procul absunt à scopo, multoq; interuallo aberrant à re proposita. Sumptum est ab imperitis sagittarijs, cuiusmodi cum Diogenes ille Cynicus conspexisset, proxime scopum considit: rogatus quid sibi uellet, ne me feriat, inquit: innuens quiduis illum facturum potius quàm scopum. Ergo qui nimium aberrant à signo, οὐδ' ἴσασι βάλλειν dicebantur: perinde ualet quasi dicas, οὐδὲν ὅμοιον. id est, Nihil simile. ἀπὸ σκοποῦ dixit Homerus. Vsurpauit hoc adagium Plato lib. De repub. 9. καὶ ταῦτα δὴ πάντα, πρὸς τύραννον πονηρίας τε καὶ ἀθλιότητι πόλεως παραβαλλόμενα, τὸ λεγόμενον οὐδ' ἴσασι βάλλει. id est, Hæc quidem sanè omnia ad tyrannum collata, malitia miseriaq; ciuitatis haudquaquam accedunt ad scopum, ut prouerbio dici solet. Suidas admonet, è linguæ proprietate dictum prouerbium, uelut & illud quod proxime sequitur. Huc alludisse uidetur Lucianus in Dialogo quē inscripsit, ὑπὲρ τῶν εἰκόνων. Μὴ εἶναι τὴν τηλικούτων ἀξίαν, μηδὲ ἐγγὺς. i. Neque enim esse me tantis laudibus dignam, ne prope quidem. Item Aristides in Miltiade, οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐδὲ ἐγγύς, id est, Multum abest, ut hæc ita se habeant. Adagium hoc referendum in gregem illorum quæ commemorauimus alibi, τὸν ὀφθαλμὸν ἁμαρτάνειν, & toto errare cœlo, & tota errare uia.

Diolygium malum. LXXIX

Διωλύγιον κακόν. id est, Ingens malum, ipsa loquendi figura prouerbialis est. Vtitur hoc adagio Plato in Theæteto, Οὐ μακρὰ μὲν καὶ διωλύγιος φλυαρία. id est, Haud longa quidem ac Diolygia nugacitas. Apud Suidam referuntur hæc ex autore quopiam Damascio opinor, καὶ ταῦτα οὐδὲ διωλύγιος φλυαρία δόξειεν εἶναι, μὴ διακάων, ὃ κατὰ γραῶν ὕθλον λεγόμενον, ἀλλὰ πολλὰ μεγίστων φλυάφων. id est, Nónne hæc uel maxima nugamenta uidebuntur? Sanè uidebuntur, & quidem merito. Non iuxta deliramenta, quæ uocant anicularum, sed ultra maximas nugas. Chrysostomus aduersus Iudæos oratione prima ait, μέγα διωλύγιον ὀλολύζαντες, id est, clare iubilantes, ut uox procul queat exaudiri. loquitur de pastoribus uiso lupo inter se uociferantibus. Vocis originem bifariam indicant. διωλύγιον, quasi διὸλε ἰὸν, quod clamor nusquam non penetret: & διωλύγιον, quasi διολλύον. id est, perdens & exitium adferens. Dicitur autem prouerbium de eo qui malo quopiam ingenti ac diuturno tenetur.

Eadem tibi & Pythia & Delia. LXXX

Ταῦτα σοι καὶ Πύθια καὶ Δήλια. id est, Hæc tibi & Pythia & Delia. Quoties supremum aliquod opus significamus. Perinde quasi dicas, hæc summa omnium quæ gesturus es in uita. Citatur adagium ex Menandro. Natum aiunt ab oraculo quodam reddito Polycrati Samiorum tyranno. Nam is posteaquam Rheneam insulam cepisset, eamq; consecrasset Apollini, constitutis apud Delum ludis pulcherrimis Delphos misit consulturos, utrum oporteret eos ludos Delios an Pythios appellare. Respondit oraculum, ταῦτά σοι καὶ Πύθια καὶ Δήλια, futurum innuens, ut propediem excederet è uita, idq; euenit. Itaq; res in prouerbium uersa. Cæterum si scribas ταυτὰ, uertes eadem: si ταῦτα, uertes hæc. Neque enim ad sensum magni refert.

Claue findere ligna, & securi fores aperire. LXXXI

Τῇ κλειδὶ τὰ ξύλα σχίζειν, τῇ δὲ ἀξίνῃ τὴν θύραν ἀνοίγειν. id est, Claui ligna findere, securi uero fores aperire conaris: cum res præposterè geritur, ueluti si quis liberos metu studeat emendare, seruos beneficijs sibi adiungere. Aut si quis apud imperitos philosophicis rationibus agat, apud eruditos clamore & improbitate uincere conetur. Refertur à Plutarcho, libello cui titulus, περὶ τῆς ἀκόης.

Bellerophontes literas. LXXXII

Βελλεροφόντης τὰ γράμματα. id est, Bellerophontes literas. Subaudiendum uerbum aliquod accommodum sententiæ, adfert, aut aliud aliquod. Locus erit huic prouerbio, cum quis literas uelut commendatitias perfert, quæ contra ipsum sint descriptæ: Vulgò literas Vriæ uocat. Neq; dissimilis est historia apud Hebræos. De Bellerophonteis literis huiusmodi fabulam commemorant Græci. Bellerophontes propter occisum Bellerum Argos exilio mutans, in Tirynthem peruenit, Prætiq; regis hospitio est usus. Interim Anteæ regis uxor, adolescentis amore correpta, cœpit illius animum ad stuprum sollicitare, & sui copiam obtulit. Ille ubi flagitium recusasset, uidelicet hospitij religione permotus, illa prior occupans, uersoq; in odium amore muliebri, Bellerophontem apud maritum occulte defert, tanquam ab illo fuisset de stupro interpellata. Quod ubi persuasisset, quod ad poterat regis animum in perniciem iuuenis instigabat, semper ad aurem occinens illud Homericum,

Τεθνάμεν ὤ σε πρέπει ἠὲ κακὸν βελλεροφόντην. id est,
Aut morere Prœte, aut interfice Bellerophontem.

Prœtus itaq; uere regio ingenio, & ut Homeri utar uerbo, ἀγκυλομήτης, uelut officij causa Bellerophontem ad Iobaten hospitem mittit, additis literis uelut in illius commendationem scriptis. In his mandabat Iobatæ, ut iuuenem quoquo pacto tolleret è medio. Bellerophon ut est minime suspicax innocentia, literas acceptas reddit, ut fuerant obsignatas. Quas ubi perlegisset Iobates, quo Prœto gereret morem, aggreditur adolescentem honesto titulo perimere. Nam hic fermè malorum principum mos. Animum iuuenis suapte sponte ferocem, ad periclitandas uires, gloriamq; parandam inflammat. Ac primum persuadet, ut cum chimæra congrediatur. Id erat monstrum triforme,

Prima leo, postrema draco, media ipsa Chimæra.

Id est, Caprina specie. Hanc Bellerophontes equo insidens alato, telo confixit confecitq;. Post alijs atq; alijs periculis, obiecit iuuenem, à quibus omnibus quum ille uictor rediret, rex & uires admiratus, & ex euentu coniectans innocentiam literas Prœti ostendit, generum asciuit, ac moriens eidem imperij successionem tradidit. Itaq; quisquis imprudens aut nunciat, aut facit quippiam, quo se prodit, in eum recte dicetur, Βελλεροφόντης τὰ γράμματα, aut quicunque sub officij prætextu lædit. Adagium recensetur à Zenodoto. Plautus in Bacchidibus: Tace, nullus homo dicit, hæ tabellæ te arguunt. Quas tu attulisti, hæ te uinciri iubent. Aha Bellerophontem iam tuus me fecit filius. Egomet tabellas detuli, ut uincirer, sine. Effertur adagium in hunc etiam modum, Βελλεροφόντης κατ' σαυτ. id est, Bellerophontes aduersus seipsum. Lucianus in apologia τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων. κατ' σαυτ ὁ Βελλεροφόντης γεγραφὼς τὸ βιβλίον. id est, Qui Bellerophontes librum aduersus seipsum scripseris. Simili commento rex Pharnabazus imposuit Lysandro. Refert Plutarchus in ipsius uita.

Cœno puram aquam turbans, nunquam inuenies potum. LXXXIII

Βορβόρῳ ὕδωρ λαμπρὸν μιάνων ὅπου' εὑρήσεις πότον. id est,
Si limpidam perrexeris

Cœno

Cœno aquam ſpurcare, nunquam quod bibas inueneris.

Carmen eſt Trochaicum, quod nos Hemiſtichio & carmine eiuſdem generis expreſſimus, Dici ſolitum, ubi quis ea quæ ſunt per ſe pulcherrima, contaminat admixtis ijs quæ ſunt turpiſſima. Veluti ſi quis poëticæ admiſceat obſcœnitatem, ſuo utiq; uitio. Nam ars per ſe ſyncera: aut ſi quis theologicam eruditionem hæreticis opinionibus deprauet, aut ſpurcitia ſermonis inquinet, aut prophanis contaminet literis. Aut amicitiam principis crebris offenſis irritet. Conueniet in hos quoq; quibus hæc uita grauis eſt, idq; ipſorum culpa, quod animi uitio, quæ per ſe moleſta non ſunt, moleſtiam adferre uideantur. Quod ſi adſit mens à ſtultis affectibus immunis, quicquid acciderit, uoluptati futurum eſt.

Charetis pollicitationes. LXXXIIII

Αἱ χάρητος ὑποσχέσεις. i. Charetis pollicitationes. Dici ſolitũ, ubi quis facile ac benigne promittit, iuxta illud Naſonis,

Promittas facito, quid enim promittere lædit?
Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt.

Natum adagium à Charete quodam Athenienſium duce, qui quiduis cuiuis pollicebatur, At non præſtabat item quod receperat. Hunc Charetem nunc ferme reges & pontifices imitantur, dum omnibus omnia promittunt, neque recuſant quicquam, ut ſaltem ſpe lætos à ſe dimittant. Atque ultro etiam inuitant ut rogentur, ſpe uidelicet illectantes. Narrat & de Veſpaſiano filio, quum admoneretur ne tam facilis eſſet ad pollicendum, quòd longe plura promitteret quàm præſtare poſſet, reſpondit, Non oportere quenquam ab imperatoris conſpectu triſtem diſcedere. Adagium refertur à Suida, nec dubito quin ſumptum ſit ex Ariſtophane.

Ceſcon habitas. LXXXV

Κέσκον οἰκεῖς. id eſt, Ceſcum habitas. In ſtupidum & bardum dicebatur. Ceſcos Pamphyliæ ciuitas, cuius ciues ob uecordiam ſtultitiamq; uulgò male audiebant. Iuxta Ceſcũ urbem fluuius erat, cui nomen ἄνους. i. amens. Quanquam Suidas qui & ipſe prouerbij meminit, Ceſcum ponit in Cilicia, non in Pamphylia. Vnde & uulgari ſermone iactatũ eſt, πόλις κέσκος νοῦν οὐκ ἔχουσα. id eſt, Ceſcus ciuitas mentis inops. Quadrabit & in cœtum, aut concilia bulũ hominum ſtultorum. Conuenit cum eo quod aliàs oſtendimus, Bœotica ſus. Adagium recenſet Zenodotus. Illud obiter admonẽdum, locum hunc in Suida deprauatum haberi in dictione κέσκος, & pro κέσκον οὐκ ἔχαν, legendum eſſe κέσκον οἰκεῖν.

Circulum abſoluere. LXXXVI

Τὸν κύκλον ἀποδελεῖν. id eſt, Circulum abſoluere, eſt rem omnibus numeris, omnibusq; partibus perfectã reddere. Vnde & κυκλοπαίδεια dicta, quæ diſciplinarum omnium uelut orbem abſoluerit, & ἐγκύκλιος παιδεία. Metaphora ſumpta uidetur à mathematicis, apud quos circularis figura perfectiſſima abſolutiſſimaq; iudicatur. Vnde illud non ſine cauſa laudatum carmen de ſapiente,

Mundi inſtar habens teres atq; rotundus,
Externæ ne quid labis per leuia ſidat.

Conſine illud, παντὶ ῥυθμῷ. id eſt, Omni numero. Ita Fabius in præfat. libri 8. Quam ut per omneis numeros, & penitus cognoſcere, ad ſummam ſcientiæ neceſſarium eſt, ita incipientibus ſimplicius ac breuius tradi magis conuenit, Quod à muſicis ductum uidetur.

Calidam ueruti partem. LXXXVII

Τὸ θερμὸν τῆ ὀβελοῦ. id eſt, Calidam ueruti partem. Subaudiendum arripuit, aut ſimile quippiam: ubi quis per imperitiam negotij ea parte rem aggreditur, qua minime tutum fuerat aggredi. Aut ubi quis ob inſcitiam pro melioribus eligit peiora. Zenodotus ait huius adagij meminiſſe Sophoclem. Sumpta metaphora ab ijs qui per imprudentiam, eam ueruti partem manu prehendunt quæ calet, deinde offenſi reijciunt, & alteram partẽ apprehendunt. Non uſquequaq; diſſimile huic, ἁλιεὺς πλυγεὶς νόον εἶσεν. id eſt, Piſcator ictus ſapiet, quod alio loco retulimus.

Titanicus aſpectus. LXXXVIII

Τιτανῶδες βλέπειν. i. Titanicum tueri, hoc eſt, uultu Titanico obtueri, Titanicum autẽ toruum uocant, ac tetricum: ac cuiuſmodi fuiſſe feruntur uerteres illi Titanes. Lucianus in Timone, Ἐκπετάσας γὰρ τὼ ὠγωνα, καὶ τὰς ὀφρῦς ἀνατείνας, καὶ βεβρυθυμωμένος τι πρὸς αὐτὸν ἔχεις τιτανῶδες βλέπων. id eſt, Itaque promiſſa barba, reductiſq; ſupercilijs ſecum murmurans neſcio quid, accedit Titanico uultu aſpiciens. Idem in Icaromenippo, ὁ Ζεὺς μάλα φερεῶς δριμύτι καὶ τιτανῶδες ἀπ' ἐμὲ ὑπέβλωψ. id eſt, At Iupiter admodum terribiliter, acriterq; & Titanico me intuens uultu.

Thraces fœdera neſciunt. LXXXIX

Θρᾷκες ὅρκια οὐκ ἐπίστανται. id eſt, Thraces fœdera non norunt. Apud Thraces euenit, ut natu maximus quidam iaculo per pectus adacto interierit. Vnde Ionibus & Aeolibus ueluti per ænigma dici cœptum, Θρᾷκες ὅρκια οὐκ ἐπίστανται. quòd natu grandibus honos magis debeatur apud hos qui legibus uiuunt. Porrò Thracum barbariem & immanitatem perfidiamq; ſatis arguit interemptus à Polymneſtore Polydorus, hoſpitij iure uiolato. Et Euripides in Hecuba

Τάχ' ἦν παρ' ὑμῖν ξάδιον ξενοκτονεῖν,
Ἡμῖν δὲ γ' αἰσχρὸν τοῖσιν ἕλλησιν τόδε. id eſt,
Iugulare forſitan hoſpitem uobis leue eſt,
Nobis Achiuis iſtud oppido eſt graue.

Thunniſſare. XC

Θυννίζειν, Græci transferunt pro ſtimulare pungereq;, uel quòd hic piſcis, quo ſit palato gratior, pungi ſoleat, uel quòd ipſe piſcis adurat, pungatq; contactu. Plinius libro 9. cap. 15. rem auditu nouam memorat de Thynno. Ait in mari animalculum eſſe perquam exiguum, aranei magnitudine, ſcorpionis effigie: id ſe Delphino, & ei qui gladius uocatur, crebro Delphini magnitudinẽ excedenti, ſub pinna affigit aculeo, tantoq; infeſtat dolore, ut in naues ſæpenumero exiliant. Athenæus lib. Dipnoſoph. 7. prodidit, Thunnorum generi, quos Athenienſes Thynnidas appellant, ſubter uentrem pinnam affixam eſſe, quæ uocetur athera. Addit piſci nomen inditum, παρὰ τὸ θύειν, quod impetu feratur, præſertim cum œſtro concitus agitur, id quod illi accidit circa ſolſtitium æſtiuum. Id eſt animalculum in capite ſpecie ſcorpij, magnitudine drachmæ. Quo malo ſic exagitantur, ut ex aquis ſubſiliant, non minus alte quàm Delphini: Atque huius rei teſtem adducit Ariſtotelem. Lucianus in Ioue Tragœdo, Ἀπαγε, θυννῶδες τὸ ἐνθύμημα ὦ πόσειδον, καὶ κομιδῇ παχύ. id eſt, Apage Thunnicum enthymema Neptune & ſupra modum pingue. Rurſum in eodem Dialogo ad idem uerbo alludens, Εἰ ταμὰ ὅτως ὑμῖν ἀποτεθύνισαι. id eſt, Si mea uobis ita expuncta ſunt. Adagium recenſetur à Diogeniano.

Citius uſura currit quàm Heraclitus. XCI

Θᾶττον ὁ τόκος ἢ Ἡράκλειτος τρέχει. id eſt, Citius uſura quàm Heraclitus celerrimus currit. Admonet adagium abſtinendum à mutua pecunia quæ credatur ad uſuram. Nam opinione celerius recurrere diem uſurarium. Sumptum prouerbium ab Heraclito quodam celeritate currendi præter cæteros eximio atque excellenti. Iuxta Doricam dialecton dictum eſt, Ἡρακλείτω & τρεχνίω pro Ἡρακλείτῃ τρεχνίῃ. Videtur carmen fuiſſe trochaicum tetrametrum catalecton paucis ſyllabis deprauatis.

Celerius quàm Butes. XCII

Θᾶττον ἢ Βότης. id eſt, Celerius quàm Butes. Hoc adagio ſignificabant aliquid quàm primum abſolui, compẽdióq; explicari.

Ayuntamiento de Madrid

cari. Quemadmodum ſolent ij qui paucis uerbis, & ijs truncè pronuntiatis, longam ſententiam ſignificant. Aiunt hinc fuiſſe natum Athenis inter picturas Stoæ porticus, depictus erat Bates quidam, atq; ita pictus, ut ſumma capitis pars cum oculis duntaxat uideretur, uidelicet ut ſpectator imaginaretur reliquum corpus tegi montis obiectu in quo ingrediebatur. In eius igitur picturæ quoniam non multum operæ ſumpſerat pictor, prouerbio, iactari conſueuit de his quæ facile perficiuntur. Autor Zenodotus.

Lydus oſtium clauſit. XCIII

Λυδὸς τὴν θύραν ἔκλαυσε. id eſt, Lydus oſtium clauſit. De furacibus dicebatur, quòd Lydi non diſcederent, niſi re quapiam ſublata. Quod ſi permittitur nobis diuinare, cur autem non permittatur in re tam uetuſta, cum nec autor extet, nec interpres? malim accipere de ijs qui rem quampiam obſcœnam aggreſſuri, fugitant arbitros, abduntq; ſeſe, propter Lydos molliciei notatos. Vnde & Plautus Lydum uolſum appellat. Alluſit ad prouerbium, atque utinam aperuiſſet etiam, Plutarchus in commentario quem ſcripſit aduerſus Colotam. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, καθάπερ ὁ Λυδὸς ἐφ' ἑαυτὸν ἀνοίγειν οὐ θύραν μίαν, ἀλλὰ πάσας τὰς πολίσεις τὰ ἀποκρύφων, καὶ μεγίσταις περιβάλλειν τὰ ἐπίπροσθεν. id eſt, At mihi uidetur, quemadmodum Lydus aduerſus ſeipſum, nō unam aperire ianuam, ſed pluribus ac maximis difficultatibus Epicurum inuoluere. Niſi ſi cui magis placet, ut hic Plutarchi locus referatur ad illud, quod aliàs dicetur, uiro Lydo negotium non erat. Heſychius meminit prouerbij, ſed nihil addens præter hæc uerba, Ἐπὶ τῶν μωροκλεπτῶν, de ſtultè furacibus. Verum hic prodidit nobis depranatam in alijs libris ſcripturam, legendumq; non ἔκλαυσε, ſed ἐκίνκλαυσε. id eſt, mouit ſiue tentauit. Fures enim imperiti dum non ſine ſtrepitu mouent oſtium, ſeſe produnt ſæpius. κινκλίζειν enim Græcis, autore Suida, polyſemon eſt. Sonat enim, σαλεύειν, μοχλεύειν, ἦχον ποιεῖν, κινεῖν. id eſt, mouere, obdere peſſulum, ſtrepitum facere, attingere. Hæc eſt autem præcipua furum ars, ut ſiue ingrediantur, ſiue egrediantur, abſq; ſonitu moueant oſtium. Ex his iam arbitror eſſe perſpicuum quid ſentiat Plutarchus.

Lydus in meridie. XCIIII

Λυδὸς ἐν μεσημβρίᾳ. id eſt, Lydus in meridie. In hominem inſatiatæ, aut etiam intempeſtiuæ libidinis dictitabatur. Narrant Lydos adeo libidine perditos fuiſſe, ut non tantum noctu uacarent uoluptati Veneræ, uerumetiam ipſo meridie laſciuirent manibus fœdum opus peragentes, unde λυδίζειν dicunt Græci, pro Lydorum more uitam egere. De gentis huius luxu deliciisq; multa commemorat Athen. lib. 12. Meminimus alibi, nimirum in prouerbio, Sybaritica mēſa, de conuiuio Sybaritico, in quo & Venus admiſcebatur. Porro nullum eſt tempus magis alienum à coitu, quàm uel meridiei ob æſtuantem ſolem, uel conuiuij, propter ſpiritus circa ſtomachum & concoctionem occupatos.

Caprarius in æſtu. XCV

Αἰπόλος ἐν καύματι. id eſt, Caprarius in æſtu. Conſimilem habet ſenſum, uidelicet intempeſtiuæ libidinis. Nam his horis caprarij, dum ſeductis gregibus in umbra latitant, laſciuire ſoliti ſcribuntur. Zenodotus utrunque refert adagium, & item Suidas. Poterit ad quamuis uoluptatem accommodari non in tempore adhibitam.

Lydus cauponatur. XCVI

Λυδὸς καπηλεύει. id eſt, Lydus cauponatur. In effœminatos & uoluptatibus addictos iaciebatur. Ex huiuſmodi natum hiſtoria tradunt. Cyrus rex deuictis Lydis imperauit ex conſilio Cræſi, ut cauponiam exercerent, neque tractarent arma, ſed ueſte ad terram uſq; demiſſa uterentur, quæ olim molliciem indicabat, ut ad eum modum ueluti in fœminas transformati, ad rebellionem fierent inutiles. Herodotus lib. 1. tradit, Lydos primos omnium cauponcs & inſtitores extitiſſe. Heſychius tradit, ab his inuenta ſpectacula, & hinc Romanos dixiſſe ludos. καπηλεύειν Græcis proprie dici, qui uendunt eſculenta. Prouerbium ſapiunt & illa quæ refert Suidas, λυδιάζω ſeu λυδίζω, pro eo quod eſt, Lydorum more uiuo. Refertur à Suida.

Lydorum carycæ. XCVII

Λυδῶν καρύκας. id eſt, Lydorum carycas, antiquitus appellabant, quicquid eſſet opiparum, & uarijs conditum cupedijs. Nam caryca cibi genus Lydij, ex multijugis lautitijs & ſanguine confectum. Athen. Dipnoſoph. lib. 12. tradit, carycarum apparatum primum repertum à Lydis. Effertur adagium integre ad hunc modum, Μήτε λυδῶν καρύκας, μήτε μαγίνων ψόφους. id eſt, Nec Lydorum carycas, nec flagrorũ ſtrepitus. Subaudiendum, uolo, aut ſimile quippiam. id eſt, nec blandimenta uolo, nec conuicia, nec nimium blanda, nec rurſum aſpera nimium, de quo plura dicentur aliâs.

Lupinum potum. XCVIII

Λυκεῖον ποτὸν. id eſt, Lupinum potum dicebant, ubi quis uoluptatem ſui periculo capitis emeret. Narrant duos erupiſſe fontes ſacros Apollini, quorum alter uino ſcateret, alter melle, ad quos cum aues aduolarent, arcu feriebantur. Porro Apollo ſuper cætera cognomina dictus eſt & Lucius, ſiue à luce quam aperit, ſiue à lupis interfectis. Autores Zenodotus & Suidas, admonentes penultimam eſſe circumflectendam. Nam λύκειον prima acuta, gymnaſium eſt Athenis, quod quidam à Piſiſtrato, quidam à Pericle conſtructum putant. Atque hinc ortum prouerbium, confine illi, Vt canis è Nilo.

Lupi decas. XCIX

Λύκου δεκάς. id eſt, Lupi decas. Dictum apparet in eos ad quos inhoneſti lucri pars aliqua tametſi puſilla rediret. Aut in eos qui largitionibus eſſent corrupti, aliósue corrumperent. Nam Athenis in foro ubi cauſæ agebantur, Lycus quidam genius ſcalptus ſtabat, lupina ſpecie. Apud hanc ſtatuam Sycophantæ pecunia corrupti uerſari conſueuerunt, uelut apud deum quempiam ſui quæſtus præſidem, eiq; in dies ſingulos triobolus ſecabatur. Autore Zenodoto, quanquam attigit & Heſychius. Suidas addit, Sycophantas fuiſſe decem numero, ueluti decem uiros referentes. Meminit huius Ariſtophanes in Veſpis.

Θ' ἡγῶνον εἴ ποθ' ἐκκεκλοικάς τὸ τοῦ λύκου. id eſt,
Siquà ſimulacrum efferre poßies Lyci.

Erat hoc quæſtus genus apud ueteres inuiſißimum eorum qui in ius uocabant, ut ex damnato dicta mulcta portionem aliquam præmij loco ferrent. Vnde & ſectores dicti ſunt, & quadruplatores.

Verba importat Hermodorus. C

Λόγους ἐμπορεύεται Ἑρμόδωρος. id eſt,
Sunt Hermodori uerba mercimonium.

In eum dicebatur qui præter uerba nihil adferret. Quemadmodum Laches in Ecyra Terentiana Pamphilum filium rogat, num' unã duntaxat ſententiam ſecum è Lemno reportaſſet. Aut in eos qui uerba uẽdunt pecunia, quod in pœtas, aduocatos, fumi uenditores, atque in id genus homines recte dici poterit. Natum aiunt ab Hermodoro quodam Platonis auditore, qui commentarios ab illo conſcriptos, in Siciliam deportare conſueuerit, atque inibi uenditare. Vnde Siculi, ut ſunt dicaces, rem in prouerbium uerterunt, dicentes, Hermodorum pro mercibus importare uerba. Cæterum ſophiſtæ & philoſophi lucubrationes ſuas λόγους appellant. Alluſit haud dubie huc M. Tullius libro Epiſt. ad Atticum 13. Dic mihi, placétne tibi primum ædere iniuſſu meo? Hoc ne Hermodorus quidem faciebat is qui Platonis libros ſolitus eſt diuulgare, ex quo λόγοισιν ἑρμόδωρος. Porro licet Cic

Ayuntamiento de Madrid

cet Cicero mutilum adduxerit prouerbium, tametsi addas ἐμπορεύεται, conſ.bit Græcus ſenarius. Hinc & λογίμπορος dictus, qui præter uerba nihil adfert.

CHILIADIS SECVNDAE CENTVRIA VII.

Pomarius Hercules. I

MΗλιος ἥρακλῆς. i. Pomarius Hercules. Per contemptum dicebatur in eum, qui nomen quidem magnificum gereret, cæterum opibus nullis nullaq; potentia pollens. Ab euentu natum. Narrat Suidas, cum ruſtici quidam Herculi bouem eſſent immolaturi, iſq; rupto fune profugiſſet, nec eſſet quod ſacrificaretur, malum arreptum ſuppoſitis quatuor ramis crurum uice, deinde additis alteris duobus ceu cornuum loco, bouem utcunque ſunt imitati. idq; ridiculum ſimulachrũ pro uictima ſacrificauerunt Herculi. Iulius Pollux lib. De uocabulis rerum primo, fabulam aliquanto ſecus narrat, nempe ad hunc modum. Solenne eſt, inquit, apud Ecœtos, Herculi malis rem diuinam facere. Cumq; iam adeſſet dei feſtum, & immolandæ victimæ tempus urgeret, porrò hoſtia erat aries, cum ea ſerius adduceretur, propterea quod Aſopus fluuius ita ſubito creuiſſet, ut tranſiri non poſſet, pueri qui iuxta aram ludebant, ſacrificij ritum nihilominus peregerunt. Pulchro cuipiam malo quatuor ſtipulas uice pedum addiderunt, rurſum alias duas cornuum loco, imaginantes ſeſe ad eum modum arietem immolare. Creditum eſt Herculem hac victima magnopere delectatum, proinde manſiſſe apud Thebanos hunc morem, ut malis ſacrificaretur Herculi. Cognomen hinc additum deo, ut ἥρακλῆς μήλων i. Hercules malorum uocaretur.

Verecundia inutilis uiro egenti. II

Ἀλλὼς δ' ὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ παρεῖναι.

Ita legitur apud Homerum Odyſſeæ P. Citatur à Platone in Lachete. Ac mox,

Ἀλλὰ δ' ὐκ ἀγαθῷ φῶς ἔμμεναι ἀνδρὶ παρεῖκτι.

Apud Heſiodum item.

Ἀλλὼς δ' ὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ κομίζει. id eſt,

Verum homini pudor haudquaquam conducit egeno.

Is uerſus in prouerbium abijt. Admonet autem abijciendum pudorem, quoties urget neceſſitas. Eſt enim uerecundia cum ad multa uehementer inutilis, tum maximè cum res poſtulat, ut omnia nobis ſint facienda: uelut inutilis pudor eſt qui deterret à diſcendo quod turpe eſt neſcire. Et, ut ait Flaccus, Incurata malus pudor ulcera celat. Idem alibi, Pudor, inquit, te malus urget. Eodem alluſit Euripides in Iphigenia in Aulide,

Ομως δ' ὅσον γε δίκαιον ἀνδρεῖόν χρεών. id eſt,

Verumtamen pudere oportet eatenus, Quoad licet.

Homerus Iliados Ω ſcribit uerecundiam ſeu reuerentiam plurimum prodeſſe, & eandem officere plurimum,

_Οὐ δέ οἱ ἀνδρὸς

Γίγνεται ἥτ' ἄνδρας μέγα σίνεται ἠδ' ὀνίνησιν. id eſt,

Nec pudor eſt illi, qui uel lædit uehementer,

Vel multum prodeſt homini.

Et uidere eſt nonnullos hoc inutili pudore præditos, qui corporis incommoda celare malunt, quàm amicorum ope tolli: quo ingenio fuiſſe legitur Apelles, cui & morbum & inopiam diſſimulanti candidus amicus furtim ſub ceruicale pondus auri ſubmiſit. Sed eorum multo maxima turba eſt, qui animi morbos & egeſtatẽ inutili pudore diſſimulant. Atqui his ferè accidit, ut poſt malo in apertum erumpente, tum miſerius, tum fruſtra erubeſcant.

Ventrem mihi obiicis. III

Commemorantur & hi uerſus in Græcanicorum adagiorum collectaneis,

Γαστέρα μοι προφέρεις κάλλιον οὐδὲν ἁπάντων,

Ἣ πλήρης μὲν ἐλαφροτέρα, κενεὴ δὲ βαρεῖα. id eſt,

Ventrem mi obiectas, quo probrum haud pulchrius ullũ.

Plenus is eſt leuior, grauis idem ubi pendet inanis.

Equidem ubi prouerbiũ ſit, non uideo, niſi in hoc, κάλλιον οὐδέν, quod apud Græcos prouerbij uice uidetur uſurpatum. Euripides in Iphigenia Aulidenſi,

Καλόν γε μοι τ' ὄνειδος ἐζωνίδισας. id eſt,

Mihi opprobraſti probrum honeſtum ſcilicet.

Aut in ea parte uelut ænigmatica, leuis cum plenus eſt, grauis cum inanis. Nam reliqua uaſcula quo pleniora ſunt, hoc ſunt grauiora, quo magis inania, hoc leuiora. Contrà, uenter quo diſtentior cibo, hoc leuior eſt, propter auctos excitatoſq; paſtu ſpiritus.

Turpe ſilere. IIII

Αἰσχρὸν σιωπᾶν. i. Turpe ſilere. Hoc licebit uti, quoties quis alterius exemplo extimulatur ad ſtudium, aut negotium aliquod ſuſcipiẽdum. Aut natum, aut certè uſurpatum ab Ariſtotele, qui cum Iſocrates rhetoricen doceret, æmulatione commotus, cœpit & ipſe pomeridianis illis ſuis περιπατοῖς dicendi artem docere, dicens illud, Αἰσχρὸν σιωπᾶν λαλεῖτ' Ἰσοκράτης. i. Turpe ſilere loquente Iſocrate. M. Tullius in opere de Oratore oſtendit è tragœdia quapiã mutuaſſe Ariſtotelem, paucis immutatis. Scribit enim hunc in modũ: Ariſtoteles cum florere Iſocratem nobilitate diſcipulorum uideret, quòd ipſe ſuas diſputationes à cauſſis forenſibus & ciuilibus ad inanem ſermonis elegantiam tranſtuliſſet, mutauit repente totam propè formam diſciplinæ ſuæ, uerſamq; quendam de Philocteta paulo ſecus dixit. Ille enim turpe ſibi ait eſſe tacere cum barbaris, hic autem cum Iſocratem pateretur dicere. Ad Atticum libr. 6. Ego, niſi Bibulus, qui dum unus hoſpes in Syria fuit, pedem porta nõ plus extulit quàm domo ſua, admiraretur de triumpho, æquo animo eſſem. Nunc uerò αἰσχρὸν σιωπᾶν, Hoc nunc quidam abutuntur, nihil exiſtimantes turpius quàm ſilere, ne apud homines illiteratos parum eruditi, parumq; diſerti uideantur. Vnde apud Lucianum præceptum illud ἀπαιδεύτου ῥήτορος μηδὲ πρὸ σιωπᾶν. i. Ne unquam ſile, propterea quod apud imperitos is demum infans & imperitus habeatur, qui non perpetuo garriat.

Munerum animus optimus. V

Ξενίων δὲ τε θυμὸς ἄριστος. id eſt,

Verum in muneribus res præſtantiſſima mens eſt.

Græcis hemiſtichium Heroicum prouerbiale, quo ſignificatur in amicorum muneribus non eſſe ſpectandum rei miſſæ pretium, ſed mittẽtis potius animum, ut Xerxes ille aquam manibus hauſtam, à ruſtico libenter accepit. Et Chriſtus uiduæ nummulos omnibus diuitũ muneribus prætulit. Et quidam monet exiguum munus à tenui miſſum amico, perinde ut maximum boni conſulere. Plinius in præfatione, diuerſa extulit metaphora. Verum & dijs lacte ruſtici, multæq; gentes ſupplicant: & mola tantum ſalſa litant, qui non habent tura. Quin tritiſſimum hodie eſt, ut qui munus aliquod offerant, animum iubeant ſpectari, non rem, refertur adagium à Phurnuto in opere De natura deorum.

Neſcit capitis & inguinis diſcrimen. VI

Qui eò impudentiæ uel cæcitatis potius deuenerunt, ut nullum prorſus faciant diſcrimen inter honeſtum ac turpe, ibi neſcire dicuntur, quid interſit inter caput & inguen. Inter honeſta corporis membra caput primum obtinet locum, ac proinde rectè nudatur: quæ uerò ſub uentre ſunt, ut inhoneſta teguntur. Iuuenalis de muliere temulenta,

Ayuntamiento de Madrid

_Quid enim Venus ebria curat?
Inguinis & capitis quæ ſint diſcrimina neſcit.

Prouerbialis figura dictum uidetur.

Multitudo imperatorum Cariam perdidit. VII

Πολλοὶ στρατηγοὶ καρίαν ἀπώλεσαν. id eſt,
Multi duces deperdidere Cariam.

Admonet ſentrius, nihil eſſe perniciosius licentia multitudinis, dum nulli paretur, ſed prosua quiſq; libidine rem gerit. Hanc Græci uocant ἀναρχίαν, malum penè tyrãnide peius, quæ nihil poteſt eſſe peius. Par autẽ malum eſt πολυαρχίᾳ cum eo quod dicitur ἀναρχία. Idem docet Homericum illud Iliados lib. 2. quod ipſum in prouerbium abijt,

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη εἷς κοίρανος ἔστω. id eſt,
Multos imperitare malum eſt, rex unicus eſto.

Nam his uerbis Vlyſſes mibtes tumultuantes, in quibus erat & Therſites, compeſcit. Eum Homeri ueſticulum uſurpauit Dion, quum uetaret Heraclidem inobri factionem. Autor Aemilius Probus. Natum adagium à Caribus quondam florentiſſimis, poſtea per ciuiles ſeditiones eò redactis, ut etiam in uilitatis prouerbium abierint, quemadmodum alio docuimus loco.

Mus albus. VIII

Μῦς λευκὸς. i. Mus albus, apud Suidam: μῦς κακὸς. i. mus malus, apud Diogenianum. In hominem laſciuum & libidinis immodicæ dicebatur. Nam mures domeſtici ſalaciſſimi ſunt, præſertim albi. Aelianus muram eſſe murum ſalacitatem autorum teſtimonijs docet, lib. 12. cap. 10. Atq; inter multa illud addit, Epicratem in fabula quapiam quum mulierem ſignificare uellet prodigioſæ libidinis, μυωνίαν appellaſſe, citatq; prouerbium, μῦς λευκὸς, ex Philemonis comœdia. Vnde receptum uidetur, ut inter amatoria blandimenta, quemadmodum paſſerculi, columbulæ, & id genus aliorum, itidem & muris cognomentum uſurpetur. Martialis:

Nam cum me murem, cum me tua lumina dicas.

Facies tua computat annos. IX

Prouerbiali nimirum ſchemate dictum à Iuuenale in uetulam, iam ἐξωρον quidem, & ad Veneris luſus prorſum intempeſtiuam, ſed quæ uerborũ nequitijs puellam etiamdũ ageret,

_Facies tua computat annos.

Hoc eſt frontis rugæ, numerum annorum tuorum præferunt, quanquam libido nondum in te conſenuit. Congruit huc Apologus de Crocodilo, cui iactanti maiorum ſuorum claritatem, & primas in certaminibus partes, uulpes ad hunc modum reſpondit, ἀλλὰ καὶ μὰ σὺ λέγῃς, ἀλλ' ἀπὸ ῥέματός γε φάνη, ὡς ὰν παλαιῶν ἐτῶν εἶ γεγυμνασωμένος. id eſt, Quin & ſi tu non dixeris, tamen ipſa pelle præ te fers, quòd multos iam annos in certaminibus ſis uerſatus. Habet enim hoc animal cutem, ceu laminis quibuſdam duriſſimis aduerſus omnes ictus armatam. Martialis in quendam qui affectabat etiamnum uideri puer, In te, inquit, reclamat, ſed tua barba uires,

Phœnice rarior. X

Φοίνικος σπανιώτερος. i. Phœnice rarior. De rebus aut etiam hominibus inuẽtu perquam raris. Natum adagium à fabula Phœnicis auis, de qua ſcribit Plin. li. 10. ca. 2. Et ante omnes nobilem Arabiæ Phœnicem, haud ſcio an fabuloſe, unum in toto orbe, nec uiſum magnopere. Aquilæ narratur magnitudine, auri fulgore circa colla, cætera purpureus, cæruleam roſeis caudam pennis diſtinguentibus, criſtus faciem caputq; flameo apice honeſtante. Commemorantur hoc loco & alia quædam de Phœnice prodigioſa, quæ quoniam ad prouerbij ſententiam nihil attinẽt, cui libebit inibi legẽda relinquo. Ouid. in transformationum lib. 15. ſub perſona Pythagoræ,

Vna eſt quæ reparet ſeq; ipſa reſeminet ales.
Aſſyrij Phœnica uocant, nec fruge, nec herbis,
Sed thuris lachrymis & ſucco uiuit amomi.
Hæc ubicunq; ſuæ compleuit ſecula uitæ,
Ilicis in ramis tremulæq; cacumine palmæ,
Vnguibus & duro nidum ſibi conſtruit ore.
Quo ſimul & caſias & nardi lenis ariſtas,
Quaſſaq; cum fulua ſubſtrauit cinnama myrrha,
Se ſuperimponit, finitq; in odoribus æuum.
Inde ferunt totidem qui uiuere debeat annos
Corpore de patrio paruum Phœnica renaſci.
Cum dedit huic ætas uires oneriq; ferendo eſt,
Ponderibus nidi, ramos leuat arboris altæ,
Fertq; pius, cunasq; ſuas, patriumq; ſepulcrum.
Perq; leues auras Hyperionis æde potitus,
Ante fores ſacras Hyperionis æde reponit.

Extat de Phœnice carmen & Firmiani Lactantij non inconcinnum, per Muſas, neq; faſtidiendum.

Non eſt laudandus, ne in cœna quidem. XI

Οὐκ ἐπαινεθεὶς δεῖ' ἐν τελευτῇ. i. Non queas laudari, ne in parentalibus quidem. In hominem dicebatur uehementer illaudatum. Antiquus mos erat, præſertim Atticis, in cœnis funeralibus, quas Græci τελείδειπνα uocant, encomijs, epicedijs & epitaphijs laudare uita defunctum, etiam ſi parum meruiſſet in uita. Siquidem, ut inquit Ouidius,

Paſcitur in uiuis liuor, poſt fata quieſcit.

Vnde fit, ut uiuos nonnunquã merita laude fraudemus, mortuis etiam immeritam tribuamus. Feſtus Pompeius docet, antiquitus ſolere conduci mulieres quæ in funere non ſine laudibus lamentarentur uita defunctum, alijsq; lamentandi modum præirent, unde & præficæ dictæ ſunt, quaſi præfectæ: citatq; Neuij teſtimonium. Hæc quidem me hercle opinor præfica eſt, quæ ſic mortuum collaudat. Fortaſſis hinc ductum eſt, quòd antiquitus mos fuiſſe uidetur, ut in compotationibus aliquorum, etiam uiuentium laudes dicerentur. Quemadmodum apud Platonem Alcibiades Socratis encomium refert, & apud Plutarchum, Alexandrum Magnum laudat Caliſthenes. Eiuſmodi uerò laudes non admodum ſpecioſæ uidebantur, ut inter pocula decantatæ. Nec abſurdum arbitror, ſi quis ad priſcorum cõſuetudinem referat paræmiam, qua fieri ſolet, ut in conuiuijs citharœdus, aut deorũ, aut inſignium uirorum facta cantaret. Velut apud Homerum in omnibus fermè conuiuijs, Apud Vergilium item,

_Cithara crinitus Iopas Perſonat aurata.

Tametſi hæ quoq; laudes plerunq; ad auditorum gratiam fingebantur. Adagium refertur à Diogeniano.

Pedibus in ſententiam diſcedere. XII

Quid ſit pedibus in ſententiam diſcedere, & quid pedaria ſententia, ſatis explicuit A. Gellius lib. 3. cap. 18. Id ſi transferatur ad quamlibet alienæ ſentẽtiæ cõprobationem prouerbij formam accipiet. Veluti ſi quis dicat. Non eſt uiri prudẽtis, quicquid uxori libuerit, protinus in illius ſentẽtiam pedibus diſcedere. Aut par eſt, ut affectus in rationis ſententiam pedibus diſcedat, non contrà. Ego uerò in tuam ſentẽtiam manibus pedibuſq;, ac toto corpore diſcedo. Translatum eſt à ueteri conſuetudine quæ ſeruari conſueuit, quoties, ingens erat turba ſuffragia ferentium. Liuius decadis primæ, lib. 7. Vbi ſententiam meam uobis peregero, tum quibus eadem placebunt, in dextram partem taciti tranſibitis. Quæ pars maior erit, eo ſtabitur conſilio. Et aliquanto poſt, Quibus hæc ſalutaria uidentur, agitedum in dextram partem pedibus tranſite. Omnes tranſierunt, uadentemq; per intermiſſa cuſtodijs loca Decium ſequuti ſunt. M. Tullius Philipp. 11. Dixit tamen ſi quis eorum qui poſt ſe rogati eſſent, grauiorem

Ayuntamiento de Madrid

grauiorem ſententiam dixiſſet, in eam ſe iturum. Idem in epiſt. ad Lentulum. Perſpiciebant enim in Hortenſij ſententiam multis partibus plures ituros, quàm aperte Volcatio aſſentirentur. Ibidem, Frequentes ierunt in alia omnia. Idem Planco, Frequens eum ſenatus reliquit, & in alia omnia diſceſſit. Hæc ratio ferendorum ſuffragiorum diſceſſio dicebatur. Plinius nepos epiſt. lib. 2. Adriano, Sed quum fieret diſceſſio, qui ſellis curulibus aſſiderant in Cornuti ſententiam ire cœperunt. Tum illi qui ſe collegæ adnumerari patiebantur, in diuerſum tranſierunt. Qui ſententias interrumpebat, intercedere dicebatur. T. Liuius libr. ab Vrbe condita 9. Quum omnes laudibus modo proſequentes iturum in ſententiam eius pedibus irent, tentata pauliſper interceſſio eſt. Idem ab Vrbe condita 5. In quam ſententiam quum pedibus iretur, cæteri tribuni militum nihil contradicere. Plin. maior lib. 2. cap. 7. nonnihil nouauit ſermonis formam, Sedere, inquiens, cœpit ſententia hæc, pariterq; & eruditum uulgus & rude in eam curſu uadit. Vehementer ac præcipitanter aſſentiri dixit curſu uadere in ſententiam, & ſedere dixit pro placere. Nam Flauius Vopiſcus in uita Aureliani imperatoris, indicat & manuum porrectione ſententiam alienam comprobari ſolere. Sic enim ſcribit. Deinde alijs manus porrigentibus, alijs pedibus in ſententiam euntibus, pleriſq; uerbo conſentientibus, conditum eſt ſenatuſconſultũ. Tale quiddam ſenſit & Salluſtius in bello Catilinario, quum ait, Sillanum poſtea permotum C. Cæſaris oratione, pedibus in ſententiam Tiberij Neronis iturum ſe dixiſſe, cæteros uerbo, alios uarie Cæſari aſſenſiſſe. Quintilianus dixit, Manibus pedibusq; in ſententiam diſcedere. Porrò qui uultu quoq; ac geſtu ſignificant ſe aſſentiri, toto corpore in ſententiã diſcedere dicuntur. Suffragiorum genus quod porrectis manibus peragitur, Græci uocant χειροτονίαν & χειροτονία, quam uocem uſurpant & ſacræ literæ. Vt ſecunda Cor. 8. χειροτονηθεὶς. Quinetiam ſubſcribere ſententiæ, ſubſcribere iudicio, ſubſcribere uoluntati, ſuffragari, refragari, atq; id genus aliæ metaphoræ, quoties longule trahuntur ab oratione ſimplici, in prouerbij ſpeciem paulatim abeunt.

Suſtine & abſtine. XIII

Epictetus Cynicæ ſectæ philoſophus uniuerſa philoſophorum dogmata, quæ ad humanæ uitæ pertinent felicitatem, quæq; tot uoluminibus uix explicant cæteri, duobus uerbis abſolute complexus eſt, quæ iam olim prouerbij uice celebrantur à doctis, digna profecto, quæ omnibus parietibus, omnibus columnis inſcribantur, omnibus annulis inſcalpantur. Ea ſunt huiuſmodi, ἀνέχου καὶ ἀπέχου. i. Suſtine & abſtine. Quorum altero monemur, ut aduerſa fortiter toleremus: altero, ut ab illicitis temperemus uoluptatibus. Referuntur in Noctibus Gellianis lib. 17. cap. 19. Apud Athenæum refertur hoc carmen, tacito autoris nomine,

Ἀγαθὸς ἀνὴρ λέγοιτ' ἂν ὁ φέρων τἀγαθά,
Ἀγαθὸς ἂν εἴη καὶ ὁ φέρων καλῶς κακά. id eſt,
Bona quiſquis adfert, uir bonus uocabitur,
Bonus erit & ille, qui mala pertulerit bene.

Naturam expellas furca, tamen uſque recurret. XIIII

Cùm uideam à Græcis quædam uelut obtorto, quod aiunt, collo in prouerbiorum aceruum trahi, cur ego uerear eiuſmodi recenſere, quæ præter adagij figuram, ita uenuſte dicta ſunt, ut uenuſtius dici non poſſint? Quod genus eſt illud Horatij in Epiſtolis,

Naturam expellas furca, tamen uſq; recurret.

Senſus eſt, haud facilè dediſci, quæ nobis natura penitus indidit atq; inſeuit. Quod ſi quando ui fit, ut uel metu, uel pudore, uel alia quauis cauſa perſonam alienam ſumamus, facilè per occaſionem redimus ad mores naturales. Velut qui metuunt peccare, non uirtutis amore ſed formidine fuſtis, ij ſimul atque tollitur fuſtis, recurrunt ad mores priſtinos. Et Terentius, Si ſperat fore clàm, rurſus ad ingenium redit. Ducta eſt metaphora à ramis, qui appoſita furca torquentur aliò quàm natura poſuerat: qua ſublata rurſum uergunt eodem quò prius. Pindarus in Olympijs hymno 11. eandem ſententiam aliter extulit. τὸ γὰρ ἐμφυὲς, ὅτ' ἄἴθων ἀλώπηξ, ὅτ' ἐσίβρομοι λέοντες διαλλάξαντο νόθον. id eſt, Nam ingenium natiuamq; indolem, nec aſtuta uulpes, neque præualidi leones mutare quiuerint. Quantumuis enim ſicures leonem, ſemper redit ad genuinam feritatem: neq; uulpes unquam obliuiſcitur fraudulentiæ natiuæ, quantumuis manſuefacta. Idem in eodem opere hympno 13. ἄμαχον δὲ κρύψαι τὸ συγγενὲς νόθον. id eſt, Difficile eſt occultare natiuos mores. Item Horatius alibi,

—Tolle periclum,
Iam uſg; proſiliet frenis natura remotis.

Nauis annoſa haudquaquam nauigabit per mare. XV

Ναῦς παλαιὰ πόντον οὐ πλώσῃ. i. Nauis antiqua non nauigabit per mare. Congruit in eos qui iam ob ætatis imbecillitatem ad res arduas obeundas ſuſtinendaq; pericula parum ſunt idonei, ac primum ipſi pereunt oppreſſi negotiorũ magnitudine, & in diſcrimen adducuntur quorum res agitur. Nota eſt allegoria. Refertur adagium à Diogeniano.

Ni pater eſſes. XVI

Εἰ μὴ πατὴρ ἦσθα, Ni pater eſſes. Hoc uulgò dici conſueuit, quoties honoris, aut metus cauſa conuitium reticebant, & coniiciendum relinquebant. Plene ſic effertur,

Εἰ μὴ πατὴρ ἦσθ' οὐκ ἂν ἔφην σ' οὐκ εὖ φρονεῖν. id eſt,

Ni eſſes pater, te ſupere dicerem haud bene. Eſt autem uerſus hic in Antigone Sophoclis. Sunt enim Hæmonis uerba Creontem patrem obiurgantis, quòd ſponſam filij pararet occidere. Itaque quoties ſenis, aut potentis, aut alioqui uenerandi ſententiam nobis haud quaquam probari ſignificabimus, cui tamen honoris cauſa nolimus refragari, ueluti ſi quis opinionem Ariſtotelicam apud Peripateticos tecte damnare uellet, loquetur ad hunc modum. Hæc ſententia habet grauiſſimum autorem. Fortaſſis enim phas non eſt ab Ariſtotele diſſentire. Alioqui, Εἰ μὴ πατὴρ ἦν, hoc eſt, niſi autoritati deferrem, habeo quo refellam. Quod ſi mutilum efferas, pluſculum etiam habebit gratiæ. Refertur à Diogeniano.

Magnum os anni. XVII

Μέγα στόμα ἔτους. id eſt, magnum os anni. Dicebatur quoties uberior rerum prouentus, aut uilior annona animos & loquendi libertatem adderet, alioqui timidioribus. Solent enim ruſtici magnificẽtius loqui largiusq; polliceri, ſpe prouentus uberioris. Refertur à Suida. Non admodum diſſidet ab illo, Fœnum habet in cornu. Item illo, Argenti fontes loquuntur.

Megaricæ ſphinges. XVIII

Μεγαρικαὶ σφίγγες. id eſt, Megaricæ ſphinges, ita ſcorta quædam uulgus olim appellabat, ſiue quòd uulgò molles ſphictæ παρὰ τὸ σφίγγω dicũtur apud Græcos, ſiue quòd apud Megarenſes nutrix ſphinx appelletur, ſiue quòd Megarẽſium mores improbi ficti q;, & populari conuitio quondam notati fuerint. Vnde Ariſtophanes in Veſpis, riſum Megaricum, de quo dictum eſt alibi, taxat.

Μὴ δ' ὦ γλωτα μεγαρόθεν κεκλασμένον. id eſt,
Sed ne Megaricos rurſus infractos iocos.

Suidas refert & hunc uerſiculum, ſed tacito, ut ſolet autoris nomine,

ἀλλ' ἔφιν ἡμῖν μεγαρική τις μηχανή. id eſt,
Nobis adeſt Megarica quædam machina.

Riſum

Ayuntamiento de Madrid

Riſum ſeu iocum Megaricum, intelligit molliciem Megarenſium. Refertur in collectaneis Diogeniani.

Mellis medulla. XIX

Μέλιτος μυελός. id eſt, Mellis medulla. De re maiorem in modum ſuaui dicebatur. Vnde & Ennius apud M. Tullium, M. Cornelium Cethegum, Suadæ medullã appellat, ob ſingularem ſuauiloquentiam. Nam quod optimum eſt, id natura uidetur intime recondidiſſe. Vnde & illa paſſim obuia, in medullis, & medullitus amare, non diſſident à ſimulachro prouerbiali. Huius eſt formæ, Δι' ἑλλάδος ἑλλάς.

Meliores nanciſci aues. XX

Ἀμεινόνων οἰωνῶν τυχεῖν. id eſt, Meliores nanciſci aues dicuntur, quibus poſt res aduerſas ſuccedunt proſperiora. Nam ut apud Latinos auis & ales interdum non animal, ſed omen ipſum & augurium ſignificat. itidem apud Græcos, οἰωνὸς & ὄρνις, quum ῥηθὸς non eodem accipiatur modo, quemadmodum indicat Euſtathius in primum Odyſſeæ librum. Horatius in Odis,

Mala ducis aui domum. Idem alibi,
Mæonij carminis alite. Homerus Iliados Ω.

Μηδέ μοι ἔυτε
Ὄρνις ἐνὶ μεγάροισι κακὸς πέλοι. id eſt,
Hiſce mihi ne tu fueris mala in ædibus ales.

Rurſum eiuſdem operis μ.

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. id eſt,
Optimum id augurium eſt patriam uirtute tueri.

Laborauit autem hæc ſuperſtitione antiquitas, ut in magnis rebus aggrediendis auium occurſus obſeruaret, neq; defuerunt qui eam uelut artẽ profiterentur. Atq; hinc apud Romanos augurũ collegiũ. Iam penè exploſa eſt apud Chriſtianos huius profeſſionis ſuperſtitio, ſed ita ut in eius locũ ſucceſſerit malũ propè peſtilentius, ãtq; adeo conduplicatum, nempe horum qui ex aſtris futura prænuntiant. Et aliorum qui numinis afflatũ mentiẽtes, apud credulam & indoctam plebeculam porphetæ uolunt haberi. Atqui mirũ eſt utroſq; inuenire quibus imponant. Imponunt enim non uulgò tantum, uerumetiam ipſis regibus & orbis moderatoribus.

Aliud genus remi. XXI

Ἄλλο γένος κώπης. i. Aliud genus remi. Dicebatur olim, ubi quiſpiam res nouas & antea nõ uiſas induceret. Aut ubi quis ueterſis moribus priſtinis, nouũ & inuſitatum uitæ genus inſtitueret. Hinc ortum aiunt, quòd Hercules cũ ad boues Erythræas nauigaret, leonis exuuio carbaſi uice, claua mali loco, pro rudentibus pharetræ loris, pro remo arcu, denique pro nauigio lebete ſit uſus. Quod inuſitatum profecto nauigandi genus cum uidiſſent accolæ, acclamabant, ἄλλο γένος κώπης. Refertur in Plutarchi collectaneis.

Clamoſior lauro ardente. XXII

Μείζων βοᾷ λάφνης χλώρας καιομένης. id eſt, Magis uociferatur quàm laurus uiridis incenſa, propterea quòd laurus adhuc uirens ignem coniecta, maximos crepitus ædit. Vnde & in maleficijs amatorijs incendi conſueuit, tanquam amantium querimonias repræſentans.

Daphnis me malus urit, ego hanc in Daphnide laurum.

Refertur à Diogeniano.

Nunc leguminum meſsis. XXIII

Νῦν ὀσπρίων ἄμητος. id eſt, Nunc leguminum meßis, id eſt, nunc tempeſtiuum hoc aut aliud agere. Veluti ſi quis admoneat iuuenem nunc adeſſe tempus parandæ gloriæ, parandæ eruditioni, parandis opibus idoneum, dicat, νῦν ὀσπρίων ἄμητος. Sumptum à ruſticis, qui tum maximè uigilant, nec ſinunt illud tempus per ocium perire. Recenſetur à Diogeniano & Suida.

Nunc dij beati. XXIIII

Νῦν θεοὶ μάκαρες. id eſt, Nunc dij beati. Vox erat uelut adgaudentis & adgratulantis quoties nocentibus ſupplicium meritis dignum contigiſſet, perinde quaſi dijs & iucundum et honeſtum ſit, ut ſcelerati dent pœnas. Contrà probroſum ſi uiris improbis res ſecundæ ſint, uidelicet iuxta ſententiam illam prouerbialem,

Θεοῖς δ' ὄνειδος τὸς κακὸς δολιμονᾶν. id eſt,
Probrum eſt deo, ſi res malis ſint proſperæ.

Siquidem hinc alij collegerunt nullos omnino deos eſſe.

Ordinem deſerere. XXV

Λιπᾶν τὴν τάξιν. i. Ordinem deſerere dicitur, qui deeſt officio ſuo in re quapiam peragenda, Ducta allegoria ab ijs qui ſtant in acie. Nam pœna capitalis erat, qui locum ab imperatore datum deſeruißet. Vnde et deſertoris uocabulum apud militares homines ignominioſißimum. Plato lib. De legibus iubet, τὴν καταλειπόντα τὴν φρουρὰν. i. qui excubias deſeruiſſet, in foro propalàm deſcribi, infamiæ notæq; cauſa, tanquam is quod in ipſo erat, rempublicam omnem prodiderit loco relicto. Ariſtophanes in Veſpis,

Φυλακὴν καταλύειν νυκτερινὴν διδάσκομαι. id eſt,
Deſerere nocturnam doceor cuſtodiam.

Lucianus in lib. De mercede ſeruientibus, χρὴ ὅρα σοι ἀεὶ σὺν ἀσφαλείᾳ, καὶ μηδέποτε ἀπολείπειν, ἀλλ' ἕωθεν ἥξαι σαφέστατα παρέχειν σεαυτὸν ὀρθιοστατοῦντα ἐν τῇ θεραπείᾳ, καὶ μὴ λιπεῖν τὴν τάξιν. id eſt, Neceſſum eſt itaq;, ut aßidue apud illum conſpiciaris, neq; deſis unquam, quin diluculo ſurgas, teq; in ſimulitio conſpiciendum exhibeas, neq; deſeras ordinem. Simpliciter uſus eſt Iſocrates in oratione De pace, ἀτιμώτεροι γίγνονται τῶν τὰς τάξεις λιπόντων καὶ ἀσπίδας ἀποβαλόντων. id eſt, Magis infames fiunt ijs qui ordinem deſerunt, & clypeos abijciunt. M. Tullius in Epiſtolis ad Atticum, de præſidio decedere dixit. In finibus bonorum, deſerere præſidium. In Catone, de ſtatione decedere, nimirum uarie reddens, quod Græci dicunt, λιπεῖν τὴν τάξιν. Apud Athenæum lib. 1. Eubolus comicus refert hunc uerſiculum ex Archilocho.

Ἀσυμβόλως δείπνου δ' ὅστις ὑστερεῖ,
Τοῦτον ταχέως νόμιζε καὶ τάξιν λιπεῖν. id eſt,
Ceſſando cœnæ quiſquis immuni deeſt,
Hic idem in acie facilè deſeret locum.

Aeſchines in apologia obijcit Demoſtheni, ὡς ἐγεγάφει λιποταξίου. id eſt, quòd illi dies eſſet dictus ob deſertum ordinem, quem ῥιψάσπιδα probro dictum aliàs commemorauimus. At ille eum qui diem ipſi dixerat, ad extremum adegit diem, occiſo eo Ariſtarchi præſidio, quemadmodum ibidem criminatur Aeſchines, Poſtremo Latinis in ſua claſſe manere dicuntur, qui non deſerunt uitæ inſtitutum, & claſſem ſuam deſerere, qui mutant.

Ouium nullus uſus. XXVI

Προβάτων δὲ λέγω ὄφελος ἐὰν ὁ ποιμὴν ἀπῇ. i. Ouium nulla utilitas, ſi paſtor abſit. Admonet adagium ἀναρχίαν rem eſſe omniũ perniciоſißimã. Nihil rectè faciunt miniſtri, niſi adſit herus. Inutiles diſcipuli, quoties abeſt præceptor. Inutilis populus, niſi principis autoritate gubernetur. Apparet ſenariũ fuiſſe. Nam paucis ſyllabis cõmutatis reſtituetur hoc pacto.

Προβάτων δὲ λέγω ὄφελος ἂν ποιμὴν ἀπῇ. id eſt,
Namq; uſus ouium nullus, ubi paſtor deeſt.

De huius animantis ſtultitia, quamq; ſibi ſit inutile, ni paſtoris cura ſuccurrat, lege quæ aliàs ex Ariſtotele citauimus in prouerbio, Ouium mores.

Periculum proræ ſelis. XXVII

Κίνδυνος ἢ ἐν πρῴρᾳ σελίς. i. Periculum ſella proræ. Quoties in re quapiam præcipuum periculum, caputq; negotij eſſe ſignificamus. Nam hoſtes expugnaturi nauim, in proram primum aſſultum faciunt. Selis autem ſella eſt, quæ in proris eſſe conſueuit, ſi Zenodoto credimus,

Impete

Ayuntamiento de Madrid

Impete peritum artis. xxviii

Βάλλ' ἐς ἔχοντα τὸν ἐπιστήμων i. Iaculare in eum qui nouit artem, ubi quis conuicium facit homini, qui norit & ipse retorquere conuicium, aut qui carpit uelut imperitum, qui non inferior sit in artis scientia. Sumpta metaphora uidetur ab ijs qui iaculo aut saxo petunt eum qui calleat ictum uel declinare, uel in iaculantem retorquere.

Philippi gallus. xxix

Φιλίππου ἀλεκτρυών. i. Philippi gallus. Hoc dictitari consueuit, ubi quis de leui quopiam facinore, perinde ut maximo sese iactaret. Nam Alectryon dux quidam erat Philippi regis, quem Chares Atheniensis confecerit. Apparet autem Charetem hunc huius facti, nimium crebro, nimisq; insolenter apud populũ Atheniensem uerba facientẽ meminisse solere, ut hinc uulgò sit usurpatum. Recẽsetur Apud Zenodotum.

Parit puella, etiam si male adsit uiro. xxx

Τίκτει κόρη ὅταν κακῶς ἀνδρὶ παρέῃ i. Parit puella, cum male etiam adfuerit uiro. Dici conuenit, quoties res facilè conficitur ex sententia, etiam si negligenter & ignauiter gesta fuerit. Veluti puella propter ætatis felicitatem facilè gerit uterum, etiamsi cum uiro non admodum uiro rem habuerit. Non item anus, imò bis uirum requirit ætas affecta mulieris. Ea res nec Augustinum fugit theologum. Nam quæstionem quod Abrahæm autore Paulo, Saræ effœtus, tamen ex Cethura sustulisse prolem legitur, sic explicat, ut dicat illum Saræ anui effœtum fuisse, Cethuræ puellæ fuisse uirũ. Egregium ingenium etiam sub malo & indiligente præceptore bonas literas assequitur. Contrà, si discipulus sit ὄνος λύρας, præceptor etiam optimus oleum perdit & operam.

Pasetis semiobolus. xxxi

Τὸ πάσητος ἡμιοβόλιον. i. Pasetis semiobolus. De re nouis stupendaq;, & præstigijs simillima. Veluti cum orator efficit ut eadem causa primum optima, mox pessima uideatur, res eadem maxima, statimq; minima appareat. Et cum sophistæ demonstrant eundem & asinum esse & hominem. Aut ubi quis asseuerat id factum, quod citra magiam aliquam fieri non potuerit, licebit ὑπερεπαρ, πάσητος ἡμιοβόλιον. Nec intempestiuiter dixeris, quum quidam ita dant munus aliquod, ut idem mox arte quadam ad se retrahant. Tradunt Pasetem quendam præstigiarum & magiæ peritia primum nomen meruisse. Is incantamentis quibusdam efficiebat, ut repente conuiuium omnibus instructum partibus adesse uideretur: rursum ubi libuisset, omnia protinus euanescebant. Emebat autem frequenter, pretiumq; rei numerabat, uerum mox nummus non apud uenditorem, sed apud Pasetem reperiebatur. Huiusmodi fermè tradit Suidas.

Paruus semper tuus pullus. xxxii

Μικρὸς ἀεὶ ὁ σὸς πῶλος. id est, Paruus semper tuus pullus. Vbi quis ob staturæ breuitatem diu puer uideri cupit. Conueniet & in hos, qui tametsi natu grandiores, tamen uerborum delicijs affectant uideri iuuenculi. Aut cum ob amorem cascus cascam puppam uocat, & ipse uicißim puppus audit, quod aliàs indicauimus. Aristophanis interpres admonet apud Græcos quod cuiq; uehementer charum esset, id pullum illius appellari solere, blandimur autem uerbis diminutiuis, eoq; in Equitibus quidam populo blandiens appellabat illum δημύλιον. id est, popellum, eoq; mox audit, ὡς ἀπὸ μικροῦ ἤυνυς ἀυξῆς θωπεύματίων γεγένησαι. id est, ut è pusillis blandiciolis beneuolus illi factus es, parua uocat blanda, atq; is uicißim audit. καὶ σὺ γὰ αὐτὸν πολὺ μικροτέροις τούτων δελεάσμασιν ἕλες, quòd ipse multo abiectius adulatus esset populo.

Phaselitarum sacrificium. xxxiii

Φασηλιτῶν θῦμα. i. Phaselitarum sacrificium, tanquam uile, citrà; sanguinem. Sordidum ac tenuem sumptum hoc adagio significabant. Tradunt enim apud Phaselitas Pamphyliæ gentem moris esse, ut pisciculi salsi dijs sacrificentur. Autor Zenodotus. Eudemus item scribit, eos Capro deo salsamentis rem diuinam facere, eiusq; rei testem citat Callimachum. Finitimum est illi, Sine fumo sacrum.

Peius babys tibia canit. xxxiiii

Κάκιον βάβυς ἀυλεῖ. i. Peius Babys cantat. Hoc adagium iaci cõsuerit in eos, quorum exercitatio semper uergit in peius. Quod genus sunt oratores quidam, qui quo diutius dicunt, hoc dicunt indoctius. Refertur autem ad huiusmodi fabulam. Ferunt Babym fratrem fuisse Marsyæ, qui non ueritus est ipsum Apollinẽ ad canendi certamen euocare. A quo quum esset uictus, ab eodem supinus de pinu suspensus excoriatus est. Deinde cum Apollo pararet Babym quoq; perdere, intercessit Pallas, admonens hunc usq; adeo infeliciter & indocte tibijs canere, ut omnino negligendus esse uideretur, κάκιον, inquiens, βάβυς ἀυλεῖ. i. Deterius Babys tibijs canit. Quibus uerbis commotus Apollo Babyn adeo contempsit, ut cum ne supplicio quidem dignum existimaret, sed suæ potius insciti æ iudicaret relinquendum. Vsurpabitur adagium & per comparationem, ut mentione facta de præceptore indocto, si quis de discipulo percunctanti, hoc pacto respondeat, κάκιον βάβυς ἀυλεῖ. Neque uerò repugnarim, si quis hoc loco κάκιον, accipiat pro miserius: ut sit sententia, Babym infeliciorem esse, dum indocte canens omnibus est ridiculus, quã si tolleretur è medio. Meminit huius adagionis Athen. lib. 14. ostendens dici solitum de ijs qui in dies deterius canerent. Quanquam hic locus apud hunc autorem depraua tus est in uulgatis exemplaribus, ni fallor. Sic enim legimus, καὶ κίων ἢ βάβυς ἀυλεῖ. i. Et Cion aut Babys canit. Erroris ansam præbuit, quòd paulo ante commemorans ineptos tibicines, quos Hipponax iambographus lacerasset, nominauit Cionem, Codulum & Babyn. In collectaneis quæ noster excudit Aldus reperio, τὸ βάβυος χορὸν. i. Babys chorum, pro indocta parumq; modulata cantione, & fabulam asscriptam huiusmodi. Mæandro fluuio duo fuere filij, quorum Babys solitus est unica tibia canere, Marsyas duabus Phrygio more. Cum autem suum uterq; chorum haberet & Babys inscite tractaret tibiam, frater eò insolentiæ sublatus est, ut Apollinem quoq; præ se contemneret, à quo cum esset excoriatus, iamq; Babyi similis pœna pararetur, Palladis interuentu exemptus est supplicio. Verum equidem suspicor scripturam esse depraua tam, ac legendum esse, τὸ βάβυος χεῖρον. ut idem sit cum eo quod modo retulimus.

Cercopum cœtus. xxxv

Ἀγορὰ κερκώπων. id est, Cœtus Cercopum, de conciliabulo, conuentuq; uersutorum & improborum hominum dicebatur. Narrant enim, Cercopes quosdã in Epheso fuisse notæ fraudulentiæ uiros, qui suis dolis conati sint ipsi Ioui imponere. Hos admonuerat mater, ne in Melampygũ inciderent, id quod euenit. Nam post ab Hercule uincti sunt iussu Omphales. Quidam aiunt, quosdam ob impostura s & malas artes, κέρκωπας, quasi caudatos, appellatos fuisse apud Ephesios atque Athenienses, ut idem sit sensus huius adagionis, & illius cuius alibi meminimus. λύκος λευκάς. Torquet hoc conuicium Aeschines in Demosthenem ὅτι μὲν ἦν ποθ' ὑπέρκωψ, ἡ τὸ καλάμβυον παπάλημα, ἢ τὸ παλίμβολον, ἢ τὰ τοιαῦτα ῥήματα, δῆλον πρότερον. νυνὶ δ' ἐξηγητὴν τοῦτον λαβὼν ἅπασης κακοπθείας μεμάθηκα. id est, Aliquando fuisse Cercopem, aut quod dicitur papalema, aut palimbolum antehac nesciebam. Nunc uerò nactus hunc omnis maliciæ expositorem, didici. Videntur & illa duo uerba papalema, & palimbolum fuisse iactata uulgò. Hesychius indicat παπάλημα dictum

Ayuntamiento de Madrid

dictum hominem ποικίλον ἐν κακίᾳ. id est, uarium in malitia: dictum apparet à πάλλω, quod est moueo, & παι syllaba per conduplicationem adiecta est, cuius futurum παλῶ, & παιπαλᾶν est circumspicere ac scrutari, nihilq; non tentare. Rursus παιπάλη, subtilissima pars frumenti cribro excussi, Concussione fit utrunque, sortitio & frumenti purgatio. Vnde πάλος sors, & πάλη farina. Proinde qui se uertunt in omnia, perplematis scommate notari uidentur, simul allusum suspicor ad uoces. Nam παῖς puerum sonat, & παλίνω uenor, siue in retia duco. Idem exponit multis uerbis quid sit παλίμβολον, nimirum hominem qui sibi minimè constat, sed facilè in diuersum reuoluitur. Suspicor conuictum sumptum ab instrumentis sic arte confectis, ut facilè recurrant in diuersum, atque hinc detortum in hominem lubricæ fidei.

Ceruinus uir. XXXVI

Ἐλάφου ἀνήρ. id est, Ceruinus uir, olim dicebatur formidolosus & fugæ fidens magis quàm uiribus. Cerua enim animal cursu perniciſsimum, & in uenatu pedibus sibi quærit salutem. Vnde apud Homerum Iliados 1. Achilles, ut uir fortis, Agamemnoni, uelut imbelli & ignauo conuicium facit ad hunc modum,

Οἰνοβαρὲς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο.

Obiecit illi temulentiam, impudentiam in occupandis aliorum præmijs, & cor ceruinum, quòd ad congressum timidus esset. Aristot. lib. De natura animantium nono tradit, ceruo natiuam quandam inesse prudentiam, ut quod uiribus tueri non potest, id efficiat ingenio: parere enim iuxta semitas, quo uidelicet tutior sit à beluis propter hominum frequentiam. Deinde posteà quàm peperit, inuolucrum statim exedit, ne deprehendatur: præterea hinulum ducens in stabula, monstrat, ac consuefacit quò debeat refugere, si quod immineat periculum, id ait saxum esse abruptum.

Cercopissare. XXXVII

Κερκωπίζειν. id est, Cercopissare dicuntur, uel qui lascciuiunt, aut qui adulantur. Metaphora ducta ab animantibus, quæ mota cauda adblandiuntur, ut Chrysippo placet, Suida teste: uel qui molesti sunt, obturbantq; & obstrepunt, ut uox deflexa sit à Cercopibus illis Lydijs, quos Hercules quod sibi cum Omphale cubanti, petulantius obturbarent, amicæ iussu uinctos de clauis suspendit, quemadmodum retulimus in adagio, Ne in Melampygum incidas.

Vale charum lumen. XXXVIII

Χαῖρε φίλον φῶς. i. Vale gratum lumen. Hoc apparet uulgò dici solitum, quoties extingueretur lucerna. Referunt autem ad fabulam, non admodum castam, sed docendi causa referendam tamen. Narrant enim anum quampiam, cum nuda libidinari pararet, extinxisse lucernam, ne rugæ situsq; corporis offenderet, et extinguentem dixisse, Χαῖρε φίλον φῶς. i. Vale amicum lumen. Quæ quidem uerba suspicor hoc magis in uulgi iocum abijsse, quòd ijsdem utantur in tragœdijs, exituri è uita, uelut Polyxena in Hecuba Euripidis, Iphigenia in sui nominis fabula, Alcestis & Electra, aliæq; complures. Tametsi Plutarchus Conuiualium quæstiuncularum, decade septima, problemate 5. indicat dictum à quodam, qui amicæ prodeunti in conspectum, quum ipse uino opinor cæcutiret, Χαῖρε, inquit, φίλον φῶς. Poterit ad uarios usus accommodari paræmia. Siue cum nos significamus licentius agere uelle. Nox autem tegit omne dedecus, & quoniam iuxta Nonnum, pudore uacat, accommoda uidetur inhonestis ac flagitiosis actionibus, quas cò Lucianus νυκτερινὰς appellat. Huc alluſit Aristoph. in Concionatricibus, cum mulierem uolentem deijcere aluum, ita loquentem facit.

Ἢ πανταχῇ τοι νυκτὸς ὄζῳ ἐν καλῷ. id est,

An uerò ubiq; est hoc honestum noctibus.

Siue cum relinquimus amicum, aut rem interius adamatam. Siue cum innuimus mulierem iam marcida forma, quæq; non posſit nisi per tenebras adamari, Χαῖρε φίλον φῶς. Aut cum significabimus nobis perisse rem longe charissimam. Siquidem diuus Ambrosius in homilijs quas conscripsit in Euangelium Lucæ, refert ad huiusmodi fabulam, Theotimo cuipiam, cum graui morbo oculorum laboraret, medici interminati fuerant ne cum uxore rem haberet, si faceret, prorsus cæcitatem imminere. Verum is libidinis impatiens, nõ potuit sibi temperare, quin uxorem amplecteretur. Itaq; cum iam medio Veneris calore ferueret, & in mentem uenisset medicorum interdictum, Χαῖρε, inquit, φίλον φῶς. i. Vale amicum lumen. Nimirum intelligens se uoluptatem eam perbreuem oculorum dispendio emisse. Similis est apud Martialem fabula de Phryge quodam luſco bibone, cui cum interdictum esset à medicis, ne bibcret uinum, alioqui nihil uisurum, protinus admotis poculis,

Valebis, oculo, inquit, exitum requiris?
Vinum Phryx, oculus bibit uenenum.

Veniat hospes quisquis profuturus est. XXXIX

Ξεῖνος ἔλθοι ὅστις ὀνήσει. id est,

Veniat qui proderit hospes.

Theopompus citante Zenodoto, scribit hoc adagium ex Philippi regis apophthegmate profectum esse. Nam is ubi Thessalorum ciuitatem subuertisset, & hospites quos inibi reperit diuendidisset, per iocum dicebat,

Ξεῖνος ἔλθοι ὅστις ὀνήσει.

Videtur ex oraculo, aut poeta quopiam sumptum. Est enim hemistichium carminis heroici. Admonet adagium, eorum demum aduentum esse gratum, qui commodi quippiam afferunt. Ouidius,

Ipse licet uenias Musis comitatus Homere,
Si nihil attuleris, ibis Homere foras.

Obolum reperit Parnœtes. XL

Ὀβολὸν εὗρε παρνήτης. id est, Reperit obolum Parnœtes: Accommodari poterit ad illos, qui nouum aliquod, excogitarunt præmium, quo illectent. Natum aiunt à Callistrato Athenienſium reipublicæ principe, cui cognomen additum Parnœtes, is enim instituit, ut in iudicijs & concionibus numuli quidam distribuerentur. Quam rem Comicorum infectatio uertit in prouerbium.

Apertæ musarum ianuæ. XLI

ἀνεῳγμέναι μουσῶν θύραι. id est, Apertæ musarum ianuæ. Hoc adagio conueniet uti, quoties aliquem facili, promptoq; ingenio significamus, & in percipiendis optimis disciplinis celerem, quasi musis fauentibus, & haud grauatim suppeditantibus. Ediuerso, qui tardiores sunt, clausis musarum ianuis discere dici poterunt. Aut si quando dicemus, non oportere celare doctrinam musarum munus, sed candide, citraq; inuidiam impertire, tanquam lumen de lumine suppeditantes. Refertur à Zenodoto.

Martis campus. XLII

Ἄρεος πεδίον. i. Martis campus. Suidas ex Alexandridis Pisandro citat. In eos torquebatur, qui militari confidentia præditi uiderentur, quiq; rem ui, non iudicio, gererent. Non doctis dictis sed pugnis. Non ex iure manu consertum, sed improbis clamoribus. Et quibus ius est in armis, quos Hesiodus eleganter composita uoce χερσοδίκας uocat. Cæterum in quo quis uelet, id Græci campum illius uocant.

Argenteis hastis pugnare. XLIII

ἀργυρέαις λόγχαις μάχεσθαι. i. Argenteis hastis pugnare dicuntur, qui cum negotium alio pacto confici nequit, muneribus & largitione perficiunt. Nihil autem tam arduum, quod pecunia non explicetur. Quemadmodum eleganter dictum

est à

Ayuntamiento de Madrid

eſt à M. Tullio actione in Verrem 2. Nihil eſſe tam ſanctum, quod non uiolari, nihil tam munitum quod non expugnari pecunia poſſit. Ortam aiunt paroemiam ab oraculo quodam Apollinis Pythij, qui Philippo regi conſulenti, quo pacto poſſet victoria potiri, reſponderit ad hunc modum,

ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου, καὶ πάντα νικήσεις. *id eſt,*

Argenteis pugna telis, atq; omnia uinces.

Videlicet innuens, ut quoſdam largitionibus ad proditionem ſollicitaret, atq; ita conſecuturum quæ uellet.

Archytæ crepitaculum. XLIIII

Ἀρχύτα πλαταγή. *i. Archytæ crepitaculum. In hominem uehementer garrulum & obſtreperum iaciebatur. Archytas, crepitaculi genus æreum excogitauit, quod pueris luſitantibus daretur, ne quid interim ex uaſis domeſticis contingerent. Quemadmodum docet Ariſt. 8. lib. Politicorum. Suidas indicat, Archytam fuiſſe Pythagoricum Empedoclis præceptorem. Quinquam huius nominis referuntur aliquot, tamen conſentaneum eſt hunc Tarentinum philoſophum eius organi fuiſſe opificem, utpote qui fertur in mechanicis mire præcelluiſſe. Cuius & columba lignea celebratur, ita ratione mathematica libram uti uolaret. Quanquam Diogenes Laërtius in huius uita teſtatur, huius nominis & architectum fuiſſe quendam, qui librum quoq; conſcripſerit [illegible] china. Columbæ meminit & A. Gellius lib. 10. cap. 12. ex auctoritate Phauorini tribuens inuentum hoc Archytæ philoſopho. Sed utriuſcunq; fuit inuentum, conſentaneum eſt huiuſmodi quoddam organum fuiſſe, quod ſuapte ſponte ſonaret. Vnde non abſurde torquebitur in eos, qui naturæ uitio, quouis loco, quauis de re, & apud quoſuis, quiduis garriunt, quos Græci λάλας, ἀμιξοεπεῖς, ἀκαταμάθους, & πολυμύθους appellant, Latini garrulos, locutuleios, rabulas, blateroues & linguaces: In quos Eupolis ſcite,*

Λαλεῖν ἄριστον, κἀδιωατώτατον λέγειν. *id eſt,*

Ad garriendum præcipuus & optimus,

Verum ad loquendum nemo minus idoneus.

Nec inſcite Epicharmus,

Οὐ λέγειν λελυὸς, ἀλλὰ σιγᾶν ἀδιώατος. *id eſt,*

Nihil ualebat eloquendi uiribus,

Verum ſilendi habebat impotentiam.

Habebatur ſimile quiddam & apud Romanos, Citeriam appellabant. Erat ea effigies quædam arguta & loquax, quæ ridiculi gratia in pompa uehi ſolita ſit. Vnde M. Cato in M. Cecilium, Quid ergo dicerem amplius, quem ego deniq; credo in pompa uectitatum iri, ludis pro Citeria, ac ſpectatoribus ſermocinaturum? Ergo prouerbij ſpeciem habebunt orationes huiuſmodi, Citeria loquacior. &, præ hoc mutam dicas Citeriam, &, unus cum multis Citerijs certare poſſit.

Aratro iacularis. XLV

ἀρότρῳ ἀκοντίζειν. *i. Aratro iaculari dicuntur, qui quippiam incircumſpecte faciunt, haud proſpicientes quid ſit in poſterum euenturum, aut qui ſuo magno incommodo conantur alterum ledere. Quiſquis enim iacto aratro petit alium, is quo morem gerat iræ, ſemet re neceſſaria priuat, cuius uſum paulo poſt ſit deſideraturus. Recenſetur à Diogeniano. Translatum uideri poteſt à belli temporibus, quibus uomeres, marræ & ſarcula, reliquaq; agricolationis arma, in Martia diffinguntur arma. Plutarchus in commentario περὶ τῆς συμμίας uſurpat, uelut de re uehementer abſurda, εὖδε δὲ ὁ τοξεύειν ἀρότρῳ βαλόμενος, καὶ ζητῶν βοῦν τὸν λαγὼν κυνηγετεῖν, λυγυχάς ἐστιν. i. Neq; enim is qui uult aratro iaculari, & boue leporem uenari, eſt infortunatus.*

Atticus moriens porrigit manum. XLVI

ἀττικὸς ὤρεξε τὴν χεῖρα καποθνήσκων. *i. Atticus porrigit manum, etiam cum moritur. Huic adagio locum fecit Athenienſium in muneribus captandis, & aucupandis lucris inſatiata cupiditas. Vnde & apud Ariſtoph. frequens iocus in τοὺς δωροδοκοῦντας. Autor Diogenianus.*

Argi collis. XLVII

ἄργου λόφος. *id eſt, Argi collis. Vbi quis ingentibus malis eſſet implicitus. Poteſt accommodari, uel ad locum, uel ad negotium uarijs obnoxium calamitatibus. Natum aiunt à colle quodam, cui cognomen Argi, frequentibus homicidijs ac latrocinijs infami.*

Aſinus eſuriens fuſtem negligit. XLVIII

ὄνος πεινῶν ξύλα ἀμελεῖ. *id eſt, Aſinus eſuriens fuſtem negligit. In eos congruit, qui uentris compendijue gratia quamuis contumeliam perferunt. Refert Ariſtoteles in lib. Moralium 3.* ἐπὶ ὄντα γε καὶ οἱ ὄνοι ἀνδρεῖοι ἂν εἶεν πεινῶντες. τυπτόμενοι γὰρ οὐκ ἀφίστανται τ' νομῆς. *id eſt, Nam iſto pacto & aſini quum eſuriunt eſſent fortes, quòd licet uerberentur, non diſcedunt tamen à pabulo. Negans fortem eſſe cenſendum, qui quouis pacto toleret incommoda. Alioquin aſinos longe fortiſſimos futuros, qui dum eſuriunt, nullis uerberibus à pabulo dimoueri queunt. Apparet ex Homero ſumptum, qui ſanè quàm eleganter deſcribit aſininam patientiam Iliados λ.*

ὡς δ' ὅτ' ὄνος παρ' ἄρουραν ἰὼν ἐκπέπαται σῖτα
Ναυσικάᾳ, τῷ δή ῥα πολλὰ μεσηγὺ ῥόπαλ' ἀμφὶς ἐάγη,
Κάρφεσι δ' εἰσελθὼν βαθὺ λήϊον, εἶδε δέ τε παῖδες
Τύπτοσιν ῥοπάλοισι, βίη δέ τε νηπίη αὐτῶν,
Σπερχομένη τ' ὀλέκουσαν ἐπὴν τ' ἐκορέσσατο φορβῆς. *id eſt,*

Vt cum per ſegetes ignauus tranſit aſellus
Inuitis pueris, cui multus tergora circum
Iam crepuit fuſtis, neq; ſegnius ille profundam
Ingreditur ſegetem, pueri ſed fuſtibus illum
Cædentes ſtudio, tandem ac puerilibus aruo
Viribus eijciunt, ubi paſtu expleuerit aluum.

Aut cucurbitæ florem, aut cucurbitam. XLIX

ἢ κόδυον, ἢ κολοκύντην. *i. Aut florem, aut cucurbitam. Id perinde ualet quaſi dicas, aut mortem, aut uitam, aut lucrum, aut damnum, aut uictoriam, aut contra. Græci cucurbitæ florem* κόδυον *appellant. Incertum autem utrum mox euaneſcat, an cucurbitam ſit pariturus. Proinde per florem, mortem, aut fruſtratam ſpem ſignificabant, per cucurbitam uitalem. Diphilus apud Zenodotum,* ᾧ ἡμέρας αὐτός ἐπιλά σοι γίγορθέλω παρασχεῖν κολοκύντην ἢ κόδυον. *i. Ipſe tibi ſenex intra ſeptem dies exhibere uolo cucurbitam, aut crinon. i. poſſum efficere, ut aut recte ualeas, aut moriaris. Huic non diſſimile eſt illud quod apud Homerum Odyſſeæ A. dicit ſpectrum apparens Penelopæ dormienti.*

Ζώει ὅγ' ἢ τέθνηκε, κακὸν δ' ἀπεμόλια βάζειν. *id eſt,*

Is ſupereſt, aut interijt. Nam uera loquendum eſt.

Et quod ad huius imitationem Horatianus dixit Tireſias.

O Laërtiade, quicquid dicam, aut erit, aut non.

Nudæ gratiæ. L

Αἱ χάριτες γυμναί. *i. Gratiæ nudæ. Admonet adagium, ut candide ac benigniter impertiam amicis. Aut ne quid inter amicos fictum, aut fucatum, uerum nuda ſimpliciaq; omnia. Nam poëtæ tres fingunt charitas. i. gratias, humanitatis & beneuolentiæ præſides. Horatius in Odis,*

Gratia cum nymphis, geminisq; ſororibus audet
Ducere nuda choros. *Idem alibi,*

Et ſolutis gratiæ zonis. Sunt qui paroemiam ad ingratos referant, quod ab ijs gratiæ ueluti deſpolientur, dum ſemper auferunt beneficij quippiam, nihil rependant. Itaque conuenit in illos, qui ſua benignitate rediguntur ad inopiam, largientes amicis quicquid nacti fuerint.

Crobyli

Ayuntamiento de Madrid

Crobyli iugum. LI

Κροβύλε ζεῦγος.i. Crobyli iugum. De societate duorum pari improbitate dici consueuit, ut de quibus est in Epigrammatis Martialis libro 8.

Vxor pessima, pessimus maritus,
Miror non bene conuenire uobis.

Ductum prouerbium à Crobylo lenone quodam omnium sceleſtiſsimo. Is duo scorta domi alebat, quorum lenocinijs quamplurimos adolescentes in perniciem alliciebat, nec his contentus eosdem illectos furto compilabat. Vnde Crobyli iugum dictum, uel quòd digni uiderentur, qui tanquam pares improbitate cum hoc copulari deberent, uel quòd iugum.i. par scortorum aleret domi.

Mylus omnia audiens. LII

Μῦλος πάντ' ἀκούων.i. Mylus omnia auscultans. Dici solitum ubi quis se dissimularet audire, fingeretq; surditatem, cum omnia tamen auribus curiosis captaret auscultaretq;. Tractum uidetur à mola, unde exploratores obseruare soleant quæ fierent, nam μύλον molam sonat Græcis, aut Myli curiosi cuiuspiam moribus. Zenodotus testis est Cratinum hoc usum adagio in Cleobulinis. Hesychius indicat Mylon fuisse poëtam quempiam Comicum, præterea piscis esse nomen, nullum opinor sentiens. Ad hæc μύλλον Græcis significare, curuum, obliquum ac distortum. Scribit enim duplici λλ. De carcini Strobilis dictum est alibi. Habent autem principes quidam & hoc sycophantarum genus, qui se fingunt surdos ac mutos, quo magis audita referant.

Nos decem Rhodienses, decem naues. LIII

Ἡμεῖς δέκα ῥόδιοι δέκα νῆες.i. est, Nos decem Rhodienses, decem naues. In eos torquendum qui nimium suis tribuunt uiribus. Natum uidetur à dicto Thrasonis cuiuspiam, qui decem homines, decem nauibus opposuerit. Nisi malimus ad Homericum illud referre,

Τλιπόλεμός θ' Ἡρακλείδης νῆάς τε μεγάς τε
ἐκ ῥόδου ἐννέα νῆας ἄγεν ξυνίων ἀγερώχων. id est,
Tlepolemusq; Heraclides, magnasq;, bonasq;
Ter ternas naues Rhodijs præstantibus aptas
E Rhodo egit.

Obliquus cursus. LIIII

Κάμπος λεόμος.i. Obliquus cursus. Quoties res arte ac dissimulanter agitur. Aut quotics aliud præ nobis ferentes aliò tendimus, & cuniculis atq; ambagibus quibusdam pergimus ad id quod assequi conamur. Sumptum adagium à genere quodam cursus, qui κάμπος dictus est, propterea quod anfractibus certis ac flexibus perageretur. Vt in alijs impetus & celeritas plurimum ualuerit, in hoc ars & ratio plus habuerit momenti. Huiusmodi cursus genus describit Vergilius lib. 5.

Olli discurrêre pares, atq; agmina terni
Diductis soluêre choris, rursq; uocati
Conuertêre uias, infestaq; tela tulere.

Inde alios ineunt cursus aliosq; recursus. Ac paulo post,

Vt quondam Creta fertur Labyrinthus in ala
Parietibus textum cæcis iter, ancipitemq;
Mille uij habuisse dolum, quà signa sequendi
Fallcret indeprehensus & irremeabilis error.

Potest à nauigantibus traductum uideri, cum reflantibus uentis, transuersim nauigant.

Ne Iuppiter quidem omnibus placet. LV

Theognis in sententijs, Οὐδ' ἢ Ζεὺς
Οὔθ' ὕων πάντας ἀνθρώπους ὄτ' ἀπέχων. id est,
Neq; Iuppiter ipse,
Siue pluat, seu non, unicuiq; placet.

Hodieq; uulgò dicunt, neminem inueniri qui satisfaciat omnibus. Nam alijs alia probantur. Et,

Tres mihi conuiuæ, propè dissentire uidentur,
Poscentes uario multum diuersa palato.

Pindarus in Olympiorum 8.

Τερπνὸν δ' ἐν ἀνθρώποις ἴσον ἔκαστα τέτυκται. id est,
Inter homines nihil erit æque iucundum, uidelicet quòd alios alia delectant, & suum cuique pulchrum est. Cui simile est illud euangelicum, quod in operis initio retulimus, cum de paræmiæ dignitate loquereмur, ηὐλήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ὠρχήσασθε. ἐθρηνήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ἐκλαύσατε.i. Cecinimus uobis, & non saltastis: lamentati sumus uobis, & non plorastis.

Non persuadebis, ne si persuaseris quidem. LVI

Οὐδ' ἂν πείσῃς, δ' ἂν πείσῃς. id est,
Haud etenim persuaseris unquam,
Ne si etiam persuaseris istud, prouerbiali schemate dictum ab Aristophane. Est autem hyperbolæ genus, qua significamus tanquam ἀδυνατώτατόν τι. Perinde quasi dicas, non credam etiamsi uidero.

Nouit hæc Pylea & Tyttygias. LVII

Οἶδέ τι πυλαία ταῦτα καὶ τυττυγίας. id est,
Hæc & Pylea nouit & Tyttygias.
Hoc uelut ænigmate ueteres innuebant, opes malis artibus quæsitas, Tyttygias plagiarius quispiam fuit, qui seruos & res alienas quas furto sustulerat, in Pylea (is est Areadiæ locus) uenditare consueuit, atque hoc quæstu diues euasit. Autor Zenodotus.

Polycrates matrem pascit. LVIII

Πολυκράτης μητέρα νέμει.i. Polycrates matrem pascit. Hoc adagium ex historia petunt, narrantes Polycratem Samiorum tyrannum, matres militum qui in bello interissent, recensuisse, easq; locupletioribus ciuibus nutriendas tradidisse, unamquamq; his commendantem uerbis, σοὶ τάυτην μητέρα δίδωμι.i. Hanc tibi do matrem. Vsum prouerbij non adscribit Zenodotus, proinde liberum est unicuiq; coniicere, cui sententiæ rectissimè possit accommodari. Ego puto non incommode posse usurpari, quoties aliquis in commendandis amicis est benignior, officiosiorq;. Aut ubi quis alieno sumptu de quopiam bene mereri studet, ita ut alijs nummos impendentibus, ipse præter officiosa quædam uerba nihil insumat. Qui mos hodie quoq; uulgò principibus manet. Siquidem ministros, annis iam ad aulicum usum inutiles, monasterijs, aut ciuium ditioribus alendos mandant.

Teipsam laudas. LIX

Σαυτὴν ἐπαινεῖς. i. Laudas teipsam. Hemistichium iambicum, quod accinitur, ubi quis sese laudat, suiq; tibicinem agit. Plene sic effertur,

Σαυτὴν ἐπαινεῖς ὥσπερ Ἀστυδάμας γύναι. id est,
Laudas teipsam mulier Astydamæ in modum.

Astydamas histrio quispiam fuit Morsimi filius. Huic statua in theatro ponenda decreta fuerat, quod in agendo Parthenæum sese gnauiter ac scite gessisset. Itaq; titulum ipse conscripsit, in quo suas laudes complectebatur, eumq; in concionem attulit, ut approbatus adderetur statuæ. Verum suffragijs populi decretum, ne molestus ille titulus inscriberetur. Ea res primum comœdiæ iocis agitata, post in prouerbium abijt. Ita ut nunc quoq; non infacete uulgus dicitat, malignos esse uicinos illi, qui ipse se laudator sui fuerit. Recensetur à Zenodoto. Titulus quem Astydamas statuæ suæ inscripsit, extat etiamnum apud Suidam.

Εἰθ' ἐγὼ μὲν κείνοις γενόμην ἢ κείνοι ἅμ' ἡμῖν,
Οἱ γλώσσης τερπνῆς πρῶτα δοκεῖ σοι φέρειν.
ὡς ἐπ' ἀληθείης ὀκτάθλῳ ἀφιθεὶς παράμιλλος.

Νῦν

Νῦν δὲ χρόνῳ παρέχασ' οἷς φθόνος οὐκ ἔπεμψε.

Eos uersus quoniam eleganter Latinos reddidit Conradus Goclenius, linguæ Latinæ publicus professor in Academia Louaniensi, iuuenis utriusque linguæ ad unguem doctus, & in utroque scribendi genere mirificus artifex, siue prosam orationem malis, siue carmen, olim inter primos eruditionis proceres præcipuas habiturus, non est cur ego tentem aliter uertere. Latini uersus Goclenij sunt hi,

Vixissent utinam mecum illi, aut inter ego illos,
Quos penes est linguæ suauiloquentis honos.
Præmia prima equidem citra certamen haberem,
Nunc adimunt in quos nil habet inuidia.

Vsurpauit & Iulianus in epistola quadam ad Basilium, ἐπήνεσα γὰρ ἐμαυτὸν ὥσπερ ἀφυδλάμας. id est, Laudaui meipsum ut Astydamas.

Syrbenæ chorus. LX

Συρβώνης χορός. id est, Syrbenæ chorus. De choreis incompositis ac tumultuosis olim dictitatum. Nam σύρβη quidam uocem existimant, qua subulci erga sues utantur, unde & σύρβα pro tumultu abutuntur. Cæterum Hesychius interpretatur, σύρβα, μετὰ θορύβου. Idem mox addit σύρβη. Græcis sonare thecam fistularem, unde συρβωτὸς dicatur tibicen, aut tumultuosus. Vsurpat Athenæus lib. 15. Ἐπὶ δὲ τούτῳ κατῆχε τὸ συμπόσιον, ἔφη, τίς ἔστ' ὁ συρβωτῶν χορός; id est, Cum conuiuium esset plenum tumultus, Quis, inquit, iste Syrbenæorum chorus? Sic enim constanter refert hanc uocem Athenæus. Vsurpat idem pagina eiusdem libri proxima: & aliquanto post ex Clearcho docet, quis sit συρβωτῶν χορός, uidelicet in quo quisq; quod sibi uisum fuerit, canat, nec auscultet quid præscribat is qui choro præsidet, quiq; docet quemadmodum oportet canere. Vidimus olim Lutetiæ ludicram agi comœdiolam, in qua plures concinebant, sed ita temperatis harmonijs, ut omnia dissonarent. Id erat curatum ab artifice musices. Nam imperitus non idem posset, ducta uidetur metaphora à dissono illo porcorum grunnitu. Non intempestiue dicetur in homines inter se discordes & querulos, aut ubi offendet aures imperitorum cantorum symphonia discors.

Hesiodi senecta. LXI

Ἡσιόδειον γῆρας. id est, Hesiodia senecta. Longæua, uiuaxq; sic appellabatur. Fertur enim de Hesiodi longæuitate Pindari epigramma quoddam huiusmodi,

Χαῖρε δὶς ἡβήσας, καὶ δὶς τάφῳ ἀντιβολήσας
Ἡσίοδ' ἀνθρώποις μέτρον ἔχων σοφίης.

Quod autem ait, eum bis pubuisse, significat, opinor, extremam senectam, quasi pueritiam referentem, iuxta prouerbium quod alibi retulimus, δὶς παῖδες οἱ γέροντες. Porrò quod bis sepultum, alludit, ni fallor, ad historiam, cuius meminit Plutarchus in conuiuio septem sapientum. Cum ob suspitionem interfectus esset in Locris, & cadauer eius abiectum in mare, Delphinorum agmen illud exceptum, in Rhium exposuit. Illic cum Locrenses sacrum ex more peragerent, & recens Hesiodi cadauer agnoscerent, rebus omnibus omissis, cædis autores uestigarunt: eos comprehensos, uiuos in mare præcipitarunt, ac domos incenderunt, Hesiodum in Nemeo sepelierunt. Sed occultant sepulcrum propter Orchomenios, qui moniti oraculo, conabantur uiri reliquias apud se seruare. Vnde consentaneum est quemadmodum Homeri natiuitatem permultæ urbes sibi uendicant, ita Nemeos simul & Orchomenios Hesiodi sepulcrum sibi asserere. Nisi sepultum semel accipere malumus eum in mare proiectus esset. Proinde uidet lector, ne pro ἀντιβολήσας legendum sit ἀντιώσας, quod paternum admittit casum, cum significat consequi, aut nancisci.

Lotum gustauit. LXII

Λωτὸν ἔφαγες. id est, Lotum gustasti, de ijs dicebatur, qui diutius in peregrinis regionibus hærerent, ueluti oblitι reditus. Neque inconcinne dixeris in eos qui simul atq; semel uoluptatem inhonestam degustarint, ad pristina studia reuocari non queunt. Sumptum à fabula Lotophagorum, de quibus memunit Homerus Odysseæ lib. 9. narrans quemadmodum Vlyssis socij gustata apud Lotophagos populos herba loto, redire ad nauim noluerint, nisi ucrberibus adacti,

Ἀλλά σφι δόσαν λωτοῖο πάσασθαι.
Τῶν δ' ὅςις λωτοῖο φάγοι μελιηδέα καρπόν,
Οὐκέτ' ἀπαγγεῖλαι πάλιν ἤθελεν, οὐδὲ νέεσθαι.
Ἀλλ' αὐτοῦ βούλοντο μετ' ἀνδράσι λωτοφάγοισι
Λωτὸν ἐρεπτόμενοι, μενέμεν, νόστου τε λαθέσθαι. id est,
Verum illis lotum degustandum exhibuere.
Ast horum quisquis loti gustarat amicum
Et suauem fructum, neque nuntia protinus illi
Vlla remittere cura, nec ipse redire studebat.
Verum inibi cum Lotophagis remanere uolebant,
Obliti reditus, carpturi germina loti.

Est autem Lotus, quam eandem celtim dici docet Dioscorid. lib. 1. arbor, de qua Plin. lib. 13. tam dulcis ibi cibus, ut nomen etiam genti terræq; dederit, nimis hospitali, aduenarum obliuione patriæ. Est & herba eiusdem nominis gratissima & ipsa palato, de qua permulta Theophrast. lib. De plantis 4. cap. 9. Reperimus & hoc prouerb. in collect. cuiusdam recentioris: quod quoniam uidebatur haud illepidum, non grauatus sum adscribere.

Ex ore lupi. LXIII

Ἐκ λύκου στόματος. id est, Ex lupi rictu, ubi res quæpiam præter spem recipitur, quæ iam planè perijsse uidebatur, ueluti cum pecunia erepta à prædonibus, aut rapaci tyranno aliquo inopinato casu recuperatur. Solent enim sic recepta esse gratiora. Sic Flaccus in Odis, Vel hædus ereptus lupo. Nota metaphora. Adagium refertur à Diogeniano. Natum uidetur ab Æsopica fabella, quæ narrat gruem, cum stipulatam mercedem, os quod lupi gutturi inhæserat, immisso capite eduxisset, præmium exigentem, irrisam à lupo fuisse, cum is diceret, abunde magnum esse præmium persolutum, quòd ex ore lupi caput incolume retulisset.

Boni uiri lacrymabiles. LXIIII

Ἀγαθοὶ δ' ἀεδάκρυτοι ἄνδρες. id est,
At quisquis probus, is multum lacrymabilis est uir.

De ijs dicebatur, qui facilè commouerentur ad misericordiam, ac precibus flecterentur. Nam illacrymare dicuntur, qui misereſcunt. Ouidius,

—Quibus possint illacrymasse feræ.

Proinde Horatius Plutonem, quòd nullis flectatur precibus, illacrymabilem appellat,

Non si trecenis, quotquot eunt dies,
Amice places illacrymabilem Plutona tauris.

Et Dido Vergiliana Aeneæ duriciem incusans,

Num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?
Num lacrymas uictus dedit, aut miseratus amantem est?

Potest & ad Heraclitum referri, res humanas perpetuo fletu prosequi solitum. Contrà duros & inexorabiles, adamantinos, ferreos, & corneis fibris dicimus. Licebit & huc detorquere, quòd boni ferè cum paupertate rem habent, multaq; coguntur perpeti. Adagium recensetur à Zenodoto.

Bocchyris. LXV

Βάκχυρις seu Βόκχυρις, nam utrunq; reperio: Plutarchus in uita Demetrij, Bocchorem uocat, indicans exactum iudicium, Βοκχόρεως κρίσιν appellari solere. Rex quidam fuit Aegyptiorum, adeo notæ & incorruptæ in iudicandis litibus iustitiæ, ut uulgò si quid magnopere iustum & integrum significar

Ayuntamiento de Madrid

ficare uellent, Boccbyrin appellarent: perinde quasi Rhadamanthum dicas, aut Minoëm. Plutarchus in comment. De uitiosa taciturnitate testatur, fabulam, de hoc iactatam fuisse, quòd cùm esset natura grauis & austerus, Isis illi aspidem immittere solita sit, quæ capiti circumuoluta, superne hominem inumbraret, ut ostēto territus rectè iudicaret. Adagium refertur à Suida. Dici potest & de ijs, qui non temere de re quapiam pronuntiant. Negant enim hunc regem solere sententiam ferre, nisi de causa iam cōperta, & certis argumentis deprehensa, & tamen huius Bocchoris iudicium quoddā reprehensum fuit à meretrice Lamia. Adolescens quidam in Aegypto deperibat amore Theonidis meretriculæ. At illa pro nocte mercedem ingentem postulabat. Interim euenit, ut adolescens noctu somniaret se rem habere cum Theonide. Eo uiso liberatus est ab amore, desijtq; scorto molestus esse. Illa ubi factum resciuit, appellat adolescentem, petit pactam mercedem. Cum nō conueniret, itum est ad iudicem Boccho rem. Is causa cognita pronuntiat, ut adolescens tantum pecuniæ adferret in uasculo, quantum illa postulasset, eamq; præsente ac inspectante Theonide, huc illucq; manu tenens uolueret, & illa interim hæreret umbræ, quasi rectè somniū umbra pensaretur. At hoc iudicium ut iniquum reprehendit Lamia meretrix. Per somnium, inquit, adolescens amore coitus liberatus est, at umbra Theonidem non liberauit amore pecuniæ. Hæc Plutarchus in uita Demetrij.

Camelus saltat. LXVI

Vbi quis indecore quippiam facere conatur, & inuita, sicut aiunt, Minerua, camelum saltare dicebant. Veluti si quis natura seuerus ac tetricus, affectet elegans ac festiuus uideri, naturæ genioq; suo uim faciens. Diuus Hieronymus prouerbij nomine citat, torquetq; in Heluidium. Risimus, inquit, in te prouerbium, Camelum uidimus saltitantem. Taxat Hieronymus hominis ineptiam, qui cum à musis esset alienissimus, tamen disertus haberi uellet.

Canis in uincula. LXVII

Κύων ἐπὶ δεσμά. id est, Canis in uincula. Dicebatur, ubi quis seipsum in seruitutem, aut in malum aliquod iniiceret. A' canibus sumptum ultro se præbentibus uinciendos cibi lenocinio. Autor Zenodotus, Hesychius indicat in eandem sententiam dici, Βοῦς ἐπὶ δεσμά. id est, Bos in uincula.

Chius ad Coum. LXVIII

Χῖος πρὸς κῶον. id est, Chius ad Coum. De comparatione uehementer inæquali dicebatur. Nam in talorum iactu, qui Chius dicebatur, unioni respondebat, Cous senioni. Quem Græci Chium dicunt, nos canem uocamus, & quem illi Coum, suæ ἑξάτλω, nos senionem. Porrò quemadmodum Cous inter felices iactus habebatur, ita Chius fuit inter infelices. Vnde Persius,

—Quid dexter senio ferret,
Scire erat in uotis, damnosa canicula quantum
Raderet.

Videtur autem senio per se felix, infelix haberi solere, si accederet canis. Sic enim Martialis,

Senio nec nostrum cum cane quassat ebur.

Quod si uerum est, adagium conueniet non solum in collationem rerum inæqualium, uerumetiam pugnantium. Velut si quis conferat plebeiū cum rege, Chius est ad Coum: si quis adolescentem cum sene, contrarietas est non solum inæqualitas. Adagij meminerunt Zenodotus, Hesychius & Suidas, nisi quòd Suidas pro ὢν habet ᾖδλον, pro ἓξ, ἕξω. Id utrum scribæ culpa commissum sit, an interior tali pars & exterior intelligenda sit, doctis excutiendum relinquo. Fit autem interim allusio ad gentes, quarum utriusque mores non caruerunt nota, sed præcipue Chiorum. Ita simile fuerit illi, κρὰς πρὸς τὸν κρῆτα.

Optimum condimentum fames. LXIX

Optimum condimentum fames. Inter apophthegmata Socratica celebratur. Irridebat hoc dicto luxum Atheniensium, qui uarijs cupedijs & operosis condituris conarentur efficere, ut cibus saperet palato, cum id optimè præstet fames, condimentum ut optimum, ita & uilissimū. Nihil enim suauius edi, quàm quod editur ab esuriente. Manet hodieq; uulgò tritum prouerbium, famem efficere, ut crudæ etiam fabæ saccarum sapiant. Antiphanes apud Stobæum,

Απαντ' ὁ λιμὸς γλυκέα ποιεῖ ἀντὶ ποιᾶ. id est,
Præter seipsam cætera edulcat fames.

Quod fames facit in cibo, idem sitis facit in potu. Darius enim in fuga cum aquam turbidam bibisset, & cadaueribus inquinatam, negauit se unquam bibisse iucundius, nimirum nunquam sitiens biberat. Eandem sententiā sic apud Athenæum lib. 4. effert Xenophon, ἡδὺ μὲν μάζαν καὶ κάρδαμα φαγεῖν παιδὶ, ἥδιον δ' ὕδωρ ἀρυσάμενον ἀπὸ πηγῆς διψῶντα πιεῖν. id est, Dulce est mazam & nasturtium edere esurienti, dulce est sitienti aquam è fluuio haustam bibere. Ibidem refert quiddam non infestiuum de Socrate, qui frequenter ad mulam uesperam ambulare consuerit ante ædes suas, percontantibus quid illic agere, Obsonium, inquit, comparo in cœnam. De Dionysio cui fastidienti nigrum ius quod in Phiditijs apponebatur, coquus respondit, non esse mirum, cum deessent condimenta, de palæstra, cursuq; ante cœnam sentiens, aliâs nobis dictum est. Aut natum à Socrate prouerbium, aut ab illo usurpatum quod uulgò ferebatur. M. Tullius in lib. De finibus bonorum 2. Diceret id quod Socratem, qui uoluptatem nullo loco numerat, audio dicētem, cibi condimentum esse famem, potionis sitim. Licebit nonnihil gratiæ addere prouerbio, si longius deflectatur: uelut ad literarum studium, quod eo dulcius est, quo uehementius sitiantur literæ. Et uoluptates commendat rarior usus.

Phani ostium. LXX

Η φάνος θύρα. id est, Phani ostium. Id accinebatur, ubi quis frustra seruasset aliquid: ueluti si cuius uxorem adulterio uitiari contingeret, quam tamen ille multa zelotypia seruasset. Natum aiunt à Phano quodam usurario: uel ut alij dicunt, cæco, qui cum cellæ penuariæ ostium ita obstruxisset, ut citra strepitum non quiret aperiri, tamen à ministro apertum est, sublatumq; penu. Alij narrant, huic Phano uxorem fuisse parum spectatæ fidei, quam quod is haberet adulterij suspectam, atrij fores sic occlusit, ut non nisi cum stridore sonituq; possent aperiri. Verum illa cum per tegulas reciperet adulterum, uicini per iocum dicebant, ἡ φάνου θύρα. Eaq; uox postea cessit in uulgi sermonem. Haud scio an sit idem cum eo quod refert Eustathius in Odysseæ librum ultimum, φανὸς θύρα, A' Phania quodam, qui finxerit sibi multam opum uim domi reconditam esse.

Aut Plato philonissat aut Philo platonissat. LXXI

Diuus Hieronymus in Catalogo scriptorum illustrium, Philonem quoque Iudæum recensет, qui & eloquentiam & omnē Græcanicam eruditionem ita sit assecutus, tum Platonicam in dicendo maiestatem uberitatemq; sic expresserit, ut eum alterum Platonem appellet. Testatur autem apud Græcos, uulgo de illis dici solitū, Η πλάτων φιλονίζει, ἢ φίλων πλατωνίζει. i. Aut Plato Philonem imitatur, aut Philo Platonem. Extat huius opus in quo uitas illustrium aliquot Hebræorū tractat, orsus ab Abraham. Tractat autem non tam ad historiæ cognitionem, quàm ad institutionem, regulamq; uiuendi: uidelicet omnia trahens ad morales allegorias, unde theologis præcipue legendus. Stilus tum candidus est, tum sublimis ac diuinum quiddam præ se ferens, qualis est & Platonis. Gaudet symbolis ac mysterijs numerorum, quod ipsum Pythagoræ Platoniq; familiare. Ad morum institutionem accommodat omnia, nec hac parte dissidens à Platone. Per allegor

Ayuntamiento de Madrid

allegoriã torqueri poterit ad quoſuis inter ſeſe uehementer ſimiles. Nam hoc ipſum non ſimpliciter, ſed figurate dictum, illud ſat argumenti eſt, quod Philonem longe Platone cõſtat poſteriorem eſſe. Cæterum in malam partẽ fiet prouerbialius: ueluti ſi quis dicat, Aut Cretiſſat Africa, aut Affriſſat Creta: aut Neroniſſabat Galba, aut Galbiſſabat Nero. Huic figuræ confine uidetur illud Platonis, τὸ πολυμυθῆσαι, ut ait Ariſtides, Beatas fore reſpublicas, Εἰ μὴ, ἢ οἱ βασιλεῖς φιλοσοφήσωσιν, ἢ βασιλεύσωσιν οἱ φιλόσοφοι. id eſt, Si aut reges philoſopharentur, aut regnarent philoſophi.

Viro Lydo negotium non erat. LXXII

Ἀνδρὶ λυδῷ πρᾶγμα οὐκ ἦν, ἀλλ' αὐτὸς ἐξελθὼν ἐπείσθη. i. Viro Lydo negotium non erat, at ipſe foras profectus parauit. Dici ſolitum, ubi quis impatiens ocij, ipſe ſibi negotiũ ac turbam accerſit. Alluſiſſe uidetur huc Plutarchus aduerſus Colotem, Ἐμοὶ δ' ὁ λοιπὸν καθάπερ ὁ λυδὸς ἐφ' αὑτὸν ἀνοίγειν θύραν μίαν, ἀλλὰ τὰς πλείστας τῶν ἀπεργῶν καὶ μεγίστας περιβάλλειν ἐπίνοιαν. i. Mihi uerò uidetur quemadmodum Lydus ille, in ſeipſum aperire non unam ianuam, ſed maximis ac plurimis difficultatibus circumuallare Epicurum. Sumptum à Cræſo Lydorum rege, qui antea felix, rebuſq; florentiſsimis utens, Cyrum in ſe prouocauit: à quo uictus, in maximas calamitates deuenit. Autor Zenodotus.

Ne unquam uiri ſenis. LXXIII

Ἀνδρὸς γέροντος μή ποτ' ἐς πυγὴν ὁρᾶν. id eſt, Tu ne uiri unquam inſpicito podicem ſenis.

Id eſt, ne requiras illud à quoquam, quod ab eo præſtari non poſſit. Veluti ſi quis à philoſopho requirat eloquentiam, ab oratore exactam colligendi rationem, à ſene facilitatem & feſtiuitatem iuuenilem. Metaphora fœdior eſt, quàm ut libeat interpretari: ſimul autem apertior, quàm ut opus ſit. Refertur à Zenodoto.

Amæa Azeſiam reperit. LXXIIII

Ἀμαία τὴν ἀζῆσιαν μετῆλθεν. id eſt, Amæa ad Azeſiam acceſſit. Dici conſueuit de re diu multumq; quæſita deſideratáq;. Didymus autor eſt, apud Trœzenios Cererem appellari Amæam: Proſerpinam, Azeſiam. Nota fabula de Proſerpina à Plutone abducta ad campos Elyſios, & Cerere toto orbe quærente filiam. Refertur à Plutarcho in Alexandrinenſium prouerbiorum collectaneis.

Tanquam heros in clypeo excipere. LXXV

Ἀλλ' ὥσπερ ἥρως ἐν ἀσπίδι ξενίσαι σὲ βούλομαι. id eſt, imò tanquam heros in clypeo te uolo hoſpitio accipere. Dici ſolitũ, ubi quis ſuis ipſius artibus aut beneficiis fretus, de amicis bene mereri conaretur. Inde ductum, quòd antiquitus heroës aſſidue in armis agentes, ueluti in clypeo diuerſabantur: & ſi quid opus fuiſſet amicis, quod armis præſtari poterat, id prompte præſtabant, utpote ſola uirtute diuites. Et apud Homerum, heroës tergoribus bubulis accipiuntur, & apud Maronem,

Euander Aeneam uilloſi pelle leonis Accipit.

Ex tergoribus autem integebantur clypei.

Iouis ſandalium. LXXVI

Τοῦ διὸς σάνδαλον. i. Iouis crepida. Per ironiam dicebatur in eum, qui magni quippiã uideri uellet, propter principis alicuius familiaritatem: ueluti ſi quis inſolens ſit ac ferox, quòd regius ſit coquus, aut imperatoris ſatelles, aut põtificius tõſor, appoſite dicetur, Τοῦ διὸς σάνδαλον. Nihil autem uetat, quo minus & ad rem accõmodetur: ut ſi quis equum regiũ, aut ueſtem muretur, quemadmodum uulgus facere conſueuit, non ob aliud, niſi quod regis ſit. Suidas ex Eupolide citat.

Lux affulſit. LXXVII

Vbi melior rerum ſpes oſtendi cœperit, lucem affulſiſſe dicũt. Euripides in Oreſte.

Ἥκει φῶς ἐμοῖς κἀμοῖς κακοῖς. id eſt,

Meisq; uenit lumen ac tuis malis.

De Menelao dictum, è cuius aduentu remedium aliquod malorum ſuorum ſperabant. M. Tullius in Antonianarum prima, Lux quædam uidebatur oblata, non modo regno quod pertuleramus, ſed etiam regni timore ſublato. Porrò lumen fauſti omnis apud ueteres fuiſſe, teſtis eſt & M. Varro lib. De lingua Latina 2. Putat enim mane dici inde dictum, quòd antiquitus manum bonum uocabant. Ad cuiuſmodi religionem Græci quoque cum lumen infertur, ſolent dicere, φῶς ἀγαθόν. Nos item illata lucerna fauſta inuicem precamur. Lumen enim uitam interpretantur. Vnde,

—Intuſam abrumpere lucem.

—Et tædet cœli conuexa tueri.

Euripides in Iphigenia in Aulide,

Τὸ φῶς τόδ' ἀνθρώποισιν ἥδιστον βλέπειν. id eſt,

Lucem tueri eſt hominibus dulciſſimum.

Et apud Græcos βλέπειν ſimpliciter dicuntur, qui uiuunt. Aegyptij uitam lucernæ ſymbolo repræſentabant: quod nihil aliud exiſtimarent eſſe uitam, quàm ignem humore ueluti olei liquore nutritum.

Lupus aquilam fugit. LXXVIII

Λύκος ἀετὸν φεύγει. id eſt, Lupus aquilam fugit, ubi periculum imminens euitari non poteſt. Aquilam enim, alata quum ſit, fruſtra lupus fugit. Refertur à Diogeniano, meminit autem & Zenodotus. Nec indicant originem prouerbij. Nunquam enim audiui aquilas moleſtas eſſe lupis.

Lupus ante clamorem feſtinat. LXXIX

Λύκος πρὸ βοὸς πατεῖται. id eſt, Lupus ante clamorem feſtinat, ubi quis admiſi conſcius, ultro timet prius quàm accuſetur. Siquidem lupus ſimul atq; prædam rapuit, mox properat aufugere, ne coorto ruſticorum clamore ueniat in periculum. Autor Diogenianus.

Lupo agnum eripere poſtulant. LXXX

Leno quiſpiam in Pœnulo Plautina. Lupo agnum eripere poſtulant, nugas agunt, Vbi quis fruſtra conatur prædam recipere, cui ſemel manus iniecit rapax aliquis, Improbum enim uidetur ſperare futurum, ut lupus agnum ſemel arreptum amittat. Confine, quod alibi diximus, ἐκ λύκου γόμα, id eſt, E' lupi ore.

Viam qui neſcit ad mare, &c. LXXXI

Plautus in Pœnulo. Viam qui neſcit, qua deueniat ad mare, eũ oportet amnem quærere comitem ſibi, id eſt, qui rem commode conficere nequit, is quauis ratione cõficiat neceſſe eſt. Poteſt & in hunc accommodari ſenſum, qui per ſe nõ ſapit, alijs obtemperet qui plus ſapere uidentur. Poteſt item in hunc, Qui rectè uiuendi rationẽ ignorat, eos ſibi proponat quorum uita laudata eſt. Fluuius etiam ſi longis ambagibus, tamen aliquando tandem ad mare deducit, quandoquidem illuc infunditur. Huic confine eſt, qui uiæ ignarus eſt, uirgiferum adhibet. Cato Cenſorius in eos, qui ſubinde ambirent magiſtratum, non inſcite dicere ſolet, eos καθάπερ τοὺς ἀγνοοῦντας τὴν ὁδὸν ἀεὶ μετὰ ῥαβδοῦχων ζητεῖν πορεύεσθαι μὴ πλανηθῶσι. id eſt, Nõ aliter quàm uiæ ignaros ſemper uelle cum uirgiferis incedere ne errarent. Magiſtratus enim ex more lictor aut aliquis uirgam geſtans præcedebat.

Volens nolente animo. LXXXII

Ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ. id eſt, Volens inuito ſanè animo. Hemiſtichium Homericum Iliados lib. 4. Dicendum, ubi quis fingit ſe nolle quod cupit: aut contrà. Terentius non diſſimili figura dixit in Andria, Tu uoluntate coactus es tua. Nonnunquam de ambigente, animiq; incerto dicitur, ut apud Euripidem in Hecuba.

Ayuntamiento de Madrid

Ο δ' ἐθέλωντε καὶ θέλων. id est,
At is uolens q; & non uolens.
Est etiam in arcanis prouerbijs Hebræorum, Pigrum uelle & non uelle.

Vulturis umbra. LXXXIII

Γυπὸς σκιὰ. id est, Vulturis umbra. De nullius pretij homine dicebatur. Refertur à Diogeniano. Mihi magis quadrare uidetur in hæredipetas, aut alioqui rapaces, inhiantesq; prædæ. Respondet illi, Si uultur es, cadauer expecta.

Præsens abest. LXXXIIII

Παρὼν ἀποδημῶ. id est, Præsens peregrinatur. In eum dicendum, qui non animaduertit ea quæ dicuntur, cogitatione alijs in rebus occupata. Vnde quos iubemus attentos esse, ijs sic loqui solemus: hic estote, & hoc agite, & adeste animis. Hodieq; uulgò dicunt, cogitatione peregrinantem, domi non esse, sed foris. Terentius in Eunucho, Cum isto milite præsens, absens ut sies, id est, corpore quidem præsens, cæterum animo semota. Contrà, qui amant, absentes præsentes sunt: ueluti de Didone Vergilius in quarto,

—Absens absentem, auditq; , uidetq; .

Theodoritus Cyrenensis Therapeutices lib. 1. ex Heraclito Ephesio adducit, Ἀξύνετοι ἀκούσαντες κωφοῖς ἐοίκασι, φάτις αὐτοῖσιν μαρτυρεῖ, παρεόντας ἀπεῖναι. id est, Stolidi quum audierint, surdis sunt adsimiles. Testatur prouerbium illos præsentes abesse. Item Aristophanes in Equitibus,

Πρὸς τετὰρ λέγοντ', ἀεὶ id est,
Κέχηνας, ὁ νοῦς δέ σε παρὼν ἀποδημεῖ.
Tu semper inhias ad loquentes, cæterum
Animus peregre est, mensq; tua præsens abest.

Vnà lauabor. LXXXV

Παραλοῦμαι. i. Vnà lauabor. Dici consuenit, ubi quis insinuat se in societatem alterius, aut ubi quis admittit aliquem in societatem: uti qui pauperior est, sumptũ effugiat. Suidas ait olim fuisse morem ut diuites unà cum pauperibus lauarẽt: ut quibus propria supellex strigilum, spongiarum, guttorum, atq; id genus rerum non esset, diuitum uterentur supellectile. Citat idem Aristophanem ex Anagyro, ἀλλὰ πάντας χρῆν παραλοῦσθαι, καὶ τὰς σπόγγους ἐᾶν. i. Verum oportet omneis unà lauare, ac spongias omittere. Tanquam hoc commoditatis laturi sint tenues, si cum diuitibus balneũ ingrediantur, ut spongijs suis parcant. Vnde mihi uidetur, non inconcinne dici posse, ubi quis leuiculum aliquam commoditatem, quam citra suum incommodum præstat. perinde ut ingens beneficium imputat. Veluti si cardinalis inanem titulum familiaritatis largiatur alicui, nihil ipsi nocituram, qui cõcedit, profuturum nonnihil ei, qui accipit, rectè dicetur, παραλοῦσθαι. Quidam codex habet, παραλύομαι, uelut unà mergor.

Pinus in morem. LXXXVI

Πεύκης τρόπον. i. Piceæ ritu. Vbi quis funditus radicitusq; perit, ita ut nullo pacto restitui possit, piceæ ritu perditus dicitur. Nam piceã succisam negant suppullulascere. Meminit huius prouerbij Staphylus, citãte Diogeniano, meminit et Suidas.

Procridis telum. LXXXVII

Πρόκελος ἀκόντιον. i. Procridis iacula. De ijs, qui ueluti certis telis, quicquid animo destinant, assequuntur. Sumptum à notissima fabula, uel Ouidio narratore, lib. Transformationum 7. de Cephalo, qui certo iaculo emisso, Procridem uxorẽ interemit, ratus feram esse. Huic diuersum est illud Horatianũ,

Non semper feriet, quodcunque minabitur arcus. id est,
Non semper assequeris quod cupis.

Promeri canes. LXXXVIII

Προμολχ κύνες. id est, Promeri canes. Dici solitum, ubi quis nouo casu pœnas daret ijs, quos aliquando læsisset. Promerus regius quidam minister fuit. Is Euripidem tragicum pecẽam supra modum exosum habebat, delatus ab eodem aliquando nescio quo nomine apud regem. Quare postea canes quosdam feros in poëtam soluit, à quibus ille deuoratus interijt. Proinde quoties potens quispiam offensus aliquos subornat, submittitq;, qui tibi negotium faceſſant, tempestiue dixeris, προμόλχου κύνες. Conuenit cum illo, quod alio dictum est loco, κυνὸς δίκην. id est, Canis uindictam. Recensetur à Diogeniano.

Magistratum gerens, audi & iuste & iniuste. LXXXIX

Ἄρχων ἄκουε καὶ δικαίως καὶ δίκως. id est,
Princeps iniqua & æqua pariter audias.

Sumptum aiunt hoc adagium ex Solonis elegijs, etiam si hic trimeter est iambicus. Admonet, ut qui in tractandis Reip. muneribus uersatur, patientissimis sit auribus, æquoq; animo & bene & male audire consuescat: neque facilè populi uel laudibus uel conuitijs à recto dimoueatur: Congruit huc illud Sophocleum in Antigone,

Ἀλλ' ὅν πόλις στήσαι, τόνδε χρὴ κλύειν,
Καὶ σμικρὰ καὶ δίκαια καὶ τἀναντία. id est,
Sed quem instituerit ciuitas, & parua cum
Audire oportet, & æqua, & his contraria.

Potest & ad hoc accommodari, quod quidam Romanus imperator dixisse legitur, in ciuitate libera linguas item liberas esse oportere. Neq; uerò mirum aut magnum, si principes permittant populo quæ uelint dicere: cùm ipsis liberum sit quæ uelint facere. Præterea de principum factis uulgus uarie pronuntiare consuenit, quod alius probat, alius dãnat. Maiore autem animo oportet esse principẽ, quàm ut huiusmodi uoces captandas aut obseruandas existimet: tantum id spectet, quod ex usu sit reipub. Huc Alexandri dictum pertinet, cui cum quidam renuntiasset, esse qui de ipso male loqueretur, Regiũ est, inquit, male audire quum bene feceris.

Fulgur ex pelui. XC

Ἀστραπὴ ἐκ πυέλου. id est, Fulgur ex pelui. De minis inanibus eorum, qui lædere non queant. Fulgor enim qui fulguris imitatione quadam è uasculorum nitentium uibratione, aut ex aquis redditur, nocendi uim nullam habet. pueros modo territat. Habentur & hodie specula quædam quæ uibratu ad solem fulgur imitantur: uerum id fulmen non est, quod montes ac maria percutiat, ut inquit Plinius. Paræmiam recenset Diogenianus. Ad quam alluſit Augustinus, aut si quis est alius autor, in lib. De quinque hæresib. Non nos hostium turbæ, non bellantium reuocet forma, non quasi uitrea fulgentia terreant arma: quanquam legendum opinor uitra.

Ex inanibus paleis. XCI

Ἀτὰρ ἐκ καθαρῶν ἀχύρων τετύγκας σιτίον. id est, Atqui è puris paleis trituram frumenti facis, id est, Operam sterilem & infruniferam sumpsisti. Natum à rusticis adagium, cum male enatis segetibus, præter culmos & palcas nihil adferunt in horreа. Recensetur à Diogeniano.

Atrei oculi. XCII

Ἀτρέως ὄμματα. id est, Atrei oculi. De toruo truculẽtoq; aspectu dicebatur. His enim oculis in tragœdijs inducebatur Atreus, qui Thyestæ fratri filios ipsius epulandos apposuit, propter uxorem adulterio uitiatam.

Mutus Hipparchion. XCIII

Ἀφωνος ἱππαρχίων. id est, Mutus Hipparchion, Vbi quis repente obmutescit, cũ maximè uox illius expectatur, id quod non raro consueuit quibusdam in cœtu dicturis euenire, ut subito uelut attonitis uox faucibus hæreat. Quod ainnt accidisse Theophrasto, homini in circulis alioquin eloquentissimo. In huiusmodi casu igitur fuerit huic adagio locus. Narrant olim apud Græcos, duos præcipuos fuisse citharœdos, Hipparchionem & Rufinum. Cum autem in solennibus ludis, qui decimo quoque anno apud Iuliopolitas agebantur,

esſent

eſſent inter ſe decertaturi: contigit, ut Hipparchion theatri ſtrepitu turbatus, obticuerit, eaq; res in uulgi iocum abijt. Autor Zenodotus.

Pecuniarum cupiditas Spartam capiet, præterea nihil. XCIIII

Α φιλοχρηματία σπάρταν ἕλοι, ἄλλο δὲ οὐδέν. *id eſt,*
Vna fames auri Spartam capiet, ſubigetq;,
Præterea nihil.

De ijs qui ſola pecunia poſſunt expugnari, alioquin inuicti. Natum adagium ab oraculo, quo reſponſum eſt Alcameni & Theopompo Spartæ regibus: tum demum uincendos eſſe Lacedæmonios, cum aurum & argentum in pretio cœperint habere. Reſpondet apophthegmati Philippi Macedonum regis, qui putauit nullum arcem tam munitam eſſe, quin capi poſſet, modo aſino pateret acceſſus onuſto auro. Reſpondet & Danaës fabulæ, à qua nulla cuſtodia, auri inſultum arcere potuit. Meminit M. Tullius in 2. lib. Officiorum, & Plutarchus in Laconicis.

Non decet principem ſolidam dormire noctem. XCV

Inter pleraque Homeri carmina, quæ quondam prouerbiorum uice celebrata fuiſſe teſtatur Macrobius, illud uel præcipue annumerarim, quod eſt in Iliados lib. 2.

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα. *id eſt,*
Haud dignum duce id eſt, noctem dormire per omnem.

Admonet parœmia, uigilantiam ac ſolicitudinem maximè conuenire principibus: ut qui tantam negotiorum ſarcinam ſuſtineant humeris. Vnde & Vergilius Aeneam ſuum alijs dormientibus aut uoluptati indulgentibus, aut uigilantem facit, aut certè excitat, fingitq; cogitabundum, ſobrium, & de futuris agitantem animo.

At pius Aeneas per noctem plurima uoluens. Et rurſum,
Aenea potes hoc ſub caſu ducere ſomnos? Atque iterum,
—Vigilásne deum gens Aenea? uigila.

Huius rei præclarum exemplum præbuit Epaminondas ille dux Thebanus. Siquidem cum Thebani ciues feſtis quibuſdam diebus ſolutius compotationibus indulgerẽt, licentiusq; uoluptatibus fruerentur, ille ſolus uigil ac ſobrius arma luſtrabat, & urbis obambulabat mœnia. Rogatus cur id faceret, reſpondit ſe νήφειν καὶ ἀγρυπνεῖν, ὅπως ὀξὺν τοῖς ἄλλοις μεθύειν καὶ καθεύδειν. id eſt, ſobrium eſſe ſe ac uigilare, quo reliquis liceret temulentos eſſe ac dormire: quemadmodum refert Plutarchus in libello aduerſus ducem imperitum. Porrò quæ modo retulimus ex Homero, dicuntur ad Agamemnonem ſub perſona ſomnij, Neſtoris ſpeciem imitantis. Integrum carmen ſic habet,

Εὕδεις ἀτρεΐδη ὑὲ δαΐφρονος ἱπποδάμοιο;
Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα,
ᾧ λαοί τ' ἐπιτετράφαται καὶ τόσα μέμηλε. *id eſt,*
Belligeri Atridæ proles dormiſne Agamemnon?
Perpetuam noctem dormire haud principe dignum eſt,
Cui populi commiſſi, & tanta negotia curæ.

Eundem cæteris dormitibus ſolum uigilantem facit Iliad. 2.

Ἄλλοι μὲν παρὰ νηυσὶν ἀριῆες παννύχιοι εὗδον μαλακῷ δεδμημένοι ὕπνῳ,
Ἀλλ' οὐκ ἀτρεΐδῃσιν ἀγαμέμνονα ποιμένα λαῶν.
Ὑπνος ἔχε γλυκερὸς, πολλὰ φρεσὶν ὁρμαίνοντα. *id eſt,*
At reliqui Danaûm proceres noctem uſque per omnem
Dormibant, placido correpti membra ſopore,
At non Atridem paſtorem Agamemnona plebis
Somnus habet dulcis, uerſantem pectore multa.

Conſimilem ad modum Iouem uigilantem facit Iliados 2.

Ἄλλοι μὲν ῥα θεοί τε, καὶ ἀνέρες ἱπποκορυσταὶ
Εὗδον παννύχιοι, ἀλλ' οὐκ ἔχε νήλυμος ὕπνος,
Ἀλλ' ὅγε μερμήριζε κατὰ φρένας. *id eſt,*
Tum reliquos omneis, diuosq;, uirosq; tenebat
Pernox ſomnus, at inſomnis Saturnius unus,
Pectore ſollicito uoluebat.

Narrat Plutarchus in eodem commentario, quem modo citauimus, quiddam nec alienum ab hac paroemia, nec indignum memoratu, nimirum regi Perſarum hunc fuiſſe morem, ut ſemper unumquempiam haberet cubicularium, cui hoc muneris erat mandatum, ut mane regium thalamum ingreſſus, his uerbis illum expergefaceret, Ἀνάστα ὦ βασιλεῦ, καὶ φρόντιζε πραγμάτων, ὧν σὲ φροντίζειν ὁ μεσορομάσδης ἠθέλησε. i. Surge rex, ac negotia cura, quæ te Meſoromaſdes curare iuſſit. Quòd ſi quis princeps eruditus ſit ac prudens, huic nihil opus fuerit eiuſmodi cubiculario monitore: ſed ipſa ratio ſemper in pectore tale quiddam inſonabit: φρόντιζε, σ', ὦ χρὴ παννύχιον. Plato ſeptimo De legibus lib. multis modis uigilantiam commẽdat, maximè in principe. Eius uerba ſubſcribam: Εγρηγορότες ἡ ἄρχοντες ἐν πόλεσιν νύκτωρ, φοβεροὶ μὲν κακοῖς, πολεμίοις τε ἅμα καὶ πολίταις. id eſt, Principes qui noctu uigilant in ciuitatibus, malis ſunt formidabiles ciuibus pariter & hoſtibus. Ac paulo ſuperius eodem in loco: Καθεύδων γὰρ οὐδὲις, οὐδ' ὑὸς ἄξιος. id eſt, Nullus enim dormiens, alicuius eſt rei. Dormiunt autem qui oſcitanter agunt, quibus interdum ſuccedit ſed raro. Proin rectè Pindarus Olymp. 10. Απονον δ' ἔλαβον χάρμα παῦροι τινές. Gaudium citra laborem pauci quidam aſſequuti ſunt.

Capram portare non poſſum, & imponitis bouem. XCVI

Plutarchus in comment. cui titulus, περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανίζειν. Επὶ τὸ δὲ παροιμίας ἔχει γέλοιον,

Οὐ δύναμαι τῶν αἶγα φέρειν, ὑπερβέτι μοι βοῦν. *id eſt,*
Tauro oneratis, cum nequeam portare capellam.

Vbi quis quod leuius eſt recuſat, & quod multo ſit intolerabilius, imponi ſibi poſtulat. Veluti ſi quis impatientia paupertatis, nam ad id accommodat Plutarchus, uſuris inuoluat ſeſe, quod onus uix diuitibus ſit tolerabile.

Nunquam enim meos boues abegerunt, nec equos. XCVII

Οὐ γὰρ πώποτ' ἐμὰς βόας ἤλασαν, οὐδὲ μὲν ἵππους. *id eſt,*
Non enim equos unquam mihi ſubduxere boúesue.

Prouerbiali figura uidetur olim uſurpatum, pro eo quod eſt, Nunquam me læſerunt, aut affecerunt iniuria. Cum negamus nobis eſſe cauſam, cur illum aut illum odiſſe debeamus. Plutarchus in comment. De uitanda uſura: Καὶ ταῦτα μή με οἴεσθε λέγειν πόλεμον ἀξυνωμοχότα πρὸς τὸς δανειστάς. οὐ γὰρ πώποτ' ἐμὰς βόας ἤλασαν, οὐδὲ μὲν ἵππους. i. Neq; uerò me exiſtimetis hæc dicere, quòd bellũ mihi ſit cũ uſurarijs,

Nunquã etenim uel equos mihi ſubduxere boúesue. id eſt, Nunquam quicquã mei abſtulerunt. Id quo longius traducetur à ſimplici ſermone, hoc magis erit prouerbiale. Sumptũ eſt autem ex Iliados Homericæ lib. 1. ubi Achilles contendens cum Agamemnone negat ſibi cauſam eſſe, quamobrem cum Troianis bellum ſuſcipiat, niſi ut illi morem gerat.

Οὐ γὰρ ἐγὼ τρώων ἕνεκ' ἤλυθον ἀχμητάων
Δεῦρο μαχησόμενος, ἐπεὶ οὔ, τί μοι αἴτιοί εἰσιν.
Οὐ γὰρ πώποτ' ἐμὰς βόας ἤλασαν, οὔτε μὲν ἵππους
Οὐδέποτ' ἐν φθίῃ ἐριβώλακι βωτιανείρῃ
Καρπὸν ἐδηλήσαντο. *id eſt,*
Haud ego Troiugenûm huc acceſſi nomine, quò cum
His bellum gererem, neque enim ſum læſus ab iſtis.
Nunquam etenim uel equos mihi ſubduxere boúesue.
Nec Phthies unquam ſegetumq; uirumq; feracis
Sunt populati agros.

Ductum eſt autem ex antiqui ſeculi ritu, quo cùm uita mortalium adhuc eſſet paſtoralis, prima belli cauſa erant abactæ pecora: quemadmodum eleganter indicat Homerus Iliad. 9.

Ayuntamiento de Madrid

depingens Achillis clypeum:

Τοῖσι δ' ἔπειτ' ἀπάνευθε δύο σκοποὶ ἵσταο λαῶν,
Δέγμενοι ὁππότε μῆλα ἴδοίατο καὶ ἕλικας βῶς.
Οἱ δ' ἐτάχα προγένοντο, δύο δ' ἄμ' ἕσπετο νομῆες,
Τερπόμενοι σύριγξι, δόλον δ' οὔτι προνόησαν.
Οἱ μὲν τὰ προϊδόντες ἐπέδραμον, ὦκα δ' ἔπειτα
Τάμνον δ' ἀμφὶ βοῶν ἀγέλας καὶ πώεα καλά
Ἀργεννάων οἰῶν, κτεῖνον δ' ὑπὸ μηλοβοτῆρας.

Et reliqua quæ sequuntur. Quos uersus ne quis omnino contemptos queratur, ita uertimus:

Dehinc procul his speculatores populi unus & alter
Obseruant, si fors uideant ouiumue boúmue
Agmina, at hæc confestim adsunt, quæ pone sequuntur
Pastores duo, demulcentes pectora cannis,
Ignari fraudis: contra illi ex composito mox
Accurrunt, armenta boum, niueosq; bidentum
Concidere greges, cæsis pastoribus ipsis.

Felix qui nihil debet. XCVIII

Εὐδάμων ὁ μηδὲν ὀφείλων. i. Felix qui nihil debet. Sententia Græcis celebrata: quam facilè bis uerè dicet, qui periculum fecerit, quid sit ære alieno obstrictũ esse. Qui non sit expertus, is Plutarchi commentarium euoluat De uitandis usuris, quamq; sit miserum debere facilè cognoscet. Quid enim calamitosius quàm toties erubescere, totics perfricare faciem, fugitare, latitare, mentiri, dissimulare: nunc supplicẽ agere, nunc flagitare: palàm appellari, uituri, notari digito: breuiter nunquam tui iuris esse? Nam hæc, cumq; his multa alia incommoda secum adfert æs alienum. Extat in hanc sententiam epigramma Græcum huiusmodi, titulo Automedontis.

Εὐδάμων πρῶτον μὲν, ὁ μηδενὶ μηδὲν ὀφείλων,
Εἶτα δ' ὁ μὴ γήμας. τὸ τρίτον, ὅς τις ἄπαις.
Ἢν δὲ μανεὶς γήμῃ τις ἔχει χάριν, ἢν κατοδύξῃ
Εὐθὺς τὴν γαμετὴν, προῖκα λαβὼν μεγάλων.
Ταῦτ' εὐδαίμων, σοφὸς ἴσθι. μάτην δ' ἐπίκουρον ἔασον
Πᾶν τὸ κενὸν ζητεῖν, καὶ τίνες αἱ μονάδες. id est,

Qui nulli debet, fortunatissimus ille est.
Proximus huic cœlebs. tertius orbus erit.
Quod si quis demens uxorem duxerit, illi
Hæc ita res demum commoda grata feret:
Eueniat si fors, ut grandi dote recepta,
Protinus uxorem deferat in tumulum.
Hæc doctus sapies, Epicurum quærere frustra,
Quà sit inane sinas, quæq; sient monades.

Plutarchus in libello, cui titulus, περὶ τῆς μὴ δεῖν δανείζεσθαι, scribit Persis duo fuisse peccata: primum debere, proximũ mentiri. Nam ea iudicabant cohærere, quòd qui sunt obærati, sæpius cogantur mentiri. Quod autem refert Plutarchus, est apud Herodotum lib. 1.

Ad digituli crepitum. XCIX

Qui arrogantius fastuosiusq; iubent quippiam, digituli crepitu significare dicuntur. Diuus Hieron. in epist. ad Rusticum monachum usurpauit, in supercilioſum quendam & fastidientem, qui dicturus, digituli crepitu silentium imperabat: deinde simili fastu, singulas uocet, per interualla promebat: ut singultire crederes, non proloqui. Videtur autem hic gestus fuisse dominorum, seruis humilius aliquod ministerium inuentium. Martialis libro tertio in Zoilum:

Digiti crepantis signa nouit Eunuchus.

Item in Distichis,

Cum poscor crepitu digitorum & uerna moratur,
O quoties pellex culcitra facta mea est.

M. Tullius lib. Offic. 3. ita q; si uir bonus habeat hanc uim, ut si digitis concrepuerit, posit in locupletum testamenta nomen eius irrepere, hac ui non utatur, ne si exploratum quidem habeat id omnino neminem unquam suspicaturum. Simile est illud de nutu & renutu Iouis, quod ex Homero citat Plinius in Epistolis. Et nutu dicuntur efficere, qui minimo negotio rem conficiunt. Item ad omnes nutus obsequi, qui prompte morigerantur.

Suem iritat. C

Τὴν ὗν ἐρίζει. id est, Suem iritat. In auidum rixarum dicebatur. Sus enim agrestis prouocatus recta petit eum, à quo prouocatus est. Sic enim narrant uenandi periti, si quis suem lancea protensa prouocarit, etiam si iam ille sequebatur alium quempiam, ilico uertere cursum & in prouocatorem tendere, ne cuspide quidem uitata.

CHILIADIS SECVNDAE CENTVRIA VIII.

Seruatori tertius. I



Ὁ τρίτος Διὶ σωτῆρι. id est, Tertium seruatori. Proculus Diadochus in commentario de tribus animi partibus, iuxta Platonis diuisionem, deq; quatuor uirtutum generibus, usurpauit adagium hoc, his quidem uerbis, Ἀλλὰ τούτων διαλυθέντων, καὶ τῆς ψυχῆς μερῶν κατ' οὐσίαν διακεκριμένων, τὸ τρίτον Διὶ σωτῆρι φασι. id est, His dissolutis, animiq; partibus iuxta suam rationem distinctis, tertium seruatori, quod aiunt. Sentit autem Proculus, absolutis duobus restare tertium, uidelicet, quo pacto quatuor uirtutes ad treis illas animi partes possint referri. Proculus uidetur Platonem imitatus in Charmide. πάλιν τοίνυν ἂν δι' ἐγὼ τρίτον Διὶ σωτῆρι ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς ἐπισκεψώμεθα. id est, Rursum igitur, inquam, tertium sospitatori uelut ab initio consideremus. Eodem allusisse uidetur, licet tectius, lib. De legib. 3. ὁ δὲ τρίτος σωτὴρ ὑμῖν ἔτι παραγῶσαν καὶ θυμουμένην τὴν ἀρχὴν δρῶν, οἷον φάλλιον ἐνίβαλεν αὐτῇ, τὴν τῶν ἐφόρων διύναμιν. id est, Porrò tertius uobis seruator uidens principatum adhuc frementem & animosum, ceu psallium iniecit illi, Ephororum potentiam. Sentit Lacedæmoniorum remp. tribus modis fuisse temperatam ne erumperet in tyrannidem. Primum addita altera familia, ex qua reges creari liceret. Nam initio ex una tantum phas erat. Deinde nobilium ac principum potentiæ opposita uigintiocto seniorum autoritas, quæ in grauissimis negotijs regiæ par habebatur. Postremo quinque Ephororum magistratus, cui rex parêre cogebatur. Hæc autem omnia putat numinis prouidentia fuisse procurata ad ciuitatis incolumitatem, eoq; dicit, tertius seruator. Sumptum est adagium ex Isthmiorum hymno sexto Pindari, apud quem de tertio Iouis sospitatoris calice legimus ad hunc modum:

Εἴη δὲ τρίτον Σωτῆρι τοξοσάνοντας ὀλυμπίῳ, ἀγῶναν καταστένδειν μελιφθόγγοις ἀοιδαῖς, ſubaudi κρατῆρα. Quorum carminum hæc fermè mens est: Optat Pindarus ut aliquando uincat Olympia Aeginensis, quo contingat tertium miscere calicem sospitatori Ioui, non sine laudibus, tum ipsius uictoris, tum Iouis Olympij. Craterem autem intelligit, aut simpliciter eum qui sumitur in conuiuijs uictorialibus: aut κρατῆρα τῶν ὠδῶν. id est, Calicem cantionum, quemadmodum alibi:

Γλυκὺς κρατὴρ ἀγαθᾶν ἐγκωμίων ἀοιδᾶν. id est,
Dulcis calix uocalium cantionum.

Quo quidem loco Pindaricus interpres ostendit, antiquitus fuisse morem, ut in conuiuijs primus calix miscereturr Ioui Olympio, secundus heroibus, tertius Ioui seruatori. Testem huius rei citat Sophoclem ἐν ναυπλίῳ.

Ζεῦ πανσθενεῖ τε καὶ διὸς σωτηρίᾳ
Σπονδὴ τρίτη κρατῆρος. id est,
Curarum ademptor Iuppiterq; & tertij

Liba

Libatio ſcyphi ſoſpitatoris Iouis.

Citat & Aeſchylum in Epigonis:

Λοιβὰς Διὸς μὲν πρῶτον ὡραίοις γάμοις
Ἥρας τε, ἔπειτα τῷ Διὸς τρίτῃ γε κράσιν
Ἥρωσι νέμω, ἔπειτα δ' ἐσχάτῃ Διὸς τ' σωτῆρος & δικαίαν λάβα.i.

Libationes primum quidem Iouis tempeſtiuarum nuptiarum, Iunonisq;. Deinde ſecundum poculum heroibus tribuo. Deinde tertio loco Iouis ſoſpitatoris optabilem ſtillam. Addit autem hunc calicem σωτῆρος appellatum: quod hucuſque potatio citra ebrietatem, animiq; noxam conſisteret. Vltra quem ſi quis progreſſus eſſet, iam ad libidinem intemperantiamq; res uergere uideretur: iuxta illud apud Apuleium Aſclepiadis dictum, exiſtimantis primum craterem pertinere ad ſitim, ſecundum ad uoluptatem, tertium ad ebrietatem, quartum ad inſaniam. Hunc autem eundem, Διὸς σωτῆρος calicem appellant τέλειον, ſiue quòd in hunc deſineret bibendi modus: ſiue quòd hic numerus inter omnes abſolutiſſimus eſſe putatur, ut cui adſit & initium & medium, & finis: eoq; rebus diuinis potiſſimum accommodatur, & à Platone refertur ad animũ, utpote diuinum, & ob id ternione conſtantem. Ne id quidem theologica ratione uacat, quòd primam & ultimam pateram Ioui dicarint, mediam ſemideis. Primum enim heroibus medius locus competebat: uel quòd iuxta Platonis ſententiam mediæ conditionis eſſent inter ſummos illos deos, οἱ ὀλυμπον ἔχουσι, ut inquit Homerus, quos Plato mentes autumat eſſe nullis obnoxias corporibus, & inter nos corporibus oneratos, & ob id affectibus mortiq; obnoxios. Dæmonibus enim Platonici tribuunt corpora, tametſi non eiuſmodi qualia ſunt noſtra, uerum aërea: cuius opinionis ſe fuiſſe teſtatur & diuus Aurelius Aug. in lib. De natura dæmonum: & aliàs aliquoties. Vel quod iuxta poëtarum fabulas ſemidei compoſitæ mediæq; ſunt originis, ex altero parente deo, altero homine: uelut Hercules ex Alcmena & Ioue, Caſtor & Pollux ex Leda & Ioue. Porrò Iouem intelligunt mentem illam ſummam omnia ſimul complectẽtem, ut idem & initium & finis ſit omnium, eamq; ob cauſam ab hoc auſpicabantur potationem, & in eundem finiebant. Meminit Iouis ſoſpitatoris non ſemel Ariſtophanes in Pluto, uelut hoc loco:

Τὸν γὰρ Δία τὸν σωτῆρα κἀντός μοι δοκῶ
Χαίρειν ἐάσας ἥδ' ἀυτοῦ καταμένειν. *id eſt,*
Mihi itaque uiſum ſoſpitatorem Iouem ut
Valere ſinam, atque hoc permaneam poſthac loco.

Tradit interpres templum Athenis fuiſſe τ Διὸς σωτῆρος, quem eundem quidam ἑλευθέριον appellant. Διὸς σωτῆρος mentionem facit & Athenæus in Dipnoſoph. lib. 2. addens olim fuiſſe morem, ut cibis appoſitis mox uinum indilutum infunderetur, quo nimirum declararent quanta uis eſſet boni dei. Deinde cum ſuo quiſq; arbitrio diluiſſet, nomen Iouis ſeruatoris præfabantur: innuentes ita temperatum uinũ tuto citraq; noxam bibi. At idem lib. 11. propemodum docet & poſt cœnam à lotis manibus inferri ſolere calicem Iouis Seruatoris, qui idem fuerit cũ eo qui dictus eſt ἀγαθοῦ δαίμονος, Diphilum adducens autorem, qui ſcripſerit in Sapphone.

Ἀρχίλοχε δίξαι τήνδε τὴν μετανηχθίδα
Μεγὰν Διὸς σωτῆρος ἀγαθοῦ δαίμονος. *id eſt,*
Archiloche ſumito hanc tibi metaniptridem
Plenam Iouis Soteris optimi dei.

Adagio licebit uti, cum ſignificabimus nos ad id quod in negotio poſtremum, ac præcipuum eſt accedere. Prius quàm finem faciam, illud admonere libet, ex Pindari uerbis, eundem uideri Iouem Olympium ac ſoſpitatorem. Plutarchus Conuiuialium quæſt. Decade 5. de tribus his calicibus loquitur, ni fallor: Οὐ γὰρ θεῷ θύοντες, πᾶσι τοῖς ἄλλοις θεοῖς, μάλιστα καὶ σὺν ναοῖς καὶ βωμοῖς κατοικόμιδα, ἀλλὰ τριῶν κρατήρων κιρναμένων, τοῖς μὲν ἀπὸ τ πρώτου σπένδομεν, τοῖς δ' ἀπὸ τ δευτέρου, τοῖς δ' ἀπὸ τ τελευταίου. φθόνος γὰρ ἔξω θέας χορὸν ἵσταται. id eſt, Neq; enim cum deo rem diuinam facimus, reliquis omnibus dijs, maximè cum templis & aris uota facimus. Sed tribus crateribus mixtis, alijs de primo libamus, alijs de ſecundo, alijs ex ultimo. Nam inuidia ſtat extra chorum diuinum. Meminit huius rei & Decade 7. demonſtrans, cum uni ſacrificabatur deo, omnibus ſimul uota fieri, ſed non nominatim.

Hyperi uertigo. II

Ὑπέρου τριετηρὶς. *id eſt, Piſtilli circumuolutio. Vbi quis ſemper idem agitat, neque quicquam tamen explicat. Plato Comicus, opinor, in Adonide, apud Zenodotum,*

Εἶτα δ' ἐχ' ὑπέρου μοι τριετηρὶς γενήσεται. *id eſt,*
Dehinc mihi uertigo piſtilli haud erit.

Plutarchus aduerſus Stoicos ſignificans illorum rationes eodem reuolui: πολὺς ἂν ὁ Διὸς κόσμος & ὑπὸ τ λόγου αὐτῶν ἀφιᾶται. τὴν γὰρ ὑπέρου τριετηρὶν ἵνα μὴ σκοπῇς ἐασον. id eſt, Multus igitur Iouis Corynthus ad rationem illorum admittitur. Nam piſtilli circumuolutionem, ne ridere uideare, omitte. Vnde uidetur ſolere dici, cum eadem ſæpius iterantur non ſine tædio. Dialectici peti principium aiunt, quoties eodem reuoluitur argumentatio. Heſychius interpretatur de his qui ſemper eadem aiunt, neque quicquam interim proficiunt. Huic ita finitimum eſt, ut idem uideri poſſit, quod Plato recenſet in Theæteto: ἢ μὴν σκυτάλης, ἢ ὑπέρου, ἢ ὅτε δὴ λέγεται τριετηρὶς. id eſt, Scytalæ quidem, aut piſtilli, aut ſi cuius alterius dicitur circumuolutio: cum ſermo in idem reuoluitur, quemadmodum illic Theætetus iubet aſſentiri rectæ opinioni, eum qui rectam habet opinionem. Scytalam interpres uertit, ſcuticam, cum Plato loquatur de loro quod ſurculo circumuoluitur.

Sus ſub fuſtem. III

Υς ὑπὸ ῥόπαλον. *id eſt, Sus ſub fuſtem. Vbi quis ſeſe in præſens diſcrimen ac perniciem præcipitat. Nam ſues apud quoſdam fuſte mactari mos eſt. Refertur à Suida. Zenodotus indicat extare apud Dinolochum.*

Sí bouem non poſsis, aſinum agas. IIII

Εἰ μὴ δυνᾶσαι βοῦν, ἔλαυνε ὄνον. *id eſt, Si nequeas bouem, aſinum agito, id eſt, ſi non potes ut uis, utcunque potes facito. Si fortuna ſplendidior non contingit, eam ſortem quæ contingit boni conſulas: ſi quod optas non licet, id quod eſt proximum, amplectere. Autore Suida.*

Siren amicum nuntiat, apis hoſpitem. V

Σειὴν μὲν φίλον ἀγγέλλει, ξεῖνον δὲ μέλιττα. *id eſt,*
Hoſpitem apis, uerum Siren prædicit amicum.

Quoties complures eadem de re bene ominantur: aut ubi ſuæ quiſq; ſpei blandiens ex quamlibet leuibus argumentis diuinat futurum quod optat. Nam Siren hoc loco non unam ex illis uirginibus Homericis ſignificat, uerum inſecti genus, api non diſſimile. Autore Suida. Quanquam apud Heſychium σήρη legitur, non σειρήν.

Etiamſi lupi meminiſſes. VI

Εἰ καὶ λύκος ἐμνήσθης. i. *Etiamſi lupi mentionem feciſſes, ſubaudiendũ interueniſſet. Quoties præter expectationẽ interuenit is de quo fuerat mentio: cognatũ ei quod alibi recenſebimus: Lupus in fabula. Id frequenter accidit in Comœdijs ac tragœdijs arte curaq; ſcriptoris, ut de quo fiunt uerba mox interueniat. Accõmodari poterit ad rem, ueluti ſi apud autorẽ protinus uel caſu occurrat, id de quo uertebatur ſermo. adagiũ refert Zenodotus. Plato in Phædro, λέγεται γοῦν ὦ φαῖδρε δίκαιον εἶναι, κἀ τὸ τ λύκου ἀπαρ. id eſt, Aiunt igitur ô Phædre, iuſtũ eſſe etiam quod de lupo dicitur narrare.*

Ayuntamiento de Madrid

Similior ficu. VII

Ομοιότερον σύκῳ. id est, Similior ficu. Per iocum dicebatur, de uehementer inter se similibus. Ducta metaphora à ficorum inter ipsas similitudine. Plutarchus aduersus Stoicos: Θαυμαστὸν καὶ παράλογον ἐστὶ μήτε φάττα φάττῃ, μήτε μελίττῃ μελίττα, μήτε πυρῷ πυρός, ἢ σύκῳ, τὸ ὅλον, σῦκον, ἐν ᾧ πάντι χρόνῳ γέγονεν ἀπαράλλακτον. id est, Mirum & inopinabile, si neque palumbus palumbo, nec api apis, nec tritico triticum, aut fico, quod est in prouerbio ficus semper ad similis fuisset. Consine est ijs quæ retulimus alibi: Non tam ouum ouo simile, & non lac lacti magis est simile.

Simul & da & accipe. VIII

Ἅμα δίδου καὶ λάμβανε. id est, Simul & da & accipe. Vbi res est cum homine parum certa fide, cui non sit tutum quicquam credere, nisi statim receperis quod fueris stipulatus. Torquebitur ad eum qui non collocat officium aut munus suum, nisi iam certus de mutuo: nec spem emit pretio, quemadmodũ ait leno Terentianus. Aristoteles hanc paræmiam uenustius extulit lib. Moralium Nicomacheorum 8. taxans amicos, quos mutua conciliat utilitas: & perinde ut in forensibus commercijs non dant beneficium, sed uendunt, ἢ μὲν πάμπαν ἀγοραία ὁμοῦ χεῖρα ἐς χεῖρα, ἢ ὑστερίζουσα ἐς χρόνον. id est, Altera quidem omnino sordida & cauponaria compensatio de manu in manum: altera magis ingenua ad tempus. Alluſit philosophus ad Comicum illud, quod citatur ab interprete Pindari:

Φοῖνιξ γὰρ δώσω γενόμαι,
Τῇ μὲν δίδωμι χειρί, τῇ δ' ἔλαβόν τι. id est,
Phœnix enim fio ilico.
Quippe altera manu do, & accipio altera.

Phœnices notantur nimio cauponandi studio. Vnde & Pindaro dictum in Pythijs hymn. 2.

Τὸ δὲ μὲν κατὰ φοίνισσαν ἐμπολὰν μέλος.

Phœnicũ commutationẽ appellat cum datur aliquid, & uicissim accipitur. Porrò negotiatorũ genus nihil habet sacrũ, præter unũ pecuniæ lucrum, cui se totos ceu deo consecrarunt. Hoc pietatẽ, hoc amicitiã, hoc honestũ, hoc famam, hoc diuina pariter & humana omnia metiuntur. Reliqua nugæ.

Semper me tales hostes insequantur. IX

Ἀεὶ τοιοῦτοί με πόλεμοι διώκοιεν. id est,
Me bella semper insequantur talia.

Vbi quospiam libenter odimus, ac simultatem illorum contemnimus. Est enim hominum genus, quos periculosius sit demeruisse, ut ait Seneca, quàm offendisse: & quos magis expediat inimicos habere quàm amicos. Et quibusdam displicuisse, laudabile est. Et sunt cum quibus amicitia copulatum esse dedecori sit, simultate dissidere pulchrum. Potest accommodari & in eos qui desciscunt ab amicitia, sed ut inimici nihil queant nocere. Legitur & ad hunc modum:

Ἀεὶ τοιοῦτοί με πολέμιοι διώκοιεν. id est,
Me semper hostes insequantur hoc genus.

Anus eriphus. X

Γραῦς ἔριφος. id est, Anus hœdus. Apollodorus apud Zenodotum ait anum quandam fuisse, quæ dicta sit Eripha, quòd in uirginitate consenuisset: perinde quasi eadem & anus esset per ætatem, & puella, quòd adhuc innupta. Sunt qui tradant locustam agrestem, à nonnullis Mantin appellatam, in Sicilia γραῦν ἔριφον appellari. Aiunt autem quodcunque animal aspexisset, illi mali quippiam accidere. Proinde in mulierem ueneficam ac fascinatricem quadrare uidetur. Quod genus apud Horatium Canidia.

Anus saltat. XI

Γραῦς χορεύει. id est, Anus saltat. In eum conuenit, qui indecore quippiam facit: uelut, si senex ludat nucibus: aut theologus rhetoricis floſculis lasciuiat: aut princeps exemplo Neronis musicetur. Confine est illi quod suprà retulimus: Camelus saltat. Horatius in anum intempestiuæ libidinis,

Te lanæ prope nobilem
Tonsæ Luceriam, non citharæ decent,
Nec flos purpureus rosæ,
Nec poti uetulam face tenus cadi.

Apud Plutarchum in uita Periclis legimus, Elpinicem quandam cum eum indecoris cõuitijs palàm incesseret, nihil aliud responsi tulisse quàm uersiculum illum ex Archilocho,

Οὐκ ἂν μύρῳσι γραῦς ἐοῦσα ἀλείφιο. id est,
Vnguento anus cum sis caueto inungier.

Quid autem sequutus Lapus uertit. Haud unguenti, uetula cum sis, oblita es, non satis coniecto, nisi fortè pro ἀλείφιο legit ἀλέδιο, aut ἀλίδιο.

Anus subsultans multum excitat pulueris. XII

Γραῦς ἀναπηδήσασα πολὺν κονιορτὸν ἐγείρει. id est,
Anus subsultans, multum puluerem excitat.

In eos dici solitum, qui ob rerum experientiam, multum negotiorum aggrederentur. Videtur carmen heroicum syllaba duntaxat deprauatum.

Anus uelut equus profundam habebis fossam. XIII

Γραῦς ὥσπερ ἵππος ἢ χαράδραν τάφρον ἕξεις. id est, Anus uelut equus, alte hiantem habebis ac nigrum specum sepulta. De ijs qui penitus abijciuntur, tanquam prorsus inutiles. Equi postea quàm consenuerint, in altos terrarum specus aliquo præcipitantur. Ita mulier olim amata, simul atque defloruit forma, fastiditur ab omnibus. Qualis est apud Horatium Lyce. simile illi: Equi senectus.

Aphyarum honos. XIIII

Ἀφυῶν τιμή. id est, Aphyarum honos. Quoties humilibus exiguus quispiam honos contingit. Nam Aphya piscículus est uilis, cui coquendo nihil adhibetur præter oleum, quo frigitur. Vnde iactatum illud: ἀφύας τιμᾷ τὸ ἔλαιον. id est, Aphyæ honos oleum.

Cur non suspendis te? XV

Τί οὐκ ἀπάγξῃ, ἵνα θήβησιν ἥρως γένῃ. id est, Quin te suspendis, ut apud Thebanos heros fias? Apud alios suminus honos habebatur ijs, qui sibi mortem consciuissent, præsertim pro salute patriæ: ut apud Atticos Codro pro patria non timido mori: apud Romanos Decijs, & Quinto Curtio, M. Catoni Vticensi, Bruto, & alijs plerisque: apud Thebanos autem nullus honos habebatur ijs qui sibi uim attulissent. Vnde per ironiam dictum putant, ut Thebis semideus fias, Dici posse uidetur in eos, qui famæ ducti cupiditate, semet periculis grauibus obijciunt. Refertur à Zenodoto.

Quid tibi Apollo cecinit? XVI

Τί σοι ἀπόλλων κεκιθάρικεν; id est, Quid tibi Apollo cecinit citharâ? hoc est, quid tibi respondit? Alluſum est autem ad Apollinis citharam, quam illi tribuunt poëtæ. Vsus est hoc adagio Æschylus in Aiace Locrensi. Refertur à Zenodoto. Conueniet, ubi quis à principe redeuntem percunctabitur, quid responsi tulerit. Τί σοι ἀπόλλων κεκιθάρικεν.

Quid non fies, profectus Arbelas? XVII

Τί δ' οὐ γένῃ, ἰὼν ἀρβέλας; i. Quid non fies Arbelas profectus? De eo dici solitum, qui peregre proficiscens ingentia sibi pollicetur, fretus gentis ad quam demigrat inscitia, barbarieq; Siquidem Arbela Siciliæ ciuitas, autore Stephano, cuius ciues male audiebant olim, ut stupidi, & quibus facilè imponeretur. Apud hos igitur etiam contẽptus alibi, magnũ aliquid esse posſit. Quanquam est huius nominis ciuitas in Perside, cuius meminit Strabo li. 16. Et Q. Curtio est oppidũ

Mesop

Meſopotamiæ Darij copiarum internicione nobile.

Bonus è pharetra dies. XVIII

Ἀγαθὴ ὀκ τ᾽ φαρέτρας ἡμέρα. *i.* Bonus è pharetra dies. *De die fortunato dicebatur. Translatum à Scytharum cõſuetudine, quibus, ut narrat Philarch. mos erat, ut veſperi prius quàm dormirent, calculum in pharetram immitterent candidum, ſi fortè is dies citra moleſtiam abiiſſet: atrum, ſi ſecus. Demum ubi quis uita decederet, eius pharetram proferebant: in qua ſi plures candidos calculos reperiſſent, felicem pronunciabant: contrà, ſi plures nigros. Atq; hinc uitæ ſummam æſtimabant: unde prouerbio receptum eſt, ut dicerent, bonum diem è pharetra eſſe, ſi quid ex animi ſententia accidiſſet.*

Res Cannacæ. XIX

Τὰ κανν᾽ακκα. *i.* Res aut mala Cannacæ. *Bifariam hac utebantur paroemia, uel de rebus ob uetuſtatem admirandis, uel de lamentis & complorationibus miſeris ac lacrymoſis. Cannacas quiſpiam Phrygum rex, quemadmodum narrat Hermogenes in Phrygijs, qui cum præuidiſſet euenturum diluuiũ, conuocatis omnibus ad templa deorum, multis lacrymis ſupplicabat dijs, ut id malum auerterent. Vnde Herodes iambographus inquit,* ἵνα τὰ κανν᾽ακκα κλάυσω. *i.* Vt Cannacæ more plorem. *Hæc referuntur à Zenodoto. Plin. libr. 36. Cannacum inter ſtatuarios nobiles recenſet. Stephanus in dictione Iconium, meminit adagij, niſi quòd Annacum appellat, non Cannacum, aut Cannacam: & de fabula nonnihil euariat. Ait enim Annacum quendam uixiſſe ſuper annos trecẽtos. Ita undiq; conſulta oracula, quo uſq; uicturus eſſet. Reſponſum autem, mortuo Annaco peritura uniuerſa: quo defuncto, ſucceſſiſſe diluuium Deucalionis. Cæterum audito reſponſo magnopere luxiſſe Phryges, atq; hinc de grauiluctu ortum prouerbium,* ἐπὶ ἀνναχοῦ κλάυσαμ.

Qui modus equitum? XX

Τὶς τρόπος ἵππων; *id eſt, Qui modus equorum? Vbi quis nouam ac peregrinam induceret conſuetudinem: ueluti ſi quis Italus Gallicis ueſtibus uteretur. Dictum uidetur de hoſpitibus nouo quadrigarum genere inuectis. Metagenes in Thurioperſis apud Suidam:* Τὶς τρόπος ἵππων; ὡς δ᾽ ὀρχοῦνται τ᾽ βαρβαρικὸν τρόπον ἔστι. *i.* Quis equorum modus? Vt autem ſaltant hi more barbarico. *Confinitatem habet cum illo, quod paulo ſuperius recenſuimus:* ἄλλο γένος κώπης. *i.* Aliud genus remi.

Chironium uulnus. XXI

Χειρώνειον ἕλκος. *id eſt, Chironium uulnus, immedicabile malum appellabant. Chiron in bello aduerſus Centauros ictus ab Hercule, uulnus immedicabile accepit in pede: unde & perijt. Hinc natam paroemiam, autor Zenodotus. Vergilius autem noſter (nam huic carmen inſcribitur) Chironiam manum medicam uocat:*

Viuit pectore ſub dolente uulnus,
Quod Chironia nec manus leuaret.

Ab hoc Chirone centauro fertur educatus Achilles. Vnde Plato Comicus Damonem, qui ſub obtentu tradendæ muſices putabatur Periclem inſtituiſſe ad tyrannidem, taxat his uerſibus,

Ἠρῶτον μὲν ἔμ᾽ μοι λέξον ἀντιβολῶ, σὺ γὰρ
Ὡς φασιν ὁ χείρων ἠλίθριος πιεικλέα. *id eſt,*
Primum quidem illud obſecro dicas mihi,
Tu quippe Chiron educaſſe diceris Periclem.

Quem locum ita reddidit Lapus: Tu enim, ut aiunt, peſſime Periclem educaſti. Quin & in æditione Aldina geminũ uicium eſt. Primum enim uerſus perperam diſtinctus eſt, deinde ut pro ὦ χείρων, legamus ὁ χείρων. i. tu ille Chiron, metri cogit ratio. Per tropum ſiquidem appellat Damonem Chironẽ, quòd id fuerit Pericli, quod Chiron fuit Achilli, quem docuit quidem fidibus canere, ſed ad Centauricam ferociam eduxit. Hoc licet alieniore loco, uiſum eſt ſtudioſis indicare, ne quis imprudens ad eum impingat lapidem.

Charontis ianua. XXII

Χαρώνειος θύρα. *i.* Charontica ianua. *De imminente capitis periculo, ſiue de re magnopere triſti. Sic enim antiquitus appellabatur una è carceris ianuis, per quam damnati iudicum ſententijs ad ſupplicium educebantur. Referunt Zenodotus, Heſychius & Suidas. Charontis enim cymba fingunt animas ad inferos deduci. Hinc Ariſtophanes in Pluto,* ὁ δ᾽ ἡμῖν χάρων τὸ ξύμβολον δίδωσι. *i.* Dat ſymbolum Charon: ſignificans illi imminere mortem.

Minxit in patrios cineres. XXIII

Qui intemperijs ageretur, cuiq; cuncta cederent infeliciter, in patrios cineres minxiſſe dicebatur. Antiquitus enim paterni ſepulchri ſumma fuit religio. Quod liquet ex Thamyridis fabula, quam alibi retulimus. Proinde qui monumentum patris uiolaſſet, huic ſicut & parricidis, Erinnes furias ultrices immittebant, neque quicquam proſpere ſuccedebat. Horatius in Arte poëtica,

Nec ſatis apparet, cum uerſus faciiet, utrum
Minxerit in patrios cineres, an triſte bidental
Mouerit inceſtus, certè furit.

Maſchalam tollere. XXIIII

Μασχάλιν αἴρειν. *i.* Maſchalam tollere dicebatur, *qui auidius biberet. Sumptum à geſtu bibonum, inter ebibendum cyathos, gulam ac mentum intendentium, & altius erigentium cubitos, ne quid reſideat in cyatho liquoris. Idem appellant* κωθωνίζειν, ἀπὸ τ κάθωνος, *quod eſt poculi genus. Heſychius indicat* μασχάλιν *eſſe partem proræ, quæ continet* τέρθρον, *ſiue Antemonem. Antemonem autem uolunt eſſe ueli genus. Sunt qui dicant* μασχάλιον *eſſe caniſtrum è palma contextum, quòd uirga palmea maſchale dicatur, nonnunquam & pro fune poni. Alij contendunt maſchalam eſſe machinam, qua ſarcinæ deponuntur in naues, aut eximuntur è nauibus. Hinc iocus in eos qui poculum tollunt in altum. Heſychius adſert & hunc trochaicum tetrametrum citra nomenclaturam autoris,*

Ὡς ἄνω τὴν μασχάλιν αἴρωμεν ἐμπεπωκότες. *id eſt,*
Surſum in altum ut irruentes erigamus maſchalam.

Fortaſſis huc alluſit Stratonicus citharœdus apud Athenæũ lib. 8. qui notans ſingulas Græciæ ciuitates, Βυζάντιον εἶπεν μασχάλιν τ᾽ ἑλλάδος. *id eſt,* Byzantium dixit Græciæ maſchalam, *quòd illic opinor ſtrenue potaretur, ſiue quòd eſſet emporium Græciæ. Eſt enim Thraciæ ciuitas, eadem dicta Conſtantinopolis. Adiungit prouerbio gratiam alluſio, quòd ſunt pocula nauigij ſpecie, ueluti cymbia,* σκάφια, *ſcyphi, & alia nonnulla. Refertur à Zenodoto. Meminit & Iulius Pollux lib. 6. cap. 3. his quidem uerbis,* ἐπὶ δ᾽ τ μεθυόντων ἔλεγον τὸ μασχάλιν αἴρειν, ὡς τοῦτ᾽ ἔθος ὂν τοῖς πίνειν. *id eſt, De ebrijs uero dicebant maſchalam tollere, tanquam is mos ſit temulentis. Adducit & Homerici carminis teſtimonium,*

Χεῖρας ἀλεξόντες γλωρὸν θάνατον. *id eſt,*
Sublatis manibus riſu emori.

Ex his uidetur non à tollendo poculo, ſed à geſtu gaudentium fuiſſe dictum. Certe manet & hodie apud Germanos milites, ut dextra ſublata lætitiam indicent animi.

Magis ipſe Phryx. XXV

Μᾶλλον ὁ φρὺξ. *id eſt, Magis ipſe Phryx. Equidem conijcio dictitatum, quotics ea magis probarentur, non quæ ueriora ſint, ſed quæ adulantius dicta. Narrant Cræſum Lydorum regem aliquando percunctatum ſeptem illos ſapientes, cui nam primum felicitatis titulum tribuerent. Ac cum uarie reſponderetur, alijs dicẽtibus, feras indomitas ſibi uideri feliciſſimas, quòd pro tuenda libertate mortem oppeterent: alijs*

Ayuntamiento de Madrid

ciconias, quòd citra legem, ſuapte natura ius piumq; ſeruarent: Solone uerò negante, quenquam appellandum felicem, prius quàm ex uita deceſſerit, aſsiſtens Phrygius ille fabulator Aeſopus: Tanto, inquit, rex cæteros anteceſſis, quanto mare præſtat fluuijs. Id ubi rex audiſſet, reſpondiſſe fertur, μᾶλλον ὁ φρύξ. Ea uox in prouerbium ceſſit: equidem haud ſcio an ita legendum ſit: μᾶλλον ὦ φρύξ. ut ſit libenter agnoſcentis eam laudem, & cum eſſet maxima, tamen aliquid etiam adiungi deſiderantis: unde cum quis aperte nobis adulatur, ſuccinere licebit, μᾶλλον ὦ φρύξ. Referunt Suidas & Zenodotus.

Magis ſibi placet, quàm Peleus in machæra. XXVI

Μέγα φρονεῖ μᾶλλον ἢ πηλεὺς ἐπὶ τῇ μαχαίρᾳ. i. Magis ſibi placet, quàm Peleus ſua machæra. In eum competit, qui præter modum re quapiam inſolens eſt, ac tumet. Aiunt autem hunc gladium à Vulcano fabrefactum, à dijs dono datum fuiſſe Peleo uirtutis illius ac prudẽtiæ ſymbolum. Quo quidem ille utens & in prælijs & uenatibus conſequebatur quicquid optabat. Zenodotus ait huius mentionem factam & apud Anacreontem, & apud Pindarum.

Generoſus es ex crumena. XXVII

Γενναῖος εἶ ἐκ βαλαντίου. id eſt, Generoſus es ex crumena. In eum iaciebatur, qui propter opulentiam generoſus haberi uoluiſſet, alioquin obſcurus & humilis. Pariunt enim nobilitatem & opes, non antiquæ ſolum, iuxta Ariſtotelem, uerumetiam undecunq; & quandocunq; partæ. Solet autem hoc genus ferocius inſoleſcere, quàm qui maiorum imaginibus clari ſunt.

Liberorum amantior quàm Gello. XXVIII

Γελλὼ παιδοφιλοτέρα. id eſt, Puerorum amans Gello. Dici ſolitum uel in eos, qui morte præmatura periſſent, uel in eos qui mira quidem charitate filios proſequerentur, ſed eoſdem indulgentia delicijsq; corrumperent. Aiunt Gello uirginem quampiam fuiſſe, quæ puella adhuc uita deceſſerit. Huius ſpectrum oberrare Leſbijs creditum eſt, ac pueros impetere. Vnde puerorum mortem, qui præmaturo fato perirent, huic Gello imputabant. Citatur Sappho, quæ huius fabulæ meminerit.

Gleba aruum. XXIX

Βῶλος ἄρουρα. i. Gleba aruum, ubi quis exigua maximis apponit, credens ſeſe nonnihil iuuare. Proinde legendum ſuſpicor, βῶλος ἄρουραν, aut ἀρόῳ, ut ſubaudias, προσίθεται aut ἀυξάνει, aut eiuſmodi quippiam. Nihil enim adfert momenti, ſi gleba aruo adiungatur, quod perinde ſit, ac ſi quis aquam è lacu hauſtam infundat mari.

Glauci ars. XXX

Γλάυκος τέχνη. i. Glauci ars. Huius paroemiæ duplex eſt uſus. Conuenit enim uel in opus celeriter abſolutum, uel in id quod eſt arte ſumma, ſummáq; cura elaboratum. Quidam ortum exiſtimant à Glauco quodam Samio, qui primus æris ferruminationem inuenerit. Alij à Libyco quodam, qui quatuor cymbala quædam fabricatus dicitur, certis proportionibus ita inter ſe reſpondentia, ut primi ſpiſsitudo Epitritirationem haberet ad ſecundum, ad tertium Hemiolij, ad quartum dupli. Ea pulſata muſicam quandam harmoniam reddebant. Autor Zenodotus.

Noctuæ Lauriotícæ. XXXI

Γλαῦκες λαυριωτικαὶ. i. Noctuæ Lauriotícæ, hoc uelut ænigmate pecuniarum uim ſignificabant. Laurios enim Atticæ regio eſt auri uenis frequens. Porrò nomiſmatis aureis noctuarum figura inſcalpebatur, quemadmodum alio diximus loco. Interpres addit & tetradrachmis noctuam ſolere inſculpi. Ariſtophanes in Auibus:

Γλαῦκες ὑμᾶς ὅποτ' ἐπιλέψουσι λαυριωτικαὶ,
Αλλ' οἰκήσουσιν ἐνδόμοις, ἔν τι τοῖς βαλαντίοις
Ἐννοσσεύσουσι. id eſt,
Noctuæ uos non relinquent Lauriotícæ, ſed hæ
Aedibus aderunt in ipſis, inq; loculis nidulos
Sibi parabunt.

Glaucus poto melle reſurrexit. XXXII

Γλαῦκος πιὼν μέλι ἀνέστη. id eſt, Glaucus poto melle reuixit, Dici ſolitum, quoties aliquis uulgari rumore dictus mortuus, denuo prodit in publicum, & quaſi rediuiuus appareret ijs, quibus perſuaſum fuerat eum uita defunctum eſſe. Satis conſtat ab euentu natum. Nempe Glaucum quempiam præter omnium expectationem, guſtato mellito pharmaco reualuiſſe. Eamq; rem in iocum popularem uerſam fuiſſe. Quidam enarrant in hunc modum: Glaucus quidam poto melle, ob bilem penè exanimatus eſt. Ad hunc multis accurrentibus medicis, polyidos herba, quam draconem uocant, eum reſtituit.

Generoſior Codro. XXXIII

Εὐγενέστερος κόδρου. id eſt, Generoſior Codro. Per Ironiam recte dicetur in iſtos, qui maiorum fumoſis imaginibus, & natalium antiquitate gloriantur. Codrus Melanthi filius fuit. Melanthus à Neleo ſextus. A quo Neleo prognatus & Neſtor. Hic igitur Melanthus, Meſſene patria pulſus uenit Athenas; atq; ibi cum Xantho Bœoto, qui tum Athenis imperabat, ſingulari certamine congreſſus, uictor diſceſſit, & Athenienſium imperium occupauit. Cui ſucceſſit filius Codrus, ſingulari in patriam pietate præcipue nobilis. Nam cum Atticis bellum eſſet aduerſus Dores, proditumq; eſſet oraculo, uictoriam penes Athenienſem populum futuram, ſi rex illorum ab hoſtibus fuiſſet occiſus, Codrus patriæ gloriam ſua incolumitate chariorem habens, ignota ſpecie hoſtem prouocauit, & interemptus eſt. Reliquit autem filios duos, Mentorem, qui patri defuncto ſucceſſit in imperium, & Neleum, cuius auſpicijs colonia in Aſiam demigrauit. Hæc fermè Zenodotus.

Cadmea uictoria. XXXIIII

Κάδμεος νίκη. i. Cadmea uictoria. Huius adagij uarium adducunt & ſenſum & originem. Sunt qui putent inutilem uictoriam Cadmeam uocatam, propterea quòd Eteocles, & Polynices Thebani, cum de regni uicibus diſceptarent, ſingulari certamine congreſſi, utriq; perierint. Cuiuſmodi uictoriæ meminit Herodotus lib. 1. de Phocenſibus agens. Vel quòd Cadmei deuicerint quidem Argiuos cum Adraſto militantes, ſed ſuo malo. Poſteris enim illorum pœnas abunde magnas dederunt. Vel quod Oedipus ſoluto Sphingis ænigmate, uictoriam quidem à monſtro magnificam reportauit, uerum poſt imprudens ſuam ipſius matrem duxit uxorem. Idq; ſimulatq; reſciuit, oculos ſibimet eruit. Itaq; illius quoq; uictoriæ parum felix exitus fuit. Sunt qui huc referãt, Cum Cadmus literas à Phœnicibus acceptas, Græcis tradere uellet, Linum, quòd is quoq; literas ſuas proferret, interemit. Deinde ciues Cadmum exegerunt, ut nec huic bono fuerit Linũ ſuperaſſe. Plutarchus ſubſcribit primæ ſententiæ. Nam ad hunc modum ſcribit in cõmentario, περὶ τῆς φιλαδελφίας. Οὐ γὰρ ἔστεργον οἱ παλαιοὶ καθ' ἑαυτὸν νικᾶν, ἀλλὰ τὴν περὶ θήβας τῶν ἀδελφῶν, ὡς αἰσχίστην καὶ κακίστην προσηγόρευσαν. i. Non enim aliam priſci Cadmeam uictoriam, quàm eam quæ fuit fratrum apud Thebas, ut turpiſsimam atq; miſerrimam appellarunt. Idem, περὶ παίδων ἀγωγῆς, oſtendit Cadmeam appellari uictoriam, quoties præſtat uinci quàm uincere. Vſurpauit hoc adagium Plato lib. De legib. 1. παιδιὰ μὲν γὰρ φίλῃ καὶ νίκαν, νίκη δ' ὁτιοῦν ἀπαιδεύσιαν. πολλοὶ γὰρ ὑβριστικώτεροι διὰ πολέμων νίκας γεγόνασι, μυρίων ἄλλων κακῶν

κακῶν δὲ ὕβριν γενέσθαι κακὸν, καὶ παιδεία μὴ δέλεπόποτε γίγνεται καθ' αὑτὴν, νίκη δ' ἀνθρώποις πολλὰ δὴ τοιαῦτα γεγόνασί τε καὶ ἔστιν. i. Proinde eruditio etiam uictoriam adfert: contrà uictoria nonnunquam imperitiam: eo quòd complures ob uictorias bello partas insolentiores facti, innumeris alijs malis propter uiolentiam repleti sunt. At eruditio nunquam fuit Cadmea, uictoriæ uero multæ profecto hominibus tales & fuerunt & futuræ sunt. Aristides in Pericle, Ὡς τε τὴν καδμείαν νίκην ἡγῆτο νικόφρ. i. Itaque Cadmeam uictoriam reportaturum sese existimabat. Quo quidem loco scholium adscriptum præter alia illud admonet ab ijs, quæ retuli, nonnihil diuersum. Thebanos cæsis Argiuis, qui cum Polynice pugnarant negasse sepulturam. Qui inhumanitate exasperati Athenienses, Thebanos oppugnatos deuicerunt, & consimilem ad modum uetuerunt, ne caduera cæsorum darentur sepulturæ. Nec prorsus dissonant ab his, nec prorsus congruunt quæ scribit Pausanias in Bœoticis. Scribit autem in hanc fermè sententiam: Commisso apud Ismenum prælio in congressu uicti sunt Thebani, & compulsi in fugam intra mœnia sese receperunt, tanquam Peloponnesij oppugnationis essent ignari. Porrò qui illi magis ira quàm arte irruerent, non pauci à Thebanis è muro iaculis sunt interempti, Postremò uicerunt & alios, in palantes turbatosq; facta impressione, ita ut totus exercitus excepto Adrasto interiret. Neque paruo ea uictoria constitit Thebanis, καὶ ἀπὸ ἐκείνης, inquit, τὴν σὺν ὅλῳ κρατησάντων, καδμείαν ὀνομάζουσι νίκην. id est, Ex eo uictoriam coniunctam cum exitio eorum qui uicerunt, Cadmeam appellant. Sed undecunque natum est adagium, Cadmeam uictoriam appellabant infelicem, etiam ipsis uictoribus. Cuiusmodi fuit & Græcorum, quorum nulli non magno constitit capta Troia. Et medici Cadmeam uictoriam uocant, cum ita depellitur morbus, ut ægrotus interim in remedio pereat, succumbente natura.

Pecuniæ uir. XXXV

Χρήματα ἀνήρ. id est, Pecuniæ uir. Hoc est, tanti quisq; fit, quantum possidet. Horatius:

Nil satis est, inquit, quia tanti quantum habeas, sis.

Zenodotus ex Pindaro citat. Extat autem in Isthmijs hymno secundo, his quidem uerbis,

Νῦν δ' ἐφίστι τ' ὠργέα φυλάξαι
Ῥῆμα δ' ἀληθείας ἄγχιστα βαίνων,
Χρήματα, χρήματ' ἀνήρ.
Ος φᾶτο κτεάνων δ' ἄμα λειφθεὶς καὶ φίλων. id est,

Nunc subit illud Argiui seruare dictum, ad ueritatem proxime accedens, Pecuniæ pecuniæ uir. Sic ait possessionibus simul destitutus et amicis. Interpres Pindari testatur Chrysippum autorem in prouerbijs, qui scripserit esse Aristodemi Spartani. Idem interpres uersum quem paulo ante recensuimus ex Alcæo refert hunc in modum, χρήματ' ἀνὴρ, πενιχρὸς δ' οὐδεὶς πώποτ' ἐσθλὸς, ὀδὲ τίμιος. Meminit apophthegmatis & Laertius in uita Thaletis, addens apud Lacedæmonios esse percelebre. Alcæi idem testantis hæc uerba citantur apud Suidam. Ὡς δήποτ' ἀριστόδαμός φασιν ἓν τῶν σπαρτιατῶν ἓν ἀπαλαμνον λόγον ἀπεῖν, χρήματ' ἀνὴρ; πενιχρὸς δ' οὐδέποτ' ἐσθλὸς. i. Sic enim olim aiunt Aristodamum apud Spartanos uerbum non insectum dixisse: pecuniæ uir, pauper autem nunquam probus. Quidam ad septem illos sophos referre malunt. Ad hanc sententiam pertinent illi uersus è comœdia quapiam:

Τ' ἀργύριον ἔστιν αἷμα καὶ ψυχὴ βροτοῖς.
Ος τις δ' μὴ ἔχει τοῦτο μηδὲ κτήσατο,
Οὗτος μετὰ ζώντων τεθνηκὼς ὡς πατεῖται. id est,

Argentum & anima & sanguis est mortalibus.
Hoc qui caret, nec sibi parauit sedulo,
Viuos hic inter mortuus circumambulat.

Secundus uersus Græcis constabit, si tollas δ', aut si legas μὴ ἔχει pro μὴ ἔχῃ. Tertius constabit, si pro τεθνηκὼς legas, τεθνεὼς. Celebratur & hic senarius, non alienus ab hac sententia.

Βίος βίῳ μεμέλητος οὐκ ἔστιν βίος. id est,

Vita haud uocanda est uita uictus indiga.

Proinde quemadmodum apud Græcos βίος, itidem apud Latinos uita significat, & uitam morti contrariam, & facultates quibus uitam sustinemus.

Dies factus iam desijt gaudere lente. XXXVI

ἔπειτα πλεστῶν οὐκ ἔθ' ἥδεται φακῇ. id est,

Lenticula diuiti placere desijt.

Lens legumen, pauperum ac tenuium cibus est. Quæ fastiditur, simul atq; lautior fortuna contigit. Vnde prouerbium in eos, quibus ad uberiorem cõditionem euectis, fastidio sunt ea, quæ prius inopes, boni consulebant. Sumptum est adagium ex Aristophanis Pluto. Dicitur enim illic in adolescentem, qui quum pauper haberet consuetudinem cum anu, nactus diuitias, cœpit illam fastidire. Non dissimile illi quod alibi recensuimus, ἄλλος βίος, ἄλλα δίαιτα.

Caluum uellis. XXXVII

Φαλακρὸν τίλλῃς. i. Caluum uellis. Vbi inanem operam sumit, aut ubi quis auferre conatur, quo uscat is, à quo petitur. Veluti si quis à paupere conetur extundere pecuniam, ab indocto literaturam. Simillimum est illi Plautino: Aquam è pumice postulas. Rursum illi, Nudo uestimenta detrahere. Quin hodie quoq; uulgus ubi significat nihil esse quod adimatur, uolam manus ostendens, iubet inde uelli quippiam, quod ea corporis pars nemini non sit calua.

Somnus absit ab oculis. XXXVIII

Ὕπνος δ' ἀπέστω γλυκύθυμος ὀμμάτων. id est,

Oculis abesto leniens animum sopor.

Vbi quis rem aggreditur, quæ summam diligentiam curamq; desideret. Quod genus, si quis philosophiæ capessat studium. Sumptus est autem hic senarius ex Aristophanis Nebulis, apud quem dicitur sub persona Socratis adhortantis Strepsiadem, ut philosophiæ daturus operam, omnia tum faciat, tum patiatur.

Phoci conuiuium. XXXIX

Φώκης ἔρανος. i. Phoci prænium, siue conuiuium. Dictitari suetum, ubi quis suo malo conuiuas acciperet. Tametsi nihil uetat quo minus longius etiam traducatur: nempe ad quosuis, qui læduntur ab ijs, de quibus benemeriti fuerint. Aiunt Phoco cuipiam filiam fuisse iam nuptijs maturam. Is procos, nam erant cõplures, conuocare solitus prælia statuebat, & conditionibus subinde nouis propositis nuptias prorogabat. Quamobrem indignati iuuenes Phocum in conuiuio trucidarunt. Autor Zenodotus. Etiam si Plutarchus in Amatorijs narrationibus fabulam hanc diuerse narrat. Eustathius in primum Odysseæ, treis cõuiuiorum species facit. ἐλαπίνην, quod ad splendorem ac magnificentiam sit apparatum. γάμον, quod ipsum etiam sumptuosius esse consueuit ἔρανον, ad quod plurimi conueniunt, sed suo quisq; cibo sumptuq;. Ea conuiuandi ratio præcipue probatur Hesiodo, propterea quod cum plurimum habeat iucunditatis, minimum habet sumptus. Nam temperantius & editur & bibitur, ubi quisque de suo edit ac bibit. Hesiodi carmen est huiusmodi,

Ἀρ κοινοῦ πλούτου χάεις ἅλαπάνη' ὀλιγῆσιν.

Porro qui splendidiores affectarent uideri, ij etiam ἔρανον tum de suo, tum lautius exhibebant. Homerus has treis conuiuiorum formas simul complectitur:

Τίπτε δέ σε χρὴ,
Ἐλαπίν' ἢ γάμου, ἠὲ σὺν ἔρανος τάδε γ' ἔστιν.

Antiq

Ayuntamiento de Madrid

Antiquior quàm chaos & Saturnia tempora. XL

Χάος ἀρχαιότερος. i. Antiquior quàm chaos. De re nimium priſca & obſoleta. Ibycus, ποτᾶται δ' ἐν ἀλλοδίῳ χάει. i. Volat in alieno chao. Ac rurſum, ὁ ἐν φλυαρίᾳ, καὶ μάτιον ἡμῶν λῆρον καταχεῖ τὸ χάος ἀρχαιότερον, καὶ κρονίων ἀπόζουσα. i. Hic autem nugatur, ac temere nugas in nos infundit antiquiores quàm chaos, ac Saturni tempora redolentes. Alludit adagium ad chaos, ad quod poëtæ deorum ac rerum omnium originem referunt. Ouidius opificium mundi hinc auſpicatur, quemadmodum & Hebræi.

Tanquam Argiuum clypeum abſtulerit, ita gloriatur. XLI

Ως τὴν ἀργεῖαν ἀσπίδα καθελὼν σεμνύεται. i. Superbit tanquam argiuum clypeum detraxerit. In faſtuoſos, & magnificentius ſeſe gerentes dicebatur. Aiunt apud Argiuos ſacrum quendam eſſe clypeum, clauis affixum, ut facile detrahi non poſſit. Alij dicunt, apud eos ordinem, ac delectum iuuenum uiribus antecellentium, ἀσπίδα. i. clypeum appellari. Autor Zenodotus.

Tanquam conchylium diſcerpere. XLII

Ωσπερ κογχύλιον διελεῖν. id eſt, Tanquam concham dilacerare. De imbecillis & uiribus longe inferioribus dicebatur. Nam illiſæ ſolo rumpuntur conchæ quo cibus eximatur, aut inciſo neruo quo ſe contrahunt ac diducunt aperiuntur. Refertur apud Suidam.

Mutus magis quàm ſcapha. XLIII

Συρομώτερος σκάφης. i. Magis elinguis, quàm ſcapha. De ijs dici conſueuit, qui propter humilitatem conditionis apud præſtantiores non audent hiſcere. Natum hinc aiunt, quòd olim inquilini, & hoſpites alienæ Reip. ludis popularibus in pompa incedebant, nauim geſtantes: unde quoties hoſpitem, non ciuem ſignificabant, σκάφιον ἢ σκαφηφόρον appellare conſueuerunt. Proinde uulgò ſic minitabantur, ποιήσω σὲ συρομώτερον σκάφης. i. Reddam tibi os occluſius ſcapha. Etenim ijs qui in Rep. uiuũt non ſua, multa ſunt muſſitanda. Nam uti nõ conuenit in aliena ciuitate curioſum eſſe, ita nec tutũ eſt liberioris eſſe linguæ. Huius interpretamenti Suidas autorem citat Theophraſtum in opere De legibus Equidem in pleriſq; codicibus, σωρομώτερος ſcriptum reperio, non συρομώτερος. Quæ lectio ſi cui magis arridebit, non reluctabor, nempe ut metu contractum & humilem accipias.

Nudus tanquam ex matre. XLIIII

Γυμνὸς ὡς ἐκ μητρός. i. Nudus ut ex matre. Prouerbialis hyperbole de uehementer paupere. Nudiſſimi enim naſcimur, ac ne pilis quidem tecti, nedum ueſtibus, quod non item in cæteris animantibus accidit. Hoc dictum & hodie uulgo noſtrati eſt in ore, tam nudus quàm natus erat. Huic ſimile quod alibi referetur, tanquam è naufragio.

Eſt Pylus ante Pylum. XLV

Plutarchus in libello, cui titulus, περὶ τοῦ μὴ δεῖν ἀπιστεῖσθαι, teſtatur hunc uerſum apud Meſſenios prouerbio fuiſſe celebratum,

Ἐστι πύλος πρὸ πύλοιο, πύλος γε μήν ὅστις καὶ ἄλλος. i.
Eſt Pylus ante Pylum, ſiquidem eſt Pylus altera ſanè.

Dictum apparet, ubi quid alteri præfertur uelut antiquius & præſtantius. Aut ubi aliquis iactat ſeſe, quaſi uel ſolus ſit, uel ſummus, cum reperiantur & alij, qui poſſint cum eo decertare. Pylus enim Meſſeniorum ciuitas, Neſtore nobilis, ut affirmant quidam. Hoc autem carmen Plutarchus hoc pacto commutauit,

Ἐστι τόκος πρὸ τόκοιο, τόκος γε μήν ὅστις καὶ ἄλλος. i.
Vſura uſura prior, uſura altera ſanè eſt.

In eos accommodari poteſt, quibus alius uſura ex alia naſcitur. Vnde natum ſit adagium Euſtathius interpretans Homeri Bœotiam indicauit. Scribit enim iuxta eos, qui de populis conſcripſerunt, treis fuiſſe Pylos. Vnam Meſſeniæ, alteram Triphyliæ, tertiam Arcadiæ, Triphyliacã obtinuiſſe Neſtorem. Idem geographum teſtem adducit, Strabonem opinor, qui treis item Pylos conſtituerit in Peloponneſo. Tractat autem hac de re Strabo lib. Geographiæ 8. demonſtrans fuiſſe multas huius nominis urbes quarum una quæq; ſibi uindicauerit Neſtorem, ob uiri celebritatem. Quanquam idem poſt autumat Neſtoris patriam fuiſſe, ex utraque parte Alphei. Alluſit ad Adagium Ariſtophanes in Equitibus.

Ἀλλὰ τόδε φράζου, πρὸ πύλου πύλον, ἤν σοι ἔφραζον.
Ἐστὶ πύλος πρὸ πύλοιο. τί τοῦτο λέγει πρὸ πύλοιο; i.
Hoc age dic Pylus ante Pylum eſt, quam tu mihi narras,
Eſt Pylus ante Pylum ſibi quid uult ante Pylum iſtuc?

Interpres adſcribit uerſiculum, quem paulo ante citauimus è Plutarcho, proditum oraculo fuiſſe.

Iecit Achilles duas teſſeras & quatuor. XLVI

Βίβλιν' ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέσσαρα. id eſt,
Duas Achilles, quatuorq; teſſeras Iecit.

Hunc uerſum Suidas ex Euripide citat. Quid autem ſibi uelit adagium, nullus explicat. Niſi quod coniectare licet dictum fuiſſe de ijs, qui omni re uincerent, propterea, quod is teſſerarum iactus felix eſſet. Interpres Ariſtophanis in Ranis Ariſtarchum citat, qui ſcripſerit hunc ſenarium Euripidis nomine circumferri ſolitum, ſed falsò, quum ſit ἀδέσποτος. Apud Ariſtophanem uſurpat Bacchus in Aeſchylum, uictorem Euripidis, unde apparet in fauſtis acclamationibus huius eſſe uſum prouerbij.

E tardigradis aſinis equus prodijt. XLVII

Ἐκ βραδυσκέλων ὄνων ἵππος ὤρουσεν. i. E tardigradis aſinis equus emerſit. Cum clarus euadit quiſpiam obſcuro genere natus, aut quoties ab indocto præceptore proficiſcitur diſcipulus eruditus. Poteſt & per Ironiam proferri, & per negationem, ut nunquam ex aſinis naſcetur equus. Et, en tibi ex aſinis equum. i. ex infimis parentibus arrogantem & ferocem. Huic cõtrarium eſt quod alibi retulimus, heroum filij noxæ: quũ ex egregijs uiris prognati, non reſpõdent maiorum uirtutibus. quemadmodum Socrates apud Platonem in Alcibiade priore docet ambos Periclis filios Paralum & Xanthippum fuiſſe ſtupidos, Cliniam euaſiſſe furioſum. Deniq; nullum illius opera factũ ſapientem, quum Zenonis conſuetudine multi ſapientes euaſerint. Idem tractat in Menone, commemorans & Ariſtidem, qui filium habuit Lyſimachum nullius rei, præterea Thucydidem, cui duo fuerint filij, Meleſias & Stephanus. Neuter reſpondit uirtuti paternæ. His addi poterat M. Tullius, qui filium reliquit illaudatum, & à patrijs uirtutibus plurimum degenerantem.

Epeo timidior. XLVIII

Ἐπειοῦ δειλότερος. i. Epeo timidior, De magnopere pauido dicebatur. Ab Epeo quopiam dictum, notæ timiditatis homine. Datum eſt hoc cognominis Cratino comico, per alluſionem fortaſis, quod cum Oenoidis tribus princeps eſſet, in eo munere timidius ſe gereret.

Epheſiæ literæ. XLIX

Ἐφέσια γράμματα. i. Epheſiæ literæ. Dictum uidetur de ijs, qui mira felicitate, tanquam diuina uirgula, quicquid optarent, aſſequerentur. Aiunt enim Epheſijs notulas quaſdam, & uoces magicas fuiſſe, quibus utentes in omni negotio uictores euaderent. Autor Diogenianus. Euſtathius in Odyſſeæ Φ. tradit his literis uſum Cræſum in rogo. Fuiſſe autem uerba quædam, obſcura, ænigmatibus ſimillima, neutiquam cohærentia, deſcripta in pedibus, zona, & corona Dianæ. Suidas addit huiuſmodi fabulam, In Olympijs Mileſium

quem

Ayuntamiento de Madrid

quempiam cum Epheſio palæſtra commiſſum, nihil potuiſſe in conflictu, quòd is Epheſius in talo Epheſias haberet literas. Quod ſimulac animaduerſum eſſet, ademptis literis, Epheſium qui iam triginta defatigarat, ſuccubuiſſe. Heſychius indicat fuiſſe priſcas quaſdã uoces pro ſacris habitas, quibus impoſtores deinde multas addiderint. Priſcas putat has fuiſſe, ἄσυ, quod interpretatur tenebras, κατάσυ, lumen, ἄξ, ipſe, ἀμαναμψὶς ſol, ἄσιον, ucrum. Meminit harum & Anaxilas apud Athenæum lib. 12. Commemoratis enim philoſophi cuiuſdam delicijs ait, καὶ πρὸς τούτοις ἐν σκυτάλειοις ῥαπτοῖσι φορέων ἐφεσίκα γράμματα καλά. id eſt, Ad hæc, in conſutilibus pelliculis geſtans Epheſias literas pulchras. nec deſunt hodie, qui huiuſmodi conflictus uocibus imponant ſtultis. Illud ſatis apparet librariorum incuria commiſſum, quòd cum Heſychius inter magicas uoces recenſeat τέτραξ, non meminit tamen interpretans ſingulas.

Eodem in ludo docti. L

Eodem in ludo docti dicebantur, ſimilibus uitijs laborantes, & improbitate pares. Hoc dictum adeo uulgò manet, ut nihil ſit tritius. Terentius in Hecyra, In eodem omnes mihi uidentur ludo doctæ, ad malitiam. Solent enim firmè, qui communibus uſi ſunt præceptoribus, ingenio, moribuſq; conuenire. Quod autem Terentius dixit in mulieres, omnes inter ipſas ſimilibus eſſe moribus, idem Græcus atteſtatur ſenarius,

Γυνὴ γυναικὸς οὐδὲν ἀλλ' διαφέρει. id eſt,
A fœmina nil fœmina unquam diſcrepat.

Innuit autem prouerbiũ nullam inueniri bonam mulierem.

Tanquam in phiditijs. LI

Ὡσπερ ἐν φειδιτίοις. i. Velut in phiditijs, ubi quid parcius, nimiumq; frugaliter actum ſignificabimus. Lacedæmonij publica loca habebant, in quibus cibum caperent. In his accipiebant hoſpites ac legatos ſuos, ſed apparatu perparco. Vnde & Græca uox ducta uidetur à φείδεσθαι. i. parcendo. Quanquam ſunt qui malunt φιδίτια dicta quaſi φιλίτια, quòd eiuſmodi conuiuijs coiretur ſodalitas. Vtranque uocis etymologiam recenſet Plutarchus in uita Lycurgi. In priore abijcitur ε, è diphthongo, in poſteriore λ, uertitur in δ. Addit autẽ tertiam etymologiam, phiditia dicta quaſi ἐδίτια, à ſumendo cibo, quæ Græci præſertim Athenienſes uocant συαρίτια, Cretenſes ἄδλεα, quemadmodum ibidem indicat Plutarchus: hoc genus conuiuiorum Lycurgus inſtituit, ad excludendum luxum ac temulentiam. M. Tullius meminit Phiditiorum lib. Tuſculanarum quæſt. 5. Quid, inquit uictũ Lacedæmoniorum in phiditijs, nónne uidemus? Vbi quum tyrannus cœnauiſſet Dionyſius, negauit ſe iure illo nigro, quod cœnæ caput erat, delectatum. tum is qui illa coxerat, Minime mirum, inquit, condimenta enim defuerunt. Quæ tandem, inquit ille? Labor in uenatu, ſudor, curſus ab Eurota, fames, ſitis. His enim rebus Lacedæmoniorum epulæ condiuntur. Quanquam hæc fabula ſecus narratur apud Plutarchũ in coronide quam adiectam uidemus apophthegmatis Laconicis, de Lycurgi inſtitutis. Erant apud Lacedæmonios & aliæ conuiuiorum ſpecies, quorum unum erat uocale quod certis ciborum generibus inſtruebatur, alterum ἄδλον aliquanto ſplendidius. Omnium frugaliſſimum erat, quod agebatur in phiditijs. Multa ſuper his Athenæus lib. 4. ſi cui licebit cognoſcere. Accommodari poterit & ad orationem, ut ſi quis neget ſe contentum ſimplici ſermone, uelut in Laconicis phiditijs accipiatur, ſed deſiderare ſplendoris aliquid, & quod appetentiam iritet illecebra.

Equo ſeneſcenti minora cicela admoue. LII

Ἵππῳ γηράσκοντι τὰ μίονα κέγκελα ἐπίβαλλε. id eſt, Equo ſeneſcenti minora cicela admoue. Admonet adagium, ubi uires per ætatem fatiſcunt, reſpirationem ac refocillationem quandam à laboribus dandam, & decreſcente robore minuendos labores, augendam remiſſionem. Ductum aiunt ab equis militarib. quibus ſeneſcentibus, leuius τροχήλατον admouebant. Eſt autem τροχήλατον ceu rotula quædam, publica nota, quæ igni candefacta, malis equorum imprimi conſueuit. Zenodotus oſtendit prouerbium extitiſſe apud Cratetem comicum in Samijs. Videtur carmen heroicum, ſi tantum legas, κύκλ' ἐπίβαλλε. Nam κέγκελα nondum reperi apud illum autorem, præterquàm apud Zenodotum. Triſippij meminit Heſychius. Videtur autem, κέγκελον aliquid eſſe, non diſſimile triſippio.

Eretrienſium Rho. LIII

Ἐρετριέων ῥῶ. id eſt, Eretrienſium Rho. Vbi quis crebrius & aſperius eam literam ſonaret. Quo nomine nunc male audiunt apud Gallos Picardi. Notantur item quibus Alcibiadis labdaciſmus impendio placebat. Ridetur Arrius à Catullo, quod

Chommoda dicebat, ſi quando commoda uellet
Dicere, & hinſidias Arrius inſidias.
Ac tum mirifice credebat ſe eſſe locutum,
Cum quantum poterat, dixerat hinſidias.

Adagium refertur à Diogeniano. Meminit Plato in Cratylo, οἶσθα γὰρ ὅτι ἡμεῖς μὲν φαμὲν σκληρότης, ἐρετριεῖς δὲ σκληροτῆρ. i. Scis quod nos pro eodem dicimus ſclerotes. i. durities, pro quo Eretrienſes ſcleroter. ex quo liquet Eretrienſes adamaſſe hanc literam ῥ, quam loco σ ſupposuerint, quum contra Athenienſes, eam uerterint in σ ut θαρσεῖν pro θαῤῥεῖν. Quoniam ea litera dicitur impetus ac uehementiæ ſignificationem habere, uidetur & in homines præcipites ac uiolentos congruere prouerbium.

Oeſtro percitus. LIIII

Οἴστρῳ παραπλαγὲς. i. Oeſtro percitus, id eſt, ingenti animi cupiditate commotus, ac uelut attonitus. Oeſtrum enim inſecti genus, horrendo ſtrepitu, unde & nomen inditum apud Græcos. Nam Latini, aſilum appellant. Hoc addito Iuno uaccam ἰὼ in furorem egit. Vnde poëtæ diuino correpti furore, œſtro conciti dicuntur. Eſt apud Platonem, tametſi locus in præſentia non ſuccurrit, opinor in Phædro. Vnde & οἰστροπλήγ& dictione compoſita, pro inſano, & οἰστρεῖν & οἰστρηλατεῖν, pro inſanire.

In magnis & uoluiſſe ſat eſt. LV

In magnis & uoluiſſe ſat eſt. Tibulliana hæc ſententia, nihil celebratius. Eam Angel. Politian. non inſcite uertit Græce.

Ἀρετῆ δ' ἐν μεγάλοις καὶ τὸ θέλημα μόνον.

Apuleius Floridorum libro quarto, Maiore ſcilicet uoluntate quàm facultate. Eoq; propenſius fortaſſe laudandus eſt, quòd omnibus bonis in rebus, conatus in laude, effectus in caſu eſt. Item M. Varro apud Gellium libro primo, cap. decimooctauo, in quo non modo Lælij ingenium non reprehendo, ſed induſtriam laudo. Succeſſum enim fortuna, experientiam laus ſequitur. Conuenit, ubi quis maiora uiribus conatus, tametſi rei ſuſceptæ magnitudini non ſicit ſatis, tamen hoc ipſo nomine laudem promeretur, quòd rem pulcherrimam tentauerit.

In holmo cubabo. LVI

Ἐν ὅλμῳ κυλίσω. id eſt, In holmo cubabo. Dicebatur ab ijs, qui ſe quippiam diuinatione cognitum ire minitabantur. Nam ὅλμος quidam uatem interpretantur. Alij tripodes Apollinis holmos appellatos fuiſſe. Tradit autem Ariſtophanes grammaticus, citante Zenodoto, eos qui holmis indormiſſent, repente diuinandi ſpiritum concipere. Addit Apollinem ob id ἐνόλμιον cognominatum à Sophocle. Quanquam apud Heſychium ὅλμος pro mortario ponitur. Apud Athenæum lib. undecimo poculi genus eſt cornu adſimile, ut per

iocum

iocum torqueri posit & in bibones.

Eadem cera. LVII

Ἐμ κηρίῳ. id est, Idem fauus, dicebantur qui uno ore idem affirmarent, aut qui inter se conspirassent. Ductum à fauorum cellulis inter se connexis. Siue quòd cera tenax, sibiq; hærens. Siue quòd olim in ceratis tabellis scribebant, unde & Horatius, Cera laudatur eadem. siue quòd olim imagines è cera fingebantur, uaria quidem forma, nunc deorum, nunc regum, nunc plebeiorum, sed hæc omnia erant cera. Refert Zenodotus. Non dissimile illi quod alio diximus loco, Idem puluis, & eadem farina.

In quinq; iudicum genibus situm est. LVIII

Ἐμ πέντε κριτῶν γούασι κεῖται. i. In quinq; situm genibus iudicum. i. in alieno arbitrio res est posita. Nam antiquitus quinque iudicibus datum erat negotium, ut de comicorum fabulis pronunciarent, ut testis est apud Zenodotum Epicharmus. Quanquam & apud Platonem quinq; iudicum fit mentio, cum aliàs, tum in lib. De legibus 11. Ἐμ πέντε δὲ τῶν νομοφυλάκων τοῖς πεμπάτοις εἶναι τὸ κρίσιμ. i. Vt iudicium sit penes quinq; natu minimos, ex nomophylacibus. Allusum est autem ad illud Homero frequens,

Καὶ ταῦτα θεῶν ἐν γούασι κεῖται. id est,
In genibus sunt hæc sita diuûm.

Cum significamus non esse nostræ facultatis, præstare rei exitum, uerum huc superis & fortunæ in manu esse. Pindarus in Olympijs,

Νῦν δ' ἔλπομαι μὲν, ἐν θεῷ γε μὰν τέλος. id est,
Nunc spes quidem mihi, at in deo situs exitus.

Emunctæ naris. Muccosis naribus. LIX

Emunctæ naris dicitur acri exactoq; iudicio, quasi purgatis naribus, muccoq; emunctis. Horatius de Lucilio,

Emunctæ naris, durus componere uersus.

Contrà, obesæ naris dicuntur stupidiores. Idem in Odis,

Nec firmo iuueni, neq; naris obesæ.

Lucianus in Alexandro Pseudomante, Τοῖς δ' ἰδιώταις καὶ κορύζης μεστοῖς τὰ ῥῖνα, τεράστιον. i. Indoctis autem, & quibus nares oppletæ mucco, prodigiosum. Idem in Philopseude, Ἐμοί γε, ἦν δ' ἐγὼ, εἰ μὴ πάνυ τὰ ῥῖνα κορύζης μεστὸς εἴην. i. Mihi sanè, inquam, nisi planè nare sim oppleta mucco. Huc alluſit Plato lib. De repub. 1. ubi Thrasymachus Socrati stuporem obijciens, optat illi nutricem, quæ muccum è naribus exprimat, ὅτι σε ἴφη κορύζῶντα παιεσομαι, καὶ δῆλα ἀπομύττῃ, ἀλόμενον αὐτό. i. Quoniam, inquit, te muccosum negligit, nec emungit, cum ea tibi sit opus.

Fames & mora bilem in nasum conciunt. LX

Sosia Plautinus in Amphitryone. Vetus adagium est, inquit, Fames & mora bilem in nasum conciunt, id est, latrante stomacho omnis mora bilem mouet. Quod autem dixit, bilem in nasum conciunt, conuenit cum illo quod ait Theocritus in Thyrside,

Ἐστί γε πικρὸς
Καὶ οἱ ἀεὶ δεμιὰς χολὰ ποτὶ ῥῖνὶ κάθηται. id est,
Est enim acerbus
Atq; illi semper sedet in nare aspera bilis. Ducta est metaphora ab animantibus iram narium flatu significantibus. Vnde fabula de tauris ignem spirantibus. Quin hominibus etiam nonnullis ex naribus indicium iracundiæ. Vnde & corrugare nares dicuntur, quæ offendunt. Horatius,

—Ne sordida mappa Corruget nares.

Item Persius in 5. Satyra,

Sed ira cadat naso, rugosaq; sanna.

Potest id trahi latius, nempe ad quemlibet uehementius aliquid cupientem, cui omnis mora quantumuis pusilla, longissima uidetur, attestante Mimo,

Etiam celeritas in desiderio mora est.

Huc respicit & Horatianum illud:

Vt nox longa quibus mentitur amica, diesq;
Longa uidetur opus debentibus, ut piger annus
Pupillis, quos dura premit custodia matrum.

Generosior Sparta. LXI

Ἐλευθερώτερος & σπάρτης. i. Generosior sparta. Dicebatur excellēti animo, minimeq; timidus aut humilis. Spartanis enim olim indoles aderat generosa, & ingenium omnis impatiens seruitutis, ac uelut imperio natum, unde nec mœnibus urbem cingebant, legibus ita iubentibus, abunde munitā arbitrantes fortibus uiris. Fœdissimū autē existimabant quenquā è pugna redire, nisi uictorem: id quod epigrammate quoq; testatum est. Nec tyrannidem in suam rempub. admittebant, sed æqua libertate parebant legibus. Deniq; nihil humilioris operæ exercebant, sed agriculturam, & artes sedentarias per Helotas, id erat seruorum genus, peragebant.

Locrensis bos. LXII

Λοκρικὸς βοῦς. i. Locrensis bos. De re uili, aut de munere leuiculo dici potest. Cum aliquando Locrenses publicum sacrum facturi bouem desiderarent, composito ex minutis lignis bouis simulachro, dijs rem diuinam fecerunt. Atq; hinc uulgus adagionem arripuit.

Ficulnus gladius. LXIII

Συκίνη μάχαιρα. i. Ficulnus gladius. De friuola causa dici potest, quæq; minimo negotio queat refelli. Dictus est autem ficulnus gladius sycophanta, quòd idem & mollis sit, & calumniator. Memlnit & Hesychius.

Ficum Mercurio. LXIIII

Σῦκον ἐρ' ἑρμῇ. i. Ficum Mercurio. De prompto & quibuslibet exposito beneficio dicebatur. Nam antiquitus mos erat, sicubi ficus repertus fuisset, eum ueluti Mercurio sacrum suspēdere. Liberum autem erat tollere ficum Mercurialem, cuicunq; libitum fuisset, uel quòd is deus furibus fauere creditus est, uel iuxta paroemiam illam, κοινὸς ἑρμῆς. Communis Mercurius. Huc opinor alluſisse Persium, cum ait:

Inq; luto fixum possis transcendere nummum,
Nec gluto sorbere saliuam Mercurialem.

Vt indicatum est alibi.

Vt fici oculis incumbunt. LXV

Ὡσπερ τὰ σῦκ' ὑπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔφυ. i. Quemadmodum fici oculis innati. De ijs dicebatur, qui pertinaciter urgerent, premerentq; negotium aliquod. Sumpta similitudine à ficis, hoc est, uitio quod oculis adnascitur, nec facile potest auelli oculo incolumi. Aristophanes in Ranis,

Ὡσπερ τὰ σῦκ' ὑπὶ τοῖσιν ὀφθαλμοῖς ἔφυ. id est,
Vt ficus oculis imminens, sic ille erat.

§ Accommodabitur haudquaquam inepte & in hos, qui cum graues sint & intolerabiles, tamen auelli non queunt, nisi magno malo. Quod genus utinā nulli essent, aut unquā existerent principes, & principū optimates, qui cum auaritia sint inexplebiles, libidine corruptissimi, crudelitate perniciosissimi, tyrannide immanes, uerissimi reipub. hostes, ac prædones, in publicam perniciem, non solum armis & opibus instructi, uerumetiam nouis artibus. quas nec Dionysius unquam, nec Phalaris reperit, tamen sic adhærent, sic imminent, sic affixi sunt populo, ut nec ferri possint, nec auelli. Vsqueadeo nullus est senatus, nullus magistratus, nulla religio, nulla reip. pars, in quam actis radicibus illi non penetrarint, ceu pestis per omnes corporis uenas sparsa. Siquidē animaduerterunt hoc homines tantum ad nocendum oculati cordatiq;, unam hanc ancoram superesse publicæ incolumitatis, si ciuium & ciuitatum honesta cōcordia, tyrannis potentium

Ayuntamiento de Madrid

tentium coërceatur. Hãc igitur in primis dirimere cura eſt. Sentiunt in pace minimũ ſibi licere, cum res legibus, & conſilijs agitur, non dolis, aut armis. Proinde modis omnibus id agunt, ne populus publica pace gaudeat. Perſpiciunt præ ipſam reipub. felicitatẽ in hoc ſitam, ſi principẽ habeat integrum, cordatum, uigilantem, hoc eſt, uere principem. Itaq; mirо ſtudio curant tutores, ne unquã uir ſit princeps. admituntur optimates ij qui publicis malis ſaginãtur, ut uoluptatibus ſit quàm effœminatiſſimus, ne quid corũ ſciat quæ maxime decet ſcire principẽ. Exuruntur uici, uaſtantur agri, diripiuntur templa, trucidantur immeriti ciues, ſacra prophanaq; miſcẽtur, dum princeps interim ocioſus ludit aleã, dum ſaltitat, dũ oblectat ſe morionib. dum uenatur, dũ amat, dum potat. O Brutorũ genus iam olim extinctum, ò fulmen Iouis aut cæcũ, aut obtuſum. Neq; dubium eſt quin iſti principum corruptores, pœnas deo daturi ſint, ſed ſero nobis. Interim ferendi ſunt, ne tyrannidem excipiat anarchia malũ penè pernicioſius. Quod complurium rerum publicarum experimentis comprobatũ eſt, & nuper etiam agricolarum per Germaniam exortus tumultus nos docuit, aliquanto tolerabiliorem eſſe principũ inhumanitatem, quàm ἀναρχίαν omnia confundentẽ. Siquidẽ fulmina terrent quidẽ omnes, at non ita multos feriunt. Cæterũ mare inundans nulli parcit: nihil non miſcens ac uoluens. [At quod optimates impij ſunt reipublicæ, id fortaſſe ſunt eccleſiæ, nonnulli ex his ordinibus, quos uulgus mendicantes uocant. Pios non accuſo, nec ordinẽ inceſſo, malos noto, quæ ubiq; maxima turba eſt. Hi ſic ſeſe per omne reipub. corpus ſparſerunt, ut nihil uſquã agatur ſine illis. Regnant in concionibus, quod peculiare munus epiſcoporũ. Tyrannidem occuparũt in ſcholis, quod huic proximum munus. Per hos miniſtrantur eccleſiaſtica ſacramenta, per hos ſacerdotes ſumus. Hi plus quàm cenſoria ſeueritate pronũciant de fidei profeſſione. Hic Chriſtianus eſt, hic ſemichriſtianus, hic hæreticus, hic ſeſquihæreticus. In horum ſinus populus effundit occultos uitæ actus, & ſecretiſſimas animi cogitationes: nec his contenti ſunt, nulla panguntur principum fœdera, in quibus hi non agant parteis. Sine his nullum cõtrahitur matrimonium. In theatricis certaminibus, in publicis ſortibus agonothetas agunt, adeo nihil pudet. Deniq; nec mori licet abſq; iſtis. Nulla eſt aula principũ in quam non irrepſerint. Si quod impudens facinus deſtinarunt principes, per hos exequuntur. Si quid moliuntur Romani pontifices, quod paulo ſit alienius ab apoſtolica illa & priſca ſanctimonia, horum potiſſimum utuntur miniſterio. Veluti ſi quod bellũ, ſi quis tumultus, ſi qua exactio, ſi qua condonatio parum pudens, in hiſce fabulis iſti primas agunt. Interim ſimplici populo ſpecie ſanctitatis imponitur. Sacerdotes ad hos collati, ſacerdotes non ſunt. Epiſcopi horum fiducia in utramuis aurem dormiunt. Plebs deſtituta, pro unicis paſtoribus gemino luporum genere diſcerpitur, dum & præſules exercẽt tyrannidem, nec hi tamen paſtores ſunt, ſed alia ratione prædones. Rurſus admoneo, nec pios à me notari, nec ordinẽ. Nam qui inter eos ſunt incorruptiſſimi, ſolẽt eadem quæ deploro, deplorare. Atq; apibus licet ſuos fucos, ut aculeo carẽtes, quamuis furaceis aliquando depellere. Hos fucos omnibus crabronibus aculeatiores, nec reges, nec ſummi pontifices queant à repub. profligare, niſi magna Chriſtianæ religionis ruina, adeo ſuas factiones communierunt, adeo totum orbem arcibus ac populis ſuis occuparunt, & indies nouos ſtruunt nidos, hoc nimirum prætextu, quòd ſuperiorum monaſteriorum religio, cuius commendatione primum exorta ſunt, perierit: quaſi uero & horũ non paulopoſt ſit peritura ſyncerita, ſi qua modo ſyncerita. Ita fit ut orbis impijs & ocioſis monachorũ gregibus oneretur, & principes fraudentur populo, & epiſcopi grege, & populus paſtore, Chriſtianæ religionis puritas ac libertas, paulatim ad Iudaicas cæremonias delabatur. Et quẽadmodũ difficile dictu ſit, utrũ grauior ſit reipub. malorum principũ inter ſe cõcordia, an diſſidiũ: quòd ſiue belligerantur, magno populi malo id faciãt: ſiue cõciliantur, in publicũ exitiũ cõſpirẽt: ita neſcias utrũ magis ſit optandũ, imò quo melius dicam, utrum magis deteſtandũ, iſtorum ne inter ipſos cõſenſus, an ſeditio, quòd utraq; res publico fiat malo.

Opinor autem ficos hic dici, rigidum tumorem innaſcentem genis oculorũ: ea res cum moleſtiſſima ſit, tamen nõ ſine periculo tollitur, quòd oculo immineat parti uexationis & tractatus impatientiſſimæ. Adagij mentionem facit Suidas.

Cum haſta, cum ſcuto. LXVI

Σὺν δορὶ, σὺν ἀσπίδι. i. Cum haſta, cum ſcuto. Vbi quis omni conatu rem aggreditur. Ariſtophanes ἐν ἀχαρνεῦσι,

Σὺν δορὶ, σὺν ἀσπίδι τε. id eſt,
Cum haſta, cumq; ſcuto. Item in Veſpis,
Ἐκδραμόντες δορὶ ξὺν, καὶ ἀσπίδι. id eſt,
Expedita excurſione, cumq; ſcuto & lancea.

Sumpta metaphora à milite armis omnibus inſtructo. Ad ſimilem uſum recte torquebitur Homericum illud,

Ἐγχείῃ τ' ἄξόῃτε, μεγάλοισί τε χερμαδίοισιν. id eſt,
Haſtaq; & gladio, ſaxisq; ingentibus inſtant.

Quoties res omni ui geritur.

Viri ſenis aſtaphis caluaria. LXVII

Ἀνδρὸς γέροντος ἀσταφὶς τὸ κρανίον. id eſt,
Viri ſenis uelut uua paſſa cranium.

Admonet adagium, inualidum & flaccidum eſſe ſenile corpus, exhauſto ſucco, carnibusq; adeſis. Lucianus in Tyranno de ſenibus, ἐπεὶ ἀσταφίδες γε πάντες ἤδη ἐσμέν. i. Quando quidem iam omnes uuæ paſſæ ſumus. Rugoſæ enim & flaccidæ ſunt uuæ paſſæ, propter ſuccum ſole decoctum. Vnde ueteres & uuas paſſas uocabant ſenes paſſos, ob rugoſitatem. Lucilius citante Nonio,

Rugoſi paſſiq; ſenes eadem omnia quærunt.

Poſt folia cadunt arbores. LXVIII

Poſt folia cadunt in te arbores. Quoties admonebimus, leuiores iniurias ſi quis ferat, ſequi atrociores. Veluti arborum decidua folia negliguntur, uerum aliquando fit, ut ipſæ arbores putres in caput ſubiecti decidant. Plautus in Menæchmis, Folia nunc cadunt. Nunc ſi triduum hoc hic erimus, tum arbores in te cadent.

Ante tubam trepidas. LXIX

Ante tubam trepidas. i. animo conſternaris, priuſquam appareat periculum. Ab ignauis militibus ſumptum, qui pauitant, priuſquam bellicum canatur. Nam audita tuba, mirus quidam pauor ſolet militum animos inceſſere. Vergilius,

Cur ante tubam tremor occupat artus? Qui ſermo ſi paulo longius detorqueatur, in prouerbij ſpeciem abibit.

Ameles angulus. LXX

Ἀμελὴς γωνία. id eſt, Ameles angulus, id eſt, neglectus angulus dicebatur, qui ſupinus & oſcitabundus deſideret, nihil bonarum rerum tentans. Aiunt in Libya locum eſſe, qui ἀμελὴς γωνία, hoc eſt, ſecurus angulus uulgò dictus ſit ob id fortaſſe quòd neglectus & incultus iaceret. Comperio ſcriptum & ἀμελὴς γωνίκ. i. negligentis angulus. Recenſent Zenodotus & Heſychius.

Vltra res Callicratis. LXXI

Ὑπὲρ τὰ καλλικράτους. id eſt, Super fortunas Callicratis. De immenſis opibus dicebatur. Aiunt Caryſtium quempiam fuiſſe, nomine Callicratem, qui reliquos ciues opibus longe præſtiterit. Vnde ſi quem magnopere locupletem intelligi uolebant, eum uel Caryſtij Callicratis ſiculitates uincere dicebant. Ariſtoteles autem in Athenienſium repub. citante Suida, tradit Callicratem quendam è iudicum ordine fuiſſe,

Ayuntamiento de Madrid

fuiſſe,qui iudiciarias exactiones ſupra modum auxerit,atq; hinc natam parœmiam de immodicis exactionibus.

Vulcanium uinculum. LXXII

Ηφαίστου δεσμὸς.id eſt, Vulcanium uinculum. Vbi quis nodis inextricabilibus eſſet illigatus,Vulcanijs uinculis teneri dicebatur. Sumpta denominatione ab adamantinis illis uinculis,quibus apud Homerum Vulcanus Venerem & Martem ſic irretiuit, ut quo magis ſe conarentur explicare, hoc magis inuoluerentur.Homerus Odyſſeæ octauo,

Βῆ ῥ' ἴμεν ἐς χαλκειῶνα,κακὰ φρεσὶ βυσσοδομεύων.
Ἐν δ' ἔθετ' ἀκμοθέτῳ μέγαν ἄκμονα.κόπτε δ' ὑφαιστὸς
Ἀμφίκυπελλα,ἀλύτους,ὅφρ' ἔμπεδον αὖθι μένοιεν,
Αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ τεῦξε δόλον ποικιλομήτης ἀρηϊ,
Βῆ ῥ' ἴμεν ἐς θάλαμον,ὅθι οἱ φίλα δέμνι' ἔκειτο.
Ἀμφὶ δ' ἄρ' ἑρμῖσιν χέε δέσματα πύκλῳ ἁπάντη.
Πολλὰ δ' ὑπερθε μελαδρόφιν ὑζεκέχυτο,
Ὑύν' ἀράχνια λεπτὰ,τὰ οὐκέτις οὐδὲ ἴδοιτο,
Οὐδὲ θεῶν μακάρων. id eſt,
Ille domum petijt,quà ſtat ferraria fornax,
Secum imo intereà penitus mala pectore uoluens.
At trunco impoſita prægrandi incude,ſecabat
Vincula nulli uel rumpendi,uel effugienda,
In quibus impliciti ſimul aſtricti; manerent.
At poſtquam inſidias Marti indignatus,& artes
Abſoluiſſet,adit conclaue,ubi dulce cubile
Stabat,& hinc illinc fallacia uincula fulcris
Oblig.at,& ſummo ſuſpendit plurima tecto,
Mire tenuia,ſic telas ut arancorum,
Sic uti nec poßint oculis deprendier ullis,
Non uel diuorum.
Adagium refertur à Suida.

Ad ſatietatem uſq;. LXXIII

Ἄχρι κόρου. i. Vſque ſatietatem. i. quantumlibet, aut ampliter. Quod ita demum prouerbium fuerit,ſi longiuſcule transferatur,ut in poëticis literis uerſatus ſum,ἄχρι κόρου.Et illuſit nobis ἄχρι κόρου. Et Quintilianus metaphoris gaudet ἄχρι κόρου.Idem compoſita uoce dicunt,κατακόρως.i. Affatim.Iulius Pollux addit πέρα κόρου.i. ultra ſatietatem. Atq; ita ueſcentem indicat dici ſolere ἀδιάφαγον, & πάβασον à πάβος, quod eſt tritici menſura, quemadmodum Latini bibacem dicunt tricongium.Itidem dicunt ἄχρι χείλους.i. uſq; ad labium, ſumpta à uaſis metaphora,& uſq; ad ambas aures, de quo meminimus alibi. Iulius Pollux uas plenum appellat ἰσοχειλὲς ſiue ὑπιχειλὲς, redundans ὑπερχειλὲς, à labro uaſis ſumpta uoce.Refertur à Zenodoto.

Votum munificum. LXXIIII

Εὐχὴ μεγαλόδωρος. id eſt, Votum munificum. Vbi quis animo ſpes regias concipit,iamq; uoto diues eſt.μεγαλόδωρος Græcis dicitur,qui magna donat.Nihil autem uoto hominis liberalius. Largitur enim cuilibet, quantumcunque petit. Meminit huius Lucianus in Hæreſibus. Promißis ,diues quilibet eſſe poteſt,ait Ouidius: ſed multo facilius eſt, uotis eſſe liberalem ac diuitem.

Vtinam domi ſim. LXXV

Οἴκοι γενοίμην.id eſt, Vtinam domi ſim. Dici ſolitum,ubi quis optat è malis, quibus implicitus eſt, emergere. Translatum uidetur ab ijs qui in tempeſtate periclitantur. Nam nunc etiam ita uulgo loquuntur qui periculoſe nauigant, οἴκοι γενοίμην. Refertur à Suida.

Vtinam male quemadmodum inueniſti eijcias. LXXVI

Εἴθε φάυλως ὥσπερ εὗρες ἐκβάλοις τὴν ἔνθεσιν. id eſt,
Vtinam ita ut male reperiſti ius,& eijcias male.
Hoc eſt, utinam quemadmodum male tibi peperiſti famam, aut facultates, ita & male perdas. Iuxta Plautinum illud, Male partũ,male diſperit. Suidas hunc trochaicum, ut prouerbialem citat ex Ariſtophane,apud quem extat in Equitibus,dicituŕq; inibi in Cleonem reipub.depeculatorem.

Vltro deus ſubijcit bona. LXXVII

Αὐτομάτως ὁ θεὸς ἀνίησι τὰ ἀγαθά,id eſt, Vltro deus ſubijcit bona. Quoties res citra noſtram operam feliciter cadunt, quaſi deo quopiam accurante.Stobæus ſenarium hunc adducit ex Plutis Cratini,

Αὐτόματα τοῖσι θεὸς ἀνέκ τὰ ἀγαθά. id eſt,
Vltro bona iſta ipſe ſuppeditat deus.
De dormientis reti dictum eſt aliàs.

Ventres. LXXVIII

Γαστέρες.id eſt, Ventres. Dicebantur homines edaces,uentriq; atq; abdomini ſeruientes.Epimenides Cretenſis,citante diuo Paulo in epiſtola quam ſcribit ad Titum:

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργοί. id eſt,
Cretenſes uani uſq;,malæ feræ,alui inertes. Item Lucil.
Viuite lurcones,comedones,uiuite uentres.

Terentius in Phormione, Pugnos in uentrem ingere. Donatus oſtendit,et ad totum paraſitum referri poſſe. Plutarchus in commentario De diſcrimine adulatoris & amici, putat hos uerſus iambicos non perinde quadrare in cancrum, atq; in aſſentatorem & paraſitum.

Γαστὴρ ὅλον τὸ σῶμα,πανταχῆ βλέπων
Ὀφθαλμὸς,ἕρπει τοῖς ὀδοῦσι θηρίον. id eſt,
Eſt uenter omne corpus undiq; obtuens
Oculus,ſuiſq; beſtia reptat dentibus.

Ariſtoteles lib. Moralium 3.oſtendit homines uentri gulæq; deditos appellari ſolere γαστρίμαργους,quòd præter modum expleant uentrem cibo potuq;. Conſtat uocem eſſe compoſitam à γαστὴρ uenter,& μάργος inſanus. Libet obiter commemorare ridiculum quiddam quod per huius loci occaſionem cõperi. Qui græcum Etymologicum nobis contexuit, negat à quoquam uel grammaticorum uel rhetorum explicatum unde dictus ſit gaſtrimargus , uerum id eſſe factum ab Ariſtotele in opere De animalibus. Equidẽ hactenus inhiabam larus,reconditum quiddam expectans. Margos,inquit,animal eſt,quod ex putrefactione naſcitur inter terram & aquam.Id quemadmodum è terra naſcitur ita nõ deſinit ueſci terra,donec ea perterebrata emergat in auras.Quò ſimul ut emerſit,emoritur triduum, donec ueniat humida nebula , qua madefactum animal reuiuiſcit , nec dein amplius terra ueſcitur. Atque hinc qui ueteres philoſophos ſequuti ſunt, homines impendio uoraces appellarunt γαστρίμαργους. Iam hoc ſomnio quid ineptius? Sed ille ſomniũ addit ſomnio. Poſſunt tamen , inquit , pie quæ dicta ſunt, intelligi. Omnis enim cupiditas è corruptione naſcitur. Ea poſteaquam nata eſt,non deſinit edere cor cui ineſt,donec per habitum ſcientiæ in apertum prodeat,ubi prodierit,moritur tribus animi potentijs.Et ſic gratia ſancti ſpiritus per nebulam eruditionis apparens , dat ſtillas cognitionis , uiuificatq; non iuxta priorem uitam cupiditatibus obnoxiam , ſed iuxta eam quæ ob uirtutem cum dijs habet familiaritatem. Hæc pluſquam friuola tamẽ recenſere uiſum eſt, quo lector intelligat quantum ſit illis rhapſodijs tribuendum.Et quàm ſiniſtre faciãt, qui nephas eſſe putant in dubium uocare, quicquid quacunq; occaſione chartis illitũ repererint. Fuit hoc aliquando quorundam ſtudium , ut non ſolum poëtarum fabulas ad Chriſtianam allegoriam traherent,uerumetiam ipſi nouas fabulas comminiſcerentur , quas allegorice nobis exponerent, quaſi ueritas niſi adhibito mendacio diſci non poßit.Hic autem cum fuerit Chriſtianus,tamen quoniam ſui ſomnij autorem uult uideri Ariſtotelẽ , putat ſe nobis pulchre obleuiſſe os,quod pro deo deos dicit. ſcilicet Ariſtoteles ſolet animantium naturas ad moralem accõmodare ſenſum:& ille nouit quid

Ayuntamiento de Madrid

quid ſit ſpiritus ſanctus. Iulius Pollux lib. De rerum uocabulis 6. admonet olim bibacem πίθον, id eſt, dolium appellatum, & edacem κάδαρον, quòd κάδ& frumenti menſuram ſignificaret, quaſi Lagenam dicas. Antiphanes apud Athenæum lib. 12. de obeſo & bibaci, Τοῦτον οὖν

Διὰ οἰνοφλυγίαν καὶ πάχ& ἢ σώματ&
Ἀσκὸν καλοῦσι πάντες οἱ τὴν χώραν.i. Hunc igitur ob
Bibacitatem & obeſitatem corporis,
Vtrem uocant, ciuſce cultores loci.

Apud hūc ipſum alicubi cibo potuiq; dediti, θύλακοι dicuntur. Nec obſcurū eſt illud, Lagenam pendere non homunem.

Vlyſſeum commentum. LXXIX.

Ὀλύσσια& μηχανὴ. i. Vlyſſeum inuentum, callidum, aſtutum & uafrum dicebatur. Vlyſſem Homerus ubiq; uerſutum facit ac diſſimulantem ſimulantemq;. Vnde eundem ſtatim initio Odyſſeæ, πολύτροπον appellat. Virgilius item,

—Scelerumq; inuentor Vlyſſes.

Refertur apud Suidam. Plutarchus in Lyſandri uita declarat quid ſit Vlyſſeum commentum, Lyſandrum Lacedæmonij miſſa ſcytala domum reuocarant. Is metuens accuſationes Pharnabazi ſatrapæ, qui gratioſus erat Lacedæmonijs, dedit operam ut cum illo ueniret in colloquium. Ab eo multis precibus impetrauit, ut ſcriberet magiſtratui, ſe nullis ab ipſo læſum iniurijs. Pharnabazus cum Cretenſi quod aiunt, Cretiſſans, conſcripſit epiſtolam ex Lyſandri ſentētia, quam illi legendam tradidit, ſed clàm ſcripſerat aliā ex ſui animi ſententia, ſigillo, & inſcriptione tam ſimili, ut dignoſci non quirent altera ab altera, camq; tradit Lyſandro. Is nihil ſuſpicans, reddit: quam lectam. cū illi commonſtraſſent Ephori, Lyſander intellexit, non ſolum Vlyſſem uerſutum fuiſſe. In hanc fermè ſententiam Plutarchus.

Victitant ſucco ſuo. LXXX

Prouerbiali figura dictum eſt in paraſitos, Victitant ſucco ſuo, qui ſi quando cœna contigit lautior, ingurgitant ſeſe: rurſus ubi nulla arridet ſpes cœnatica, coguntur q; οἰκόσιτοι uiuere, fortiter ferunt inediam, & in conuiuij ſpem durant. Sumpta metaphora à cochleis quæ per æſtum intra teſtam contractæ, utcunq; ſucco ſuo aluntur, donec acciderit pluuia. Plautus in Captiui duo,

Cum res, inquit, prolatæ ſunt, cum rus homines eunt,
Simul prolatæ res ſunt noſtris dentibus.
Quaſi cum caletur, cochleæ in occulto latent,
Suo ſibi ſucco uiuunt, ros ſi non cadit.
Itidem paraſiti rebus prolatis latent,
In occulto miſeri uictitant ſucco ſuo.

Viri infortunati procul amici. LXXXI.

Ἀνδρὸς κακῶς πράσσοντ&, ἐκποδὼν φίλοι. id eſt,
Viri ſiti in malis, amici ſunt procul.

Paræmia notat mores amicorum uulgarium, qui hirundinum ritu, pro ratione temporum aduolant ac deuolant: aduolant ubi res ſecundæ, deuolant ingruente rerum tempeſtate. Ariſtides in oratione Panathenaica nominatim adagij titulo uſurpauit, Κἀτλὺ παροιμίαν ἐνήλλαξεν, ὃ γὰ ἐκποδὼν εἶναι κατέδειξε φίλους κακῶς πράξαντ&, ἀλλὰ πολλοὺς καὶ τῶν πρόσθεν διαφόρων τοὺς τοῖς ἀτυχήμασι φίλους πεποίηται. id eſt, Ac prouerbium inuertit. Declarauit enim haudquaquam eſſe procul amicos eius, cui res ſunt aduerſæ, uerum etiam multos, qui antea diſſidebant, in rebus afflictis ſibi reddidit amicos. In hanc ſententiam extat & huiuſmodi ſenarius,

Τῶν δυσχόντων ὀλυχὸς οὐδεὶς φίλ&. id eſt,
Felix amicus nullus infelicibus. Item alter huic ſimilis,
Κἀνὰ φίλος ὁ καιρὸς, ὡς χρυσὸν τὸ πῦρ. id eſt,
Vt ignis aurum, amicum ita tempus arguit.

Ad hanc ſententiam palàm alluſit Cicero lib. Familiarium epiſtolarum nono. Nam & ſi non facile dijudicatur amor uerus & fictus, niſi aliquod incidat eiuſmodi tēpus, ut quaſi aurum igne, ſic beneuolentia fidelis, periculo aliquo perſpici poſſit. Cætera ſunt ſigna communia. Horatius,

Vilis amicorum eſt annona, bonis ubi quid deeſt.

Paſſim habentur amici qui petant: qui dent, perpauci. Pindarus item in eandem ſententiam,

Οἴχεται τιμὰ φίλων ματωμένῳ
Φωτὶ, παῦροι δ' ἐν πόνῳ πιστοὶ βροτῶν. id eſt,
Perit honos homini, amicis orbato.

Sunt autem pauci mortales fidi rebus afflictis.

Vias nouit, quibus effugit Eucrates. LXXXII.

Οἶδε τὰς ὁδοὺς ἅσπερ ἔφυγεν Εὐκράτης. id eſt, Nouit uias quibus effugit Eucrates. In eum quadrat qui ſemper aliquam inuenit rimam, ut inquit Plautus, per quam elabatur, ut officium ſubterfugiat. Ariſtophanes in Equitibus,

Εὐλαβοῦ δὲ μὴ κρύψῃ σέ. καὶ γὰ οἶδε τὰς ὁδοὺς,
Ἅσπερ Εὐκράτης ἔφυγεν διὰ κυνιδίων. id eſt,
Caueto ne te effugerit, nouit uias
Quibus Eucrates effugerat per furſures.

Taxat autē obiter Eucratis mores, qui quum molitor eſſet, tamen rempublicam adminiſtrarat. Quin & in Auibus taxat Exceſtidem quempiam, peregrinum & erronem, cui uiæ omnes notæ fuerint. Congruet in hominem aliquo prætextu ſuffugientem, ſi quando fides ſit præſtanda.

Viuit, incende ignem. LXXXIII

Ζῇ, καῖε πῦρ. id eſt, Viuit, incende ignem. Vbi in negotij periculoſi puncto feſtinandam admonemus, & occaſionem arripiendam: ut cum reperta ſcintillula properatur, ne pereat & illa. Simile illi, Nunc tuum ferrum in igni eſt. Refertur apud Suidam.

Venter auribus caret. LXXXIIII

Γαστὴρ οὐκ ἔχ& ὦτα. id eſt, Venter non habet aures. Vbi de paſtu agitur, non admittuntur honeſtæ rationes. Atteſtatur huic ſenarius ille prouerbij uice Græcis celebratus,

Λιμῷ γὰ σὺλλὴψ ὅστις ἀντειπεῖν ἔπ&. id eſt,
Contra famem etenim nulla contradictio eſt. Celebratur à Plutarcho Gellioq; dictum illud Catonis, ex oratione quadam qua diſſuaſit legem agrariam. Eam ſic exorſus eſt, ut dicat, arduum eſſe ad uentrem uerba facere, qui careat auribus. Nec inepte accommodabitur in eos, qui uentris addicti uoluptatibus, nihil admittunt quod uentri non ſit amicum. Seneca lib. 3. Epiſt. 21. Venter, inquit, præcepta non audit, poſcit, appellat. Non eſt autem moleſtus creditor, paruo dimittitur, ſi modo das illi quod debes, non quod potes.

Cum puluiſculo. LXXXV.

Vel cum puluiſculo dicimus, quoties omnia ſic tolluntur, ut nihil ſiat reliqui, ne puluis quidem. Metaphora mutuo ſumpta uidetur ab ijs qui frumentum ab area conuerrunt, non ſine puluere. Plautus in Rudentibus, Conuerret hic iam me totum cum puluiſculo, Idem in Truculento, Quo citius rem ab eo auferant cum puluiſculo. Simili figura dixit Iuuenalis cum cruſine, pro eo quod eſt integre, & nulla parte diminutum.

Nunc ſi depoſitum non inficietur amicus,
Si reddat uctere cum tota cruſine follem. Eodem pertinet euangelicum illud, quo iubētur etiam pulueré excutere apoſtoli, id eſt, ne minimum quidem ab eis auferre ſecū.

Valere pancratice. LXXXVI

Plautus in Bacchidibus, Valere pancratice dixit, pro eo quod eſt firma eſſe ualetudine. Nam in Pancratiſtis robur corporis potiſſimum ſpectabatur. Pro eodem dixit Valere athletice. Valere pugilice. Valere baſilice. Terentius item: Pugilem eſſe aiunt. De puella robuſtiore & habitiore. Græci

Ayuntamiento de Madrid

βασιλικῶς pro magnifice prouerbiali figura dicunt. Neq; is sermo uulgo non tritus est, etiam hodiernis temporibus,

Fœdum & manſiſſe diu, uacuum'que redijſſe. LXXXVII

Verſus hic Homericus ex ſecundo Iliados libro, non dubium quin annumerandus ſit inter eos quos Macrobius ſcribit in prouerbium abijſſe,

Αἰσχρόν τοι μεῖναι, κἠπιόν τε νέεσθαι. id eſt,

Turpe eſt & manſiſſe diu, uacuumq; rediſſe. Conueniet, ubi quis longam de ſe cõcitauit expectationẽ, cui poſtea non reſpondeat. Veluti ſi quis ſtudij cauſa diu peregrinatus, domum redeat nihilo doctior. Aut ſi negociator poſt diuturnam abſentiã reuertatur, nihilo ditior. Aut ſi quis admodum longæuus, nihil præclari geſſerit in uita, quo ſe uixiſſe teſtaretur. M. Tullius prouerbij uice uſurpauit Epiſtolarũ ad Atticũ lib. 6. epiſtola cui initium, Nunc quidẽ profecto.

Tragulam inijcere. LXXXVIII

Plautus in Epidico, Tragulam in te inijcere adornant, id eſt, dolum aliquem in te ſtruunt. Et ibidem, Neſcio quam fabricam facit. Sic autem habet uerſus tetrameter, trochaicus:

Tragulã in te inijcere adornat, neſcio quam fabricã facit.

Vtraq; figura prouerbialis uidetur. Idẽ in Caſina, Ego Pol iſtam iam aliquorſum tragulam decidero. Rurſus in Pſeudolo, At uolui inijcere tragulam in noſtrum ſenem. Huic ſimillimum quod dixit in Moſtellaria, pilum inieciſti mihi. pilum enim haſtæ genus eſt.

Trium literarum homo. LXXXIX

Trium literarum homo, per ironiam dici poteſt, in eum qui generoſus & ingenuus uideri cupiat. Inde natũ quòd olim ingenui, prænomen, nomen & adnomen, in literis aut inſignibus ſuis, tribus literis notare ſoleãt. Vt pro Quinto Valerio Maximo, Q. V. M. Hinc uulgi iocus, de trium literarũ homine. Plautus in Aulularia iocum aliò detorſit, nempe in ſeruum furacem. Subijcit enim Etiam fur, trifurciſer.

Trium dierum commeatum. XC

Trium dierum commeatus, cum inſtare paupertas extrema ſignificatur. Translatione ducta à militum commeatu. Et apud Ariſtophanem cum aliàs tum in Acharnenſibus,

Καί μ' ἠπιτρεῖν σιτ' ἡμερῶν τριῶν. id eſt,

Mihiq; ut reſeruem commeatum tridui. Interpres addit, antiquitus in bellum ituris edici ſolere, ut ſibi tridui nõ minus commeatum pararent. Meminit & in Equitibus.

Ἐγὼ ποιῶ καὶ τοῦτον ἡμερῶν ζιῶν. id eſt,

Præbeo & iſtum quod ſat eſt in triduum. Proinde tridui cõmeatum dicemus minimas facultates, quæ uix ad tridui uictum ſufficiant. Non diſſimili figura Terentius in Seipſum excruciante, dixit decem dierum familiam.

Tragœdias in nugis agere. XCI

Tragœdias in nugis agit, qui in re leuicula tumultum mouet. Et ut ait Terentius, magno conatu magnas nugas dicit. M. Tullius De oratore, libro 2. Ne aut irriſione, aut odio digni putemur, ſi tragœdias agamus in nugis. Vſurpat idem Fabius lib. 6. cap. De peroratione. Nam in paruis, inquit, litibus has tragœdias mouere, tale eſt, quaſi ſi perſonam Herculis & cothurnos aptare infantibus uelis. Quin hoc ipſum excitare tragœdiam, ſi aliò quopiam deflectatur, prouerbium reſipit, Vnde & Græcis ἐκ τραγῳδίας. & τραγικῶς λέγειν pro grauiter ſiue acerbe loqui.

Tranſuerſum agere. XCII

Tranſuerſus agi dicitur, qui ui & impetu quodam ab inſtituto deflectitur. Ita Laberius Mimus apud Macrob. lib. Satur. 2. curſum fortunæ tranſuerſum uocat. Hũc enim C. Cæſaris benignitas inuitauit, ut eques Romanus & ſenex prodiret in ſcenam, In prologo igitur queritur præter animi ſui ſententiam eò Cæſaris autoritate fuiſſe compulſum,

Neceſſitas, inquit, cuius curſus tranſuerſum impetum
Volucrum multi effugere, pauci potuerunt,
Quo me extruſit penè extremis ſenſibus, &c.

Ita qui præceps ira fertur, tranſuerſus rapi dicitur. Ductũ apparet à nauigantibus qui ſecundo uento recto curſu feruntur, flatu aduerſo, tranſuerſim aguntur.

Traſybulo Dionyſium dicitis eſſe ſimilem. XCIII

Θρασυβούλῳ Διονύσιον φάτ' εἶναι ὅμοιον. id eſt, Dionyſium Traſybulo ſimilem eſſe dicitis. Dici ſolitum, ubi quis ea componit, quæ nimio interuallo inter ſe differũt. Dionyſius enim inter peſtilentiſſimos tyrannos commemoratur, Traſybulus laudatus, quod reipublicæ ſtudioſiſſimus fuerit. Sumptum eſt è Pluto Ariſtophanis.

Tributis potiora. XCIIII

Τῶν φόρων κρείττω id eſt, Tributis potiora, dicebatur, ubi quis ex malefactis & iniquitate commodum ingens reportaret. Refertur à Suida & Zenodoto prouerbij nomine, nec pluribus explicatur. Harpocration in dictionario rhetorico ſcribit extitiſſe in oratione Hyperidis aduerſus Athenogenem. Inde natum opinor, quòd qui principum nomine tributum exigunt, ferè plus extorquent, quàm par eſt. Et principes ſic petunt, ut ab inuitis rapiant, ni dent quod petitur. Congruit huic illud Pindari ex Pythijs hymno octauo, κέρδος δ' φίλταλον γ' ἐκόντος ἀ τις ἐκ δόμων φέρῃ. id eſt, Lucrum autem gratiſſimum, ſi quis ex uolentis ædibus ferat.

Tragica ſimia. XCV

Τραγικὸς πίθηκος. id eſt, Tragica ſimia. Prouerbiali conuicio dicebatur, qui fungeretur honoribus opibuſq; polleret, alioquin indignus. Simiam appellant homuncionem, uix hominem, ſed ſimulachrum hominis magis. Tragicam addunt, propter fortunæ ſtrepitum & perſonam additam. Demoſthenes in oratione pro Cteſiphonte, Aeſchinen tragicam ſimiam appellat, quòd quum eſſet nequiſſimus, ſplendidis uerbis probum ciuem ageret. Cuius prouerbij meminit Philoſtratus in Ariſtide. Diuus Hieronymus in epiſtolis oſtendit hoc ſcomma iaci ſolere uulgò in Chriſtianos, ſed ab impijs, ethniciſq;, perinde quaſi uultu habituq; ſanctimoniam præ ſe ferrent, quum eſſent improbi. Quanquam hic locus in exemplaribus non eodem habetur modo, ſicut admonuimus in ſcholijs noſtris, quibus uere diuini uiri lucubrationes, quo à pijs hominibus, ſed mediocriter doctis, poſſent inoffenſe legi, ſummis uigilijs emendatas illuſtrauimus. Cõuenit & in eos, qui barba pallioq; philoſophos ſe profitentur, cũ cætera cultui nõ reſpondeãt. Sic enim Plutarchus, Οὔτε γὰρ φιλοσόφους παγωνοτριχία καὶ τελεσνοφοιτία ποιοῦσιν, οὔτε ἰσιακὰς αἱ λινοστολίαι. id eſt, Neque enim alere barbam, aut geſtare uile pallium philoſophum facit, neque lineis ueſtiri Iſiacos, hoc eſt, Iſidis ſacerdotes.

Tineas paſcere. XCVI

Tineas paſcere dicuntur, quæ neglecta ſitu pereunt. Ductum à ueſtibus, aut libris diu recõditis & intactis. Horat. in Epiſt.

Contrectatus ubi manibus ſordeſcere uulgi
Cœperis, aut tineas paſces taciturnus inerteis,
Aut fugies Vticam, aut unctus mitteris Ilerdam.

Titio ad ignem. XCVII

Δάλος ἐπὶ πῦρ. id eſt, Titio ad ignem, ubi quis applicatur ad eas res ad quas natura propenſus eſt. Vt ſi mulier roſus ad puellarum cõuictum, ſanguinis auidus ad militiam, lucri ſitiens ad mercaturã. Δάλον enim Græci uocant lignum ſemiuſtulatũ. Non admodũ abludit ab illo, ὁς ἀμίδα ἐνεγκεῖν. id eſt, in matulã immeiere. Refertur à Suida & Zenodoto.

Tithymallus Laconicus. XCVIII

Τιθύμαλλος λακωνικός. id eſt, Tithymallus Laconicus. In

lippien

Ayuntamiento de Madrid

lippientes, oculisq; cæcutientibus homines dicebatur. Tithymallus, herbæ genus, apud Lacones repertum, lacteo succo manans decerptum, unde quidam dixere lactariam, singularis acrimoniæ, quo sub noctem oculos illinebãt ad usum acuendum. Huius Dioscorides in quarto plureis species facit, deq; oculorũ remedio diligẽter meminit. Adagium refertur apud Suidam, qui citat ex Aristophane de Neoclide lippo, σκόροδ' ὁμοῦ τρίψαντα τιθυμάλλῳ. id est, Qui allium triuit simul cum tithymallo. Carmen autem extat in Concionatricibus,

Τίς μ' ἐχρῖν ἀρᾶν.
Σκόροδ' ὁμοῦ τρίψαντ' ὀπῷ τιθυμαλλον ἐμβαλόντα
Λακωνικοῦ
Σαυτῷ παραλείφειν τὰ βλέφαρα δεῖ ἐωθέας. id est,
Simul cum opi liquore tereres allia,
Tithymallon insuper adderes Laconicum,
Et obungeres tibi palpebras sub uesperam.

Vox dicta uidetur à mamma nutricis, sed apud alios per simplex λ scriptam comperio, licet Suidas scribit per geminum, nec indicat interim usum prouerbij Si competit in lippos, dicendum est, tithymallo opus habet, aut tithymallum terit. Nam tradũt huic efficacem esse acrimoniam, ut quum succus eius colligitur, cauendum sit ne contingat oculos: & quoties sumitur in stomachum, deuorare necesse obuolutum, ne fauces radat. Huius succo medẽtur oculorum pituitæ. Multa de his Plinius libro uigesimosexto, cap. 8. Cornelius Celsus in quinto indicans eam herbam Latinis dici Lactucam marinam, uim ait habere excedendi.

Tinctura Sardonica. XCIX

Βάμμα σαρδωνικόν. id est, Tinctura Sardonica. De colore præcellenti dicebatur, præcipue purpuræ. Per iocum autem transfertur ad eum qui pudefit, aut qui ob plagas sanguine tingitur. Sardo siue, ut Hesychius scribit, Sardon insula ingens apposita Italiæ in qua uariæ purpurarũ tinctura laudatissimæq; fiebant. Itidem & Tyriam muricem ostrumq; Sarranum legimus apud Latinos. Aristophanes in Pace,

Ἡν ἐκεῖνος φησὶν εἶναι βάμμα σαρδιανικόν. id est,
Quam ille prædicat coloris esse Sardiniaci.

Idem in Acharnensibus,

Ἵνα μίσει βάλω βάμμα σαρδιανικόν. id est,
Ne te linam colore Sardiniaco.

Quàm curat testudo muscam. C

Ὅσον μέλει τῇ χελώνῃ μυῶν. id est, Quàm curat testudo muscas. Suidas ex autore, nescio quo, refert hæc uerba, ὡς ὁ ἀγαμέμνονι δὲ διῳκίτῃ παῤῥησίας ἦτλον ἐμελεν, ἢ χελώνῃ μυῶν, τὸ δὲ παροιμίας. id est, Argamemnon autem minoris faciebat Therſitæ maledicentiam, quàm testudo muscas, quemadmodum prouerbio dicitur. Testudini nihil nocere possunt muscæ propter testam, qua munita est. Cõfine illi quod alibi memorauimus, Non curat culicem elephantus. Lepidius erit ad res animi detortum. Animus uirtute ac philosophia munitus, nihilo plus timet fortunæ incursum, quàm testudo muscas.

CHILIADIS SECVNDAE CENTVRIA IX.

Stultior Morycho.

Μωρότερος εἰ μορύχου. id est, Stultior es Morycho. Siculũ prouerbiũ, in eos qui ridicule stulte ue quippiã facerent. Mihi uidentur peculiariter obnoxij huic adagioni, qui domesticorũ negociorum negligentes, foris agunt, aliena curantes. Quod genus inducitur Ollus apud Martialẽ. Cuiusmodi sunt & apud Plutarchũ Lamiæ. Zenodotus tradit, apud Siculos Baccho cognomen esse Morycho, idq; inde natum, quòd in uindemijs huius dei facies musto ficisq; uirentibus oblini consueuerit, quòd utriusque arboris inuentæ laudem Baccho tribuunt ueteres, ut testis est Athenæus lib. Dipnosophistarum 2. παρὰ τὸ μορύξαι τὸ μολῦναι. id est, à moryxæ, quod est contaminare: unde & Homerus, μεμορυγμένῳ dixerit, pro μεμολυσμένῳ. Bacchus autem ubiq; ridiculus, ac parum cordatus inducitur à poëtis, utpote deus temulentus, uelut in Ranis Aristophanis, ideoq; in huius sacris ludicra quædã, tanquã in eius contumeliã fiebant. Quin & cognomen additũ contumeliæ causa, ἐρεβίνθῳ. Apud Siculos huius simulachrum, nõ in templo, sed extra phanum sub dio positũ erat iuxta ingressum siue uestibulũ, confectũ è lapide, cui nomen Psella, arte Simmij cuiusdã Eupalami. Proinde uulgari ioco iactatum est de illo, μωρότερος δὲ μορύχου, ὃς τἄνδοθεν ἀφεὶς, ἔξω δὲ οἰκίας κάθηται. i. Stultior es Morycho, qui omissis his quæ sunt intus, foris extra domum desidet. Zenodotus adagium citat ex epistola quadam Polemonis ad Diophilum. Quãquam alienissimũ est ab ingenio, moribusq; meis, ucstigandis, aut insectandis aliorũ erratis operam conterere, tamen nõ possum hoc loco mihi temperare, quin ridendi magis quàm insectandi causa proferã cuiusdam apud Italos nõ infimi nominis, inscitiam ne dicam, an socordiam: præsertim cum is τῶν λεοντῶν ἐνδύσας, tantum sibi sumat in literis, ut arrepta ueluti censoria uirgula, non solum de scriptoribus cæteris magna pronũciet autoritate, uerumetiam Angelum Politianum, uirũ modis omnibus & incõparabilem & inimitabilem, ceu præceptor quispiam flagellet, atq; emendet. Cui cum non pauca concedat homo candidus, tamen delicatæ illæ, & meris atticismis assuetæ aures, transmarinæ Veneris sensum in eodem desiderant, quod οὐδ' ἀρχὴν uerterit, ne initio quidẽ. Audiamus igitur in hoc Aristarcho Venerem illam transmarinam, ac germane Græcanicã. Principio prouerbiũ hoc è uulgatissimis Zenobij collectaneis enarrans, Polemonem perinde citat, quasi locum ipse legerit. Id quod suo more facit, uidelicet ut in abstrusis, minimeq; uulgatis autoribus uersari uideatur. Deinde Græca quæ modo retulimus indidem, ὃς τὰ ἔνδοθεν ἀφεὶς, ἔξω δὲ οἰκίας κάθηται, reddidit ad hunc modum: Qui relinquens habitationem interiorem extra positam quærebat. Rursum quod habetur in ijsdem collectaneis, μόρυχος ὁ ἀλειφὴν ἐπίθετον ἀπὸ τοῦ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ μολύνεσθαι ἐκπλὴν τρυγὸσι, ὡς ἀπὸ τοῦ βορβορυγλένυς, καὶ τοῖς χλωροῖς σύκοις, expressit hoc pacto, Morychus sanè epitheton est Bacchi ἀπὸ τοῦ πρόσωπον αὐτοῦ μολύνεσθαι. id est, ab inquinando uidelicet propriam faciẽ. Inquinare nanq; solet eam Bacchus racemis, & uiridibus ficis. Deinde quod idem coaceruator etymologiam nominis reddens scripsit. μορύξαι γὰρ τὸ μολῦναι, sic interpretatus est lepos Atticus nostri temporis. μορύξαι, inquit, porrò idem est quod μολῦναι, hoc est, ineptire, hoc est desipere. Iam illud quanto est παντὸς μορύχου μωρότερον, quod de Bacchi statua reddidit. Græca sic habent, παρόσον ἔξω τοῦ νεὼ τὸ ἄγαλμα αὐτοῦ ἕζητο παρὰ τὴν εἴσοδον ἐν ὑπαίθρῳ. Ea sic extulit transmarina Venus: Præterea dicitur à simplicitate Bacchi, cuius simulachrum in aperto statuitur apud Hesiodum. Vide quot ueneres in uno, eoq; perbreui capite prodidit hic uenustus. Primum Bacchus fastiditis penetralibus ædium suarũ, peregrinas sectatur domos: deinde cum saxeus sit (fit enim de statua mentio) tamen ipse sibi facilè racemis & ficis oblinit, quo uindemiatores delectet. Ad hæc cum idem significẽt, μορύξαι & μολῦναι, utrunq; declarat, ineptire & desipere, uerũ his duntaxat, qui Venerẽ illam transmarinã usquequaq; percalluerint. Deniq; quod est omniũ uenustissimũ, è uestibulo, siquidem autore Polluce, ἄσοδ & templi uocatur, quod & προπύλαιον

Ayuntamiento de Madrid

πύλαιον dicitur, Heſiodum fecit, hoc eſt, è mutis ſaxis eloquentiſſimum poëtam. Et habet tamen hic talis artifex quibus ſit admirationi, hoc eſt, Similes habent labra lactucas: cum innumera ſint in huius commentarijs, pari flore reddita Græca, ὅτε ἀρανεῦ, quod aiunt, ὅτε γῆς ἀπτόμεθα, quæ uel ipſe ſaxeus Morychus rideat. Homo me hercle, ſuauis, atq; adeo Moriæ beneficio felix, qui tranſmarinæ Veneris ſenſum requirat in alijs, ipſe cõmuni carens, & ut uidetur, marinæ, quàm tranſmarinæ Veneri familiarior. Sed præſtat, opinor, ut omiſſis iocis ad inſtitutum negotium calamus recurrat. Iocatur in Morychũ & Ariſtophanes in Veſpis, ζῆν βίον γενναῖον ὥσπερ μόρυχος. id eſt, Viuere uitam generoſam, quemadmodum Morychus. At Suidas indicat, huius nominis poëtam quempiam fuiſſe tragicum, cuius uita non caruerit luxus ac molliciei nota. Citatq; hoc in eum carmen Ariſtophanis. Extat autem in Acharnenſibus,

ὦ φιλ]άτη σὺ, καὶ πάλαι ποθ' ἡμῖν,
ἦλθες, ποθουμένη ζυγωδικοῖς χορ]οῖς
Φίλη μορύχῳ. id eſt,
Chariſſima ac deſiderata iam diu
Optata ades, fece ſublitis choris
Grata & Morycho.

Quatuor obolis non æſtimo. II

Τετ]άρων ὀβολῶν εἶναι οἴῃ. id eſt, Quatuor obolorum eſſe putas. Simile illis quæ alibi retulimus: Aßis te non facio, & dupondij non facio, & teruncij non facio. Suidas hæc quoq; refert, ſed tacitò, qui frequens illi mos, autoris nomine, τὴν παῤῥησίαν τῶν σῶν οἴῃ τετ]άρων εἶναι ὀβολῶν τὸ λεγόμενον. id eſt, Tuam maledicentiam exiſtimato quatuor eſſe obolorum, quemadmodum dicitur. Et diobolare uocant Latini, quod uiliſſimum uideri uolunt.

Tenuem nectis. III

Λεπ]ὴν πλέκῃς. id eſt, Tenuẽ nectis. De pauperibus dictum, quibus plerunq; tenuibus in rebus labor. Dicitur & λεπ]ὴ ἐλπὶς. i. Spes tenuis, pro exigua, & λεπ]ὴ φρον]ὶς id eſt, Tenuis cura, pro ſubtili & curioſa. & λεπ]ὰ ξαίνῃς. i. Tenuiter diducis, in ſordidos quiq; uel minutiſſimarum rerum habent rationem. Ducta metaphora à textoribus.

Terreſtria balnea. IIII

χθόνια λοῦτρα. id eſt, Terreſtria, ſiue inferorum balnea. Dictum uidetur, nam coniectandum eſt, ubi quid ſero iam adhibetur, nulli futurum uſui ei cui exhibetur. Veluti ſi quis tum reo patrocinetur, poſtquam pronunciata fuerit irreuocabilis iudicum ſententia. Mos olim fuit, defunctis ad ſepulchrum balnea quædam inferre. Cadauera iuem ſepulturæ danda prius lauabantur, unde Ennius:

Tarquinij corpus bona fœmina lauit, & unxit.

[Fit & noſtra tempeſtate, fortaſſis ex priſca relictum conſuetudine, ut defunctorum monumentis aquam inſpergant conſecratam, præſertim apud Germanos, huius rei præter cæteros benignos.]

Ter. V

Ne illud quidem figura prouerbiali uacat, quod Græci numeri additione rem amplificant, maximè ternionis, fortaſſis quòd is apud priſcos & abſolutiſſimus, & ſacer habetur, ut quicquid ter dictum aut factum eſſet, id ratum & efficax habcretur, unde in magorum myſterijs adhiberi ſolitus. Vergilius in Pharmaceutria:

Terna tibi hæc primum triplici diuerſa colore
Licia circundo, terq; hæc altaria circum
Effigiem duco. numero deus impare gaudet,

Et apud Theocritum in eiuſdem tituli carmine:

Ες τρὶς ἀπεσπένδω, καὶ τρὶς τάδε πάντια φωνῶ. id eſt,
Ter libo, ter & hæc pronuncio myſtica uerba.

Item in cærennonijs funebribus,

Et ſupremum ter uoce cieimus.

Apud Euripidem in Hecuba præco ter iterato uerbo, ſilentium indicit:

Σιγᾶτ' ἀχαιοί, σίγα πᾶς λαὸς, Σίγα σιώπα. id eſt,
Silete Achiui, populus omnis ſit ſilens
Taciturnitate ſilentioq;. Ariſtophanes in Ranis,
Τούτοισιν ἀπαυδῶ, κἀθὶς ἀπαυδῶ, κἀθὶς μάλ' ἀπαυδῶ. id eſt,
Iſtis recuſo, iterumq; recuſo, rurſum ualde recuſo.

Paſſimq; legitur non ſolum apud poëtas, uerumetiam oratores, τρὶς μακάρ, τρὶς κατάρατος, τρὶς μακάριος, τρὶς μέγιστος, τρὶς ἄθλιος. id eſt, Ter ſceleſtus, ter execrabilis, ter beatus, ter maximus, ter infelix. Quod Latini duntaxat in carmine ſunt imitati. Vergilius:

O terq; quaterq; beati. Ouidius:
Omnia bis dices uera fuiſſe mea.

Eſt illud etiã nunc uulgo familiare, ut ſi quid aſſeuerent uehementius, id ter repetãt. Vt hinc etiã adagium ortum uideri poßit. Strabo libro Geographiæ 1. quod Homerus ſcribit, Charybdim ter in die reddere quod abſorbuit, ter reſorbere, quum cõſtet id nõ fieri niſi bis in die, excuſat hac hyperbole, quaſi ſemel nõ ſonet hic numerũ, ſed uehementiã. Ad hanc ſermonis formã pertinet quod eſt apud Platonẽ libro De repub. 10. κἀκ τὰ ἔργα αὐτ' ὀρῶντες, ὅτι σοφάνονται τριττὰ ἀπέχοντα τ' ὄντος. i. Et quũ uident illorũ opera, nõ intelligũt ea tertio gradu abeſſe à ueris. Agit de ijs qui è poëtis ſumũt recte uiuẽdi rõnẽ, quũ illi pro ueris tradãt phãtaſmata. Durat huius ſermonis ueſtigiũ & hodiernis diebus in lingua Gallica, qui huius ſyllabæ adiectione è cõparatiuo faciũt ſuperlatiuũ, niſi quod inuerſis literis, treſonãt pro ter.

Theagenis pecuniæ. VI

Θεαγένους χρήματα, τάτ' αἰσχίνου. id eſt, Theagenis pecuniæ, quemadmodum Aeſchinis. Iocus prouerbialis in eos, qui pauperes eum eſſent, tamen diuites haberi uolebant. Hoc morbo notatus eſt uterque, & Theagenes & Aeſchines. Vnde cognomen his additum, σέλλοις, à Sello quopiam inepte ambitioſo, qui cum re eſſet perquam tenui, tamen affectabat uideri locuples, unde qui hoc morbo laborabant, σελλίζειν dicebantur. Finitimum ei quod alio dicetur loco, φανὸς Θύρα. id eſt, Phaniæ ianua. Prouerbij meminit Ariſtophanes in Auibus:

Ἰνα καὶ τὰ Θεαγένους, τὰ πολλὰ χρήματα,
Τάτ' αἰσχίνου γ' ἅπαντα. id eſt,
Vbi ſunt Theagenis plurimæ pecuniæ,
Et Aeſchynis quidem uniuerſæ.

Tantali lapis. VII

Ταντάλειον λίθον. id eſt, Tantali lapidẽ, uocant imminens capiti periculũ. Apud Suidam hæc referuntur, ἐπειδὴ τὸν ταντάλου λίθον τῆς κεφαλῆς ἀπεστιν ξάμεθα. id eſt, Quando quidem Tantali ſaxum capiti impendẽs excuſſimus. Plato apud Stobæũ, οὐδ' ἃ τὸν λεγόμενον ταντάλου λίθον ἐπηρτημένον τις ἔχοι. id eſt, Ne ſi Tantali quidem, quem uocant lapidem imminentem haberet aliquis. Sumptum à fabula Tantali, quem quidam fingunt apud inferos, etiam hoc ſupplicij genus pati, ut ingens ſaxum ſic immineat capiti, ut tamen caſurum uideatur. Athen. lib. Dipnoſoph. 6. fabulæ originem refert hunc in modum: Tantalus uoluptatum auidus, cum in deorum conſortium admiſſus impetraſſet optionem petendi quicquid uellet, à Ioue poſtulauit, ut ad eum modum iugiter uiueret inter epulas, nihil hac re ducens felicius. At indignatus Iupiter promiſſum præſtitit, hominiſq; optatis ſatisfecit. Cæterũ ne frui poſſet appoſitis, ſaxum ingens iamiam caſuro ſimile ſupra uerticem ſuſpendit, cuius metu non libeat quicquã attingere. Vergilius Aeneidos ſuæ lib. 6. commentum hoc ad Lapithas, Ixionem ac Pirithoum refert,

Quid

Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumq́;,
Quos super atra silex, iamiam lapsura, cadenti
Imminet assimilis: lucent genialibus altis
Aurea fulcra thoris, epulæq́; ante ora paratæ
Regifico luxu. Furiarum maxima iuxta
Accubat, & manibus prohibet contingere mensas,
Exurgitq́; facem attollens, atq; intonat ore.

Vsurpat & Pindarus in Isthmijs hymno 7. λιπαδὴς ὑπὲρ κεφαλᾶς γὲ ταντάλου λᾶϐον παράτις ἔχει αἰεί θεός. id est, Quandoquidem lapidem Tantali imminentem capiti aliquis nobis admouit deus. Sentit autem metum instantis belli. Interpres citat ex Euripide,

Κορυφᾶς ὑπερτέλλοντα δέμας τ' ἔβαν
Αἰὲι ποτᾶται. id est,
Saxum pauescens uertici quod imminet
Per aërem uolat. Gregorius Nazianzenus in epistola quadam ad Basilium fratrem, uitam solicitam ac periculis expositam, ταντάλειον ζωὴν appellat.

Surdior Toronæo portu. VIII

Κωφότερος τορωναίης λιμένος. id est, Surdior Toronæo portu. Aiunt portum esse quendam Toronæ Thraciæ ciuitatis, qui longis & angustis duobus excursibus porrigitur in mare, ita ut in ipso portus secessu nullus fluctuum fragor audiatur. Vnde prouerbium in eos qui non audiunt. Quanquam alij Toronem ponunt in Macedonia. Stephanus meminit etiam sinus cognomento Toronæi, à quo prouerbium ductum uideri possit. Nisi quòd mare surdum uocatur, aut littus surdum, magno fragore resonans, ut ob strepitum undarum præterea nihil exaudire liceat.

Surdior turdo. IX

Κωφότερος κίχλης. id est, Surdior turdo. Zenodotus ex Eubuli Dionysio citat. Adscribit surditatẽ huic aui peculiarem, cum sit loquacissima, uel prouerbio teste. Vnde concinne dicetur in eos, qui perpetuo blaterantes, ipsi non ausculant quid uicissim ab alijs dicatur, quod uicium in multis licet deprehendere.

Effœminatorum etiam oratio effœminata. X

Ἐνεσιν ἐν ἀνδράσι ἄνανδροι λόγοι. id est, Inertibus uiris iners oratio. Vt quisque est, ita & loquitur. Refertur à Zenodoto, Confine illi, quod alibi retulimus, Fatuus stulta loquitur. Item illi: Qualis uir, talis oratio. Tametsi longe alium Drancen fecit Vergilius, lingua fortem bellatorem, re imbellem.

Stupidior Praxillæ Adonide. XI

Ἠλιθιώτερος πραξίλλης ἀδώνιδος. id est, Stultior Praxillæ Adonide. In uehementer stupidos. Polemon apud Zenodotum, tradit Praxillam fuisse quampiam Sicyoniã poëtriam, quæ in suis cantionibus Adonidem inducit ab inferis interrogatum, quid apud superos pulcherrimum reliquerit, respondere solem, cucumeres, mala. Quòd cum uehementer insulsum uideretur, cucumeres & mala cum sole componere, prouerbio dici cœptum in homines nullius iudicij.

Simonidis cantilenæ. XII

Σιμωνίδου μέλη. id est, Simonidis cantilenæ. De uafris ac subdolis dictum est. Hunc tradunt primũ astutiam, & quæstum in artem induxisse. Erant illi duo scrinia, alterũ gratiarum, alterum præmiorũ, quæ cum post tempus aliquantum aperuisset, gratiarum arculam semper offendebat inanem, præmiorũ semper plenam. Hoc cõmento significãs se nolle gratis donare carmina. Meminit huius rei Plutarchus in lib. περὶ τῆς πολυπραγμοσύνης. Vnde Aristophanes apud Suidam, ἅσαι σιμωνίδου μέλη. id est, Cane Simonidis carmina. Meminit Aristophanes in Auibus:

Πρῶτον μὲν αὐτὴ τὴν λύραν λαβοῦσ' ἐγὼ κιθάρισα
Ἅσαι σιμωνίδου μέλη. id est,
Primum quidem ipsi iussi, ut sumpta lyra sonaret
Simonideam cantionem.

Ad duo scrinia alluſit Theocritus in Charitibus:

Οὐκέτι δὴ πάλιν εἰμὶ τὸ θυμέι χυλοῦ. id est,
Rursus at ignauæ uacuo intra scrinia fundo.

Si tibi machæra est, & nobis urbina est domi. XIII

Plautus in Bacchidibus. Si tibi est machæra, & nobis urbina est domi. Quoties malum malo opponitur. Nã machæra & urbina utriq́; teli genus est. Sunt autem apud Plautũ Chrysali uerba minas referentis, & militis sæuitiam sæuis item dictis retundentis. Placiades Fulgentius pro urbina legit, Veruina, & interpretatur teli genus oblongum. Simillimũ est illis: Par pari. &, Malo nodo malus quærendus cuneus.

Semper agricola in nouum annum diues. XIIII

Αἰὲι γεωργὸς ἐς νέωτα πλούσιος. id est,
Agricola semper diues annum in proximum. De ijs dictitatum, qui spe futuri compẽdij diuites sunt, ac sibimet expectatione rerum amplarum blandiũtur. Ductum à colonis, qui semper proximæ æstatis uberiorem prouentũ sibi pollicentur, eáq; spe iam sumptus nonnullos audent facere.

Semper uirgines furiæ. XV

Αἰὲι παρθένοι ἐρινύες. id est, Semper uirgines furiæ. Prouerbium obscurius deterret à peccando. Erynnies enim maleficiorum ultrices corrumpi non queunt, quo minus pœnas sumant de ijs qui commeruerunt, atq; hac gratia dictæ uirgines. Suidas è Sophocle citat.

Senex bos non lugetur. XVI

Γέρων βοῦς ἀπένθητος δάμοισι. id est, Bos senex uacat luctu domesticorum. Hoc est senum mors, quòd tempestiua uideatur, non lugetur ab amicis. Quin & hodie si quando nunciatur obitus hominis natu grandis: Nihil acerbũ, inquiunt. haud perijt in cunabulis. Mortem iuuenum complorant ij quoq́; ad quos nihil attinet. Talem mortem deprecatur Solon apud Ciceronem lib. De senect. Elogium autem Solonis cuius meminit Tullius, sic habet:

Μηδέμοι ἄκλαυτος θάνατος μόλοι, ἀλλὰ φίλοισι
Ποιήσαιμι θανὼν ἄλγεα κἀμὲ γοητάς. id est,
Ne mu illugubris ueniat mors, sed mihi charis
Mœrorem potius adferat & gemitus. Ennius contrà,
Nemo me lachrymis decoret, neq; funera fletu Faxit.
Sed uterq; recte sensit. Solon uult mori charus ac desiderandus suis: Ennius non putat lugendã mortem quam consequitur immortalitas. Refertur & hic uersus in Menandro,

Πικρόν ἐστι χρῆμα γέρων ἐν οἰκίᾳ μένων. id est,
Molesta res est, in domo manens senex.

Sero uenisti, sed in colonum ito. XVII

Οὐ θᾶσσις, ἀλλὰ τὰν κολωνὸν ἴσο. id est,
Serus ades, ast colonon hinc te conferas.
Iocus prouerbialis aduersus eos, qui post tempus aduenirẽt, aut qui mercede quippiam facerent. Porrò colonus est terræ editior, in speciem tumuli seu collis. Huiusmodi duo erant Athenis, alter iuxta Neptuni templum, in quẽ equites conueniebant: alter iuxta templum Vulcani, qui à foro seu mercatu dictus est ἀγοραῖος. Hinc colonetæ dicti, qui mercede conducerentur, quod illic consisterent, qui conductorẽ quærebant. Huiusmodi ferme Suidas.

Ad pedem. XVIII

Πρὸς πόδα. id est, iuxta pedem. Quod appositum & uehementer accommodatum est, id πρὸς πόδα. dicebatur. Sumpta metaphora à calciamentis probe ad pedis mensurã quadrantibus. Vnde celebratur & illud Pauli Æmilij apoph-

Ayuntamiento de Madrid

thegma, nouum calceum oſtẽdentis. Vos, inquit, uidetis bellum ac nouum eſſe calceum, uerum qua parte pedem torqueat meum, id ego demum ſentio: ſignificans Papyriam uxorem, non eſſe ſuis accommodatam moribus. Suidas Platonem eiusmodi, poëtam opinor,

Ὡς ἐϛί μοι τὸ χρῆμα τοῦτο περὶ πόδα. id eſt,
Vt hoc meo negotium quadrat pedi.

Sarpedonium litus. XIX

Σαρπηδονία ἀκτή. id eſt, Sarpedonium litus. De re turbulenta recte dixeris, ſiue de uehementer clamoſis & obſtreperis. Eſt enim huiuſmodi litus quoddam Thraciæ Neptuno ſacrum, quod aſſiduis fluctibus tunditur. Eſt & aliud eiuſdem nominis in Cilicia. Rurſum aliud iuxta Oceanum, ubi Gorgonibus ſedes eſſe ferunt.

Seruilior Meſſena. XX

Δουλότερος Μεσσήνης. i. Seruilior Meſſena. De minime liberis dicebatur, & alicuio iuuentibus arbitrio. Lacedæmonij Meſſenios, quòd iterũ atq; iterum deſciuiſſent in ſeruitutem redegerunt, eoſq; durius etiã quàm reliquos ſeruos tractarunt, ne denuo res nouas moliri poſſent. Hiſtoria refertur à Pauſania in Meſſenicis, & à Iuſtino lib. Epitomatũ tertio.

Seruus cum ſis comam geris. XXI

Δοῦλος ὢν κόμην ἔχεις. id eſt, Seruus cum ſis, comam habes. De eo qui præter decorum quippiam faceret. Veluti ſi quis humili conditione patriciorum cultum imitaretur. Apud Lacedæmonios enim ingenui comam alebant. Adagium refertur quidam à Suida, cæterum extat apud Ariſtophanem in Auibus.

Ἔπειτα δῆτα δοῦλος ὢν κόμην ἔχεις; id eſt,
Ac dein ſeruus cum ſies, portas comam?

Seruorum ciuitas. XXII

Δοῦλων πόλις. i. Seruorum ciuitas. De cœtu conuictuq; hominum improborum, furacium, aut ignobilium dici poteſt. Eſt hoc nomine ciuitas quæpiã in Libya, ut autor eſt apud Suidam Ephorus in quinto, apud Stephanum Hecatæus. In hãc ſi quis ſeruus lapidem importaſſet, cõtinuo liber fiebat, etiã ſi peregrinus fuiſſet. Eſt & altera, cui nomen ἡροδούλων, quòd ſeruis dicata ſit, in qua unum duntaxat ingenuum uiuere tradunt. Eſt rurſum in Creta, δουλόπολις χιλιανδρος. id eſt, Mille uiris habitata, ut autor eſt Soſicrates in prima narratione rerum Creticarum. Eſt item alia iuxta Thraciam, πονηρόπολις. id eſt, Improborum ciuitas. In hãc Philippus collegiſſe dicitur, uclut in ſentinam, infames ac moribus improbatis, ut ſycophantas, falſos teſtes, præuaricatores, & id genus alios ad numerum duũm milium, ut autor eſt Theopompus, in rerũ Philippicarum lib. 13. Teſtatur & Plutarchus in commentario De curioſitate. eſt & in Aegypto regio quædam δουλόπολις appellata, teſte Olympianico. Plutarch. in Collectaneis prouerbiorum oſtendit, dici ſolitum de raris inuentu, effertq; ad hunc modum, οὐκ ἔϛι δούλων πόλις. id eſt, Non eſt ſeruorum ciuitas. Non diſſimile quod Plinius narrat de gente Heſſenorum in Syria, ad quos fugitant uſquequaq; nocẽtes. Quæ ſola toto in orbe, ſine ulla fœmina uiuit, omni Venere abdicata, ſocia palmarum, in diem ex æquo conuenarũ turba renaſcitur, longe frequẽtantibus quos uita feſſos ad mores eorũ, fortunæ fluctus agitat.

Samiorum flores. XXIII

Σαμίων ἄνθη. id eſt, Samiorum flores. Vbi quis extremã uoluptatem decerperet. Hoc autem nomine dicebatur locus quidam, in quo mulieres cum uiris conuiuium agitabant, omniq; genere uoluptatum affatim explebant ſeſe. Quibus delicijs effœminati, poſtea ſubacti ſunt à Perſis, & in ſeruitutẽ acti. Stephanus admonet, Samiũ inſulam olim ἀνθέμισσαν appellatam fuiſſe, nimirũ à floribus. Eandẽ παρθενίαν fuiſſe uocatam, uidelicet à uirginibus, refertur adagiũ in Collectaneis, quæ Plutarchi feruntur titulo. Meminit & Athenæus lib. 12. ex Clearcho, demõſtratus locum ita uocatum, ob uarias formas puellarum, quæ ueluti flores arridentes, ad libidinem inuitabant. Apte quadrabit in ciuitatem, domum, denique hominem uoluptatibus perdite addictum.

Summaria indicatura. XXIIII

Ῥαπικὸν ὥσπερ. id eſt, Summaria indicatura. De rebus uilibus, magno tamen emptis. Quemadmodũ fit nonnunquã in auctionibus, cum non expenditur ſingulatim uniuſcuiuſque rei precium, ſed multa ſimul congeſta pariter æſtimantur. Græcis enim ῥῶπες uirgulta dicuntur, & ῥῶπον appellant faſciculum, ſeu ſarcinam è diuerſis rebus colligatam, aut uarios colores ſimul confuſos. Fit autem ſæpenumero, ut emptor parum attentus in hoc emptionis genere circumuenia tur. Adagium refertur à Diogeniano. Meminit & Suidas.

Regia uaccula. XXV

Βασιλικὸν βοΐδιον. id eſt, Regia buccula. De prodigioſa fœcunditate ferebatur, natum è miraculo rei geſtæ. Aetate Ptolemæi iunioris, uacca quædam eodem partu ſex ædidit uitulos. Autor Diogenianus. Simile illud Iuuenalis,

Scropha fœcundior alba.

Pura à nuptijs. XXVI

Ἀγνὴ γάμων. id eſt, Rudis nuptiarum. Per ironiam dicebatur in impudicã, quod citra nuptias ſui copiã faceret. Horatius,

Nuptiarũ expers, & adhuc proteruo Cruda marito.

Rheginis timidior. XXVII

Ῥηγίνων δειλότερος. id eſt, Rheginis formidoloſior. Xenarchus apud Zenodotum Sophronis, qui de menſibus ſcripſit, filius, in gratiam Dionyſij tyranni taxauit Rheginenſes ut ignauos in rebus bellicis, animiq; pauidi, quemadmodum teſtantur Græcorum adagiorum collectanea.

Inertium chorus. XXVIII

ἀργόντων χορὸς. id eſt, Feriatorum chorus. De cœtu laſciuientium dicebatur. Ocium enim ad omnem nequitiam impellit, præcipue iuuentam. Confine eſt illi quod aliàs dictum eſt, Inertibus ſemper feriæ.

Rapina rerum Cinnari. XXIX

ἁρπαγὴ τῶν Κιννάρου. id eſt, Direptio bonorum Cinnari. De facultatibus per tumultum direptis. Veluti cum principes præter ius in alienas fortunas iniiciũt manus. Timæus ſcriptum reliquit, Cinnarum quempiam fuiſſe, patria Selinuſium, arte lenonem, qui hoc quæſtu ad ſummas opes peruenerit. Is quoad uiuebat, pollicebatur ſe facultates omnes Veneri conſecraturum, cæterum moriens, populo diripiendas expoſuit. Huic non diſſimile, quod alibi commemorauimus, Perſenæ bona.

Radamantheum iudicium. XXX

Ραδαμάνθυος κρίσις. id eſt, Radamanthi iudicium. De incorrupte iudicantibus. Rhadamanthus enim manium iudex, neque muneribus, neque gratia deflectitur, quo minus ſeuere iudicet. Accommodari poterit ad mortis neceſſitatem, maximis pariter ac minimis ex æquo communem. Iuxta illud Aeſchyli apud Ariſtophanem in Ranis:

Μόνος θεῶν γὰρ θάνατος ἀδώρητος ἥκει. id eſt.
Vna è deis Mors nulla captat munera. Item Horatius,
Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas,
Regumq; turrcis. Item alibi:
Non ſi trecenis quotquot eunt dies,
Amice places illachrymabilem
Plutona tauris. Item Pindarus in Nemeis,
ἀλλὰ κοινὸν γὰρ ἔρχεται
Κῦμ' ἀέλλαο πλοϊ ἐπ' ἀνέμοντα.
Καὶ δοκέοντα. id eſt,

Fluctus enim Orci cõmuniter decidit, obruitq; tum opinãtem, tum inopinum, hoc eſt, & iuuenẽ & ſenem, aut pariter & nob

Ayuntamiento de Madrid

& nobilem & obſcurum. Bifariam enim interpretantur,

ἀδόκητον καὶ δοκέοντα. Item in Olympiacis,

Βελαῖς ἐν ὀρθαῖς ῥαδαμάνθυος. id eſt,

Rectis Rhadamanthi decretis. Item alibi demonſtrans unũ Rhadamãthũ nec aſſentari cuipiã, nec quicquã ad gratiam facere. ὁ γὰρ ῥαδάμανθυς εἰς τὸ πέραγγον, ὅτι φρονῶν ἔλαχε καρπὸν ἀμώμητον, ὃ δ' ἀπάτασι θυμὸν τέρπεται ἐνδοθεν. id eſt, Fortunatus Rhadamanthus, qui fructum iudicij ſortitus eſt inculpatum, neq; impoſturis intus in animo delectatur. Vſurpat & Plato libro De legibus 12.

Rhadamanthi iuſiurandum. XXXI

ῥαδαμάνθυος ὅρκος. i. Rhadamanthi iuſiurandum, dicebatur quod uerißimũ quidem eſſet, cæterum nullum deum aſciſceret. Socrates per canem & anſerem iurare conſueuit, ne quem deorum citaret: ſiue quòd non crederet ullos eſſe deos, ſiue quòd non arbitraretur eſſe boni uiri, deos ſuorũ negotiorũ teſtes accerſere. Hoc autem iuriſiurãdi genus ad Rhadamanthum referebant. Notauit adagium Ariſtides rhetor in Pericle, cum ait, ὥσπερ ἂν εἰ λέγοις τὸν ῥαδάμανθυν ἀθίζειν τοὺς ἀνθρώπους ἐπιορκεῖν, ᾧ τοσοῦτον πιστεύων εὐσεβέας καὶ δικαιοσύνης, ὡς τε καὶ τελευτήσας τοῖς ἐκεῖσε ἀριθμηθεῖσι δικάζειν δοκεῖ. id eſt, Perinde quaſi dicas Rhadamanthum mortales in conſuetudinem adduxiſſe peierandi, qui uſque adeo pietate, iuſtitiaq; præcelluerit, ut etiam uita defunctis, ijs qui illuc appellunt, iudex eſſe credatur. Pythagorici per quaternionem iurare ſolent, quem τετρακτὺν appellant.

Οὐ μὰ τὸν ἀμετέραν ψυχᾶ παραδόντα τετρακτύν. id eſt,

Non per eum à quo animæ eſt datus ille quaternio noſtræ. Exiſtimant enim hunc numerum uſq; adeo ad animæ perfectionem pertinere, ut eum in arcanis uenerentur. Autor Macrobius primo commentario in Somnium Scipionis. Pythagoras in Carminibus aureis, quaternionem ſacrum animæ fontem uocat. Græci per caput alterius iurare conſueuerunt. Iuuenalis,

_Græcis nondum iurare paratis
Per caput alterius. Vergilius, Per caput hoc iuro.

Littore loquacior. XXXII

ῥαχίας λαλίστερος. id eſt, Littore loquacior, in rabulam & obſtreperum dicebatur. Nam rachia Græcis littus appellatur, præſertim ſcopulis ac rupibus aſperum, quod aßiduis tunditur fluctibus, non ſine fragore, unde & Græca uox ducta uidetur ῥαχία quaſi βαχία. Nam ea uox ad omne quod aſperum ac ſpinoſum eſt, deflectitur.

Præſentem fortunam boni conſule. XXXIII

Τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν. i. Quod adeſt boni conſule, καὶ τὸ παρὸν εὖ τίθεσθαι. i. Quod adeſt æqui boniq; facere oportet. Admonet adagium, ne nos alienarum rerum cupiditate macereremus, ſed quæcunq; contigit ſors eam uelut optimam amplectamur. Magna enim felicitatis pars ut ſua cuique fortuna placeat. Plato in Gorgia, ὡς ἔοικεν ἀνάγκη μοι κἀγὼ τὸν παλαιὸν λόγον τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν, καὶ τοῦτο λέγεσθαι τὸ διδόμενον παρά σου. id eſt, Neceſſum eſt mihi, ſicut uidetur, iuxta uetus adagium, quod adeſt, boni conſulere, & hoc accipere quod abs te datur. Cratinus in Pylæa,

ἄνδρας σοφοὺς χρὴ τόγε παρὸν πρᾶγμ' ὡς καλὸν
Εἰς δύναμιν εὖ τίθεσθαι. id eſt,
Sapientium eſt uirorum, uti quod adeſt boni,
Tanquam bonum ſit conſulant pro uiribus.

Affine illi, quod alibi retulimus, παρόν σοι ἔλαχες, ταῦτα νόμιζε. id eſt, Spartã es nactus, eam diſpone: Quod quidẽ carmen citat Stobæus ex Euripidis tragœdia, cui titulus, τήλεφος, id quod obiter admonendum duximus. Nam adagium ſuo dictum eſt loco.

Qui omni in re, & in omni tempore. XXXIIII

Aulus Gellius explicans uim μοείας στρωτικῆς, ait hunc ſenarium antiquißimum prouerbij uice celebratum fuiſſe,

Sed enim qui in omni re, atq; in omni tempore
Omni laude uacat, is illaudatus eſt,

Iſq; omnium peßimus deterrimusq; eſt. Admonet paræmia, ferè neminem eſſe tam deplorati ingenij, qui non aliquando dicat faciat'ue quod laudem promereatur. Refertur iiſdem fermè uerbis à Macrobio lib. Saturnalium 6. ex quo mihi uiſus ſum deprehendiſſe manifeſtum errorem ſcripturæ in Gelliano libro per eruditum quempiam admiſſum. Is enim non intelligẽs hos eſſe uerſus: Sed enim qui in omni re atq; in omni tẽpore &c. ſuſpicatus eſt Græcũ uerſiculum omiſſum à librarijs, in eius locum ſuppoſuit hoc carmen,

Πολλάκι καὶ κἀπωρος ἀνὴρ μαλακὸς κάκιον εἶπεν.

Quum uerſus de quo ſentit Gellius, ſit Latinus quem mox ſubijcit: Sed enim qui in omni &c. Id liquet ex Macrobio, qui locum hunc ad uerbum penè ſuffuratus eſt in ſuos commentarios. Porrò Græcus uerſiculus nihil facit ad explicandam uim huius uocis illaudatus, ſed obiter admixtus eſt quaſi probãdum eſſet quod dixerat, neminem eſſe tam afflictis moribus, quin faciat dicat'ue nonnunquam aliquid, quod laudari queat. Quo quidem loco rurſus afflictis deprauatum eſt in efferis: poteſt enim illaudatus eſſe, qui nõ ſit efferis moribus, ſed afflictos mores dixit perditos & corruptos. Sunt autem tres ſenarij ſententiã abſoluentes, niſi quod alicubi uidentur uitiati à ſcribis,

Sed enim qui in omni re atq; in omni tempore.

Hic primus pulchre conſtat. Conſtabit & alter ſi legatur,

Qui omni uacat laude, is uir illaudatus eſt.

Nam diſtiunculam uir etiam aurium ſenſus in hoc uerſu uidetur requirere. Conſtabit & tertius ſi legas:

Iſq; omnium eſt deterrimusq; ac peßimus.

Locus eſt apud Gellium lib. 2. cap. 6. ſi quis uolet conferre.

Qui è nuce nucleum eſſe uult, frangit nucem. XXXV

Qui commodum appetit, ne fugiat laborem. Qui quærit uoluptatem, prius experiatur ſudorem, ſine quo non paratur uera uoluptas. Hanc ſententiam Plautus figura ſanè quàm prouerbiali extulit. Qui è nuce, inquiens, nucleum eſſe uult, frangit nucem. Qui quærit animi pabulum in arcanis literis, ſcrutetur ſub allegoriæ inuolucro conditum myſterium. Sic enim uſurpauit alicubi diuus Hieron. Nux enim foris tum dura eſt tum amara, intus ſuauiſſimum condit cibum. Huc referendum illud Homericum figmẽtum de Moly herba, quam ait radicem quidem habere nigram, ſed florem lacteum. Hanc ita deſcribit Odyſſeæ lib. decimo:

ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δ' ἐικέλον ἄνθος·
Μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί, χαλεπὸν δ' τ' ὀρύσσειν
ἀνδράσι γε θνητοῖσι. θεοὶ δέ τε πάντα δύνανται. id eſt,
Atra quidem radix fuberat, ſed lacteolus flos,
Moly uocant ſuperi, mortalibus ardua res eſt
Euulſiſſe uiris, cœleſtes omnia poſſunt.

Accommodari poteſt cum ad omnem diſciplinam tum peculiariter ad grammaticam, quæ cum ſit pueris amara, ſenibus iucunda eſt. Quadrauerit & in uirtutis ſtudium cuius initium acerbum, progreſſus facilis, finis iucundus.

Quis parentem laudabit, niſi infelices filij. XXXVI

Τίς πατέρ' ἀνήσει εἰ μὴ κακοδαίμονα τέκνα; id eſt,

Quis patrem laudet, niſi proles laudis inanis?

Carmen uulgò iactatum de his qui maiorum ſuorum facinora iactitant, nimirum nihil habentes, quod de ſe ipſis uere prædicent, cuiuſmodi Ponticum quempiam ridet Iuuenalis

Ayuntamiento de Madrid

Satyra octaua:

_Sed te censeri laude tuorum
Pontice noluerim, sic ut nihil ipse futuræ
Laudis agas. Miserum est alienæ incumbere famæ.

poterit in hanc quoq; torqueri sententiam: improbi filij sic laudãt parẽtes, dum illos ceu bonos desiderat populus, quòd hos longe deteriores ferre non posßit. Id quod nonnunquam solet in principibus usu uenire, uidelicet, ut quẽ uiuum oderant, mortuum probent ac requirant, filij comparatione bonum. Refert & explicat hoc adagiũ Plutarc. in uita Arati.

Παροιμίαν τινὰ παλαιὰν ὦ πολίτευμα λέγεις μοι λοιπεῖ τὸ λύσφημον αὐτ᾽ ὁ φιλόσοφος Χρύσιππος, ἐχ᾽ ὅμ ἔχῃ τρόπον, ἀλλ᾽ ὡς αὐτὸς ᾤετο βέλτιον εἶναι, διατίθεσθαι,

Τίς πατέρ᾽ ἀνήσῃ εἰ μὴ εὐπαίμονες ὦσι;

Διανυσόδωρος ὁ Τροιζήνιος ἐξελέγχων αὐτὸν, ἀνικτίθησι τὴν ἀληθινὴν οὕτως ἔχουσαν,

Τίς πατέρ᾽ αἰνήσει εἰ μὴ κακοδαίμονες ὦσι;

Καίφησι τοὺς ἀφ᾽ αὑτῶν ἀδήλους ἀξίους ὄντας, ὑποδυομένους ὑπερόγκων τινῶν ἀρεταῖς, καὶ πλεονάζοντας ἐν τοῖς ἐκείνων ἐπαίνοις, ὑπὸ δὲ παροιμίας ἐπισκώπτεσθαι. id est, Adagium quoddam uctus ô Polycrates, Chrysippus philosophus, infamiam illius ut mihi uidetur ueritus, nõ ut habet, sed ut ipsi uisum est melius, proposuit. Quis patrem laudarit, nisi felices filij? Cæterum Dionysodorus Trozenius redarguens illum, uerum prouerbium denuo exponit. Id habet ad hunc modum:

Quis patrem laudet, nisi proles indiga laudis?

Aitq; eos qui si suis ipsorum meritis æstimentur, nullius sint precij, cæterum insinuantes sese maiorum suorum quibusdam uirtutibus, atque illorum laudibus sese immodice uenditantes, hoc prouerbio ad silentium adigi. Hactenus Plutarchus. Vsurpauit in eundem sensum M. Tullius in Epistolis ad Atticum.

Nam iam illi non sunt, at qui sunt, mali. XXXVII

Οἱ μὲν γὰρ οὐκέτ᾽ εἰσὶν, οἱ δ᾽ ὄντες κακοί. id est,

Partim haud quidem iam sunt, at ij qui sunt, mali.

Dici solitum, ubi quis requirit ea, quæ quondam quidem extiterunt, uerum temporum culpa perierunt. Veluti si quis inter principes Codros, Camillos, Fabricios, Epaminondas, hac tempestate requirat, aut inter monachos, Paulum, Antonium, Hieronymum, non intempestiuiter hoc carmen occinas. Est autẽ Aristophanis in Ranis, in qua fabula Bacchus inducitur descendẽs ad inferos, ut Euripidem, aut bonum aliquem poẽtam inueniret. Apud superos enim neminem reperiri nisi malum.

Quærendæ facultates, deinde uirtus. XXXVIII

Δεῖσθαι βιοτῆς, ἀρετῆς δὲ ὅταν ἢ βίος. id est, Quærendus uictus, uirtus autem, ubi uictus adfuerit. Refertur à Diogeniano. Hoc prouerbiũ Horatius sic effert in Epistolis,

O cives cives, quærenda pecunia primum,
Virtus post nummos.

Per ironiam autem dictum est. Neq; enim hoc sentit Horatius, prius habendam esse rationem facultatũ quàm morum: sed irridet sententiam uulgò decantatam, quam his quoque temporibus plerique parentes liberis suis serio inculcant.

Qui apud inferos sunt terniones. XXXIX

Τοὺς ἐν ἅιδου τριακάδας. id est, Qui sunt apud inferos terniones. Hoc adagio ridebantur ij, qui res abditas & abstrusas, curiosa quadam diligentia uestigarent. Non absurde torquebitur in eum, qui nimis anxie uel superstitiose magis arcanarum literarum mysteria rimatur, aut qui Homericas fabulas omneis inanibus allegorijs interpretari conetur, aut Platonicorum & Pythagoreorum numeros explicare laboret. Aiunt terniones apud inferos honoratos esse, ut Hecatæ sacros, cui quidem ob ipsum Trigla piscis sacrificatur, & simulacrum eiusdem in triuijs constitui mos erat. Ad quod respiciens Vergilius,

Tergeminamq; Hecaten, tria uirginis ora Dianæ.

Neque quantum lusciniæ dormiunt. XL

Οὐδ᾽ ὅσον ἀηδόνες ὑπνώσουσιν. id est, Nec quantum luscinie dormiunt. In eos conuenit, qui somni parcissimi sunt. Luscinie minimum dormire feruntur, uel propter ityn extinctum, uel ob timiditatem. Equidem magis arbitror dictum, quòd luscinie uernis mẽsibus, per omnem ferè noctem perpetuo cantu garriant.

Cuiusmodi portento me inuoluit fortuna. XLI

Οἵῳ μὲ δαίμων τέρατι συγκαθεῖρξεν. id est,

Monstro cui fortuna me implicauit.

Trimeter est Catalecticus. Dici conueniet, ubi negotium incidit cum homine moroso, difficiliq;, cum quo non queas uiuere, nec à quo te posßis extricare. Carmen sumptum ex tragœdia Philoxeni poẽtæ, apud quem Vlysses inclusus in antro Cyclopis, hoc modo loquitur:

Οἵῳ μὲ δαίμων τέρατι συγκαθεῖρξεν.

Refertur à Zenodoto.

Fixis oculis intueri. XLII

ἀτενὲς ὁρᾶν. id est, Defixis oculis obtueri. Si transferatur, prouerbialis erit figura, nempe pro eo quod est, attentius accuratiusq; considerare. Fixius intueri, preßius inspicere. Sumptum est ab amantibus, qui stupentibus, nec usquam dimotis oculis inspiciunt id quo delectantur: Adagium recensetur à Diogeniano. Plutarchus in commentario De audiendo. Βαρὺς μὲν γὰρ ὁ ἀκροατὴς καὶ φορτικὸς ὁ πρὸς πᾶν ἀτεγκτος, καὶ ἀτενὴς, τὸ λεγόμενον. id est, Grauis enim auditor ac molestus, qui ad singula stupet, & defixis est oculis, ut dicitur. M. Tullius pro Lucio Flacco, ut totã causam quã maxime intentis, ut aiunt, oculis acerrime contemplemini.

Puluerem oculis offundere. XLIII

Puluerem ob oculos offundere dicitur, qui de industria rem obscurat, & aduersario iudicium eripit. Traductum uidetur à militia. Sæpe fit enim ut hostis data opera puluerem cieat in hostem. Hac arte Sertorius Romanus Cacitanos, ut Græcus habet Characitanos quosdam uicit, autore Plutarcho, cuius rei mentionem fecimus in adagio De Cæcia nubes attrahente. Vtitur hoc prouerbio præter alios diuus Hieronymus in Epistolis. M. Tullius gloriatur se in actione quadam iudicibus tenebras offudisse. Est apud Plautum in Milite, simile quiddam de glaucomate oculis oborto.

Pfecas aut ros. XLIIII

Ψεκὰς ἢ δρόσος. i. Pfecas aut ros. In crebrius expuẽtes dictitabatur. Ψεκὰς enim aspersio illa, ac uelut irroratio uocatur, quoties minutissimis guttulis irrigamur, ut pluuia rori simillima. Primitus autẽ per lusum dictũ est in Antimachum Lyricum poẽtã, quòd subinde expuẽs eos, quibus cũ loquebatur, cõspergeret. Idẽ cognominis datũ fuit & Olympico cuidam, quẽ nonnulli putant tulisse legẽ, ne quẽ nominatim taxarẽt poẽtæ, atq; ita fictũ, ut multo quã prius pauciores accederẽt ad certamẽ, & qui prodibant, laudarẽt, nõ carperent. Vnde huiusmodi delinimẽta, Ψεκὰς appellata uidẽtur. Vocãtur enim Pfecades ancillæ, quæ delicatarũ matronarũ capillos medicato fuco cõspergũt. Adagiũ refertur à Dioge niano. M. Tul. in epist. ad Atticũ, cõsputare dixit, pro cõculcijs leuioribus aspergere, nimirũ ad hoc alludens adagium.

Hæsitantia cantoris tussis. XLV

ἀηδείας ψάλτης βήξ. id est, Hæsitantia cantoris tußis. Suidas adagium

Ayuntamiento de Madrid

adagium neotericum esse monet. Dictum uidetur, quoties non suppetit quod dicamus, idq; uelut aliud agentes dissimulamus: uelut apud Platonem Aristophanes, ne diceret in conuiuio singultum fingit. Sumptum apparet à cantoribus, qui cum hærent in cantione, tussim simulant, ut hac uidestur interrupta cantilena, non insciti. Confine puto illi, quod aliàs dictum est: Tussis pro crepitu.

Extritum ingenium. XLVI

Παρεξυλημμένον νοῦν ἔχων. i. Mentem habens euanidam. παρεξυλημμένον perinde sonat quasi dicas extibiatam. Ducta siquidem est metaphora à tibiarum linguis, quæ postea quàm exciderint, inutilis est tibia.

Panagæa Diana. XLVII

Ἡ πανάγαια ἄρτεμις. i. Panagæa Diana, dicebatur olim peregrinationem impensius amans, errabundus, instabilis, nulla certa sede consistens. Siquidem Diana uagari dicitur apud poëtas, & per nemora montesq; oberrare. Quin domicilium etiam subinde mutat nunc apud superos agens, nunc apud inferos. Ne specie quidem semper eadem, sed nunc pleno orbe, nunc mutila, nunc nulla.

Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum. XLVIII

Paroemias speciem præ se gerit illud Horatianum in Sermon.

Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum.

Dicendum uel in duos aliquos diuersis laborantes uitijs, uel in eundem sui dissimilem, nempe modo loquaciorem quàm sat sit, modo impendio taciturnum, interdum pueriliter ineptum, interdum Catone seueriorem, nonnunquam profusum, nonnunquam sordidum. Siquidem ut uitio dandum, si quis hircum oleat, ita æque uituperandum, si quis oleat unguenta. Nam pastilli, pilulæ sunt unguentariæ. Alterum spurci est, alterum mollis.

Claudus optimè uirum agit. XLIX

ἄριστα χωλὸς οἰφᾶ. Siue ut aliàs legitur ὀχεῖ, id est, Optimè claudus uirum agit. Dici solitum, ubi quispiam suam sortem, uel parum egregiam, anteponit alienæ tametsi præstantiori. Ab Amazonum apophtheginate natum aiunt. Tradunt morem Amazonibus fuisse quondam, ut pueros masculos detorta tibia coxáue claudos efficerent. Porrò cum bellum esset illis aduersus Scythas, atq; illi eas conarentur illicere ut ad sese desciscerent, dicentes futurum ut posthac non cum claudis ac mutilis, sed cum integris uiris rem haberent, Antianira Amazonum dux respondit ad hunc modum: ἄριστα χωλὸς οἰφᾶ. Vsurpauit Athenæus lib. 13. ὄντως γὰρ ἄριστα χωλὸς οἰφᾶς. id est, Verè enim claudus optimè uirum agis. Theocritus φιλοσφῶ appellat uirum coitus auidum, Hesychius φλοιφὸν dicit. Animaduersum est etiam illud nostris temporibus plerunq;, qui tibijs sunt mutilis, aut quopiam membro trunci, eos ad usum Veneris reliquis magis idoneos esse, nimirum paria faciente natura. De claudo quare sit salacior cæteris causam reddit Aristoteles in Problematibus sectionis decimæ problem. 26. quòd in hoc parum alimenti deorsum delabatur, ob crurum uitium, plus autem superiora petat, & in semen uertatur.

Ogygia mala. L

Ὠγύγια κακὰ. id est, Ogygia mala. Rectè dicentur, uel ingentia uel antiqua. Nam utrunq; Græcè significat Ogygium. Alij malunt ad Ogygium primum Thebanæ ciuitatis principem referre. Huius filius Cadmus, ob filias suas in uxorias calamitates incidit. Quò respiciunt qui Ogygia mala, pro atrocissimis interpretantur. Huiusmodi fermè Suidas, nisi quod magis probat, ut Ogygia mala, uetusta dicantur. Cæterum qui Ogygia uetera dicunt, illud sequuntur, quòd olim Bœotiorum ac Thebana regio, Ogygi dicta sit. Quin & omnis Attica olim hoc habuit nominis, sicuti testatur Stephanus. Est & insula peruetusta dicta Ogygia, in quam Vlysses naufragus emersisse fingitur ab Homero. Vnde uox iam obsoleta uelut in iocum prouerbialem abijt. Nec in figura sita est huius prouerbij ratio, sed in nouitate uocis, ut in operis huius initio monuimus. Consimili ratione, nec sine prouerbij specie, Græci priscos ac peruetustos, ὠγενίδας & ὠγενίδης appellant, à prisco quopiã deo, & multis iã seculis obsoleto. Huiusmodi propemodum de Ogygijs Suidas & Stephanus.

Omnia chnaumata. LI

Πάντα χνάυματα. i. Omnia chnaumata, dicebant olim, quoties omne negotium significabant. χνάυματα enim Græci placentarum, atque id genus ciborum fragmina uocant. Latini quoque reliquias belli, & reliquias Danaûm dicunt simili figura. Refertur adagium à Zenodoto.

Sic est ad pugnæ partes re peracta ueniendum. LII

Plato in Gorgia, πολέμου καὶ μάχης φασὶ χρῆναι ὦ σώκρατες ἔτω μεταλαγχάνειν. i. Ad belli pugnæq; munia Socrates sic aiunt accedere oportere. Iocus erat prouerbialis, ubi quis negotio peracto, tum demum adueniret. Quemadmodum ignaui milites solent, qui conflictu peracto, sublatoq; metu, tum demiq; solent adesse, uel ad colligendam prædam, uel ad epinicia. i. epulum uictoriale celebrandum. Nam uerbum illud μεταλαγχάνειν, tarditatem significat, ac seram muneris functionem. Socrates autem respondens, paroemiam explicat simili paroemia, ἆρα τὸ λεγόμενον κατόπιν ἑορτῆς ἥκομεν καὶ ὑστερεῖμεν; i. Num post festum, quod aiunt, uenimus, seroq; adsumus? Sumptum uidetur à Rheso Thracum duce, quem apud Euripidẽ obiurgat Hector, quòd serius ad belli societatem ueniisset, nimirum decimo demum anno.

Σύμμαχος μὲν ἁ, ξένος ἦ πρὸς βάπτισμα. i. Socius haud quidem aduenis, sed hospes ad mensam. Isq; respondet,

ἀλλ' ὕστερον μὲν ἦλθον, ἀλλ' ἐν καιρῷ δ' ὅμως.
Σὺ μὲν γὰρ ἤδη δόλιον ἀνεμάξας ἔτος,
Κἀδέλφ' ἐτείνας, id est,
Sero quidem, at in tempore aduenio tamen.
Nam tu quidem iam prælians decennium,
Nihil explicas.

Alluserit huc, ni fallor, Diogenes. Quum enim quidam inscripsisset ædibus suis hunc titulum: Iouis filius Callinicus Hercules hic habitat, ne quid ingrediatur mali. Diogenes adiecit aliam inscriptionem, μετὰ πολέμου ἡ συμμαχία. id est, post bellum auxilium. Significans sero uocari Herculem depulsorem malorum, quum iam malus hospes immigrasset in eas ædes.

Obsequium amicos, ueritas odium parit. LIII

Obsequium amicos, ueritas odium parit. Senarius est prouerbialis apud Terentium in Andria, non admonens quid oporteat fieri, sed ostendens quid uulgò fiat. Vulgaris enim amicitia constat obsequijs. Nam inuicem conniuere ad familiarium uitia,

Hæc res & iungit, iunctos & seruat amicos.

At inter ueros amicos, nihil est ueritate iucundius, modo absit asperitas agrestis & inconcinna grauisq;. Porrò qui uulgò plurimis studet amicus esse, moribus alienis obsecundet, caueatq; iuxta Persium, Auriculas teneras mordaci radere uero. Non probari uerò sententiam hanc poëtæ, satis indicat cùm ait: Nanq; hoc tempore. i. his corruptis moribus. Eandem sententiam in Adelphis idẽ aliter extulit, Vt homo est, inquiens, ita morem geras. Donatus admonet prouerbialiter dictum. M. Tullius in sermone De amicitia: Sed nescio quomodo uerum est, quod in Andria familiaris meus Terentius dixit: Obsequium amicos, ueritas odium parit. Molesta ueritas est, siquidem ex ea nascitur odium, quòd est uenenũ

Ayuntamiento de Madrid

amicitiæ. Sed obſequium multo moleſtius, quòd peccatis indulgẽs, præcipitem amicum ferri ſinit. Maxima autẽ culpa in eo eſt, qui & ueritatem aſpernatur, & in fraudẽ obſequio impellitur. Pindarus in Nemeis hymno 5. ὅτοι ἄπασα κεφαλίᾳ φάτις πρόσωπον ἀλαθὲς ἀφικνεῖται, καὶ τὸ σιγᾶν πολλάκις ἐστὶ σοφώτατον ἀνδράσιν κεύθειν. Sentit ſimplicem ueritatem non ſemper ut eſt proferendam, quòd damnoſa ſit: ſed ſapientis eſſe nonnunquam celare ſuam ſententiam, in tempore prolaturus, quum fructus ſpes oſtenditur. Apud Athenæum lib. 5. citatur hic trimeter ex Agathone,

Εἰ μὲν φράσω τἀληθές, οὐχί σ' ὀλφανῶ,
Εἰ δ' ἐυφρανῶτι σ' οὐχὶ τἀληθὲς φράσω. id eſt,
Si uera dicam, tibi uoluptati haud ero.
Si ſim uoluptati, haud tibi uera dixero.

Obuijs ulnis. LIIII

Obuijs ulnis, eſt apud Quintilianum, pro eo quod eſt, auide, ſitienterq;. Translatum ab ijs qui porrectis ulnis properant in complexum eorum, quorum magno deſiderio tenebantur quosq; cupidiſſimè conſpiciunt. Legimus & obuijs manibus, Diuus Hieronymus ad Pammachium, Condiſcipulum quondam, & ſodalem & amicum, obuijs, ut aiunt, manibus excipio. Baſilius in præfatione dialogi, ἀμφοτέραις χερσὶν. i. Ambabus manibus, eodem ſenſu ſcripſit. Hæc ſi ad rem animi detorqueantur, figuram prouerbialem habebunt. ut, Ego tuas literas obuijs ulnis excipiam.

Obliuionis campus. LV

Λήθης πεδίον. i. Lethes campus. Dicetur uel de uehementer obliuioſis, uel de rebus commenticijs ac friuolis, quæ nuſquam ſint. Ariſtophanes, τίς εἰς τὸ λήθης πεδίον; i. Quis in Lethes campum? Vulgus enim nugas eſſe credit, quæ de inferis tradunt poëtæ. Et ut Iuuenalis inquit,

_Stygio nigras in gurgite ranas. Nec pueri credunt.

Omnia ſapientibus facilia. LVI

ἅπαντα τοῖς σοφοῖσιν εὐκολα. id eſt,
Facilia cuncta ſunt uiris ſapientibus.

Nihil eſt tam arduum, quod prudenti conſilio non facilè conficiatur. Aut, nihil tam acerbum, quod ſapiens non æquo animo facileq; ferat, ratione cuncta lenicnte. Si addas uerbum, conſtabit ſenarium. ἴσα δ' ἅπαντα. Refertur à Zenodoto.

Omnia eſculenta obſeſsis. LVII

ἅπαντα γάρ τοι βεβρωτὰ πολιορκουμένοις. id eſt,
Cinctis ab hoſte eſca ſunt & quælibet.

Senarius prouerbialis, cum urget neceſſitas, nihil non facimus. Et uehementer famelicis nullus non ſuauis eſt cibus. Nam tum ab urbium obſidionibus, in quibus nonnunquam & canes & feles, herbarum radices, nonnunquam humana excrementa, inopia cibi deuorantur.

Omnia ſimilia. LVIII

ἅπαν δ' ὅμοια καὶ ῥοδῶπις ἡ καλή. id eſt,
Similia cuncta, Rhodopis ipſa etiam decens.

Eadem eſt conditio mortalium, formoſi pariter ac deformes ſeneſcunt ac moriuntur. Rhodopis nomen eſt puellæ cuiuſpiam formæ celebris, cui nomen à roſeo aſpectu uidetur inditum. De Rhodope meretricula multa Herodotus libr. 2. nonnulla Plinius libr. 36. cap. 12. cum Græcum carmen habeat ῥοδῶπις, mirum cur Iuuenalis corripuerit:

Dum Rhodopes uda terit inguina barba.

Refertur à Suida prouerbij loco.

Totus Echinus aſper. LIX

ἅπας ἐχῖνος τραχύς. i. Totus Echinus aſper. In moroſos & iniucundis moribus quadrat. Echinus piſcis, & item Erinacius undique ſpinis obſeptus eſt, ut nuſquam impune poſſis attingere. Eſt & hominum huiuſmodi genus, cum quibus nulla ratione poſſis agere citra litem. Ariſtoph. in Pace.

Οὐδέ ποτ' ἂν θείης λεῖον τὸν τραχὺν ἐχῖνον. id eſt,
Ex ſcabro in leuem nunquam uertetur echinus.

Omnia bonos uiros decent. LX

ἅπαντα τοῖς καλοῖσιν ἀνδράσιν πρέπει. id eſt,
Bonos probosq; cuncta perdecent uiros.

Habet hoc improbitas, ut ſi quis illaudatus, rectè faciat dicátue, tamen neſcio quo pacto non adſit decorum illud: Contrà ueram uirtutem decus quoddam comitatur, ut quicquid uir bonus agat, id decorum eſſe uideatur. Tametſi poteſt & hic accipi ſenſus, cuncta formoſos uiros decent, quòd formæ gratia commendat & dicentem & canentem, & quiduis agentem. Id erit uenuſtius, ſi huc deflectas, ut dicas in bonam partem accipi, laudariq;, quicquid dixerint fecerintq; gratioſi apud principes: adeo ut quod huic capitale ſit futurum, illi laudem etiam pariat. Refertur à Diogeniano.

Omitte uatem. LXI

Παῖσε τὸν μάντιν. i. Omitte uatem. Vti conueniet, quoties alicui parcendum admonebimus, quod is eximius ſit, & immunis habendus à uulgari ſorte. Veluti ſi quis poëtæ, theologo, ſacerdoti, diceret oportere parci. Antiquitus mos erat, ut augur coronatus ante aciem incederet: neque fas erat hunc telis impetere, utpote uirum ſacrum. Poterit adagium etiam per ironiam uſurpari.

Oderint dum metuant. LXII

Oderint dum metuant. Tyrannica uox ſumpta è tragœdia, & à nemine ſcriptorum non uſurpata: præcipue M. Tullio familiaris: quam etiam in uulgi ſermonem proceſſiſſe, ſatis indicat Seneca libr. De clementia 2. ſcribens multas uoces, magnas, ſed deteſtabiles, in uitam humanam peruenisſe, celebresq; uulgò fieri, ut illam: Oderint, dum metuant. Cui Græcus, inquit, uerſiculus ſimilis eſt, qui ſe mortuo terram miſceri ignibus iubet. Idem lib. De ira 1. Nam aliquæ uoces ab iratis emittuntur, quæ magni uideantur animi, ueram ignorantibus magnitudinem, qualis illa dira & abominanda, Oderint dum metuant. Syllano ſciat ſeculo ſcriptam. Licebit adagium etiam per iocum uſurpare: ueluti ſi quis eruditione ſuperior, de clancularijs hoſtibus, qui tamen ob metum hiſcere non audeant, dicat: Oderint dum metuant. Conueniet & in diuites, qui dicunt illud Horatij,

Populus me ſibilat, at mihi plaudo
Ipſe domi, ſimulac nummos contemplor in arca.

Item illud Iuuenalis, _Tunicam mihi malo lupini,
Quàm ſi me toto laudet uicinia pago.

Odit cane peius & angue. LXIII

Prouerbiali figura dictum eſt & illud ab Horatio,

Alter Mileti textam cane peius & angue
Vitabit chlamydem.

Sentit autem, ut opinor, de cane rabiente. Quod ſi longius etiam traducatur, magis erit prouerbiale, ut, Hic totus lucris addictus eſt, literas quas amauit aliquando, nunc, quod aiunt, uitat cane peius & angue. Vel, Hic ſe totum adulatoribus permittit, amicos à quibus uerum audiat uitat cane peius & angue. Idem Horatius in Odis,

Cur oliuum Sanguine uiperino Cautius uitat.

Plautus item in Mercatore,

Nempe ruri uxor eſt tua, quam dudum dixeras
Te odiſſe æque atq; angues.

Stultior Coræbo. LXIIII

Ἠλιθιώτερος κορύβαντος. i. Stultior Coræbo. Prouerbialis hyperbole in ſtupidos & uecordes. Coræbi ſtultitia uulgi fabula celebrata eſt, qui maris undas numerare ſit conatus, cũ non potuerit ultra quinq; proſequi ſupputationem. Meminit huius Euſtathius in 10. Odyſſ. & Lucianus in Amoribus. Quanquam apud alios κορύβας lego per y. Adduntq; quidã Corybum hunc Mygdonis Phrygis fuiſſe filium, temporibus belli Troiani. Memunit & Vergilius Coræbi cuiuſdã.

_Iuuenisq;

Ayuntamiento de Madrid

_Iuuenisq; Coræbus
Veneratinsano Cassandræ captus amore,
Et gener auxilium Priamo Phrygibusq; ferebat.

Quo quidem in loco Seruius indicat sumptum ex Euphorione. Hunc,inquit, Coræbum stultum inducit Euphorion, quem & Vergilius sequitur,dans ei,

Dolus an uirtus,quis in hoste requirat?
Quum sit turpissima dolo quæsita victoria.

Stupa senículus. LXV

Στυπᾶον γερόντιον.i.Stupa siue stipulaceus seniculus.De uiribus effœto sene.Simillimum illi quod alio diximus loco,Homo bulla. Sumptum à ligno quod iam exaruit, exsucumq; redditum est & marcidum,in stipulæ morem.Stupa dicitur quod è lino excutitur siccum & inutile.

Phormionis thori. LXVI

Στιβάδες φορμίωνος.i.Thori Phormionis.De stratis sordidis ac frugalibus,minimeq; delicatis, qualia sunt cubilia militaria, & quale sibi apud Homerum parat Vlysses, ex arborum congestis frondibus, ac ramis humi substratis. Refertur à Suida. Phormio dux quispiam militum fuit, in perferendis militiæ incommodis notæ, sicut conijcio, patientiæ. Poterit & longius deflecti ad quamuis tractationem duriusculam. Extat in Pace Aristophanis,

Εἰ γάρ μοι γένοιτ' ἰδεῖν τάυτῃ ἡμέραν ποτέ.
Πολλὰ γὰρ ἠνεσχόμην
Πράγματά τε καὶ στιβάδας, ἃς ἔλαχε Φορμίων.i.Vtinam mihi contingat uidere hunc diem. Multas enim sustinui tum molestias, tum culcitras quas sortitus est Phormio. Versus sunt chorici,eoq; prosa uertimus.

Stultitia est Iouem putare esse. LXVII

Τῆς μωρίας, τὸ Δία νομίζειν ὄντα τηλικοῦτον.i.Insciti est,natum tot annos credere,esse ullum Iouem.In eum accommodari potest,qui grandis natu dicit,aut sentit absurdum quippiam,cum propter ætatem nihil oporteat tam ignorare.Nõ conuenit enim in natu grandes puerilis superstitio. Recensetur à Suida.Carmen est Aristophanis in Nubibus,

Ἰδοὺ γ' Ἰδοὺ δι' ὀλύμπιον, ὦ μωρίας
Τὸν Δία νομίζειν ὄντα τηλικοῦτον. id est,
Ecce ecce,Olympium Iouem,dementia est
Natum tot annos credere esse ullum Iouem.

Tuum tibi narro somnium. LXVIII

Τὸ σὸν ὄναρ σοι διηγοῦμαι.i.Tuum somnium tibi narro.i.Narro tibi quod ipse me rectius nosti. Apud Suidam hæc referuntur ex autore quopiam,Εἰ γὰρ ἐγώ σοι τοῦ ἀνδρὸς γνωρίζω, δῆπουθεν τὸ δι' παροιμίας, τὸ σὸν ὄναρ σοι διηγοῦμαι.i. Quod si te tibipsi notum reddere coner, tum mihi acciderit id quod prouerbio dicitur, ut tuum tibi somnium narrem.Plato lib. De repub.8. Τὸ ἐμόν' ἔφη ἐμοὶ λέγεις ὄναρ.i. Meum quidem, inquit, mihi narras somnium. Traductum uidetur ab his,qui ὀνειροπόλους.i. somniorum interpretes consulunt. A' quibus nonnulli hoc quoq; requirunt,ut quid somniarint,conijciant,quasi parum sit si interpretentur. Ad eũ modum ægroti quidam imprudentes à medicis expectant, ut uiso duntaxat lotio diuinent & sexum, & ætatem, & omnem morbi naturam,ubi & unde acciderit,quid sentiant: ac propemodum etiam quid in febri somniarint.

Sponsi uita. LXIX

Νυμφίου βίος.i. Sponsi uita,pro molli ac delicata. Confine illi quod alibi relatum est, Musica uita. Suidas senarium hunc adducit,qui extat apud Aristophanem in Auibus,

ὑμᾶς μὲν ἆρα γε ζῆτε νυμφίου βίον. id est,
Sponsi quidem profecto uitam uiuitis.

Propterea quòd proci frondibus & sertis coronari soleant, & delicatius nitidiusq; coli,uel quòd moles uidcantur, nuptijs inhiantes. Apud Athenæum libr.8.Stratonicus citharœdus Rhodios λευκοὺς κυβωτίους καὶ μυροθήκην πόλιν.i. Albos Cyrenæos & procorum ciuitatem appellat.Nisi malumus ad Homericos illos Penelopes sponsos referre,quibus nihil cordi erat præter conuiuia,citharam,choream,talos, discũ,pareſitos,atq; id genus alias uoluptates.Vnde Horat. homines luxui deditos,sponsos Penelopes appellat.

Et fama fuit & eras. LXX

ἦ μὲν καλὸς ἀλλ' οὐ νῦν ἔοδα.i. Et dicebaris eras q;.Hemistichion prouerbiale,quoties facta respõdent opinioni.Suidas meminit è poëta quopiam. Est enim fragmentũ carminis Heroici.

Innocuus alium aspiciam,meum habentem malum. LXXI

ἐξάτης λύσω τὸ μὴ κακὸν ἄλλῳ ἔχοντα. id est,
Indemnis spectabo alium mala nostra ferentem.

Hoc est,ex aliorum malis ipse rebus meis consulam,ἐξάτης autem dixit,quasi ἔξω τῆς ἄτης.i.extra noxam situs & illæsus.Simillimum illi Plautino,

Feliciter sapit,qui alieno periculo sapit.

Simul & dictum & factum. LXXII

ἅμ' ἔπος, ἅμ' ἔργον.i.Simul dictũ,simul & factũ. Vbi quis citra morã id re præstat,quod uerbis pollicetur.Latini,cũ dicto dicũt,pro eo quod est,statim postea quã dixeris.Et Ver.

Et dicto citius tumida æquora placat.

Sumptum apparet ex Homero,apud quem est hoc carmen,

Αὐτίκ' ἔπειθ' ἅμα μῦθος ἔλυ,τετέλεστο δ' ἔργον. id est,
Mox simul ac dictum est uerbum,res ipsa peracta est.

Idem Græcis dicitur unica uoce, αὐτοβοεὶ, quod à militari clamore translatum uidetur, quo nonnunquam funditur hostis priusquam ad manus fuerit uentum.Sic usus Thucydides.Theopompus usus est,pro χεὶ κράτος. i. ui ac uirtute, non ex insidijs. Quisquis enim insidias molitur hosti, silet: qui fidit uiribus suis,cum clamore irruit in hostem.Quidam putat dictum à bubus, ut deductum uideatur ab arantibus, qui cum pollicentur se eodem die. i. αὔριον aliquid operis absoluturos, dicere solent. αὐτοβοεὶ, hoc est,priusquam disiungam boues. Transfertur ad cuiuslibet actionis celeritatem,ut perinde ualeat atq; παραχρῆμα αὐτόθεν.

Obijcere canibus agnos. LXXIII

Προβάλλειν τοῖς κυσὶν ἄρνας.i.Obijcere canibus oues,dicebatur qui imbellem & litium imperitum, calumniatoribus & exercitatis exponeret, quòd id animal omnium maximè sit imbelle. Refertur à Diogeniano. Hemistichium est heroicum,ex oraculo quopiam,ut conijcio,decerptum.

Nullius indigens deus. LXXIIII

ἀνενδεὴς ὁ θεὸς.id est, Nullius egens deus.Admonet parœmia, nullum esse mortalium tam absolutum, in quo non aliquid desideretur: unum esse deum, undequaque perfectum. Dici potest & in diuites, aut plurimis præditos naturæ pariter ac fortunæ commoditatibus, tanquam dei cuiuspiam similes, ut quibus omnia suppetant, quæcunque uidentur ad perfectam felicitatem pertinere.

Nucleum amisi,reliquit pignori putamina. LXXV

Plautus in Captiui duo,Nucleũ amisi,reliquit pignori putamina,Verba sunt Hegionis,ubi refert iuisse sibi impositũ esse, et herum amissum pro seruo,seruum pro domino retentum.Is enim ex quo fructus expectabatur aufugerat, eo relicto ex quo nihil emolumenti poterat capi. Allegoria per se liquet.

Nudo mandas excubias. LXXVI

Γυμνῷ φυλακὴν ἐπιτάττεις.i.Nudo custodiam mandas. Quoties negotij quippiã mãdatur ei cui deest præstãdi facultas, obeundæq; prouinciæ propter [illegible]piam neutiquam idoneus est. Neq; enim nudus commode potest excubias agere propter rigorem nocturni frigoris,neq; ad pugnam est idoneus inermis. Refertur à Zenodoto, Quo longius deflecterur,

hoc

Ayuntamiento de Madrid

hoc erit prouerbialius. Iniungis ut aliquid in hunc poëtam ſcribam, uerũ iuxta uetus prouerbium, γυμνῷ τὴν φυλακὴν ἐπιτάττεις. Neq; enim eſt quo meum interim ocium alam. Heſychius nonnihil diſſidet ab his, quæ à Suida Zenodotoq; tradantur: licet is locus apud hunc deprauatus habeatur in æditione Aldina. Cæterum coniicio ſenſum hunc eſſe, prouerbium dici ſolere, ubi quid mandatur his, quibus nihil opus eſt. Propterea quòd uel iniuſti cogantur id facere, niſi fallor, ob id quòd nudis nihil eſt quod egeat aſſeruatore.

Nunc contingat ſeruari. LXXVII

Νῦν γένοιτο σωθῆναι. i. Nunc cõtingat ſeruari. Cum ſignificamus nos ſatis cauturos in poſterũ, ſi modo liceat præſens periculum effugere. Hoc modo Dauus in Andria. Poſthac incolumem ſat ſcio fore me, nũc ſi deuito hoc malũ. Natũ aiunt ex apologo quopiã. Aquila teſtudinẽ unguibus rapuerat: cã parabat è ſublimi deijcere, quo teſta rupta carnibus ueſci poſſet: In hoc itaq; diſcrimine teſtudo optabat, ut in præſens incolumis eſſe poſſet, de reliquo ſibi curæ futurũ, ne quando in ſimile periculũ incideret. νῦν γένοιτο σωθῆναί, τὰ δὲ λοιπὰ αὐτῇ μελήσῃ. i. Nunc liceat incolumem eſſe, de reliquo mihi ipſi curæ fuerit. Quidam apologũ narrant ad hunc modum. Teſtudini quondã inceßiſſe uolandi deſiderium, aquilam oraſſe ut ſe doceret. Cumq; illa negaſſet fieri poſſe, quòd natura refragaretur, illa nihilominus inſtabat. Itaq; paruit aquila, ac teſtudinẽ in ſublime uectam demiſit ut uolatũ experiretur. Ea cum timeret infelicem euentũ, optauit ut id temporis contingeret incolumem eſſe, νῦν σωθείλω. Ita Diogenianus. Suidas hoc modo refert, νῦν σωθείλω, ἵν' ᾖ μοι διδαγμα τοῦτο ἐς χρόνον λοιπόν. i. Vtinã nunc incolumis euadam, ut hoc mihi documentũ ſit in reliquum tempus. Plinius facit tertiũ quoddam aquilæ genus, quam alij morphnon, nonnulli plancũ & anatariã, Homerus percnon uocauit: lingua caret, eoq; mutã, ſed dẽtibus armata, nigerrima, prominẽtiore cauda. Huic ingenium eſt, teſtudines raptas frangere è ſublimi iaciendo. Atq; hac ſorte ait Æſchylum poëtam interijſſe, cum prædictum eſſet, eum ruina periturũ: itaq; quo caueret, eũ diem ſub dio perſcueraſſet. Nã aquila deceptã ſplẽdore capitis caluicio renidentis ad ſolẽ, dũ ſaxũ eſſe putat, teſtudinẽ illiſit, ut fractæ carnibus ueſcerctur. Autor Valer. Max. lib. 9. ca. 12.

Nunc bene nauigaui, cum naufragium feci. LXXVIII

Νῦν εὖ πεπλέυκα ὅτε ναυάγηκα. id eſt, Nunc bene nauigaui, poſteaquam naufragium feci. Quoties id, quod uidetur incommodum, fortuna præter ſpem uertit in bonum. Zenon Citienſis, qui relictis prioribus præceptoribus, Cratetis auditor eſſe cœpit, naufragio iectus dixiſſe legitur, ἐυγε τοῦ ἢ τύχη προσελάυνασα ἡμᾶς φιλοσοφίᾳ. i. Bene facit fortuna, cum nos ad philoſophiam admouet. Autor Suidas. Plutarchus in libello De utilitate capienda ex inimico, meminit huius prouerbij.

Nunc in regionem ueni. LXXIX

Νῦν εἰς χώραν ἦλθον. i. Nunc in regionem ueni. Ab ijs dictitari ſolitũ, qui tandem ſua ſponte illuc quò oportuit peruenitũt, cum diu non quiuerũt. Fit enim plerunq;, ut res diu quæſita non occurrat, tandem uelut ultro ueniat in mentem. Quidam ſic efferunt, Νῦν εἰς χώραν ἦλθες. i. Nunc in regionem ueniſti, ubi quis eò uenit, quò ſe uenturum negarat.

Nunc illa aduenit Datidis cantilena. LXXX

Νῦν ἦτ' ἐκεῖν' ἦκε τὸ Δάτιδι & μέλος. id eſt,
Nunc id quod aiunt, Datidis adeſt cantio.
Dicebatur ubi quid lætum ac feſtiuum accidiſſet, Datis quiſpiam erat Perſarũ ſatrapes, excellens in rei bellicæ gloria. Is Græcè loqui conatus, conſueuit dicere, ᾄδομαι, ἡ ἐυφραίνομαι, ἡ χάιρομαι. i. Delector, gaudeo, lætor. Ea cum ſæpius ac male Græcè pronuntiaret, res in uulgi iocum abijt. Autor Suidas. Extat autem apud Ariſtophanem in Pace,

Νῦν τοῦτ' ἐκεῖν' ἦκει τὸ Δάτιδι & μέλος.
ὁ δ' ἐφόμιλος & πορ' ἦλε δ' ἡ μετανβέιας,
ὡς ᾄδομαι κἀτέρπομαι κἀχάιρομαι. id eſt,
Adeſt, ut aiunt, cantilena Datidis,
Quod maſtrupans is cecinit in meridie,
Vt lætor, ut delector, utq; gaudeo.

Interpres addit, Datiſmũ uſurpari pro barbariſmo, eo quod χάιρομαι dixerit pro χάιρω, ſecutus uocum conſonantiam, quemadmodum apud nos ridetur, qui dixerit corpus meus, & domus tuus. Nam χάιρομαι Græcis non dicitur. Miror autem cur interpres huic uelut affine ſubiunxerit:

Αμας ἀπάτερ, οἴδ' ἀπερνοῦντο σκάφας.

Ex quo cõiectura ſumi poteſt, hoc prouerbium natum ex inſcitia linguæ, quæ non raro præbet huiuſmodi riſus materiam, dum Germani geſtiunt loqui Gallicè, aut Galli Germanicè. Idem accidit in ſurdaſtris.

Non enim ſpinæ. LXXXI

Οὐ γὰ ἄκανθαι. i. Non enim ſpinæ. De conditione dicebatur in melius commutata. Sumpta metaphora à noualibus, quæ repurgatis ſpinis frugiferæ incipiunt eſſe. Rectè quadrabit de negotio prius infrugifero ac moleſto, unde poſtea capitur emolumentum. Quidam inde natum exiſtimant, quòd antiquitus ante repertam agricolationem, agri ſpinis infrugiferis occupabantur, mortalesq; duram quandam & agreſtem agebant uitam. Deinde oſtenſa ratione colendi terram, mitior uictus ſucceßit. Atq; hinc dici cœptum: Non enim ſpinæ. Concordat cum hoc interpretamẽto, quod alio diximus loco, de puero geſtante ſpineas frondes et panes in nuptijs, ac dicente, ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον. i. Effugi malum, nactus ſum melius. Legitur & illud, βίος & ἀκανθώδης. i. Vita ſpinoſa, pro incommoda & infrugifera.

Non ſtatuar leæna in machęra. LXXXII

Οὐ ϛήσομαι λέαιναν ἐπὶ τυροκνήϛιδος. id eſt,
Non ego leæna ſtatuar in tyrocneſtide.
Prouerbium meretricium, cum negat ſcortum ſui copiam facturum ſeſe. Nam in capulis militarium gladiorũ elephantes ac leones imponi ſolent. At hi procũbentes inſcalpuntur, ſiue ne lædant manum utentis gladio, ſiue ne defringantur facilè, ſi in pedes erecti fingerentur. Tyrocneſtis uox militaris uidetur enſem ſignificans. Poteſt adagium & ad uerecundiorem uſum detorqueri, ut ſi quis negans ſe per omnia morem geſturum, inſeruiturumq; pro libidine dicat, οὐκ ϛήσομαι λέαιναν ἐπὶ τυροκνήϛιδος. Adagium recenſet Suidas. Extat autem apud Ariſtophanem in Lyſiſtrata.

Ne contra bouem opta. LXXXIII

Μὴ κατὰ βοῦς εὔχου. Ne contra bouem opta. Admonet adagium non eſſe uitam inſtituendam iuxta uotum animi, neque quidquis ſperandum à ſuperis, ſed ut ea duntaxat ſibi quiſque promittat, quæ poßit induſtria conſequi. Refertur in Collectaneis Diogeniani. Vnde ſumpta metaphora parum liquet, niſi quod apparet ductam ab agricola, qui negligens adhibere bouis operam in colendis agris, optat ut citra ſuum laborem proueniat ſeges.

Non noſtrum onus, bos clitellas? LXXXIIII

Quintilianus Inſtitutionum Oratoriarum libro quinto, paræmiæ, quam ait eſſe ceu breuem apologum, hoc adfert exemplum. Non noſtrum onus, bos clitellas? Satis conſtat ex apologo ſumptum: uerum quis ſit is apologus, equidem nondum reperi. Marcus Tullius Epiſtolarum ad Atticum libro quinto in epiſtola cuius initium eſt, Laodiceam ueni pridie Calend. ſextiles: uidetur ad hoc adagium alludere, & nobis uelut anſam coniectandi præbere, Inde, inquit,

ire ad

Ayuntamiento de Madrid

ire ad Taurũ cogitabam, ut cũ Maphragone collatis ſignis ſi poſſem de ſeruo tuo decidere. Clitellæ boui ſunt impoſitæ. Illáne? Non eſt noſtrũ onus, ſed feremus: modo ſi me amas, ſit annus. At ſi tu ad tempus, ut ſenatum totũ excites. Mirifice ſollicitus ſum, quòd iam diu ignota ſunt mihi omnia. Item in eadem epiſtola paulo ſuperius. Sed eſt incredibile quàm me negotij tædeat, ne non habeat ſatis magnũ campum, ille tibi nõ ignotus curſus animi & induſtriæ meæ, præclara opera ceſſat. Quippe ius Laodiceæ me dicere, cũ Romæ A. Plotius dicat? Et cũ exercitum noſter amicus habeat tantum, me nomen habere duarũ legionum exilium? Deniq; hæc nõ deſidero. Lucem, forũ, urbem, domum, uos deſidero. Sed feram ut potero, ſit modo annuũ. Si prorogatur, actũ eſt. Hactenus Tullius. Quibus quidẽ ex uerbis, quanquam ſubobſcuris, & haud ſcio an etiam mendoſis, odorari licet, non noſtrũ onus, bos clitellas, prouerbiũ fuiſſe recuſantis munus aliquod ueluti parum accommodatũ ſibi. Neq; enim boum eſt, clitellis tergo impoſitis onera geſtare, ſed potius aſinorũ ac mulorũ. Neq; dubitandũ eſt, quin Fabius ex hoc Ciceronis loco exẽplum illud ſit mutuatus. Raphaël Regius, qui Fabiũ additis ſcholijs conatus eſt emendare, ſcripturam mutat ad hunc modum, Nos noſtrum onus, uos clitellas, interpretans hunc eſſe ſenſum, neutram partem abſque onere diſceſſuram. Mihi ſi phas eſt quicquam immutare, ſic potius legẽdum uidetur, nõ noſtrum onus, bos clitellas? Vt ſit uelut rem abſurdã, ſeq; indignam abominantis: ſi quis boui clitellas uelit imponere. Neq; diſcrepat hoc cum ſententia uerborũ Tullianorũ, quæ modo retulimus. Ait enim eã prouinciam non ſatis uel aptã, uel dignam ingenio ſuo, laturum tamen uteunq;, modo ne ſit longior annus. Proinde prouerbium duplici forma poterit efferri. Boui clitellæ impoſitæ ſunt: Vbi mandatũ eſt negotiũ parũ apto. Et bos clitellas? ut ſubaudias, ferat: Vbi quis deprecetur prouinciam, cui parum ſit idoneus, aut quam ſibi ducat indecoram. Illud obiter admonitum lectorem uelim, ne protinus radat, aut diſpungat, ſi quid in his quæ citamus ex autoribus, uiderit ad quorundam emendationem non reſpondere. Non quòd profiteamur à mendis repurgatũ, quicquid huc adducimus, ſed quòd labantur hi quoq; qui libros emendant: uelut hoc loco: quem modo retulimus ex Epiſtolis, in editione Aldina, quot uoces ſunt immutatæ neſcio cuius operæ, ne dicam culpa. Nam Aldo non libet imputare, tum quia doctus eſt, tũ quia amicus. Primum enim quis non uideat rectius eſſe, opera ceſſet, quàm opera ceſſent? Deinde quod ſequitur, cui non perſpicuum ſit eſſe uitiatũ, tum diſtinctione, tum uoce exilium mutata in exulum. Sic enim legit, Et cum exercitum noſter amicus habeat, tantum me nomen habere duarũ legionum exulum? Cum Tullius tantum poſuerit pro magno, cui legiones exiles oppoſuit, hoc eſt, puſillas. Et aliquanto poſt, ut cum Maphragone ſignis collatis, ſi poſſem de ſeruo tuo decernerem. Quid erat cauſæ ut pro deciderem ſiue decidere, mutaretur decernerem? Quaſi nõ fuerit illud multo uerbum elegantius? Etenim ſi legas decidere, ſubaudiendum eſt uerbum, certarem, ſiue congrederer, cuiuſmodi eclipſes ſimiliariſſimæ ſunt Ciceroni, præſertim in hoc opere, ut legas, ut cum Maphragone collatis ſignis, ſubaudiasq; congrederer. Rurſum hoc quod ſequitur, Clitellæ boui ſunt impoſitæ. Illáne? Non noſtrum onus. Offenſus, neſcio quis aposiopeſi. Illáne? mutauit. Illæ, non eſt noſtrum onus. Quod iterum uſu uenit in hoc quod ſubijcitur, At ſi tu ad tempus, ſubaudi, adfueris. Mutauit enim. Adſis tu ad tẽpus, Latinitate quoq; corrupta, nedum argutia ſententiæ. Hæc inuitus & coactus admonui, ne qui, ut ſunt nonnulli, præcipites ad id, ob celebritatẽ Aldini nominis protinus damnent, aut radãt, ſi quid deprehenderint ab illius æditione diſcrepare, nec ſtatim priores abijciãt codices emẽdationibus huiuſmodi freti.

Prouerbium uſurpauit & Ammianus libro decimoſexto.

Nota res mala optima. LXXXV

Plautinũ illud in Trinummo prouerbiali ſchemate dictum uidetur: Nota res mala optima eſt. Dictũ eſt autẽ ſub perſona ſenis, ſuadere conantis amico, ne uxorem tametſi malam repudiaret, aliã ducturus: propterea, quòd plerunq; fit, ut qui commutat, primũ pro malo peius accipiat, tum ignotũ pro noto, poſtremo inſuetum pro familiari. Tantum enim ualet aſſuetudo, ut mala quibus aſſueuerimus, optima uideantur. Contrà quæ ſint optima, propter inſolentiã peſſima uideantur. Adagium itaq; deterret, ne temere nouandis rebus ſtudeamus, uitemusq; uitium illud, haud ſcio an maximũ, quod Græci φιλόκαινον appellant. i. nouarum rerum appetẽtiam, cui comes alterum ueluti germanum, quod ἀηδισμὸν uocãt, quòd nox faſtidiũntur paulo ante adamata. Conuenit cum Plautina ſententia, quod apud T. Liuium Pacuuius Calauius ſuadens Campanis, ne ſenatores mutare uellent, populum iam re doctum dicere compulit, Notißimum quodq; malum maximè tolerabile eſſe. Huc pertinet & Ouidianum illud,

Quod male fers aſſueſce, feres bene, multa uetuſtas
Lenit. Eodem pertinet & Mimus ille, neſcio cuius,
Multer tum demum eſt bona, cum aperte eſt mala.

Cognitum enim malum, aut uitamus, aut nos ad id accommodantes ferimus. Item ille, Conſueta uitia ferimus, non reprehendimus. Ariſtoteles lib. Moralium Nicomachiorum 7. ἀεὶ γὰρ πονεῖ τὸ ζῷον ὥσπερ καὶ οἱ φυσικοὶ λόγοι μαρτυροῦσι, τὸ ὀρᾶν καὶ τὸ ἀκούειν, φάσκοντες εἶναι λυπηρόν, ἀλλ' ἤδη συνηθῶς ἐσομὲν ὥς φασιν. i. Semper enim animal laborat ut audiat, uideatq;, quemadmodũ teſtantur & naturales ſermones, dum fatentur quidem eſſe moleſtum, ſed iam aſſueuimus ut aiunt.

Inueni, non quod pueri in faba. LXXXVI

Strophylus ſeruus in Aulul. Plautina, aulam auri plenam à ſene defoſſam, furto ſuſtulerat, eamq; rem geſtiens indicare hero, reperi, inquit. Et rogatus quid reperiſſet, non quod pueri clamitant, inquit, in faba ſe reperiſſe: prouerbiali nimirum figura magnum quiddam reperiſſe ſe ſignificans. Eſt enim midas uermiculus quidam, qui fabis innaſcitur: hũc ſi quando nacti ſint pueri, geſtiunt atq; exclamant, perinde quaſi magnum quiddam inuenerint.

Midas in teſſeris conſultor optimus. LXXXVII

Μίδας ὁ ἐν κύβοισιν ἀβολώτατος. id eſt;

Midas qui in teſſeris conſultor optimus.

Prouerbium à teſſerarum ludo natum. Eſt enim Midas, iactus uocabulum. Refertur à Suida prouerbij nomine. Perpendat diligens & eruditus lector, num ἀβολώτατος legi oporteat, ut uerſus ſit iambicus trimeter,

Μίδας γὰρ ἐν κύβοισιν ἀβολώτατος. id eſt,

In teſſeris iactus Midas proſperrimus. Accommodari poterit adagium ad rem, quæ fortè fortuna bene cadit.

Ni purges & molas, non comedes. LXXXVIII

ἂν μὴ καθαρῇς καὶ ἀλήσῃς, οὐ μὴ φαγῇς. id eſt.

Niſi & repurges & molas, haud unquam edes. id eſt, Non continget tibi uictus, niſi tuam item induſtriam adiunxeris. Ceres cùm oſtenderet uſum frumenti Triptolemo, ita dixiſſe fertur. Videtur eſſe ſenarius è poëta quopiam uſurpatus, ſed deprauatus, conſtabit ſi legas καλήσῃς. Poteſt transferri longius, non proderit tibi ingenij felicitas, niſi exercueris. Inutilis erit principum fauor, niſi te geſſeris ut oportet. Nihil conducet, quod doctum præceptorem nactus es, ni uigilaueris. Refertur à Diogeniano.

Nihil differs à Chærephonte. LXXXIX

Οὐδὲν διαφέρεις Χαιρεφῶντος τὸν φύσιν. id eſt,

Nihil

Ayuntamiento de Madrid

Nihil ore quicquam à Chærephonte diſcrepas.

In macilentum pallidumq; dicebatur. Chærephon enim tragœdiarum ſcriptor fuit. Is Heraclidarũ res proſecutus eſt. Quoniam autem nocturnis lucubrationibus erat maiorem in modum extenuatus confectusq;, uulgari ioco taxatus eſt. Quinctiam noctuæ cognomen additũ. Ariſtoph. in Nebulis.

Οὐδὲν διοίσεις χαιρεφῶντος τῇ φύσει. id eſt,
Nihil figura à Chærephonte differes.

Alluſit idem in Pluto,

Οὐδὲν διοίσουτ' ἀστικρὺς
Τῶν ἡρακλειδῶν, οὐδ' ὁτιοῦν τῶν παμφίλων. id eſt,
Ne tantulum quidem
Ab Heraclidis differentem Pamphili.

Pamphilus enim in Stoa depinxerat Heraclidas ſupplices Athenienſibus, ad quos metu Euryſthei confugerant. Hos igitur uocat Heraclidas Pamphili.

Nihil ab elephanto differs. xc

ἐλέφαντος διαφέρεις οὐδέν. i. Ab elephante differs nihil. In magnos & ſtupidos dicebatur: etiam ſi primũ ingenij laudem Plinius tribuit elephantis, ſed inter bruta. Verum corporis moles & formæ fœditas adagio locum fecit. Refertur à Diogeniano. Videtur huc alludere Paleſtrio Plautinus, qui herum ſuum elephanti corio circumtectum ait, nec plus habere ſapientiæ quàm lapidem.

Ne intra ueſtibulum quidem. xci

Οὐδ' ἐντὸς ἰωρᾶ. i. Ne intra ueſtibulum quidem. In tumidos, feroces & inſolentes dici ſolitum, qui procul omneis à ſeſe ſubmouent. Lex erat Athenis, ut homicidio contaminati extra ſepta ſacrorum conſiſterent. Siquidem prima magnatum atria ſolent patere quibuslibet. Ad hunc morem adagium uidetur alludere.

Neq; cum malis, neq; ſine malis. xcii

Ariſtophanes apud Suidam in Lyſiſtrata,

Κἀς' ὀκεῖνο τ' ὀπὸς ὀρθῶς κὐ κακῶς ἐρημένον,
Οὔτε σὺν πανολέθροισιν, ὅτ' ἄνευ πανολέθρων. id eſt,
Iſtud haud male, imò rectè proditum eſt prouerbium,
Nec ſimul cum peſtibus, nec rurſus abſq; peſtibus.

De uxoribus dictum, cum quibus incommode ſanè uiuitur: ſed nec citra has conſtant familiæ. Simile illi, quod eſt in Epigrammatis,

Nec tectum poſſum uiuere, nec ſine te. Et quod alibi retulimus, ἀναγκαῖα κακά. Citantur eodem loco uerſus & hi,

Κακὸν γυναῖκες, ἀλλ' ὅμως ὦ δημόται
Οὐκ ἔστιν εὑρεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ. id eſt,
Malum quidem uxor, attamen ciues, ſine hoc
Nulli licet parere familiam malo.

Notum eſt illud Catonis, quòd cum uxoribus incommode uiuitur, at ſine illis omnino non uiuitur.

Ne in pelle quidem. xciii

Οὐδ' ἐν δέρματι. i. Ne in pelle quidem. Hyperbole prouerbialis de ſupra modum tenuibus: uelut uſqueadeo nudis, ut ne pelle quidem propria tegantur. Commemoratur à Suida.

Ne tria quidem Steſichori noſti. xciiii

Οὔτε τὰ τρία στησιχόρου γινώσκεις. i. Ne tria quidem Steſichori noſti. De uehementer indocto & imperito dici ſolitũ. Adagium ſumptum hinc exiſtimãt. quòd pleraq; Steſichori poëmata Epodica ſunt, quæ tribus conſtant. στροφῇ, ἀντιστρόφῳ, κὴ ἐπῳδῷ. Strophe eſt prima ſeries uarijs metrorũ generibus incedens. Antiſtrophus eſt iteratus per eadem fermè genera recurſus. Epodus eſt diuerſi carminis accẽtio. His & alij tragici poëtæ nonnunquam utuntur potiſſimũ in choris.

Nephalia ligna. xcv

Νηφάλια ξύλα. id eſt, Nephalia ligna. Dici poſſe uidetur in abſtemios. & ab omni uoluptate procul alienos. Apud Athenienſes, nephalia ligna uocabantur, quæ neque uitea eſſent: neq; ficulna, neq; myrtea. Nephalia ſonat, quaſi dicas ſobria.

Nephalium ſacrum. xcvi

Νηφάλιον θυσία. i. Nephalium ſacrificium. De conuiuio abſtemio non inepte dicetur: aut de conuiuio uehementer frugali, ſobrioq;. Apud Athenienſes hoc genus ſacrificij exhibebatur Mnemoſynæ, Auroræ, Soli, Lunæ, Nymphis, Veneri, & Vraniæ. Nã in eo non libabatur uinum, ſed aqua melle dilutа. Hæc fermè Suidas. Meminit & Iulius Pollux lib. 6. cap. 3. addens νηφαλίου idem eſſe quod νηφάλια θύειν. Hoc ſacrificij genus ἄοινον dicebant, quemadmodum cætera in quibus uinum adhibebatur, οἰνόσπονδα uocabant. Seleucus apud Athenæum lib. 2. negat, apud ueteres fuiſſe morem, ut uini copia, aut aliud quidlibet deliciarum inferretur in ſacrificia. Quum enim ſacrificia deorum gratia peragerentur, unde & θοίνας & θαλίας, ac μέθας appellabant, θοίνας quòd deorum gratia uino uterentur, θαλίας quòd deorum gratia ueſcerentur, cõuenirentq;: μέθας uerò, quod ut indicauit Ariſtoteles, μετὰ τὸ θύειν, id eſt, poſt ſacrificium uino uterentur, non conueniebat illic uentris negotiũ agere. Ibidem Epicharmus his uerbis notat mores collapſos, οὐ μᾶν θυσίας θοίνη, οὐδ' ἡ θοίνης πόσις ἐγένετο, οὐδ' ἡ πόσις κῶμος, ἐκ κώμου δ' ἐγένετο θυανία, ἐκ θυανίας λίκνα, ἐκ δὲ καταλίκνας πέδαι, καὶ φάκελος καὶ ζημία. id eſt, ex ſacrificio epulum, Ex epulis facta eſt potatio, ex potatione comeſſatio, ex comeſſatione facta eſt ſubatio, ſiue ludus, ex ſubatione ſeu ludo lis, ex condemnatione compedes, ſphacelus & mulcta. Quanquam hic locus mihi non caret ſuſpicione mendæ. Videtur enim deeſſe particula, ἐκ λίκνας καταλίκνα. Non diſſidet ab illo quod alio poſuimus loco, Caninum prandium.

Neglectis urenda filix innaſcitur agris. xcvii

Horatius Satyra tertia,

Neglectis urenda filix innaſcitur agris.

Mira admonuit allegoria, animum honeſtis excolendum diſciplinis, alioqui futurum, ut inutili ſylua uitiorum occupetur. Filix enim herba inuiſa agricolis, quæ totos agros occupare ſolet, nec facilè repurgatur, ubi ſemel occupauerit.

Nauphracton tueri. xcviii

Ναύφρακτον βλέπεις. i. Nauphracton tueris. Nauphractõ Græcè, claſſis eſt ad bellum inſtructa. Solẽt autem in triremibus magna quædam ineſſe foramina oculorum inſtar per quæ remos inſerũt. Vnde uelut ænigmatice dictum, claſſis more tueris: de his, qui latis ac prægrãdibus, aut toruis & minacibus oculis quempiam aſpicerent. Ariſtoph. ἐν ἀχαρνεῦσι.

Πρὸς τῶν θεῶν ἄνθρωπε ναύφρακτον βλέπεις. id eſt,
Homo per deos, quiddam obtuere claſſicum.

Fortaſſis & hinc prouerbij iocus eſt natus, quòd Athenienſes aliquoties feliciter nauali pugna rẽ geſſerint: uelut apud Artemiſium & Salaminem, unde ſublati animi. Vnde uidetur dictum in turgidos & arrogantes.

Negocium ex ocio. xcix

Πρᾶγματ' ἐξ ἀπραξίας. id eſt,
Ex ocio negocium.

Hemiſtichium iambicum, uſurpandũ ubi res præter opinionẽ euenit, & inde tumultus oboritur, unde tranquillitatẽ & ociũ ſperabamus. Nam & illud multis uſu uenit, ut dum ſectantes ociũ, fugiunt honeſtam induſtriam, incidant in turbas inexplicabiles. Autor Suidas. Nec indicat unde ſit natum.

Nauis aut galerus. c

Πλοῖον ἢ κιννῆ. id eſt, Nauis aut galerus. De re ancipiti. Quod genus ſi quis de uoce incognita diceret, aut piſcem ſignificat, aut cucurbitam. Nec inuenuſte dicetur in eos qui cultu moribuſq; diuerſam perſonam præ ſe ferunt. Veluti ſi quis

pallio

Ayuntamiento de Madrid

pallio philoſophico baltheum adderet militarem, aut cultu monachum, moribus & lingua lenonem ageret. Fragmentũ eſt ſenarij ex Auibus Ariſtophanis πλοῖον ἢ κυνῆ. i. Aut galerus aut ratis. Sumptum ab hoc trircmium genere, quas hodieq; uulgò dicunt galeas, ueluti dicas galeratas. Hæ ſic erant inſtructæ, ut remos alarum uice porrigerent, mouerentq;. Cæterum ſummo malo galerum, ſeu petaſum inſtar Mercurij præferunt. Nam Peloponenſes πέτασον. i. galerum, appellant κυνῆν, ἀπὸ κυνὸς, à cane, quòd hoc genus pilei primum è pellibus canum fieri conſueuit. Hinc iocus militaris uidetur fuiſſe natus in elatos & faſtuoſos, ſupercilioſq; arroganti. Itidem Feſtus Pompeius indicat quaſdam naues oneraria appellatas Corbitas, quòd in ſummo malo pro ſigno corbem haberẽt. Quæ bello erant paratæ, galeam habebãt: at quæ ad celeritatem petaſum Mercurij ſignum geſtabant.

CHILIADIS SECVNDAE CENTVRIA X.

Mazam pinſuit à me piſtam. I

Μᾶζαν γε μεμαχὼς τὴν ὑπ' ἐμοῦ μεμαγμένην. id eſt,
A me ante piſtam mazam iſte pinſuit.

De his dici ſolitum, qui ſibi alienæ induſtriæ laudem uindicant, & magnam gloriam alieno labore partam, uerbis in ſe tranſmouent, ut Terentianus ait Gnatõ. Maza cibi genus ex lacte & farina, fermè panis inſtar confectum. Paræmia refertur & ad hunc modum, Μᾶζαν ὑφαρπάσας τὴν ὑπ' ἐμοῦ μεμαγμένην. i. Subrepta maza quam pinſueram, ubi quis alienis fruitur laboribus. Sumptum eſt autem ex Equitibus Ariſtophanis, quo loco carmen huiuſmodi eſt,

Καὶ πρώην γε μοῦ
Μᾶζαν μεμαχότος ἐν πύλῳ λακωνικὴν,
Πανουργότατά πως πρεσβεύσαμεν ὑφαρπάσας
Αὐτὸς παρελθὼν τὴν ὑπ' ἐμοῦ μεμαγμένην,
ἡμᾶς δ' ἀπελάσας. id eſt,
Cumq; ipſe pridem pinſuerim mazam in Pylo
Laconicam, iſte accurrit aſtutiſſimè
Raptamq; mox appoſuit, quam ego pinſui,
At ſubmouet nos.

Demoſthenes qui bello Peloponeſiaco dux fuit Athenienſium: is collega Nicia Pylum urbem diuturna obſidione in rerum omnium deſperationem adduxit. Cui ſucceſſit Cleon è coriario imperator, qui alieno labore partam gloriam in ſe tranſtulit, paucis poſt diebus Pylo capta. Quæritur igitur in hac fabula Nicias ac Demoſthenes, de laude ſibi prærepta per Cleonem. Ariſtophanis hiſtoria narratur adeo nõ modo uariè, uerum etiam prolixè, ut non libeat referre. Indicatum eſt unde peti poſſit.

Nauſon Naucrati. II

Νάυσων ναυκράτους. id eſt, Nauſon Naucrati. Quoties aliqui ſimilia inuicem reſpondent, ueluti ſi quis herus ſalutatus herum reſalutet. Et nebulo compellatus, nebulonem uicißim compellet. Nauſon enim & Naucrates utrunque à naue dicitur: Perinde quaſi dicas, nauta nautæ. Heſychius indicat uocem hanc confictam à Cratino Nauſon, à ſeruandis nauibus, & ναυκράτης, à ναῦς & κρατεῖν: ſermonis color ſumptus eſt ab epiſtolis ut indicat Suidas, perinde quaſi dicas, Pompeius Pompilio ſalutem, aut iuuenis iuuenem appello. Huius formæ ſunt & illa ἀγαθῶν ἀγαθίδες, & λευκῶν λευκώτερος. Tale quiddam innuit, ni fallor, Ariſtophanes in Equitibus, ἀλλὰ ναυφάντης γε καὶ νάυσων, ut ſubaudiatur ἄρξει. Arbitror autem in prouerbio Nauſonem eſſe non hominis nomen ſed ciuitatis, quemadmodum & Naucratis Aegypti ciuitas eſt.

Tolle tolle mazam, quàm ocyſſimè ſcarabeo. III

Αἶρ' ἆρε μᾶζαν ὡς τάχιστα καὶ δεῦρο. id eſt,
Mazam ſine mora pone pone cantharo.

Hoc uerſiculo Ariſtophanes exorditur ἐρωδιόν, quem eruditi prouerbij loco referunt. Id uſurpare licebit, quotics ſordidus cibus immundo conuiuæ apponitur. Quidam miniſtris panes ſurſuraceos apponunt, ſurſur autem tritici purgamẽtum eſt. Vnde per ſurſuraceam mazam cibum aluo redditum innuit. Hinc enim ut naſcuntur, ita & aluntur cantharis: quos Latini ſcarabeos uocant. Aperit id cum ſubdit, Δὸς μᾶζαν ἑτέραν ἐξ ὄνου πεπλασμένην. i. Mazam alteram da, è ſtercore aſini conditam. Porrò maza confectio quædam erat ex farina & lacte, panem imitans. Simillimum eſt illi, quod alio poſuimus loco, Cyprio boui merendam.

Non eſt meum negotium, multum ualeat. IIII

Οὐκ ἔστ' ἐμὸν τὸ πρᾶγμα, πολλὰ χαιρέτω. id eſt,
Multum ualeat, haud eſt meum negotium.

Quoties negabimus nos laborare de re quæ nihil ad nos pertinet. Refertur à Diogeniano. Non diſſimile illi,

Aedibus in noſtris quæ praua aut recta gerantur.

Item illud quod eſt apud Ariſtophanem in Equitibus, τἀλλότριον ἀμῶν ἔργον. i. Alienam metens meſſem, quiddam ad eandem accommodant ſententiam, etiamſi comicus ſentit de eo, qui alienis fruitur laboribus. Propius huc pertinet quod ſcribit Pindarus in Nemeis hymno primo, Τὸ γὰρ οἰκεῖον πείσῃ πάνδ' ὁμῶς, ἐυδὺς δὲ ἀπήμων καρδία κἄδηλος ἀμφ' ἀλλότριον. i. Quod enim proprium eſt premit unumquemq; pariter. cæterum protinus cor noxa uacat circa dolorem alienũ.

Abominandus ſcarabeus. V

Μύσων κανθαρίς. i. Abominanda cantharis. De contemptiſſimo uiliſſimoq; homunculo dicebatur. Cãtharides uermiculi ſunt letali ueneno. Quanquam hoc loco magis conuenit ut ſit diminutiuum à cantharo ſcarabeo: quaſi dicas ſcarabeolus, in ſacris quoq; literis uermis abijt in prouerbium cõtemptus. Quod genus eſt illud in Pſalmis myſticis. Ego autem ſum uermis & non homo. Pro quo nonnulli uertunt ſcarabeum. Item illud Eſaiæ, Noli timere uermis Iacob, interprete Hieronymo. Apud Suidã legitur μυοὶ κανθαρὶς. i. muribus cantharis, quod quid ſibi uelit neſcio, ſuſpicor mendũ in ſcripto eſſe. Si legamus μύσῃ ſonat abominanda, ſi μυοὶ ſonat Myſiam Cantharidem. Myſos autem olim fuiſſe contemptui, docuimus aliàs, hoc commentum mihi maximè probatur.

Moleſtum ſapientem apud ſtultos loqui. VI

Ἀγαλλόμενον φρονίοντα πὰρ ἄφροσι πολλ' ἀγορεύειν. id eſt,
Dicere multa graue eſt ſapientem apud inſipientes.

Nihil intractabilius homine ſtulto, qui quicquid rectè dicitur, in diuerſam partem rapit. Proinde apud huiuſmodi aut ſilendum eſt uiro cordato, aut oratio moribus illorum accommodanda. Recenſetur à Diogeniano. Sed extat idem inter ſententias Theognidis.

Modio demetiar. VII

Μεδίμνῳ ἀπομετρῶ. i. Modio demetior. Prouerbialis hyperbole, ingens & cumulatum ſperantis emolumentum. In magna ſiquidem rerum exuberantia, non heminis, neq; congijs, ſed modio metimur. Integre ſic reddit Suidas,

Μεδίμνῳ ἀπομετρῶ παρὰ τὸ πατρῷος ἀργύριον. id eſt,
Modio paternam metiar pecuniam. Tametſi ſunt qui negent idem eſſe Latinis modium & Græcis μέδιμνον.

Mens non ineſt centauris. VIII

Νοῦς οὐκ ἔνι κενταύροισιν. id eſt, Mens non ineſt Centauris. In uaccordes & ſtultos dicebatur, et qui conarẽtur quod effici non

Ayuntamiento de Madrid

non posset. Nota est Centaurorum fabula. Adagium à Diogeniano refertur. Isq; conuenire putat in contentiosos, & alieni appetentes, propterea quod Centauris exitium attulerit rerum alienarum appetentia. Haud scio an huc respexerit Plato poëta, apud Athenæum libro decimo,

ὑμῖν γὰρ ὄλβιος καθάπερ ἡ παροιμία,
ἐν τῷ καπήλῳ νοῦς ἐνεῖναι μοι δοκεῖ. id est,
Mens nulla uobis sicut habet prouerbium,
Cauponi inest mens, ut quidem uisum est mihi.

Loquitur de mulieribus uinosis. Aristophanes in Equitibus, νοῦς οὐκ ἔνι τοῖς κώμοις. i. mens non inest comis. Comas dixit pro Centauris, alludens interim ad studium alendi equos, qui iubas habent.

Melle temetipsum perungis. IX

ἐν μέλιτι σαυτὸν καταπάττεις. id est, In melle teipsum obuoluis, oblinisq;, hoc est, molliter suauiterq; uitam agis, quasi parum sit uesci melle, nisi totus sis melleus. Extat apud Diogenianum.

Mercurius infans. X

ἑρμῆς ἀμύητος. i. Mercurius infans, elinguis, siue indoctus. Ironia prouerbialis, ubi quis fingit se rudem eius artis, cuius est callentissimus. Mercurius enim eloquentiæ disciplinarumq; parens est. Non dissimulandum arbitror, in uulgatis exemplaribus haberi, ἑρμῆς ἀμύητος. i. Mercurius prophanus & non initiatus. Quæ lectio si cui magis probatur, ne mihi quidem admodum displicet. Quis enim mysteriorum peritior, quàm Mercurius interpres deorum, superis & inferis ex æquo communis: deniq; μυσταγωγὸς ipse, hoc est, mysterijs præfectus? Respondet illi quod est apud Aristidem in Pericle, ὁ κρῆς τὸν πόντον. i. Cretensis mare.

Mendicorum loculi semper inanes. XI

Πτωχῶν ὄλαὶ ἀεὶ κεναί. i. Mendicantium sacculi semper inanes. De petacibus dictum & insatiabilibus: cognatum ei, quod alio redditum est loco, πτωχοῦ πήρα ὁ πίμπλατα. i. Mendici pera non impletur. Vtrunq; refert Suidas, quanquam ὄλας pro peris non inuenio, sed ὀλάδας inuenio pro uasis farinarijs, tametsi & uentres interdum eo uerbo significentur ob molliciem.

Meliacum nauigium. XII

Τὸ μηλιακὸν πλοῖον. id est, Meliacum nauigium. In futilem & rimarum, ut ait Terentius, plenum, hac atq; illac perfluëtem dictitatum uidetur. Paræmiam ad historiam quampiam referunt. Ea sic habet: Aristoteles quidam Meliacus deducendæ coloniæ præfectus, cum multi detrectantes nauigationem, uaria causarentur, & alij dicerent uxores suas aduersa ualetudine teneri, alij naueis suas perstillare, atq; his prætextibus domi manerent, ille indignatus, imprecatus est, illis, ut nunquam haberent naues integras, & semper sub uxorum imperio uiuerent. Vnde quadraturum uidetur, ubi quis causas fingit, quo suffugiat officium. Est autem Melia Cariæ ciuitas, autore Stephano. Suidas indicat & arboris genus esse Meliam, proferens exemplum ex Auibus Aristophanis:

Ἐξόμενος μελίας ἐπὶ φυλλακόμου. id est,
In Melia residens frondosa.

Et fortassis huius arboris materia inutilis est ad fabricam nauigiorum. Verum ut uera sit fabula de populo Meliaco, certè alludit est ad arborem.

Melanione castior. XIII

Μελανίωνος σωφρονέστερος. i. Melanione castior dicebatur, qui magnopere, à mulierum congressibus abhorreret. Aiunt Melanionem quendam odio mulierum, in solitudinem demigrasse: perq; auia montium & nemorum, tunc, quo uno contentus uictore utebatur, feras insectari solitum, nec unquam domum reuocari potuisse. Meminit adagij Aristophanes in Lysistrata. Quanquam hæc inter æditas nondum habetur: nos scriptam legimus. Simili figura dicetur, Hippolyto castior: nam & huic simile uenandi studium, simile odium fœminarum.

Matris ut capra dicitur. XIIII

Τῆς μητρὸς ὡς αἴξ καλεῖται. i. Matris ut capra dicitur. In spurios dictum uidetur, quorum pater incertus est, eaq; gratia à matre denominantur. Ductum ab hœdis, qui in caprilibus à matre dignoscuntur: nam à patribus haudquaquam possis. Potest & in iocum uerti prouerbium, uelut si quis per lusum neget se patrem agnoscere, matrem scire. Ἀλλὰ μητρὸς ὡς αἴξ καλοῦμαι. i. Matris uelut capra uocor. Manet etiam hodie uulgi iocus, quo dicitur, sapientem esse filium qui patrem suum norit. Hoc ab Homero manasse uidetur, apud quem Odysseæ primo Telemachus rogatus num Vlyssis esset filius, respondet ad hunc modum,

Μήτηρ μέν τ' ἐμέφησι πατὴρ ἔμμεναι, αὐτὰρ ἔγωγε
Οὐκ οἶδ', ὁ γάρ τοι τίς ἐὼν γόνον αὐτὸς ἀείνω. id est,
Esse quidem illius mater me ait, ast ego sanè
Nescio, nemo suum patrem unquam nouerit ipse.

Quasi locum in balneis. XV

Prouerbij speciem habet quod est apud Tertullianum libr. aduersus Marcionem 3. Sed quia prior eis uenit, & prior uirtutum documenta signauit, idcirco quasi locum in balneis, ita fidem occupauit, posteris quibusq; præripuit. Conueniet uti, ubi non ex merito datur locus, sed ex uetustate. Qui quidem ordo seruatur & hodie inter monachos & Canonicos atq; item Theologos, nimirum ad excludendam contentionem de dignitate. Apud priscos unusquisq; ex annorum numero æstimabatur. Iuuenalis:

_Atq; uni cedit Homero Propter mille annos.

Et Horatius stomachatur in eos qui redeunt ad fastos, & uirtutem æstimant annis. Non abhorret ab hoc quod hodie uulgò iactatur apud nostrates, sumptum ex lege molitoria, Qui primus uenerit, primus molet.

Milium torno sculpere. XVI

Τὰς κέγχρους ἀποτορεύειν. i. Milij grana torno sculpere dicebantur, qui rem absurdam moliuntur. Milium enim minutius est, quàm ut inde quicquam descalpi possit. Suidas ad hunc modum effert paræmiam, γελοιότερον ἀπεργάζῃ, τῶν τὰς κέγχρους ἀποτορεύειν ἐπιχειρούντων. i. Magis ridiculè facis, quàm ij qui milij granula torno polire conantur.

Magnetum mala. XVII

Μαγνητῶν κακά. i. Magnetum mala. De malis ingentibus dictum uidetur, aut ijs quæ in autores suos recidunt. Cum Termerijs enim malis Magnetum mala coniunguntur, in his uerbis, quæ citra autoris nomen referũtur apud Suidam, κἂν τὰ μαγνητῶν κακὰ, κἂν τὸ τερμέριον, κἂν πᾶσαν ἁπλῶς ἐπιφθέγξωμαι τὴν τραγῳδίαν. i. Nec si Magnetum mala, nec si Termerium, nec si totam in summa tragœdiam eloquar. Quanquam in Suida legendum suspicor, τὰ τερμέρια. i. mala Termeriorum, de quibus aliàs nobis dictum est. Sumptum apparet ab historia, quæ de Magnetibus afflictis meminerit, in quæ feruntur incidisse, uiolato numine quopiam. Strabo Geographiæ libro 14. Magnetas commemorat olim opibus florentes, à Treribus gente Cimmerica funditus fuisse sublatos: anno deinde proximo à Milesijs locum fuisse occupatum, subindicans prouerbium ex Archilocho sumptum esse, qui meminerit de Magnetum malis.

Complura masculi canis cubilia. XVIII

Πολλὰ κυνὸς ἄρσην ἐωά. id est,
Sunt canis infinita cubicula masculi.

Hemistichium heroicum prouerbiale. Rectè dicitur in hominem mulierosum, peculiariter eum qui non contentus certo

Ayuntamiento de Madrid

certo thoro, paſsim per aliena cubilia uolutari gaudeat. Nam hoc ſibi permittunt hac tempeſtate mariti. Porrò ſi quid humanum acciderit uxori, cœlum terræ commiſcent, tam inique ſeueri in illas quàm turpiter in ſeſe indulgentes.

Multa in bellis inania. XIX

Πολλὰ κενὰ τοῦ πολέμου. i. Multa belli inania. De inani ſuſpitione, aut pauore ſine cauſa oborto, quem Græci κενικὸν uocant. Paræmiam hinc manaſſe putant, quòd huiuſmodi panici terrores plerunq; ſolent in bellis accidere. Vel quòd Lacedæmonij fundis quibuſdam & neruis crepitantibus uti cõſueuerint ad terrorem incutiendum hoſti. Polybius apud Suidam, Cum luna defectum paſſa eſſet temporibus Perſei Macedonum regis, uulgò rumor increbuit, regis interitum ſignificari. Eaq; res pariter & Romanis addidit animos, et Macedones conſternauit. Deinde ſubnectens adagium. Οὕτως, inquit, ἀληθὲς ἐστι τὸ περιφερόμενον, ὅτι πολλὰ κενὰ τοῦ πολέμου. id eſt, Itaq; uerum eſt, quod uulgò circumfertur, Multa eſſe inania belli. M. Tull. Epiſt. ad Attic. lib. 5. Interim ſcis eſſe quædam κενικὰ, dici item τινὰ κενὰ τοῦ πολέμου, rumore aduentus noſtri. Plutarchus in commentario, περὶ τοῦ ἀκοῦσαι, ὡς ἡ πολέμου καὶ ἀκροάσεως πολλὰ τὰ κενά ἐστιν. id eſt, Vt enim belli ſic & auditionis multa inania ſunt. Reſpexit huc Q. Curtius lib. 3. Fama bella ſtare, & eum qui recedat fugere credi. Ac rurſum lib. 5. Ac fama maximum utiq; in bello momentum. Item lib. 8. Fama enim bella conſtant, & ſæpe etiam quod falſo creditum eſt, ueri uicem obtinuit. Sed apertius lib. 7. Ea res, ſicuti plerag; belli uana & inania, Barbaros ad deditionem traxit.

Militauit cum Eraſinade. XX

Ἐστρατήγησε μετ' Ἐρασινάδου. id eſt, Militauit cum Eraſinade, Vulgò per iocum dicebatur de his, quibus res undequaque male procederent, Eraſinades dux quidam Arginuſam obſederat. Infeliciter autem pugnatũ eſt, ad internicionem extinctis cum alijs quotquot reſiſtebant, inter quos erãt Thraſyllus & Pericles, tum ipſo duce. Huius Eraſinadæ malis et illud acceßit, quòd accuſatus eſt, quòd pecunias Helleſponticas furatus eſſet. Huiuſmodi fermè Suidas.

Mulierine credas, ne mortuæ quidem. XXI

Γυναικὶ μὴ πίστευε, μηδ' ἂν ἀποθανῇ. id eſt,
Ne fidem habeas, nec emorienti fœminæ.
Hyperbole prouerbialis. Vſqueadeo non eſt fidendum mulieri, ut etiam ſi morientem uideas, putes fingere. De nouerca quæ ſepulta quoq; priuignum interemit, illapſa in pueri caput pyramide, meminimus aliàs. Refertur à Diogeniano.

Mulierum exitia. XXII

Γυναικῶν ὀλέθροι. id eſt, Mulierum exitia. De his qui funditus ac miſerabiliter pereunt. Mulieres enim omniũ fere calamitatum autores fuiſſe uiris dicũtur, Teſtis Pandora Heſiodia, teſtis bellum Troianum, teſtis Hercules à Deianira extinctus, teſtis Danaidum fabula, teſtis Lemniarũ mulierum hiſtoria, teſtis Cleopatra, teſtis Eua, prorſus infamis apud omneis Chriſtianos. Quanquam hæc magis cõueniebat ſtultitiæ uirorum adſcribere, qui tantũ indulgeant mulierculis, ut uelut amentes amore, in quoduis malum ſequantur, cum par fuerit, ut illis moderãtibus, mulier natura ſtultior, ſimul & imbecillior, minus deſideret. Quod enim animus eſt corpori, id uirum oportebat eſſe mulieri. Verum quemadmodum uulgus ſua uitia corpori imputat, cũ ab animo proficiſcantur, & ſtulti principes inſaniſſimos bellorum tumultus imputant populo, quorum ipſi ſunt autores: ita uiri reijciunt in fœminas, ſi quid ipſi deliraſſerint.

Multa noris oportet, quibus deum fallas XXIII

Πολλάκις ἀδίκησε οἷς τὸν θεὸν ἐξαπάτησας, id eſt,
Multa ſcienda, deo quibus ipſi imponere poßis.
Vbi quis fucum facere conatur ei, cui difficile ſit dare uerba, propter aſtutiam ſingularem. Ab oracuło natum adagium. Sententiã aliter extulit Pindarus in Pythijs, hymno 3. de Apolline loquens, ψεύδεσιν ἐχ' ἅπτεται, κλέπτα τέμιν ὁ θεὸς, ὁ βροτὸς, ἔργοις ὅτε βάλλῃς. id eſt, Mendacijs non utitur. Fallit autem illum non deus, non homo, nec factis neque conſilijs.

Multi Mannij Ariciæ. XXIIII

Mannius apud Feſtum Pompeium, Dianæ Aricinæ lucum, qui & ipſe Aricinus dictus eſt, cõſecraſſe legitur. Ex hoc Mannio Aricino, uiro laudatiſſimo, quàm plurimi extiterũt uiri item clariſſimi, eodem nomine, ut hinc natum prouerbium, Multos Ariciæ Mannios eſſe. Sed longe diſſentit Aſinius Capito, exiſtimans prouerbium conuenire in deformes, uerum hic locus apud Feſtum ita mendis corruptus eſt, ut nihil certi poßit elici, præter hæc quæ retuli.

Murus aheneus. XXV

Murus aheneus apud Horatium in Epiſtolis, uſurpatur pro certo et immutabili animi decreto, ſchemate nimirum prouerbiali,

–Hic murus aheneus eſto,
Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa. Vegetius grauem armaturam murum ferreum exercitus appellat ueluti ſolidum & inexpugnabile munimentum. Adſimili figura Pindarus Olymp. 2. Hectorem appellat ἄμαχον, ἀστραβῆ κίονα. id eſt, inexpugnabilem, immobilem columnam.

Multi te oderint, ſi teipſum amas. XXVI

Πολλοί σε τοι μισῆσιν ἢν σαυτὸν φιλῇς. id eſt,
Multi oderint, ſi temetipſe diligas.
Deterret à faſtu prouerbium & à philautia. Multis enim diſpliceat oportet, qui ſibi nimium placet. Contrà modeſtia, præcipua fauoris & beneuolentiæ conciliatrix. Suidas ait, nymphas faſtiditas à Narciſſo hoc dixiſſe quod modo retulimus. Concinit huic ſenarius ille,

Αἴκα φιλῶ ἐαυτὸν, οὐχ ἕξεις φίλον, id eſt,
Nemo erit amicus, ipſe ſi te ames nimis.
Nulli minus ſunt appoſiti ad mutuum amorem ac beneuolentiam, quàm qui ſeſe uehementer amant.

Malorum panegyris. XXVII

Κακῶν πανήγυρις. i. Malorũ panegyris. De malis agminatim ingruentibus, & inuicẽ ſibi ſuccedentibus. Panegyris enim apud Græcos dicebatur ſolennis ille populi conuentus, ad ludos feſtos celebrandos, uoce hinc compoſita, quòd feſtis diebus uniuerſi conuenirent. Piſides apud Suidam,

Καὶ πάντες, ὥσπερ ἐν κακῶν πανηγύρει,
Ἀλλ' ἄλλῳ συμφορὰν ἐλυσίχει. id eſt,
Omneis ſimul malorum ut in panegyre
Alios tenebat aliud infortunium. Homerus Iliados τ.
Ὡς μοι ἀλίγεται κακὸν ὃν κακὸ δαιεῖ. id eſt,
Triſtia perpetuo ut mihi triſtibus excipiuntur.
Hipponax apud Athenæum libro 15.
Ἀνδρῶν οἱ καὶ νῦν κἤδι κακῶν κακὰ ῥαψῳδοῦσι.
Claudicat carmen, ſed recta incedet, ſi tollas καὶ uel νῦν, & pro κἤδι legas κἄδι. Auſonius in carmine non inelegãter appellat catenatos labores, quòd moleſtia moleſtiam excipiat in uita mortalium.

Magis impius Hippomene. XXVIII

Ἀσεβέστερος ἱππομένους. i. Magis impius quàm Hippomenes. Hic Atheniẽſium princeps filiam à ciue quopiam uitiatam, unà cum equo feroci concluſit in domicilio: nec huic nec illi cibum præbens. Equus igitur fame in rabiem actus, puellam adortus confecit, deinde perijt ipſe quoque pabuli uidelicet inopia: poſt hæc pater domum eſt demolitus, loco nomen inditum, equi & puellæ. Recenſet adagium Diogenianus.

Ayuntamiento de Madrid

Maniuoro uinculo. xxix

Χειροδεσμῷ λεπτῷ. i. Manuoro uinculo. Sic quipiam appellauit mamillas uestium Ponticarum, quòd manus offendant, atterantq;. Idem obijcitur Troianis apud Vergilium, Et tunicæ manicas, et habēt redimicula mitræ. Recēset Zenodotus.

Malum Hercules. xxx

Μῆλον Ἡρακλῆς. i. Malum Hercules. Dici conueniet, ubi quis munuscula, quantumuis pusilla boni consulit. Apollodorus apud Zenodotum in libris De dijs prodidit, apud Athenienses Herculi Alexicaco, hoc est, depulsori malorum, peculiare quoddam uictimæ genus immolari solere. Cum enim euenisset aliquando, ut bos, quem erant mactaturi, profugisset, malo arrepto subdūisq; ceu cruru uice quatuor ramis, additis item cornuum loco duobus, bouis imaginem quandam repræsentarunt, atq; id ridiculum simulacrū uice bouis immolarunt Herculi, quæ quidem res in uulgi fabulam abijt. Idem est cū eo quod ante retulimus, μάλιον Ἡρακλῆς. i. Pomaceus Hercules, nisi quod unius uoculæ cōmutatione nōnihil immutatus est & usus prouerbij: nam illud de contempto dicitur, hoc de boni consulente.

Manum habere sub pallio. xxxi

Manum habere sub pallio dicuntur, qui linguent ocio. Quintilianus lib. 12 damnat eos qui nunquam commouentur inter agendum semperq; manum, quod aiunt, habent sub pallio. Quapropter, inquit, mihi falli multum uidentur, qui solos esse Atticos credunt tenues & lucidos & significantes, sed quadam eloquentiæ frugalitate cōtentos, ac semper manum intra pallium continentes. Hactenus Fabius. Sumptum est à gestu rhetorum. Nam qui linguent, manum occultant sub pallio, qui cōmoti sunt, proferunt: & agitatione manus brachijq; pronuntiabantur ea quæ contentionis plusculum haberent. Subindicat hoc & Aeschines in oratione cōtra Timarchum, de sobrietate priscorum rhetorum loquens, ὥςε ὁ νυνὶ πάντες ἐν ἅπασι πράττομεν, τὸ τὴν χεῖρα ἔξω ἔχοντες λέγειν, τότε τοῦτ' ἐφαίνετ' ἐν ὀλίγοις, καὶ σύλλαβόντι αὐτὸ πρᾶξαι. i. Itaq; quod nunc omnes ex more facimus, ut inter dicendum manum extra pallium habeamus, tum temporis cōfidentiæ tribuebatur, ac uerebātur id facere. Addit, Salamine spectari statuā Solonis manū intra palliū habētis.

In sinu manum habere. xxxii

In sinu manum habere, dixit Theocritus, tenaces & ad largiendum pigros. Sic enim ait in Charitibus,

Νενίκηται δ' ὑπὸ κέρδεος,
Πᾶς δ' ὑπὸ κόλπῳ χεῖρας ἔχων, πᾶσιν ἄνεκτα ἀθρεῖ
Αργυρῷ. id est, Lucriq; cupidine uictus
Inq; sinu unusquisq; manus habet, illud & unum
Spectat qua ratione sibi aucta pecunia crescat.

Porrò quod ait Scæuola lib. Pandect. 22. tit. De probationibus, in sinu meo habui, pro eo quod est, in potestate mea clàm habui: magis pertinet ad illud quod alibi nobis dictum est, in sinu gaudere. Verba Caij sunt hæc, Tùio centum do, lego, quæ mihi pertulit, quæ ideo ei non caui, quòd omnem fortunam & subsistentiam, si quam à matre susceperat, in sinu meo habui sine ulla cautione.

Præmansum in os inserere. xxxiii

M. Tullius in Oratore suo, lib. 2. prouerbij uice usurpat, Præmansum in os inserere, pro eo quod est, rem in docendo nimis enucleate, nimisq; fruſtulatim tradere. Quod facere quidam assolent, qui uelut ingenijs auditorum diffidant, ita nihil omittunt, inculcantes etiam minutissimas nugas. Sumpta est figura à nutricibus, quæ pueris adhuc edentulis cibū præmansum in os inserūt. Verba Tullij sunt hæc, Ego autē si quem nunc planè rudem institui ad dicendum uelim, his potius tradā, assiduis uno opere eandē incudem die noctuq; tundentibus, qui omnes tenuissimas particulas, atq; omnia minima mansa, ut aiunt nutrices, infantibus pueris in os inserant. A. Gellius Noct. Attic. lib. 4. cap. 1. etiam si locus hic deprauatus est. Sic enim habent codices uulgati, Nam hoc quidem peruulgatum est, diffinitionem omnem ex genere et differentia consistere. Sed si item præmandare, quod aiunt, postulas, faciā sanè id quoq; honoris tui gratia. Ego legendum arbitror, Sed si idem me tibi præmandere, quod aiunt, postulas. Præmādere dixit, pro eo quod est plus quàm crassè explicare rem alioqui non difficilem, nisi si quis planè sit puer. Hoc adagij manet etiam hodie, cum aiunt. An non sat tibi datum occasionem esse. Num postulas, ut tibi præmandatur etiam? Non dissimile est huic quod idem Cicero scripsit ad Atticum. Sed hæc hactenus, ne uidear περὶ μικρὰ σπουδάζειν, & si nunc quidem maxima mihi sunt hæc. Et Græci μικρολογεῖν aiunt, pro eo quod est, circa minutula quempiam anxium esse.

Mala proditio. xxxiiii

Κακὴ πρόδοσις. i. Mala proditio. Vbi quis pactam mercedem non accipit, cum turpem præstiterit conditionem. Natum ab historia quapiam, quam tamen non indicant interpretes. Notum est illud dictum, proditionem laudo, proditorem non laudo. Cum igitur per se res inhonesta sit proditio, tamen nonnunquā utilis est, & ei in cuius gratiam fit, & ei qui facit. Cæterū ubi nō succedit, aut ubi proditor fraudatur suo præmio, κακὴ πρόδοσις dicitur. Refertur à Diogeniano.

Mali thripes, mali ipes. xxxv

Κακὰ μὲν θρῖπες, κακὰ ὴ ἶπες. i. Mala quidem thripes, mala rursum ipes. De duplici malo dici solitum, ut non magni referat, utrum elegeris. Thrips enim Græcis uermiculus est, qui lignis innascitur, materiasq; uitiat. Ips item cornibus & uitibus infestus. Extat apud eundem Diogenianum.

Mali bibunt improbitatis fecem. xxxvi

Κακοὶ πίνουσι πονηρίας τὴν ὀμίχλην. id est, Mali bibunt iniquitatis turbidum.

Græcus uersiculus uidetur inuersione dictionū deprauatus, quod non raro nobis deprehensum est, Constabit hoc facto, Πίνουσ' ὀμίχλην δὴ πονηρίας κακοὶ, siue εἰ κακοὶ πονηρίας. Dici solitum, ubi pœna maleficis digna meritis contigisset. Translatiū apparet ab ijs, qui uino limpido epoto, tandem ad fecem usq; perueniunt. Itaq; uoluptatem ex malefactis perceptam dolor supplicij consequitur.

Lydio more. xxxvii

Λυδίῳ νόμῳ. id est, Lydia lege, siue Lydia cantione. Conuenit quoties ariolatur aliquis, & augurijs diuinationibusq; seruit. Hac enim superstitione Lydi laborasse feruntur. Allusit ad harmoniæ genus quod Lydium dicitur. Nam & magorum preces, incantamenta uocantur & carmina. Meminit Diogenianus, & item Hesychius, putans idem esse Λυδίῳ νόμῳ, ac si dicas μυσῷ νόμῳ. quòd Lydi profecti sunt à Mysis, & ipsi diuinationibus deditissimi. Addit aliam causam, quòd Lydi flammeis muliebribus soleant ornare capita, unde quadrare uidetur in effœminatos. Atqui si nobis quoq; diuinare liceret, Lydi curribus & equitatu ualuisse leguntur, itaque λυδιστὶ νόμον idem erit cum eo qui apud Suidam dicitur ἁρμάτιον νόμον, siue ἁρμάτιον μέλος, ita dictum, quòd primum inuentum sit de Hectore, qui curru trahebatur, ut narrat Homerus.

Lydi mali, post hos Aegyptij &c. xxxviii

Λυδοὶ πονηροὶ, δεύτεροι δ' Αἰγύπτιοι.
Τρίτοι δὲ πάντων κάκιστοι ἀζωλίστατοι. id est,
Lydi improbi, post hos secundi Aegyptij.
Tertijq; Carcs perditissimi omnium.

Tempest

Ayuntamiento de Madrid

Tempeſtiuiter utemur. ſi quando mali cum malis conferentur, & collatus cum ſceleratioribus, ita demũ minus illaudatus aliquis uidetur. Velut apud Athenæum Antiphanes cum ἐχθυπώλας feciſſet omnium ſceleratiſſimos, tamẽ excepit menſarios, his quoq; nocentiores. Diogenianus.

Lutum ſanguine maceratum. XXXIX

Theodorus Gadarcus Tiberij Cæſaris in arte rhetorica præceptor, perſpiciens in eo adhuc adoleſcente ſæuitiam quandam cum ingenij ſtupore coniunctam, inter obiurgandum illum, ſubinde uocare ſolet, πηλὸν αἱματι συμπεφυρμένον. id eſt, Lutum ſanguine maceratum, luto tarditatem innuens, ſanguine crudelitatem. Autor Suetonius. Non omnino diſſimile, quod ſcurra quiſpiam Athenis iecit in Syllam, συκάμινόν ἐστ' ὁ σύλλας, ἀλφίτῳ πεπασμένον. id eſt, Morum eſt Sylla, farina uariegatum. Quod enim Plutarchus dixit συκάμινον interpres uertit morum. Notauit autem formam Syllæ, in cuius facie alioqui candida, ſublucebat rubor non perpetuus, ſed ueluti maculis inſperſis.

Liberæ capræ ab aratro. XL

ἐλεύθεραι αἶγες ἀρότροιν. id eſt,

Immunes capræ ab aratris.

Hemiſtichium heroici carminis prouerbiale, dictum olim ab ijs qui ſe ab onere quopiam, aut moleſtia liberatos glorientur. Veluti ſi quis paraſitus iactet felicitatem ſuam quòd ad reipub. munia non uocetur, càm ad nullam honeſtam functionem ſit appoſitus. Zenodotus autor.

Lis litem ſerit. XLI

ἔρις δ' ἔριν ἀντιφυτεύει. id eſt,

At lis ſeritur de lite uicißim.

Hemiſtichium eſt heroicum. Reſecanda iniuria eſt, non retinenda. Alioqui quis erit reciprocandi mali finis, ſi uicißim contumelia contumeliæ reddatur? Carmen extat inter præcepta Phocylidis,

Παθὼν μὲν γὰρ ὄνειαρ ἔρις δ' ἔριν ἀντιφυτεύει.

Germanum illi, quod alio commemorauimus loco.

Δίκη δίκῃ ἕπεται, κηλὶ βλάβῃ βλάβη. id eſt,

Litem parit lis, noxa item noxam ſerit.

Lignum tortum haud unquam rectum. XLII

Ξύλον ἀγκύλον, ὀλίσποτ' ὀρθόν. id eſt,

Nunquam rectum tortile lignum.

Hemiſtichium heroici carminis & hoc. Diſtorta prauaq; ingenia, uix unquam ad bonam frugem traducũtur. Qui ſemel inuexerit in uitijs, raro fit ut ad bonam mentẽ redeat. Effertur ad hunc modum, τὸ ξύλον σκαμβὸν, ὀλίσποτ' ὀρθόν. id eſt, Lignum prauum nunquam rectum. Vſurpauit Galenus lib. De pulſuum differentia 4. οἱ μὲν ὀλίγοις ἀποκεκινόμενοι, πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς λέγοντες τὸ τῆ κωμικῆ, ὡς ὅτε σκαμβὸν ὀρθόν ἐστι ξύλον, ὅτε γεράνδρεον μετατιθὲν μοσχεύεται. id eſt, illis quidem nihil reſpondentes: cæterum apud nos ipſos dicentes illud è comœdia: quod nec tortum lignum fit rectum, nec arbor annoſa ſi transferatur, emittit ſtolones. Hîc pro ὑμᾶς, exculum erat ὔμας, pro γεράνδρεον, γερβανδρεον. Id admoniſſe referebat, ne quis hanc ſcripturam corrũperet. Poſterius hoc prouerbiũ ante recenſuimus. Horatius metaphoram unde ducta ſit, oſtẽdit,

Naturam, inquiens, expellas furca, tamen uſq; recurrit.

Indicat enim ductam eſſe ab ijs qui furca admota conantur arboris diſtortæ uitium emendare. Confirmat hoc & ſententia prouerbialis,

Φύσιν γὰρ μεταβαλεῖν ἐξαίσιον. id eſt,

Ingenia praua uertere haud procliue ſit.

Lesbijs digna. XLIII

Λεσβίων ἄξια. i. Leſbijs digna. De rebus irritis dicebatur, ob id, ut conijcio, quòd Leſbij ob uanitatem uulgò male audirẽt, Fortaſis non malè quadrarit & in ſordidos atq; impuros. Nam hæc etiã nota quondam illis inuſta eſt. Vnde λεσβιᾶν dictũ, pro eo quod eſt polluere et cõſpurcare. Ariſtophanes,

Μέλλουσαν ἤδη λεσβιᾶν τοὺς ξυμπότας. id eſt,

Spurcabit ac iam polluet conuiuium.

Lemnia manu. XLIIII

Λημνίᾳ χειρί. id eſt, Lemnia manu, dictũ eſt pro eo quod eſt, nefãria, impia, crudeli. Natum ab hiſtoria prouerbiũ, quam aliàs retulimus in Lemnio malo.

Lepus apparens, infortunatum facit iter. XLV

Φανεὶς ὁ λαγὼς δυσευχεῖς ποιεῖ τρίβους. id eſt,

Inauſpicatum iter obuius facit lepus.

Vulgò creditum etiam his temporibus, occurſum leporis omen eſſe parum felix, iter ingreßis. Torqueri poteſt ad interuentum cuiuſpiam, qui uideatur incommodum aliquod allaturus. Meminit Suidas.

Limen ſenectæ. XLVI

Γήρᾳ ὐδόν. id eſt, Senectæ limen, antiquitus appellabant, uelut extremum autumnum ætatis humanæ, cum iam appetit hyems decrepitæ ſenectæ. Sumptum eſt ex Homero, apud quem id perquam frequens eſt, ut Iliados χ.

ὅν ῥα ποτὲ πρεσβίδιος ἐπὶ γήρᾳ ὐδῷ,
Αἴσιμ' ἦν ἀργαλέῃ φθίσει. id eſt,
Quem ſors Iuppiter ipſe ſenectæ in limine diris
Conficiet fatis. Idem Iliados Ω.
Τηλίκῳ ὥσπερ ἐγὼν ὀλοῷ ἐπὶ γήρᾳ ὐδῷ. id eſt,
Fermè mea hac ætate, ſenectæ in limine triſti.

Idem in Odyſſea.

ὃν κατέλειπεν ἰὼν ἐπὶ γήρᾳ ὐδῷ. id eſt,
Quem proficiſcens ille ſenectæ in limine liquit.

Rurſum Odyſſeæ ψ.

Καὶ γήρᾳ ὐδῷ. id eſt,
Atq; ſenectæ attingere limen,

Vſurpatur & à Platone tanquam poëtici prouerbij uice. Rurſum apud Heſiodum in operis & diebus,

ὅστε γονῆα γέροντα κακῷ ἐπὶ γήρᾳ ὐδῷ Νεικέη. i.
Quiq; ſenectæ in limine feſſum ætate parentẽ Irritauit.

Lingua bellare. XLVII

Γλώσσῃ πολεμίζειν. i. Lingua bellare dicuntur, qui magnificè conuitiantur, ac minantur hoſti, ſed cum tutum eſt. Sic enim Menelaus Græcorum ignauiam incuſat Iliados H.

Ὤμοι ἀπαλητῆρες ἀχαιΐδες οὐκ ἔτ' ἀχαιοί. id eſt,
Heu Graiæ neq; iam Graij, tantumq; minaces.

Alluſit huc & Vergilius in Aeneide,

—An tibi Mauors
Ventoſa in lingua, pedibuſq; fugacibus iſtis Semper erit?

Hæc enim Turnus in Drancem lingua pollentem in cõſilijs, alioquin imbellem. Idem Rutulos maledicos facit.

O ueræ Phrygiæ, neq; enim Phryges.
Et tunicæ manicas & habent redimicula mitræ.

Sic autem loquitur Hector apud eundem Homerũ Iliados υ.

Καί κεν ἐγὼν ἐπίεσσι καὶ ἀθανάτοισι μαχοίμην,
ἔγχει δ' ἀργάλεον πάλλειν πολὺ φέρτερός εἰμι. id eſt,
Sanè ego uel diuis poßim contendere lingua,
Verum haſta durum, multo quia uiribus illi Præcellunt.

Porrò uera fortitudo neq; maledica eſt, neq; minax, id quod innuit Homer. Iliad. ε.

Τὸν δ' ὄτι πρόσφρων κορυθάιολος ἔκτωρ.
ἀλλὰ παρὲξ ἔειπε λελιημένος. id eſt,
Huic nihil omnino reſpondit belliger Hector,
Quin magis cominus inſilijt.

Et eiuſdem operis lib. 3. fingit Græcos tacitos in prælium ire.

Οἱ δ' ἐπὶ ἦσαν σιγῇ μένος πνείοντες ἀχαιοὶ
ἦν θυμῷ μεμαῶτες ἀλεξέμεν ἀλλήλοισιν. id eſt,

Ayuntamiento de Madrid

Aſt ibant taciti, uim ſpirantes Danaidæ,
Atq; animo prompti auxilium ſibi ferre uicißim.

Et Ariſtophanes in Nebulis,

Πράττων, βαλέων, καὶ τὴν γλῶτταν πολεμίζων. *id eſt,*
Poſcens, conſultans, & lingua prælia miſcens.

De his eleganter apud Liuium dictum lib. ab Vrbe cond. 7. *In caſtris feroces, in acie pauidi.* Apuleius uerbo feſtiuiter nouato, uerbigerari dixit, pro uerbis digladiari. Et Heſychius indicat, γλωσσάσπιδας dictos, qui pro armis lingua uterentur. Hoc nonne ſignari poſſent & qui aſpidis uenenum in linguis circunferunt. Heraclitus ad Hermodorum, ἓν ταῖς γλώτταις ἔχετε τὰ ὅπλα, ἀπεφθρικότες χρήματα. *id eſt, In linguis habetis arma, poſteaquam abſtulistis pecunias.* Cauſidicorum ac rhetorum eſt, γλώσσαις πολεμίζειν καὶ μάχεσθαι. *id eſt, Linguis bellare atq; pugnare.*

Larus hians. XLVIII

Λάρος κεχηνὼς. *id eſt, Larus hians.* Dicebatur, ubi quis auidius inhiaret prædæ. Eſt enim Larus auis auida, uoraxq;, quam eandem Græci κίρφον appellant. Ariſtoph. in Equitibus.

Λάρος κεχηνὼς ἐπὶ τοῖς δικαιογράφοις.

Quæ latinè quidem commode reddi non poſſunt. Cleonem enim ob rapacitatem Larum uocat, quod quemadmodum auis in ſcopulis obuerſatur, ſi quid piſcium poßit uenari, ita ille uerſaretur in reipub. negotijs adminiſtrandis, ſuum interim agens negotium. Plutarchus apud Athenæum lib. Conuiuialium 3.

Στᾶς δ' ἀμφ' ἐπ' ὀδόν ἰὼν, σχεδόθεν δέ οἱ ἦλθ' ὑποφάσιος
Χαιρεφόων, πεινῶντι λάρῳ ὄρνιθι ἐοικώς. *id eſt,*
At uerò aduenies in limine ſtabat
Chærephoon paraſitus ei uicinus, aui non
Diſſimilis uulgò dicta eſt Larus, eſurienti.

Apud eundem lib. 8. refertur hic trimeter,

ἀλλοφάγους ὥσπερ τοὺς λάρους εἶναι σύρους, *id eſt,*
Eſſe uti Liros opſoniorum auidos Syros. Larum Theodorus Gaza uertit Gauiam, cuius mentionem facit Plinius inter maritimas Halcyonem & Mergum lib. 10. cap. 32.

Laconiſmus. XLIX

Λακωνισμὸν. ueluti prouerbio breuiloquentiam uocant, ſiue quod Lacedæmonij factis magis quàm eloquētia præcelluerunt, ſiue quòd in Apophthegmatis præcipuè ualuerint. Horū autē præcipua gratia, ut pauciſſimis uerbis plurimū ſententiæ cōplectantur. Cuiuſmodi ſunt illa, ἀλλα. *i. ſi, reſponſum prolixæ orationi legati,* & ὄν, *ſolum totam occupans epiſtolam,* & ἢ τὰρ, ἢ ἐπὶ τᾶς. *i. aut hunc, aut ſuper hunc.* M. Tullius aliquādo iocatur in Laconiſmū Bruti. & λακωνικῶς λέγειν, apud Græcos pro eo quod eſt, paucis & compendio dicere. Et λακωνίζειν, affectare breuiloquētiam. Gregorius theologus in epiſtola, τὸ λακωνίζειν δ' ἐστὶ τὸ ὀρθὴν ὅπερ εἶπα, ὀλίγας συλλαβὰς γράφειν, ἀλλὰ περὶ πλείστων ὀλίγας. *i. Laconiſſare non eſt hoc quod arbitraris, paucas ſyllabas ſcribere, ſed de rebus plurimis paucas.* Proinde Homerus quoq; Menelao ceu Lacedæmonio argutam breuiloquentiam affingit,

Παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως. *id eſt,*
Pauca quidem, uerum planè argutiſſima.

Quin & frugalitas & integritas Lacedæmoniorum præcæteris Græciæ partibus tanta fuit, ut qui caſtigate caſteq; uiuerent, Laconice uiuere dicerentur. Cimon quoties aliquid in Athenienſium ſuorum moribus reprehēderet, dicere ſolet, ἀλλ' ὁ λακεδαιμόνιος γε τοιοῦτος. i. *At non tales Lacedæmonij.* Itidem & Maſſilienſium probitas abijt in prouerbium, quod alibi retulimus. Sunt autem hæc inter ſe cognata, pauca loqui, & probum eſſe uirum. Huc ſpectabat Charillus, qui roganti cur Lycurgus tam paucas leges prodidiſſet. Quoniā, inquit, pauciloquis non eſt opus multis legibus, notans obiter Athenienſes, quorum loquacitati nullæ leges ſufficiebant. Celebratur & hoc dictum inter Thaletis ſententias apud Laërtium. Pindarus hymno Iſthmiorum 3. ἀργείων βόπορ ἐρώτεται κὲν βραχίοις. i. *Argiuorum more dicetur pauciſſimis.* Interpres admonet Ionum eſſe multiloquentiam. Cæterum breuiloquentiam non tantum eſſe familiarem Laconibus, uerum etiam Argiuis, citans illud ex Vlyſſe furente Sophoclis,

Μῦθος γὰρ ἀργολικὸν σωτήμενον βραχύς. *id eſt,*
Argiua paucis multa fert oratio.

Laërtius ex autoritate Ariſtagoræ Mileſij refert, & Chiloni peculiarem fuiſſe breuiloquentiam, unde genus hoc dicendi Chilonium appellat. Huc pertinet uerſiculus ille ueluti prouerbialis apud Athenæum relatus,

Τὸς σωτεροὺς δ' ἄντις πόσσε τάχιστα λίγωρ ἐῦ. *id eſt:*
Mox perſuadebis cordato ſi bene dicas.

Late uiuens. L

Λάθε βιώσας. *id eſt, Falle uiuens.* Admonet adagium, in humili fortuna uitam eſſe feliciorem ijs qui obſcurè uiuūt, & à publicis negotijs ita ſemoti, ut cùm uita deceßiſſent, nemo illos uixiſſe ſentiret. Nam λάθε βιώσας, ad uerbum cōmode non poteſt reddi, uerum hanc habet ſententiam, quaſi dicas, nemo te ſentiat in uita fuiſſe. De hoc adagio rectè dictum ſit nec'ne, Plutarchus commentarium conſcripſit, ſi modo non fallit inſcriptio. Nam cum uerteremus, phraſis ipſa nonnihil reclamare titulo uidebatur. Alluſit ad id Horatius,

Nec uixit male, qui natus moriensq; fefellit. *id eſt, quem nemo ſenſit, nec prodeuntem in hanc uitam, nec excedentem è uita.* Alluſit huc, ni fallor, Ouidius in libris Triſtium,

Crede mihi, bene qui latuit, bene uixit, & intra
Fortunam debet quiſq; manere ſuam.

Recenſetur apud Suidam prouerbij nomine.

Labyrinthus. LI

Λαβύρινθον. *id eſt, Labyrinthum* olim uocabant orationem, aut rem quampiam uehementer impeditam & inextricabilem. Veluti ſi quis philoſophiæ ſtudium Labyrinthū uocet, quòd ſemel ingreßis nullus unquam ſit exitus. Aut uoluptatis ſtudium Labyrinthum uocet, quòd aditus ad eā procliuis, exitus difficillimus. Sumptum à Labyrintho Dædali, quod antrum fabulæ ponunt in Creta, ſinuoſum & inexplicabilibus ambagibus inextricabile, in quo ſeruabatur Minotaurus. Dictum putat Suidas παρὰ τὸ μὴ θύραν λαβεῖν. *id eſt, quòd hoſtium non habeat: indicans* & in garrulos ac nugaces cōpetere, qui ſermonis nullum inueniunt exitū, ſi ſemel garrire cœperint. Gregorius theologus in epiſtola ad Euſebium Cæſarienſem, torquet in uerſipellem, ἐπειδὴ πρὸς ἄνδρα ποιεῖται τοὺς λόγους ὅστε ἀγαπῶντα τὸ ψεῦδος καὶ τὸ ἓν ἑτέρῳ φωρᾶσαι πάντων ὀξύτατον, κἂν ὅτι μάλιστα σοφοῖς πλέκηται καὶ ποικίλοις λαβυρίνθοις. *id eſt, Quoniam cum eo uiro loquor, qui non ſolum non amet mendacium, ſed & qui in alio poßit quàm ocyßimè deprehendere, etiamſi uel maximè callidis uarijſq; labyrinthis inuoluatur.* Huic non diſimilis erat Mæander. Id erat picturæ genus ortum ab exemplo Labyrinthorum, cuiuſmodi uidemus & hodie in nonnullis pauimentis. Vtitur Prudentius in carmine, cuius initium, Cultor Dei,

O tortuoſe ſerpens
Qui mille per Mæandros,
Fraudesq; flexuoſas
Agitas quieta corda.

Hinc et Mæādro Lydiæ fluuio nomē, quòd flexuoſus erret.

Labore laborioſus. LII

Πόνῳ πόνηρος. *id eſt, Labore laborioſus.* Ipſa figura hyperbolen habet laboris immodici. Refertur à Suida prouerbij titulo. Hac forma Theophilus apud Athenæū lib. 13. dixit de inſigniter

Ayuntamiento de Madrid

ſigniter formoſa & procera, κάλα καλῶς, μεγίθει μεγάλης, τέχνῃ σοφῆς. Quaſi dicas, forma formoſam, magnitudine magnam, arte artificem, ſiue ſapientia ſapientem. Similis tropus eſt apud Hebræos, quoties uel exaggerãt uel aſſeuerant, Miſerans miſerabor. Laboraui laborans. Extat autem apud Ariſtophanem in Lyſiſtrata. Subeſt autem & iocus ob amphibologiam uocis. πονηρὸς enim Græcis ut laborioſum ac miſerum, ita ſignificat & malum aſtutumq;.

Laciadæ. LIII

Ὁ λαχιάδης. i. Laciadæ, uulgatum conuitium in mœchos. Populus quiſpiam eſt Atticæ Laciadarũ, tribus Oeneidis, apud quos ingens raphanorum copia. His autem utebantur in deprehenſos in adulterio ludibrij cauſa. Refertur apud Suidã.

Laborem ſerere. LIIII

Πόνον σπείρειν. id eſt, Laborem ſerere, uulgò dicebantur, qui fruſtra laborarent, quaſi nihil fructus è labore reportaturi, præter laborem ipſum. Autor Diogenianus.

Labrax Mileſius. LV

Λάβραξ μιλήσιος. id eſt, Labrax Mileſius. In ſtolidũ & auidum dicebatur. Labrax enim piſcis genus lato oris rictu, unde eſcam totam unà cum ære faucibus corripit, atq; ob id facilè capitur. Vnde apud Plautum lenoni Labracis nomen. Ariſtoteles hunc annumerat inter eos qui præda laniatuq; uiuunt. Lingua eſt oſſea, & affixa, cor triangulum. Ariſtophanes apud Athenæum lib. 7. labracem piſcium ſapientiſſimum appellat,

Λάβραξ ὁ πάντων ἰχθύων σοφώτατος.

Apud Miletum autem Aſiæ ciuitatem prægrandes, & item plurimi Labraces eſſe dicuntur propter ſtagnum influens in mare. Gaudet enim hic piſcis aqua dulci. Ariſtophanes in Equitibus,

Ἀλλ' ὁ λάβρακας καταφαγὼν μιλησίους
Κολοκύσεις. id eſt,
Haud cum lupos uoraucris Mileſios,
Facies tumultum. Nam quidam hunc piſcem eſſe putant, qui latinè Lupus dicitur.

Lauares Peliam. LVI

Λόσης τὸν πέλιαν. id eſt, Laues Peliam. Dictum apparet, ubi quis ſalutẽ pollicitus, adfert exitium. Aut ubi quis prodeſſe conatus, ingens addit malum. Ductum à notiſſima Peliæ fabula, quem dum filiæ à Medea perſuaſæ ſtudent ad iuuentam reuocare, lebeti feruenti impoſitum occiderunt. Fortaſſis non intempeſtiuiter dicetur, ubi quis falſa ſpe ductus inanem ſumit operam. Veluti ſi quis arte, quam uocant Alcimicam, fretus, ſibi promittat futurum ut è ſtanno fiat argentum, ex ære aurum. Refertur in adagiorum Collectaneis, quæ Plutarchi ferũtur nomine.

Iterum atque iterum ad Pythum uia. LVII

Αὖθις αὖ πυθῶδε ὁδός. id eſt,
Iterum atque iterum Pythum uerſus uia.

Dictum de ijs, qui moleſti ſunt eadem de re iterum atq; iterum percunctando. Quemadmodum ſolent ignari uiæ, quẽcunq; obuium habuerint, de uia rogare. Porrò Pythus ciuitas Apollini ſacra, quæ uiſebatur à plerisq;. Apparet è comœdia ſumptum. Eſt enim hemiſtichium iambicum: uerum ex qua, non indicat Diogenianus, & mihi non ſuccurrit. Finitimum illi, ὁ Διὸς κόρινθος. id eſt, Iouis Corinthus.

Cum Delphis ſacrificauerit, ipſe carnes abſumit. LVIII

Plutarchus ſeptimo lib. τῶν συμποσιακῶν, hunc ſenarium ueluti prouerbialem citat,

Δελφοῖσι θύσας αὐτὸς ὀψωνᾶ κρέας. id eſt,
Carne ipſe Delphis immolata ueſcitur.

Oſtendit dici ſolitum de ijs, qui uocatis conuiuis ipſi cibos appoſitos deuorant, ut illis ſpectare tantum liceat, non ueſci. In Delphicis enim ſacris, is qui immolarat uictimam, ea ueſcebatur. Contra fiebat his ſacris, quæ Hecatæ inferebantur, ex quibus nihil redibat ad eum, qui offerebat, præter fumũ & tumultum. Quanquam & in diuerſum ſenſum accipi poteſt, ut intelligamus, Delphicum ſacerdotem nihil impertiri de uictima, ei qui uictimam dedit: ita fit aliquoties, ut edax conuiua, ſeu pluribus adductis edacibus umbris, uelut harpyijs, cœnam omnem deuoret, eſuriente qui uocauit. Adagium torqueri poteſt etiam ad illos, qui beneficio, quod alij dediſſe uidentur, ipſi fruuntur. Vt epiſcopi nonnulli nepotibus ſuis ſacerdotia magnifica donant nonnunquam, ſed ad pueros ſolus titulus redit, ad epiſcopos prouentus.

Ἰσθμιάζειν. LIX

Ἰσθμιάζειν olim dicebantur qui parum commode, parumq; ſalubriter uiuerent, propterea quòd Iſthmiorum ludorũ tempus morbis eſſet obnoxium, ob ingentem hominum conuentum. Meminit Suidas & Heſychius. Fortaſſe non abſurde dicetur in hos, qui fruſtra conantur, propter Iſthmi perfoſſionem à multis infeliciter tentatam. Quæ de re dictum eſt nobis alibi copioſius.

Ipſi curandum. LX

Αὐτῷ δὲ μελητέον, ἀλλ' ὅτῳ τὸν οἶκον. id eſt, Ipſi curandum eſt, ſed in domum. Zenodotus ait huius adagij mentionem fieri apud Ariſtophanẽ in Agricolis, præterea apud Platonem grammaticum. Natum autem ab ædibus quibuſdam maximis, quæ locabantur conducere uolentibus. Vnde conuenire uidetur, ſiquidem coniecturas ſequi fas eſt (ubi nihil adferũt quod ſequaris Græci ſcriptores) in eos, qui rebus alienis liberius utuntur, ut ſolent qui in conducto habitant.

Hyperberetæa. LXI

Ὑπερβερεταῖα. i. Hyperberetæa, dicebantur olim admodum ſerotina, quæq; uix tandem aduenirent. Apud Macedones extremus anni menſis, ὑπερβερεταῖος appellabatur. Vnde quæ in longum proferebantur, Hyperberetæa dicebantur, perinde quaſi apud Latinos dicas decembria. Et ὑπερβερεταῖοι, comperendinatores. Suidas exiſtimat eum eſſe menſem apud Macedones, quem nos Octobrem uocamus, quòd tum ſera ſit æſtas, & quæ tum proueniunt, poſt legitimum tempus proueñire uideantur.

Vlyſsis remigium. LXII

Homines nequã & uoluptatibus addictos Horatius in Epiſtolis Vlyſsis remigium appellauit, prouerbiali nimirũ figura,

Remigium uitioſum Ithacenſis Vlyſsi.

Vt qui nec à Circes poculis temperarint, nec à Lotophagis auelli potuerint, nec à Solis bubus abſtinuerint. Vnde Homerus Odyſſeæ primo,

Αὐτῶν γὰρ σφετέρῃσιν ἀτασθαλίῃσιν ὄλοντο Νήπιοι. id eſt,
Ipſorum ſiquidem uecordia perdidit illos Amentes.

Non diſſimili figura dixit, ſponſos Penelopes, & Alcinoos, uoluptarios & uirtutis negligentes. Item alio loco Phæacem appellat, nitidum & bene curatæ cute,

Vt poſſim pinguis Phæaxq; reuerti.

De Phæacibus Homerus Odyſſeæ libro 8.

Αἰεὶ δ' ἡμῖν δαὶς τε φίλη κίθαρίς τε χοροί τε
Εἵματά τ' ἐξημοιβὰ, λοετρά τε θερμὰ καὶ εὐναί. id eſt,
Nos uerò ſemper capiunt, citharæq;, choriq;,
Et uariæ ueſtes, & balnea calda, thoriq;.

Idem de procis Penelopes, Odyſſeæ lib. primo:

Τοῖσιν μὲν ταῦτα μέλει, κίθαρίς καὶ ἀοιδή.
Ῥεῖα, ἐπεὶ ἀλλότριον βίοτον νήποινον ἔδουσιν. id eſt,
Iſtos ſollicitant hæc, concentus, citharæq;.
Et facilè, ut qui aliena ſient impune uorantes.

Zaleuci lex. LXIII

Ζαλεύκου νόμος. id eſt, Zaleuci lex, De edicto mandatoq; plus

Ayuntamiento de Madrid

ſatis rigido parumq; humano dicebatur. Zaleucus quidam Locrenſibus iis, qui uocantur Epizephyrij, leges tulit acerbiores, quales feruntur & Draconis fuiſſe leges apud Athenienſes, uerè Draconis, ut ille dixit, non hominis. Non diſſimile illis, Manliana imperia, & Phalaridis imperium. Meminit hiſtoriæ Valerius Max. lib. 6. cap. 5. Etenim quum filius Zaleuci ſecundum ius ab eo conſtitutū ob crimen adulterij utroq; oculo carere deberet, ac tota ciuitas in honorem pœnā aduleſcenti remitteret, repugnauit aliquandiu, poſtremo populi uictus precibus, ſuo prius, deinde filij oculo eruto, ſalua lege, ſupplicij modum temperauit.

Zopyri talenta. LXIIII

Ζωπύρου τάλαντα. id eſt, Zopyri talenta, De præclaris factis magnoq; æſtimādis. Hic Zopyrus Darij regis amicus erat, qui ſibi nares & aures conſcidit, & omne corpus flagris cruentauit, ut his argumentis Babylonijs fidem faceret, ſe Dario male uelle, à quo tam immaniter eſſet acceptus. Itaq; Babyloniorū ciuitatē ingreſſus, eam Dario prodidit. Vnde Darium dixiſſe ferunt, ſe unum Zopyrum integrum malle, quàm centū Babylonas capere, Et oblato malogranato, tantum optauit ſibi Zopyrorum, quantum ibi granorum eſſet, ut narrat Herodotus lib. tertio. Meminit Plutarchus in apophthegmatis. Adagium recenſet Zenodotus.

Vna ſcutica omneis impellit. LXV

Μία μάστιξ πάντας ἐλαύνει. id eſt,

Vna ſcutica incitat omneis.

Hemiſtichium Heroicum de negotio dictū, quod facilè fieret, uidelicet à promptis omnibus, ut ſuapte ſponte currentibus. Fortaſſis apte dicetur & in hos, quos eadem cauſa impellit, puta eadem ſpes lucri, ſtudium commune, idem amor aut odium. Sumptum ab aurigis. Autor Suidas. Vſurpat Plutarchus in uita Lycurgi ſcribens urbem Lacedæmoniorum ἀπὸ σκυτάλης μιᾶς καὶ βίβλου καὶ ἄρχοντος τῆ ἑλλάδος ἐυθὺς καὶ βουλομένης. id eſt, Scytala ac ſago imperantem Græciæ ſponte ac uolentiq;.

Tanquam Chalcidica nobis peperit uxor. LXVI

Ὥσπερ χαλκιδικὴν τέτοκεν ἡμῖν γυνή id eſt, Tanquam Chalcidice peperit nobis uxor. De ea dicebatur, quæ liberos quā plurimos peperiſſet. Tradunt heroinā quampiam fuiſſe nomine Comben, cui cognomen fuerit Chalcidi, quod prima arma ærea confecerit. Ea uiro cōiuncta centum liberos enixa dicitur. Sicuti proditum eſt in Euboicis annalibus, & atteſtatur Ariſtus Salaminius. Quidam ad Chalcidē Eubœæ ciuitatem referunt, quòd è Chalcidenſium officinis ingens armorum æreorum & quadrigarum uis prodiret. Stephanus enim ab officinis ærarijs urbi nomen additum putat. Vſurpare licebit, ubi ſignificabimus, multum litium, bellorum, aut curarum alicunde natum.

His Medus non inſidiabitur. LXVII

Τάδε μῆδος ὁ φυλάξει. id eſt, Hæc Medus non obſeruabit. Cum Xerxes exercitum in Græciam traducere pararet, ut autor eſt apud Zenodotum Dicæarchus, Græci deſperatis rebus facultates ſuas abſumpſerunt, ne multum reliquum fieret, quod hoſtis tolleret, ita dicentes, Hæc Medus nō obſeruabit. Eaq; uox in adagium abiit, ubi quis largius impenderet ſua, ne uenirent in aliorum manus. Veluti ſi quis pecunias ſuas erogaret amicis, ut eas liberis turpiter abſumpturis ſubducat, rectè dixerit, ταῦτα μῆδος ὁ φυλάξει. Aut ſi ciuis opulentus pecunias extruendis ædificijs abſumat, ne his inſidietur auarus princeps, & omnium fortunis imminens.

In Orci culum incidas. LXVIII

Εἰς ὄρκου πρωκτὸν πεσεῖσθαι. id eſt, In Orci culum incidas. Sermo perniciem & extremum exitium imprecantis. Recenſetur à Diogeniano, cognatum illis, Βάλλ' ἐς κόρακας. Βάλλ' ἐς μακαρίαν.

Inuitus Iupiter nouit. LXIX

Ἄκων μὲν ὁ Ζεὺς οἶδεν. id eſt, Inuitus quidem Iupiter nouit. Vbi quis pollicetur quippiam, ſed inuitus. In quibuſdam codicibus lego, ἄκων μὲν ὡς Ζεὺς οἶδεν. id eſt, Inuitus tanquam Iuppiter cognouit. Mihi uidetur & rectè quæraturum, ubi ſerius pœnas dant nocentes, ut affine ſit ei quod alibi referimus, Ζεὺς κατοῖδε χρόνῳ & ὰς τὰς δικὰς ἐχει. Etenim qui ſero dat, aut punit, grauatim id facere uidetur.

Excubias agere, aut ditari. LXX

Φυλακὴν, ἢ πλουτεῖν. id eſt, Excubias oportet agere, aut diuitem eſſe. De ijs dicebatur, qui ampliter facerent ſumptus de alieno. Nā ut diuites, quibus amplares domi eſt, large profundunt, ita milites non parcunt opibus alienis, ſed prodigunt gnauiter, & ſcelere parta perdunt ſceleratius. Athenienſes excubijs agendis inſulares magno ſtipendio conducere ſolebant. Non diſſimile illi,

Ἱππὸν μὲ φέρει, βασιλεὺς μὲ τρέφει. id eſt,

Equus me portat, alit rex.

Intra ſeptimam. LXXI

Ἐντὸς ἑβδόμης. id eſt, Intra ſeptimam. Subaudi lunam. Edictū erat Athenis, ne ante ſeptimum diem menſis, exercitum educerent. Rectè fortaſſis utemur hoc adagio, quoties admonebimus, mature, ſuoq; tempore negotium aggrediundum. Meminit Zenodotus, Suidas & Heſychius, nec præterea quicquam adſcribunt. Vide num alluſum ſit ad id quod alio retulimus loco, ἕβδομος βοῦς, id eſt, ſeptimus bos, &

Τὸν ἕβδομον βοῦν ἡ σοφὴ παροιμία. id eſt,

Et ſeptimum uenuſtus adagio bouem. Quod pueris ſextum menſem egreſſis farinaceus bos fingi conſueuerit, qui lunæ primum apparentis cornua repræſentaret.

In cotyla geſtaris. LXXII

Ἐν κοτύλῃ φέρει. id eſt, In Cotyla portaris. Suſpicor dictum de ijs, qui arbitrio alieno, quò libitū eſſet, huc atq; illuc ducerentur. Aut ubi quis indulgentius foueretur. Tractum eſt adagium à genere luſus puerilis, qui dictus eſt, ἐν κοτύλῃ. Huius meminit Iulius Pollux lib. nono, De rerū uocabulis. Erat autem huiuſmodi, Vnus quiſpiam reductas in tergum manus coniungebat, ſtringebatq;. Rurſum alter impoſitis in eas genibus tollebatur, ſuis interim manibus oculos geſtantis obtegens. Et ad hunc geſtatus modum, ἐν κοτύλῃ portari dicebatur, quod manuum complexu geſtaretur. Nā κοτύλη Græcis cum alia permulta, tum manus etiam cauam partem ſignificat. Hunc luſum Iulius Pollux ait alijs item uocabulis appellari, uelut ἱππάδιαν & κυβιστίνδαν.

In apes irruiſti. LXXIII

Εἰς μελίττας ἐκώμασας. i. In apes inſiliſti. Vbi quis præter opinionem in ingens agmen uelut examen malorum immergitur, quemadmodum euenire ſolet iis, qui imprudentes in apum nidum incidunt. Circonuolantibus & impetentibus undique illis, & fugientem etiam inſequentibus, haud facilè diſcedit ſine uulnere quiſquis inciderit. Solent autem iuuenes comeſſabundi in cōuiuium æqualiū irruere, quemadmodum Alcibiades apud Platonem irruit in conuiuium Agathonis. Et Syrus in Adelphis de Demea qui ſe proripit in conuiuium filij. Abijt, comeſſatorem haud ſanè commodum præſertim Cteſiphoni.

Orci galea. LXXIIII

Αἰδωνέως κυνῆ. i. Orci galea, dicitur ſolitū in eos, qui ſemota arte quapiā occultarēt. Paræmiam ad huiuſmodi fabulam referunt. Acriſio de maſculis liberis tollendis oraculum cōſulenti reſpōſum eſt, è Danaē filia ipſius naſciturū filiū, à quo occidendus eſſet: itaq; territus æreū thalamū ſubterraneum parauit, in quo filiā incluſam adſeruabat, ne cū uiro quopiā

rem

Ayuntamiento de Madrid

rem habere posset. Iuppiter autē amore uirginis correptus, in aurum transformauit sese, atq; ita per impluuium in Danaēs gremiū illapsus, eā grauidam fecit. Natus est Perseus. Quod simul atq; resciisset pater, ipsam matrem una cum infante, scrinio inclusam, in mare præcipitem dedit. Porrò scrinio fortè fortuna ad Seriphum insulam delato, Dictys sublatum ad se Perseum aluit. Polydectes autē Dictys frater, qui Seriphijs imperitabat, Danaēn amare cœpit. Verum Perseo iam adulto non potuit ea potiri. Proinde conuocatis amicis, & inter hos Perseo, ait se uelle certamē edicere super Hippodamiæ Oenomai filiæ nuptijs. Perseus autem existimans si cum Gorgonis capite pugnaret, neminem posse obsistere, præter alia postulauit equos, ductuq; Mercurij ac Palladis, peruenit ad Phorci filias, Memphedē, Ennyò & Dinò. Has aiunt statim natas anus fuisse, tum unicum duntaxat oculum fuisse tribus, unicū item dentē, his uicissim inter se treis utebantur. Hæc cū Perseus abstulisset, repoſcētibus illis, ait redditurum sese, si uiam commonstrassent, quæ ad nymphas duceret. Erant his nymphis alata talaria, & cibisis quæpiam, quam arculam seu peram putāt fuisse. Habebant & Plutonis galeā, quam qui gestaret, is quoscunq; uoluisset uidebat, ipse nemini conspicuus. His igitur instructus Perseus, uolucer iam ob talaria, sicuti diximus, ad Gorgonas deuolauit. Erant autem Gorgones tres sorores, Euryale, Sthenò, Medusa. Erant his capita, draconum squamis obsita, præterea dentes maximi, suū instar, ad hæc manus & alæ, quibus per aēra ferebantur. Aderat insuper ea uis, ut obtuentes sese, in saxa uerterent. Porrò sola Medusa è tribus mortalis erat. Hanc igitur impetit Perseus. Et oculis defixis in clypeum æreum, per quem tamen ipsam Gorgonis imaginem aspiciebat, manum porrigens, quam Pallas in Medusam dirigebat, caput Medusæ desecuit. Aduolantes reliquæ duæ sorores, Perseum quidem insequebantur, uerum cum illum ob galeā Plutonis uidere non quirent, retro abiere. Itaque Perseus reuersus in Seriphum, Polydecten aggressus est, amicorū auxilium implorantem. Quibus ad regiā concurrētibus. Perseus Gorgonis ostenso capite, quotquot obtuerentur, in saxa uertit. Sublato igitur Polydecta, & Dicty in fratris locū instituto, Gorgonis caput Palladi dedit, galeā Mercurio, eumq; hac peram ac talaria ille rursum nymphis restituit. Reliquū fabulæ, quam longius proſequitur Zenodotus, quandoquidē ad enarrationem adagij nihil attinet, omitto. Vtitur hoc Plato lib. de Repub. 10. dicens, semper honesta propter se sequi oportere, etiam si quis Gygis anulum, uel Plutonis habet galeam. Quibus ex uerbis colligitur, eandem esse huius prouerbij sententiam, & illius, γύγου δακτύλιος. id est, Gygis anulus. Vtrunq; enim à simili fabula natū est. Proinde rectè accommodabitur & ad eos, qui rara quadā felicitate quicquid uolunt efficiunt. Cuius generis est etiam illud, Virgula diuina. Vsus est & Origenes libro 1. aduersus Celsum hæreticum, declarans magis conuenisse ut Christus in Aegyptum fugiens subduceret sese. Herodis insaniæ, quàm si sub Plutonis casside latitans eundem fefellisset. Adagium manasse uidetur ex Homero, apud quem Iliados quinto, Pallas sese Orci galea tegit, ne uideretur à Marte,

Τὸν μὲν ἄρης ἐνάριξε μιαιφόνος, ἀντὰρ Ἀθήνη
Δῦν᾽ Ἄϊδος κυνέην, μή μιν ἴδοι ὀβριμος Ἄρης. id est,

Ille quidem cecidit iugulatus Marte cruento.
At se Orci texit galea Tritonia Pallas,
Ne Mars hanc uirtute insignis cernere posset.

Admonet interpres, prouerbio dici, ὑποδύνειν Ἄϊδος κυνέην. id est, Induere Orci galeam, de homine qui occultis insidijs nocere molitur. Aristophanes ἐν Ἀχαρνεῦσιν.

Λάβε δ᾽ ἐμοῦ γ᾽ ἕνεκα πάρ᾽ ἡμῶν μύρα,
Σκῶλος ἀσυπνυγόργιχα τὴν Ἄϊδος κυνῆν,
Εἶτ᾽ ἀξάσεις μυχανὰς τὰς σισύφου. id est,

Meaq; causa sumito ab Hieronymo,
Orci galeam hispidam nigrantibus pilis,
Dein explicato dolos & artes Sisyphi.

Initium belli. LXXV

Ἀρχὴ πολέμου. id est, Origo belli, ubi quis prior lacessit iniuria seu conuitio. Sumptum uidetur ab historiographis, quibus mos est, primum causas exponere, quibus bellum cœptum fuerit. Huc alluſit Lucianus cùm ait in Pseudomante, καὶ καθάπερ τὸν Θουκυδίδην, ἄρχεται ὁ πόλεμος ἐνθένδε ἄνωθεν. id est, Et quemadmodum ait Thucydides, hinc iam bellum oritur. Vnde ἀπόλεμος lædere dicitur, qui nulla lacessitus iniuria simultatem exercet.

In fermento iacere. LXXVI

Ἐν τῇ ζύμῃ κεῖσθαι. id est, In fermento iacere, dicebantur, qui animo essent ægro, quiq; iracundia turgerent. Plautus in Mercatore, Vxor tua in fermento iacet, pro eo quod est, intumescit ira. Idem in Casina, Nunc in fermento tota est. Ita turget mihi. Nota translatio. Fermentum enim & acorem habet & tumorem. Vnde & in diuinis literis, fermentum malitiæ rancoriſq; significationem habet.

In eo ipso stas lapide, in quo præco prædicat. LXXVII

Chrysalus seruus in Bacchidibus Plauti, senem irridens, quem argento defraudabat, O stulte, inquit, nescis nunc uenire te. Atqui in eo adstas lapide, ubi præco prædicat. Quadrabit ubi quis præsens, uidens, audiensq;, tamen deluditur. Nam uendi etiam hodie uulgò dicuntur, quibus fit impostura. Quod autem meminit lapidis, id traductū est à lapide quodam æditiore, quem Romæ fuisse complurium autorum testimonio constat, unde præcones in auctionibus res uenales nuntiabant. Vnde M. Tullius uilissimos homunculos de lapide emptos appellabat. De Colono dictum est alibi.

Inus dolores. LXXVIII

Ἰνὸς ἄχη. id est, Inus dolores. Inò Cadmi filia, ex Athamante duos peperit filios, Learchum & Melicertam, præterea filiam Eurycleam. Athamas autem uersus in insaniam, reliquos liberos arcu percussit, occiditq;. Inò una cum Melicerta sese in mare abiecit: Et hanc quidem Megaras undis appulsam Megarenses multo cum honore exceperunt, iusta persoluentes Leucothoë nomine commutato: illum uerò Corinthum delatum, Corinthij sepelierunt, & in eius honorem Isthmios ludos instituerunt: nomine item commutato uocantes Palæmonem. Hinc ortum adagium, ut intolerandum, & exanimantem, ut ita dixerim, dolorem significantes dicerēt, ἰνὸς ἄχη. Nam Achos proprie dolor dicitur apud Græcos, qui prorsus obstupefacit, suiq; sensum adimit homini. Melicrates Tyrius apud eundem Zenodotum, unde hæc retuli, fabulam, quæ paræmiæ dedit occasionē, narrat ad hunc modum. Athamanti prius fuerat uxor Nephele, ex qua duos sustulit liberos, Hellen & Phrixum. Hac defuncta secūdam duxit uxorem Inò. Ea ueluti nouerca tendens insidias Nepheles liberis, persuasit indigenis mulieribus, ut semina in terram iacienda prius frigerent, id est, adurerent in sartagine. Cæterum ubi res male euenisset, neq; quicquam is annus produxisset, Athamas in hac rerū angustia Delphos misit, qui consulerent oraculum. Verum Inò legatos muneribus corrupit, ut domum reuersi dicerent, respondisse deum, ita demum penuriam annonæ depellendam, si Hellen & Phrixum occidissent. Itaque persuasus Athamas, Phrixum & Hellen ad aram admouit immolaturus, Verum dij miserti, aurei uelleris ariete uectos illos per aēra sustulerunt. Et Helle quidem cum sese in arietis tergo non satis teneret, delapsa est in mare, quod ab ipsa Hellespontium appellatur. Phrixus autem in Colchicam regionē incolumis delatus est.

Ayuntamiento de Madrid

Athamas ira deorum in rabiem uersus, suos liberos aggressus est quemadmodum modo demonstrauimus.

In omni fabula & Dædali execratio. LXXIX

Ἐν παντὶ μύθῳ καὶ Δαιδάλου μῦσος. id est, *In omni fabula & Dædali execratio.* Quadrat in autores atrocium facinorũ, aut ingentium calamitatum, ut frequenter illorum incidat mentio, sed non sine detestatione. Tradunt ab hac ortum fabula. Pasiphaë regina Cretæ tauri amore capta, Dædalum exorauit, ut sibi uaccam ligneam et proximam ueræ uaccæ simulationem effingeret. In hac inclusa mulier, è tauro concepit, ac Minotaurum monstrum abominandum peperit. Minos autem certis de causis iratus, Athenienſibus indixit, ut quotannis septem uirgines, & totidem adolescentulos mitterent Minotauro obijciẽdos. Horum omnium quoniam Dædalus causam dedisse uideretur, in eum uulgò diræ imprecabantur unde res in prouerbium abijt.

In parte uel ignem prædetur aliquis. LXXX

Ἐν ᾧῳ μέρει τις καὶ τὸ πῦρ σκυλσάτω. id est,

Prædetur aliquis per uices ignem quoq;. Suidas admonet dictum de ijs, qui parũ æqua referunt in commune. Cũ enim res cõmunis commissa fuerit manibus unius aut paucorum, maxima pars penes eos hæret, qui diuidunt. Quid enim non prædetur, qui prædatur ignem, qui sic est natura communis, ut ipse nihilominus posßideas, posteaquã & alijs fueris impartitus? Amicitia facit omnia communia, uerum ubi uentum est ad partitionem, quisq; studet quod potest rapere. Haud scio an scribæ uitio pro σκαλσάτω depraua tum σκυλσάτω, ut pertineat ad ænigma Pythagoræ,

In nihil sapiendo iucundissima uita. LXXXI

Sophocles in Aiace mastigophoro, sub persona Aiacis, qui iam ab insanis resipuerat,

Ἐν ᾧῳ φρονεῖν γ' μηδὲν, ἥδιστος βίος.
Τὸ μὴ φρονεῖν γ', κάρτ' ἀνώδυνον κακόν. id est,
Suauissima hic est uita, si sapias nihil.
Nam sapere nil, doloris expers est malum.

Hanc sententiam docti citant prouerbij loco. Consentaneum est autem, uulgò iactatum fuisse uel eius argumento fabulæ, quam Horatius narrat de quodam Argiuo, qui felicius existimaret insanire, quàm sapere & ringi.

Pol me occidistis amici,
Non seruastis, ait, cui sic extorta uoluptas,
Et demptus per uim mentis gratissimus error.

Huic concinit illud Ecclesiastæ dictum, *In multa sapientia, multa indignatio.* Et qui addit scientiam, addijcit & laborẽ. Heraclides Ponticus apud Athenæũ autor est, Thrasylaum Axonensem Pythodori filium, hoc insaniæ genere correptũ fuisse, ut existimaret naues omneis quæ in Pireum appellerent suas esse. Eas appellẽtes summa cum uoluptate recipiebat. Soluentes dimittebat, ac prosequebatur, in summa felix erat, perinde quasi tantarum rerũ dominus. Si quid perisset, non requirebat: si quid esset incolume, uehementer gaudebat, aliis iactitans suam fortunã, donec Crito frater è Sicilia reuersus correptum hominem traderet medico. Cæterum is ad se reuersus, negauit unquam suauius uixisse sese, quàm cum eo mentis errore teneretur. Siquidem cum tantum adesset uoluptatum, nihil unquam sensisse molestiæ.

Ignem palma. LXXXII

Πῦρ παλάμῃ. i. *Ignem palma*, dici solitum. si quando protinus aliquid intellectum esset, à quopiam: ut si secommate dicto, statim sentiat aliquis in se dictum. Sumptum uidetur ab ijs, qui per lusum ignem admouent manibus alienis, qui subito sensu excitati resilire solent, risumq; mouere spectantibus.

Sub cultro liquit. LXXXIII

Sub cultro linqui dicitur, qui in præsentaneo periculo deseritur. Sumpta metaphora à uictima, quæ iamiam feriendi sub cultro esse dicitur. Confine illis, Inter sacrum & saxum, Inter nalleum & incudem. Horatius in Sermonibus,

-Fugit improbus, ac me Sub cultro liquit.

Non admodum abludit hinc Aristophanicum illud,

Ἐν ἀχαρνεῦσιν,
Ὑπὲρ ἐπιξήνου θέλουσι τὴν κεφαλὴν ἔχων λέγειν. id est,
Sum paratus uerba facere, caput epixeno admouens.

Est autem ἐπίξηνον, truncus, in quo coqui secant carnes. Est in eadem fabula multus deinde locus in ἐπιξήνου. Conuenit in eos, qui periculo capitis parati sunt affirmare quippiam.

Fores habet tritas, ut pastorum casæ. LXXXIIII

Τὴν θύραν ἔχει τετριμμένην ὥσπερ αἱ τοίμναι. id est, *Ostium habet tritum, ut sunt casæ pastorum.* Ironia prouerbialis in homines inhospitales, aditu difficiles, sibi uiuentes, semper occlusis foribus, quòd pastores procul ab hominum commercio semotos uix unquam quisquam interuisat. Meminit Diogenianus.

Apio opus est. LXXXV

Τὸ σελίνου δεῖται. id est, *Apio est opus.* Ita loquebantur, quoties morbum capitalem inuehebant, & uitæ periculum imminere. Nam olim monumenta defunctorum apio coronabantur. Plutarchus in Sympoſiacis, καὶ τοὺς ὑποφαλῶς νοσοῦντας δεῖσθαι τοῦ σελίνου φαμέν. id est, *Et qui periculosè ægrotant, ijs dicimus apio opus esse.* Idem prouerbij meminit & causam addit in uita Timoleontis, Subest autem adagio locus, alludẽs ad coronas uictorum, quæ ex apio fiebant, præsertim in ludis Isthmijs, teste Diphilo apud Athenæum lib. 6.

Περὶ τῶν σελίνων μαχόμεθ' ὥσπερ ἰσθμίοις. id est,
Super apio certamus ut solet Isthmijs.

Ialemo frigidior. LXXXVI

Ἰαλέμου ψυχρότερος. i. *Ialemo frigidior.* De cantione, oratione, argumẽto, ioco, aut eiusmodi re quapiã supra modũ frigida, rectè dicetur. Quidã aiunt Ialemon lugẽtis uocẽ fuisse. Nam ἰαλεμίζειν Græci dicunt pro complorare. Euripides in Troadibus Ialemon accipit pro eiulatione & luctu, οἷος ἰάλεμός, οἵατε πένθη, Δακρύων ἐκ δακρύων πελάζεται Ημετέροισι δόμοισι. id est, *Qui eiulatus, quiq; luctus, lacrymæq; super lacrymas distillantur in nostris ædibus.* Et Aristophanes apud Athenæum, grammaticus opinor, in dictionibus Atticis, ἐν γάμοις, inquit ὑμέναιος, ἐν δὲ πένθει ἰάλεμος. id est, *In nuptijs Hymenæus, in luctu Ialemus.* Alij tradunt Ialemum Calliopes fuisse filium, infelicem, nullius q; pretij hominem præsertim in cantu supra modum frigidũ, unde ἰαλέμου ᾠδὴν. id est, *Ialemi cantilenam*, pro frigida dicunt ac miserabili. Martialis item iocans in oratorem quendam frigidum ait, illum unum idoneum esse, qui Thermas refrigeret Neronianas. Hesychius indicat & hoc pacto efferri prouerbium ἰαλέμου οἰκτρότερος. id est, *Ialemo miserabilior.* Idem indicat ἰάλεμον dici quod nullius sit pretij, quem admodum Latini næniam appellant, cum ea uox proprie sonet lugubres cantiones.

Humi hauris. LXXXVII

Χαμαὶ ἀντλεῖς. id est, *Humi hauris.* De inaniter laborante dicebatur. Nihil est enim quod è solo haurias, hoc est, ab imo putei fundo, si is siccus sit. Apparet dici posse quoties exhausta copia, non multum supereſt quod hauriat. Zenodotus meminit.

Humi serpere. LXXXVIII

Humi serpit oratio, quæ pressior humiliorq; est quàm oportet, semper quasi iacens, nunquam assurgens. Horatius,

-Nec sermones ego mallem

Repent

Ayuntamiento de Madrid

Repentes per humanum, quàm res componere gestas.

Idem in Arte poëtica,

Serpit humi tutus nimium, timidusq; procellæ.

Quod quidem aut à nauigantibus translatum est, aut ab ijs qui procumbentes in terram ita reptant, ne erectos turbo uentorum auferat. Gregorius Nazianzenus in oratione contra Eunomianos deflexit ad homines, ostendens non esse cuiuslibet de rebus diuinis disserere, ὃ παντὸς ἔχ οὕτω τὸ πρᾶγμα εὔωνον, καὶ τ χαμαὶ ἑρχομένων. id est, Non est cuiusuis nec adeò uilis res, atq; humi gradientium; Quanquàm nihil uetat, & hic res aut actiones intelligi uulgares humilesq;. Simillimum est huic, aût fortassis idem quod habet Pindarus in Olympijs, ὅτι χαμαιπετῶν λόγων ἐφάψῃ. i. Haud quaquam sermones humi reptantes attingas. Item in Pythijs, χαμαιπετὲς δ' ἄρ ἐπ' ἀκρ ἀπέβαλ'. i. Humile uerò uerbum non effutiuit. Sumptisse metaphoram uidetur ab auibus haud procul à terra subuolantibus, quod idem Pindarus tribuit graculis. κολοιὸς παπαὶ κέκραγε. Vt huic respondeat, Aquila in nubibus.

Holerum appositiones. LXXXIX

Αἱ τ λαχάνων προσθῆκαι. id est, Holerum additamenta. De re nullius momenti. Sumptum uidetur uel ab holeribus appositis in mensa, uili nimirum cibo, uel auctarijs holerum, quæ nonnunquam emptores sordidi ac tenues requirunt. Autor Diogenianus.

Fictilis homo. XC

Κεράμιος ἄνθρωπος. i. Homo fictilis, id est, mollis, imbecillis, fragilis. Ductum à uasis testaceis, quæ facilè comminuuntur. Finitimum illi, Homo bullatus. In quibusdam codicibus lego, κεραμεὺς ἄνθρωπος: In nonnullis, κέραμος ἄνθρωπος. Quorum postremum mihi magis arridet. Ceramus enim figulum sonat, ceramos uas fictile. Sic & ficulnum hominẽ dicimus: ferreum, cereum, quernum, adamantinum. Contrà quod eximium uideri uolumus, aureum dicimus. Inde illud poëtis frequẽs, χρυσῆ ἀφροδίτη. i. Aurea Venus. & τ δικαιοσύνης χρυσοῦν πρόσωπον, & χρύσεον ὄμμα τῆς δίκης. i. Iustitiæ uultus aureus. & iustitiæ oculus aureus, ut ex Pindaro, ni fallor, refert Athenæus lib. 12. Itidẽ hodie quoq; aurea uerba, geminos mores dicimus. M. Tullius Academic. quæst. lib. 2. de libello loquens, quem Crantor scripsit de luctu: Est enim, inquit, non magnus, uerum aureolus, et ut Tuberoni præcipit Panætius, ad uerbum ediscendus libellus. Quicquid autem uile. κέραμεον siue κεράμινον, dicunt Græci. Ita Paulus homines appellat uasa fictilia, ἔχομεν δ τ θυσανοῦν τοῦτον ἐν σκεύεσιν ὀστρακίνοις. M. Tullius actionem in Verrem 6. Tum illos cœpisse prætori dicere, putasse se id quod audissent alicuius pretij scyphos esse Pamphili. Luteum negotium esse, non dignum quòd in suo argento Verres haberet. Et alicubi luteum hominem appellat, contemptum nullius q; pretij. Interdum ipsum lutum.

Hipparchorum tabula. XCI

Ἱππάρχων πίναξ. id est, Hipparchorum tabula dici conuenit, quoties haud impune futurum significamus, si quid peccetur. A Syracusanis natum adagium. Apud hos enim mos erat, ut Hipparchi, hoc est, equitum præfecti in tabellis describerent militum nomina, qui ordinem deseruissent. Meminit Zenodotus. Hesychius indicat, apud Lacedæmonios Hipparchum dici, qui iuuenibus præfectus esset. Is in tabula notabat eos, qui quippiam indecore fecissent.

Heteromolia causa. XCII

Ἑτερομόλιος δίκη. i. Causa Heteromolia, dicitur apud Græcos, quæ ab altera duntaxat agitur parte, nullo præsente qui contradicat, ἀπὸ τ ἑτέρου μολεῖν. i. Quod alter duntaxat accedat. Simillimum illi, ἐρήμη δίκη. i. Deserta causa. Vsurpabitur non inelegantèr, ubi quis damnat absentem, uelut cùm defunctorum libros carpimus, recte ἑτερομόλιον δίκην quis dixerit. Apud Hesychium sic effertur ἑτερόμυθος δίκη, an integra scriptura nescio.

Harmodij cantilena. XCIII

Ἁρμοδίου μέλος. i. Harmodij cantio: De lugubribus ac tristibus dicebatur. Simillimum illi, ἀδμήτου μέλος. i. Admeti melos. Aristophanes cùm alijs aliquot locis, tum in fabula cui titulus, ἀχαρνεῖς,

Οὐδ' παρ' ἐμοὶ ποτε τὸν ἁρμόδιον ᾄσεται. id est,

Nec unquam apud me carmen Harmodium canet.

Interpres indicat cantilenæ genus fuisse, quod in compitis cani consueuerit in Harmodium & Aristogitonem, quòd hi Pisistratidarum tyrannidem sustulissent. Eius carminis hoc erat initium. φίλτατε ἁρμόδιε, ὅτε πω τέθνηκας i. charissime Harmodi, haudquaquam mortuus es. Refertur à Suida ac Diogeniano.

Haud canit paternas cantiones. XCIIII

Οὐ πατρῷα κἀ πάλαι μέλη. i. Haud paternas canit cantilenas. De eo iactatum, qui à paternis moribus degeneraret, Solent liberi maiorum suorum cantiunculis, quæ admodum pueri didicerunt, delectari. Terentius in Adelphis, Pol Aeschine, haud paternum istuc dedisti.

Non certatur de oleastro. XCV

Οὐ φυλλὰς ὁ ἀγών. i. Hoc certamen non est de oleastro. Quoties non de nugis, neque de gloria aut corollis, sed de re seria ac pecuniæ ageretur. Siquidem in plerisq; certaminibus uictoriæ præmium erat oleaginus, aut querna, aut alioqui frondea corona. Meminit Diogenianus.

Hasta caduceum. XCVI

Δόρυ κηρύκιον. i. Hasta caduceum. Dici solitum, quoties aliquis simul & minaretur, & ad concordiam inuitaret. Ex oraculo natum, quòd huiusmodi fertur.

Ἀνδρὶ γεφυραίῳ φίλος οἶκος. id est,

Viro Gephyræo grata est domus.

Admoniti erant Gephyræi, ut sequentes Athenienſiũ exercitum, ubi illos defessos conspicerent, ibi manerẽt. Itaq; cum Athenienses ab Eumolpo oppugnarentur, ad Tanagrã iter instituerunt, hac specie, ut dux caduceũ præferret, iuuentus armata à tergo consequeretur, ut simul et pacẽ petere uiderentur, & ad bellũ nihilo segnius parati, si quis lacesseret. Recẽset Suidas, & meminit Polybius lib. hist. 4. Legatũ, inquit, ad Byzantios Aridicen misere, & cum eo Polemoclen cũ tribus triremibus, uolentes, id quod est in prouerbio, hastam simul et caduceũ Byzantijs mittere. Simillimũ est huic quod eleganter usurpauit D. Hieron. scuto pacem petere.

Gallorum incusare uentres. XCVII

Ἀλεκτρυόνων μέμφεσθ κοιλίαν. i. Gallorum incusare uentrem. De edacibus, ac luxu multum absumentibus facultatum. Huic enim animanti uenter mirificè calidus, ita ut omnia statim concoquat. Aristophanes in Vespis.

Ἀλεκτρυόνος μ' ἔφασκε κοιλίαν ἔχειν.

Ταχὺ γ κατεσθίει τἀργύριον. id est,

Mihi dixerat uentrem esse gallinacei,

Velociter enim concoquet hoc argentulum.

Hoc genus homines, Græci dicunt καταπίνειν τλὺν ὀσίαν. i. deuorare substantiã, id enim est atrocius, quàm καταφαγεῖν: summam autem profusionem ac celerrimam indicant uerbo ἀφανίζειν. i. sic absumere, ut nusquam appareat uestigium. Vtitur his omnibus, sed postremo frequentissimè Aeschines in Timarchum. πάντ' ἀφάνισεν.

Ardens uestis. XCVIII

Αἴθων πέπλος. i. Ardens uestis, siue quemadmodum in alijs legitur exemplaribus, αἴθων χιτὼν. i. Incensus in uestẽ. Zenodotus prodidit dici solitum de ijs, qui seditionem mouerẽt, calumnias q; sererent. Existimat autem adagium natum

Ayuntamiento de Madrid

à ueste Neßi Centauri ſanguine infecta, quam à Deianira miſſam cum induiſſet Hercules, incenſus igni ſacro perijt. Porrò fabulam idem recenſet ad hanc fermè ſententiam. Reliquis Centauris expugnatis ac confectis ab Hercule, Neſſus unus omnium ſuffugerat. Is peruenit ad flumen Euenum, & in eius ripa uerſans, ſolitus eſt adeuntes tranſmittere. Deinde euenit, ut Hercules in Trachinem ad Ceycem, unà cum Deianira proficiſceretur. Poſtea quàm igitur ipſe iam fluuium tranſmiſiſſet, Neſſo mandauit, ut Deianiram tranſferret. At is inter tranſuehendum, uim cœpit adferre mulieri. Quod ſimul ac Hercules intellexiſſet, uidelicet illa uociferante, Neſſi præcordia iaculo perfodit. At is ſentiens letale uulnus, neq; ſe poſſe mortem effugere, mulierem accerſit: ſi uis, inquiens, tibi amatorium efficaciſſimum parare, quo poſsis Herculem inflammare in amorem tui, & ſi quando deperibit aliam, in tui, cupidinem reuocare, fac illum meo ſanguine perungas, Atque ea perſuaſa. Neßi ſanguinem è uulnere fluentem apud ſeſe ſeruauit. Itaq; poſtquam Trachinem adijſſet, ac rurſum inde profectus Oechaliam adortus ciuitatem cepiſſet, reliqua populatus, Iolen puellam captiuam ſecum abduxit. Immolaturus autem Ioui parenti uictimas ob res bene fortunatas, ad Deianiram mittit, iubens ut ſibi ueſtem aliquam magnificam mitteret. Illa certior facta de Ioles raptu, ueritaq; ne Hercules illam pluris quàm ſeſe faceret, ut eſt zelotypum mulierum genus, ueſtem Neßi cruore tinctam, imbutamq; mittit, philtrum ſe mittere rata. Hanc indutus Hercules, rem diuinam peregit. Cæterum ubi calefacta ueſte, uenenum excitatum corpus grauiter aduerere cœpiſſet, auellere conatus eſt, uerum iam ita penitus adhæſerat, ut non ſine carnibus ipſis reuelli poſſet. His itaq; malis diſcruciatus Hercules, in Trachinem deducitur. Interim illa, cognitis ijs quæ acciderant, ſuſpendio ſponteneam mortem ſibi conſciuit. At Hercules iußit Hyllo, nam hunc ex Deianira ſuſtulerat natu iam grandem, Iolen duceret uxorem. Quo facto in monte Oeta rogum extruxit, eumq; conſcendit. Porrò cùm illo iubente, nullus ex Herculis comitib. auderet ignem ſubdere, uidelicet metu contagij, paſtor quidam fortè repertus, qui ignem immitteret, atque huic officij præmium ſua tela dono dedit. Ardente iam rogo, ferunt nubem non ſine tonitru obſcepſiſſe Herculem, atq; ita ſublatum ad deorum conſortium. Adagium referri non abſurde poterit & ad ueſtem illam, quam Medea uenenis imbutam, Iaſonis nouæ nuptæ dono miſit: quidam exiſtimant naphtha infectam fuiſſe. Itaque admotis undique ex nuptiarum ritu tædis, flamma tranſilijt, pariter & puellam & patrem auxiliari cupientem exußit. Huius rei mentionem facit Euripides in tragœdia cui titulus Medea. Huiuſmodi fabellas, ut ſæpenumero teſtatus ſum, niſi uererer, ne parum eruditis uiderer incuria prætereſſe, cum in uulgatis collectaneis habeantur, nequaquam aſcripturus eram.

Senecta leonis præſtantior hinnulorum iuuenta. XCIX

Κρὰς λέοντος κρεῖσσον ἀκμάζων νεβρῶν. id eſt, Leo ſenex uigente potior hinnulo. Citatur apud Stobæum ex Hippothoonte poëta. Senectus uiri fortis ac ſtrennui præſtantior eſt iuuenta quorundam ignauorum & imbecillium iuuenũ. Venuſtius fiet ſi longule transferatur. Veluti ſi quis ingenium docti ſenis & exercitati præferat ingenio parum eruditi iuuenis. Dicetur non inepte & in ſenectutem crudam, uiridemq;, animiq; uiribus adhuc pollentem, in quam competet illud Euripidis ex Ione,

Τὸ μὲν ποδὸς μὴ βραδὺ, τὸ γὲ νῷ ταχύ. id eſt,
Tardus quidem pes, animus eſt uelox tamen.
Eodem pertinet illud eiuſdem in Andromacha,
Πολλῶν νεῶν κρεῖσσον εὐψυχος εἷς κυβερνήτης. id eſt,
Gnauus ſenex & iuuenibus compluribus.
Præſtat. Ariſtophanes alicubi,
Ἐγὼ τὴν μὲν νομίζω γῆρας εἶναι κρεῖττον ἢ πολλῶν καινὴν νεανιῶν. id eſt,
Meam ſenectam præferendam exiſtimo
Complurium comis aduleſcentium.

Nudior paxillo. C

Γυμνότερος παξάλου. Nudior paxillo: De extremæ paupertatis homine dicebatur hæc hyperbole. Nam paxillis corticem quoq; detrahimus.

DES. ERASMI ROT. PROVERBIORVM CHILIADIS TERTIAE CENTVRIA PRIMA.

Herculei labores. I

Ἡράκλειοι πόνοι. id eſt, Herculei labores, bifariam accipiuntur, partim plurimi atque ingentes, quiq; uires deſiderent Herculanas, quemadmodum uſurpauit Catullus, Sed te, inquit, quærere iam Herculis labos ſit. Item Propertius:

Deinde ubi pertuleris, quos dicit fama labores
Herculis. Ac rurſum alibi, Non labor Alcidæ.

M. Tullius lib. De finib. 2. At cum de omnibus gentib. optimè mereretere, cum opem indigentibus ſalutemq; ferres, uel Herculis perpeti erumnas. Sic enim maiores noſtri labores non fugiendos triſtißimo uerbo erumnas etiam in deo nominauerunt: exigerem ex te &c. Partim Herculei labores dicuntur, qui ſunt eiuſmodi, ut alijs quidem maximas adferant commoditates, cæterum autori ſuo nihil ferme fructus adducant, præter aliquantulum famæ, plurimum inuidiæ. Idq; ita fato quodam accidiſſe putant, quòd ἐν τετράδι γεγονὼς τίκτοιτο. i. quarto natus luna credatur, ſicut alio dictum eſt loco. Homerus poëtico more cauſam in Aten deam & Iunonem reijcit, quæ infeſta Herculi, tanquàm ex pellice nato, periculis omnibus illum obiecerit. Celebrantur igitur, atque etiam enumerantur à poëtis Herculani labores, quorum omnium longe difficillimus ac maximus hydra Lernæa, malum pertinax, ac propemodum inexpugnabile illi qui iam omnia deuicerat. Cuius ſymbolo ueteres inuidiam exprimere uoluiſſe, ſatis indicat Horatius in Epiſtolis, cum ait,

Dirum qui contudit hydram,
Notaq; fatali portenta labore ſubegit,
Comperit inuidiam ſupremo fine domandam.

Conſueuit enim hæc teterrima peſtis pulcherrimorum facinorum eſſe comes, eximiamq; uirtutem nõ aliter quàm umbra corpus aſſequi, ut appoſite dixerit Ioſephus in opere De Iudæa capta, ἀμήχανον δ' ἐν ὀλιγαγλαΐᾳ φθόνον διαφυγεῖν. i. Nulla ratione fieri poteſt, ut in recte factis effugias inuidiã. Quis enim umbram effugiat inuidiæ, niſi pariter & uirtutis lucem effugerit? Cohærent inuicem hæc duo, ac rem omnium optimam res omnium peßima comitatur. Proinde Pindarus uidetur non ſine cauſa ſcripſiſſe,

Τὸ δ' ἄχνυμαι φθόνον ἀμφιβάλλων τὰ καλὰ ἔργα.

Grauiter & indigne ferẽs nimirum, quod eſt indigniſſimũ, præclara facta inuidiæ præmio penſari. Neq; uerò parum concinne ueteres illi uidentur inuidentiæ ſymbolũ Excetræ tribuiſſe, primũ paluſtri malo, quòd, quemadmodum tradũt etiam naturalium cauſarum ueſtigatores, magis huic morbo ſint obnoxij, qui humili abiectoq; animo præditi ſunt, ſunt autem quibus ſanguis ineſt frigidior. Eamq; ob cauſam & apud

Ayuntamiento de Madrid

apud Naſonem,

Inuidiæ domus eſt in uallibus imis
Abdita, ſole carens, non ulli peruia uento,
Triſtis, & ignaui pleniſſima frigoris, & quæ
Igne uacet ſemper, caligine ſemper abundet.

Neq; uerò cum ſimplici portento res, ſed centum armato capitibus, quorum ſi quis unum aliquod exſecuerit, in eius locũ protinus duo ſupullulent. Ea uidelicet inuidentiæ natura eſt, ut ſi contra lucteris, magis ac magis irites: ſi quando coneris ſplendore uirtutis opprimere, tum inſurgat acrior, & intumeſcat. Hic ſi recidas, illic maior oboritur. Carptim extingui non poteſt, uix tandem obruitur. Verum id perpaucis contigit, ac uix etiam ipſi Herculi. Quanquàm enim liuor uel ut ignis alta petit, eſt tamen omnino aliquid uſqueadeo perfectum & illuſtre, ut eò non poſſit attingere. Quò loci peruenisſe ſeſe gloriatur Horatius, cum ait,

Inuidiaq; maior. Ac rurſum alibi,
Et iam dente minus mordeor inuido.

Iam uero quid aliud eſt, quòd obtrectatores iſti clanculariſ ſolent in eos euomere, qui pulcherrimis ſudoribus orbi prodeſſe conantes, præclarum aliquid moliuntur, quàm merum uirus, ac uenenum pluſquam letale. Quandoquidem generoſis & excelſis animis ſua fama quam impetunt iſti, non paulo carior antiquiorq; ſolet eſſe, quàm ipſa uita. Porrò quòd gentilium fabulæ ſub Herculis ænigmate ſignificarunt, idem Hebræorũ hiſtoria ſub Ioſeph inuoluero nobis innuit. Nam quod illi Lernæ, id huic fuit fratrum inuidentia. Sic enim interpretatur Philon in lib. cui titulus πολιτικὸς βίος. Exiſtimat autem Ioſeph eorum repræſentare perſonam, qui rerum publicarum gubernacula tractant. Hoc uidelicet argumento, quòd is paſtor adhuc cum eſſet, iam tum recte factis, ſimul & patris fauorem emeruit, & germanorum in ſe concitauit æmulationem. Quid autem aliud eſt rempub. adminiſtrare, quàm paſtorem agere? Quandoquidem & Homerus, quem inibi citat etiam Philon, regem ποιμένα λαῶν ſubinde uocat. Siquidem nullorum benefactis malignius reſpondet gratia, quàm eorum qui de uulgo bene merentur, Sed quòd Hercules aſſecutus eſt igni Græcanico, id Ioſeph magnitudine benefactorum, ac diuini numinis fauore conſecutus eſt, ut inuidiam obrueret, & eoſdem aliquando ſupplices haberet, quos antea pertulerat æmulos, ſeq; iam illi uitam debere faterentur, cuius uitæ pridem tetenderant inſidias. Proinde principes, qui publicum agunt negocium, hoc animo præditos eſſe oportet, ut ad hoc exemplar communem modo ſpectent utilitatem: nec magiſtratum, perinde quaſi cauponatio ſit, ſibi gerant, non alijs, nec legum ueluti laqueis, inſidiari uelint ijs, unde perſpexerint emolumentum aliquod auferri poſſe: ſed gratis de bonis benemereantur, cum monſtris, hoc eſt, cum uitijs aſſiduum bellum gerant, ſola recti conſcientia, tanquàm abunde magno recte factorum præmio contenti. Quòd ſi meritis tuis fama maligne reſpondebit, ſi clanculum obſibilauerit liuor, ſi Lernæa belua, uel trecentis capitibus undiq; uenenum afflauerit, tum illud demum animi uere ſublimis & inuicti fuerit documentum, nihilo ſegnius ad immortalem eniti laudẽ, ac uel maximis incommoditatibus ſuis aliorum conſulere commodis, & hunc pulcherrimum maximumq; uirtutis fructũ ducere, ſi quàm plurimis quã maxime prodeſſe liceat, atq; hac parte, quoad mortali fas eſt, immortale numen imitari. Ad quod cum nulla gratia, nullum officium à nobis redire queat, tamen natiua genuinaq; bonitate ſolis in morẽ, omnibus, gratis & ingratis, dignis iuxta atq; indignis, ſuam impertit munificentiam, hunc unũ ſpectans fructum, ſi quàm plurimos ſui participes efficiat. Verum ut ad deum nullum emolumentum benefactorum refluere poteſt, ita nec ingratitudinis moleſtia poteſt attingere. Mortalibus illud ſæpe numero euenit, ut pro ſummis meritis ſummam inuidiam, ſummumq; reportẽt incommodum. Quòd ſi ullis hominũ laboribus hoc cognominis debetur, ut Herculani dicãtur, eorũ certe uel maxime deberi uidetur, qui in reſtituẽdis antiquæ ueræq; literaturæ monimentis elaborant. Quippe qui cum ſudores incomparabiles ſuſcipiãt propter incredibilem negocij difficultatem, tamen uulgi ſummam in ſe concitant inuidiam. Cui cum res præclaræ ſemper obnoxiæ fuerunt, tum uerò præcipue nouitas nõ ſolum apud imperitos, uerumetiam apud eruditos. Adeo nuſquã magis ingrati ſumus, magis inuidi magis moroſi, nuſquàm minus candidi, quàm in penſitandis eorũ laboribus, quibus, meo quidem animo, nulla unquàm ſatis digna gratia referri queat. Indocti negligunt, ſemidocti ridẽt, docti, ſi paucos exceperis, præcipuos quidẽ illos, ſed tamẽ paucos, partim inuidẽt, partim moroſius carpũt, ac diſſimulatis tã multis quæ rectè dicta ſint, ſicubi forte fortuna ſemel aut iterum lapſus fuerit autor, quis autem nõ labitur aliquando? id ſolum annotant, id ſolum meminerunt. I nunc, & hoc tam magnificum præmiũ, tot tamq; diuturnis uigilijs, tot ſudoribus, tot incommodis redime. Abdicate cõmunibus humanæ uitæ uoluptatibus, neglige rem familiarem, ne parce formæ, ne ſomno, ne ualetudini. Boni conſule iacturam oculorum, accerſe præmaturum ſenium, contemne uitæ detrimentum, ut plurimorum odium in te concites, plurium inuidiam, ut pro tot uigilijs ronchos aliquot auferas. Quẽ quæſo hæc non deterreant à capeſſendis huiuſmodi laboribus, niſi ſi quis ſit animo planè Herculeo, qui poſſit alios iuuãdi ſtudio quiduis & facere & pati? Commouit hæc cogitatio nonnihil animũ meum, ut uerũ fatear, atq; in medijs huius operis exantlandis laboribus. Laſſitudo quædam oborta eſt, cogitanti nimirum, qualibus uiris, quos noſtra uidit ætas, quàm maligne fama reſpondeat, etiam aliquãto iam tempore defunctis, quàm irreuerenter deſpiciantur ab ijs quos uerè dixeris indignos, qui illis matellã, ut dicitur, porrigant, quàm ingrate carpantur à ſemidoctis, quàm pauci etiã inter eruditos, qui candide, plenoq; laudẽt ore. Alius deſiderat aliquid, alius inuenit quod non probet, alius uitam inceſſit, alius faſtidiẽter laudat, ut præſtiterit uituperaſſe. Porrò nulli iudicant iniquius, quã uel ſemidocti, qui doctrinam alienã ſua metiũtur, & reprehendendum exiſtimant quicquid ipſi nõ didicerunt: uel eruditi, qui nondum hoc laboris genus deguſtarunt. Nam hi planè iuxta Græcorum prouerbium, ἀπὸ νήσου νέοντων ἀχαιὸς, & ipſi ſtantes in littore, nauigantis artẽ ac diſcrimẽ ſpectant ociоſi. Quòd ſi ſciſſent periculum, ut minore faſtidio, ita maiore cum uenia legerent aliorum lucubrationes. Hoc itaq; cum uideam tantis in re literaria proceribus, uel heroib. magis accidere, quid tandem augurer futurũ de me, cuius omnia quàm ad illos mediocria, uel uti uerius dicam, nulla ſint, equidem non ſum neſcius, præſertim in hoc ſcripti genere, in quo multo plus eſt laboris, quàm quiſquam facilè coniectet, qui periculũ ipſe nunquàm fecerit? Deinde multis de cauſis lapſus facillimus. Poſtremo nuſquã citius inuenerit quiuis quod deſideret. Quare non arbitror futurum alienũ, ſi poſtea quàm ipſe locus admoniſſe uidetur, ſuper hiſce rebus pauca diſſeram, non quo meum iactitem ingenium, aut oſtentem induſtriam, ſed ut lectorem mihi reddam æquiorem. Erit autem certe multo minus iniquus quiſquis perpenderit, quàm immenſis ſudoribus, quàm infinitis difficultatibus, hæc adagiorum quantumlibet trudis ſylua mihi conſtiterit. Iam hic igitur primus eſto calculus, rerum ipſarum antiquitas, non ab Euandro, aut Aborigenibus, ſed ἀπὸ καταβάσεως, quemadmodum dicunt Græci, ſed ab ipſo uſq; Saturni ſeculo, & ſi quid eſt hoc etiam antiquius repetitis. Vnde fit ut pleraque ſint à noſtrorum temporum conſuetudine

Ayuntamiento de Madrid

Ἀλὶ ἀπὸ τραπέζης, quod aiunt, ſemota. Proinde quid ſibi uelit adagium, aut diuines oportet, & Delium aliquem natatorẽ requiras, aut ex antiquis autoribus petas enarrationem. Et quibus tandem autoribus? Non ex uno alteróue, aut certis aliquot, quemadmodum uſu uenit in alijs argumẽtis. Veluti ſi quis inſtituat de arte dicendi conſcribere, certos quoſdam habet & idoneos autores, et eos non admodum ſanè multos, quos imitari ſufficiat. At hic quicquid eſt ſcriptorum, ueterum, recentiũ, bonorũ ſimul & malorũ, in utraq; lingua, in omni iugi diſciplina, breuiter in omni ſcripti genere, neceſſum fuit, nõ dicã euoluere, ſed curioſius ac penitius excutere, rimariq;. Siquidẽ adagia, ceu gemmulæ, quòd minuta ſint, fallunt nonnunquam uenantis oculos, ni acrius intẽdas. Præterea nec obuia ſunt, ſed pleraq; retruſa, ut prius eruenda tibi ſint, quàm colligẽda. Quis autẽ ſatis æſtimet, quã infiniti laboris ſit, res tam minutulas, ceu per omnia maria terraſq; rimari? Vix ætas humana ſufficerit, ut tot utriuſq; linguæ poẽtas, tot grammaticos, tot oratores, tot dialecticos, tot ſophiſtas, tot hiſtoricos, tot mathematicos, tot philoſophos, tot theologos, quorum uel titulis recenſendis defatigetur aliquis, excutias, ac reuoluas, neq; id ſemel, ſed ſurſum ac deorſum in his, utcunq; res poſtularit, Siſyphi ſaxum uolucre. Iam hoc, opinor, nemo non uidet, nemo non fatetur eſſe maximum. At ea quota portio quæſo noſtri ſudoris? En tibi reſtat agmen pene maius interpretum, in quibus aliorũ ſupinitas atq; indiligentia, nonnullorum etiam imperitia (nam hi quoq; ſunt euoluendi, nimirum ut aliquando legas aurum è ſtercore) non mediocrem ſarcinam adiunxere noſtris laboribus. Age uero quid ego nunc allegem prodigioſam librorum deprauationem, quæ ſic Latinorum pariter & Græcorum codices omneis occupauit, ut quicquid attigeris citaturus, uix unquam contingat, quin aut manifeſtum mendũ offendat, aut ſuboleat occultum? Ibi uero ſudor nouus, explorandæ, corrogandæq; exemplaria, nec ea ſanè pauca, quo uidelicet è multis unũ aliquod contingat emendatius, aut multorum collatione, quod uerũ ac germanũ ſit, quaſi diuines. Ferendum hoc quoq;, niſi pene toties accideret quoties citaueris aliquid. Citandum autẽ paßim. His tam multis appone & illum calculum, haudquaquam opinor aſpernandum, quòd opera ueterũ, ex quibus ceu fontib hauſta ſunt prouerbia, magna ex parte deſiderantur. Siquidẽ utraq; Græcorũ Comœdia funditus intercidit, uno excepto Ariſtophane. Latinorum item tragœdia, præter unum Senecam. Fortaßis et hoc tolerari poterat, ſi modo lucubrationes illorũ extarent, qui prouerbia ab illis collecta, cõmẽtarijs ſunt interpretati. Quorum de numero ſunt Ariſtoteles, Chryſippus, Clearchus, Didymus, Tarrhæus, cumq; his alij nonnulli, quorum ne tantulum quidem fragmentum ad nos peruenit. Superſunt igitur nobis recentiores quidã ut indiligentes, nulloq; delectu, ita ieiuni quoq; mutiliq;, uelut Zenobius, Diogenianus, Suidas, quibus haud dum conſtitui, malam ne gratiam debeamus, qui ex tam abſolutis, tamq; copioſis autoribus, tam paucula quædam, tamq; nuda nobis tradiderint: an bonam, quòd illorum ſtudio qualiacunq; fragmenta uetuſtatis ad nos permanarint: niſi ſi quis id etiam horum epitomis acceptum ferat, quòd illi neglecti pericrũt. Quemadmodum Latini quidam Liuij interitum Floro, Trogi Pompeij Iuſtino, Iuris Cæſarei Iuſtiniano, Theologiæ, ſententiarum, ut uocant, autori, ſolent imputare, neq; id prorſus ab re, mea quidem ſententia. Quid quòd inter hos uſqueadeo non conuenit, ut ſæpenumero ſecum pugnantia ſcribant, ut hoc deniq; pondus accedat tuis laboribus, nõ euoluendi ſolum eadem de re uarios interpretes, uerumetiam iterum atq; iterum inſpiciendi, conferendi, perpẽdendi, iudicandi. Nunc illud etiam mihi cogita, in alijs libris ſæpe locum eſſe ingenio, ut adſit inueniendi, ceu pariendi uoluptas, poßisq; quouis loco, quouis tempore, mentis agitatione portionem aliquam operis abſoluere, quantumq; ualueris ingenij celeritate, tantum maturare quod inſtitueris: hic uelut alligatus piſtrino, non ſineris uel latum, ut aiunt, pedem à codicibus diſcedere. Totum enim ferè negotium pendet à codicum copia, præcipue Græcorum, quorum iam quanta ſit inopia, nemo neſcit. Vnde fit, ut partim oculos conteras in uoluminibus carioſis, ſitu obſitis, laceris, mutilis, à tineis ac blattis undiq; deroſis: tum autem non raro lectu etiam difficillimis, breuiter eiuſmodi, ut qui in eis diutile ueretur, facile cariem & ſenium quoddam ſibi contrahat, partim etiam alienis. Quod ipſum quanti referat, uel me tacente, protinus agnoſcunt ij, qui fecere periculum. Vt ne dicam interim illud, ſi quid in huiuſmodi commentarijs uoluptatis eſt, id totum eſſe lectoris, ad ſcriptorem nihil attinere præter odioſum illum, ac ſemper eundem colligendi, conuerrendi, explicandi, uertendiq; laborem. Atqui uoluptas una res eſt, ut uere dixit Ariſtoteles, quæ præſtat ut in labore diu perſeuerare poßimus. Alibi licet ingenio ludere, licet eloquentiæ floſculis aliquando laſciuire. Sunt exceſſus amœni, in quibus laſſus deſideas, ingenijq; uires reſocilles. Cum in omni negotio, tum præcipue in literis, uarietas ſocietatem arcet, neque patitur oboriri tædium. At hic mihi non ἀλὶς κρέμβυ, quemadmodum eſt in Græcorum prouerbijs, ſed ter millies eadem illa repetenda fuerunt. Quid ſibi uellet adagium, unde natum eſſet, & quem in uſum conueniret, ut non alibi magis quàm hic locum haberet illud Græcis tritum adagium, ὑπὲρ τὸν τετράποδα. Poſtremo nonnulla uoluptatis pars eſt, huiuſmodi tractare res, quæ tractatu niteſcant, quæq; ultro ſplendorem & orationis copiam autori ſuppeditent. Hic quæ tractantur, omnia ſunt eiuſmodi, ut uſu, non tractatione ſplendeſcant, ac tum demum genuinam ſuam oſtendant gratiam cum gemmarum inſtar commode inſerta orationi uiſuntur. Separata frigent, ac minutula læuiaq; quæpiam eſſe uidentur. Adde nunc, quòd alibi ſumma rerum opus æſtimatur, & lector non aliter quàm ſcriptor laborat: huiuſmodi quoniam carptim leguntur, qui legit, ad unum quodlibet prouerbium animum adfert integrum, ocioſum, nonnulli fortaßis auidum etiam, alius contrà faſtidientem. Quàm autem iniqua interim mea conditio, à quo illud requiritur, ut in ſingulis adagionib. expleam ocioſum, ſatiem auidum, ſatis faciam faſtidioſo. Accedit ad hæc omnia Græca uertendi labor, quem profecto nemo non difficillimum iudicabit, niſi qui nunquam annixus ſit, ut ex bene Græcis bene Latina faceret. Hic mihi rurſum perpende tantam autorum uarietatem, quorum unicuique ſuus reddendus ſtilus: cogita tot carminum genera, quorum in hoc opere tam ingens incidit turba: nam arbitror eſſe non pauciora decem milibus: ut ſi quis hoc menſium ſpatio, quibus laborem hunc abſoluimus., tantum carmina tam multa Latinè reddidiſſet, idq; carmine, non uideatur uſquequaque inſimulandus ignauiæ. Porrò quid alij ſenſuri ſint, neſcio. Equidem etiam illud arbitror eſſe nonnihil, in tam immenſo prouerbiorum numero meminiſſe, quid quo loco dixeris, neque rerum turba confundi. Proinde qui in tantis difficultatibus uersetur, quas omneis uel percenſere ſit difficillimum, quid mirum ſi quando labi contingat maximè feſtinantem? Cur autem mihi feſtinandum fuerit, mox reddetur ratio. Quod ſi Flaccus etiam in alijs argumentis, in quibus hæc abſunt incommoda, dat ueniam maculis, quas aut incuria fudit,

Aut humana parum cauit natura,

Si concedendum putat, ut in opere longiuſculo ſomnus obrepat: ſi non indignatur Homero alicubi dormitanti, quid tandem cauſæ eſt, cur mare cœlo miſceamus, ſi pauculi fortè errores

errores in huiuſmodi deprehendantur opere, in quo præter communes illas labendi cauſas, nec liberum ſit rem tuis auſpicijs peragere, & ciuſmodi duces habeas, qui ſubinde præbeant anſam errandi? Vt ne quid dicam interim de codicum mendis, quæ nonnunquã doctiſſimis uiris imponũt: ut ſileam de tædio, quod uel præcipue cõſueuit ingenij uigorẽ hebetare: ut taceã de tam uaria rerum omnijugarũ quaſi farragine, qua fit ut animus huc atq; illuc in tam multa diſtractus, non poſſit ſemper ſibi præſens eſſe. Reliquũ eſſe uidetur, ut paucis occurramus & ijs, quos auguror in hac noſtra ſylua curæ diligentiæq; pluſculum deſideraturos. Nam quoſdam hoc animo eſſe uideo, ut libros mole, non eruditione metiantur, & id demum abſolutũ exiſtimẽt, ubi nihil adiungi poſſit, ſuperſint pleraque, quibus nihil ſatis niſi quod impendio nimium, atq; ibi denique copiam eſſe iudicant, cum ad ſatietatem ubiq; dicuntur omnia. Horũ igitur quiſpiam dicet, quædam à me copioſius locupletiusq; tractari potuiſſe. Tũ autẽ in euoluendis autoribus occurret alicui locus aliquis, qui ad prouerbium faciat, aut non faciat, ſed illi facere uideatur. hunc protinus cauillabitur præteritũ à nobis. Principio quis rogo tam arrogans, qui iſtud auſit profiteri? quis tam iniquus ut exigat, in huiuſmodi ſcripti genere ne quis omnino prætereatur locus? Vt nihil non legeris, nihil non annotaris, nihil non appetraueris, itáne ſtatim in tam immenſa rerum turba ſuccurrit quod oportuit, quoq; oportuit loco? Deinde quæ tandem futura fuerat iſta moleſta diligentia, undecunq; conquirere, quicquid quocunq; modo poterat ad prouerbij locupletationem accommodari? Quis tandem futurus fuerat uoluminum, aut modus, aut finis, ſi Sardoniam riſum, ut hoc exempli cauſa ponam, explicans totius huius inſulæ deſcriptionem è Geographorum omnũ libris repetere uoluiſſem, loci ſitũ, gentis antiquitatem, originem à capite, quod aiunt, uſq; ad calcem percenſere? Deinde quæ ſit eius herbæ ſpecies, quæ uis, quicquid apud ullum medicorum ſuper hac literis proditum inueniatur, in unum conuerrere? Ad hæc qui riſus ille gignatur, quibuſq; de cauſſis apparet in moriẽte, ex phyſicorum ſententia commemorare? Deinde quibus hoc riſus genus aliquando fuerit familiare, ex omnibus hiſtoriarum monimentis perquirere? Tum autem, quàm hic riſus uirum prohum dedeceat. In ſumma quicquid de laudato aut illaudato riſu legatur apud morales philoſophos, ac poëtas, id omne in eundem congerere aceruum? Poſtremo ſi quod apophthegma, ſi quid urbane dictum, ſi quod memorabile factum, ſi quis apologus, ſi qua fabula, ſi qua ſentẽtia, ſi quid omnino uel affine, uel contrarium, quod ad explicationem adagionis utcunque trahi queat, id uniuerſum accumularet? Hoc propoſiti ſi mihi fuiſſet, quis non uidet ex ſingulis adagijs ſingula uolumina reddi potuiſſe? Qui minus abſurdum hoc, quàm ſi prouerbium, λιὰς κακῶν enarraturus, uniuerſum bellum Troianum, à gemino, ſicut ait Flaccus, ouo, pergam ordiri? aut explicaturus ὁλόκληρον μυχάνημα, uniuerſum Odyſſeæ retexam argumentum? Deinde quàm frequenter hic incidunt loci communes de morte, de uita, de amicitia, de ſimultate, de iuſto atque iniuſto: ſed inepte facio, qui eos recenſere pergam, cum totidem penè numero ſint, quot ipſa prouerbia, quos haud magni negotij fuerat ita declamatorijs locupletare rationibus ut ſinguli uel in uoluminis magnitudinem fuerint exituri. At iſtam ſanè diligentiam, præterquam quod ea ſtultiſſima futura fuerit, ne præſtare quidem poſſit qui ſcribit Chiliadas, neq; ferre qui legit. Itaq; magis arbitratus ſum, in hoc opere modum eſſe quærẽdum mihi quàm copiam, exitũ potius quàm progreſſum. Quanquã ſi quid properantibus nobis uelut obiter in mẽtem uenit, quod & dignum cognitu uideretur, & à prouerbio non alienum, id quidem non ſumus grauati, ceu auctarium adijcere. Deniq; ſunt aliquot loci (cur enim nõ ingenue fateari?) ſed hi non admodum multi, in quibus & ipſi deſideramus nonnihil, quos tamen non exiſtimauimus omnino ſilentio prætereundos, tametſi nobis non uſquequaque ſatisfacerent ea, quæ ſuper his apud autores adhuc reperiſſemus, ſed uel in hoc recenſere uſum eſt, ut alijs quibus ſeu plus eſt ocij, ſeu maior librorum copia, ſeu memoria felicior, & uberior eruditio, diligentius ueſtigandi materiam præbeamus occaſionem, ipſi Conicum interim illud uſurpantes, εἰκὼς ὧν δεδόμεθα, ἀλλ' ὡς δυνάμεθα. Videbam & ordinem nonnullum induci poſſe, ſi ſimilium, diſſimilium, contrariorum, confiniumq; rationem ſecutus, titulos quamplurimos propoſuiſſem, & unumquodque prouerbium, uelut ad ſuam claſſem retuliſſem. Verum hũc prudens omiſi, partim quòd in huiuſmodi miſcellaneis hoc ipſum mihi uideretur, neſcio quo pacto decere, ſi nullus adſit ordo: partim quia uidebam, ſi omnia eiuſdem ſententiæ, uelut in eandem claſſem infulſiſſem, futurum ut ex æqualitate lectori tædium oboriretur, ac ſubinde nauſeabundus clamaret illud, ἀλλ' ἡράμβη δάνατος, καὶ ὁ δυὸς κόρδης ἔστιν ἐν τῷ βιβλῳ. partim quòd me deterruerit magnitudo laboris. Cur enim mentiar? Perſpiciebam id fieri non poſſe, niſi totum opus denuo à capite uſque calcem retexuiſſem, neque cogitandum de æditione, niſi iam ſupremum illum Colophonem addidiſſem, ut uere iam opus futurum fuerit Horatiano nouennio. At nunc licuit etiam inter ædendum adiungere, ſi quid occurreret indignum quod prætermitteretur. Porro autem, uix adducor ut credam ullos tam iniquos futuros, quanquàm & hos futuros arbitror, ut eloquentiam etiam exigant, primum ab homine Hollando, hoc eſt plus quàm Ecoto, ſed extra iocum, in opere, quod totum ac propriè ſit ad docendum accommodatum, & ad docendum res, non illas quidem indignas cognitu, ſed ita minutas atque humiles, ut non modo non flagitent orationis ornamenta, copiamq;, uerumetiam repellant ac repudient. In tam uaria rerum conſarcinatione, in tam aſſidua nomenclatura ſcriptorum etiam humilium, quæ mihi docendi cauſa craſſius etiam & pinguius erat adhibenda, in tam frequenti Græcanici ſermonis interſtictione, in tam crebra traductione, quis erat ſplendori locus, qui nitor, quæ æquabilitas, qui fluxus orationis eſſe poterat? M. Tullius non requirit eloquentiam à philoſopho, & quiſquam eam requirat à paræmiographo? Seneca nuſquam deſiderat eam, niſi cum paruo conſtat, cum ultro adeſt, ut res magnas magnifice proſequatur: at hic affectare rhetorum ſupellectilem, obſecro quid aliud erat, quàm quod aiunt, ἐν τῇ φακῇ μύρον; & τὸ συγμάσιν ἀκροδρύα κολόσσῳ ἐφαρμόζειν; ut ne dicam, τῷ χύτρᾳ τὸν πέλλαν. Me quidem, quanquam in alijs non aſpernor, nunquam magnopere cepit eloquentiæ ſtudium, ſed neſcio quo pacto magis ſemper arriſit cordata, quam picta fucis oratio, dum abſint ſordes, dum mihi ſententiam animi non incommode repræſentet. Quòd ſi qua nobis dicendi uirtus aliquando comparata fuiſſet, eam neceſſum erat, in tam diutina, tam uaria, tam tumultuaria Græcorum & Latinorum autorum euolutione perire. Quandoquidem ubertas hæc, uel Tullio teſte, breui etiam intermiſſiuncula ſolet ſterileſcere. Tum ſi res ipſa maximè reciperet ornamenta dicendi, ne uacabat quidem. Quin omne tempus tot euoluendis libris, tot annotandis locis, tot rebus memoria complectendis anguſtum etiam erat. Quanquã hæc ipſa uerbis non omnino malis efferre, nonnullam, opinor, eloquentiæ partem exiſtimabit is, cui uere cognitum fuerit, quid ſit eloquentia. Nihil enim moror iſtos quoſdam eloquentiæ penè dixerim ſimios, qui dicendi uirtutes inani quodam ac puerili uocum tinnitu metiuntur, atq; ubi multorum denicq; dierum lucubratione unum aut alterum floſculum ſuis inter

Ayuntamiento de Madrid

intertexuerint ſcriptis, & quatuor è Cicerone, ac totidem è Saluſtio uoculas aſperſerint, protinus apicem Romanæ facundiæ aſſecutos ſe credunt. Tum diſplicet diui Hieronymi ſtilus, tum putet Prudentius, tum elingue, mutum, infans eſſe uidetur, ubicunq; non uiderint quatuor illas M. Tullij uoculas. Quis ſi quando factum eſſet periculum, quid ſit huiuſmodi, ſicut uidentur, nugas libris proſequi, fortaſſis & ſuam agnoſcerent infantiam, & alienam eloquentiam minus impudenter contemnerent. Sed dixerit mihi quiſpiam monitor haud aſpernandus. Atqui hoc ipſum elegans erat, artificio dicendi rebus minutis nonnihil amplitudinis addere, humilibus adiungere dignitatis aliquid, & ut inquit Vergilius,

Exiguis hunc addere rebus honorem.

Neque uero non uacaſſet, ſi modo ſeparaſſes colligendi & expoliendi operam, ac iuſtum his rebus temporis ſpatium impertiſſes. Quæ neceſſitas erat ut iuxta Plautinum dictum, ſimul & ſorberes & flares? Quis adegit, ut præcipitares æditionem? & opus tam ingens, tam operoſum, ut ita dixerim, ſeſquianno perficeres, perfectum ſtatim euulgares? Quod ſi Flacci præceptum ſecutus, uigilias tuas in nonum præſiſſes annum, fieri poterat, ut non ſolum eloquentiæ gratiam adiungeres, uerumetiam ut & copioſius & emendatius opus in lucem exiret, nec eſſet cuius te pœniteret, nec cui quicquam apponi uelles. Alioquin aut non oportuit ſuſcipere prouinciam, aut erat ſuſceptæ per omnia ſatisfaciendum. Hic ego profecto, neq; enim mihi moris eſt refragari ueris, nonnullam culpæ partem agnoſcam neceſſe eſt. Neque enim me clam erat, opus hoc requirere, non theologum hominem, qui literas antiquas leuiter, ac ueluti prætercurrens deguſtaſſet, ſed qui uitam omnem euoluendis, interpretandis, excutiendis id genus autoribus contriuiſſet, cuiq; non tantum immorari, ſed immori quoq; ſtudijs huiuſmodi licuiſſet. Plane perſpiciebam, hunc laborem nec unius eſſe hominis, nec unius bibliothecæ, nec paucorum annorum, quæ nos ſoli, noſtroq;, ut aiunt, Marte breuius ſeſquianno abſoluimus, una duntaxat adiuti bibliotheca, nimirum Aldina, copioſiſsima quidem illa, quæq; non alia bonis libris, præcipue Græcis inſtructior, ut ex qua, ceu fonte, omnes bonæ bibliothecæ per omnem uſque orbem naſcuntur ac propagantur. Itaque locupletiſsima quidem, non diffiteor, ſed tamen una. Verum eſt quo culpam hanc, ſi non purgare, certe minuere poſſim: primum quod olim me ad hoc muneris ſuſcipiendum non tam incitauit ratio quàm induxit caſus, & amicorum preces impulerunt, quibus equidem cum nec aliàs unquam magnopere repugnare poſſim, tum uero Mœcenas ille meus Gulielmus Montioius, inter aulæ Britannicæ proceres eximius, hoc à me contendebat, ſic meritus, ſic charus, ut omnia mihi poſthabenda ducam, quoties illius mos gerundus eſt uoluntati. Quòd ſi philoſophorum etiam dogmata concedunt ut in gratiam amicorum nonnunquam aliquantulum à recto deflectamus, mihi dandam eſſe ueniam arbitror, qui dum tanto amico gratum facere ſtudeo, prouinciam ſuſcepi pulcherrimã quidem illam, ſed mihi fortaſſe non perinde aptam, præcipue cum uiderem eruditorum neminem hoc negotij capeſſere, non quòd impares ſeſe iudicarent, ut equidem opinor, ſed quod uigilias illas immenſas uiderent atq; refugerẽt, maximè cum intelligerent gloriæ prouentum laboribus minorem futurum. Deinde cum uideremus hanc eſſe operis ſuſcepti naturam, ut ipſum in ſe nullum haberet modum, uidelicet neceſſum habuimus modum illius, non ipſius ratione, ſed noſtris occupationibus metiri, ut tantum impenderemus operæ, non quãtum poſtulabat, ſed quantũ à noſtris ſtudijs citra uitium decidere poſſe uidebamur. Itaq; paulo feſtinantius abſoluimus, partim quòd in hoc opere nobis ueluti peregrinari uideremur: partim quo liceret his abſolutis, toto pectore reuerti ad ea, quæ noſtræ ſunt propria profeſſionis, quæq; ad menſes aliquot intermiſimus, amici uoluntatem magis quàm noſtrum iudicium ſecuti. Quanquam Horatiano præcepto non ita ualde commoueor. Hoc enim ille præcepit ijs, qui ad ingenij laudem ſcriberent. Nos præter utilitatem lectoris nihil ſpectauimus. Præcepit ijs, qui carmen conſcriberent, in quo teſte Plinio, ſumma deſideratur eloquentia, nos adagiorum commentaria colligimus. Denique nouennem iſtam curam, quam tamen nec ipſe præſtitit in carmine, fortaſſis præſtiterit aliquis in centuria. Verum eandem in Chiliadibus, tum perquam arduum eſſe uideatur præſtare, tum requirere parum humanum, cum hoc ipſum abunde laborioſum ſit, uel ſcribere Chiliadas, ut ne adiungas toties mutandi laborem, qui priore uidetur non paulo difficilior. Quanquam equidem arbitror curam, quam requirit Horatius, non temporum ſpatijs, ſed intentione metiendam eſſe. Quæ quidem de re, uere poſſum affirmare, me ſummis annixum uiribus, ut quod tempori detractum uiderctur, id uigilantia atq; aſſiduitate ſtudij penſarem, ut ſperem candidos lectores nec hanc partem omnino deſideraturos. Nam ſi ſpatij rationem habeas, præcipitauimus opus: ſi noctes dieſq; inſatigabili ſtudio deſudatas æſtimes, maturauimus. Quòd ſi non modis omnibus noſtra cura reſpondet operi, illud certe conſtabit, me quicunq; unquam de prouerbijs conſcripſere, uel apud Græcos, uel apud Latinos, loquor de ijs quorum extant commentarij, diligentia, non mediocri ſpatio præceſiſſe. Poſtremo quoniam & infinitum eſt opus, & ad communem utilitatem paratum, age quid uetat, quo minus operam partiti, communi ſtudio perficiamus? Ego meum perſolui penſum, & feſſus lampada trado: ſuccedat, qui uices operis excipiat. Ego ſyluam miniſtraui, non omnino, ſicut opinor, malignam: accedant qui dolent, qui perpoliant, qui uariegent. Ego partem eam abſolui, in qua plurimum fuit laboris, gloriæ minimum: non pigeat alios adiungere, quod & facillimum erit & ſplendidiſsimum. Mea nihil refert quocunque nomine legatur, non laborabo, penes quencunque ſumma gloriæ futura eſt, modo nos occaſionem dederimus, ut ad ſtudioſos tanta manarit utilitas. Neque uero uel tantillum offendar, ſi quis noſtra caſtigabit eruditior, locupletabit diligentior, digeret exactior, illuſtrabit eloquentior, expolict ocioſior, uindicabit felicior, dum id cum publica ſtudioſorum commoditate fiat, quam unam uſqueadeo ſpectauimus in hoc opere, ut noſtri nullam rationem habuerimus. Alioqui poteram & ipſe, quod pleriq; faciunt, eiuſmodi laborem deligere, qui longe minoribus ſudoribus mihi conſtitiſſet, idemq; longe maiorem gloriæ fructum attuliſſet. Quis enim non iudicaſſet egregium ac magnificum facinus, ſi totum Demoſthenem, aut Platonem, aut alium aliquem huiuſmodi Latinis auribus tradidiſſem? Atq; dictu difficile ſit, quanto minore temporis, uigiliarum, oleiq; impendio munus hoc conficere licuiſſet, quàm has, ſicuti uidentur, nugas congerere. Poteram ex tanto numero duas aut treis centurias mihi deligere, atq; in his expoliendis, locupletandis, elimandis, omnis ingenij neruos intendere, non paulo minore laborum ſemente, multo tamen uberiorem famæ meſſem mihi paraturus. Verum hoc fuerat meũ priuatim, non publicum ſtudioſorum agere negotium. Atqui, ſicut ego quidem arbitror, oportet in reſtituenda literaria reanimum Herculanum præſtare, hoc eſt nullo tuo incommodo à communi utilitate curanda uel deterreri, uel defatigari. Sed hjs de rebus plus ſatis, ac tamdudum uereor, ne quibus Herculani laboris inſtar eſſe uideatur, hunc tam prolixum ſermonem, in quem nos Herculani laboris adagiũ induxit, perlegere. Quare finem faciam, ſed ſi illud addidero, cum hæc primum ædcrentur, me labores omneis Herculeos

ſuper

Ayuntamiento de Madrid

ſuperaſſe. Siquidem ille ſemper aliàs inuictus, duobus ſimul monſtris par eſſe non potuit. Itaq; fugiens, prouerbiũ nobis relinquere maluit, quàm Martẽ experiri, ſatius eſſe ducens, rideri incolumen, quàm laudari extinctũ. Nobis autem eodẽ tempore cum duobus monſtris immanibus fuit congrediendum, quorum utrumuis tantum habebat negocij, ut multos Hercules requireret, tantum abeſt, ut unicus homũcio duobus par eſſe poſſit. Nam Baſileæ ſimul typis excudebantur adagiorũ Chiliades, ſic emendatæ, locupletatæq;, ut non minoris mihi conſtiterit inſtauratio, quàm prior æditio, quàm Venetiæ apud Aldũ Manutiũ peregimus. Et uniuerſæ diui Hieronymi lucubrationes, è quibus ut maximã, ita difficillimam quoq; partẽ mihi proprie ſumpſi, nempe libros epiſtolares, haud leuẽ per Muſas prouinciã, ſi cui tantum uoluminum uel euoluendũ modo ſit. Nunc deũ immortalem, quàm grauis cũ mendarũ portentis, quibus illic ſcatebant omnia, mihi fuit luctа. Quanto ſudore reponenda Græca, quæ uir ille pæſſim admiſcet. Nam ea plerunq; uel deerant, uel perperã erant addita. Neq; uero mediocribus mihi uigilijs conſtiterunt quaſlacunq; illa ſcholia, quæ cum ſuis argumentis adiecimus, non ſolum ob id, quòd in re primũ à nobis tentata non eſſet quẽ ſequerer, cuius inuentis adiuuarer, uerumetiã quòd, ut Romulum narrant, nõ minus magnificũ fuiſſe ſuorum facinorũ oſtentatorem, quàm rerum egregiarum geſtorem: ita diuus Hieronymus, ut diuitẽ quendam ex omni diſciplinarum & autorum genere conſtructam penum habuit in pectore: ita nemo doctrinæ ſuæ opes in ſcriptis ambitioſius, ut ita dicam, oſtentat. Adeo ſancta quadã gloria, quicquid in uetere, quicquid in nouo inſtrumento retruſum, quicquid in fabulis, in hiſtorijs, quicquid in Græcis, quicquid in Hebraicis literis exquiſitum, id obijcit, infulcit, inculcat. Iam in ordine digerẽdo, qui uarie à diuerſis erat confuſus, & ſi nulla eſt ingenij laus, tamen haud parum fuit moleſtiæ. Tanta rerum moles huic homuncioni ſuſtinenda fuit, & quidem uni. Niſi quod in uocibus aliquot Hebraicis, quòd eas literas leuiter, ac primoribus modo, quod dici ſolet, labris deguſtaſſemus, Brunonis Ammerbachij, doctiſſimi pariter ac modeſtiſſimi iuuenis opera ſumus nonnihil adiuti. Cui uicißim reliquam huius operis portionem exequenti, in Græcis ac Latinis reſtituendis locis aliquot adfuimus, operam opera penſantes. Vt ne commemorem interim nonnihil fuiſſe negotij, ut quæ Hieronymianis lucubramẽtis falſo titulo fuerant admixta, partim erudita, partim iuxta indocta & infantia, nonnulla dementiæ quoq; ſpeciem præ ſe ferentia, certis conjecturis, ceu ueſtigijs quibuſdam deprehenderemus, atque exempta, ſuis redderemus locis. Dein ut hominis ſanctiſſimi uitam, ab alijs non uaniſſime modo, uerum etiam inſulſiſſime proditam, ex omnibus ipſius monumentis colligeremus. Adde iam, quod huiuſmodi laborum ea ratio eſt, ut fructus & utilitas ad omnes perueniat, moleſtiam nemo ſentiat, niſi unus ille qui ſuſtinet. Neq; enim illud animaduertit lector, qui totos libros inoffenſus decurrit, nobis aliquoties ad unã uoculam dies aliquot reſiſtendum fuiſſe. Nec intelligit, aut ſi intelligit, certe non meminit, quantis difficultatibus nobis conſtiterit illa, qua legens fruitur, facilitas, quantisq; moleſtijs ea moleſtia ſit adempta cæteris. Proinde ſolco & ipſe mihi quarta luna uideri natus, cui neſcio quo fato contigit, in huiuſmodi pluſquam Herculaneos labores incidere.

Effugi malum, inueni bonum. II

Ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον. id eſt,

Euaſi mala, ſum nactus meliora. Hemiſtichium prouerbiale, dici ſolitum ſi quando fortuna lautior cuipiam contigiſſet. Natum aiunt à cæremonijs nuptialibus. Nam Athenis mos erat, ut in nuptijs puer quiſpiam induceretur undique ſpineis frondibus, & quernis glãdibus opertus, coronatuſq;, cunas geſtans pambus impletas. Dicebat autem hæc:

Ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον. Ea uox bene ominabatur ſponſo ſponſæq;, tanquam ad meliorem uſq; fortunam profecturis. Malum enim uocabat ſpinas & glandes, panes bonum, propterea quod ſteriles ſpinæ, iuxta prouerbium, quod alio poſuimus loco, ὃ ἐν ἀκανθαις. Et glandibus uictitabant agreſtes illi priſci. iuxta illud, ἄλλοι βλῶ, ἄλλη λάθρα. Reperto frumentorum uſu, glandium eſus faſtidiri cœptus. Demoſthenes in oratione pro Cteſiphonte ſignificat id dici ſolere ab ijs qui initiabantur, cum peractis iniurijs, quibus agitabantur ante myſteria, iam ad honorem initiationis admitterentur. Nam Aeſchini obijcit, quòd noctu miniſtrans initiandis, abſterſo luto iuſſit eos dicere:

Ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον. Ariſtophanes in Pluto,

Ἔπφτα πλουτεῖ δὲ κἀθ' ἅλεται φακῆ. id eſt,

Vbi diues eſt, haud lente gaudet amplius.

De iuuene qui nactus Plutum faſtidijt anum, cui pauper morem geſſerat. Diuerſum eſt huic quod Iulius Pollux libro 6. refert ex Eupolide,

Οἶνα παρόντα, δὲ μὴ πάσθαι θιεῖν. id eſt,

Præſente uino bibere acetum maluit.

Adagium è Zenodoto refertur.

Aegypti nuptiæ. III

Αἰγύπτια γάμος. id eſt, Aegypti nuptiæ, inauſpicatæ & infelices dicebantur. Sumptum à notiſſima fabula Aegypti, qui filios quinquaginta, totidem fratris filiabus maritos dedit. At hi præter unum omnes à ſponſis iugulati ſunt. Torqueri poterit in ſimulatam amicitiam, aut in munus honoris gratia datum in ſpeciem, quum reuera quæratur pernicies ei cui datur. Ita nonnunquam ex affinitatibus aut fœderibus principum atrocia naſcuntur exitia.

Aedilitatem gerit ſine populi ſuffragio. IIII

Plautus in Sticho: Sine populi ſuffragio, tamen ædilitatem hic quidem gerit. Vbi quis imperioſior eſt in alieno negotio, aut in ædibus alienis. Nam Plautus ad paraſitum reſpicit in domo non ſua mandantem & imperantem, nõ aliter ac ſua. His conſine eſt quod habetur apud Ciceronem lib. 3. De legibus. Sed quæro quid hac re ſit turpius, quàm ſine prouocatione ſecuſtor, legatus ſine mandatis. Item in 13. Philippica. Senator uoluntarius lectus ipſe à ſe.

Pax redimenda. V

Diuus Auguſtinus Homilia 10. narrat apud Pœnos huiuſmodi uetus prouerbium fuiſſe celebre. Vt habeas quietum tempus, perde aliquid. Raro carent lite, qui nuſquam ſuſtinent de ſuo iure concedere. Magnum interdum eſt lucrum, iactura rei moleſtiam & inquietudinem excluſiſſe.

E duobus tria uides. VI

Ἐξ δυοῖν τρία βλέπεις. id eſt. E duobus tria uides. Iocus prouerbialis in eos qui uel ætate, uel ebrietate, uel alio quopiam oculorum uitio cæcutiunt. Huc pertinet illud Maronis:

Et ſolem geminum, & duplices ſe oſtendere Thebas.

Item illud Iuuenalis:

Et geminis conſurgere menſa lucernis.

In antiquis quibuſdam exemplaribus inuenio ſcriptum hoc pacto, ἓν δυοῖν τρία βλέπεις. id eſt, In duobus tria uides, idq; dici ſolitum, ubi quis aliud pro alio uidet, fallentibus oculis. Venuſtius fiet, ſi ad animi iudicium deflectatur.

Edentulus ueſcentium dentibus inuidet. III

D. Hieronymus epiſtolam illam eruditiſſimam quam ad Magnum oratorem inſcripſit, huiuſmodi clauſit prouerbio. Cui quæſo ut ſuadeas, ne ueſcentium dentibus edentulus inuideat, & oculos caprearũ talpa cõtemnat, hoc eſt, ne quod

ipſi

ipſi non contigit, alijs inuideat. Sic enim eſt fermè hominum quorundam ingenium, ut quiſque laudet quantum ſe ſperat aſſequi poſſe: ſi quid ultra uires ſuas eſſe ſenſerint, id negant diſci oportere. Breuiter paucos inuenias, qui quod in ſeſe deſperent, in alijs probent: idq; non alia in re magis quàm in literarum ſtudijs. Hieronymus uidetur græcam illam reddidiſſe ſententiam.

Αὐτὸς πτωχεύεις τοῖς ἔχουσι μὴ φθόνει. id eſt,
Ne pauper ipſe ijs inuide, qui poſſident.

Iiſdem ueſcentes cepis. VIII

Τὰυτὸν θύμον φαγόντες. i. Qui idem ederunt thymum. Prouerbialis figura dictum ab Ariſtophane in Pluto. Congruit in pauperes ac bonos uiros inter ſeſe amicos. Θύμον enim uiliſſimum herbæ genus, quo tenues & agreſtes utcunq; uitam ſuſtinent: quidam cepam agreſtem eſſe putant, etiamſi diſſentiant Plinius & Dioſcorides. Suidas admonet agreſtis ac uilis herbæ genus eſſe, cuius eſu Comicus paupertatem ueſcētium uoluerit intelligi. Quemadmodum Heſiodus per maluã & aſphodelum tenues ſignificauit. Huic affine quod ſcriptum eſt apud Iuuenalem:

_Quis tecum ſectile porrum
Sutor, & elixi uerueces labra comedit?

Solidos è clibano boues. IX

Ariſtophanes in Acharnenſibus:

Παρετίθη δ' ἡμῖν ὅλους Ἐκ κλιβάνου βοῦς.
Καὶ τίς ἐδώκω πώποτε βοῦς κλιβανίτας; id eſt,
Deinde nobis præbuit
E' clibano totos boues. & quis rogo
Conſpexit unquam clibano coctos boues?

Antiphanes apud Athenæum lib. 4. facit quendam querentem de frugalitate Græcorum, qui paululum carnium apponerent, cum maiores ſoleant totos boues, ceruos & arietes aſſos apponere. Quin & regi Perſarum coquum, totum camelum aſſum, atq; etiamnum calidum appoſuiſſe. At ego mihi malim perdiculam aſſam & calidam apponi. Idem in eodem libro tradidit ex Herodoto, apud Perſas diebus natalicijs fuiſſe morem, ut diuites boucm, aſinum, equum & camelum apponerent totos in clibano aut camino coctos. Prouerbialis hyperbole de barbarica rerum copia, ſiue de lauticijs affatim ſubminiſtratis. Antiquitus enim in delicijs erant cibi in clibano cocti. Primum enim panis in clibano decoqui cœptus, quem κλιβανίτην, id eſt, clibanarium uocabant, eaq; res uſqueadeo uiſa eſt noua, ut etiam prouerbio locum fecerit: deinde carnes & piſces eodem modo coqui cœperunt. Vnde & thunni, & id genus alia, in clibano cocta, xeniorum uice miſitabantur amicis.

Drachmæ grando. X

Δραχμὴ χαλαζῶσα. i. Drachma grandinans. De lucro, quod tanquam cœlitus emiſſum obtigit. Nam olim theatrale præmium erat drachma, quæ uelut grandinis in morem in populum ſpargebatur. Id à Diophanto tradunt inſtitutũ. Vnde ſi quando grando accidiſſet, per iocum aiebant, δραχμὴ χαλαζῶσα. Miſſilium mos nec hodie totus extinctus eſt. Autor Zenodotus. Meminit & Heſychius.

Duodecim artium. XI

Δωδεκαμάχανον. id eſt, Duodecim artium, appellabant callidum, uerſutum, uerſipellem, uafrum, ac uarijs inſtructum dolis. Narrant ſcortum quoddam fuiſſe nomine Cyrenen, cui cognomentum inditum δωδεκαμηχάνη, propterea quod in peragenda Venere, duodecim figuris uſa fuiſſe dicatur. Imitatum eſt autem ex Hypſipyle Euripidis tragœdia, in qua δωδεκαμάχανον ἄεθλον ſcripſit, citante Suida. Refertur & in Ranis Ariſtoph. tametſi interpres pro ἄεθλον legiſſe uidetur ἄντρον, ut intelligamus de membro pudendo muliebri. Ariſtoph. ſic habet, τολμᾷς τὰμὰ μέλη ψέγειν, ἀνὰ τὸ δωδεκαμάχανον κυρίως μελοποιῶν. id eſt, Audes tu mea uituperare carmina, qui per duodecim artes Cyrenes poëmata fingis.

Duplices uiros. XII

Διπλᾶς ἄνδρας. id eſt, Duplices uiros prouerbiali ioco uocabant, qui eſſent lubrica & inſyncera fide, quos nunc uulgò etiam bilingues appellant, & Vergilius Tyrios bilingues appellat. Dictum eſt autem per alluſionem, quod pleraque uirorum nomina diſſyllaba ſint, præſertim ſeruorum, quorum genus uafrum & fraudulentum habetur. Vnde ſenſus ambiguus eſt, poteſt enim accipi uel de eo qui duabus ſederit ſellis, uel cui nomen ſit diſſyllabum. Zenodotus huiuſmodi citat epigramma:

Μισῶ τὸν ἄνδρα τὸν διπλᾶν πεφυκότα,
Χρηστὸν λόγοισι, πολέμιον δὲ τοῖς τρόποις. id eſt,
Equidem uirum odi duplicem, ſermonibus
Probis amicum, cæterum hoſtem moribus.

Eſt aliquoties & apud Homerum Odyſſeæ Σ.

Οἵτ' εὖ μὲν βάζουσι, κακῶς δ' ὄπιδα φρονέουσιν. id eſt,
Qui bene cum dicant, retro mala mente uolutant,

Rurſum Odyſſeæ Ρ.

Εσθλ' ἀγορεύοντες, κακὰ δὲ φρεσὶ βυσσοδόμευον. id eſt,
Qui bene cum loquerentur, atrocia mente premebant.

Iterum eiuſdem operis Σ. Θέλγε δὲ θυμὸν
Μειλιχίοις ἐπέεσι, νόῳ δὲ οἱ ἄλλα μενοίνα. id eſt,
_Pectora blandis
Lenibat dictis, at mens diuerſa parabat.

Apud Platonem in Hippia minore citat aliquis hos Homeri uerſus, qui dicuntur ab Achille ad Vlyſſem,

Χρὴ μὲν δὴ τὸν μῦθον ἀπηλεγέως ἀποφαῖναι,
Ὡσπερ δὴ φρονέω τε καὶ ὡς τετελεσμένον ἔσται.
Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν,
Ὅς κ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴπῃ. id eſt,
Nam decet ingenue quod ſentis uoce profari.
Haud ſecus atq; Orci portas hominem execror illum,
Quiſquis corde aliud celans, aliud ſonat ore.

Domi manere oportet belle fortunatum. XIII

Οἴκοι μένειν δεῖ τὸν καλῶς σὺν δαίμονα. id eſt,
Domi manendum eſt, cuncta cui ſint proſpera.

Cui ſuppetit copia facultatum, is ſi uelit felicem agere uitam, domi uiuat. Nuſquam enim uiuitur commodius, nuſquã liberius. Qui eget, peregrinando rem quærat, ac fortunæ experiatur aleam. Ita Menander,

Οἴκοι μένειν χρὴ καὶ μένειν ἐλευθέρου,
Ἢ μηκέτ' εἶναι τὸν καλῶς σὺν δαίμονα. id eſt,
Domi manere oportet, ut liber ſiet,
Aut liber eſſe deſinat qui diues eſt.

Poteſt in hunc quoq; detorqueri ſenſum. Qui ſibi bene cõſcius eſt, ne captet ex alienis laudibus gloriam, ſed ſit ſuarum uirtutum conſcientia contentus.

Per haſtæ cuſpidem currere. XIIII

Δι' ἐξέας δραμεῖν. id eſt, Per acutam currere dicebantur, qui in re magnopere periculoſa uerſarentur, ἐξεία enim haſtam, ſiue haſtæ cuſpidem uocant. Translatum uidetur uel à circulatoribus, qui per ſummas haſtarum & gladiorum cuſpides ingrediuntur. Vel à militari conſuetudine qua fieri ſolet, ut qui mortem commeritus uideretur, is nudus per medias copiarum haſtas hinc atque hinc intentatas, ire cogeretur. Nec abſurdum, ſi de Thracia ſaltatione intelligatur, de qua nobis aliàs dictum eſt.

Alia Menecles, alia porcellus loquitur. XV

Ἀλλὰ λέγει Μενεκλῆς, ἄλλα τὸ χοιρίδιον. id eſt,
Non eadem loquitur ſucula, quæ Menecles.

Ayuntamiento de Madrid

Vbi quis multum uerborum effutit, quæ nihil ad rem pertineant. Mihi ſubeſſe prouerbium uidetur, tametſi nondum ſatis liquet unde natum ſit. Alludit ad illud Lucilius in epigrammate, quod quoniam eſt argutum & elegans, non pigebit ſubſcribere.

Χοιρίδιον καὶ βοῦν ἀπολώλεκα καὶ μίαν αἶγα
Ὧν χάριν ἕλκηφας μισθάριον μυνίκλης.
Οὔτε λέμοι κοινόντι πρὸς ὀδυσσέα γεγένηται,
Οὔτ' ἀπάγων κλέπτας τὸς ἀπὸ θερμοπυλῶν.
Ἀλλὰ πρὸς ἐυτυχίδην ἔχομεν κρίσιν, ὅστις τί ποιεῖ
Ἐνθάδε μοι ξέρξης, καὶ λακεδαιμόνιοι;
Πλὴν κἀμὲ μνήσθητι νόμιν χάριν, ἢ μίγα κράξω,
Ἀλλα λίχ μενέκλης, ἄλλα τὸ χοιρίδιον. id eſt,

Sucula, bos, & capra mihi pericre Menecles,
Ac merces horum nomine penſa tibi eſt.
Nec mihi cùm Othryade quicquàm eſt'ue fuit'ue negoti,
Nec fures ullos huc cito Thermopylis.
Sed contra Eutychidem nobis lis, proinde quid hic mi
Aut Xerxes facit, aut quid Lacedæmonij?
Ob pactum & de me loquere, aut clamauero clare,
Multo aliud dicit ſus, aliud Menecles.

Cum huius epigrammatis argumẽto conuenit & illud quod eſt apud Martialem lib. 6.

Non de ui, neq; cæde, nec ueneno,
Sed lis eſt mihi de tribus capellis.
Vicini queror has abeſſe furto.
Hoc iudex ſibi poſtulat probari.
Tu Cannas, Mithridaticumq; bellum,
Et periuria Punici furoris,
Et Syllas, Marioſq; Mutioſq;,
Magna uoce ſonas, manuq; tota.
Iam dic Poſthume de tribus capellis.

In Martialis epigrammate hoc ipſum tota manu, prouerbij ſpeciem gerit. Solent enim rhetores in contentione manu rotata geſticulari. Vtrunq; igitur in eum rectè dicetur, qui ἀγαγώνια καὶ ἀπροσδιόνυσα, hoc eſt, extra cauſam quæ ſunt, & ad rem nihil attinent, dicit. Aliud ſus, aliud loquitur Menecles: &, dic de tribus capellis.

Haud annuntias bellum. XVI

Οὐ πόλεμον ἀγγέλλεις. i. Non annuntias bellum. Dici ſolitum, ubi quis rem oppido lætam annũtiat, quòd bellum res ſit omnium calamitoſiſſima: & tamen ad huius rumorem hodie plerique mortales hilareſcunt, nimirum ſceleratiſſimum illud Carum genus, qui malis humani generis aluntur, Iulianus in epiſtola ad Baſilium. ἢ μὲν παροιμία φησὶν, ὁ πόλεμον ἀγγέλλεις, ἐγὼ δὲ προσθείην ἐκ τ' κωμῳδίας, ὦ χρυσὸν ἀγγέλας ἐπῶν. i. Prouerbio dicunt, haud bellum annuntias. Ego uerò illud addiderim ex comœdia: O aureorum nuntius uerborum. Conduplicauit prouerbium Iulianus, quandoquidẽ & hoc prouerbiale, χρυσὸν ἀγγέλλεις ἐπῶν. Sumptum eſt autẽ ex Ariſtophanis Pluto. Verba ſunt ſenũ chorum explentiũ ad Carionẽ, qui Pluti annuntiarat aduẽtum. Vſurpauit & Plato in Phædro, ὁ πολέμου γε ἀγγέλλεις. i. Haud ſanè bellum annuntias. Ac rurſum libro De legibus tertio. Pindarus in Pythijs hymno 4. τὸ δ' ὁμήρου, καὶ τόδε σωθέμενος πόρσυν'. ἄγγελον ἐσλὸν ἕφα τιμὰν μεγίσταν πράγματι παντὶ φέρειν. id eſt, Quin ex Homeri dictis & illud conferens orna. Nuntium bonum ait honorem maximum in omni negotio ferre. Verſus autem quem citat Pindarus, hic adfertur ab interprete,

ἐσθλὸν καὶ τὸ τέτυκται ὅτ' ἄγγελος αἴσιμα εἰδῇ. id eſt.
Hoc quoq; præclarum eſt, ubi nuntius optima nouit.
Extat autem Iliados. o.

Machinas poſt bellum adferre. XVII

Τὰς μηχανὰς μετὰ τ πόλεμον κομίζειν. id eſt, Machinas poſt bellum adferre dicebantur, qui peracto negotio, ſero adhiberent apparatum. Brutus in epiſtola quadam ad Lycios, αἱ μηχαναὶ ὑμῶν μετὰ τὸν πόλεμον, ὡς ἢ παροιμία, ἐκομίσθησαν. i. Veſtræ machinæ poſt bellũ, uti prouerbio dicitur, adductæ ſunt. Alludit ad illud Platonis, quod alio reddidimus loco, οὕτως χρὴ τ πολέμου μεταλαγχάνειν. i. Ad iſtum modum oportet ad bellũ accedere. De Melitide dicetur ſuo loco, quem aiunt in Troiam ueniſſe, quo Priamo ferret ſuppetias ciuitate iam capta.

Leuiſsima res oratio. XVIII

Κυφότατον πρᾶγμα λόγος. i. Leuiſsima res oratio. Syneſius in epiſtola quadam ad Theophilum, προπετὴς ἄνθρωπος γλῶτταν, ἐντυχὼν ἀνδρὶ προπετεστέρῳ τὴν χεῖρα, ἢ τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον, κυφοτάτου πράγματος βαρυτάτῳ τιμωρίαν ἐξέτισε. i. Homo præcipiti linguæ quum incidiſſet in uirum manu magis præcipiti, iuxta id quod dici ſolet, rei leuiſsimæ, nempe ſermonis, grauiſsimas pœnas dedit. Porrò quod Syneſius adducit, propemodum uidetur eſſe apud Platonem li. De legi. 4. διότι κόφων καὶ στιλπνῶν λόγων βαρυτάτη ζημία. i. Propterea quòd leuium & uolatilium uerborum grauiſsima ſit pœna. Refertur & apud Plutarchum in lib. περὶ ἀοργησίας, ex autore Platone. Apud Homerum paſsim obuium eſt illud,

Επια πτερόεντα προσηύδα. id eſt,
Verba uolucria dixit.

Verba alata cognominat, quòd facilè euolent, ac reuolare neſciant. Proinde Horatius.

Et ſemel emiſſum uolat irreuocabile uerbum.

Eam ſententiam citat ex Menandro,

Οὔτ' ἐκ χερὸς μεθέντα καρτερὸν λίθον
Ῥᾴδιον κατασχεῖν, ὅτ' ἀπὸ γλώττης λόγον. id eſt,
Nec durus ulli emiſſus è manu lapis,
Nec; ſermo lingua, facilè compeſci ualet.

Alibi indicauimus ἀπτέρους λόγους, dici Græce, id eſt, uerba ſine pennis, quæ premit apud ſe qui audiuit, nec ſinit ad alios euolare.

Non omnia eueniunt quæ in animo ſtatueris. XIX

Homerus Iliados Σ.

Αλλ' ὅ γε Ζεὺς ἄνδρεσσι νοήματα πάντα τελευτᾷ. id eſt,
Iuppiter haud quicquid animo conceperis, illud
Perficit extemplo.

Hoc equidem carmen inter adagia adſcribendum exiſtimaui, propterea quòd eadem ſententia etiam hodie uulgo dicitur. Et Pindarus in Olympijs,

Πολλὰ δ' ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσον. id eſt,
Multa mortalib. præter animi ſententiã eueniũt, quod ipſum citauimus & alibi. Rectè utemur, quoties ſignificabimus nõ euenire protinus quicquid ſpe uotiſq; conceperimus.

Murem oſtendit pro leone. XX

Μῦν ἀντὶ λέοντος ἀπέδειξε. i. Murem pro leone oſtendit, pro uerbiali ſchemate dictũ, pro eo quod eſt, ingentia pollicitus & fortia, longè diuerſa exhibuit. Syneſius in epiſtola quadam ad Anaſtaſium, ἐκραγὼν γὰρ αὐτῷ δίς τε καὶ τρὶς καὶ τοῖς δεξαμένοις, καὶ πάντα ἐπανατανύμενος ἅπερ ἂν εἰρῆσθαι μὴ παρ' ἐμοῦ, παντὸς ἂν ἐτιμησάμην, ἀπέδειξε τὸ κάθαρμα μῦν ἀντὶ λέοντος. id eſt, Cùm inclamaſſet in illum bis aut ter, ac de plauſtro, quod aiunt, conuitijs inſectatus, nihilq; nõ in eum eſſet uociferatus, cùm eiuſmodi uel à meipſo dicta fuiſſe maximi fecerim, deinde murẽ pro leone exhibuit ſcelus. Sumptũ apparet à beſtiarijs qui ridiculi gratia multa polliciti, quaſi leonẽ immanem, & inſolitæ magnitudinis emiſſuri, mox murẽ emittũt in cauea.

Pugnis & calcibus. XXI

Πυξὶ καὶ λακτίσματι. i. Pugnis & calcibus. Prouerbiali figura dictum

Ayuntamiento de Madrid

reperitur, pro eo quod eſt, omni contumeliæ genere, totiſq; uiribus. Syneſius in epiſtola quadam ad fratrem, ὐδὲ πυξ ἐντυπεῖν, οὐδὲ λὰξ ἐναλᾶσθαι τ ἐπιπιεζέρῳ τινὶ. i. Neque pugnos impinget, neq; calcibus impetet quempiam meliorem. Ariſtophanes in Pace:

Παίειν, ῥύπτειν, πυξ ὀμῦ καὶ ζῷ πέῃ. id eſt,

Ferire, fodere, pugno, itemq; & mentula.

Quo loco interpres admonet prouerbij, πυξ ὀμῦ καὶ τῷ σκέλει. id eſt, Pugno ſimul & tibia. Nam comicus riſus cauſa, pro tibia mẽtulam mutauit. M. Tullius in oratione pro Sylla dicit, quendam non ſolum uerbis uti improbiſſimis ſolitum, uerum etiam pugnis & calcibus.

Inimicus & inuidus uicinorum oculus. XXII

Alcippus in epiſtola quadam ad Encymonem, δυσμενὴς καὶ βάσκανος ὁ τ γειτόνων ὀφθαλμός φησιν ἡ παροιμία. id eſt, Inimicus & inuidus uicinorum oculus, ut dictũ eſt prouerbio. Extat autem apud Ariſtotelem lib. Rhetoric. 2. Vicinus inuidet uicino, iuxta Heſiodi ſententiam. Nec inuidemus ijs à quibus longo abſumus interuallo, ſed quos propemodum ſperamus aſſequi. Vnde Flaccus.

Inuidia quia maior. Et alibi,

Et iam dente minus mordeor inuido.

Totum ſubuertere. XXIII

Ὅλον ἀναῤῥῖψαι. i. Totum euertere dicitur, qui funditus perdit quempiam, & uelut ab ipſis radicibus funditusq; Acinetus in epiſtola quapiã ad Phœbianã, ὅντως ὅλον μὲ αὐτῇ τῇ τῷ παροιμίαν ἀναῤῥίψασα δηλίναν ἀπωλέσασας. id eſt, Ita tu me totum, quod aiunt, ſubuerſum eò redegiſti, ut mihi ſit ſeruiẽdum. Cicero lib. Rhetoric. 1. Vertit ad extremum omnia. Ductum ab ædificijs quæ ſubuertuntur à fundamentis.

Bona terræ. XXIIII

Τὰ τ γῆς ἀγαθά. i. Terræ bona. De bonis & immenſis & omnigenis, quaſi dicas, quicquid terra progignit, omniũ rerum parẽs. Menander in epiſtola ad Glyceram, βασιλικῶς ὑπισχνέμενος τὸ μὴ λεγόμενον τοῦτο, τὰ τ γῆς ἀγαθά. id eſt, Regaliter pollicẽs, iuxta illud quod uulgo dicitur, terræ bona. Finitimum illi, Montes auri pollicens.

Palumbem pro columba. XXV

Φάτταν ἀντὶ περιστερᾶς. id eſt, Palumbem pro columba, ſubaudi uerbum ad ſententiã accommodatum. In epiſtola Mormiæ neſcio cuius ad Chremetem: αὐλητρίδα ἡ λυσάμενος ἧς ἔτυχεν ἐρῶν, νύμφης φολὴν αὐτῇ περιβαλὼν ἐπανήγαγέ μοι φάτταν ἀντὶ περιστερᾶς φασὶν, ἑταίραν ἀντὶ νύμφης. id eſt, Redemptam tibicinam quam fortè amabat, ſponſæq; ſtola amictam mihi induxit columbæ loco palumbem, ut aiunt, meretricem pro ſponſa. Vſus eſt Plato in Theæteto, λαβὸν οἷον φάτταν ἀντὶ περιστερᾶς. i. ſi accipiat uelut palumbem pro colũba. Error eſt in re, nõ in ipſa ſcientia. Palumbes autem columbis ſunt adſimiles, Conueniet, ubi quod deterius eſt & adulterinum, pro eo quod eſt præſtantius ac legitimum ſupponitur.

Cilix haud facile uerum dicit. XXVI

Κίλιξ ὃ ῥᾳδίως ἀληθεύει. i. Cilix haud facilè uerum dicit. Dionyſius in epiſtola ad Rufum ſcholaſticum, λόγος ἔχει παλαιὸς, μὴ ῥᾳδίως ἀληθεύειν τὸς κίλικας. id eſt, Vetus uerbũ eſt, Cilices haud facilè uerum dicere. Quanquàm ἀληθεύειν, aliquoties eſt re præſtare quod dixeris. Quadrabit in hominem auidum lucri, & ob id ſæpenumero dicentem, non quæ uera ſint, ſed quæ utilia. Natum adagiũ à moribus eius gentis, quo nomine nunc uulgo notant Vltratralectinos.

Culicem elephanti conferre. XXVII

Κώνωπα ἐλέφαντι παραβάλλειν. id eſt, Culicem elephanti conferre dicuntur, qui minima maximis comparãt. Libanius ad Caſilium, τὸ ἐμὸν τοιοῦτον, οἷον κώνωπ ἐλεφάντι παραβαλλόμενον. id eſt, Ego uerò perinde ſum, quaſi culex cùm elephante collatus. Huius generis eſt & Vergilianum illud,

Sic canibus catulos ſimiles, ſic matribus hœdos
Noram, ſic paruis componere magna ſolebam. Et,
Si parua licet componere magnis.

Dum clauum rectum teneam. XXVIII

Dum clauum rectum teneam, id eſt, dum meo fungar officio. Significat autem, non imputandum euentum parum proſperum artifici, modo is præſtiterit quod artis eſt. Quintilianus lib. 2. Inſtitut. prouerbiale fuiſſe demonſtrat. Nam & gubernator, inquiens, uult ſalua naue in portum peruenire, ſi tamen tempeſtate fuerit abreptus, non ideo minus erit gubernator, dictúq; notum illud,

Dum clauum rectum teneam.

Videtur hemiſtichium è poëta quopiam ſumptum. Nonnulli citant ex Ennio,

Dum clauum rectum teneam, nauimq; gubernem.

Huc alluſit M. Tullius lib. Epiſt. famil. 12. Vna nauis eſt iam bonorum omnium, quam quidem nos damus operam ut rectam tenemus, utinam proſpero curſu. Sed quicunq; uenti erunt, ars noſtra certè non aberit. Itidem Pindarus Pythiorum hymno 1. νώμα δικαίῳ πηδαλίῳ χεῖρ. id eſt, Gubernæ iuſto clauo exercitum.

Incus maxima non metuit ſtrepitus. XXIX

Ἀκμὼν μέγις & ὁ φόβητρα τὸς ψόφους. id eſt,

Nihil tumultus metuit incus maxima.

Excelſus animus non cõmouetur minis, aut fortunæ ſeuientis procellis. Translatum ab incudibus fabrorum ærariorum, quæ tametſi hinc atq; inde tundantur crebris malleorum ictibus, tamen haudquaquàm loco commouentur. Vergilius huiuſmodi conſtantem animum querno robori ſimilem facit. Idem de animo inexorabili,

Quàm ſi dura ſilex, aut ſtet Marpeſia cautes.

Extat apud Græcos diſtichon integrum huiuſmodi,

Ἀκμὼν μέγις & ὁ φόβητρα τὸς ψόφους,
Καὶ νοῦς ἐχέφρων πᾶσαν ἔλκουσαν βίαν. id eſt,
Strepitum ac tumultum maxima incus haud timet,
Conſtans nec animus quamlibet uiolentiam.

Veneri ſuem immolauit. XXX

Ἀφροδίτῃ ὗν τέθυκεν. id eſt, Veneri ſuem immolauit. Dici ſolitum, ubi quis munus offert minime gratum. Inuiſus enim Veneri ſus propter Adonidem illius amaſium apri dente peremptum. Aut contrà, cùm quis alium in gratiam alterius lædit. Quemadmodum caper mactatur Libero, non quia gratus, ſed quia nocuit.

Non licet bis in bello peccare. XXXI

Ἁμαρτεῖν δὶς ἐνεστὶ δὶς ἐν πολέμῳ. id eſt, In bello bis errare non licet, in rebus periculoſis non tutum eſt labi. Nam ſi ſemel erretur, actum de capite, nec eſt ſecundo errori locus. Vel quòd in bello, quis cuncta tumultu peragantur, non detur ſpatium reuocandi reſtituendiq; ſi quid perperam ſit inſtitutum. Vnde Homerus cùm alibi, tum Iliados P.

Ὀλίγη δὲ τ ἀνάπνευσις πολέμοιο. id eſt,

At uerò exigua eſt interſpiratio belli.

Proinde in his rebus, in quibus ſi ſemel erratum fuerit, non eſt quod in poſterum ſarcias, cautim ac circumſpecte agendum, admonente uel mimo illo non infeſtiuo:

Deliberandum eſt diu, quicquid ſtatuendum eſt ſemel.

Puta de ſacerdotio, de matrimonio, deq; id genus alijs: quæ ſi temere fuerint inſtituta, non eſt quo priores cogitationes poſterioribus, ut aiunt, meliorib. emẽdes. Huc pertinet quod è Catone citat Vegetius. In alijs rebus ſi quid erratũ eſt, poteſt poſtmodum corrigi, præliorũ delicta emendationem non recipiunt

Ayuntamiento de Madrid

recipiunt, cum ſtatim pœna ſequatur errorem. Aut enim confeſtim pereunt, qui ignaue imperiteq; pugnauerint, aut in fugam uerſi, uictoribus ultrà pares eſſe nõ audent. Adagium uidetur natum ex apoptht hegmate: quum Lamachus quẽdam manipuli ducem increpaſſet, quòd perperam quiddam egiſſet, iſq; reſponderet, ſe non iterum commiſſurum quòd commiſerat: In bello, inquit Lamachus, ne licet quidem peccare bis: quòd primus error ſæpe uitam adimat.

Panidis ſuffragium. XXXII

Παν[illegible] ψῆφος. id eſt, Panidis ſuffragiũ. In eos torquebatur, qui ſtultè atque inerudite iudicarent. Aiunt Panidem hunc Chalcidis regem fuiſſe, qui Heſiodum Homero prætulerit: perinde quaſi dicas, Midæ ſuffragium, quòd is quoq; Panis agreſtem cantionem antepoſuerit Apollinis Muſicæ. In genere conueniet in iudicia uulgi, cui ferè ſemper peßima pro optimis placuerũt. Haius ſuffragijs Menandrum aliquoties ſuperauit Philemon. Euripides cum quinq; & ſeptuaginta tragœdias ſcripſerit, in ſolis quinq; uicit. Nec aliud eſt hodie quoq; populi de ſacris concionatorib, iudicium, quàm quod Plinius ætate ſua de recitatorib. fuiſſe ſcribit: Si quãdo trãſibis, inquit, per baſilicam, & uoles ſcire quomodo quiſq; dicat, nihil eſt quod tribunal aſcendas, nihil quod præbeas aurem, facilis diuinatio, ſcito eum peßime dicere, qui laudabitur maximè. Quapropter Socrates in Critone Platonis, illud in primis uult eſſe ſapienti fixum decretumq;, ne quid opinione uulgi commoueatur, imò ſuſpectum habeat, quicquid ſenſerit uulgò uehementer arridere. Scitum eſt illud Antiſthenis apud Diogenem Laërtium, cui quum dixiſſet quiſpiam, Multi te laudant, Quid, inquit, mali feci? Huic ſimillimum quod Plutarchus in Apophthegmatis refert de Phocione, cui dicenti quũ populus Athenienſis præter morem alacribus ſtudijs aſſentiretur, conuerſus ad amicos, Quid hoc, inquit, eſt rei? Nunquid imprudens perperam?

Pattæcione calumnioſior. XXXIII

Παττακίων συκοφαντικώτερος. id eſt, Pattæcione calumnioſior. Ab euentu natum. Nam Pattæcion quiſpiam infamis calumniator, cui cum mos eſſet bonis uiris calumnias ſtruere, atq; hoc tam ſœdo quæſtu parare rem, tandem deprehenſus cõuictusq; pœnas dedit capite. Huic præcipuum ſtudium fuit, probati nominis iuuenibus negotium faceſſere. Idem popularibus conuicijs lapidatus eſt, quòd fur eſſet, & ædium perfoſſor. Talis fuit apud Athenienſes Hyperbolus. refert Suidas.

Omni pede ſtandum. XXXIIII

Ὅλῳ ποδί. id eſt, Omni ſiue toto pede, pro eo quod eſt, ſumma ui, ſummoq; niſu. Refertur à Suida. Quintilianus Inſtitu. oratoriarum lib. 12. Itaq; in his actionibus, omni, ut agricolæ dicunt, pede ſtandum eſt. Videri poterat traductũ ab ijs, qui in acie conſtanter parteis ſuas tuentur, neq; locum deſerunt: aut à palæſtritis, quorum artis eſt, ſcite pedem figere: niſi Quintilianus ab agricolis profectum eſſe teſtaretur.

Callum ducere. XXXV

Prouerbiales metaphoræ ſunt, Callum ducere, & occalleſcere, ſi quidem ad animum detorqueantur. Quintilianus lib. 12. Et ingenio adhuc alendo callum inducere. Sæpicule legimus apud M. Tullium, occaluiſſe aures, cum aſſuetudo ſenſum mali adimit.

Extra organum. XXXVI

Quintilianus lib. 11. Et his diuerſa uox, & penè extra organum: cui Græci nomẽ amaritudinis dederunt, ſupra modum ac penè naturam uocis humanæ acerba. Extra organum dicetur, quod immodicum eſt, & extra uulgarem menſuram. Veluti ſi quis leges Platonis huius ætatis ciuibus proponeret. Ductum eſt ab organo muſico, quod intra uigeſimam uocem conſiſtit. Conueniet item in uehementer clamoſum.

Demulcere caput. XXXVII

Demulcere caput, allegoria prouerbij uice recepta, pro blandiri: ſumpta ab adulantium geſtu. Quanquã hunc inter moras commemorat Fabius libro 11. In hac, inquit, cunctatione ſunt quædam non indecentes, ut appellant ſcenici, moræ, caput mulcere, manum intueri, infringere articulos. Chremes in Heauton tim. negat ſe ſibi temperare poſſe, quin Syro caput demulceat. Eſt ſubinde & apud Plautũ. Diuus Hieron. ad Auguſtinum: Prætermitto ſalutationis officia, quibus meum demulces caput. In eundem ſenſum uſurpauit Lucilius ſcabere caput apud Nonium. Hic ubi me uidet, ſubblanditur, palpatur, caput ſcabit.

Toto organo. XXXVIII

Quintilianus lib. 11. Eſt enim quædam ad auditum accommodata non magnitudine, ſed proprietate ad hoc uelut tractabilis: utique habens omneis in ſe qui deſiderantur, ſonos, intentionesq;, & toto, ut aiunt, organo inſtructa. Hactenus ille. Proinde toto organo inſtructa recte dixeris, quæ numeris omnibus conſtant, & undiq; quadrãt. Sumptum & hoc à muſicorum inſtrumentis.

Vltra linum. XXXIX

Ὑπὲρ τὸ λῖνον. id eſt, Vltra linum. Lucianus in Ioue redarguto: Οὐδὲν γὰρ ὄυτω γένοιτ' ἂν ἔξω τῶν νόμων τῶν μοιρῶν δὲ ὑπὲρ τὸ λῖνον. id eſt, Neq; enim quicquam ita fieri poterit, præter Parcarum legem, & ultra linum. Vltra linum dixit, pro eo quod eſt, extra decretum fatale. Alluſum eſt autem ad fila trium parcarum. Confine illi quod aliàs retulimus: Ὑπὲρ τὸν ἄτρακτον, id eſt, Vltra fuſum.

Omnia ſecunda ſaltat ſenex XL

Omnia ſecunda, ſaltat ſenex. Iocus prouerbialis, quo conueniet uti, quoties res prius in periculum adducta, præter expectationem feliciter exierit. Seruius enarrans illum Maronis uerſiculum ex tertio Aeneidos libro,

Luſtramurq; Ioui, uotiſq; incendimus aram:

Adagium refert explicatq; his uerbis: Sciendum ſanè moris fuiſſe, ut piaculo commiſſo, ludi celebrarentur. Nam cum iracundia matris deũm Romani laborarent, & eam nec ſacrificijs nec ludis placare poſſent, quidam ſenex ſtatis ludis Circenſibus ſaltauit, quæ ſola fuit cauſa placationis. Vnde & natum prouerbium: Omnia ſecunda, ſaltat ſenex. Idem Seruius explicans locum eiuſdem poëtæ in Aeneid. 8.

Vt celſas uidere rateis, atq; inter opacum
Allabi nemus, & tacitis incumbere remis.
Terrentur uiſu ſubito, cunctiq; relictis
Conſurgunt menſis, audax quos rumpere Pallas

Sacra uetat. Cùm aliquando, inquit, Romæ ludi Circenſes Apollini celebrarentur, & Hannibal nuntiatus eſſet circa portam Collinam ingruere, omnes raptis armis concurrunt. Reuerſi poſtea cum piaculum formidarent, inuenerũt ſaltantem in circo ſenem quendam, qui cũ interrogatus, dixiſſet ſe non interrupiſſe ſaltationẽ, ductum eſt hoc prouerbium: Salua res ſaltãte ſene. Verrius apud Feſtum Pompeiũ huiuſmodi fabulã adfert: C. Sulpitio, & C. Fuluio conſulibus M. Calpurnio Piſone prætore urbis faciente ludos, ſubito nunciato hoſtium aduentu, è foro ad arma concurſum eſt. Sed poſtquam uictores rediſſent in theatrum, ne ludi intermiſſi religionem adferrent, & inſtaurari oportere dicerent, inuentum eſt ibi C. Pomponium libertinum, hominẽ grandem natu, ad tibicinem ſaltaſſe. Itaq; gaudio non interruptæ religionis æditam uocem. nunc quoq; celebrari. Sunt qui C. Volumnium arbitrentur appellatum fuiſſe, qui ad tibicinem ſaltarit. Meminit huius & Titus Liuius alicubi, ni me fallit memoria. Huic finitimum eſt illud quod alio diximus loco, γλαῦξ ἵπτατο. i. Noctua uolauit. Ariſtophanes in Veſpis, Γλαῦξ γὰρ ἡμῶν περὶ μάχεσθ' τὸν σφαιρὸν διέπτατο. i.

Ayuntamiento de Madrid

Noſtra crimante prælium ululæ peruolauit agmina.

Significat uictoriam nõ uirtute militum, ſed Minervæ dexteritate contigiſſe.

Gladium dediſti, qui ſe occideret. XLI

Adagij formam habet, quod ſcripſit Plautus in Trinum. Gladium dediſti, qui ſe occideret, id eſt, miniſtraſti materiam & adiumentum ad perniciem. Veluti ſi quis amanti adoleſcenti pecuniam det in manum: aut iuueni temerario mandet magiſtratum: aut mulieri permittat quò lubeat eundi licentiam. Dedit & Aeneas Didoni gladium quo ſe occidit. Quo quidem loco multa Seruius, quæ nobis alio loco dicta ſunt in prouerbio. ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα.

Alienum arare fundum. XLII

Ἀλλοτρίαν ἄρουραν ἀρᾶν. id eſt, Alienum aruum arare. Prouerbiali metaphora dictum eſt pro eo quod eſt, alienum agere negotium, aut cum alienis uxoribus habere rem. Theognis in ſententijs,

Ἐχθαίρω δὲ γυναῖκα τερείδρομον, ἥτις ἀνδρὸς
Ὅστις ἀλλοτρίῳ βάλλετ' ἄρουραν ἀρότρῳ. id eſt,

Eſt inuiſa mihi mulier uaga, inersq; maritus,
Alterius fundum quiſquis arare cupit.

Plautus item de marito adultero, Fundum alienũ arat, ſuum incultum deſerit. Huic ſimilis color eſt apud iureconſultos, Alienos irrigare agros, tuis ſitientibus, C. de ſeruit. & aqua. cap. præſes. Durum eſt & crudelitati proximum, ex tuis prædijs aquæ agmen ortum, ſitientibus agris tuis, ad aliorum uſum uicinorum iniuria propagari.

Fluuius, quæ procul abſunt irrigat. XLIII

Ποταμὸς τὰ πόρρω ποτίζων, τὰ δ' ἔγγιον καταλείπει. id eſt, Fluuius quæ longe diſita ſunt irrigat, quæ proxima ſunt, præterit. De his dici conueniet, qui bene merentur de externis & nihil ad ſe pertinẽtibus ſuos negligunt. Refert Dionianus. Aduerſaret inde ductum, quòd ubi fluuius oritur, minor eſſe ſolet, minuſq; argillæ ſecum trahens, & quo longius receſſit à fonte, hoc eſt copioſior uberiorq;.

Magno flumini riuulum inducis. XLIIII

Ποταμῷ μεγάλῳ ὄχετὸν ἐπάγεις. id eſt, Magno flumini canalem inducis, id eſt, maximis rebus puſillum & inutile momentum addis. Commemoratur à Suida. Finitimum eſt illis, Syluæ addere ligna, mari aquam, ſoli lucernam.

Ne patris nomen quidem dicere poſsit. XLV

Syneſius in epiſtola quapiam aduerſus Andronicũ: ἄνθρωπος οὐκ ἔχων εἰπεῖν ὄνομα πάππου, ἀλλ' οὐδὲ πατρός φασι. id eſt, Homo qui aui nomen dicere non poſſit, imò ne patris quidem, ut aiunt, Quadrat in uchemẽter obſcuros & ſpurios, incertoq; patre natos. Quod genus eſt & illud Iuuenalis:

Quorum nemo queat patriam monſtrare parentis.

Vnde Plutarchus exiſtimat ſpurios dictos nothos, quòd duabus his literis prænotari ſoleant, S. P. hisq; ſignificari ſine patre.

Ne ſi bos quidem uocem edat. XLVI

Alciphron in epiſtola Glyceræ ad Menandrum, Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐδενὶ πώποτε μὰ τὰς θεὰς, οὐδ' ἂν βοῦς μοι, τὸ λεγόμενον, φθέγξατο πεφθείην ἄρ. id eſt, Hoc autem nullo pacto crediderim, ne ſi bos quidem fuerit elocuta. Hinc dictum eſt, quòd in annalibus frequenter commemoratur bos humanam uocem reddidiſſe. Memini legere, ni fallor, apud Platonem non diſs muli figura dictum, etiam ſi quercus eloqueretur. Nam olim è quercubus Dodonæis reddebantur oracula.

Aegæum nauigat. XLVII

Τὸν αἰγαῖον πλεῖ. id eſt, Aegæum nauigat, ut ſubaudias κόλπον. Aelianus in epiſtola quapiam: Γεωργίαν καὶ γεωργεῖν ἀπολιπὼν ὁ γείτων λάχνης ἐπέβη νεώς. καὶ πλεῖ τὸν ἀγαῖον φασι, καὶ ἄλλα πελάγη μετρεῖ, ἐπικυματίζῃ, καὶ λάρῳ βίον ζῇ, καὶ ἀνέμοις μάχεται διαφόροις. id eſt, Vicinus Laches relicta agricultura, & agriculationis uſu, nauem conſcendi, atque Aegæum, ut aiunt, nauigat, reliquaq; metitur maria, & in fluctibus agens, Lari uitã uiuit, cumq; uarijs uentis dimicat. Perſius item in quinta Satyra,

Ocius ad nauem, nihil obſtat quin trabe uaſta
Aegæum rapias.

Arbitror hoc mare cæteris eſſe periculoſius ob frequentes ſcopulos. Hinc eſt illa M. Tulij metaphora, in Diuinatione: intelligo quàm ſcopuloſo difficiliq; loco uerſer. Nec infrequens eſt apud Hieronymum. Et ſcopuloſis locis enauigauit oratio, quotics ſentit expeditam quæſtionum difficultatem. Quadrabit igitur in hominem ob lucri ſtudium nihil omnino periculi recuſantem.

Liberi poëtæ & pictores. XLVIII

Lucianus in dialogo quem inſcripſit Ὑπὲρ τῶν εἰκόνων. Καίτοι παλαιὸς ὅτος ὁ λόγος, ἀνδυβυς εἶναι ποιητὰς καὶ γραφέας. id eſt, Atqui uetus hoc dictũ eſt, liberos eſſe poëtas ac pictores. Idem in Demoſthenis Encomio, τὸ μὲν δὴ ποιητικὸν φῦλον ἐλεύθερον. id eſt, Atqui poëticum genus liberum. Sentit autem liberum eſſe poëtis & pictoribus impune, quicquid uelint fingere. ἐυθυνῶν Græcis eſt cauſa ſiue accuſatio. Magiſtratum itaq; de quo cogebatur rationẽ reddere qui ſuſceperat, ὑπεύθυνον appellabant, Liberum autem & de quo non exigebatur ratio ἀνεύθυνον. Indicat hoc Aeſchinis oratio aduerſus Cteſiphontem. Diphilus apud Athenæum lib. 6. de poëtis, εἰς ἔξοδα

ἔξιν λέγειν ἅπαντα καὶ ποιεῖν μόνοις. id eſt,

Quibus licet, Et facere ſolis quidlibet atque dicere.

Ad quod alluſit Horatius cum ait,

Pictoribus atq; poëtis
Quilibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.

Nam poëtæ numine aguntur, eoq; illis fruſtra præſcribas. Seneca lib. De uita beata 1. Siue Platoni, inquit, credimus, fruſtra poëticas fores compos ſui pepulit: ſiue Ariſtotelis, nullum magnum ingenium ſine mixtura dementiæ fuit. Eſt autem plurimum cognationis inter poëticen & pictoram. Hinc eſt quod Simonides autore Plutarcho, τὴν μὲν ζωγραφίαν ποιήσιν σιωπῶσαν προσηγόρευεν, τὴν δὲ ποίησιν, ζωγραφίαν λαλοῦσαν. id eſt, Picturam tacitam poëſim appellauit: poëſim autem loquentẽ picturam. Proinde Horat. Vt pictura poëſis erit.

Torqueri poteſt in eos, qui pertinaci & obſtinato ſunt ingenio, quosq; neceſſe ſit ſuis moribus relinquere. Aut in mulieres quibus nihil non permittitur, aut in principes quibus omnia laudi dantur.

Per tranſennam inſpicere XLIX

Per tranſennam inſpicere, Prouerbiali nimirum figura dictum eſt, pro eo quod eſt, non propius neq; ſingulatim, ſed procul & ſummatim inſpicere. Translatum à negotiatoribus, qui mercibus quas contrectari nolunt, cancellos obijciunt: quidam etiam uitrum pellucidum opponunt, ut præterẽuntibus procul modo contemplari liceat, nec explicant eas niſi licitatori idoneo. M. Tullius De Oratore libro primo, Si in aliquam domum plenã ornamentorum, uel in uillam uenisſes, ſi ea ſepoſita, ut dicis, eſſent: tuq; ualde ſpectandi cupidus eſſes, non dubitares rogare dominum, ut proferri iuberet: præſertim ſi eſſet familiaris: ſimiliter nũc petas à Craſſo, ut

eam

Ayuntamiento de Madrid

eam copiam ornamentorum ſuorum, quam conſtructam uno in loco, quaſi per tranſennam prætereuntes ſtrictim aſpeximus, proferat, & ſuo quicque in loco collocet.

Ne de lite pronuncies. L

M. Tullius lib. Epiſtolarum ad Atticum 7. Obſecro μήτε δίκλω, præſertim in te, à quo nihil unquam uidi temere fieri. Notauit Cicero carmen prouerbiale, quod citatur cum ab alijs multis, tum à Luciano libello De calumnia,

Μήτε δίκλω δικάσῃς, πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς. id eſt,
Ne iudex fueris, partes ni audiueris ambas,

Nonnulli tribuunt Heſiodo, ſed falſo. Vnde Tullius ψευδησιόδειον, appellat, cum ſit Phocylidis. Admonet autem non temere pronunciandũ de quopiam, niſi re ultro citroq; diligenter cognita. Citatur & apud Ariſtophanem in Veſpis:

Ἢ τὸ σοφὸς ἦν ὅστις ἔφασκε, πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς, Οὐκ ἂν δικάσαις: id eſt,
Sapiens fuit is, quiſquis dixit,
Prius ac partem audieris utranq;, Ne iudicem agas.

Eandem ſententiam ſic extulit Euripides in Heraclidis:

Τίς ἂν δίκλω κείνοιϛν, ἃ γνοίη λόγοϛ,
Πρὶν ἂν πάρ' ἀμφοῖν μῦθον ἐκμάθῃ σαφῆ. id eſt,
De lite qui nam iudices, aut qui queas
Pernoſſe rem, prius atq; partem audieris Vtranq;?

Alluſit huc Seneca in Medea,

Qui ſtatuit aliquid parte inaudita altera,
Aequum licet ſtatuerit, haud æquus fuit.

Fertur inter Græcanicas ſententias & hic ſenarius,

Ανεξέταϛον μὴ κόλαζε μηδένα. id eſt,
Ne quempiam punito, rem ni expenderis.

Duobus pariter euntibus. LI

M. Tullius Epiſtolarum ad Atticum lib. 9. Vnà fuiſſemus, conſilium certe non defuiſſet, σύντε δὶ' ἐρχομένω. Idem Epiſtolarum lib. famil. 9. ad M. Varronẽ: Volebã propè alicubi eſſes. Si quid bonæ ſalutis, σύντε δὶ' ἐρχομένω. Appoſite citatur apud Platonem in Protagora, docens opinionẽ reddi firmiorem, ſi fuerit ab altero comprobata. Locus eſt apud Homerum Iliad. K. ubi Diomedes iturus exploratum, quid agant Troiani, comitem poſtulat. Id enim fore tum iucundius, cum tutius. Carmen ſic habet.

Αλλ' εἴτιϛ μοι ἀνὴρ ἅμ' ἕποιτο καὶ ἄλλοϛ,
Μᾶλλον θαλπωρή, καὶ θαρσαλεώτερον ἕϛαι,
Σύντε δὶ' ἐρχομένω, καὶ τε πρὸ ὁ τ' ὤφελεν,
ὅππως κέρδοϛ ἕῃ. μοῦνοϛ δ' εἴπερ τε νοήσῃ,
Αλλά τε οἱ βράσσων ὑ νόοϛ, λεπτὴ δέ τε μῆτιϛ. id eſt,
At mihi ſi qui alius ueniat comes, ille futurus
Solamen, fueritq; ſimul fiducia maior,
Si duo coniuncti ueniant. Dein hic prior illo,
Si quid opus facto uidet. At qui ſolus & unus,
Quamuis perſpiciat, tamen eſt mens ſegnior illi, &
Conſilium tenue.

Apuleius in libello De dæmonio Socratis, autumat allegoriam non infrugiferam huic Homerico ſubeſſe figmento, uidelicet periculoſis in rebus adhibenda duo, conſilium & opem. Vlyſſes quoniam prudentiſſimus fingitur, conſilij ſimbolum habet: Diomedes, utpote iuuenis uiribus antecellens, auxilij ſuſtinet imaginem. Apulei ex eo loco uerba ſunt hæc: Itidem cum rebus creperis & afflictis ſpeculatores deligendi ſunt, qui nocte intempeſta, caſtra hoſtiũ penetrent, nonne Vlyſſes cum Diomede deliguntur: ueluti conſiliũ & auxilium, mens & manus, animus & gladius.

Manu ſerendum, non thylaco. LII

Τῇ χειρὶ δεῖ σπείρειν, ἀλλὰ μὴ ὅλῳ θῷ θυλάκῳ. i. Manu ſementem facere oportet, non autem tota corbe. Dictum Corinnæ ad Pindarũ poëtam, ut autor eſt Plutarchus in commentario quem inſcripſit, πότερον ἀθλητοὶ ἢ πόλεμοι, ἢ καὶ σοφίαι ἐνδοξότεροι. Modus in omni re ſeruandus, & pedetentim ab alijs ad alia tranſeundum. Ab agricolis ductum eſt, qui cum ſerunt, non ſemel effundunt ipſo uaſe, ſed manu rara ſpargunt ſemina, ut uniuerſo aruo occupãdo ſufficiant. Ad eundem modum ita diſpenſanda eſt benignitas, ut multis ſuppeditare poßis. Ita moderandus eſt labor in literis, ut ad alia quoq; uitæ munia ſuppetat animi uigor.

A' fronte atque à tergo. LIII

Πρόσω καὶ ὀπίσω. A' fronte atq; à tergo. Prouerbij uice receptum, pro eo quod eſt, diligenter inſpicere, & præterita cum præſentibus ac futuris conferre. Sumptum eſt autem ex Iliados libro primo ubi Achilles Agamemnonis incogitantiam accuſans, ſic ait:

Οὐδέ τι οἶδε νοῆσαι ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω. id eſt,
Nec nouit ſimul à tergo atq; à fronte uidere.

Rurſum in eiuſdem operis libro 3.

Αμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω Λίνοϛ. id eſt,
A' tergo ſimul atq; à fronte uidebit. Iterum Iliados σ.

Ος γὰρ οἵδε ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω. id eſt,
Solus enim hic à fronte ſimul tergoq; tuetur.

M. Tullius prouerbij uice uſurpauit lib. Familiarium epiſtolarum 11. quem uerſum ſenex Præcilius laudat egregie, & ait poſſe eundem ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω uidere. Huic affine uidetur illud Heſiodium:

Πάντα μάλ' ἀμφὶϛ ἰδὼν μὴ γείτοισι χαίματα γήμῃ. i.
Cuncta bene undiq; diſpiciens, ne gaudia ducas Vicinis.

Plato in Cratylo monens ea quæ dicta fuerant, etiam atque etiam qualia ſint diſpici, uſurpat hoc Homeri dictũ, βλέπειν ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω. M. Tullius Philippica 3. uſurpat pro undiq;. A' tergo, à fronte, à lateribus tenetur. Hoc ſermonis colore non ſemel utitur & aliàs. Antiquitas Ianum bifrontem fingens, regum prudentiam indicabat, quorum eſt & præterita meminiſſe perpendereq;, & futura proſpicere: quamobrem & diuinitati duas comites addebant, Anteuortã & poſtuortã, quas olim religioſe colebãt Romani, ut indicat Macrobius in Somnium Scipionis libro primo.

Gallos quid execas? LIIII

Γάλλοϛ τὶ τέμνεις; id eſt, Gallos quid execas? Quid actum agis? Nam galli Cybelis ſacerdotes ſua ſponte ſunt exectis teſtibus. Quid ſpolias nudum? Cur affligis afflictum? Cur ſenile corpus ieiunijs attenuas? Quanquam id ad quamuis inanem operam ſignificandam conueniet: quemadmodum illa, Laterem lauas, Actum agis.

Quanto aſinis præſtantiores muli. LV

Theognidis illud ipſiſſimam prouerbij faciem habet,

Γνοῦϛ δ' ὅσσον ὄνων κρέσσονεϛ ἡμίονοι. id eſt,
Noris uti quanto muli aſinos ſuperent.

Dicendũ ubi quis longo interuallo præcedit. Refertur apud Athenæum lib. Dipnoſophiſtarum 7. Sumptum uidetur ex Homero, cuius hi uerſus ſunt Iliados ν.

Αλλ' ὅτε δὴ ἀπέλω ὅσσον τ' ἐπίδρα βόεσσιν
Ημιόνων, αἵ γάρ τε βοῶν πρόφερεϛ ἔαϛι,
Ελκέμεναι νειὸν βαθέιαν πυκτὸν ἄροτρον. id eſt,
Verum ubi tantum aberat, quantum pars ultima ſulci
Mularum. Siquidem bubus longe potiores
Ducere per pinguem ſegetem compactile aratrum.

Rurſum Odyſſeæ θ.

Τῶν δ' ἦδη ὄχ' ἄριϛοϛ ἔλα κλυτόνηοϛ ἀμύμων,
Οσσον τ' ἂν νειῷ οὖροϛ πέλῃ ἡμιόνοιϊν,
Τόσσον ὑπεκπρολέλοιπε λαὸϛ ἅπας· οἱ δ' ἐλίποντο. id eſt,
Hos curſu anteibat Clytoneus ſplendidus omnes
Quantum mularum ſulcus præcedit in aruo,
Tantum is præcurrens populos, metam attigit, illos
A' tergo linquens.

Ayuntamiento de Madrid

Olim bubus, asinis & mulis proscindebant arua. Hinc illa lex Mosaica Deut. 12. quæ uetat arandi gratia bouem & asinum sub idē iugum mittere. Aratrum igitur quod à mulis trahebatur, multo celerius perueniebat ad sulci finem, quum arator inuertit aratrum, quàm quod trahebatur à bubus. Hesiodus item mulos τηλαλέγεας uocat.

Difficilis uir. LVI

Δεινὸς ἀνὴρ ταχάκην καὶ ἀναίτιον αἰτιόωτο. *id est,*

Forsan & innocuum culpet uir sæuus & acer.

Hunc Homeri uersiculum olim in Demosthenem uulgò iactatum fuisse multorum autorum testimonijs constat, propterea quòd accepta pecunia nonnunquam & malos defenderet, & oppugnaret bonos. Eundem ad Varronem torsit M. Tullius lib. Epistolarum ad Atticum 13. Dicitur autem apud Homerum Iliad. λ. sub persona Patrocli.

Εὖ γὰ οὐ οἶσθα γεραιὲ βιοξέφες, οἷός & ἐκεῖν& Δεινὸς ἀνὴρ, ταχάκην καὶ ἀναίτιον αἰτιάασθαι. *id est,*

Ipse probe nosti senior, quod ut est ferus ille, Culparit facile innocuū, culpatq; uacātē. Rursum Iliad. υ.

Ἐκτορ ἐπάτοι θυμὸς ἀνάτιον αἰτιάασθαι. *id est,*

Hector, quando libet culpa culpare uacantem.

Vnum augurium optimum tueri patriam. LVII

Abijt in prouerbium etiam hic uersus Homericus,

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος & ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. *id est,*

Vna auis optima, pro patria pugnare tuenda.

Vsurpatur à M. Tullio in Epistolis ad Atticum. Item à Plinio minore in Epistolis familiaribus. Citatur ab Aristotele in Rhetoricis lib. 2. inter sententias. Sumptus est autem ex Iliados μ. ubi Hector auguria reliqua negligens, loquitur ad hunc modum,

Τιὼν δ' οἰωνοῖσι τανυπτερύγεσσι κελεύᾳς
Πάντεσσ', ἅ τε μετάφρενον, δὲ ἀλεγίζω,
Εἴτ' ἐπὶ δεξὶ ἴωσι πρὸς ἠῶ τ' ἠελίοντε.
Εἴτ' ἐπ' ἀριστερὰ τείνετ' ἰόντες ἠερόεντα.
Ἡμεῖς δ' μεγάλοιο διὸς πειθώμεθα βουλῇ,
Ὃς πᾶσι θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισιν ἀνάσσει.
Εἷς οἰωνὸς ἄριστος & ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. *id est,*

Aligeris auibus tu me parere iubes nunc,
Quarum nulla mihi cura aut respectus, utrum'ne
Ad dextram Eoi ueniant mihi solis ad ortum,
An lęuam, ad solem occiduum, noctisq; tenebras.
Verum nos Iouis arbitrio parere necessum est
Altitonantis, hic imperium tenet unus in omneis,
Quotquot mortales, quotquot sunt morte carentes.
Vna auis optima pro patria pugnare tuenda.

Hanc Homeri sententiam expressisse uidetur Q. Fabius Maximus apud M. Tullium lib. De senectute. Is enim cum esset augur, dicere ausus est, optimis auspicijs ea geri, quæ pro Reipub. salute fierent: quæ cōtra Remp. ferrentur, contra auspicia ferri. Apud Athenæum Heniochus detorquet ad parasitum, ex Metagene Comico uersiculū hunc citans,

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος & ἀμύνεσθαι περὶ δείπνου. *id est,*

Vna auis optima, pro cœna pugnare tuenda.

Ne quid suo suat capiti. LVIII

Terentius in Phorm. prouerbiali figura dixit, Ne quid suo suat capiti, pro eo quod est, ne quid mali illi conciliet. Expressum est ad illud Homericum Iliad. σ.

Οὐκ ὄφελον ζώεσσι κοτεσσαμένην κακὰ ῥάψαι;
An fuere inuisæ nō debebā mala Troiæ? Idē Odysseæ τ.
Εἰνάετες γάρ σφιν κακὰ ῥάπτομεν ἀμφιέποντες
Παντοίοισι δόλοισι. *id est,*
Annum illis nonum mala iam suimus, tentantes
Fraudibus omnigenis. *Rursum Odysseæ π.*
Τίη δέ σ' τηλεμάχῳ θάνατόν τε μόρον τε Πάσσῃς;
Cur tu Telemacho mortem suis, exitiumq;?

Terra mihi prius dehiscat. LIX

Marcus Tullius Epist. ad Atticum 9. Aberit non longe, quin hoc à me decerni uelit. Neque sit contentus Galba, Scæuola, Cassio, Antonio,

Τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών. *id est,*

Tellus ipsa mihi tunc ampla dehiscat.

Est autem hemistichium Homericum ex Iliad. 4. Lucianus in Lapithis, καὶ τοῦτο δὴ τὸ Ϝ λόγε, χανεῖν μοι τηνὸ γῶν ἠνώγεμεν. *id est, tamq; iuxta id quod uulgò dici solet, optabam ut mihi terra dehisceret. Aristides in Themistocle,*

Οὐδ' ἀπόρει, δὲ' ἐξεπλάγη, δὲ' ἠύξατο αὐτῷ χανεῖν τὴν γῆν, δὲ' ἠνιαμόνησε τὸς πάλαι κεκμηκότας. *id est, Neq; perplexus erat, neq; consternabatur animo, neque optabat ut sibi terra dehisceret. Neque beatos dicebat illos qui iam olim fuissent defuncti. Et Vergilius in 4.*

Sed mihi uel tellus optem prius ima dehiscat,
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras
Pallentes umbras Erebi, noctemq; profundam,
Ante pudor quàm te uiolem, aut tua iura resoluam.

Vestis uirum facit. LX

Εἵματα ἀνήρ. *id est,* Vestis uir. *Id hodie quoq; uulgò tritissimum est. Aiunt enim ad hunc modum:*

Vestitus uirum reddit, qui habet, induat.

Idem affirmat Quintil. lib. Institu. 8. Et cultus, inquiens, concessus atq; magnificus, addit hominibus; ut Græco uersu testatum est, autoritatem. Hunc autem uersum, quem citat Fabius, opinor esse illum apud Homerum Odysseæ ζ.

ἐκ γάρ τοι τόγων φάτις ἀνθρώπους ἀναβαίνῃ Εὐλή. ι.

Quippe homini ex istis surgit bona fama decusq;.

Paulo inferius in eodem libro, quantum momenti cultus uestium adferat, ad conciliandam homini formam dignitatemq; satis indicat, cum Nausicaam puellam ita de Vlysse loquentem facit.

Πρόσθεν μὲν γὰρ δή μοι ἀεικέλιος & δόκησε εἶναι,
Νῦν δ' θεοῖσιν ἔοικε, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν. *id est,*
Ante uidebatur specie fœdissimus esse,
Nunc diuis similis, magnus quos pascit Olympus.

Nam ante nudus, iam uestes nitidas induerat Vlysses, ac protinus alius esse uisus est.

Ἑζετ' ἔπειτ' ἀπάνευθε κιὼν ἐπὶ θῖνα θαλάσσης
Κάλλεϊ καὶ χάρεσι τέθηλεν. *id est,*
Deinde procul, ueniens ad littora pontica sedit
Fulgescens forma, atq; leporibus.

Teneri calidis balneis. LXI

ἁπαλοὶ θερμολουσίαις. *id est, Teneri calidis lauacris, in molles & luxu diffluentes dicebatur. Nam antiquitus calida balnea deliciarū nomine taxata fuisse, uel Homerus testis est Odysseæ θ. inter uoluptuariæ uitæ delicias ea commemorans.*

ἀεὶ δ' ἡμῖν δαὶς τε φίλη κιθαρίς τε χορητὸς,
Εἵματά τ' ὀχμοιβὰ, λοετρά τε θερμὰ καὶ εὐναί. *id est,*
At semper cordi nobis, epulæq; choriq;,
Cantusq; & uariæ uestes, & balnea calda,
Concubitusq;. *Refertur adagiū ab Eudemo his quidem uerbis,* Απαλοὶ θερμολουσίαις, ἁβροὶ μαλθακευνίαις. *id est, Teneri calidis lauacris, delicati lectorum mollicie. Huc ellusit Persius, cum ait,*

Elixasq; nates labefactat forcipe adunca.

Dextrum pedem in calceo, sinistrum in pelui. LXII

Δεξιὸν εἰς ὑπόδημα, ἀριστερὸν εἰς ποδόνιπτρον. *id est,* Dextrum pedem in calceum, sinistrum in peluim. *Subaudi uerbum ad sententiam accōmodum, mittit, aut ponit. Suidas ex Aristophane citat, aitq; dici solere in eos qui se norunt commode ad rei præsentis conditionem applicare, proq; loco, tempore,*

Ayuntamiento de Madrid

tempore, negotijs, aliam atq; aliam ſuſtinere perſonam: Eſt autem carmen hexametrum heroicum,

Dextrum in calceolo, læuum ucro in podoniptro.

Podoniptrum uas in quo pedes lauantur, unde & uocabulum inditum à Græcis.

Dea impudentia. LXIII

Θεὸς ἡ ἀναίδεια. *id eſt, Dea impudentia. Dici ſolitum, ubi quis ex audacia inuerecundiaq; ſua lucrum atq; emolumentum ferret. Nam inutilis, ut ait Homerus, uerecundia uiro egenti, complures q; mortales uideas, quibus magno bono fuerit, nihil omnino puduiſſe: Si quidem nullus unquam rem auſus eſt adeo ſtultam, aut abſurdam, quæ non inuenerit & fautorem & admiratorem, multoq; maxima pars mortalium, quæ ſtultiſſima ſunt, ea miratur maxime. Refertur à Zenodoto & à Diogeniano. Theophraſtus in libro De legibus prodidit, apud Athenienſes aras fuiſſe Contumeliæ & Impudentiæ dicatas: Idem atteſtatur Iſtrus lib. 14. Item Marcus Tullius lib. De legibus 2. Nam illud uitioſum Athenis, quod Cylonio ſcelere expiato, Epimenide Cretenſi ſuadente fecerunt Contumeliæ fanum & Impudentiæ: uirtutes enim non uitia conſecrare decet. Menander in Gnomologijs appellat illum omnium dearum maximam:*

Ὦ μεγίστη τ' θεῶν
Νῦν δ' ἀναίδεια, εἰ θεὸν καλεῖν σε δεῖ.
Δεῖ, τὸ κρατοῦν γ' νῦν νομίζεται θεός. *id eſt,*
O dearum maxima,
Hoc ſeculo, ſi te uocare fas deam,
Fas, quando nunc uicisſe habetur pro deo.

De poſſeſsione deijcere. LXIIII

De poſſeßione deijcere, ex ſermone Iuriſconſultorum in uulgi ſermonem abijt, pro eo quod eſt, ſamam cuipiam eripere, quam iam omnium conſenſu obtinuerit: aut adimere quippiam, quod ſuo quaſi iure tenere uideatur. Nam ius ſemper fauet poßidenti, interdictumq; ferebatur, ne quis ui quempiam deijceret. Extat edictum in Pandect. libro 43. Titu. De ui & ui armata, & refertur à M. Tullio in oratione pro A. Cecinn. 1. Plato libro cui tit. Gorgias, ὅτι χαρεῖς ἐκβάλλῃ με ἀπ' οἰκίας καὶ ἀλυθέως. id eſt, Conaris me de poſſeßione ac uero deijcere. Eſt aliquoties apud M. Tullium. Et apud eundem illud quoq; quaſi in ſuam poſſeßionem uenerit, cum quis imperioſius agit, aut plus æquo immoratur. Quintilianus lib. 2. de rhetorica, quæ dum opere cedit, iam penè poſſeßione depulſa eſt. Fit enim iucundius dictum, quoties ad res animi transfertur.

Dædali alæ. LXV

Δαιδάλου πτερά. *id eſt, Dædali alæ: Dici ſolitum, ubi quis alioqui non ſatis idoneus ad negotium conficiendum, artis alicuius, aut auxilij acceßione adiungeret. Aut cum quis urgente neceßitate, ad noua confugit conſilia. Nota fabula, quæ prouerbij miniſtrauit occaſionem, nempe de Dædalo, qui nouo commento aſſutis alis elapſus eſt è manibus Minois.*

Deinde expergiſcebar. LXVI

Εἶτα ἠγειρόμην. *id eſt, Deinde expergiſcebar. Hoc dicto ſignificabant uana fuiſſe quæ dicerentur. Ariſtophanes κἀγ' ἔγωγ' ἠγειρόμην. i. Deinde ego expergiſcebar, Bacchus in Ranis iactat apud Herculem ſe naualè pugnam exercuiſſe, & duodecim aut tredecim hoſtium naueis demerſiſſe. Id cum Herculi neutiquam uerſimile uideretur, Bacchum imbellem & delicijs effœminatũ deum, gnauiter in bello geſſiſſe ſeſe, per iocum ſubijcit, κἀγ' ἔγωγ' ἠγειρόμην. Quanquam interpres admonet hunc ſermonem à nonnullis, non ad Herculem, ſed ad Xanthiam referri, à nonnullis ad ipſum Bacchum, ut ſignificarit ſe dedita opera mẽtitũ fuiſſe quæ narrarat. Carmen Ariſtophanis adſcribam. Hercules,*

Κἀναυμάχησας. *Bacchus.* καὶ κατεδύσαμέν γε ναῦς
Τῶν πολεμίων, ἢ δώδεκ' ἢ ξυὶς κἀδέκα. *Hercules.*
Σφῶ; *Bacchus.* νὴ τὸν ἀπόλλω. *Hercules.* κἀγ' ἔγωγ'
ἠγειρόμην. *id eſt,*
Et prælium nauale geßiſti obſecro?
Quin duodecim hoſtium rateis, aut tredecim
Submerſimus. Vos quæſo? Nos uidelicet.
Ac poſtea ſanè reliquit me ſopor.

Hic iocus prouerbialis etiã hodiernis temporibus familiaris eſt uulgò, quoties quæ memorantur, uana ſomnijs q; ſimillima uidẽtur. Res enim friuolas ὀνείρατα uocamus. πάντα σχεδὸν οἷον ὀνείρατα λέγων. *id eſt, Paßim ferè ueluti ſomnia narrans. Vnde & friuolarum rerum obſeruatores* ὀνειροκρίτας *appellant Græci. Videtur ad hoc facete alluſiſſe M. Tullius, dum ſomnium Scipionis, in quo multa fabuloſa commemorat de concentu orbium, de animabus, ita claudit, Ille diſceßit, ego ſomno ſolutus ſum.*

De lapide emptus. LXVII

De lapide emptus. In uilißimum & uehementer obſcurum hominem dicebatur. Nam inter ſeruorum genera, ſiquidem iuxta prouerbium, καὶ δοῦλον πρὸ δούλου, *extremæ notæ habebantur emptitij, potißimum qui palàm in foro diuenditi fuiſſent. Marcus Tullius aduerſus Piſonem. De me cum omnes magiſtratus promulgaſſent, præter unũ prætorem, à quo non fuit poſtulandum, fratrem inimici mei, præterq; duos de lapide emptos. Simillimum eſt illi Græco quod alio reddidimus loco,* ἀλώνητον ἀνδράποδον. *Sale emptũ mancipium. Conſimilem ad modum Columella, uilem minimiq; precij ſeruum ſignificans, quem uulgus quidem, inquit, parui æris, uel de lapide noxium comparari poſſe putat. Sed ego plurimorum opinioni diſſentiens, precioſum uinitorem in primis eſſe cenſeo. Quo quidem loco, aut noxium, noxæ deditum, & ob id uenire iuſſum, aut nexum legendum arbitror. Nam nexi dicebantur, qui quòd ſoluendo non eſſent, addicebantur creditoribus. Tametſi nexi non continentur appellatione ſeruorum proprie, nec ueneunt. Iulius Pollux libro De rerum uocabulis tertio, lapidem unde quondam uendebantur mancipia,* πρατῆρα λίθου, καὶ πωλητήριον *appellat.*

Date mihi peluim. LXVIII

Δότε μοι λεκάνην. *id eſt, Porrigite mihi peluim, ubi quid uehemẽter moleſtum eſſet, ita ut ferri iam diutius non poſſet, peluim ſibi porrigi iubebãt, quaſi præ bili nauſeaq; & faſtidio rerum uomituri: ueluti ſi quis orationem ſupra modum indoctam non ferens, aut ſophiſticis nænijs offenſus dicat,* δότε μοι λεκάνην. *id eſt, Porrigite mihi peluim. Refertur à Suida. Extat apud Ariſtophanem* ἐν πλούτῳ. *Et plutarchus in Politicis citat è Platone comico.*

Dares Entellum prouocas. LXIX

Dares Entellum prouocas, & prouerbij ſpeciem habet, & apud eruditos uidetur in ius prouerbij ceßiſſe. Sic enim Hieronymus ad Auguſtinum, Memẽto, inquit, Daretis & Entelli. Conueniet uti, ſi quando quiſpiã iuuenili temeritate laceſſet aliquem, non perinde promptum ad ſuſcipiendum certamẽ, uerum intolerandum, ſi ſemel inierit. Qui ſenum fermè mos, ut libenter ſuffugiant negotia, ſuſcepta pertinaciter gerant. Sumptum eſt ex 5. Aeneidos lib. ubi Dares quiſpiam uiribus fretus, & ferox iuuẽta, ultro proſiliens in medium, quemuis ad certamen prouocat: aſſurgente nemine, deterritiſq; reliquis, iam perinde quaſi uictor, præmium flagitat ab Aenea. At Entellus ſenex, & iam pridem ab huiuſmodi genere certaminum feriatus, inſtigante partim Aceſte, partim ueterum uictoriarum memoria, tandem ſurgit cæſtibus dimicaturus. Is diu ſuo conſiſtẽs loco, iuuenẽ inſolentius circumſilientem tulit, donec fruſtrato ictu lapſus, pudore ſic recanduit, ut Daretem iam longe imparem planè confectu-

Ayuntamiento de Madrid

rus fuerit, niſi eum Aeneas intercedens eripuiſſet. Carmen ipſum Maronis adſcriberem, eſt enim longe lepidiſsimum, ni & longiuſculum eſſet & in promptu ſitum.

Ad Cynoſarges. LXX

Εἰς κυνόσαργες. id eſt, Ad Cynoſarges, prouerbiali conuicio dicebatur, quemadmodũ εἰς μακαρίαν, ἢ εἰς νόρκακας. Erat autem Cynoſarges locus in Attica quiſpiam, in quo nothi, ſpurijq; exercebantur, cui nomen inditum, ἀπὸ κυνὸς ἀργοῦ. id eſt, A cane albo, ſeu ucloci. Nam Græcis ea uox ἀργὸς, utrunq; ſignificat. Qui collegit hiſtorias ex orationibus ſtelieuticis Gregorij Nazianzeni, tradit Cynoſarges dictum ἀπὸ τῆ κυνὸς καὶ σαρκὸς, commutato κ in γ. Nominis cauſam hanc adſcribunt. Cùm olim Diomus quidam Athenienſis, autore Stephano, nam Suidas Didymum ponit, ſacrificaret Herculi, canis quidam albus, aut, ut alij dicunt, uelox aquila, uictimæ partem abreptam in locum quendam depoſuit. Quo prodigio territus, cum Deum conſuluiſſet, reſponſum eſt, ut eo in loco Herculi ſacellum extrueret, in quẽ uictima deportata fuiſſet. Nam eum Herculi placere. Porrò, quoniam Hercules nothus fuit, utpote ex adultera natus, & tamen uirtute ſua dijs æquum honorem aſſecutus: idcirco uiſum eſt, ut inibi qui ſpurij fuiſſent, & neq; patris neq; matris nomine ciues exercerentur. Nec abhorret ab his quod ſcribit Plutarchus in lib. quem inſcripſit ἐρωτικὸν, Εἰ ἦν καὶ τοῦτο τὸ πάθος δεῖ καλῶν ἔρωτα θῆλυ καὶ νόθον ὥσπερ εἰς κυνόσαργες σωτελεῖσθαι, τῷ γυναικονίτιν, μᾶλλον ἢ ὥσπερ ἀετόν τινα λέγουσι γνήσιον καὶ γενναῖον, οὐ ὅμοιον μέλανα καὶ θηρευτὴν προσεῖπον. id eſt, Quòd ſi igitur hunc quoq; morbum oportet uocare amorem fœmineum ac nothum, ueluti in Cynoſarges conijcientem nos in muliebre conclaue, magis autem, ſicut aquilam quandam dicunt gneſion, id eſt, ingenuam germanamq; ac montanam, quam Homerus nigram & uenatricem appellat. Vnde uel contumeliæ cauſa dicebatur, εἰς κυνόσαργες, uelut in ſpurium: uel imprecando, quaſi dicas, in malam crucem. Poſtea conſentaneum eſt hoc quoque loco garrire cœpiſſe philoſophos & ſophiſtas. Nam Suidas teſtatur tria fuiſſe gymnaſia, Lyceum, Cynoſarges, & Academiam. Meminit huius rei & Plutarchus in Themiſtoclis uita, quem aiunt fuiſſe nothum. Erat autem extra portas Athenienſium Herculis gymnaſium, quò ſpurij adoleſcentes ſeſe conferebant exercitij gratia, quòd & ipſe deus nothus ac matre mortali natus eſſet. Huc Themiſtocles adhuc adoleſcens arte pelliciebat & ingenuos aliquot adoleſcentes, quo paulatim tolleret nothorum & legitimorum diſcrimen.

Cythnicæ calamitates. LXXI

Κυθνώδεις συμφοραί. id eſt, Cythnicæ calamitates. Zenodotus Ariſtotelem autorem citat. Cythnios uſqueadeo diuexatos afflictoſq; fuiſſe ab Amphitryone, ut in prouerbium abierint, κυθνώδεις συμφοραί. pro maximis cladibus, & immenſis calamitatibus. Eſt autẽ Cythnus ex inſulis Cycladibus una, contra Dryopidem ſita, teſte Stephano.

Cythonymi probrum LXXII

Κυθωνύμου αἶσχος. id eſt, Cythonymi dedecus. In hominem dicebatur uehementer infamem, fœdiq; nominis, cuiusq; nomen iure ſupprimi debeat: uel ob malefacta, uel ob calamitates, unde & Græca uox à celando nomine dicta. Et hodie dictitant uulgò, tegendum ollam, quoties innuunt fœdius eſſe facinus, quàm ut autoris faciendi ſit mentio. Autor Zenodotus.

Cyziceni ſtateres. LXXIII

Κυζικηνοὶ στατῆρες. id eſt, Cyziceni ſtateres. De re ſcite ſcalpta. Hoc enim ſubindicant παροιμιολόγοι. Nam hi nummi olim celebres erant, quòd elegantèr ſcalpti uiderentur. Repræſentabant altera parte Cybelen deorum matrem, facie mulicbri, altera leonis imaginem. Mihi magis uidetur ſiue locus prouerbio, cum hominem ſignificamus inæqualem, ac ſui diſſimilem: aut qui longe aliud agat quàm præ ſe ferat. Quemadmodum nummi Cyziceni ex uno latere Cybelen oſtendebant effœminatam, ex altero leonem. Stater is ualebat 28. drachmas Atticas, unde & de re magni precij uidetur poſſe dici. Cyzicus autem erat ciuitas Propontidis. Quidam eiuſdem nominis urbem ponunt in Sicilia, prouerbij præter alios meminit Suidas.

Cyrnia terra. LXXIIII

Κυρνία γῆ. id eſt, Cyrnia tellus, dicebatur regio latrocinijs infamis, cuiuſmodi ferũt olim fuiſſe Cyrnum. Eſt autem Cyrnus inſula quædam ad boream oppoſita Iapygiæ mellificio nobilis, autore Stephano, uerum ob latrocinia fuit inacceſſa nauigantibus. Plinius autumat hanc eſſe Corſicã. In Ligustico, inquit, mari eſt Corſica, quam Græci Cyrnon appellauere. Gens hæc & hodie male audit apud Italos. Prouerbium non inepte detorquebitur in hominem alicui rapacem ac uiolentum. In collectaneis Zenobij per Aldum æditis reperio, κυρνία ἄτη. id eſt, Cyrnia noxa.

Cinyræ opes. LXXV

Κινύρα πλοῦτος. id eſt, Cinyræ opes. De immenſis diuitijs dicebatur. Simillimum illi, Midæ opes, nam huius regionem opulẽtiſsimam fuiſſe, Naſo ſatis indicat Metamorph. lib. 10.

Gratulor huic terræ, quòd abeſt regionibus illis,
Quæ tantum genuere nefas. ſit diues Amomo,
Cinnamáq;, coſtumq; ſuam, ſudataq; ligno
Thura ferat, floreſq; alios, Panchaica tellus,
Dum ferat & myrrham.

Pindarus in Nemeis meminit Cinyræ prædiuitis, σὺν θεῷ γὰρ φυτευθεὶς ὄλβος ἀνθρώποισι παραμονώτερος, ὥσπερ ἢ κινύρα ἔβρυσε πλούτῳ ποντίᾳ ἔνποτε κύπρῳ. id eſt, Deo fauente, felicitas hominibus ſtabilior, quæ ſanè & Cinyrã opibus cumulauit in marina Cypro. Prouerbij meminit & Plato lib. De legibus 2. Ἐὰν δ' ἄρα πλουτῇ μὴ κινύρα καὶ μίδα μᾶλλον, ἢ τῷ ἀδίκως, ἀδίκως τε ὅτῳ μὴ ξυμφόρως ζῇ. id eſt, Quòd ſi ditior quidẽ fuerit quàm Cinyra aut Mida, ſit autem iniuſtus, & miſer eſt, & moleſte uiuit. Suidas in dictione καταγηράσκω, refert hunc ad modũ, καταγηράσαι τιθωνοῦ βαθύτερον, ἢ τὴν κινύρα πλουσιώτερον, καὶ σαρδαναπάλε τρυφηλότερον, ὅπως τὸ δὶς παροιμίας ἐπίσω πληρωθῇ, δὶς παῖδες οἱ γέροντες. id eſt, Conſeneſcas Tithono profundius, Cinyra ditius, Sardanapalo delicioſius, ut inte compleatur prouerbium, Bis pueri ſenes.

Minus de iſtis laboro quàm de ranis paluſtribus. LXXVI

Μίλη μοι τ' τοιούτων ἤδιον, ἧττον τ' ἢ τοῖς τέλμασι βατράχων. id eſt, Nihilo maior mihi rerum iſtarũ cura, quàm ranarum in limo uerſantium. Prouerbialis hyperbole qua ſignificamus nihil omnino ad nos pertinere negotium. Recte dicetur & in obtrectatores, quorum oblocutiones dicemus nos fortiter contemnere. Siquidem ranæ tametſi aſſiduè obganniant, oblatrentq; prætereuntibus, & odioſam illam cantionem iterent ſine fine, βρεκεκεκὲξ κοὰξ κοὰξ, tamen nemo commouetur. Ad hoc facit quòd Origenes Aegyptias ranas dialecticorum & ſophiſtarum garrulitatem interpretatur in Decretis pontificijs.

Cucurbita ſanior LXXVII

Κολοκύντης ὑγιέστερος. id eſt, Cucurbita ſalubrior. Suidas & Zenodotus pro adagio referunt. Athenæus lib. 3. citat hunc uerſiculum ex Epicharmo,

ὑγιέστερον τ' ἦν ἔτι κολοκύντας πολύ. id eſt,
Eratq; longe ſanius cucurbita.

Verſus græcus conſtabit, ſi legas ἔτιγε. Nam ut nos adduximus,

Ayuntamiento de Madrid

ximus,habetur in Athenæo ædito per Aldum. Vnde sit natum, non indicat. Proinde diuinandum id inde ductum, uel quòd cucurbita non facilè læditur aëris uitio, propter crustam qua tegitur, uel quod ea uarijs remedijs efficax esse perhibetur,quemadmodum indicat Dioscorides libr.2. Item Plinius lib.20.cap.3. Nec una tantum species ad remedia,ualet & satiua quam Græci κολοκύθιον appellant: ualet inanis intus syluestris,quam Græci somphon,ut ait Plinius, dicunt:ualet & satius minor κολοκυθὶς quasi dicas cucurbitulam. Mihi uidetur non absurde ductum hinc prouerbium, quòd cucurbita undiq; turgeat integra,nec rimis hians, nec uermiculis obnoxia. Est autem integritas & obesitas corporis sanitatis argumentum. Cognatum illi quod aliàs recensuimus,κρότων & ὑγιείᾳ & .i. Crotone salubrior.

Cum deo quisq; gaudet, & flet. LXXVIII

Ξὺν θεῷ θεῷ πᾶς καὶ γελᾷ κ' ὠδύρεται. id est,
Deo uolente,quisq; ridet atq; flet.

Admonet adagium rerum humanarum celerem esse commutationem,neque in nobis situm ut res perpetuo secundæ sint, uerum utcunq; fortunæ lubitum fuerit, ita uel secundis rebus attollimur, uel aduersis affligimur. Extat hic uersiculus apud Sophoclem in Aiace flagellifero. Idem sibi uult illud Euripidem ex Iphigenia Aulidensi,

Οὐκ' ἐπὶ πᾶσι σ' ἐφυτεύσατ' ἀγαθοῖς,
ἀγάμεμνον ἀτρείδης.
Δᾶ δὲ σε χάρᾳ καὶ λυπᾶσθαι.
Θνητὸς γὰρ ἔφυς, κοὐ μέ σου θέλγει,
Τὰ θεῶν ὅτῳ βλάβην ἔχει. id est,
Non te sæuit ad omnia lætu
Agamemnon Atreus.
Gaudere atq; dolere necesse est.
Mortalis enim es. Sin tu nolis,
Tamen eueniet,sic dijs placitum.

Cum deo fit Græcis, quod fit fauente numine. Contra sine deo,quod absq; deorũ fauore. Pindarus in Pythijs hymno 5. ὁ θεὸς ἄτερ. i. non sine dijs. Idem eiusdem operis hymno 9.

ὠκεῖα δ' ἐπιγομένων ἤδη θεῶν πρᾶξις ὁλοῖτε ῥᾳχεῖαι. i.
Velox actio iam dijs accelerantibus breuesq; uiæ.

Rursum hymno 10.

Θεῶν τελεσάντων,
Οὐλέν ποτε φάινεται ἔμμεν ἄπιστον. id est,
Quum dij peregerint, nihil uidetur esse incredibile.

Et Vergilius,

Haud equidem,sine mente reor,sine numine diuûm.

Ita quòd præter spem ultro obtingit, diuinitus fieri dicitur. Aristophanes in Equitibus,

ἀλλ' ὅδ' προσέρχεται.
ὥσπερ καὶ θεὸς εἰς ἀγορὰν. id est,
Sed ipse in concionem prodit huc
Tanquam Deo uolente.

M. Tullius in Verrem actione 5. Qui Metello diuinitus hoc uenit in mentem? Et Horatius libr. 3. Oda 4. Non sine dijs animosus infans. Et σὺν ταῖς μούσαις. id est, musis fauentibus. σὺν τοῖς θεοῖς. id est,dijs bene iuuantibus. Festiuum est quod de Stratonico refert Athenæus libr. 8. 15 cum esset parum insignis citharœdus,haberetq; in ludo suo nouem Musarum imagines, & Apollinis unam,discipulos duos,rogatus à quopiam quot haberet discipulos, σὺν θεοῖς, inquit, δώδεκα, ludens amphibologia. σὺν θεοῖς accipi potest, annumeratis dijs, aut dijs fauentibus. Porrò ueteres præcipuum numen tribuebant fortunæ, cui tribuitur quicquid feliciter aut secus euenit: de qua Demosthenes in oratione ad Philippi epistolam, μεγάλη γὰρ ἔσπε, μᾶλλον δὲ τὸ ὅλον ἡ τύχη ὅτι πρὸς ἅπαντα τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα. i. Magnum enim momentum, imò uerius totum est ipsi fortuna ad omnes hominum actiones. Item Aeschines in Apologia, περὶ παραπρεσβείας. ἡ τύχη πάντων ἐστὶ κυρία. i. in fortunæ manu sunt omnia.

Cum Coryco luctari. LXXIX

Πρὸς κώρικον γυμνάζεσθαι. id est, Aduersus Corycum luctari dicebatur, qui sumeret inanem operam. Opinor Corycum palæstriten fuisse quempiam inuictum. Nisi malumus Corycum esse mantecam coriaceam, ut adagium affine sit illi, Vtrem uellis. Verũ hoc sensu Hesychius scribit per ω & υ. Suidas scribit per ο & ι. Porò uellis pugna pugnata est Apulcio in Thessalia.

Curetum os. LXXX

Κυρήτων στόμα. i. Curetum os. Dici solitum,si quando quis numine afflatus loqui uideretur, propterea quòd Curetes Cybeles comites furore quodam sacro perciti, diuinare uiderentur. Refertur à Zenodoto. Meminit & Hesychius.

Melius nobis est quàm heri. LXXXI

Prouerbialem habere figuram uidetur illud Aristophanis in Pluto,

ὦ βλεψίδημ' ἄμεινον ἢ χθὲς πράττεμεν. id est,
O Blepsideme melius atq; heri mihi est.

Cum significamus fortunam in melius commutatam. Item illud Theocriticum,quod alio citauimus loco,

Τάχ' ἄμεινον ἔσετ' ἄμεινον. id est,
Melius cras forsan habebit.

Nã heri & cras, pro præterito futuroq; tẽpore posita sunt.

Cretenses sacrum. LXXXII

Οἱ κρῆτες τὴν θυσίαν. i. Cretenses sacrum,subaudi faciunt,aut simile quippiam. Adagium Zenodotus ad huiusmodi refert fabulam. Tempestate iactatus Agamemnon, delatus est in Cretam,ingressusq; Polyrrhenen (nam id est Cretæ insulæ oppidum, ab ouium copia sic appellatũ, autore Stephano) rem diuinam fecit. Interea uerò captiui conscensis nauibus aufugerunt. Quæ res cum illi renuntiaretur, fertur dimidiatum & imperfectum sacrificium,& iam incensam uictimam reliquisse,curriculoq; ad maris littus properasse, perturbatum maiorem in modum,animoq; cõsternatum. Ibi uix unam reperisse nauem reliquam qua deuectus est, multum imprecatus malorum eius insulæ cultoribus. Vnde si qua res per tumultum ac turbulente fieret, κρητικὴν θυσίαν. i. Cretense sacrum uocabant. Mihi uidetur quadraturum, ubi quis non fruitur his quæ parauit. Quemadmodum usu uenit Agamemnoni,cuius uictimas deuorauere Cretenses.

Simul & misertum est,& interijt gratia. LXXXIII

ἅμ' ἁλέηται καὶ τέθνηκεν ἡ χάρις. id est,
Simul & misertum est,interijtq; gratia.

Senarius prouerbialis apud Zenodotum, dici solitus in ingratum, qui simul atq; leuatus est malis, desinit meminisse beneficiorum eius,cuius opera restitutus est: iuxta illud,

Si dolet meminit: si placet obliuiscitur:quum contra admoneat prouerbium,

Χάριν λαβὼν μέμνησο, λὺς ἐπιλάθου. id est,
Memineris accepti,dati obliuiscere.

Idem docet in Moralibus Seneca,

Beneficij accepti meminisse oportere, dati obliuiscì.

At nunc ita est ingenium uulgi, ut fragilis sit beneficiorum memoria,iniuriarum tenax. Et iuxta Plautũ, Si quid iuues, pluma leuior gratia: Si quid offendas, plumbeas iras gerũt. Celebrantur in eandem sententiam hi quoque uersus,

ἀεὶ δ' ὁ σαθρὸς ὄτῳ ἀχάριστος φύσις. id est,
Seruatus usq; ingratus est, & immemor.
Μετὰ τὴν δόσιν τάχιστα γηράσκει χάρις. id est,
Post munus ilico conseneſcit gratia.

Ayuntamiento de Madrid

Fruſtra currit. LXXXIIII

Εἰς κενὸν τρέχει. id eſt, Fruſtra currit, pro eo quod eſt, fruſtra laborat. Sic uſus eſt diuus Paulus apoſtolus compluribus locis. Sumptum ab his qui in ſtadio curſu certant. Celebris eſt hic ſenarius,

ἄβουλος ἀνὴρ εἰς κενὸν μοχθεῖ τρέχων. id eſt,

Temerarius labore currit irrito.

Celebratur & illud cuiuſpiam ἀπόφθεγμα, τρέχουσιν ἔξω τῆς ὁδοῦ. i. Currunt extra uiam, ubi quis ſedulo quidem molitur, ſed nulla certa ratione quæ præmonſtret quid, quatenus ſequendum ſit.

Morſus aſpidis. LXXXV

Δῆγμα ἀσπίδος. i. Morſus aſpidis. De malo immedicabili, aut de lingua uehementer uirulenta. Refertur adagium ab Apoſtolio Byzantio, non admodum memorabili autore niſi nos meliorum inopia compelleret. Quanquam hunc nec Politianus grauatus eſt quodam in loco citare teſtem. Circunfertur Græcus uerſiculus, adagio concinens,

Ἰὸς γέφυρα ἀσπίδος κακὴ γυνή. id eſt,

Telum aſpidis profectò mulier improba.

Aelianus 1. De naturis animalium lib. tradit aduerſus uiperarum, omniumq; ſerpentium morſus remedium inueniri, aſpide una excepta, præcipuè ſi de rana guſtarit, ut ait libr. proximo. Solius huius ictum omni cura potentiorem eſſe, nec ab ullo uinci, præterquàm à muliere, quæ uel aſpectu contactúq; ſolo necet, quorum alterum cum regulo, alterum cum aconito commune. Nicander item in Theriacis.

ἀσπίδα φοινήεσσαν ἀμυδρότατον δάκος ἄλλων. id eſt,

Aſpida crudelem, cuius ſuper omnia morſus

Immedicabilis eſt.

Plinius prodidit, aſpidem nunquã uagari ſine cõpare, quòd ſi contigerit alteram interimi, protinus altera perſequitur percuſſorem, in mediis quoque fori turbis agnitum. Addunt quidam ab hoc ictum ſerpente intra quatuor horas emori. Nihil autem uetat, quo minus trahatur adagium ad hoſtem clancularium, & tanto peſtilentiorem, quòd clanculum citráq; dolorem infundat uenenum hæc ſerpens: neque poſt morſum appareat uulnus in corpore: tantum ſomnus letalis obrepit, quemadmodũ deſcribit Nicãder, atq; hinc exiſtimãt quidam morſum illius ἀμυδρότατον. ab eodẽ poëta uocari.

Arbore deiecta quiuis ligna colligit. LXXXVI

Δρυὸς πεσούσης πᾶς ἀνὴρ ξυλίνεται. id eſt,

Ruente quiuis ligna colligit arbore.

Meminit huius prouerbij Theocriti Scholiaſtes, ſed pro πεσούσης ſcriptum eſt παρούσης, mendoſè, ni fallor. Si quem fortuna præcipitem dederit, in hunc paſſim omnes incurrũt, et quiſq; quod poteſt diripit. Iã enim ſibi putant impune fore. Exemplum huius adagionis eſt apud Iuuenalem de Sciano.

Nihil eſt ab omni parte beatum. LXXXVII

Quod ſcripſit in Odis Horatius,

_Nihil eſt ab omni Parte beatum,

Prouerbialem habet ſententiam, quam Græci ſic efferunt,

Οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ διάπεμπονεῖ. id eſt,

Felix per omnia nullus eſt mortalium.

Hunc ſenarium citat Ariſtoteles lib. Rhet. 2. inter exempla ſententiarum. Eſt aliquoties & apud Theognidem. Clearchus apud Athenæum adducit hunc uerſum,

ἀμώμητον δ' ὅδιν ἔγνωτο βροτοῖς. id eſt,

Nil uſquam eſt hominum carpere quod nequeas.

Menander apud Plutarchum, περὶ εὐθυμίας,

ἆρ' ὄστ' οὐγγενές τι λύπη καὶ βίος. id eſt,

Num quæpiam intercedit his cognatio, Vitæ ac dolori?

Ad hanc ſententiam pertinet quod alibi diximus, omnibus galeritis innaſci criſtam. Theſeus priuſquam ueniret in Aticam, inſtituit ſacra, quædã quæ ludis ac lætitia peragerentur, quædã contra quæ mœrore luctuq;. Cæterum cũ appuliſſet in Aticã, quoniam multos reperit ſqualidos ac mœſtos ob mortẽ regis Aegei, qui deſperato filij reditu, præ dolore ſemet è ſaxo præcipitem dedit: multos contra lætitia geſtientes ob filij reditum, inſtitutum eſt, ut in ὠσχοφορίαις i. nomen feſto à geſtandis ramis, non nuntius ipſe, ſed caduceum coronaretur, deinde qui ſacris interfuerunt emitterent has uoces, εἶα ἀΐ. i. eia hcu, quarum prior gratulationis eſt, & in bellicis pæanibus cani ſolet, quod liquet ex Ariſtophanis Pace, ubi crebro repetuntur illa ὦ εἶα, εἶα μάλα. ὦ εἶα, εἶα ὦ. altera luctus eſt. Vnde & ἀΐας dictus Græcis & ἀάζειν. Hæc uidelicet eſt imago uitæ mortalium. Hiſtoria refertur à Plutarcho in uita Theſei. Pindarus in Iſthmijs hymno 3. ad tẽpus torquet ſentẽtiã, ἀὼρ ὁ κυλινδομένοις ἁμέραις ἄλλ' ἄλλοτ' ἄλλαξεν, Αἶσοι γε μὲν παῖδες θεῶν. id eſt, Seculum autem uoluendis diebus, nunc huc, nunc illuc ſeſe flectit. Cæterum dij extra telorum iactum ſunt. Nam interpres admonet hic παῖδες θεῶν eſſe dictum pro θεοί. Simile quiddam habet in Pythijs hymno 7. φαντὶ γεμὰν ἕτωκεν ἀνδρὶ πᾶς μονίμαν θάλλοισαν ὀλλαιμονίαν, τὰ καὶ τὰ φερτάν. i. Aiunt ſanè ſic uiro ſtabilem florere felicitatem, ſi hæc & hæc ferat, hoc eſt ſi ferat tum proſpera, tum aduerſa. Perpetua felicitas munitatur ſubitum exitium, quod temperatum eſt, ſolet eſſe diuturnius. Interpres in hanc ſententiam adduxit uerſum Homericum.

Τὸν περὶ μοῦνον ἐφίλησε, δίδου δ' ἀγαθόν τε κακόν τε. i.

Vnice amans dederat cui muſa bonum malumq;.

Extat autem hoc carmẽ Odyſſeæ θ. de Demodoco. Rurſum Pindarus hymno 5. πόνων δ' ὅ τις ἀπέναρος ἔσσεται, οὔτ' ἔσεται. i. Laborum autem exors nullus eſt nec erit. Ac mox τὰ καὶ τὰ νέμων. i. Hæc & hæc ſortiens, uidelicet bona cum malis. Interpres adducit & alium Pindari locum, qui eſt in Pythijs hymno 3. ἓν παρὰ ἰοὶν πήματα σὺν δύο δόσαν βροτοῖς ἀθάνατοι. i. Ad unum bonum duo ſimul mala partiuntur mortalibus immortales. Adducit & illud Homericum quod alibi retulimus ex Odyſſeæ ω.

Δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακέαται ἐν δόμῳ ἕδῃ. id eſt,

Dolia nanq; Iouis duo ſunt in limine poſita.

Huc pertinent et illa de quibus nobis aliàs dictũ eſt, ubi mel, ibi fel, ubi uber, ibi tuber, & huius generis alia. Nec alienũ arbitror ab hac ſententia, quod priſci Romani duas diuas coluerunt, Angeroniam atq; Volupiam: alterã ab angoribus dictam, alteram à uoluptate, & Angeroniæ quidẽ pontifices in ſacello Volupiæ ſacrum faciunt, ſignificantes dolores ac uoluptates in uita hominum inuicem mixtas eſſe. Addunt Angeroniæ ſimulachrũ in ara Volupiæ fuiſſe collocatum, quòd dolor comes ſit uoluptati, & uoluptas dolori: hac figura, ut os habeat obligatum atq; ſignatum: hoc ænigmate ſignificantes, eos qui dolores & anxietates animi diſſimulant, patientiæ beneficio ad maximam peruenire uoluptatem. Huiuſmodi fermè Macrobius libr. in Somnium Scipionis 1. Deſinã ſi Aeſchyli uerſum aſcripſero, quem Iulius Pollux lib. 6. cap. 11. teſtatur extare apud Ariſtophanem.

ὀξυγλυκῆμαρ τ' ἄρα κοκκιεῖς ῥοάν. id eſt,

Et dulciter acre temperabis punicum.

Huius enim pomi grana gratum quandam habent acrimoniam. Adeundem modum temperata eſt uita mortalium.

Felicium multi cognati. LXXXVIII

Τῶν εὐτυχούντων πάντες ἐσὶ συγγενεῖς. id eſt,

Cognatus unus quilibet felicium.

Id hodie uulgò dicunt, locupletum plurimos eſſe cognatos. Huc alluſit Terent. in Phorm. At ſi talentum rem reliquiſſet decẽ, primus eſſes, memoriter progeniẽ ueſtram uſq; ab auo atq;

Ayuntamiento de Madrid

atq; attuo proferens. Pindarus in Nemeis hymno 10. sic extulit γνώμιλω. Οἶχεται τιμὰ, φίλῳ τατωλύῳ φωτὶ, πᾶσι δ' ἐν πόνῳ πιφοὶ βροτῶ. id est, Perit honos uiro priuato amicis, pauci autem mortales in rebus asperis fidi. Plato in epigrammate,

—ἦ μόλις ἔγνως
Τὸν ἐπὶ ὡς ἀλλὰς ἀλλὰ ἔχοντι φίλον. id est,
At tandem expertus nosti uerbum uctus illud,
Quod qui nil habet, huic nullus amicus adest.

Amantium iræ. LXXXIX

Τῶν φιλόντων ὀργαὶ. i. Amantium iræ. Vbi qui non ex animo indignantur inuicem, aut de iracundia neutiquam duraturâ. Terentius in Andria, Animantium iræ, amoris redintegratio est. Et iuxta Græcam sententiam,

ὀργὰ φιλόντων μικρὸν ἰσχύει χρόνον. id est,
Pusillo amantum durat ira tempore.

Atq; huiusmodi dissidiola quæ nonnunquam incidunt inter amicos, modo absit amicitudo, quasi renouant amicitiam excusso diuturnæ consuetudinis tædio. Quod eleganter indicat & Minus ille, ni fallor, Publianus,

Discordia fit charior concordia.

Primum rectè ualere, proxima forma, tertio loco diuitiæ. XC

Plato lib. de legibus 2. λέγεται γὰρ, ὡς ἄριστον ὑγιαίνειν, δεύτερον δὲ κάλλος, τρίτον δὲ πλοῦτον. id est, Aiunt enim optimum, ac potissimum esse bonam ualetudinem, proximum formam, tertium diuitias. Meminit huius adagij alijs quoque locis. Stobæus citat hæc ex Sclerio quodam, ὑγιάνειν μὲν ἄριστον ἀνδρὶ θνατῷ, δεύτερον δὲ φυὴν καλὸν γενέσθαι, τρίτον δὲ πλουτεῖν ἀδόλως, εἶτα τέταρτον ἥβᾶν μετὰ τῶν φίλων. i. Bona ualetudine esse optimum est hominum mortali. Proximum specie honesta præditum esse. Tertium opes habere citra fraudem. Quartum ætate uigere cum amicis. Plato autem libr. De legibus primo effert ad hunc modum, λέγεται μὲν ὑγίεια κάλλος δὲ δεύτερον, τὸ δὲ τρίτον ἰσχὺς, τέταρτον δὲ πλοῦτος, ὁ τυφλὸς, ἀλλ' ὀξὺ βλέπων. id est, Primum locum obtinet bona ualetudo, secundum forma, tertium robur, quartum opes, haud cæcæ, sed acutum cernentes. Hic ordo uotorum olim popularibus etiam cantilenis celebratur, teste Platone in Gorgia.

Fertur inter Græcas sententias huiusmodi senarius,

Οὐκ ἔστ' ὑγείας κρεῖττον ὄλβος, ὦ βίε. id est,
Quàm bene ualere, melius in uita nihil,

Item alter huic similis,

Ὑγιὰ καὶ νοῦς ἐστ' ἀλαζὼς βίῳ ἄλλα. id est,
Recte ualere & sapere, duo uitæ bona.

Quò spectat etiam illud Iuuenalis,

—Vt sit mens sana in corpore sano.

Et Horatius, Valeat possessor oportet.

Aristo Sicyonius pæana scripsit in laudem sanitatis, ut refert Athenæus lib. 15.

Ὑγιεῖα πρεσβίστα μακάρων
Μετά σοι ναίοιμι τὸ λειπόμενον βιοτᾶς,
Σὺ δέ μοι πρόφρων σύνοικος ἔλθοις. id est,
Sanitas antiquissima dearum, Tecum uiuam quod reliquum est uitæ, Tu uerò mihi propitia conuictrix esto, Ac mox,
μετὰ σεῖο μάκαιρα ὑγιὴς, τέθυλε πάντα, καὶ λάμπει χαρίτων ἔαρ, Σέθεν ἡ χωρὶς ὅτις σὐδαίμων. id est, Tecum diua sanitas florent omnia, ac renidet gratiarum uer. Absque te uerò nemo felix. Aristoteles libr. Rhetoricorum 2. exemplum sententiæ quæ non egeat epilogo, hoc est addita ratione, quod sic omnibus persuasum sit, refert, ἀνθρώπῳ ὑγιαίνειν ἄριστον ὡς γέ μοι δοκεῖ. id est, Homini bene ualere optimum est, ut mihi quidem uidetur. Videtur esse senarius, sed corruptus. Aristoteles Moralium ad Eudemum lib. primo, narrat aliquem in uestibulo templi, quod est in Delo Apollinis, hanc scripsisse sententiam, Eidem non adesse omnia, bonitatem, honestatem, ac iucunditatem, ac quod iustissimum esset, fecisse honestissimum, optimum autem bene ualere, omnium uerò iucundissimum patri quod quis amat. Philosophus uerò felicitatem quum sit optima & pulcherrima, tamen eandem iudicat esse iucundissimam. Hæc enim diuidit uulgus, quum re uera sint coniunctissima. Locus erit prouerbio, quoties significabimus aliud alio prius esse, & ijs quæ potiora sunt, maiorem curam deberi.

Fœnum esse. Ambrosia alendus. XCI

Fœnum esse, & ambrosia alendus. Vtrunque prouerbiali figura dixit Marcus Tullius, alterum in indoctos ac brutos homines: alterum in egregios, ut intelligas illos pecudibus, hos dijs æquandos. Nam fœno uictitant boues. Ambrosia cibus est apud Homerum, deorum ἀμβρότων. Cicero libro de Orat. secundo. Sic ego, Crasso audiente, primum loquar de facetijs, & docebo ius, uti aiunt, oratorem eum, quem cum Catulus nuper audisset, fœnum alios aiebat esse oportere. Rursum idem eodem libr. Iocabatur, inquit, Catullus, præsertim cum ita dicat ipse, ut ambrosia alendus esse uideatur. Horatius, prælautas opiparasq; cœnas, deûm cœnas uocat. O' noctes cœnæq; deûm, nectar & ambrosiam indicans. Nam hæc illis tantum à poëtis tribuuntur, si quando domi cibum capiunt: alioqui si contingat aliquò ad opimam uictimam inuitari, nidore carnium magis delectantur.

Spes alunt exules. XCII

Αἱ ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδας. id est, Spes pascunt exules. Vbi quis excussus à pristina fortuna semper id agit ut restituatur. Ab humano sumptum ingenio, quo fieri uidemus, ut nullus ita sit exul, quin & uelit, & speret futurum, ut aliquando postliminio redeat in patriam. Id ita esse, nos quoq; complurium exulum exemplo cognouimus, nominatim Ioannis Bentiuoli Bononiensis, quem cum illic essemus, Gallus in gratiam Iulij Romani Pontificis expulit. Eodem animo se fuisse testatur Ouidius apud Tomitanos exulans. Ne Iudæos quidem hodie spes destituit. Euripides prouerbialem sententiam fuisse significat. Citatur autem à Plutarcho, libello quem De exilio conscripsit,

Αἱ δ' ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδας, ὡς λόγος,
Καλῶς βλέπουσί γ' ὄμμασιν, μέλλουσι δέ. id est,
Spes exules alunt, ut habet adagium,
Oculisq; spectant blandulis, cessant tamen.

Et nati natorum. XCIII

Παῖδες παίδων. id est, Nati natorum. Prouerbiali figura, qua longam rei cuiuspiam propagationem significamus, eam adagij uice fuisse usurpatam satis indicat Plato cum alijs aliquot locis, tum libr. De legibus 3. καὶ παίδων παῖδας, ὃ λέγομεν. i. Filios filiorum, ut dicimus. Sumptum è carmine illo Homerico, quod est Iliados Υ sub persona Neptuni de Aenea ad Iunonem,

Καὶ παίδων παῖδες, καὶ τοι μετόπισθε γενοῦνται.

Quod Vergilius ita reddidit,

Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.

Alludit ad Homericam figuram Aristophanes in Auibus,

Δώσομεν ὑμῖν αὐτοῖς, παισὶ, παίδων παισίν. id est,
Dabimus nobis ipsis, natis ac natorum natis.

In Nebulis eandem figuram per iocum torsit ad usuram, aliàs ab alijs nascentes.

Αὐτοῖσι καὶ τ' ἀρχεῖα καὶ τόκοι τόκων. id est,
Ipsi atq; sortes, fœnorumq; fœnora.

Nimirum alludens ad illud quod alibi retulimus,

ὄνῳ τόκος πρὸ τόκοιο, τόκος δέ γε ὄνῳ καὶ ἄλλῳ.

ἵππος

ἱππομανῆρ. XCIIII

ἱππομανῆρ, dicebantur prouerbiali conuitio fœminæ uiroſæ ac libidine præter modum prurientes. Ariſtot. libr. De animalibus 6. αἱ μὲν γὰρ ἵπποι αἱ θήλεαι ἱπποµανοῦσιν. ὅθεν καὶ ἐπὶ τῶν βλασφημίαν τὸ ὄνομα ἀντῶν ἐπιφέρουσιν, ἀπὸ μόνης τῶν ζώων τῶν ἐπὶ τῶν ἀκολάστων τοῦτο πάσχουσαν. id eſt, Igitur equæ furiunt in equos. Vnde ab uno hoc animante ductum eſt uocabulum, quod in mulieres conuitio dicitur, circa Venerem intemperantes.

Ouium mores. XCV

Προβάτων ἤθη. i. Ouium mores. In ſtupidos ac ſtolidos iaci ſolitum. Ariſtophanes in Pluto,

ἀλλὰ προβατίου βίου λέγεις. id eſt,
Mihi imò uitam prædicas ouiculæ.

Ariſtoteles lib. De natura animalium nono, quamobrem ita prouerbio dici conſueuerit indicat: διαφέρει κατά τε δειλίαν καὶ πραότητα, καὶ ἀνδρείαν καὶ ἡμερότητα, καὶ νοῦν τε καὶ ἄνοιαν. τότε γὰρ τῶν προβάτων ἤθη, ὥσπερ λέγεται, ἔνιοθεν καὶ ἀνόητον. πάντων γὰρ τετραπόδων κάκιστόν ἐστι. ἕρπει εἰς τὰς ἐρημίας πρὸς ὀλίγον. καὶ πολλάκις χειμῶνος ὄντος, ὀλίγον χρόνον ἐνδιατρίβει, καὶ ὅταν ὑπὸ τῆς νιφετῆς ληφθῶσιν, ἂν μὴ κινήσῃ ὁ ποιμήν, οὐκ ἐθέλουσιν ἀπιέναι, ἀλλ' ἀπόλλυνται καταλειπόμενα, ἐὰν μὴ ἄρξωσιν οἱ ποιμένες, τότε ἀκολουθοῦσιν. i. Differunt autem & timiditate manſuetudine quoq;, & ferocia placiditateq;, intelligentia ac ſtoliditate. Nam & ouium ingenium, quemadmodum aiunt, ſimplex ac ſtultum. Siquidem eſt omnium quadrupedum inertiſſimum. Prorepit in deſerta, nulla de cauſa, ac ſæpenumero hybernis menſibus foras è ſeptis digreditur. Quumq; à niuibus occupatum fuerit, ni paſtor compulerit, diſcedere non uult, ſed relictum ceſſansq; perit, niſi paſtores mares adduxerint. Nam ita demum conſequuntur. Proinde Ariſtophanes taxans uecordiam populi Athenienſis, oues illos uocat in Veſpis,

ἐκκλησιάζειν πρόβατα συγκαθήμενα. id eſt,
In concione pecus ouillum conſidet.

Nec hoc prætereundum loco, quod Diogenes Cynicus opulentum quendam, cæterum indoctum, πρόβατον χρυσόμαλον. i. Ouem aureo uellere dixit. Et Plautus in Bacchidibus, Quis has huc oues adegit? inſenes ſtultos. Huc reſpiciens Origenes enarrans Leuiticum, ouis immolationē interpretatur affectuum ſtultorum & irrationabilium correctionē.

Muris interitus. XCVI

Κατὰ μυὸς ὄλεθρον. i. Iuxta muris interitum. Aelianus lib. De naturis animalium 12. cap. 10. tradit murem minimè uiuacem eſſe, ſed ſua ſponte defluentibus inteſtinis ocyus emori, atq; hinc natum prouerbium, κατὰ μυὸς ὄλεθρον. i. Iuxta muris interitum. Addit hoc uſum Menādrum in Ithade. Quadrare uidetur in homines imbecilla ualetudine, aut in μικροβίους. i. Breuis æui, quos μινυνθάδιους appellat Homerus. Aut in eos qui paulatim extabeſcunt. Veriſimile eſt enim, mures ſic emori quemadmodum naſcuntur in Aegypto: ut aliqua pars ſit uiuus mus, altera nihil niſi limus.

Ante lentem augere ollam. XCVII

Πρὸ φακῆς αὐξάνειν τὴν λοπάδα. i. Ante lentem augere ollam. Prouerbiali figura dictum, pro eo quod eſt, ſpes ingentes in animo concipere priuſquā res ipſa teneatur. Aut polliceri quod in ſe nōdū habeat, aut præpropere ſibi placere, quaſi iā poſſideat ea quæ procul etiādū abſunt ut teneātur. Veluti ſi quis ſpe ſacerdotij ſumptus iā incipiat facere quod nōdum acceperit, Aut ſi quis uitæ ſtrepitum augeat ſpe magiſtratus, quem incertū eſt an ſit impetraturus. Citatur adagium ex Cratete apud Athenæum, μὴ πρὸ φακῆς λοπάδ' αὔξων ἄς ζάσιν ἄμμες βάλῃς. i. Ne ante lenticulam augens ollam, aut patinā, in ſeditionē nos mittas. Citatur & à Plutarcho commentario De præceptis bonæ ualetudinis, eiuſdem Cratetis nomine, his quidem uerbis, ὁ μὲν γὰρ κράτης διὰ ζυφλὼ καὶ πολυτέλειαν εἰώμενος & ὀχ' ἥκιστα τὰς στάσεις καὶ τυραννίδας ἐμφύεσθαι ταῖς πόλεσι, μετὰ πολιᾶς παρήνει, μὴ πρὸ φακῆς λοπάδια αὔξων ἐς στάσιν ἄμμες βάλῃς. Αὐτὸς δέ τις ἑαυτῷ παρακελεύεσθω, μὴ πρὸ φακῆς λοπάδια αὔξων ἀεὶ, μὴ ἢ πάντως ὑπερβάλλων τὸν καρδαμίδα, καὶ τὴν ἐλάτιαν, ἐπὶ τὸ θεῖον καὶ τὸ ἰχθῶν ἐς στάσιν ὀκ πλησμονῆς τὸ σῶμα καὶ ταραχὸς ἐμβάλλῃ καὶ διαῤῥοίας. i. Crates igitur cum exiſtimaret in ciuitatibus ſeditiones ac tyrannides potiſſimum è delicijs ac luxu naſci, per iocum admonuit, ne præ lenticula ſemper augens patinam, in ſeditionem nos conijcias. Sed ſeipſum adhortetur quiſq;, ne ſemper præ lente augens patinam, néue modis omnibus, præterito naſturtio & olea, ad farcimē & piſcem deſciſcens, ex repletione corpori ſeditionem concitet, ac tumultum & diarrhœas. Crates eò detorſit dictum, ut apparet, poëtæ cuiuſpiā, ut pertineat ad homines impendio ſumptuoſos. Allu ſit autem ad morem plebis, quæ ſolita ſit excitare ſeditiones, ſi conſpiciat optimates ſibi præponi. Nam lopade apponebantur cibi lautiores, id quod licet colligere ex Luciani Saturnalibus. Lens legumen eſt uiliſſimum ac plebeium.

Pudebat recuſare, & non audebant ſuſcipere. XCVIII

M. Tullius in Epiſtolis ad Atticum uerſum hunc Homericum ceu prouerbialem non ſemel uſurpauit.

Αἰδεσθεὶς μὲν ἀνήνασθαι, δόσαν δ' ὑποδέχθαι. id eſt,
Detrectare pudor, formido ſubire uetabat.

Quo licebit uti, quoties incidit eiuſmodi negotium, ut aliud ſuadeat honeſtas, aliud utilitas: & dedecoroſum ſit non ſuſcipere prouinciam, rurſum periculoſum ſuſcipere. Poteſt accommodari etiam ad illos, qui rogati neq; negare audent ob pudorem, neq; præſtare tamen uolunt quod rogantur, ob diuerſum animi uitium. Eſt autem hic uerſus apud Homerum Iliados 11. ubi Hector quemlibet è Græcorum ducibus ad ſin gulare certamen prouocat, & reliquis omnibus cunctantibus ſurgit Menelaus,

Ὡς ἔφαθ', οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ,
Αἰδεσθεὶς μὲν ἀνήνασθαι, δόσαν δ' ὑποδέχθαι. id eſt,
Sic ait, interea tenuere ſilentia cuncti,
Detrectare pudor, formido ſubire uetabat.

Sphæram inter ſeſe reddere. XCIX

Plutarchus in libello De cognoſcendo profectu, μάλιστα ἡ πρὸς τὸ φιλόνεικον καὶ ἁνσιεῖ περὶ τὰς ζητήσεις ὑφεῖται, καὶ περιάνμεθα τοὺς λόγους ὥσπερ ἱμάντας καὶ σφαίρας ὑπολάμνοι πρὸς ἀλλήλους, ζῷ πατάξαι, καὶ καταβαλεῖν μᾶλλον, ἢ ζῷ μαθεῖν καὶ διδάξαι χάριεντες. i. Maximè ſi quæſtionū ambitio contentioq; remittitur, ſiq; deſinimus argumēta, ceu lora ſphæras q;, ſic uiciſſim inter nos reddere, ut magis gaudeamus ferire aut deijcere, quàm diſcere aut docere. Eſt apud Platonem in Euthydemo, ὁ ἡ διονυσόδωρος ὥσπερ σφαῖραν ὑπεξάμενος & τὸν λόγον, πάλιν ἐκόχάζετο τὴν μεγακλῆ. id eſt, Dionyſodorus tanquam ſphæram exceptum ſermonem rurſus iaculabatur in adoleſcentem. Meminit de luſus genere Iulius Pollux, libr. De rerum uocabulis 9. Seneca quod Græci de ſphæra tradunt, ad pilæ luſum refert, oſtendens eam commoditatem requiri inter dantem beneficium & accipientem, quæ eſt inter mittentem pilam & excipientem. Volo, inquit, Chryſippi noſtri uti ſimilitudine de pilæ luſu, quam cadere non eſt dubium, aut mittentis ſtudio aut accipientis. Tunc curſum ſuum ſeruat, ubi inter manus utriuſque apte ab utroq; & iactata & excepta uerſatur, Neceſſe eſt autem luſor bonus aliter illam colluſori lōgo, aliter breui mittat. Eadem beneficij ratio eſt, niſi utrique perſonæ dantis & accipientis aptatur, nec ab

hoc

Ayuntamiento de Madrid

hoc exibit, nec ad illum peruenit ut debet. Si cum exercitato & docto negotiũ eſt, audacius pilam mittemus: utcunq; enim uenit, manus illam expedita & agilis repercutiet. Si cum tyrone & indocto, non tam rigide nec tam excuſſe. ſed languidius, & in ipſam dirigentis manum remiſſe occurremus. Idem faciendum eſt in beneficijs &c. In eodem libr. aliquanto poſt, Sicut in luſu eſt aliquid, pilam ſcite ac diligenter excipere, ſed non dicitur bonus luſor, niſi qui apte & expedite remiſit quam acceperat. Non diſſimilis eſt, quem hodie pilæ uocant apud Italos, cuius meminit Horatius.

Nanq; pila lippis inimicum & ludere crudis.

Athenæus lib. 1. docet, ſphæræ luſum olim dictum φαινίνδα ἀπὸ τῆ ἀφέσεως τ σφαιρίζοντων, quæ uerba quid ſibi uelint, non ſatis intelligo, magis arbitror dictum, ἀπὸ τ φένειν, quod ſphæra miſſa enucet. Ibidem citatur carmen Antiphanis,

Σφαῖραν λαβὼν
Τῷ μὲν διδοὺς ἔχαιρε, τὸν δ' ἔφευγ' ἅμα,
Τὸν δ' ἐξέκρουσε, τὸν δ' ἀνέσησεν πάλιν,
Κλαγκταῖσι φωναῖς. id eſt, Sumpta pila
Gaudebat huic dediſſe, at hunc fugit ſimul.
Excuſſit hunc, at erigebat alterum
Tubæ in modum ſonante uoce.

Quadrabit adagiũ in eos qui ſe uicißim dicterijs inceſſunt. Confine, ſicut opinor, illi Perſiano,

Cædimus, inq; uicem præbemus crura ſagittis.

Iuxta Senecæ ſententiam, quadrabit etiam in eos qui ſibi mutuo aſſentantur & colludunt in diſputatione, uelut quum Scotiſta reſpondet ſcotiſticè. Nominalis iuxta decreta nominalium, ut non quæratur ueritas, ſed theatrica quædam fabula peragi uideatur.

Animo ægrotanti medicus eſt oratio. C

Celebratur hic uerſus apud Græcos prouerbij uice, citaturq; à Plutarcho ad Apollonium,

Ψυχῆς νοσοῦσης ἰατροὶ λόγοι. id eſt,
Ægroto animo medicus eſt oratio.

Sumptum apparet ex Æſchyli Prometheo,

Οὐκοῦν προμηθεῖ τοῦτο γιγνώσκεις, ὅτι
Ὀργῆς νοσούσης ἰατροὶ λόγοι. id eſt,
Non hoc quidem te præterit Prometheo,
Morbo quòd iræ medicus eſt oratio.

Siquidem ut inquit ille ſapiens Hebræus, Sermo mollis frangit iram. Et ira iuxta Stoicos nihil aliud eſt quàm furor breuis. Huc alluſit Horatius in Epiſtolis,

Sunt uerba & uoces, quibus hunc lenire dolorem
Poßis, & magnam morbi depellere partem.

Ex opinione Stoicorũ, cupiditates animi morbos appellat. His philoſophia medetur pharmacis uerborũ. i. monitis ſalubribus. Et apud Terentium arguit ſeſe Mendemus, qui non ut decuit, tractarit ægrotũ animum adoleſcentis. Vt enim in corporũ morbis pro ratione ualetudinis, alia atq; alia adhibentur pharmaca, itidem in animi malis non eadẽ adhibenda eſt oratio. Sed interim blandius monendum, interim acrius iurgandum, nonnunquam diſſimulandum, & imprudenti pharmacon admouẽdum. Iuxta Pauli monitum, Argue, obſecra, increpa. Feruntur in eandem ſententiam & hi ſenarij,

Λόγῳ γάρ ἐστι φάρμακον λύπης μόνῳ. id eſt,
Dolori enim medetur una oratio. Et
Λόγῳ μ' ἔπεισας φαρμάκῳ σοφωτάτῳ. id eſt,
Sermone flexiſti optimo me pharmaco. Et
Ἀλόγῳ ἰατρὸς ἢ κατὰ ψυχὴν πάθος. id eſt,
Animo laboranti medicus oratio eſt.

Iſocrates in oratione De pace, eleganter uſurpauit hanc ſententiam, ὑμᾶς δὲ χρὴ, πρῶτον μὲν τοῦτο γιγνώσκειν, ὅτι τ περὶ τὸ σῶμα νοσημάτων πολλὰ θεραπεύματα καὶ παγκοδαπὰ τοῖς ἰατροῖς εὕρηται, τὰς δὲ ψυχικὰς ταῖς νοσούσαις καὶ γεμούσαις πονηρῶν ἐπιθυμιῶν ἐδλίβ ὄντιν ἄλλο φάρμακον, πλὴν λόγῳ ὁ τολμῶν τοῖς ἁμαρτανομένοις ἐπιπλήττειν. ἔπειθ' ὅτι καταγέλαστόν ὄντι τὰς μὲν κάυσεις καὶ τὰς τομὰς τ ἰατρῶν ὑπομένειν, ἵνα πληόνων ἀλγυδόνων ἀπαλλαγῶμεν, τὸν δὲ λόγον ἀποδοκιμάζειν πρὶν ἀκοῦσαι σαφῶς, ἃ τοιούτων ἔχουσι τὴν δύναμιν ὡς τ' ὠφελῆσαι τὸς ἀκούοντας. i. Vos autem illud in primis ſcire oportet, quod aduerſus corporis morbos multa uaria, q; remedia à medicis reperta ſunt, animis uerò ægrotantibus ac prauis cupiditatibus oppletis, non eſt aliud remedium quàm oratio quæ non uereatur errãtes increpare. Deinde deridiculum eſſe, quum medicorum uſturas ac ſectiones perferamus, ut à grauioribus cruciatibus liberemur, orationem reijcere priusquam liqueat, an huiuſmodi uim habeat, ut utilitatẽ adferat audientibus. Verum ut amica, ſalubris, & tempore adhibita oratio, remedium eſt efficax, ac præſentaneum: ita ſermo inimicus, aut peſtilens, aut non in tempore dictus, letale uenenum eſt.

CHILIADIS TERTIAE CENTVRIA II.

Si quid mali, in Pyrrham. I

Τί κακὸν, εἰς Πύρραν. i. Si quid mali, in Pyrrham, ſubaudiẽdum recidat, aut abeat, aut eiuſmodi quippiam. Ad hunc modum malum, ſi quod timeretur, deprecabantur abominantes, & in hoſtium caput imprecantes. Vnde & illa figura Græcis pariter ac Latinis ſcriptoribus familiaris, hoſtibus noſtris hoc eueniat. Ouidius,

Hoſtibus eueniant conubia talia noſtris.

Idem 3. de Arte amandi.

Hoſtibus eueniat tam fœdi cauſa pudoris. Idẽ lib. 3. Faſt.
Eueniat noſtris hoſtibus ille color. Idem lib. 2. Eleg.
Hoſtibus eueniat uacuo dormire cubili.
Hoſtibus eueniat uita ſeuera meis. Idem lib. 3. Eleg.
Eueniat noſtris hoſtibus ille pudor.

Rurſum Vergilius lib. 3. Georg.

Dij meliora pijs, erroremq; hoſtibus illum.

Idem in 8. Aen. de Mezentio,

Dij capiti illius generiq; reſeruent. Propertius
Hoſtibus eueniat lenta puella meis.

Et Horatius in Odis.

Hoſtium uxores, puerique cæcos
Sentiant motus orientis auſtri.

Et Terẽtius in Heauton timorumeno, in ſene ſeipſum excruciãte. Au, obſecro te, iſthuc inimicis fiet. Idẽ in Eunuc. Vtinã ſic ſint qui mihi male uolũt. Originẽ prouerbij tradũt huiuſmodi. Quondã Pyrrhæos, quotquot erãt finitimi, graui odio perſequebantur: unde ſi quod malũ aliquando uideretur impendere, id abominãtes, precabantur ut in Pyrrhæos auerteretur dicentes, εἰς τὴν Πύρραν. i. In Pyrrhæorũ regionẽ. Eſt autẽ Pyrrha, Leſbi inſulæ ciuitas, autore Stephano. Eſt & altera inter Prienẽ et Miletũ. Neſcio an librarijs ſit imputandũ, quod Plutarch. in conuiuio ſapientũ pro Pyrrham refert Prienẽ. Verba Plutarchi ſic habẽt, καὶ ὁ Θάλης γελάσας, εἶπε κακὸν ἔπηγε αὖθις εἰς Πριήνην. διαλύσας δ' ὁ Βίας, ὡς διέλυσεν ἀπὸς τὸ πρῶτον. i. Ac Thales ridẽs, ſi quid, inquit, mali, rurſus in Prienen. Soluet enim Bias, quemadmodũ ſoluit prius. Mihi uidetur loci nomen data opera mutatũ, quod Bias eſſet Prienæus, ita loco Pyrrha mutata eſt in Prienen.

In tuum ipſius malum lunam deduces. II

Ἐπὶ σαυτῷ τὴν σελήνην καθελᾷς. id eſt, Aduerſus teipſum lunam

lunam detrahis. Malefice mulieres incantamentis quibuſdam lunam in terram detrahere credebantur antiquitus. Vnde Vergilius.

Carminа uel cœlo poſſunt deducere lunam.

Et Horatius in Odis,

Per atq; libros carminum ualentium
Refixa cœlo deuocare ſydera. Et rurſum in Sermon.
_Lunamq; rubentem
Ne ſoret his teſtis, poſt magna latere ſepulchra.

Item Iuuenalis,

Vna laboranti poterit ſuccurrere lunæ.

Creditum eſt olim, huiuſmodi ſagas oculis ac pedibus priuari ſolere. Aglaonice quæpiam, cum per aſtrologiæ cognitionem defectus præſciret, iactabat, ſe lunam è cœlo detracturam in terram. Atq; eius iactantiæ pœnas dedit, de quo dicetur in prouerbio, lunam detrahere. Prouerbium igitur hinc ſumptum, dicebatur de ijs qui ſuis ipſorum artibus ſibi malum accerſerent. Quod genus, ſi quis callidis rationibus effeciſſet, ut accerſeretur aliquis, deinde eueniret, ut ab eo quem accerſendum curaſſet, ſubuerteretur.

Coruus aquat. III

Κόραξ ὑδρεύει. i. Coruus aquat. Dicitur ſolitum, ubi quis non citra negotium, citraq; ingenium conſequeretur ea quæ cuperet. Aut ubi quis rem nouis artibus tentaret efficere. Ductum ab apologo de coruo cum ſitiret, congeſtis lapillis aquam ex imo fundo in ſummam uaſis oram euocante. Quod Plinius ut rem geſtam memorat lib. 10. cap. 43 ſed probabilius uidetur ut adagium referatur ad eam fabulam, quam Faſtorum lib. 2. narrat Ouidius ad hunc modum,

Fortè Ioui Phœbus feſtum ſolenne parabat,
Non faciet longas fabula noſtra moras.
I mea dixit auis, ne quid pia ſacra moretur,
Et tenuem uiuis fontibus adfer aquam.
Coruus inauratum pedibus cratera recurui
Tollit, & aëreum peruolat altus iter.
Stabat adhuc ficus duris denſiſſima pomis,
Tentat eam roſtro, non erat apta legi.
Immemor imperij ſediſſe ſub arbore fertur,
Dum fierent tarda dulcia poma mora.
Iamq; ſatur, nigris longum capit unguibus hydrum,
Ad dominumq; redit, fictaq; uerba refert.
Hic mihi cauſa moræ uiuarum obſeſſor aquarum,
Hic tenuit fonteis, officiumq; meum.
Addis ait culpæ mendacia Phœbus, & audes
Fatidicum uerbis fallere uelle deum?
At tibi dum lactens hærebit in arbore ficus,
De nullo gelidæ fonte bibantur aquæ.

Meminit huius & Hyginius & Aelianus De naturis animantium libr. 1. Proinde prouerbium mihi magis uidetur conuenire in ceſſatorem.

Conuenerat Attabas & Numenius. IIII

Συνῆλθον ἀτ|ταβάς τε καὶ νουμήνιος. id eſt, Coniunctus eſt ſuo Attabas Numenio.

Quidam legunt Attagas. Dici ſolitum quoties improbus aggregatur cum improbo. Diogenianus tradit hos inſigne par furum fuiſſe. Meminit huius Diogenes Laërtius in uita Timonis Nicei. Nam hoc prouerbio notabat eos, qui putabant intellectu atteſtante ſenſibus eſſe credendum, quum ipſe nec rationi nec ſenſibus aſſentiendum putaret. Simillimum illi, quod alibi dictum eſt, Cum Bitho Bacchius.

Coloſsi magnitudine. V

Κολοσσαῖος τὸ μέγεθος. i. Coloſſea magnitudine. Prouerbialis apud Lucianum hyperbole, in homines prægrandi corporis mole, A ſtatuis ingentibus, quas Coloſſos appellant. Inter has in primis celebratur ſolis Coloſſus apud Rhodios, ſeptuaginta cubitis altus, hoc eſt iuxta Feſtum Pompeium, pedes centum & quinq;, cuius pollicem uix pauci potuerunt amplecti. Referuntur & alij apud Plinium prodigioſæ magnitudinis. Nam ijs impendio delectabantur olim imperatores Romani, quibus, ut uidetur, magis erat cordi maximos eſſe, quàm optimos. Legimus & ætnæos dici prægrandes. De magnis ac uehementer moleſtis qui Athones dicti ſunt, alibi meminimus, quemadmodum & Hamaxiæis.

Mali commatis. VI

Πονηροῦ κόμματος. i. Mali commatis, dicebatur improbus, contemptus et reijculus quiſpiam. Sumpta metaphora à reprobatis nomiſmatis. Ariſtophanes in Pluto.

Εοικεδ' εἶναι τ' πονηροῦ κόμματος. id eſt,
Videtur eſſe non probati commatis.

In ſycophantam dictum, iam ad paupertatem famemq; redactum, poſteaquam Plutus oculos receperat. Interpres oſtendit, comma genus eſſe utiliſſimi nomiſmatis. Sonat autem perinde quaſi dicas, malæ monetæ. Rurſum in eadem fabula,

Γνώσεται
Οτ' ἐς' ἐκείνου τ πονηροῦ κόμματος. id eſt, Nouerit
Illius eſſe hunc improbati commatis.

Apud eundem in Ranis, ὦ κακίςῳ κόμματι.

Idem in Concionatricibus,

Καὶ κακὸν γέμοι τὸ κόμμ' ἐγένετ' ἐκεῖνο. id eſt,
At iſthuc hercule comma mihi fuit malum.

Reddit cauſam, quod quum abiiſſet in forum empturus farinas, iamq; peram ſuppoſuiſſet, præco clamauit, ne quis reciperet æreos nummos, ſed argento uenderentur omnia. Ad hanc formam pertinent etiam illæ, ceu prouerbiales metaphoræ, κίβδηλος ἄνθρωπος, & κιβδηλεύω, pro eo quod eſt, impoſturam facere, & κιβδηλία, pro impoſtura, quæ uoces reperiuntur cum aliàs frequentius, tum Platonis lib. De legib. 11. ſi quis fortè certius deſiderabit teſtimonium. Proinde qui moribus ſunt improbatis, eos κιβδήλους uocant, quaſi dicas adulterinæ monetæ. Appoſitius autem ad oris figuram, morum & indolis indicem referetur. Siquidem quemadmodum nummus inſpecta imagine dignoſcitur ilico, probatus ne ſit an adulterinus, itidem ex ipſa ſtatim hominis forma deprehenditur ingenium, uel Euripide teſte, cuius hæc ſunt in Ione.

Γνῶθι δ' ἄρ ὡς τὰ πολλά γ' ἀνθρώπων σκέλη,
Τὸ σχῆμ' ἰδόντες εἰ φύσεως ἀγενοῦς. id eſt,
Plerunq; ſpecies ipſa, ſimul aſpexeris
Hominem arguit, generoſus is ſit, an ſecus.

Beneuolus trucidator. VII

Εὔνους σφάκτης. id eſt, Beneuolus occiſor. Conuenit in hos qui cum ſummam adferant perniciem, tamen beneuolentiæ ſpeciem admiſcent. Tractum aiunt ab Oreſte qui trucidata matre Clytemneſtra, parentale conuiuium uelut in illius honorem exhibuit. Quidam & ad Antigonum regem referunt, qui poſteaquam Semelen è medio ſuſtuliſſet, oſſa tamen illius ſummo cum honore curauit ad matrem deportanda. Sunt quibus magis placet, ut adagium ad Ptolemæum Philopatoris filium referatur: is matrem Berenicen in palatio ipſius uinculis conſtrictam, Soſibio tradidit adſeruandam, ubi illa non ferens eam filij contumeliam, ſumpto ueneno interiit. At ille perturbatus inſomnijs, monimentum in medio urbis extruxit, quod nunc ſepulchrum appellatur. In hoc unà cum matre maiores omneis ſuos compoſuit, & inter hos Alexandrum Magnum. Nec hoc contentus officio uir pius, templum eidem conſtituit in Aegialis, cui nomen inditum, Berenices ſcrutatricis. Hæc fermè Zenodotus. Confine eſt illud quod alibi recenſuimus, Intempeſtiua beneuolentia nihil à ſimultate differt. Ita Flaccus,

Nil

Ayuntamiento de Madrid

Nil moror officium quod me grauat.
Nec parum ſcite dixit Ennius apud Cicer. lib. Offic. 2.
Benefacta male locata, malefacta arbitror.

Corytheo deformior. VIII

Κορυθίῳ ἀδελχθέστερος. id eſt, Corytheo deformior. Aiunt Corytheum quempiam fuiſſe hominem inſignite ſtultum ac uecordem, ad hoc forma infeliciſſima fœdiſſimaq;, cui liberi item fuerint omnes patrem referentes: unde uulgaris dictus eſt iocus, in hominem bardum, ac perinde deformem. Refertur adagium à Zenodoto.

Contra torrentem niti. IX

Contra torrentem niti dicuntur, qui fruſtra certant cum ijs, quos uincere non queant. Sumptum à natantibus, qui ſolent ſecundo natare flumine, maximè ſi torrens fuerit. Quòd ſi contra nitantur, nihil promouerint. Vſurpat hoc adagium Aurelius Auguſtinus in epiſt. quadam ad diuum Hieronymum. Et laudatur à Iuuenale Criſpi prudentia, qui Domitiani uiolentiæ conceſſerit, & ingenio alioqui inſanabili obſecundarit.

Ille igitur nunquam direxit brachia contra
Torrentem. Item Ouidius,
Stultus ab obliquo qui cum diſcedere poſſit,
Pugnat in aduerſas ire natator aquas.

Gregorius Theologus ad Eudoxium rhetorem, Τὸ δὲ μὴ βιάζεσθαι ῥᾴδιον ποταμοῦ καὶ ἡ παροιμία παιδεύει. i. non eſſe cogendum fluminis impetum docet etiam prouerbium.

Vſq; ad aras amicus. X

Μέχρι τῶν βωμοῦ φίλος ἁμί. i. Vſq; ad aram ſum amicus. Tametſi non eſt huius inſtituti quælibet apophthegmata colligere, tamen hoc ita commode dictum, & ſpecie uſqueadeo prouerbiali, præterea ſic à magnis celebratum autoribus, ut merito uideatur in hunc ordinem cooptandum. Reſponſum eſt autem à Pericle, quem cum amicus quiſpiam rogaret, ut in cauſa quadam ſua gratia fallum delieraret, Δεῖ μὲ ἔφη συμπράττειν τοῖς φίλοις, ἀλλὰ μέχρι βώμων. i. Oportet me commodare amicis, ſed uſq; ad aras. Ita refert Gellius. Commodius refert Plutarchus in libello, περὶ δυσωπίας, μέχρι τῶν βωμοῦ φίλος ἁμί. i. Vſq; ad aram ſum amicus. Admonet prouerbium, nonnunquam, quo conſulamus amicorum commodis, eorumq; uoluntati morem geramus, fas uideri paululum à recto deflectere, uerum eatenus, ne propter hominem amicum numinis reuerentiam uiolemus. Olim iurantes aram manu contingebant. Porrò quatenus & quouſque ſit ab honeſto deflectendum amici cauſa, copioſè, doctèq; diſputat. A. Gellius lib. Noctium Atticarum 1. cap. 3.

Codali chœnix. XI

Κοδάλου χοῖνιξ. i. Codali chœnix, ſiue demenſum. De magnis menſuris dicebatur, autore Suida. Neq; præterea quicquam ſuper hac re mihi repertum eſt adhuc apud autores. Coniecture licet, ortum à ſeruo quopiam edaci, cui chœnix fuerit altius capax, & hac arte fraudarit herum. In collectaneis quæ titulo Heſychij circumferuntur, reperio Condalum piſcem, aut eundem, aut certè affinem Ceſtreo, quem Gaza uertit Mugilem, Sed idem meminit alibi huius prouerbij κοδάλου χοῖνιξ, ſubindicans fuiſſe quempiam ædilem qui maioribus menſuris ſolitus ſit uti.

Concha dignus. XII

Κόγχης ἄξιος. i. Concha dignus. Rem nullius pretij concham dicunt Græci, quemadmodum Latini nauci aut floccum. Vnde quod contemptiſſimum, nulliusq; rei ſignificabant, id κόγχης ἄξιον dicebant.

Conto nauiga. XIII

Κοντῷ πλεῖν. id eſt, Conto nauigare, dicebantur, qui ſic rebus uterentur, quemadmodum uti conueniebat, aut qui uitæ genus ſuo accommodatum ingenio ſequerentur. Neque enim contus ad ullum alium uſum accommodatus, quàm ad nauigationem. Itidem non ad quamuis uitam quiuis idoneus eſt. Vtaris licebit, ſi quem admonere uoles, ut quaq; re utatur ad id in quod inuenta ſit, ut quorſum ſeruas nummos tuos, non in hoc natos ut ſpectentur, ſed quo uitæ ſubſidio ſint: conto nauigandum eſt. Refertur à Suida.

Cydi pœnam debet. XIIII

Κύδιος δίκην ὀφείλει. i. Cydi pœnam debet. κῦδος prima producta, gloriam ſignificat: eadem correpta τὴν λοιδορίαν καὶ κακολογίαν. id eſt, Maledictum & conuitium, Vnde & uerbum deduxere κυδάζειν, pro eo quod eſt conuitiari. Proinde cum quis ob rem friuolam ueluti uerbum aliquod temere dictum deferretur uexareturq;, cum prouerbio dicebant, κύδιος δίκην ὀφείλει. i. conuitij pœnam dependiſſe, & maledicti pœnam debere. Nam antiquitus mulcta dicebatur ijs, qui petulantius in quempiam aliquid dixiſſent.

Cnips in loco. XV

Ὁ κνὶψ ἐν χώρᾳ. i. Cnips in regione. Dictum in eos, qui ſubinde ſedem mutarent, & aliunde aliò demigrarent. Cui uitio ſeſe obnoxium fuiſſe confitetur Horatius. Eſt autem σκνὶψ, ſiue κνὶψ, nam utrunque reperio, uermiculus innaſcens materijs. Is croſo ligno, ſemper locum mutare nititur. Quidam efferunt prouerbium hoc modo, κνὶψ ὁκ χώρας. id eſt, Cnips è regione, ut ſubaudias demigrat. Plinius libr. decimoſexto cap. 41. inter peſtes materiarum teredinem commemorat, uermem grauiſſimo ad portionem capite, ſic appellatum, quod dentibus erodat, ſed proprie uocari, teredinem, quæ in mari materiam infeſtet. Addit huius generis Ceraſten uocari, qui ſimul atque tantum eroſerit, ut circumagat ſeſe, generat alium. Hæc an huic prouerbio congruant dubito, nam Græci tradunt κνίπα eſſe animalculum uolucre & ξυλοφάγον, non diſſimile culici. Id ſi uerum eſt, non uideo qui conſiſtat, quod ab Ariſtotele proditum eſt auem ξυλοκόπαν, quem Latini, ni fallor, picum Martium appellant, ob id roſtro fodere arbores, ut κνίπας in ligno latentes euocet. Suidas ait à κνιπὸς, qui eſt genitiuus caſus huius nominatiui κνὶψ, fingi nominatiuum κνιπὸς, eamq; uocem ſignificare, parcum, tenuiq; uictu uiuentem, nimirum ad Cnipis exemplum, qui lignorum arroſu paſcitur, cibo non admodum lauto. Proinde conſentaneum uidetur, adagium dici poſſe in ſordidos, duro parcoq; uictu utentes.

Cyclobori uox. XVI

Κυκλοβόρου φωνὴ. i. Cyclobori uox. De clamoſis, & uehementer obſtreperis dicebatur, aut quibus uox eſſet uitioſa raucaq;. Cycloborus fluuius quidam Atticæ, non perpetuus ſed torrens, ingenti ſtrepitu defluens, unde ductum prouerbium. Ariſtophanes in Equitibus.

ἄρπαξ, κεκράκτης, κυκλοβόρου φωνὴν ἔχων. id eſt,
Clamoſus, auidus, uoce Cyclobori obſtrepens.

Thaſium infundis. XVII

Θάσιον ἐνέχεας. id eſt, Thaſium miſcuiſti. Dici ſolitum uidetur, ubi quis uinum non aqua, ſed alio quopiam efficaciore uino dilueret. Nam Thaſia uina laudatiſſima quondam fuiſſe, teſtatur et Apulcius apologia prima, Olitori, inquiēs, & cauponi merito conceſſum eſt, olus & uinum ex nobilitate ſoli commendare, uinum Thaſium, olus Phliaſium. Et Plinius capite ſeptimo, Naturalis hiſtoriæ lib. 14. inter tranſmarina uina Thaſium Chiumq; in ſumma gloria fuiſſe ſcribit. Eſt autem Thaſus inſula iuxta Thraciam: unde prouerbium, Thaſus bonorum. In ea inſula narrant fuiſſe Staphylum, quem deperierit Bacchus. Sumptum eſt ex Ariſtophanis Pluto, quo loco uerſus hic eſt,

Εἰ θάσιον ἐνέχεας, εἰκότως γε νὴ Δία. id eſt,
Merito profectò, ſi Thaſion infunderas.

Anus

Ayuntamiento de Madrid

Anus quædam queritur adoleſcentem amatorem pridem ita ſibi ſolitum adulari, ut diceret illum ſuauiſſimè olere. Ad id per iocum reſpondens Chremylus, negat eſſe mirum, ſi ita uiſum fuit adoleſcenti, cum illi unum Thaſium odoratiſſimum proponere ſit ſolita. Interpres addit χέχας dictum pro ἐκίρνας. i. infundebas, pro muſcebas.

Κλαυσιάζειν. XVIII

Κλαυσιάζειν uulgato conuitio dicebantur ij, qui puerorum amoribus oblectarentur, aut, ut ait Diogenianus, mulieres immodicè libidinoſæ. Vnde natum ſit prouerbium, non ſatis liquet, niſi quòd Heſychius docet, κλαυσιὰς Græcis ſonare naturæ muliebris uicinam partem, unde receptum ut κλαυσιάζειν appellarent libidinoſam contrectationem, atteſtante & Suida.

Claudiana tonitrua. XIX

Feſtus Pompeius innuere uidetur, Claudiana tonitrua in uulgi ſermonem abiiſſe, ſcribens ideo uocata Claudiana tonitrua, quòd Claudius Pulcher inſtituerit, ut ludis poſt ſcenam factis, lapidum cõiectus ita fieret, ut ueri tonitrus ſimilitudinem imitaretur. Nam antea leues admodum & paruos ſonitus fieri ſolitos, cum claui & lapides in labrum æneum conijcerentur. Quadrabit adagium, ſi modo uidebitur in adagionum gregem recipiendum, in homines immodicè clamoſos, & odioſè obſtreperos. Simillimum illi, quod alibi retulimus, Δωδωναῖον χαλκεῖον. i. Dodonæum æs.

Claudi more tenere pilam. XX

M. Tullius aduerſus Piſonem ſcribit in hunc modum: Græcus primum diſtinguere illa atq; diuidere, quemadmodum dicerentur, iſte claudus, quomodo aiunt, pilam retinere, quòd acceperat teſtificari. Hactenus Cicero. Prouerbium congruit in eos, qui quicquid à præceptoribus acceperint, ſiue id doctum ſit, ſiue indoctum, nullo delectu, nulloq; iudicio tenere ſolent, ac ſequi. Sumpta metaphora à claudo diffidente ſuis pedibus, & ob id pertinaciter columnis innitente. Niſi ſi cui magis referendum uidetur ad luſum pilæ, quam claudus ita demũ accipit, ſi commode illi mittas. Alioqui pedibus tardus non poteſt utcũq; miſſam accipere. Seneca lib. De beneficijs 7. Quid ſi me remittere pilam manco iubeas? hoc eſt, dare beneficium illi, qui non ſit idoneus ad accipiendum. Plautus in Aululari. Tum autem interdius, quaſi claudus ſutor domi ſedet totos dies. Generatim conueniet in omneis qui de alieno pendent iudicio, alienæq; inniti tantur autoritati, quemadmodum iſti, quibus ſatis eſt dixiſſe, αὐτὸς ἔφα.

Loripedem rectus derideat. XXI

Et ſanè quàm elegans eſt, & plurimum habet figuræ prouerbialis illud apud Iuuenalem:

Loripedem rectus derideat, Aethiopem albus.

Quo conueniet uti, quoties aliquis id alijs opprobrat mali, cui ſit ipſe obnoxius, aut aliena caſtigat uitia, à quibus ipſe nõ ſit immunis, perinde quaſi claudus claudo cludicationis uitium per contumeliam obijciat. Oportet eum quàm maximè uitare culpa, qui in alium paratus eſt dicere: & ſtultiſſimum eſt, in alium iacere quod in ipſum poſſit retorqueri,

Quis enim tulerit Gracchos de ſeditione querentes?
Si fur diſpliceat Verri, ſi homicida Miloni?

Celebratur illud Leonis Byzantij, cui cum maledicus quiſpiam opprobraſſet uitium oculorum, ipſe gibbo deformatus: Humanum, inquit, conuitium in me ieciſti, cum ipſe Nemeſim in dorſo portes.

Cliſthenem uideo. XXII

Κλεισθένη ὁρῶ. id eſt, Cliſthenem uideo. Cliſthenes hic male audijt, & conuiciorum conuitijs laceratus eſt, quòd parum uir haberetur, ſeſeq; cultu indecoro, uelut in mulierem transfiguraret, Sardanapalum illum Aſſyrium imitatus. Ariſtophanes ἐν Θεσμοφοριαζούσαις,

Ορᾷς σεαυτὸν; ὃ μὰ Δί', ἀλλὰ Κλεισθένη. id eſt,

Teipſum uides? non per Iouem, ſed Cliſthenem.

Suidas refert, & ait conuenire in eos, qui læui, deraſaq; ſunt cute. Nam hic mos Cliſtheni, barba deraſa ſemper eſſe, quo iuuenis etiamdum uiderctur. Effertur & ad hunc modum, Κλεισθένης ἀκρατέστερος. i. Cliſthene intemperantior, de cinædo & delicijs effœminato, contrarium illi, Ζήνωνος ἐγκρατέστερος. i. Zenone temperantior.

Cleocritus. XXIII

Κλεοκρίτου. i. Cleocritus. Id nominis contumeliæ cauſa iaciebatur in cinædos ac molles & parum uiros. Nam & hunc ueteris comœdiæ maledicta nobilitarunt. Dictus eſt autem effœminatus cinædus, hoſpes, obſcuro fœdoq; genere, Cybeles filius, quòd Rheæ myſteria ab exectis cuiratisq; peragerentur. Nec forma quidem à moribus diſcrepabat. Nam facie uclut auem referebat. Suidas nominatim prouerbij loco refert, alioquin ipſe non retuliſſem inter adagia.

Coturniſſare. XXIIII

Κιχλίζειν, prouerbio dicebantur, qui pinguibus coturnicibus, aut turdis ueſcerentur, aut qui riderent laſciue, parumq; decore. Proinde & κιχλισμὸν, riſum mollem & impudicum appellant. Quadrabit igitur nel in liguritores & cupedijs addictos, uel in laſciuius ludentes. Sturni nihil non imitantur, & turdus à Plinio recenſetur inter aues, quæ ſermonem humanum imitantur. Nam autores uocem hanc uariè transferunt.

Cilicium exitium. XXV

Κιλίκιον ὄλεθρον. i. Cilicium exitium. De crudeli & immani dicebatur. Cilices enim ob piraticam quam exercebant, & aſſiduas hoſtium depræ dationes infames erant immanitatis & crudelitatis nomine. Quapropter & Attici uindictas acerbiores, κιλικίας appellabant. Meminit præter alios Heſychius. Similis formæ eſt, quòd apud Iureconſultos legimus ſauricum pro crudeli immaniq; latrone.

Centaurice. XXVI

Κενταυρικῶς. i. Centaurice fieri dicebatur, quòd immaniter, ferociter, inciuiliter ue fieret, ſumpta uoce à Centaurorum moribus. Ariſtophanes in Ranis.

Τὶς τὰν θύραν ἐπάταξεν ὡς κενταυρικῶς; id eſt,
Quis oſtium pulſauit ita Centaurice?

Etenim Centauri uiribus & ui peragebant omnia, legum & iuris omnis ignari: Tametſi quidam exiſtimant hoc apud Ariſtophanem dictum ἀγρωικῶς, in Bacchum mollem alioqui & imbellem.

Cilicij imperatores. XXVII

Κίλικες στρατηγοί. id eſt, Cilicij duces. Dicebantur homines hirſuti, & pilis obſiti. Vnde & ſaga pilis contexta, Cilicia uocantur. Autor Diogenianus. Simpliciter autem κίλικες dicebantur, robuſti ſordidi & magni, unde & κιλικίζεσθαι dicuntur, qui prauis ſunt moribus: & κίλικες λόγοι barbarica ſuffragia, quòd illi ſortibus in galeam miſſis ſoleant decernere. Memorantur κιλικιβόται, qui quum eſſent ſerui, heris eiectis occuparunt regionem. κιλικὼν ἀγαθὰ alibi recenſuimus.

Ciuitates ludimus. XXVIII

Πόλεις παίζομεν. id eſt, Ciuitates ludimus. Luſus genus quoddam eſt, in quo calculis ludebatur olim, quos antiquitus πόλεις, id eſt, urbes uocabant. Neoterici, χώρας, hoc eſt, regiones appellare cœperunt. Vſurpauit adagium Cratinus in Fugitiuis. Hic nimirum locus eſt, ni fallor, quem Iulius Pollux citat libr. De rerum uocabulis 9. πανδιονίδα πόλιν βασιλέως δὲ πειρώλακος, οἵου θ' ἥν λέγεμεν, καὶ κώμα καὶ πόλιν, ἣν παίζουσιν. id eſt, Pandionium ciuitatem regis, ſupra modum adulatricis. Noſti quam dicimus, & canem & ciuitatem quam ludunt. Genus autem luſus deſcribit his uerbis

Ayuntamiento de Madrid

uerbis, ἢ δ' διὰ πολλῶν ψήφων παιδιά, πλίνθιόν ἐστι, χώρας ἐν γραμμαῖς ἔχον διακεκλίσας. καὶ τὸ μὲν πλίνθιον καλεῖται πόλις, τὸ δὲ ψήφων ἑκάστη κύων. διηρημένων δὲ εἰς δύο τῶν ψήφων κατὰ τὰς χρόας, ἢ τύχῃ δὲ παιδιᾶς ἐστι περίλημψις τῶν δύο ψήφων ὁμοχρόων, τὴν ἑτερόχρων ἀναιρεῖν. id est, Qui uerò complurium calculorum dicitur lusus, Luterunculus est regiones in se continens, in lineis sitas. Et Luterunculus quidem ipse ciuitas appellatur. Cæterùm unusquisq; calculus canis. Porrò cũ calculi sint duobus distincti coloribus, lusus hæc ars est, ut comprehẽsis duobus calculis unicoloribus, cũ qui diuersi coloris est, tollas è medio. Alluſit ad hoc prouerbium Plato lib. De repub. 4. ἑκάστη δὲ αὐτῶν πόλις ἐστὶ πάμπολλαι, ἀλλ' οὐ πόλις, τὸ τῶν παιζόντων. i. Nam illarum unaquæq; plurimæ sunt ciuitates, non ciuitas, quemadmodum dicere solent ludentes. Refert Zenodotus, quanquam idem adagij sensum non indicat. Quare cuiq; quod uerò proximum uideatur, coniectandum relinquo. Mihi quadraturum uidetur, quoties suum quisque commodum quacũq; sectatur uia, & æmulo, competitoriq; modis omnibus tendit insidias, qui lusus frequens est in aulis principum, & in magistratibus publicis. Ab hoc lusu manasse uidetur, qui nunc uulgò scacarius dicitur.

Cissamis Cous. XXIX

Κίσσαμις κῶος. id est, Cissamis Cous. Hunc aiunt pecuarijs gregibus supra modum diuitem. Verum anguillam quotannis apparere solitam, quæ pulcherrimam omnium pecudem raperet. Ea cum in somnis apparens hominem commonuisset, ut sepeliret sese, & ille negligeret, euenit ut tum ipse tum uniuersum illius genus radicitus interiret. Hæc fermè Zenodotus. Et hoc quoq; prouerbium, Delium aliquem natatorem requirit. Apparet affine, quod alibi dictum est, Aderit Temessæus genius.

Carcini poëmata. XXX

Καρκίνου ποιήματα. id est, Carcini poëmata. Dicebantur ea quæ uiderentur obscurius & instar ænigmatis dicta. Carcinus poëta quispiam fuit, cuius & aliàs meminimus in hoc opere, in quem iocatur Aristophanes in comœdia, cui titulus, εἰρώνη,

Εὐδαιμονέστερος φανεὶς τῶν καρίνου στροβίλων. id est,
Qui uisus est felicior uel Carcini strobilis.

Is finxit Orestem ab Ilio coactum, ut matricidium confiteretur, per ænigmata respondentem, autore Suida, qui testatur prouerbium à Menãdro usurpatum in falso Hercule. Stratonicus apud Athenæum lib. 8. cùm audisset quendam imperite canentem, rogauit cuius esset cantio: cum is respondisset Carcini, πολύ γε μᾶλλον ἔφη ἢ ἀνθρώπου. id est, Multo sanè magis, inquit, quàm hominis. Nam κάρκινος Græcis & cancrum animal significat. Itaque iocus ex ambiguo captatus est.

Carica uictima. XXXI

Καρικὸν θῦμα. id est, Caricum sacrum. De macilenta hostia, minimeq; esculenta dicebatur. Hinc ductum, quòd Caribus populis mos fuerit, canem immolare. Non inconcinne torquebitur ad cibum appositum, insipidum, & quem nemo uelit attingere. Solent sordidi quidam, data opera, cibos putres, & ingratos palato, suis apponere, partim quòd minoris emãtur, partim quo minus absumatur epularum in conuiuio. Hos elegãter quis dixerit, τὸ καρικὸν θῦμα παρατίθεσθαι. id est, Caricum sacrum apponere.

Callicyrijs plures. XXXII

Καλλικυρίων πλείους. id est, Plures Callicyrijs. De maxima quidem illa, sed sordida hominum turba dicebatur. Callicyrij dicebantur exulum serui, qui Syracusijs agricolationem exercebant, autore Timæo, Quoniam autem ingens erat id genus hominum multitudo, prouerbio receptum est, ut si quos admodum numerosos significare uellent, καλλικυρίους appellarent. Aristoteles in repub. Syracusanorum, ostendit eam seruorum turbam ex omnigenis populis in unum confluxisse. Erant autem eodem loco Callicyrij apud Syracusanos, quo apud Lacedæmonios captiui, apud Thessalos penestæ qui uocantur apud Cretenses Elarotæ, apud Agyptios Hebræi. Solitum est adagium hoc potissimum usurpari, si quando significabant mctuẽdam multitudinem, quæ numero freta, nonnunquam opprimit dominos. Nam & hi serui plures erant dominis, quamobrem etiam expulerunt illos. Hæc fermè referuntur à Suida.

Cera tractabilior. XXXIII

Κηροῦ εὐπλαστέστερος. id est, Cera tractabilior, De uehementer docili dicebatur, aut de ingenio facili, tractabiliq;, & in quemuis habitum sequaci. Horatius,

Cereus in uitium flecti, monitoribus asper.

Persius quinta Satyra,

Artificemq; tuo ducit sub pollice uultum.

Rursum Horatius,

Argilla quiduis imitabitur uda.

Est autem hoc ceræ peculiare, ut manibus cõtrectata molleſcat. Et hinc uariæ rerum formæ solent effingi. Erat & picturæ genus è ceris coloratis, quemadmodum è tessellis lapidum ac lignorum. Quãquam rudis ætas similior est argillæ quàm ceræ: primo quidem fingi potest dum tenera est, uerũ ubi duruit ingenium, non facilè refingitur in aliam speciem. sed quemadmodum dixit Plato lib. De repub. 4. κινδυνεύει γοῦν οὐ κατὰ παιδιάς ὅποι ἄντις ὁρμήσῃ, τοιαῦτα καὶ τὰ ἐπόμενα εἶναι. id est, Periculum est, ne ad quæcunq; se quis appulerit à pueritia, talia sint & quæ sequuntur.

Occisionis ala. XXXIIII

Φόνου πτερὸν. id est, Interfectionis ala, de subito interitu dici solitum. Sumpta metaphora ab alatis iaculis, quæ repente mortem adferunt. Quanquam magis probat Zenodotus, ut accipiamus φόνου πτερὸν dictum περιφραστικῶς. id est, per circuitionem, pro morte, quasi sit & ipsa alata.

Celmis in ferro. XXXV

Κέλμις ἐν σιδήρῳ. i. Celmis in ferro. Dici consueuit de ijs, qui præter modum suis fiderent uiribus, tanquam inexpugnabiles, inuictiq; cæteris. Celmis, ut scribit Zenodotus, unus fuit ex Idæis Dactylis, qui cum matrem deorum Rheam uiolasset stupro, deinde à reliquis fratribus reiectus est. Ab hoc ferrum solidissimum cudi solebat. Ait huius historiæ mentionem factam apud Sophoclem in Satyris. Enarrator Apollonij de Dactylis Idæis inter quos & Celmis, refert hos uersus ex autore Phoronide, ἔνθα γόντις

ἰδαῖοι φρύγες ἄνδρες ἀρέστεροι, οἰκί' ἔναιον
Κέλμις, δαμναμενεύς τε μίγας, καὶ ὀπιθοβάμων ἄκμων
Εὐπάλαμοι θεράποντες ἀρήιος ἀδρηκάνης.
Οἳ πρῶτοι τέχνῃσι πολυμήτου κράτος εἶδον
Εἰρον γὰρ ἀρείοσι νάπαις ἰοῦντα σίδηρον.
ἐς τοῦτο τ' ἤνεγκαν καὶ ἀείπρεπτες ἔργον ἔδειξαν. id est,
illic habitabant
Montigenæ Phryges Idæi gens arte celebris
Celmis, Damnamencusq; ingens, Acmonq; superbus
Montanæ docti cultores Adrasticæ.
A quibus ars Vulcania primis esse reperta
Dicitur, & nigrum nemoroso in monte repertum
In uarios usus monstrarunt cudere ferrum,
Impositumq; igni miro splendescere cultu.

Cestum habent Veneris. XXXVI

Τὸν κεστὸν ἱμάντα habere dicũtur, qui nouis modis quemlibet in amorem sui pelliciũt. Sumptum est autem ex Homericæ Iliados Ξ. quo loco Iuno concubitura cum suo Ioue, Venerem adit, atq; ab ea cingulum gratiarum & amorum

 concilia

Ayuntamiento de Madrid

conciliatorem commodato petit. Hunc poëta describit ad hunc modum,

Ἦ, καὶ ἀπὸ στήθεσφιν ἐλύσατο κεστὸν ἱμάντα
Ποικίλον. ἔνθα οἱ θελκτήρια πάντα τέτυκτο.
ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης, ἐν δ' ἵμερος, ἐν δ' ὀαριστὺς
Παίφασις, ἥτ' ἔκλεψε νόον καὶ πύκα περ φρονέοντων.
Τὸν ῥά οἱ ἔμβαλε χερσὶν, ἔπος τ' ἐφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζε.
Τῇ νῦν τεῦτον ἱμάντα, τιεῦ δ' ἐγκάθεο κόλπῳ,
ποικίλον· ᾧ ἐνὶ πάντα τετεύχαται, ὃ δέ σοι φημὶ
ἄτρεκτον γενέσθαι, ὅ, τι φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς. id est,

Sic ait, & soluit de pectore texile lorum
Picturatum, in quo lenimina cuncta ferebat.
Huic inerat desiderium, huic amor, huic muliebris
Blandiloquentia, quæ quidem & egregie sapientem
Furtiuis adiuta dolis, fallitq; capitq;.
Quod manibus simul imposuit, sic ore locuta est:
Hunc cape nunc, simulq; tuo succingito zonam
Contextum uarie, per quam quæcunq; parabis
Polliceor, nil tu frustra tentaueris unquam.

Meminit huius & Theocritus in Adonidis epitaphio,

Σοί δ' ἅμα κεστὸς ὄλωλε. id est,

Tecum una & cestus periit.

Est igitur cestus Veneris, cingulus efficax ad illecta menta gratiarum & amorum, quo illa dicitur Martem sibi conciliare. Meminit huius & Martialis,

Collo necte puer meros amores,
Cestum de Veneris sinu calentem. Idem alibi,
Sume Citheriaco medicatum nectare cestον,
Vsit amatorem balteus iste Iouem. Rursum alibi,
A te Iuno petat cestον & ipsa Venus.

Duplex erit huius usus adagij, siue cum dicemus cuipiam cestum esse Veneris, quòd neminem non inflammat amore sui: siue cum dicemus iam opus esse Veneris cesto, aut ne illũ quidem profuturum ei, cui per ætatem uires ac forma defluxerit, quiq; iam ἐξωρος & esse factus uideatur. Nam florẽs ætas suapte sponte suscitat amores, senectus aut muneribus aut pharmacis sibi concillet oportet, quanquam nec his rationibus efficere potest ut ametur.

Pontificalis cœna. XXXVII

Olim cœnas sumptuosas opiparasq;, pontificales appellabant. Ad quod allusit Horatius in Odis,

Absumet hæres Cæcuba dignior
Seruata centum clauibus, & mero
Tinget pauimentum superbo
Pontificum potiore cœnis.

Quo quidem in loco interpres admonet, prælautas cœnas prouerbio pontificales appellari solitas. Macrobius lib. Saturnal. 3. uetustissimam quandam pontificis cœnam describit, summo apparatu, & omnigenis lautitijs affatim instructam. Id inde natum apparet, quod solennes, sacræq; cœnæ exquisitissimis epulis solẽt instrui. Ab eo quod scripsit Horatius, non abhorret quòd hac tempestate apud Parisios uulgari ioco uinum theologicum uocant, quod sit ualidissimum, minimeq; dilutum. Nec infestiuiter quidam huiusce prouerbij causam rogatus, respondit à iureconsultis occupari, quas uocant præbendas, decanatus, & archidiaconatus, theologis nihil reliquum fieri, præter curata, quæ uocant, sacerdotia. Cæterum quoniam de pastoribus scriptum est, Peccata populi comedetis, nimirum ad cibi tam duri cõcoctionem opus esse uino efficacissimo. Atque hinc esse natũ uulgi dictum. Plautus in Menæchmis cõsimili figura Cereales cœnas dixit, Cerealeis, inquiens, cœnas, dat, ibi mensam extruxit. Tantas patinarias struices concinnat, Standum est in lecto, si quid de summo petas. Legimus & adipales cœnas, & adiposas, & adijciales. Terentius in Phormione, duplam cœnam dixit, prolautas, copiosas.

Cepas edere, aut olfacere. XXXVIII

Κρόμυα ἐσθίειν. id est, Cepas edere, dicebantur loco prouerbij illi, qui lachrymari uiderentur. Natum à Biantis apophthegmate. Is enim Alyattæ regi sibi per nuntium missum denuntianti, ut quàm primũ ad se ueniret, respondit ad hunc modum, ἐγὼ ἀλυάττῃ κελεύω κρόμυα ἐσθίειν. id est, Ego iubeo Alyattam cepas edere, hoc est, κλαίειν καὶ ὀμώζειν. id est, Flere & eiulare. Quibus uerbis extremum regis contemptum indicabat. Ductum est hinc prouerbium, quòd ceparum odor, ut est acris, cõsueuerit lachrymas oculis excutere. Aristophanes, κρόμμυον δ' αὐ δεῖν', innuens illum uel citra cepas flecturum. Quoniam autem idem efficit sinapi, nihil uetat & hinc prouerbium ducere. Columella in carmine,

Seq; lacessenti flectam factura sinapis.

Mox & cepe meminit:

Atq; oleris pulli radix lachrymosaq; cepa.

Simili figura neque diuersa sententia dicti sunt κρομμύων ὀσφραίνεσθαι. i. Cepas odorari qui fleret. Aristoph. in Ranis:

Τί δῆτα κλάεις, κρομμύων ὀσφραίνομαι. id est,

Quid quæso lacrymas? cepe odoror scilicet.

Hæc fermè Suidas. At Plinius lib. 20. cap. 5. tradidit eas delachrymationi, & caligini oculorũ mederi. Nec hoc pugnat cum his quæ diximus, siquidem educendo purgant. Xenophon in Sympotio dixit, κρομμύων ὄζειν. id est, olere cepe, quod in sordidos & illotos congruit. Huic affine est, σκορόδιζειν, pro molestia efficere, siue ad lachrymas adigere, Aristophanes in Equitibus sub persona populi Atheniensis, φάσκων φιλεῖν μ' ἐκσορδίσας. i. dũ ais te diligere me, alliasti me. Quanquã ea uox à Comico risus gratia conficta est.

Scarabeo nigrior. XXXIX

Κανθάρου μελάντερος. id est, Scarabeo nigrior. In fœdos & uehementer atros, ac fuscos. Nam scarabeus animal insigni & fœdo nigrore est, de quo inferius plura dicentur.

Chalcidissare. XL

Χαλκιδίζειν καὶ χαλκιδίσειν, dicebantur, qui rapaciores & plus satis ad rem attenti uiderentur. Chalcidenses in insula Eubœa populi, comœdiæ ueteris conuitijs notati sunt, quòd auariores essent. Hesychius indicat eam gentem male audisse ob fœdos puerorum amores, & hinc natum prouerbij conuitium in simili morbo obnoxios.

Phicidissare. XLI

Φικιδίζειν. id est, Phicidissare, dicebantur uulgò, puerorum obscœnis amoribus deditι. Quidam malunt ad eos referre, qui litera g immodice & ad fastidium usque consueuerint uti. Siquidem ea gens literam σ solita est in γ commutare. Quo quidem uitio notantur & Eretrienses, attestante prouerbio, ἐρετριῶν ρ. id est, Eretriensium rho. Hodie locus est uulgi in Picardos: cum Lutetianæ fœminæ ob linguæ delicias, γ uertant in σ. Masi i sonantes pro Maria.

Cantharo astutior. XLII

Κανθάρου σοφώτερος. i. Cantharo astutior, aut callidior. Zenodotus ait, Athenis cauponem fuisse quempiam nomine Cantharum, quem ob maleficia & imposturas ac proditiones, capitis affecerint supplicio, proinde uulgò receptum, ut in uersutos ac impostores diceretur. Mihi uerò propius uidetur, si referatur ad animãtis naturã, et ad apologũ Æsopicum, quo narratur, quẽ admodum scarabeus tãto æquilo inferior uiribus, tamẽ ingenio superauit aquilam omniũ reginam.

Canis tanquam Delum nauigans. XLIII

Ἀφ' ὡς ἔσπευδε ἐς Δῆλον πλέων. id est, Canis tanquam in Delum nauigans. In supinum, ociosum, securum, ac uoluptuariam agentẽ uitam dicebatur. Nam Athenis facilis, ac tuta in Delum

Ayuntamiento de Madrid

Delum nauigatio. Vnde fiebat, ut qui illuc soluerent, inter nauigandũq; securi, nihilq; periculi metuentes canerẽt. Mos autem erat Atheniensibus, ut quotãnis nauim solenni apparatu religionis causa, Delum mitterent, id quod indicat Plato in Critone. Vnde consentaneum est, qui hac uectabantur, hymnos quosdam in Apollinis laudem solitos decantare.

Caunius amor. XLIIII

Καύνιος ἔρως. id est, Caunius amor. De fœdo amore dicebatur, aut ubi quis ea desideraret, quæ neq; fas esset cõcupiscere, neq; liceret assequi. Biblis Caunũ fratrẽ impotenter adamauit, à quo cũ esset repulsa, sibimet necẽ consciuit. Ouid.

Biblis in exemplo est, ut ament concessa puellæ.

Adagium refertur à Diogeniano, præterea ab Eustathio in Dionysium.

Scarabæi umbræ. XLV

Κανθάρου σκιαί. id est, Scarabæi umbræ. Dictum est de inani metu, quòd hoc insectum sub noctem repente aduolans horribili bombo, nonnunquam terrere solcat parum attentum. Recensetur à Diogeniano.

Papyri fructus non postulat magnam spicam. XLVI

Βύβλος δὲ καρπὸς οὐκ ἀστεῖ μέγαν στάχυν. id est,

Byblus uirens haud postulat spicam grauem.

Etiamsi Græcus senarius uitiatus est in ἀστεῖ. Apud Aeschylum in Supplicibus ita legitur,

Βύβλος δὲ καρπὸς ἀκρατεῖ στάχυν μέγαν. id est,

Fructus papyri haud sustinet spicam grauem.

Dici solitum de ijs, qui suis ipsorum bonis frui non possent, propterea quòd Byblus ob culmos inualidos, spicam granis onustam ferre non potest. Proinde prodit quidem spicas, sed inanes. Byblus autem iunci species, quam Latini papyrum appellant. Apparet in Græco carmine ἀστεῖ deprauatum pro ἀκρατεῖ, quod indicat uel ipsa metri ratio.

Budoro more, XLVII

Βυδόρῳ νόμῳ. Aut ut alibi reperio, Βυδώρῳ νόμῳ. i. Budororum more seu lege, Suidas ac Zenodotus interpretãtur de ijs, qui digni sint, ut bouis ritu excoriẽtur. Diogenianus exponit de admirãdis. Βύδωρον, autore Stephano, promontorium est oppositum Salamini, Βύδεια Magnesiæ ciuitas, quã Homerus Βύδλον appellauit. Βυδινοὶ populi sunt Scythiæ, sic appellati, quòd à bubus uchantur, utpote ἁμαξόβιοι. id est, Plaustris ædiũ uice utentes. Vnde uidetur bifariam allusum ad etymologiam. πρὸς τὸ, Βοῦς δίφρῳ, καὶ τὸ Βοῦς δῶνα. id est, Ad boum excoriationẽ, & boum donationem. Strabo lib. 10. commonstrat Euboiæ flumen Budorum. Idẽ indicat montem Salaminis prospectantem in Atticam. Rursum Plinius lib. 4. ca. 12. inter Gelonos & Agathyrsos refert Budinos. Cæterum quid hæc ad prouerbium faciant, nõ uideo. Hesychius indicat Βύδορον esse μοχλὸν quo boues excoriãtur. Locus erit prouerbio, si quis dicat cum improbo non argumentis, aut legibus sed Βυδόρῳ νόμῳ agendum, quẽadmodum apud Terentiũ audit Sannio. Nã si molestus pergis esse, iam intro arripiere, atq; ibi usq; ad necẽ operiere loris.

Bœotia auris. XLVIII

Βοιώτιον ὦς. id est, Auris Bœotica. In pingui iudicio hominem quadrat. Bœotorum stoliditas compluribus prouerbijs locũ fecit. Simillimum illi, Auris Batana. Diogenianus meminit adagij. Sunt qui scribãt olim Anaxagoram recitantem apud Thebanos librum Thebaïdos, cùm uidisset attentum neminem, clauso codice dixisse, ἀνόητοι καλεῖσθε Βοιωτοὶ, βοῶν γὰρ ὦτα ἔχετε. id est, Iure uocamini Bœoti, qui quidem aures habeatis boum: uidelicet alludens ad etymologiam nominis. Βοῦς enim bos, & ὦτα aures, atque ex his Bœotorum nomẽ uidetur compositum. Quin Homerus Iliad. lib. 5. Bœotorũ gentem pinguem appellat.

Πὰρ δὲ οἱ ἄλλοι
Ναῖον Βοιωτοὶ μάλα πίονα δῆμον ἔχοντες, id est,
Sed rura tenebant
Proxima Bœoti, quorum crassissima gens est.

Notauit & Horatius Bœotorum tarditatem in epistola ad Octauium Augustum,

Quòd si
Iudicium subtile uidendis artibus illud
Ad libros, & ad hæc musarum dona uocares,
Bœotum in crasso iurares aëre natum.

Quo loco demiror, neminẽ interpretum quæsisse quid sibi uelit, quòd Horatius pinguitudinem ingenij Bœotis tribuit, uelut ei genti peculiarem, cum apud Latinos autores nullũ sit huius rei testimonium. Cognatũ huic est, quod alibi commemorauimus, Bœotica cantio, quæ rusticana parumq; modulata potest intelligi, ut crassis auribus crassa conueniat harmonia. Quanquam Eustathius in Iliad. β. de cantione nonnihil uariantem narrat historiam. Sunt, inquit, qui putẽt Bœotiam dictam à boue. Nam cum Europa Phœnicis filia à Ioue rapta esset è Sidone, Cadmus raptæ frater à patre missus est ad inuestigandũ fororem. Eam ubi nusquam inuenit, profectus est Delphos consulturus oraculũ. Deus respondit, ne solicitus aut curiosus esset de Europa, sed sequeretur ducem bouem, ibiq; conderet ciuitatẽ, ubicunq; bos defatigata procumberet. Hoc responso accepto per Phocensiũ regionẽ fecit iter. Deinde cùm incidisset in uaccã iuxta Pelagonis pascua, hanc euntem sequutus est. Ea cũ uniuersam Bœotiam peragrasset, fessa procubuit, quo loco nunc est Thebanorum ciuitas. Cadmus cum eam iuuencam uellet immolare Palladi, misit aliquot è suis comitibus qui è fonte Arethide haurirent aquam ad sacrificium. At draco eius fontis custos, quem Marti sacrum esse creditum est, nam & fons ipse à Marte nomen habet, excitus strepitu complures ex his qui missi fuerant, cõfecit. Quod indignè ferens Cadmus, draconem interfecit, & admonitu Palladis interfecti dentes seuit, unde extiterũt illi terrigenæ fratres, eã ob rem indignatus Mars, cũ pararet Cadmũ interficere, uetitus est à Ioue, qui Cadmo in matrimoniũ dedit Harmoniã, Martis ac Veneris filiam, hac lege, ut priusquam sponsam attingeret, seruiret apud illã seruitutẽ annuam. Tum ut nuptijs epithalamiũ canerent musæ, ac deorum quisq; nuptiale munus daret Harmoniæ. Hæc Eustathius. Equidẽ arbitror hanc fuisse primam originẽ adagij, utcũq; postea detortũ est ad alios usus. Constat autem Thebanos olim musices fuisse studiosissimos. Argumento est illud quod refertur de Alcibiade, qui mirãtibus quòd negligeret musices studiũ, lyrã hoc lemmate damnabat, quòd hominis uocẽ imitaretur, plectrũ, quòd habitum formamq; liberalẽ mutaret in illiberalem. Tibiam gemino reiecit argumento, & quòd sic immutaret os hominis, ut uix à familiarissimis agnosceretur, & quòd hominì propriam adimeret uocem, loquendiq; facultatem eriperet. Mox adiecit, canent igitur Thebani, qui loqui nesciunt.

Botrus oppositus botro matureſcit. XLIX

Βότρυς πρὸς βότρυν πεπάνεται. id est, Botrus iuxta botrũ matureſcit. Huius prouerbij uarius potest esse usus. Vel ubi pares in negotio quopiã uideri uolunt aliqui, & tantundẽ afferre momenti, ut nullus alteri debeat cõcedere. Vel cum significabimus mutuis officijs opus esse, ut sit simillimum illi, quod alibi retulimus, χεῖρ χεῖρα νίπτει. Vel si quando dicemus, talem quenq; euadere, cum qualibus habet consuetudinem. Habet enim hoc assiduitas, ut uicinis uitia faciat communia. Quemadmodum testificatur senarius ille, quẽ enarrator Pindari citat ex Aristarcho,

Χωλῷ παροικεῖς κἂν ἑνὶ, σκάζειν μάθῃς. id est,
Claudo propinquus si uel uni uixeris,

Ayuntamiento de Madrid

Disces & ipse claudus ingredi breui.

Hoc quanquam alio loco nobis citatum memini, nimirum in adagio, Si iuxta claudum, tamen quoniam scripturam offendi nonnihil à priore diuersam, libuit per occasionem denuo referre. Translatum est adagium ab uuis, quæ mutuo oppositu maturitatem inter se uicissim & dant & accipiũt. Quo respicit illud Iuuenalis,

Vuaq; conspecta liuorem ducit ab uua.

Adagium recensetur à Suida.

Immolare boues. L

Βοῦς θυτεῖν, tanquam prouerbialiter dicebantur, qui amplos magnificosq; sumptus facerent. Diuitum enim est, uel regum potius, boues immolare. Aristophanes in Pluto.

Καὶ νῦν ὁ δεσπότης μὲν ἔνδον βοῦς θυτεῖ. id est,

Et nunc quidem intus immolat boues herus.

Et βοῦς θυσίαν pro magnifico apparatu usurpant.

Boues messis tempus expectantes. LI

Βοῦς ἄμητον ἐπιτηρῶντες. id est, Boues messem obseruãtes. Dici solitum, ubi quis ingentium emolumentorum spe laborem sumeret. Quidam sic efferunt, βοῦς ἐς ἄμητον. id est, Bos in messem. Subaudiendum respicit, aut eiusmodi quippiam, Inde ductum quòd boues messis tempore maiore laborãt fructu, propterea quod inter trituram pascuntur interim, & pabulum largius apponitur. Contra, cum uere aut hyeme proscindunt aruum, hoc molestior est arandi labor, quòd nullo præsente fructu leniatur.

Bos Homolottorum. LII

Βοῦς ὁμολοττῶν. id est, Bos Homolottorum, dicebatur in plurima distractus, ac ueluti dissectus negotia. Poterit & ad rẽ referri, ut si quis argumentum nimis minutim diuidat, ita ut conscindere & concerpere magis quàm diuidere uideatur. Zenodotus prodidit Homolottos populos, dissecto in minimas partes boue, fœdus iungere. Morem hunc Scythis fuisse testatur Lucianus in Toxaride.

Bos apud aceruum. LIII

Βοῦς ἐπὶ σωρῷ. i. Bos in aceruo. De splendide ampliterq; uiuentibus, quiq; in ubere rerum affluentia prolixius faciũt sumptum. Aut, quemadmodũ ait Suidas, de ijs qui in media rerum copia constituti, non sinuntur præsentibus bonis frui. Translatum arbitratur à bubus triturã exercentibus, quibus quòd os obligatum habeant, nam id faciunt quidam, nõ licet uesci tritico quod excutiunt, ut simile sit illi: Tantalus inter undas sitiẽs. Simile quiddam refert Iulius Pollux lib. 7. De seruis in pistrino laborantibus, quibus machina rotunda circa ceruicem addebatur, ne manum ori liceret admouere. Id factum ne deuorarent farinam. Machinam appellabant φαυσικάπλω siue καρδοπεῖον, quod arceret à deuorando, quod bubus non faciebant Iudæi, hoc illi faciebãt hominibus.

Aut oportet tragœdias agere omnes aut insanire. LIIII

Ἢ χρὴ τραγῳδεῖν πάντας ἢ μελαγχολᾶν. id est.

Aut furere oportet, aut agere tragœdias.

Dici solitum de ijs qui semper quasi stupent frigẽtq; & nec gaudere possunt ex animo, nec dolere. Porrò tragœdia uehemẽtissimis cõstat affectibus, ita ut tragœdias agere, uideatur esse quiddam insaniæ simillimum. Proinde Lucianus in comment. cui tit. πῶς δεῖ τὴν ἱστορίαν συγγράφειν, narrat Abderitis ex Euripidis tragœdia recitante tragœdo Archelao publicitus febrim obortã: eã septimo post die trãsisse in insaniam, ita ut omnes ingenti uoce uersus quosdã ex Archelai Andromeda pronuntiarent. Quanquam Plato poëtis omnibus sacrum quendã tribuit furorem. Et Aristoteles in Problematis meminit de Maraco quopiam Syracusano, qui tum meliora fecerit poëmata, cùm mente esset alienatus. Eodem spectant illud Horatianum,

Adde poëmata nunc, hoc est, oleum adde camino.

Finitimum uidetur illi, quod alio retulimus loco:

Ἢ δεῖ χελώνης κρέα φαγεῖν ἢ μὴ φαγεῖν.

Quem senarium Athenæus citat ex Terpsione doctore Archistrati. Nos alio retulimus loco.

Auser mothonem à remo. LV

Ἄπαγε τὸν μώθωνα ἀπὸ κώπης. id est, Auser mothonem à remo. Admonet adagium non obstrependum, nec obturbandũ importunius ijs, qui rebus alioqui serijs sunt occupati, ueluti si quis reipub. curis solicito, musicam adferat, aut de capite periclitanti, uersus amatorios recitet. Mothon enim saltationis genus fœdæ, seruilis ac tumultuosæ. Lacedemonij uernas, hoc est, seruos domi natos. μώθωνας appellant: aut eos qui ingenuorum filios instituunt, quos Athenienses uocant οἰκοβίβας. Vnde & in uiles ac sordidos homines conuitium esse cœpit. Alij putant Mothonem hominem fuisse quempiam saltatorem & ebriosum. Sunt qui credant Atticos Mothones uocatos, quòd hos domitos ad seruilia ministeria compulisset. Ad hunc modum Græci grammatici de Mothone nugãtur. Iulius Pollux lib. 4. tradit mothonem genus esse saltationis molestũ ac nauticum. Atq; hinc fanè crediderim ortum prouerbium, ut accipiamus ἀπὸ κώπης, pro eo, quod est, à remo profectum.

Auribus arrectis. LVI

Ὠσὶν ἐρρωσο. i. Auribus arrectis. Ad Diogeniano prouerbij loco refertur. Quadrat in illos, qui sitienter atq; auide auscultant, quæ dicuntur, aut expectant quid dicendum sit. Ducta metaphora ab animantibus, quorũ pleriq; mos est, si quãdo quid eminus audierint, aures surrigere. Nam uni animãtiũ homini natura dedit auriculas immobiles. Plinius tradit hoc esse peculiare ceruis, ut cum aures subrexerint, nihil sit illis auritius, rursum ubi demiserint, nihil surdius. Aristoteles itẽ lib. De naturis animalium nono, tradit ceruos haudquaquã latere insidias, quoties arrectis sunt auribus, propterea quòd tum auditus sint acerrimi: contra cũ demiserint aures facilè capi. Terẽtius in Andria, Arrige aures Pãphile. Et Vergil.

_Arrectisq; auribus astant. Propertius libro tertio:

_Ab origine dicere prima

Incipe, suspensis auribus ista bibam.

Cui diuersum uideri potest quod scribit Horatius,

Demitto auriculas ut iniquæ mentis asellus,

Quum graulus dorso subijt onus.

Aurum Colophonium. LVII

Χρυσὸς ὁ κολοφώνιος. i. Aurũ Colophoniũ, Zenodotus ostendit dici solitum de auro probatissimo, quòd apud Colophonios aurũ optimum soleat fieri. Citatq; autores Aristophanem in Cocalo, & Herodotum, qui spectatissimũ aurum, & purum putũ, ut ueteres dicebant, κολοφώνιον dixerint. Venustius fiet, si longius deflectatur, uelut ad mores uehementer incorruptos, aut ingenium exquisitum & eximium.

Asini morres. LVIII

Ὄνου θάνατος, id est, Asini mortes, subaudiendum narrat. Dicebatur in eos, qui narrarent absurda, ridiculaq; dictu, cuiusmodi fuerit, si quis longa narratione persequatur asini pericula, quemadmodum Vlyssis descripsit Homerus. Apuleius in Metamorphosi sua, planè ὄνου θάνατος commemorat. Adagium refertur à Suida.

Asinus compluitur. LIX

Ὄνος ὕεται. id est, Asinus compluitur. Cephisodorus apud Suidam in Amazonibus:

Συώπτεις μ', ἐγὼ δὲ τοῖς λόγοις ὄνος ὕομαι. id est.

Rides, at asini more ego uerbis compluor.

Vnde dictum apparet in eos, qui maledictis nihil omnino commouerentur. Quemadmodum asinus ob cutis duriciem adeo

Ayuntamiento de Madrid

adeo pluuia nihil offenditur, ut uix etiam fustem sentiat.

Aspersisti aquam. LX

Aspersisse aquam dicitur, qui dicto quopiam reddiderit animũ, ac metum ademerit. Mutuo sumptum ab ijs, qui in deliquio quam Græci λιποθυμίαν appellant, aspersa in faciem aqua ad sui sensum reuocantur. Plautus in Bacchidibus: Euax, aspersisti aquam. Idem in Truculento: Aspersisti aquam, iam redijt animus. Quod Terentius simpliciter: Reddidisti animum.

Arcadiam me postulas. LXI

ἀρκαδίαν μ' αἰτεῖς. id est, Arcadiam me postulas. Diogenianus prouerbij duplicem ostendit usum. Conuenire enim uel in magna, uel inutilia petẽtem. Vnde sit natum non indicat, qui huic scriptori ferè mos. Cæterum Herodotus libro primo satis docet natum ex oraculo.

ἀρκαδίαν μ' αἰτᾶς, μέγα μ' αἰτεῖς, οὐδέπω δώσω. id est, Arcadiam me oras, magnum petis, haud dabo quicquam.

Notat hoc prouerbium Cicero in Epistola ad Atticum, lib. 4. Quod mihi mandas de quodam regendo, ἀρκαδίαν, tamen nihil prætermittam.

Arcadas imitans. LXII

Ἄρκαδας μιμούμενοι. id est, Arcades imitantes. Zenodotus indicat dictum in eos, qui alijs non sibi laborant. Plato Pisandro scribit illum Arcadas imitari, quòd comœdias à se conscriptas alijs ædendas traderet ob inopiam. Adagium hinc ductum, quòd Arcades olim inter Græcos bellicosissimi, suis auspicijs, suoq; titulo nunquam hostem ullum superarunt, uerum alijs suppetias ferentes persæpe. Vnde illud illis fatale uidebatur, alijs uincere, non sibi.

A' quinque scopulis desilire in fluctus. LXIII

ἀπὸ πέντε ἄλλεσθαι πέτρας εἰς κῦμα. id est, A' quinq; desilire rupibus in undam. Hoc usurpari solet ab ijs, qui iam impatientes præsentium malorum minãtur semet in quoduis potius malum præcipitaturos, quàm ut perpetiantur. Confine nimirum illi, quod aliás retulimus: Suspendio deligẽdam arborem. Ad hoc alludit pastor ille Vergilianus:

Præceps aërij specula de montis in undas
Deferar, extremum hoc munus morientis habeto.

Aqua præterfluit. LXIIII

Ὕδωρ παραῤῥεῖ. i. Perfluit aqua, siue præterfluit. Zenodotus & Suidas admonent dici solitum de eo, qui nihil negotij recusaret, & quidlibet quod mandatum esset, effecturum sese polliceretur, quippe usqueadeo promptus ad quiduis suscipiendum, ut nec nauim perfluentẽ ingredi grauaretur, contempto aquæ influxu, cuius est affluere ac defluere.

Aquila non captat muscas. LXV

ἀετὸς δ' οὐ θηρεύει τὰς μύας. id est, Aquila nõ aucupatur muscas. Summi uiri negligunt minutula quæpiam. Animus excelsus, res humiles despicit. Aut egregie docti nonnunquam in minimis quibusdam labuntur. Et maximis occupati negotijs, ad pusilla quædam conniuent. Effertur & citra negationem adagium, ἀετὸς μύας θηρᾶται. id est, Aquila uenatur muscas, quoties magnis minima sunt curæ. Huic non absimile est, quod habet Gregorius theologus in epistola ad Eudoxium rhetorem, μὴ ἀνάσχῃ ἀριστέαν ἐν τοῖς κολοιοῖς ἀετὸς. i. non sustineres tenere primas, inter graculos aquila.

ἀνεψίναξ ἐῖ. LXVI

ἀνεψίναξ ἐῖ. id est, Incaprificatus es. Suidas putat in mollem & infrugiferum conuenire. Sunt qui referãt ad eos, qui tueri non queant id, quod nacti sunt boni. Adagium usurpauit Hermippus in Militibus. Eius rationem huiusmodi reddunt Suidas & Zenodotus. Aiunt marisci, qui caprifici fœtus est, innasci uermiculum, quem Græci ψῆνα uocant, horum uim colligunt rustici, deq; fici ramis suspendunt, ne uidelicet fœtus ante tempus, & immaturi defluant. Nã uermes protinus per rimas irrepunt, atque hoc modo matureſcunt fici. Theophrastus lib. De plantis 2. culices hos ficarios nasci putat è granis marisearum, quòd simul atq; euolarint illi, nulla grana insint. Euolare penna ferè, aut pede in pomo relicto. Sed complura de caprificandi ratione inibi, si cui libeat cognoscere. Idem similia fermè lib. De causis plantarum 2. cap. 12. Plinius etiã lib. 15. cap. 19. Et Aristoteles lib. De natura animalium 5. Vnde arborẽ, cui hoc maturitatis remedium adhibitũ non fuerat, ἀνεψίναξαν appellabant, atq; hinc deinde transferebant in hominẽ inutilem, à quo nihil bonæ frugis esset expectandum. Vox composita est, ὁ τ' ἀγριπτικὸς μεθ' ἑαυτοῦ καὶ ἐρινεός, quasi dicas, incaprificatus.

Reparia zare. LXVII

Ἀντιπαρίασαν. i. Reparia ssarunt. De ijs dicebatur, quos pœniteret instituti, quiq; à conuẽtis discederent, ab historia natum. Parij cum aliquando à Thebanis bello premerentur, petierunt ut à bello desisterent, se ciuitatem in potestatẽ illorum tradituros. Hac lege cùm desitissent Thebani, & Parijs interea spes auxilij fuisset alicunde ostensa, pactum irritarunt, bellumq; cum Thebanis integrarunt. Inde fictũ prouerbiale uerbum ἀναπαρίαζειν, pro irritare pacta, Pariorũ exẽplo. Prouerbij meminit & Stephanus in dictione πάρος referẽs ex autore Ephoro, nisi quod in historia uariat. Quũ enim Miltiades uehementer urgeret Parios, iamq; tractari cœptum esset de dedenda urbe, sylua quædam circa Myconum ultro cœpit ardere. Parij suspicantes quòd Datis regiæ classis præfectus excitato igni signum ipsis dedisset, refeissis conuentis noluerunt tradere ciuitatem. Adstipulatur Aemilius in uita Miltiadis. Est autem Paros una ex Cycladibus, quemadmodum & Myconus.

Marè fossa aquam. LXVIII

Θαλάττῃ ὀρύσσεις ὕδωρ. id est, Mari è lacu aquam, subaudiendum, infundis. Simile illi, βῶλος ἄρουρα. id est, Gleba aruum. Ouidius in Elegijs amatorijs:

In freta collectas alta quid addis aquas?

Cognatum illi quod alibi recensuimus: In syluam uehere ligna, & oleum camino addere.

Hamaxiæa. LXIX

ἁμαξιαῖα. Prouerbiali uerbo dicebantur ampla, magnificaq;. Perinde sonat, quasi Latinè dicas, plaustralia, id est, tanta, ut iustũ plaustri onus uideri possint. Vnde ἁμαξιαῖα ῥήματα dictitabant eo pacto, quo Flaccus dixit, sesquipedalia uerba. Quod genus sunt illa apud Aristoph. in Vespis:

ὀρθοφοιτοσυκοφαντολικοταλαπώρων τρόπων.

Apud Plautum item in Curculione militis nomẽ Therapontigonoplatagidorus, quo se trapezita ait sæpenumero quatuor totas expleuisse ceras, dum scribit in suis rationibus. Extat iocus cuiusdam in Hermetem quempiam huiuscemodi sesquipedalium uerborum affectatorem:

Gaudet honorificabilitudinitatibus Hermes
Consuetudinibus, sollicitudinibus.

Athenæus lib. 10. referens olim taxatam fuisse Thessalorum edacitatem, cœnas illorum uocat ἁμαξιαίας, siue καπανικὰς: adfert carmen Aristophanis ἐν ταγηνισταῖς,

Τί πρὸς τὰ λυδῶν δεῖπνα καὶ τὰ θετταλῶν, Et rursus,
Τὰ θετταλῶν μὲν πολὺ καπανικώτερα. id est,
Ad Lyda quid seu Thessalica conuiuia?
Thessalica sunt multo magis plaustralia.

Porrò Thessali uehicula dicunt καπάνας. Item lib. 7. tradidit apud Sicyonios congros capi per multos ἀνδραχθεῖς. hoc est, tantæ magnitudinis ut iusto pondere baiulum onerent, nonnullos etiam ἁμαξιαίους, hoc est, iustum onus uehiculi. Quin & αἰγιναῖα dicta sunt ingẽtia, uel à talento quod apud illos habebatur maius cæteris: uel à sarcinis negotiatorum

Ayuntamiento de Madrid

torum, uarias complectentibus merces, quæ Hesychius testatur Græcis dici αἰγίναια. Sic enim scriptũ est antepenultima acuta. Eas sarcinas qui commercantur appellari αἰγινοπώλας. Addit & nomisma quoddam argenteum ingens dici Græcis αἰγίναιον.

Muscum demetere. LXX

Ἄμητα θερίζειν. id est, Muscum demetere: dici solitum, ubi quis tener adhuc & intempestiuus durius tractaretur, aut tolleretur emolumentum prius quàm opportunum esset. Translatum ab ijs, qui statim ut ager obduci cœperit herbis, demetunt, nec sinunt adolescere gramen. μυῖον enim muscus, & additione litteræ ἄμυιον, sicut ἄφαχυς pro φάχυς.

Extis pluit LXXI

Ἅλασιν ὗσε. id est, Lucanicis pluit. Sermo prouerbialis de prodigiosa rerum copia, qui iocus etiam hac tempestate durat apud idiotas. Siquidem ἅλας Græcis exti genus est, ex quo frustulatim concisso farta conficiũtur, quod cibi genus in comicum iocũ abijsse uidetur, unde uiles & contempti ἁλαντοπόλαι uocantur adagio. Confinis illi, ἀργυρᾶ χαλαζῶσα. id est, Drachmas grandinans.

Alijs lingua, alijs dentes. LXXII

Ἄλλοισι γλῶττ' ἄλλοισι μύλαι: γόμφιοι. id est,

His lingua, at illis sunt molares inuicem.

De loquacibus & edacibus dici consueuit. Quemadmodum non raro fit in conuiuijs, ut alijs garrientibus, & fabulis potius quàm cibis intentis, alij interim taciti, strenue quod appositũ est, deuorent. Venustius erit si lõgiuscule detorqueatur, ueluti si quis minetur se facto nocituru ci, qui uerbis duntaxat læserit. Poëtis est lingua, quæ inuehantur: at principibus sunt molares, quibus eos conficiant.

Improbi consilium, in extremum incidit malum. LXXIII

Ἀνθρώπου κακὴ βουλὴ πρὸς ὕπατον ἄτην. id est,

Incidit extremam in noxam mens improba tandem.

Heroicus prouerbialis in eum, qui posticà quàm diu peccauit impune, tandem in calamitatem incidit, ut pœnas omniũ scelerum semel dependat.

Aliud noctua sonat, aliud cornix. LXXIIII

Ἄλλο γλαυξ ἄλλο κορώνη φθέγγεται. id est, Aliud noctua sonat, aliud cornix sonat. Vel, alia noctuæ, alia uox cornicis. Accommodari potest uel ad eos, qui decertant cum longe præstantioribus, uel ad illos, inter quos ob morum, ingenijq; pugnantiam, mũnimè conuenit. Siue cum est alius alio longe facundior. Quemadmodum enim auem etiamsi non uideas, tamen è cantu licet dignoscere, ita stilus diuersus prodit ψευδεπιγραφίαν. Nullum enim est autorum genus, ubi nõ reperies notha quædã: & subdititia τοῖς γνησίοις admixta. Falsum titulum, cuiuis licet ascribere. Cæterum ipsa dictio, quæ uix unquam eadem duobus accidit, prodit aut reijcit autorem.

Reperire rimam. LXXV

Prouerbiali figura dixit Plautus in Curculione: Aliquam reperietis rimam, in causatores ac tergiuersatores, qui nulla in causa tot fidei uinculis astringi possunt, quin aliquid inueniant quo elabantur. Similiter Horatius:

Centum addc catenas,
Effugiet tamen hæc sceleratus uincula Proteus.
Ductum ab auibus aut muribus captis.

Album panem pinso tibi LXXVI

Λευκὸν μᾶζαν φυρῶ σοι. i. Album panem pinso siue tempero tibi. Dici solitum, ubi quis magnarum rerum spes amplas ostendit. Est enim maza panis genus. Porrò Græcis album panem in delicijs fuisse, locis aliquot testatur Lucianus, nominatim in libello De mercede seruientibus, ἢ ὅτι λευκὸν ποτε ἄρτον ἐμφορήθη εἰς. i. Ne per somnum quidem unquam albo pane saturatus. Et diuus Hieronymus in epistola ad Nepotianum, similam inter delicias ponit. Quid prodest, inquit, olco non uesci, & molestias quasdam, difficultatesq; ciborum quærere, caricas, piper, nuces palmarum, similam, nucl, pistacca. Ac ne fuisse quidẽ Romæ pistores ad Persicũ usq; bellum, annis ab urbe condita, super quingentos octogintà, testis est Plin. libr. 18. cap. 11. ubi rationes aliquot arte conditi panis ostendit. Porrò quod primum è triticea farina redditur, candidius est: rursum quod ex ordeacea postremum, id magis est album, ut indicat in problematis Aristoteles Sectionis 21. prob. 3. et 7. eiusq; rei causam reddit. Græci panes elegantiores λευκοὺς appellabãt, sordidiores φαιούς. id est, fuscos seu nigros. Sic Alexis apud Athenæum lib. 3.

Λευκοὺς μὲν ὀκτὼ, τοὺς δὲ φαιοὺς τοὺς ἴσους. id est,

Panes quidem albos octo, dein totidem nigros.

Huc pertinet illud, ex iure hesterno panem atrum uorant. Narratur ibidem quiddã non illepidum de Diogene Cynico, qui quum placenta ueseeretur, percontanti quid comederet, respondit se panem edere bene confectum. Hoc adijcere uisum, ut intelligamus, olim miras fuisse delicias in panibus conficiendis. Apud eundem libro 4. describitur conuiuium Atticum, in quo commemorantur & panes λευκότεροι χιόνος. id est, albiores niue.

Candidum linum lucri causa ducis. LXXVII

Λευκόλινον λῖνον κερδογαμεῖς. id est, Candidulum linum ob lucrum ducis uxorem, in eum quadrat, qui dotis causa duxit uel deformem, uel anum. Porrò linum uocat uxorẽ, uel quòd apud ueteres solæ mulieres lineis uterentur: uel quòd uiro alligetur matrimonio, & libera esse desinat. Nã linon Græci nonnunquam usurpant pro uinculo, λευκώλενος autem Iunonis epithetum apud Homerum, ab albis ulnis. Refertur à Diogeniano.

In capras syluestres. LXXVIII

Κατ' αἶγας ἀγρίας. i. In capras feras. Abominantis est sermo, & malum deprecantis: inq; syluestres capras auertentis, cõsine illi, quod alibi dictũ εἰς τὸν Πύρραν. i. in Pyrrham. Itẽ illi: Hostibus eueniant conuiuia talia nostris.

Vsus est adagione Athenæus lib. Dipnosophistarum secũdo: μυρτίλος γ' ἔφασκεν, ὥσπερ εἰς αἶγας ἡμᾶς ἀγρίας ἀποπέμπων τοὺς ζητοῦντας, ὑπομνήσαντος τὸν Δελφὸν ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν αὐτοῦ μνημονεύειν καὶ λέξεως. id est, Nam Myrtilius asseuerabat, uelut ad capras syluestres nos relegans quærentes, Hegesandrum Delphum in commentarijs suis, eius dictionis meminisse. Ad capras syluestres posuit pro eo, quod difficillimum esset inuentu, aut quod nusquam est. Citauerat enim ex autore testimonium, quod mox Plutarchus negat apud illum extare. Ad hoc prouerbium opinor, Alluserit Apulcius in Asino, fingens Psychen à Venere missi ad arietes agrestes.

Adsint dij beati. LXXIX

Σὺν δὲ θεοὶ μάκαρες. id est,

Felices adsint superi. Sermo est bene ominantis in re quapiam aggrediẽda. Sic enim præfari solent rhapsodi, hoc est, carminum Homericorũ recitatores & interpretes. Quemadmodum & citharœdis cantaturis mos erat Apollinem, ut dexter adesset carmine inuocare, ἀλλὰ ἄναξ μάλα χαῖρε. id est, At multum salue rex. Quin & testamẽtum conditurі præfabãtur ominis causa, τοῦτο καλῶς ἔχῃ. id est, Hoc bene sit. Item apud Romanos dicturus in concione simili precatione utebatur, ut felix ac faustum esset Reipublicæ, quod dicturus esset. Refertur apud Zenodotum.

In Aphannis. LXXX

Εἰς ἀφάννας. id est, In Aphannis. Stephanus tradit Aphannas locum

locum quempiam esse Siciliæ uehementer obscurũ & ignobilem, unde & nomen deductũ apparet. Hinc natũ prouerbium, ἢ ἐς. ἀφάνας *id est, Aut in Aphannis, de incertis, & quæ nusquam sunt. Zenodotus ait natum ex huiusmodi casu. Sybaritæ quondã oraculum adeuntes, orabant ut sibi uictoriam aduersus Crotoniatas concederet, idq; Crotoniatis ipsis præsentibus. Quidã autem Crotoniatarum per iocum respondit ad hunc modum: istam quidam cõsequimini in Aphannis. Sybarita credẽs id à deo responsum, admiratus est, quid sibi uellet hoc uerbi Aphannæ, Prouerbiũ ait quadrare in eos, qui se putant inuictos, & nulli tolerandos esse. Verum mihi Stephani magis probatur interpretamentum.*

Ad id quod erat opus. LXXXI

Εἰς τὸ ἄλεφ. *i. In id quod opus erat, subaudiendum, insumpsi, aut simile quiddã. Natum aiunt ex oratione Periclis. Narrant hũc datis pecunijs impetrasse ab Astyanacte Lacedæmoniorum rege, qui iam bellum parabat, ut ex Attica discederet. Deinde cũ esset populo rationem eius pecuniæ redditurus, puderetq; palam titulum insumptæ pecuniæ proloqui, tecte significauit, ἀς τὸ ἄλεφ, inquiẽs: ἀνήλωσα τοσαῦτα τάλαντα ἀς τὸ ἄλεφ. i. In usus necessarios tantum talentorũ insumpsi. Hæc ferme referuntur à Zenodoto. Notauit adagium & Aristophanes in Nebulis:*

ὥσπερ περικλέης ἀς τὸ ἄλεφ ἀπώλεσα. *id est,*

Ita ut Pericles perdidi in quod oportuit.

Quo loco interpres uarias adfert historias, unde prouerbium ortum putẽt, quæ si quis requiret, unde petere possit, ostendimus. Eleganter torquebitur per iocum in eos, qui sic administrarunt pecuniam alienam, ut non possint idoneã rationem reddere.

Adactum iusiurandum. LXXXII

ἐπακτὸς ὅρκος. *id est, Adactum iusiurandum dicebatur, uel quod non uernaculum esset, sed peregrinũ, & aliunde ascitum, ut indicat Zenodotus: ut si quis Græcus Scythico more iuret, νὴ τὸν ἀκινάκην καὶ νὴ τὸν ἄνεμον. id est, Per uentũ, & acinacem. Nã per suos deos unaquæq; gens iurare consueuit: uel quod non spontaneum, sed adactum ui: uel quod sponte susceptum nemine cogẽte, si Suidæ credimus, & etymologico. Sunt enim tria iurisiurandi genera, unum quod ἐπώμοτον uocant, alterum quod κατώμοτον, tertium quod ἐπακτόν. Hesychius contra ἐφ' ὃ ἕτεροι ἄγει, ὃν αὐθάδεστος. id est, Ad quod alius adigit, non spontaneum. Hoc equidem inter adagia non recensuissem, nisi Zenodotus prior in hoc albo posuisset.*

Scabrosior leberide. LXXXIII

Κυβερότερος λεβηρίδος. *id est, Asperior leberide. De uehementer asperis & insuauibus. Nam leberis Græcis dicitur exuium illud uel serpentum, uel piscium exuentium senectam, quod & σύφαρ uocatur: id autem asperrimum esse constat, nimirum ob summam siccitatem. Refertur à Suida.*

Procul auribus nuntius ueniat. LXXXIIII

ἀπ' ὠτὸς ἄγγελος ἔλθοι. *id est,*

Procul absit nuntius aure.

Sermo deprecantis nuntium male auspicatum. Suidas ex Callimacho citat. Homerus. Item Iliad. σ.

Αἲ γάρ δή μοι ἀπ' ὠτὸς ὧδε γένοιτο. *id est,*

Ista uelim mihi sint procul auribus.

A' puro pura defluit aqua. LXXXV

Theognis in sententijs Elegiacis.

Εἴ μ' ἐθέλῃς πλούσιον, κεφαλῆς ἀμείλιχον ἀπ' ὀφρύος
Αἰὲν λευκὸν ὕδωρ ῥέυσεται ἐκ μελέης. *id est,*

Rursum aquæ de summo mihi uertice defluet usq;
Limpida, si innocuum fortè lauare pares.

Hoc distichon quoniam subesse prouerbium uidebatur, adscripsimus. Quadrabit in hominem usq; quaq; inculpatum & innocentem: quem etiam si quis aliquando uocet in crimen, tamen non solum fama illius non contaminatur, uerum etiam illustrior redditur. Nec sine causa laudi tribuunt illud Catoni Censorio, quòd toties accusatus & uocatus in ius, nempe quater & quadragies, semper iudicum sententijs fuerit absolutus.

A' lupi uenatu. LXXXVI

ἀπὸ λύκου θήρας. *id est, A' lupi uenatu. Dici solitum, ubi quis protinus re infecta discedit, Aut de negotio molesto, & agresti. Neq; enim tutum est lupum insequi, neq; is facilè capitur, cum reliquarum ferarum uenatus non uulgarem adferant uoluptatem. Meminit Suidas.*

A' subeunte portum naui. LXXXVII

ἀπὸ καταδυομένης. *id est, A' subeunte, subaudi, naue lucrum capias. Admonet adagium celeritatem ad quæstum plurimũ ualere. Et in negotiatorem illud in primis cõpetere, ὕπνος ἀπέχω. id est, Somnus abesto. Sumptum à mercatorum diligentia, qui merces statim emunt ab ipsis nautis in portum appellentibus. Tum enim & minoris emuntur, & maiori distrahuntur lucro. Trahi poterit ad eam sententiam, ut si quis dicat statim arripiendã oblatã occasionẽ lucri. Aut tum rogandum quempiã ubi fortuna recentẽ aliquam commoditatem obiecerit. Nã sumus plerique; tum ad gratificandum benigniores. Persius in 5. Satyra metaphorã uariauit, cùm ait,*

Tolle recens primus piper è sitiente camelo.

Id est, ilico cum adhuc de uia sitit camelus, qui merces attulit. Prouerbij meminit Suidas.

A' bis septem undis. LXXXVIII

ἀπὸ δὶς ἑπτὰ κυμάτων. *i. A' bis septẽ undis. In eos competit, qui à noxia quapiam purgati sunt, propterea quòd antiquitus mos esset, homicidio pollutos uestes suas bis septem inundationibus, immersionibusq; lauare. Testis Suidas.*

Exigit & à statuis farinas. LXXXIX

Αἰτεῖ καὶ τοὺς ἀνδριάντας ἄλφιτα. *id est,*

Sanè cibum & signis ab ipsis exigit.

In eum dicendum, qui nullius misertus, undecunq; quod potest auellit, uel ab ipsis mortuorum statuis. Simillimum illi, καὶ πὸ νεκρὸ φορᾶς. *id est, Et à mortuo tributum colligis. Cõpetit in principes expilatores plebis, qui nulla nõ ex re uectigal exprimũt, uel ex lotio, aut in auaros sacerdotes, apud quos ne sepulchrum quidem gratis conceditur.*

Athos celat latera Lemniæ bouis. XC

ἄθως καλύπτει πλευρὰ λημνίας βοός. *id est,*

Athos obumbrat latera Lemniæ bouis.

Vbi quis officit, aut molestus est, aut gloriam cuiuspiam obscurat, aut alioquin obsistit, tradunt in Lemno bouis fuisse simulachrum ingens, candido factum lapide. Id Athos mons tametsi longo dissitus interuallo, tamẽ ob summam celsitudinem, obscurat umbra sua. Est autẽ Athos Thraciæ mons ingens, adeo ut umbram iaciat ad stadia trecẽta, teste Stephano. Meminit huius Apollonius Argonauticôn lib. 1.

Ἠελίῳ νισσομένοισιν ἄθω ἀνέτελλε κολώνη,
Θρηικίη, ἣ τόσσον ἀπόπροθι λῆμνον ἔασαν,
Ὅσσον ἐς ἐνδυσιὸν κεν ἐύζυγος ὁλκὰς ἀνύσσαι,
Ἀκροτάτη κορυφῇ σκιάει, καὶ ἐς ἄχλυν μυείνυσι. *id est,*

Solis ad exortum uada salsa secantibus alto
Vertice sese ostendit Athos, mons Thracius, is qui
Dissitus à sacra tanto discrimine Lemno,
Quantum alata die ualeat transmittere nauis,
Hanc tamen aërij contingit uertice umbra.
Quin longinquam etiam contingit aduſq; Myrinen.

Prouerbij meminit & Plutarch. in Moralib. cùm aliàs, tum in commentario, quem inscripsit De facie apparente in orbe

Ayuntamiento de Madrid

lunæ, testans umbram porrigi per septingenta fermè stadia. Theocriti Scholiastes uersiculum hunc citat ex Sophocle:

ἄθω θ' σκιάζῃ νῶτα λιμνίας ἁλός. id est,

Athos obumbrat terga Lemnij maris.

Præsentem mulge, quid fugientem insequeris?

XCI

Τὴν παρέσαν ἄμελγε, τί τὴν φεύγουσα διώκεις; id est,

Præsentem mulgeto, quid insequeris fugientem?

Heroicus prouerbialis admonens præsens lucrum nõ omittendum, spe commodorum quæ non item ad manum uidentur esse. Sumptum ex Cyclope Theocriti, Scholiastes citat consimilis sententiæ uersum Hesiodium:

Νήπιος ὃς τὰ ἕτοιμα λιπὼν τ' ἀνέτοιμα διώκει, id est,

Stultus qui non prompta sequens, iam prompta relinquit.

Existimat eundē habere sensum quod alibi nobis dictū est,

Τὴν θέλουσα βᾶν ἔλαυνε.

Quid ad Mercurium?

XCII

Τί πρὸς τὸν ἑρμῆν; id est, Quid ad Mercurium? Idem cum illo, δὸς τὴν πρὸς ἕπος, & nihil ad Bacchum, Nihil ad rem. Nam Mercurius orationis autor. Competunt in eos qui loquuntur aliena ab eo quod agebatur.

Quid Achiuos à turre iudicatis.

XCIII

Τί τοὺς ἀχαιοὺς ἀπὸ τ πύργε κρίνετε; id est,

Cur iudicatis Danaidas de mœnibus?

Dici conuenict, quoties quis pronuntiat de re non satis accuratè cõsiderata. Aristides in Themistocle: τί ταῦτα τοὺς ἀχαιοὺς ἀπὸ τ πύργε κρίνομεν; id est, Quid in his Achiuos de turre iudicamus? Sumptum apparet ex Iliados γ. quo loco Priamus in mœnib. Troianorum accersitum Helenam percũctatur qui nam essent, quos procul in Græcorũ exercitu cõspiceret, et Agamẽnonis formã laudat ad hũc modũ:

ὅς τις ὅδ' ὑπείρ ἀχαιὸς ἀνὴρ οἷός τε μέγας τε;
ἄλλοι μὲν κεφαλῇ καὶ μέζονες ἄλλοι ἔασιν.
Καλὸν δ' οὔτω ἐγὼν ὄπωπα ἰδὸν ὀφθαλμοῖσιν,
Οὐδ' οὕτω γεραρὸν, βασιλῆϊ γ' ἀνδρὶ ἐοικεν. id est,

Ille quis est cedo, Graius homo, magnusq; bonusq;?
Sunt alij huic, fateor, superantes uertice plures.
Verum æque pulchrum memini me cernere nunquam,
Nec reuerendum æque, regem præferre uidetur.

Nec inconcinnè torquebitur ad eos, qui in tuto cõstituti, de ijs iudicant, qui in periculo uersantur. Quemadmodum faciunt ij, qui in turre, aut uallo sedentes, ociosi spectant, iudicantq; præliantes, ac in multis animi robur aut consilium desiderant, quod ipsi nequaquam præstaturi forent, si in eodē discrimine uersarẽtur. Aristides in Themistocle: ὃ μὲν, ὄχθιον ἦν μέσῃ τῇ θαλάσσῃ περὶ τ ἣν ἔχῃ πλοῖα λέγειν, καὶ τὴν σὺν ψυχίαν τὸ αὐτ' δεικνύναι, καὶ καθάπερ ἔξω ἁλὸς ὑπὸ ζῷ ταχέως. id est, Atqui non parui refert, si quis medio in mari, de ijs loquatur qui in naui sunt, animiq; præsentiam demõstret, sedensq; procul à procella inter parietes.

Quis usus cepis putridi?

XCIIII

Τίς χρεία πυθομένῃσι κρομμύοις; i. Quis usus putrefacti cepis? De rebus aut etiam hominibus, reiiculis, & quorum nullus usquam est usus. Etenim cum cepe sit herba, per se uilissima, simul atq; computruit, nihil esse potest abiectius. Cognatum illi Plautino, uitiosa nucc non emam.

Philoxeni Non.

XCV

Τὸ φιλοξένε δ'. id est, Philoxeni Non. Dicendũ, ubi quis obstinatè uel inficiatur, uel recusat: aut ubi quis alteri nescit concedere, neq; quicquam ad gratiam loqui. Quod genus hominum à principum consuetudine debent abstinere, apud quos aut tacendum est, aut loquendum est quod gratum sit auribus. Philoxenus poëta, quemadmodum alibi diximus, usque adeo non potuit carmina Dionysij probare, ut malucrit reduci ad fodinas lapidarias.

Meos corymbos necto.

XCVI

Τὰς ἐμὰς κορύμβας πλέκω. i. Meos necto cincinnos. Vbi quis respondet, quod nihil pertineat ad interrogata. Refertur ad hunc modum, χάροις ὑψιπύλῃ. τοὺς ἐμὰς κορύμβας πλέκω. ὅσοι λέγω περὶ τότε. ὁμὰς ἄκοιτις ἧταῦθα; id est, Saluæ Hypsipyle. Meos corymbos necto. Nõ tibi loquor ista de re. Maritus meus hic est? Ex aliquo comœdiæ loco sumptum apparet, in qua persona quæpiã per dissimulationem, diuersa respõderit. Quod genus est & illud apud Terentiũ in Phormione, cum Phædria rogatus, ubi nã esset Antipho, respondens iterat salutationem, deinde ait illũ rectè ualere. Est cõsimilis locus & apud Plautũ in Mercatore. Iam machæra est in manu. Nam si cò te introducã. Tollo ampullã, atq; hinc eo, & reliqua. Nam locus longior est, quàm ut citra tædium posßit recenseri. Confine ei quod alibi recensuimus ἄμας ἀπήτην.

Compendiaria res improbitas.

XCVII

Συντομία ἡ πονηρία, βραδεῖα ἡ ἀρετή. i. Compendiaria res improbitas, uirtus longa. Qui semel addixit animum uitijs, is quiduis flagitij facilè patrabit. At singulæ uirtutes magno sudore parandæ. Fitq; nescio qua naturæ corruptione, ut quæ turpia sunt, uel αὐτοσχέδια, protinus arripiamus, quæ honesta uix laboribus diutinis inculcẽtur. Plutarchus in apophthegmatis tribuit hoc dictum Cleomeni. Quum prædo quispiam in agrum Lacedæmoniorum fecisset incursionem, atque ubi captus esset, dixisset, Ideo hæc se fecisse, quòd non esset quo alerct militem, proinde ad eos uertisse sese, quibus superesset, nec impartirentur, Cleomenes σύντομος, ἔφη, ἡ πονηρία.

Vmbra pro corpore.

XCVIII

Σκιὰ ἀντὶ σώματος. id est, Vmbra pro corpore. Quoties aliquis magnum quiddam uidebitur assecutus, cum nihil tandem auferat præter titulum, aut spes meras. Mutuo sumptũ ab Æsopica fabula de cane, qui dum umbram carniũ, quòd eam maior appareret captat, ueras amisit carnes. Eam quidẽ iambico carmine, Gabrias quidam, utcunq; complexus est hoc pacto:

Φέρων γε ποταμῷ πλησίον κύων κρέας,
Κύλας ἑαυτὸν, ἄλλον ἅς ὕδωρ βλέπει.
Χανὼν δὲ λοιπὸν τ κάτω λαβεῖν κρέας,
ἀπεστερεῖτο καὶ τ, ὄντερ ἐκράτει. id est,

Iuxta fluentem deferens carnes canis,
Dum pronat os in amne conspicit alteras,
Et hians deorsum, ut easce carnes prenderet,
Amisit has quoq;, quas tenebat antea.

Sinopissas.

XCIX

Σινωπίσας. id est, Sinopissas, id est, lasciuis. A Sinope scorto quodam nobili, celebratæq; lasciuiæ, cui nomẽ hinc inditum uidetur, quòd noxijs esset oculis, Athenæus lib. 15. docet fuisse Aeginensem. Fuit & Sinope Æsopi filia, cui nihil carius fuit uirginitate.

Vitiat lapidem longum tempus.

C

Σήπει καὶ πέτρον ὁ πολὺς χρόνος. id est,

Saxa etiam longum faciet putrescere tempus.

Nihil in rerum natura fixo durabilius. At id quoque temporum diuturnitas absumit. Quod poëtæ nimirum innuũt, cum fingunt Saturnum temporis deum, saxum Iouis loco suppositum deuorasse. Ouidius lib. De ponto 4.

Gutta cauat lapidem, consumitur annulus usu.
Et teritur pressa uomer aduncus humo.

Chiliad

CHILIADIS TERTIAE
CENTVRIA III.

Sileni Alcibiadis. I

Σιληνοὶ ἀλκιβιάδου. i. Sileni Alcibiadis, apud eruditos in prouerbiũ abijſſe uidentur, certe in Collectaneis Græcorum prouerbij uice referũtur, quo licebit uti, uel de re quæ cũ in ſpeciẽ, & prima, quod aiunt, fronte uilis ac ridicula uideatur, tamen interius ac propius contemplanti, ſit admirabilis: uel de homine, qui habitu uultuq; longe minus præ ſe ferat, quàm in animo claudat. Aiunt enim Silenos imaguncũlas quaſpiã fuiſſe fictiles, & ita factas, ut diduci & explicari poſſent, & quæ clauſæ ridiculam ac monſtroſam tibicinis ſpeciem habebant, apertæ ſubito numen oſtendebãt, ut artẽ ſcalptoris gratiorẽ iocoſus faceret error. Porrò ſtatuarũ argumentum ſumptũ eſt à ridiculo illo Sileno Bacchi pædagogo, numinumq; poëticorũ morione. Quandoquidem habẽt & illi principum noſtratiũ exemplo ſuos γελωτοποιούς. Proinde apud Athen. lib. 5. adoleſcens Critobulus irridens Socratem ſenem ac deformẽ, dicebat illum πολὺ τ σαλλιῶν ἀσχῆμ. i. multo Silenis deformiorem: Locus autẽ eſt apud Xenophontem in cõuiuio. Socrates, ὡς γ καλλίων ἂν τοῦτο ποιήσας. Vt iſtud iactas quaſi ſis formoſior. Critobulus. νὴ δία, ἢ πάντων σαλλιῶν τ ἐν σατυρικοῖς, ἀσχιέστατ ἂν εἶναι. Ita per Iouem, aut omniũ Silenorum qui ſunt inter Satyros turpiſſimus fuero. Et Alcibiades apud Platonem in Conuiuio, Socratis encomium dicturus, cum Silenis eiuſmodi ſimilem facit, quòd is multo alius eſſet propius intuenti, quàm ſummo habitu ſpecieq; uideretur. Quem ſi de ſumma, quod dici ſolet, cute quis æſtimaſſet, non emiſſet aſſe. Facies erat ruſticana, taurinus aſpectus, nares ſimæ, muccoq; plenæ. Sannionẽ quempiam bardum ac ſtupidum dixiſſes. Cultus neglectus, ſermo ſimplex ac plebeius, & humilis, ut qui ſemper aurigas, cerdones, fullones & fabros haberet in ore. Nam hinc ferè ſumebat illas ſuas ἀσαγωγὰς, quibus urgebat in diſputando. Fortuna tenuis, uxor qualẽ ne uiliſſimas quidem carbonarius ferre poſſet. Videbatur nũrari formas adoleſcentulorum, uidebatur amare, & zelotypia tangi, cum eum ab his affectibus alis ἀλλὰ πάσῃ ἀβεσσε cõperierit etiam Alcibiades. Deniq; iocus ille perpetuus nõnullam habebat morionis ſpeciem. Cum ea tempeſtate, ad inſaniam uſq; ferueret inter ſtultos, profitẽdi ſapientiã ambitio, nec unus eſſet Gorgias, qui ſe nihil neſcire iactitaret, & ardelionibus huiuſmodi nuſquam non referta eſſent omnia, ſolus hic hoc unũ ſcire ſe dictitabat, quòd nihil ſciret. Videbatur ineptus ad omnia reipublicæ munia, adeo ut quodam die neſcio quid apud populum adorſus agere, cũ riſu ſit exploſus. Atqui ſi Silenum hunc tam ridiculũ explicuiſſes, uidelicet numen inueniſſes potius quàm hominẽ, animum ingentem, ſublimem, ac uere philoſophicum, omnium rerũ pro quibus cæteri mortales currunt, nauigant, ſudant, litigant, belligerantur, contemptorem, iniurijs omnibus ſuperiorem, & in quem nullum omnino ius haberet fortuna, & uſq; adeo nihil timentem ut mortem quoq; nulli non formidatam contemſerit, in tantum, ut cicutam eodem ebiberit uultu, quo uinum ſolet, utq; iam moriẽs etiam in Phædonem ſuum iocaretur admonens, ut uoto ſe liberans Æſculapio gallum perſolueret, perinde quaſi ſumpto pharmaco, iam ſanitatis beneficiũ ſentiret, cũ exiret è corpore, unde omnes animi morbi ſcatent, ac pullulant. Proinde non iniuria cũ id tempeſtatis plena ſophis eſſent omnia, ſolus hic morio, ſapiẽs oraculo pronunciatus eſt, & plus iudicatus eſt ſcire, qui nihil ſciebat, quàm hi qui nihil neſcire ſe prædicabant, imò ob idipſum iudicatus eſt plus cæteris ſcire, quòd unus omnium nihil ſciret. Huiuſmodi Silenus fuit Antiſthenes, baculo ſuo, pera, pallioq;, maximorũ regũ fortunas anteccellens. Huiuſmodi Silenus fuit Diogenes, uulgo canis habitus. Verum in hoc cane diuinũ quiddam animaduerterat Alexander Magnus, principũ, ut uidebatur, omniũ κεφαλᾶς & alpha, cũ animi magnitudinẽ admiratus, optaturũ ſe diceret, ut ni Alexander eſſet, Diogenes eſſet, cũ hoc magis optare debuerit Diogenis animũ, quòd Alexander eſſet. Huiuſmodi Silenus fuit Epictetus, ſeruus, pauper, claudus, ut indicat illius epitaphium, ſed idẽ quod eſt feliciſſimũ, cherus ſuperis, id quod ſola uitæ præſtat integritas cum ſapientia coniuncta. Hæc nimirũ eſt natura rerũ uere honeſtarum, quod habent eximium, id in intimis recondunt, abduntq;: quod contemptiſſimum, id prima ſpecie præ ſe gerunt, ac theſaurũ ceu uili corticẽ diſſimulant, nec prophanis oſtendũt oculis. At uulgarũ & umbraticarũ longe diuerſa ratio, ſumma ſpecie blandiuntur, quodq; pulcherrimum habent, ſtatim obuijs oſtentant: ſin penitus introſpicias, nihil minus ſunt, quàm quod titulo ſpecieq; præ ſe ferebant. An non mirificus quiddam Silenus fuit Chriſtus? ſi fas eſt de hoc ad eum loqui modum, quem equidẽ haud uideo cur non omnes pro uirili debeant exprimere, qui Chriſtiani nomine gloriantur. Si ſummam Sileni ſpeciem intueris, quid iuxta populare æſtimationem abiectius, aut contemptius? Tenues & obſcuri parentes, domus humilis: ipſe pauper & paucules, & pauperculos habuit diſcipulos: non è magnatũ palatijs, non è phariſæorũ cathedris, non è philoſophorũ ſcholis, ſed à telonio & retibus aſcitos. Tum uita, quàm à uoluptatibus omnibus aliena, per famẽ, per laſſitudinem, per conuicia, per ludibria, ad crucem deniq; peruenit. Hac illũ parte contemplabatur myſticus ille uates, cũ eum depingens: Non erat, inquit, ei ſpecies, neq; decor. Vidimus eum, & non erat aſpectus: & deſiderauimus eũ de ſpectum, ac nouiſſimũ uirorũ. Cæteraq; permulta, quæ in hanc ſequuntur ſententiam. Iam ſi contingat apertum hunc Silenũ propius intueri, hoc eſt, ſi cui dignetur ipſe ſe purgatis animi luminibus oſtendere, deum immortalem, quàm ineffabilem reperies theſaurũ: in quanta uilitate, quale margaritum: in quanta humilitate, quantam ſublimitatem: in quanta paupertate, quantas diuitias: in quàta infirmitate, quam incogitabilẽ uirtutem: in quanta ignominia, quantam gloriam: in quantis laboribus, quàm abſolutam requiẽ. Deniq; in morte tam acerba, perennem immortalitatis fontẽ. Cur ſic abhorrent ab hac imagine, qui titulo tamen illius ſe iactant? Nimirum erat in procliui Chriſto totius orbis occupare monarchiam, atq; id poſſidere, quod olim Romani principes fruſtra affectarunt, ſatellitio ſuperare Xerxes, opibus anteire Cræſos, philoſophis uniuerſis ſilentium imponere, & inane ſophos detrahere. Verum hæc una forma placuit, quam ſuis diſcipulis & amicis, hoc eſt, Chriſtianis, proponeret. Hãc potiſſimum delegit philoſophiam, à philoſophorum decretis, à mundi ratione longe lateq; diuerſam, ſed eam quæ ſola omniũ præſtaret, quod alij alijs uijs conantur aſſequi, nempe felicitatẽ. Huiuſmodi quondam Sileni fuere prophetæ exules, errantes in ſolitudinibus, cum feris exigentes uitam, uilibus oluſculo uictitantes, ouium & caprarum amictu pellibus. Sed introſpexerat hos Silenos ille qui dixit, quibus dignus nõ erat mundus. Huiuſmodi Silenus fuit Ioannes Baptiſta, qui camelorũ tectus pilis, zona cinctus pellicea, longe regum purpuras ac gemmas uicit, locuſtis ueſcens, principum omnium delicias ſuperauit. Nimirũ cernebat quid theſauri lateret ſub agreſti pallio, qui miro illo elogio Laudum eius ſummam cõplexus, Inter natos, inquit, mulierũ nõ ſurrexit maior Ioanne baptiſta. Huiuſmodi Sileni fuerunt apoſtoli, pauperes, inculti, illiterati, ignobiles, imbecilles, abiecti omnibus omnium contumelijs

Ayuntamiento de Madrid

tumelijs expoſiti,irriſi, inuiſi,execrabiles, ac penè publicũ orbis ſimul & odium & ludibrium. Verum aperi mihi Silenum,quis tyrannorũ cum horũ potentia poßit æquari,qui dicto imperant dæmonibus,nutu ſedant ſæuientia maria,uerbo uita defunctos in uitã reuocant? Quis non Cræſus ad hos pauper eſſe uideatur, qui uel umbra ſui conferunt ſanitatem ægrotis,qui ſolo manus contactu ſpiritũ illum cœleſtem impertiunt? Quis non Ariſtoteles,ſtultus & indoctus ac nugator, cum his collatus, habeatur, qui ex ipſo fonte cœleſtem hauſerant ſapientiam, ad quã omnis humana ſapiẽtia, mera ſtultitia eſt? Quod quidem eorum pace dictum eſto, qui nefas arbitrantur,& impium,uſquam Ariſtotelis autoritatem conuellere. Fateor illum eſſe uirũ eximia doctrina,ſed quod lumen tam excellens, quod Chriſto collatũ non obſcuretur? Tum uere regnũ cœlorum,grani ſinapis imaginẽ habebat, ſpecie puſillum & contemptum, uirtute maximum: à quo prorſus ut dixi, & ὁ διαμέτρος, quod aiunt, diſſidet huius mundi ratio. Huiuſmodi Silenus fuit contemptus & irriſus ille Martinus epiſcopus. Tales fuerunt ueteres illi epiſcopi, humilitate ſublimes, paupertate locupletes, gloria neglecta glorioſi. Latitant & hodie boni quidã Sileni, ſed heu nimiũ pauci. Bona pars hominum,præpoſterũ Silenũ exprimunt. Si quis rerum uim ac naturam penitus introſpiciat, reperiet nullos à uera ſapientia lõgius abeſſe, quàm iſtos qui magnificis titulis, qui ſapientibus pileis, qui ſplendidis cingulis, qui gẽmatis anulis abſolutam profitentur ſapientiã. Adeo ut non raro plus ueræ germanæq; ſapientiæ deprehendas in uno quopiam homuncione,iuxta uulgi opinionẽ,idiota ſimplici ac ſemifatuo,cuius mentem non ſubtilis,ut uocant, Scotus, ſed cœleſtis ille Chriſti docuit ſpiritus, quàm in multis theologorum tragicis perſonis,acter quaterq; magiſtris noſtris, Ariſtotele ſuo turgidis,magiſtralium definitionum,concluſionum,& propoſitionum turba diſertis. Non in omneis hoc dixerim,ſed in heu nimium multos. Item uideas in nullis minus eſſe ueræ nobilitatis, quàm in Thraſonibus iſtis, qui uetuſtis ſtemmatibus,qui torquibus aureis,qui ſplendidis cognominibus ſummã iactant nobilitatem, nec alios à uera fortitudine longius abeſſe, quàm eos qui ob temeritatem ac præferoces animos, uulgò fortiſſimi iudicantur & inuicti. Nullos abiectius ac ſeruilius ſeruos, quàm hos qui ſe dijs, ut aiunt, proximos,& omnũ dominos putant. Nullos æquè ea lamitoſos,atq; eos qui uidentur feliciſſimi. Nullos pauperius eſſe pauperes, his quos hominum uulgus ut diuites adorat. Nullos eſſe minus epiſcopos, quàm qui inter epiſcopos primas tenent. Etiam atq; etiam te rogo lector,ne putes hæc in cuiuſquam dici contumeliam. Rem notamus, non homines. Optamus eſſe nullos in quos hæc cõgruant. Et ſi nunc tales nulli ſunt,quod faxit Chriſtus,tales olim fuerũt,& in poſterum fortaſſe futuri ſunt. Atq; utinã illud quoq; falſum eſſet, ſæpenumero longiſſime ſemotos eſſe à uera religione,qui titulo,qui cultu,qui cæremonijs, religionẽ abſolutam profitentur. Adeo quicquid in omni rerũ genere præclarum eſt, id minus in cõſpicuo eſt. In arboribus flores & folia blandiuntur oculis: ipſa ſe late moles oſtentat, At ſemen,in quo uis eſt omniũ,quàm eſt res minutula,quàm abdita, quàm non lenocinans aſpectui,quàm nõ oſtentatrix ſui? Auri & gẽmas in altiſſimas terræ latebras abdidit natura. In elementis, quæ uocãt,quo quicq; præſtãtius eſt, hoc lõgius à ſenſibus eſt remotũ,uelut aër & ignis. In animantũ genere quod eſt optimum & efficaciſſimũ,id in intimis abditũ habent. In homine quod eſt maxime diuinum & immortale,id ſolum cerni non poteſt. In quouis rerum genere,materia pars uilior,maxime patet ſenſibus,formæ uis & beneficium utilitate ſentitur,& tamen ipſa procul abeſt à ſenſibus. Rurſum in corporis phyſici temperatura, cũ phlegma & ſanguis ſenſibus ſit familiaris & pateat, id quod plurimũ confert ad uitam,minime patet,nempe ſpiritus. Demũ in uniuerſo,quæ maxime ſunt, ea nõ uidentur, ueluti ſubſtantiæ, quas ſeparatas uocant. Et quod in his ſummum eſt, id à ſenſibus quàm maxime ſepoſitum eſt,nẽpe deus,adeo ut nec intelligi,nec cogitari poßit, cum hic fons ſit unicus omnium. Quin & in eccleſiæ ſacramentis reperire liceat nonnullam Silenorum imaginẽ. Abſit inuidia uerbis. Aquam uides,ſalem & oleum uides,uocem audis,ceu ſummam Sileni faciem: uim cœleſtem nec audis, nec uides,quæ ſi non adſit mera ludibria ſint cætera. Iam habẽt & ſuos Silenos arcanæ literæ. Si conſiſtas in ſuperficie,ridicula nonnunquam res ſit: ſi penetres uſq; ad anagogen, diuinam adores ſapientiam. Etenim ut de ueteri loquamur inſtrumento, ſi præter hiſtoriã nihil ſpectes,& audias Adã è limo conditũ, uxorculam è dormientis latere furtim ſubtractam,ſerpẽtem illecebra pomi ſolicitantẽ mulierculam,deũ ad auram inambulantem, romphæam foribus præſidentẽ ne poſtliminio redirẽt exules,non ne putes ex Homeri officina profectam fabulam? Si legas Lot inceſtũ,totam Sampſonis hiſtoriam, quam diuus Hieronymus è cortice æſtimans,fabulã appellat,Dauid adulteriũ, & in ſenis frigidi gremio cubitãtem puellã,Oſee meretriciũ matrimoniũ,nonne qui uercundioribus ſit auribus, ut obſcœnã fabulã auerſetur? At ſub his inuolucris deũ immortalem, quàm ſplendida latet ſapientia? Euangelicas parabolas, ſi primũ æſtimes corticem,quis non iudicet hominis eſſe idiotæ? ſi nucẽ frangas,nimirũ reperies arcanã illam,ac uere diuinam ſapientiam,planeq; quiddam ipſi Chriſto ſimillimũ. Et ne ſingula perſequens fiam prolixior,in naturæ ſimul ac myſticis rebus ut quicq; præſtantiſſimum eſt, ita quàm maxime uidebis abſtruſum, & à prophanis oculis longiſſime ſemotũ. Itidẽ in cognitione,germana rerum ueritas ſemper altiſſime latet,quæ nec facile,nec à multis deprehenditur. Craſſum uulgus,quoniã præpoſtere iudicat, nimirũ ex his quæ maxime ſenſibus corporis obuia ſunt æſtimãs omnia,paßim & labitur & errat,ac falſis bonorũ & malorum ſimulachris deluditur,inuerſoſq; Silenos miratur ac ſuſpicit. De malis loquar, bonos non lædam,imò ne malos quidẽ, quãdoquidem generalis de uitijs diſputatio ad nullius perſonæ pertinet iniuriã. Atq; utinam pauciores eſſent,in quos hæc competere poßint. Cum ſceptrum uides, cum inſignia,cum ſatellitiũ,cum titulos audis,ſereniſſimum, clementiſſimum,inclytum, non ne principem adoras, terrenum quoddam numen,& quiddam homine maius intueri te putas? Sed aperi Silenum præpoſterum,tyrannum inuenies, interdum ciuium hoſtem, publicæ cõcordiæ oſorem, diſcordiarum ſerendarũ artificem, bonorũ oppreſſorem, legũ peſtem,urbiũ euerſorem,eccleſiæ cõpilatorem, latronẽ, ſacrilegum,inceſtũ, aleatorem,breuiter, ut eſt in Græcorũ prouerbijs, χιλιάδα κακῶν. Sunt qui titulo ſpecieq; præ ſe ferant magiſtratũ,& reipub. cuſtodiam, cum re lupi ſint & prædones ciuitatis. Sunt quorũ ſi conſideres raſum uerticem,uenereris ut ſacerdotes: ſi Silenum introſpicias,plus quàm laicos reperies. Fortaſis & epiſcopos aliquot reperias, quorum ſolennem illam conſecrationem ſi ſpectes,ſi nouum ornatum inſpicias, mitram gemmis & auro nitentem, pedum item gemmeũ: in ſumma,totam illam ἐκ τοῦ λὸς ἐς τὸ φαλλὸν myſticam παροιμίαν,uidelicet cœleſtem quempiam, & homine maiorem uirũ expectes. Inuerte Silenum,nihil interdũ inuenies niſi bellatorem,negotiatorem, denique tyrannum, iamq; magnifica illa inſignia comœdiã fuiſſe iudicabis. Sũt, atq; utinam non tam paßim obuij ſint, quos ſi quis è barbæ ſylua,pallore,cucullo,inflexis ceruicibus,cingulo,ſupercilio, uultuſq; truculẽtia uelit æſtimare, Serapiones ac Paulos eſſe dicat: ſin explices,meros inuenies balatrones,helluones,planos,ganeones,imò prædones ac tyrãnos,ſed alia uia,et haud

ſcio

Ayuntamiento de Madrid

ſcio an hoc peſtilentiore, quo tectiore, planéq;, quod aiunt, ἀνθρακας ἀνθρακόρ. Rurſum admonco, nemunẽ his offẽdi oportere, cum nullius deſignetur nomẽ. Si quis huiuſmodi non eſt, nihil ad ſe pertinere cogitet: ſin agnoſcit ſuum malũ, admonitũ ſe putet. Ille ſibi gratuletur, hic mihi gratias agat. Deniq; paſſim in omni mortalium genere ſunt, quorũ ſi formam contemplere corporis, homines & præclaros homines dicas: ſi Silenum explicueris, intus ſuem, aut leonem, aut urſum, aut aſinum fortaſſis inuenies. Ac diuerſum quiddam eueniet ei, quod de Circes ueneficijs poëtarũ fabulis eſt proditum. Apud hanc enim ferarum figuram habebant, mentem hominis: iſti ſub humana ſpecie plus quàm beluam tegunt. Contrà ſunt quos de ſpecie, ſicut dictũ eſt, uix homines iudices, cũ in animi penetralibus angelũ occultent. In hoc igitur diſcrimen eſt nuncupandi & Chriſtiani, quòd ille craſſißima quæque ac ſtatim oculis obuia, maxime ſuſpicit & ſectatur: quæ ſecus habẽt, aut omnino negligit, aut certe poſtremo loco ponit: hic ediuerſo, quæ minime cernuntur oculis, quæq; longiſſime receſſerũt à natura corporũ, ea ſola ſectatur, cæteris aut præteritis, aut contẽptius adhibitis, ab intimis illis omne rerũ iudicium ducens. In bonis, ſic enim uocat Ariſtoteles, quæ non pertinẽt proprie ad hominem, extremæ ſunt opes. At apud uulgus, imò penè apud omnes is plurimi fit, qui has quacunq; uia poßidet, has per ſaxa, per ignes expetunt uniuerſi. Proximũ habet locũ generis claritas, ſi nihil accedat aliud, ridiculũ prorſus et inane nomẽ. Semideus habetur, qui ſanguinis feriem ad Codrum Athenienſem, aut ad Brutũ Troianũ, qui haud ſcio an nunquã natus fuerit, aut ad fabuloſum Herculẽ referre poßit: & obſcurus eſt, qui ſibi literis & uirtute famã parauit? Illuſtris eſt, cuius triauus in bello ſtrennuũ præſtitit homicidã: & plebeius eſt atq; imaginibus caret, qui bonis animi profuit orbi? In tertia claſſe ſunt, corporis cõmoda. id cui contigerit ingens, robuſtũ, formoſum, præualidũ: eũ non ſemouent quidẽ è numero felicium, ſed ita ut nihilo ſecius primas teneãt diuitiæ, proximas nobilitas, animi poſtrema cura eſt. Iam hunc ipſum, ſi iuxta Paulum in treis partes diuidas, carnẽ, animam & ſpiritum, utar enim illius uerbis, infimã, quæ maxime in cõſpicuo eſt, quãq; prorſus damnat Apoſtolus, uulgus potißimum amplectitur. Mediã quam ita demũ probat, ſi ad ſpiritũ acceſſerit, plures approbãt. Porrò ſpiritũ optimã noſtri partẽ, à quo ceu fonte felicitas omnis noſtra proficiſcitur, quoq; deo copulamur, adeo nõ habẽt in pretio, ut nec illud inquirãt, ſitne, aut quid ſit ſpiritus, de quo tamen Paulus toties inculcat. Atq; hinc præpoſterũ de rebus multitudinis iudiciũ, ut quibus primus debebatur honos, horũ ὥσπερ τὰ μεγαλαρβάτου λόγου ſit, & quæ ſummo ſtudio fuerãt expetenda, hæc in cõtemptißimis ducãt. Hinc aurũ anteponitur literis, generis antiquitas honeſto, corporis dotes animi bonis, cæremonijs poſthabetur uera pietas, Chriſti præcepta decretis hominũ, perſona ueritati, umbra rebus, fucata natiuis, fluxa ſolidis, momentanea æternis. Deinde ex præpoſteris opinionibus præpoſtera rerũ uocabula. Quod excelſum eſt, humile uocant: quod amarũ, dulce: quod precioſum, uile: quod uita, mortem. Vtq; nominatim obiter pauca delibem, amare dicũtur, qui uel indulgentia corrumpũt, uel pudicitiæ ſimul ac famæ inſidiantur, cum hac re quid eſſe poßit hoſtilius? Iuſtitiã appellant, cum malum malo, ſcelus ſcelere uincitur, cũ iniuria accepta, multo cum fœnore reponitur. Parum æquus matrimonio dicitur, qui illud incontaminatum, & quàm poteſt uirginitati ſimillimum, ganeis diſſimillimum eſſe poſtulet. Proditorem appellant & principis hoſtem, qui nihil illi ſupra leges, ac præter æquum licere uelit, hoc eſt, qui illũ optet uere principem agere, & à tyranni (qua belua nõ eſt alia tetrior) imagine quàm maxime uelit abeſſe. Ille contrà cõſultor, amicus, ſautor principum dicitur, qui illos peruerſa educatione corrumpat, qui ſtultis inficiat opinionibus, qui aſſentatione ludat, qui malis conſilijs in odium populi pertrahat, qui bellis & inſanis rerũ tumultib. inuoluat. Aiunt auctam principis maieſtatẽ, ubi tyrannidis aliquid acceßit, hoc eſt ſummi mali magna portio. Peculator eſt, qui de extortis uectigalibus uelit nonnihil circuncidi. At cum principis præcipua bona ſint tria, quibus deũ qui uere ſolus eſt rex, quodãmodo repræſentat, bonitas, ſapientia, potentia, num is principi uidetur amicus eſſe, qui duobus præcipuis bonis illũ ſpoliet, bonitate & ſapientia, ſolamq; potentiã illi relinquat, & hanc non modo ſaltem, uerũ ne propriam quidem? Siquidem potẽtia, niſi ſit cũ ſapientia bonitateq; coniuncta, tyrannis eſt, nõ potentia, quam ipſum tamen populi conſenſus quemadmodũ dedit, ita poteſt eripere: cũ interim depulſum ab imperio, bonitas & ſapiẽtia, ceu propria bona comitentur. Capitale eſt uiolare principis inſignia, & præmiũ eſt his, qui animũ illius ultiantes, pro bono crudelẽ, pro ſapiente uerſutũ, pro potente tyrannũ reddunt? Parum eſt una mors ei qui principis calicem toxico tentarit inficere: & præmium fert, qui mentem illius peſtilẽtißimis opinionibus corrumpit ac uenenat, & ueluti publicum reipubli. fontem inficit, ſummo totius orbis malo? Principis munus dominium uocant, cum re uera nihil aliud ſit agere principem, quàm rẽ cõmunem adminiſtrare. Regũ inter ipſos affinitates, ac ſubinde nouandi fœdera, Chriſtianæ pacis glutinum appellant, cum his fontibus omnia penè bella, plurimos rerum humanarũ tumultus naſci uideamus. Iuſtum bellum appellant, cum ad exhauriendam opprimendamq; rempub. principes inter ſe colludunt: pacem uocant, cum in hoc ipſum inter ſeſe conſpirant. Auctum ducunt imperium, cum unius aut alterius oppiduli titulus acceſſerit principi, tanta ciuium expilatione, tanto ſanguine, tot uiduitatibus, tot orbitatibus emptus. Ad eundem modum eccleſiam uocant ſacrificos, epiſcopos, ac ſummos pontifices, cum hi re uera nihil aliud ſint, quàm eccleſiæ miniſtri. Cæterum eccleſia populus eſt Chriſtianus, quem Chriſtus ipſe maiorem uocat, ut cui recumbenti miniſtrent epiſcopi, obſequio minores, ſed alia ratione maiores, ſi modo Chriſtum ut ſucceſſione muneris, ita morum ac uitæ referant imitatione, qui cum modis omnibus princeps ac dominus eſſet omniũ, miniſtri partes ſuſcepit, non domini. Omne fulmen torquetur in illos, hoſtes eccleſiæ uocantur, ac propemodum hæretici, qui ſacerdotum crumenam nummulis aliquot fraudarint. Equidem non adſum fraudatori, ne quis hoc interpretetur, uerum cedò, ſiquidem hoſtem eccleſiæ iuuat odiſſe, num eſſe poßit hoſtis eccleſiæ pernicioſior aut capitalior quàm impius pontifex? Vbi nonnihil de ſacerdotum prædijs aut cenſu diminutum fuerit, clamatur undiq;, opprimi Chriſtianam eccleſiam. Vbi concitatur orbis ad bellum, ubi palàm improbi ſacerdotum uitæ, tot animarum millia pertrahuntur in exitium, nemo deplorat eccleſiæ uicem, cum uere iam affligatur eccleſia. Ornatum & cohoneſtatam uocant eccleſiam, non cum in populo gliſcit pietas, cum uitia decreſcunt, boni mores augeſcunt, cum ſacra doctrina uiget: uerum cum auro gemmiſq; lucent altaria, imò cum his negleciis, prædijs, famulitio, luxu, mulis, equis, ſumptuoſis ædiũ uel magis palatiorum ſubſtructionibus, ac reliquo uitæ ſtrepitu, ſatrapas æquant ſacerdotes. Atque hæc adeo uidentur recta, ut in ipſis pontificũ diplomatibus inſeratur huiuſmodi elogium: quoniam ille Cardinalis tot equos, tot purpuratos alens domi, uehementer ornat eccleſiam Dei, concedimus illi quartam epiſcopi dignitatem. Et in ornamẽtum eccleſiæ iubentur epiſcopi, ſacerdotes & clerici purpura ſericiſq; ueſtiri. O miram eccleſiæ dignitatem. Quid ſupereſt, poſtea quàm etiã uocabula honeſti perdidimus? Neq; enim libet interim

Ayuntamiento de Madrid

terim eorum meminiſſe, qui ſenſum eccleſiaſticũ in impios uſus magno plebis offẽdiculo profundũt. His ſi quid accreuerit, gratamur, & auctam Chriſti eccleſiam dicimus: cum uerum & unicũ eccleſiæ lucrum ſit, Chriſtianæ uitæ profectus. Blaſphemiam uocant, ſi quis parũ reuerenter de Chriſtophoro loquatur, aut Georgio, nec omnes omnium fabulas æquet Euangelio. Verũ Paulus blaſphemiam appellat, quoties impijs Chriſtianorũ moribus fit, ut Chriſti nomen infametur inter ethnicos. Quid enim cõſentaneum eſt Chriſtianæ religionis hoſtes dicere, cum in Euangelicis literis uiderint Chriſtũ ad opum cõtemptum, ad uoluptatũ abdicationem, ad gloriæ neglectũ hortantem, & è regione conſpexerint, primores ctiã ac duces Chriſtianæ profeſſionis ita uiuere, ut opum accumulandarum ſtudio, ut uoluptatũ amore, ut uitæ ſplendore, ut belli ferocia, cæteriſq; ferè uitijs omnibus ipſos ſuperent ethnicos? Intelligit prudens lector, quid hic taceã, ob honorem Chriſtiani nominis, & quid apud me ſuſpirẽ. Quos cachinnos putas illos tollere, qui cum uideãt, in Euangelio Chriſtum non cultu, non cæremonijs, nõ cibis inſigniſſe ſuos, ſed hac nota dignoſci uoluiſſe Chriſtianos, ſi mutua charitate cõglutinentur, poſtea cõſpiciant, adeo nihil inter nos cõuenire, ut neq; turpius, neq; pernicioſius ulla gentilitas ſit tumultuata. Princeps cum principe belligeratur: ciuitas cum ciuitate pugnat: nec ſcholæ cum ſchola, nec religioni, ut nunc uocant, cum religione cõuenit: rixarũ, factionum, litium apud nos plena ſunt omnia. Hæc uera demũ eſt blaſphemia, cuius autores ſunt, qui iuſtam miniſtrant occaſionem. Hæreſim appellant, ſi quis dixerit aut ſcripſerit aliquid, quod aliquo pacto cum magiſtralibus theologorum propoſitũculis, uel in re grammatica diſſentiat: & hæreſis nõ eſt, ubi quis ceu præcipuã felicitatis humanæ portionem effert, id quod ipſe Chriſtus ubiq; docet eſſe negligendũ: qui uitæ rationẽ inducit, ab Euãgelicis præceptis & apoſtolicis inſtitutis longe diuerſam: qui contra ſenſum Chriſti apoſtolos ad Euãgelij prædicationẽ profecturos, pro gladio ſpiritus: qui terrenis affectibus omnibus amputatis, ſolus facit ut gladio non ſit opus: ferro armat, quo ſe aduerſus perſecutionem defendant? Neq; dubiũ quin ſub gladij nomine baliſtas, bombardas, machinas, ac reliquũ belli apparatũ uelit comprehendi. Tum pera onerat, in qua geſtent pecuniã, uidelicet ne quid uſquã deſit: ac ſub peræ nomine quicquid ad huius uitæ prouiſionẽ pertinet, uult intelligi. Atq; hæc qui docet, inter magnos theologos citatur. Sacrilegiũ eſt inexpiabile, ſi quis quidlibet è fano ſuſtulerit: & leue crimen habetur, pauperculos & uiduas, uiuũ Dei templũ expilare, fraudare, opprimere? id quod paſſim à principibus fit & optimatibus, interdũ & ab epiſcopis & abbatibus. Prophanus eſt qui pugna aut ſeminis profluuio ſacrã ædem contaminarit: & nõ execramur eum qui puram & caſtam uirginem, templũ ſpiritus ſancti, blanditijs, muneribus, pollicitis, lenocinijs uiolat, corrumpit, prophanat? Atq; hæc qui facit, uulgò feſtiuus & elegans dicitur. Non patrocinor malefactis, ſicut ante teſtatus ſum, illud oſtendo, uulgus hominum multo pluris ea facere quæ cernuntur oculis, quàm quæ hoc uerius ſunt, quo minus conſpiciuntur. Saxei templi conſecrationem uides, animi dedicationẽ quia non uides, negligis. Pro tuẽdis illius ornamentis digladiaris, pro ſeruanda morũ integritate, nemo capeßit gladium illum Euangelicũ, quem Chriſtus iubet etiam tunicæ diuenditæ precio parari. Summa pietas uocatur, ſi quis pro defendẽda aut augenda ditione & pecunia ſacerdotũ, ſumat arma, ac bellicis tumultibus ſacra prophanáq; miſceat. Atq; interea dum ſacrificorum pecunia, nimirũ res uiliſſima uindicatur, quàm ingens totius pietatis diluuium admittitur admiſſo bello? Quid enim eſt omnino mali, quod non ſecum trahat bellum? Sed forſitan obſtrepet interim mihi tacita lectoris cogitatio: Quorſum hæc tam putida tendunt, inquiens? Num tu principem eiuſmodi uis eſſe, cuiuſmodi Plato facit in ſua repub. cuſtodes? Nũ ſacerdotes imperio, dignitate, gloria, diuitijs ſpoliatos, ad apoſtolorum peram & baculum reuocas? Bona uerba. Non ſpolio, ſed his potiorib. locupleto: non deijcio de poſſeßione, ſed ad meliora prouoco. Quæſo te, uter noſtrũ de regis excellentia magnificentius ſentit: tu, qui uis illi licere quicquid libet, qui tyrannum uis eſſe nõ principẽ, qui uoluptatibus exples, qui luxui prodis, qui cupiditatib. omnibus ſeruũ ac deditium facis, qui nihilo plus ſapere uis quàm quemuis è media plebe, qui his oneras rebus, quas apud ethnicos quoq; ſemper magnificum fuit contemnere: an ego qui principem, Deo cuius imaginem quandam gerit, quàm fieri poteſt, ſimillimum eſſe cupio, ſapientia quæ propria regũ laus, cæteris antecellere, ab omnibus ſordidis affectibus animiq; morbis, quibus craſſum & humile uulgus ἄγεται καὶ φέρεται, procul abeſſe? Nihil mirari plebeium, opibus eſſe ſuperiorẽ: deniq; id eſſe in repub. quod animus eſt in corpore, quod deus in uniuerſo? Vter noſtrum uerius perpendit epiſcopi dignitatẽ: tu qui illũ terrenis opibus oneras, ſordidis ac plebeijs implicas curis, bellorũ procellis inuoluis: an ego qui Chriſti uicarium, & cœleſtis ſponſæ cuſtodem, ab omni terræ contagio puriſſimũ eſſe cupio, et quoad licet, ei cuius loco munereq; fungitur quàm ſimillimum? Stoici negãt bonum uirũ eſſe poſſe, niſi qui uacet animi morbis. Morbos autẽ animi cupiditates, ſiue affectus uocãt. Multo igitur magis Chriſtianorũ eſt ab his eſſe liberos, ſed omniũ maxime principẽ. Ac rurſum plus quàm maxime, principẽ ac patrẽ eccleſiæ, hoc eſt, cœleſtis illius populi cœleſtem principẽ. Volo regnare ſacerdotẽ, ſed mundanã iſtam ditionẽ indignam iudico, ut hac uir cœleſtis onerctur. Volo quàm maxime triumphare pontificem, nõ his ſanguinarijs triumphis, quos ſceleratus Marius, quos impius egit Iulius: adeo uanis, ut Satyrarũ iocis inceſſantur: quos ſi Democritus ille ſpectaſſet, riſu crediderim emoriturũ: ſed uere magnificis & apoſtolicis, cuiuſmodi Paulus bellator, ac dux longe ſplendidior Alexandro Magno deſcribit, ac ueluti ſui canens encomiũ iactat, In laboribus, inquit, plurimis, in carceribus abundãtius, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter: à Iudæis quinquies quadragenas, una minus accepi, ter uirgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum, ter naufragiũ feci: nocte & die in profundo maris fui: in itineribus ſæpe, periculis fluminũ, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gẽtibus, periculis in ciuitate, periculis in ſolitudine, periculis in mari, periculis in falſis fratribus, in labore & ærũna, in uigilijs multis, in fame & in ſiti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate: præter illa quæ extrinſecus ſunt inſtantia, mea quotidiana ſolicitudo omnium eccleſiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non uror? Rurſum paulo ſuperius, In omnibus, inquit, exhibeamus noſmetipſos, ſicut Dei miniſtros: in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtijs, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in uigilijs, in ieiunijs, in caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in ſuauitate, in ſpiritu ſancto, in charitate nõ ficta, in uerbo ueritatis, in uirtute Dei: per arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonã famam, ut ſeductores & ueraces, ſicut ignoti & cogniti, quaſi morientes, & ecce uiuimus, ut caſtigati & non mortificati: quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes: ſicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia poßidentes. Vides quæ belli decora, quæ uictoria, qui triumphus apoſtolicus? Hæc eſt illa gloria, per quam ceu ſacram rem Paulus aliquoties deierat. Hæc ſunt egregia facinora, pro quibus ſibi coronam immortalem eſſe repoſitam confid

Ayuntamiento de Madrid

confidit. Non grauabuntur apoſtolorum ingredi ueſtigijs, q̃i locum & autoritatẽ ſibi uindicant apoſtolorum. Cupio quàm maxime diuites eſſe pontifices, ſed Euãgelico margarito, ſed cœleſtibus opibus, quas quo largius in omnes effuderint, hoc ipſi magis abundabunt: nec periculum erit, ne benignitas pereat benignitate. Volo quàm munitiſſimos eſſe, ſed armis apoſtolicis, nempe ſcuto fidei, lorica iuſtitiæ, gladio ſalutis, quod eſt uerbum dei. Volo bellaciſſimos eſſe, ſed aduerſus ueros illos eccleſiæ hoſtes, ſimoniã, ſuperbiam, libidinem, ambitionẽ, iracũdiam, impietatem. Hi Turcæ ſunt ſemper obſeruandi, ſemper oppugnandi Chriſtianis. Ad huiuſmodi bella dux ſit & hortator epiſcõpus. Volo cum primis ſuſpiciendos eſſe ſacerdotes, at non tyrannico ſtrepitu, ſed excellentia doctrinæ ſanctæ, ſed eximijs uirtutibus. Volo reuerendos eſſe, ſed ob integritatem ac ſcueritatẽ uitæ, nõ tantum ob titulos, aut ornatũ tragicum. Volo timeri, ſed ut patres, non ut tyrannos. Volo timeri, ſed à malis duntaxat, ùnò tales eſſe uolo, ut improbi reuereantur potius quàm formident oderintue. Denique uolo delicijs affluere, ſed rariſ ac longe quàm quas uulgus nouit, ſuauioribus. Vis audire uere ſummi pontificis diuitias? Audi à pontificum principe proximum: Aurum & argentũ non eſt mecum, quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Ieſu, ſurge & ambula. Vis audire apoſtolici nominis decus, quod omnes titulos, quod omnes ſuperet fornices ac ſtatuas? Audi Paulum illũ uere inclytum. Chriſti bonus odor ſumus Deo in omni loco. Vis plus quàm regiam audire potentiã? Omnia poſſum, inquit, in eo qui me confortat. Vis audire gloriã? Gaudiũ meum & corona mea uos eſtis in domino. Vis audire titulos epiſcopo dignos, & ornamenta ueri põtificis? Paulus idem tibi depingit, ſobriũ, ornatũ, prudentem, pudicum, hoſpitalem, doctorem: non uinolentum, non percuſſorem, ſed modeſtũ, non litigioſum, non lucri cupidũ, non neophytũ: qui bonũ habeat teſtimoniũ, & ab his qui foris ſunt, ut non in opprobrium incidat, & in laqueũ diaboli. Contẽplare quibus ornamentis honeſtet Aarõ pontificem Moyſes, quibus ornet opibus, quibus picturet coloribus, quàm uarijs gemmarum ſtellis illuſtret, quanto auri fulgore decoret. Quæ quid ſibi uelint, ſi ex Origenis Hieronymiq; cognoueris interpretatione, nimirũ intelliges, quæ ſupellex paranda ſit uere magnis epiſcopis. Quos potius exprimant uita pontifices, quàm quos exprimunt plumbo, quos titulis referunt, quorũ uices occupant? An magis conuenit Iulios, Alexãdros, Cræſos & Xerxes, nihil aliud quã magnos latrones imitari Chriſti uicariũ, quàm ipſum Chriſtum unicũ eccleſiæ ducẽ et imperatorẽ? Quos iuſtius æmulentur apoſtolorũ ſucceſſores, quàm apoſtolorũ principem? Chriſtus palàm negauit regnũ ſuũ huius eſſe mundi, & tu cõuenire putas, ut Chriſti ſucceſſor mundanã ditionem non ſolum admittat, uerũ etiam ambiat, proq; hac omnem, quod aiũt, moueat lapidem? In hoc mundo, ueluti duo ſunt mundi, modis omnibus inter ſe pugnantes: alter craſſus & corporeus, alter cœleſtis, iam nũc pro uirili meditans id eſſe quod aliquando futurus eſt. In illo primus eſt, qui à ueris bonis quã maxime ſemotus eſt, ac falſis oneratus. Veluti rex ethnicus, libidine, luxu, uiolẽtia, ſuperbia, faſtu, diuitijs, rapacitate ſuperat uniuerſos, & ita primus uidetur, ſi maxima huius ſentinæ portio in hunc influxerit, ſapientiæ, temperãtiæ, ſobrietatis, iuſtitiæ, cæterorumq; quæ uere ſunt bona, quàm minimũ. Contrà, in hoc qui ſummus eſt, is ut plebeijs illis & craſſis bonis minimũ eſt inquinatus, ita ueris illis ac cœleſtibus opibus eſt cumulatiſſimus. Proinde cur Chriſtianũ principẽ id eſſe uis, quod ethnici quoq; philoſophi ſemper dãnarunt & contẽpſerunt? Cur illius maieſtatem in his collocas rebus, quas contempſiſſe pulcherrimũ eſt? Cur angelum Dei (ſic enim in arcanis literis appellatur epiſcopus) his rebus oneras quæ uel homine bono ſint indignæ? Cur eũ his metiris opibus, quibus latrones ſunt diuites, quibus tyranni ſunt formidabiles? Cœleſte quiddã eſt ſacerdos, & homine maius. Nihil huius ſublimitate dignũ, niſi cœleſte. Quid huius dignitatem uulgaribus rebus dehoneſtas? Quid huius puritatem mundanis ſordibus contaminas? Cur nõ ſinis eũ ſua ditione potentẽ eſſe? Cur non pateris ſua nobilẽ eſſe gloria? ſua maieſtate reuerendũ? ſuis diuitem opibus? Hunc è cœleſti corpore, quod eſt eccleſia, cœleſtis ille ſpiritus ad res ſummas delegit. Cur eum ad ſtraparũ furioſos tumultus pertrahis? Paulus ſegregatũ ſeſe gloriatur: cur tu meum præſulem in mediam infimæ plebis ſentinã immergis? cur ad fœneratorũ ſollicitudines deijcis? cur hominẽ diuinũ ad negotia detrahis, uix homine digna? cur hiſce rebus felicitatem Chriſtianorũ ſacerdotum metiris, quas ut ſtultiſſimas riſit Democritus, ut miſerrimas fleuit Heraclitus, ut friuolas ſpreuit Diogenes, ut onerоſas abiecit Crates, ut peſtiferas ſemper fugere ſancti? Cur Petri ſucceſſorẽ his opibus æſtimas, quas ipſe Petrus ſe non habere gloriatur? Cur apoſtolicos principes eis ornamentis magnos uideris, quibus calcandis magni fuerunt apoſtoli? Cur illud Petri patrimonium uocas, quod ipſe Petrus ſe nõ habere gloriatus eſt? Cur Chriſti uicarios opibus irretiendos putas, quas ipſe Chriſtus appellauit ſpinas? Cur eum, cuius ut proprium, ita præcipuum officium eſt, diuini uerbi ſemen iacere, diuitijs obruis, quibus uel maxime iactũ præfocatur? Cur æquitatis doctorẽ ac iudicem iniquo uis ſeruire mammonæ? Quid cœleſtium ſacramentorum diſpenſatorem, ullißimarum rerũ facis procuratorem? Expectat ab hoc Chriſtianus orbis, ſacræ doctrinæ pabulum: expectat ſalutare conſilium, expectat paternam cõſolationem, expectat uiuendi formam. Quid tu rebus tam præclaris deſtinatũ ac dicatum, in uulgarium curarũ ergaſtulum detrudis, pariter & ſua dignitate ſpolians epiſcopum, & populũ orbans epiſcopo? Habet ſuum Chriſtus regnũ excellentius quàm ut gentili regno, uel ut uerius dicam, tyrãnide, pollui debeat: ſuum habet ſplẽdorem, ſuas habet opes, ſuas uoluptates. Quid tam inter ſe pugnantia miſcemus? Quid terrena cœleſtibus, quid infima ſummis, quid ethnica Chriſtianis, quid profana ſacris confundimus? Tam multa, tam magna ſunt dona ditiſſimi ſimul & benigniſſimi ſpiritus: dona linguarum, dona prophetiæ, dona ſanitatum, dona ſcientiæ, dona ſapientiæ, dona doctrinæ, diſcretio ſpirituum, exhortatio, conſolatio. Cum his ſacris donarijs quid tu prophana mundi dona coniungis? ne dicam, extinguis. Quid cum mammona Chriſtum, cum Chriſti ſpiritu Belial conaris iungere? Quid mitræ cũ galea, quid ſacræ pallæ cum mauortia lorica, quid benedictionibus cum bombardis, quid clementiſſimo paſtori cum armatis latrombus, quid ſacerdotio cum bello? Quid machinis oppida ſubruit, qui claues habet regni cœlorum? Qui conuenit, autorem eſſe belli cum qui pacis omne ſalutat populum? Quónam ore docebit plebem Chriſtianam, opes eſſe contemnendas, qui puppim & proram rerum ſuarũ conſtituit in pecunia? Qua fronte docebit quod & docuit & exhibuit Chriſtus, quod totics inculcant apoſtoli, non eſſe reſiſtendum malo, ſed malorũ improbitatẽ bonitate ſuperandã, iniuriam beneficio penſandã, inimicũ benefactis obruẽdum: qui propter oppidi ditionem, aut ſalinarũ uectigal, orbem bellorũ tempeſtatibus cõmouet? Quo pacto dux erit ad regnum cœlorũ, ſic enim Chriſtus ſuam uocat eccleſiã, qui totus ſit in regno mundi? Sed impendo pius es, ornare uis eccleſiam harũ etiam opũ acceſſione. Probarem, niſi cũ paululo commodi tantũ ſecum ea res traheret malorũ. Cum imperium dediſti, ſimul dediſti congerendæ pecuniæ curã, dediſti tyrannicũ ſatellitium, ferratas copias, exploratores, equos, mulos, tubas, bellum, ſtrages, triumphos, tumultus, fœdera, pugnas,

Ayuntamiento de Madrid

pugnas, breuiter omnia ſine quibus imperium adminiſtrari non poteſt. Vt animus adſit, quando futurum eſt ocium apoſtolico fungendi munere, quem tot curarum millia diuerſum trahunt? dum ſcribitur delectus militũ, dum panguntur & reſcinduntur fœdera, dum coërcentur qui detrectant imperium, dum in fide retinentur quì ad res nouas ſpectant, dum expugnantur hoſtes, dum muniuntur arces, dum audiuntur rationes, dum tractantur prophanæ legationes, dũ conuiuijs excipiuntur ſatrapæ, dũ ad honores prouehuntur amici, dũ depelluntur qui locũ dare iubentur felicioribus, dũ alia fiũt, quæ nec meminiſſe libet, & tamẽ fieri neceſſe eſt? An is tibi uidetur intelligere pontificis & cardinalium excellentiam, qui eos ab oratione, qua cũ Deo confabulantur, à ſacra contemplatione, qua uerſantur inter angelos: à uernantiſſimis diuinæ ſcripturæ pratis, in quibus feliciſſime ſpatiantur: ab apoſtolico euangelizandi munere, quo Chriſtum maxime referunt, ad has rerum ſordes detrahendos eſſe cenſet? An eis bene uelle uidetur, qui à tanta felicitate uitæq; tranquillitate qua fruebãtur, ad has ærumnas, ad hos rerum tumultus pertrahi cupit? Etenim cum per ſe regnũ infinitis laboribus obnoxiũ eſt, tum uero longe minus feliciter cedit ſacerdotibus quàm laicis. Idq; duabus ferè de cauſis, partim quòd uulgus hominũ libentius paret in hoc genere prophanis quàm eccleſiaſticis: partim quòd illi ceu liberis ſuis reliqturi ditionem, ſtudent eam quàm florentiſſimam reddere. Hi contrà, quemadmodũ ſerius ac plerunq; iam ſenes ad imperiũ aſciſcuntur, ita quoniã ſibi gerũt, nõ hæredi, magis expilãt quã ornant, perinde quaſi præda ſit obiecta, non prouincia. Ad hæc ubi profanus rerum potitur, ibi ſemel fortaſſe de regno digladiandum, ſemel euehendi locupletandiq; quibus fauet princeps. Vbi ſecus, ibi ſubinde noua digladiatio, deijciendi de poſſeſſione, quos prior euexerat: rurſus alij atq; alij noui homines, populi malo locupletandi. Iam eſt & illud nõnihil, quòd populus multo facilius fert imperiũ cius cui iam aſſueuit, etiam ſi durius imperet: qui ſi deceſſerit, tamen in hærede filio ſuperſtes eſſe uidetur, ac plebes imaginatur principẽ non in aliũ eſſe mutatũ, ſed eundem ſibi renouatũ. Et ſolent liberi parentes utcunque referre moribus, præſertim ab his inſtituti. E` diuerſo quum deo dicatis uiris commiſſum eſt imperium, ſubita plerunq; rerũ omnium commutatio. Adde his, quòd prophanus ille accedit ad rem gerẽdam, meditatus & ab incunabulis inſtitutus. Illic ſæpenumero præter omnẽ ſpem obuenit rerum ſumma, ut quem remis genuerat natura, fortunæ ludus euehat ad regnum. Poſtremo uix fieri poteſt, ut quemadmodum Hercules duobus monſtris, ita unus duabus difficillimis rebus adminiſtrandis par ſit. Omnium difficillimum eſt bonum præſtare principem. At longe pulchrius, ſed idem longe difficilius, bonum agere ſacerdotem. Quid tandẽ utrunq;? An nõ eſt neceſſe fieri, ut dum utrunq; munus in ſe recipiunt, neutri ſatisfaciant? His nimirum rebus fit, niſi fallor, ut cum laicorũ regum urbes, opibus, ædificijs, ac uiris, magis ac magis florere uideamus, ſacerdotum oppida ferè frigeant ac collabantur. Quorſum igitur opus fuit harum acceſſione rerum, quas tot incommoditates comitantur? An uereris, ne parum potens futurus ſit Chriſtus propriis opibus, niſi laicus tyrannus aliquid impertiat ſuæ poteſtatis? Parum ornatum putas, niſi prophanus bellator, aurum, Phrygionem, cãdidos mannos, & ſatellitium illi indulſerit, hoc eſt aliquid de ſuo faſtu aſperſerit? Parũ ſplendidus uidetur, niſi his liceat inſignibus uti, quæ propter inuidiam ambitioſiſſimus recuſauit Iulius? Humilẽ iudicas, niſi ſit mundano onuſtus imperio: quod ſi ſibi gerit, tyrãnus ſit: ſi reip. negotioſiſſimus? Habeant prophana prophani, in epiſcopo quod infimũ eſt, totius imperij ſuperat faſtigiũ. Quo plus addideris de mundi bonis, hoc minus de ſuis impertiet Chriſtus. Quo ab illis erit purgatior, hoc effuſius hiſce locupletabitur. Vides, opinor, ut tota res in diuerſum exeat, ſi Silenũ inuerteris. Qui principi Chriſtiano maxime fauere uidebãtur, hos proditores & hoſtes principis maximos deprehendis: quos pontificum dignitatem tueri dixiſſes, ab his conſpurcari cõperis. Neq; uero hæc dixerim, quòd ſacerdotibus eripiendũ putem, ſi quid quocunq; modo contigit uel ditionis uel opum: tumultus enim nulli pio debet placere: uerum illos ſuæ magnitudinis cõſcios ac memores eſſe uolo, ut iſta plebeia, ne dicam ethnica, uel reijciant ultro, & infimis cedant, uel certe contemptim poſsideant, & iuxta Paulũ, ſic habeant, quaſi nõ habeant. Denique ſic eos Chriſti opibus ornatos eſſe uolo, ut quicquid acceſſerit ex huius mundi ſplendore, aut meliorũ obſcuretur luce, aut ſordidũ etiam ex collatione uideatur. Ita fiet ut & quod poſſident, hoc felicius poſsideant quo ſecurius: nec enim angẽtur metu, ne quis eripiat: nec pro rebus caducis & humilibus tanto tumultu dimicabunt, ſi quid alicunde deceſſerit. Poſtremo, nõ orbabuntur ſuis bonis, dum alienis gaudent diteſcere. Nec euangelicum amittent margaritũ, dum uitreas mundi gemmas conſectantur: ut illud interim omittam, hæc ipſa quæ contemni uolumus, ita copioſius acceſſura ſi fuerint contempta, & honeſtius ſequentur fugientes, quàm ab inſequentibus arripiuntur. Siquidem unde tandem natæ ſunt opes eccleſiæ, niſi ab opum contemptu? unde gloria, niſi à gloriæ neglectu? Libentius iſta donabunt laici, ſi uiderint reijci ab his quos plus ſapere credunt. Fortaſſe nonnunquam tolerandi ſunt & mali principes, deferendum aliquid eorum memoriæ, quorũ occupare uidentur locum, dandum nonnihil titulo. Non erit tentandũ remedium, quod haud ſcio an infeliciter tentatum, uertat in grauiorem perniciem. Verum quàm male interim cum rebus humanis agitur, ſi quorum omnis uita debebat eſſet miraculo, tales ſunt, ut applaudant peſſimi, boni ſuſpirent & ingemiſcant: & quorum omnis dignitas, uel ab improborum fauore, uel à mediocrium modeſtia, uel à ſimplicium imperitia, uel à bonorum tolerantia pendet: imò quos incolumes reddit populi diſcordia, quos non alia res magnos facit, quàm diſſidia ciuium, quorũ felicitas publica infelicitate alitur. Quòd ſi ſacerdotes rem rectè æſtimarent uia, tantum incommodum ſecum trahit acceſſio ditionis prophanæ! ut recuſanda ſit, etiam ſi ultro deferatur. Fiunt mancipia principum & aulæ, impetuntur ſeditionibus, inuoluuntur bellis, in quibus interdum exhalant animam: breuiter fit, ut monarchæ habeant honeſtum famulitium, ſed ubi interim patres populi Chriſtiani? ubi paſtores? Quale uero iam eſt, abbates et epiſcopos eiuſmodi titulos magnis ſummis à monarchis emere? Abbas honeſtus non uidetur, niſi idem ſit comes. Ornaſſe ſacerdotiũ uidetur, qui ducis titulum admercatus eſt. O` pulchre cõiuncta uocabula: abbas et ſatrapa, epiſcopus & bellator. Atqui multo abſurdius, quòd hic quidẽ fortes uiros agunt, in eo quod erat proprium ipſorum munus, umbræ ſunt. Habent manus & gladios quibus occidant corpora, ſit hæc ſanè iuſtitia: at ijdem nõ habent linguã qua ſanent animos. Abbas nouit inſtruere aciẽ, at idem neſcit eſſe dux ad religionem. Epiſcopus ad conſligendum armis ac bombardis affatim inſtructus eſt, ſed idem ad docendum, ad exhortandum, ad conſolandum mutus eſt. Armatus eſt iaculis ac baliſtis, diuinis ſcripturis prorſus inermis eſt. Et tamẽ interim quicquid emolumenti, quicquid honoris debetur pijs abbatibus, quicquid bonis epiſcopis, ad aſſem exigunt à ſuis: imò interdum non quantum debetur, ſed quantum libet. Coronabit dominus populi tolerantiam, qui tales amore quietis perpetitur: at uereor ne hoc duriorem experturi ſint iudicem deum. Hi rerum tumultus quid aliud nobis clamant, quàm omnibus iratum deum? Quid autem ſupereſt, niſi ut omnes,

Ayuntamiento de Madrid

omnes, maximi pariter ac minimi, ſacri ſimul ac prophani, ſubmiſſis animis ad domini miſericordiam confugimus? Quanto id conſultius, quàm ſi dum ſuam quiſq; culpam non agnoſcit, in alium reijciens, & manūs iram magis etiam exaſperemus, & mutuis nos morſibus non ſanemus, ſed grauius uulneremus. Populus obmurmurat principibus, principes nec prophanis parcunt nec ſacris, uulgus oppedit ſacerdotibus. At qui non raro fit, ut deus offenſus ſceleribus populi, tales immittat rectores, quales illi merentur accipere. Hactenus querimonijs, ſeuitia, rixis tumultibus, nihil profectum eſt. Quod unum ſupereſt, ſit omnium communis confeſſio, ut ſit omnibus parata dei miſericordia. Sed quò me ſermonis curſus abripuit, ut paroemiographum profeſſus, Eccleſiaſtes eſſe cœperim? Nimirum in hanc tam ſobriam diſputationem ebrius Alcibiades ſuis Silenis nos induxit. Verum huius erroris non admodum me pœnituerit, ſi quod ad prouerbiorum enarrationem non pertinet, ad uitæ pertineat emendationem: & quod ad eruditionem non confert, conducat ad pietatem: quodq; ad operis inſtituti rationem παρέργου καὶ ἀνοσιώτερον uidetur, ad uiuendi rationem ſacrificii accommodatum.

Sarone magis nauticus. II

Σάρων ναυτικώτερος. id eſt, Sarone magis nauticus. Aiunt hunc fuiſſe deum quempiam nauticum. Vnde & Saronicum mare cognomen inditum. Congruet in horridò cultu hominem, & moribus feris, quod genus nautas pleroſq; uidemus eſſe. Aut in negotiatorem per omnia maria uolitantem. Meminit & Saronis, & ab hoc cognominati maris, Ariſtides in Themiſtocle, ἀλλ' ἵνα τὰ πάντα χρόνον τὸν θαλάτταν οἰκῶσιν, ὥσπερ τὸν γλαυκὸν φασὶ τὸν ἀνθηδόνιον, ἢ τὸν σάρωνα τὸν ἐπώνυμον τοῦ πελάγους. id eſt, Nec uti per omne tempus in mari habitent, quemadmodum aiunt ſacere Glaucum Anthedonium, & Saronem mari cognominem. Pauſanias in Corinthiacis Saronis facit mentionem, qui Althepiæ regioni maritimæ imperarit. Huic diuerſum quod ait in Ranis Ariſtophanes,

—πῶς δυνήσομαι
ἄπειρος, ἀθάλαττος ὢν, ἀσαλαμίνιος
ὧραί' ἐλαύνειν; id eſt, Quónam modo
Potero imperitus, & à mari alienißimus,
Salaminis expers, etq; nauim agere rudis?

Aſsidua ſtilla ſaxum excauat. III

ῥανὶς ἐνδελεχὴς κοιλαίνει πέτραν. id eſt, Stillicidium perpetuum ſaxum excauat. Admonet, nihil eſſe tam durum, quod non emolliat: nihil tam arduum, quod non efficiat aſsiduitas. Quandoquidem ſtilla aquæ, nimirum res tam tenuis ac leuis, ſaxum etiam duriſſimum exhauriat, quod uix ferro poßis euincere. Plinius tradit, inueniri ſilices, formicarum pedibus attritas, idq; grauiſſimum exemplum eſſe putat, quantum uim habeat aßiduitas. Menander apud Stobæum,

—πάντα γὰρ
Τῶν ἐνδελεχίαις κατανικᾶται πράγματα. id eſt,
Nam uinci ſolent
Aßiduitate quælibet negotia. Ouidius,
Quid magis eſt durum ſaxo, quid mollius unda?
Dura tamen molli ſaxa cauantur aqua.

Galenus περὶ κράσεων libr. 3. eandem ſententiam refert, carmine heroico, ὅτα δλίπτ κεκμῖῖα καλῶς ἀρῆϊδ δοκεῖ,
πέτραν κοιλαίνῃ ῥανὶς ὕδατος ἐνδελεχέϊ. id eſt;
Ita nimirum & illud recte dictum uidetur,
Stillula mollis aquæ lapidem aßiduo cauat ictu.
Huc adſerunt Homeridæ, quòd quum poculum plenum cæteri uix tollerent à menſa, ſolus Neſtor facile nullóq; negotio ſuſtulerit, quum eſſet admodum ſenex, & uiribus multis inferior, uerum hoc illi dabat uſus & exercitatio. Nam Homerus facit Neſtorem φιλοπότην. Homeri carmen ſic habet,

ἄλλῳ μὲν μογέων ἀποκινήσασκε βαπτὴς
πλεῖον ἐὼν, γέρων δ' ὁ γέρων ἀμογητὶ ἄειρεν. id eſt,
Vix alij poclum poterant ſuſtollere menſa.
Plenum, at grandæuus Neſtor facile abſtulit illud.

Quæ ſententia non ſolum accommodari poteſt ad aßiduitatem, ſed huc quoque, quòd eadem facile facimus, quæ libenter facimus.

Salaminia nauis. IIII

Σαλαμινία ναῦς. id eſt, Salaminia nauis: de præuelocibus dictitatum eſt. Celebratur enim uel in primis nauale bellum aduerſus Xerxem geſtum apud Salaminem, ſiue quòd ex triremibus, altera Salaminia uocari conſueuit, altera παραλία. Ariſtophanes in Auibus, ἴσως ταχεῖα, παράλου ἢ σαλαμινία. Vnde & Bacchus eo quem modo cinximus loco, ἀσαλαμίνιον appellat ſeſe, quòd bellicarum rerum ac remi ducendi eſſet ignarus. Alluſit autem poëta, ſicut opinor, ad prouerbium quod alibi retulimus, δεῖ κώπην ἕλκειν τὸν ἰδιώτην. id eſt, Oportet ducere remum cum qui norit. Plutarchus in uita Periclis nauim robuſtam & in qua uelut in triarijs ultimum ſit præſidium, Salaminiam appellat, ἀεὶ παρεῖναι ἐπὶ τὸ πλοῖον, ἀλλ' ἑαυτὸν ὥσπερ σαλαμινίαν τριήρη, φησὶ κριτόλαος, πρὸς τὰς μεγάλας χρείας ὑπηρετοῦντα. id eſt, Nec ſemper obambulans in turba, ſed ueluti Salaminiam triremem, ut inquit Critolaus, ſeſe ad maiorum rerum uſum præbens. Scholia quæ feruntur in Ariſtophanem, tradunt Athenis duas fuiſſe naues uſui publico deſtinatas, è quibus Salaminia ſubueheret ad iudicium euocans, paralus aueheret. Nam Theoris eos uehebat, qui uoti aut religionis ergò Delphos aut alò quopiam proficiſcerentur.

Pyrrhandri commentum. V

πυῤῥάνδρου μηχάνημα. id eſt, Pyrrhandri commentum, de callido inuento. Hic Pyrrhander ſycophanta quiſpiam fuit, inſignite uerſutus, notæq; malitiæ. Ariſtophanes in Equitibus.

Καὶ νὴ Δί' ἦν καὶ τοῦτο πυῤῥάνδρου τὸ μηχάνημα. id eſt,
Ac per Iouem fuit quidem Pyrrhandrica iſta techna.

ἄζηλος πλοῦτος. VI

ἄζηλος πλοῦτος uocabatur, cum quis ſuas dotes ignoraret. Veluti ſi qua formoſa cum ſit, putida eſſet tamen, ſibiq; diſpliceret. Aut ſi quis facundus, infacundus ſibi uideretur. Porrò felicitatis non minima pars eſt, ut quiſque ſua norit bona. Proinde Maro,

O fortunatos nimium, bona ſi ſua norint, Agricolas.

Opinor eſſe finitimum illi, ὁ τυφλὸς πλοῦτος. id eſt, Cæca diuitiæ. Nam ζηλοῦν aliquoties idem eſt quod admirari ac felicem ducere. Vnde ἀξίζηλον uocant conſpicuum & illuſtre: cui diuerſum eſt ἄζηλον, quod nemo miratur. Quis autem miratur quod eſt abditum ac retruſum? Plutarchus in uita Lycurgi facit Theophraſtum huius dicti autorem: laudat enim Lycurgum, qui ſuis inſtitutis effeciſſet, ut apud Spartanos diuitiæ nec eſſent obnoxiæ furibus ac prædonibus, quod ille uocat ἄτυλον, nec admirabiles, quod appellant ἄζηλον, nec omnino pro diuitijs haberentur, quod ille uocat ἄπλαστον πλοῦτον, quaſi dicas inopes opes. Verum ipſa Plutarchi uerba ſubſcribam, uel in hoc quo perſpicuum fiat, quanta gratiæ parte fraudetur, qui malit autores in aliam linguam uerſos legere, quàm ſua lingua loquentes audire. μέγα μὲν ἦν καὶ τοῦτο ἦν, μεῖζον δὲ τὸ τὸν πλοῦτον ἄτυλον, μᾶλλον δὲ ἄζηλον ὡς φησι θεόφραστος, καὶ ἄπλαστον ἀπεργάσασθαι, τῇ κενότητι τῶν δόξαντων. Addidit inibi Plutarchus his ex rebus extitiſſe dictum illud celebre,

Ayuntamiento de Madrid

lebre, Plutum ex omnibus ciuitatibus quæ ſub ſole ſunt, in una Sparta ſeruari τυφλὸν, id eſt, cæcum ac repoſitum, non aliter quàm tabulam animam carentem & immobilem. Ex hiſce uerbis ſimul & illud colligitur, idem pollere τυφλὸς ὁ πλοῦτος καὶ ἄζηλος ὁ πλοῦτος. Cæcum enim dicitur, non ſolum quod non uidet, uerum etiam quicquid luce caret. Quanquam autem feſtiuiter prouerbium detortum eſt ad Spartanorum frugalitatem, tamen quadrat potius in eos qui ſuas opes ſibi poſident, easq; recondunt aut defodiunt etiam. Ariſtophanes in Concionatricibus ἀφανῆ πλοῦτον appellat nummos in arca reconditos. Nam domus & agri, celari non poſſunt. Nullus uſus eſt picturæ repoſitæ, nihilo maior diuitiarum abſtruſarum. Nam in uſum paratæ ſunt opes. Sic Flaccus in Odis,

Nullus argento color eſt, auaris Abdito terris.

Et Pindarus in Nemeis hymno 1. ὄυκ ἔραμαι πολιὸν ἐν μεγάρῳ πλοῦτον κατακρύψας ἔχειν, ἀλλ' ἑόντων τε παθεῖν, καὶ ἀκοῦσαι φίλοις ἐζαρκέων. i. Non deſidero multas in ædibus opes habere abſtruſas, ſed his quæ adſunt bene frui, ac bene audire, amicis ſuppeditans.

Dicas tria ex curia. VII

Εἴποις τὰ τρία παρὰ βουλῆς. i. Dicas tria de curia: Antiquitus qui iudicum ſententijs fuiſſent ad capitale ſupplicium condemnati, prius quàm ad mortem ducerentur, ea facultas concedebatur, ut uino ciboq; expleti, tria quædam quæcunq; lubitum eſſet, dicerent. Quæ ſimul atq; dixiſſent, promulgata damnatione producebãtur ad ſupplicium. βουλὴ enim olim uocabant eum locum, quò damnati ducebantur, quem neoterici ἀρχεῖον appellant. Apud Suidam legitur παρὰ τῇ αὐλῇ, dandi caſu. i. Iuxta curiam, ſiue iuxta ſeptum. Vſum adagij apud neminem adhuc reperi. Conijcio dici ſolitum, ubi quis petulantius loqueretur, ſed magno ſuo malo, aut exitium imprecaretur alicui. Adagium refertur à Zenodoto.

Pyrauſtæ gaudes gaudium. VIII

Χαρὰν πυραύστα χαίρεις. i. Gaudium pyrauſtæ gaudes. De momentaria fluxaq; uoluptate. Oſtendimus alicubi pyrauſtam ad lucernas aduolantem, ambuſtis alis perire: unde & prouerbium, πυραύστα μόρος, id eſt, Pyrauſtæ fatum. Cuius alibi meminimus.

Πτερυγίζειν. IX

Πτερυγίζειν dicitur, qui conatur & geſtit quippiam efficere. Sumptũ à pullis auium, cum adhuc inuolucres ſunt alas mouentibus. Lucianus uſurpat pro indecore & ſcurriliter geſticulari, libello De mercede ſeruientib. Ariſtoph. in Pluto,

Καὶ σύ γε λέξαι μ' ὅπως δώσασι περὶ τούτου,
Ἀλλὰ φλυαρεῖς, καὶ πτερυγίζεις. id eſt,
Tu mihi nondum fari potis es ſuper hac re,
Sed nugaris geſticulando.

Et Diphilus apud Athenæum libr. 6. inducit paraſitum hunc in modum loquentem,

Γέγηθα καὶ χαίρω τι καὶ πτερύσσομαι. id eſt,
Lætorq; gaudeoq; & alas uerbero.

Ante barbam doces ſenes. X

Πρὸ γενάδος διδάσκεις τοὺς γέροντας. i. Ante barbam doces ſenes. Cum imberbis maiorem natu docet. Eſt autem figura prouerbialis, quod ait Perſius, Ante pilos.

–Et rerum prudentia uelox
Ante pilos uenit, dicenda, tacendaq; calles.

Hanc prudentiam, quam præcoquam, ſeu præcocem appellant, uulgò non admodum fauſti omnis habitam, oſtendit Apulcius in ſecunda Apologia ſcribẽs hunc ſenarium nobilem & celebrẽ fuiſſe, poëtæ neſcio cuius, neq; enim nominat,

Odi pueriles præcoci ſapientia.

Nec Fabio placet præcox ingeniorum genus, quod negat ad frugem ſolere peruenire. Pindarus in Pythijs hymno 5. ſic laudat quempiam, κρέσσονα μὲν ἄλικας νόον φέρβεται, γλῶσσά τε, θάρσος ὑπὲρ ἥβαν ἔχων ὀρνίχων ἀετός. id eſt, Præſtantiorem quàm pro ætate mentem alit linguamq;, audacia uerò pernix inter aues aquila.

Bellum Cononi curæ fuerit. XI

Πόλεμος κώνωνι μελήσει. id eſt, Curabit prælia Conon. Hemiſtichium eſt Heroici carminis, nec ſatis liquet unde ſumptum. Porrò Conon dux Athenienſium fuit multum in belli negotijs exercitatus. Primum in nauali prælio ſuperatus à Lyſandro Lacedæmoniorum duce, redintegratis copijs, eundem terreſtri prælio uicit, & Athenarum libertatem reſtituit. Proinde conueniet ad hunc modum reſpondere, curanti negotium, quod ad ſe nihil attineat. Item Hector Andromachæ ſuæ Iliad. χ.

Πόλεμος δ' ἀνδράσι μελήσει. id eſt,
Viris curæ ſunt bella futura.

Et Turnus apud Vergilium,

Arma uiri bellumq; gerant, quis bella gerenda.

Antehac putabam te habere cornua. XII

Πρὸ τούτου σε ὤμην κέρατα ἔχειν. i. Antehac credebam tibi eſſe cornua. De his qui prius habiti fortes ac ſtrenui, poſtea quum res uirum poſtulat, apparent ignaui: unde & Comicus cornutam beſtiam uocat hominem paratum ſe defendere. Cornutam beſtiam petis. Et Horatius,

Parata tollo cornua.

Apud eundem ſcurra iocatur in ſcurram accepto conuitio minitantem capite moto, quũ in fronte fœdam haberet cicatricem. Quid faceres, inquit, ſi cornu tibi non eſſet exectum, quum ſic mutilus miniteris? Deinde dialectici cornutum appellant ſyllogiſmum, dilemma uelut inexpugnabile.

Prius quàm mactaris, excorias. XIII

Πρὶν ἐσφάχθαι λέγεις. i. Prius quàm mactaris, excorias. Dicendum, ubi quid præpoſtere fieri uidetur. Videri poteſt ex Homero ſumptũ, apud quem ſæpe excoriatur taurus, prius quàm occiditur: figura quam grammatici ὑστερον πρότερον appellant. Finitimum illi quod alibi retulimus, actum agere. Nam id etiam adagium M. Tullius putat ad conſilij præpoſteri ſignificationem pertinere. Sic enim ſcribit in dialogo De amicitia, Præpoſteris enim utimur conſilijs, & acta agimus, quod uetamur ueteri prouerbio.

Prius quàm aſſa ſit farina. XIIII

Πρὶν ὀπτῆσαι ἄλευρα. i. Prius quàm coxeris farinã, ſubaudiendum inſpergis, aut ſimile quippiã. Euſtathius in Odyſſeæ Π, refert utrunq;, tum hoc, tum illud proximum. Solitum autem eſt, aßis carnibus apud quoſdam inſpergere farinam.

Plures adorant ſolem orientem, quàm occidentem. XV

Πλείους προσκυνοῦσι τὸν ἥλιον ἀνατέλλοντα ἢ δυόντα. i. Plures adorant ſolem orientem quàm occidentem. Iuueni magis adhæretur quàm ſeni. Plutarchus ſcribit, Pompeium hoc adagio minatum Cinnæ. Senſit autem Pompeius, ſe ſolem eſſe orientem, nimirum iuuenem indies magis fama creſcentem, illum occidentem, utpote affecta iam ætate, & cuius dignitas gloriaq; iam conſeneſceret. Cæterum quod Pompeius erat Cinnæ, hoc Caius Cæſar poſt fuit Põpeio. Simile quiddam Athenæus lib. 3. ex poëta quopiam, ὄυκ ἀείδω τὰ παλαιὰ, καινὰ γὰρ ἅμα κρέσσω, νέος ὁ Ζεὺς βασιλεύων. i. Non cano uetera: noua ſi quæ ſunt eadẽ & meliora ſunt, Iupiter qui iuuenis eſt regnat. Mos erat antiquis adorare ſolẽ, quem deum exiſtimant, & à Perſis præcipue colebatur, nomine Mithræ. Itẽ apud Aegyptios Oſiridis, apud Græcos Apollinis, apud alios alijs atq; alijs nominibus. Hũc orientẽ ſalutabãt religionis cauſa. Quẽ morẽ tradit Socrati fuiſſe Plato.

Ferunt

Ayuntamiento de Madrid

Ferunt & ab elephantis adorari ſolem in exortu. Salutabatur & occidens, ſed à paucioribus. Habet & cuiuſq; hominis ætas ſuam ueſperã, quæ ſimul atq; aduenit, iuuẽtæ gratia uertitur in tædium. Ita ſenex quidam apud Alexidem,

ἤδη γὰρ ὁ βίος ἑσπέραν ἄγει. id eſt,
Mea quippe ſenium uita ducit ueſperam.

Sub occaſum autẽ ſolis incumbunt umbræ: unde Euripides,

Τί δ' ἄλλο; φωνὴ καὶ σκιὰ γέρων ἀνήρ; id eſt,
Quid aliud ata; uox & umbra uir ſenex?

Auro loquente, nihil pollet quæuis oratio. XVI

Χρυσὸς λαλοῦντος πᾶς ἀπεκτάτω λόγος,
Πείθει γὰρ εἶλε καὶ τέφυκε μὴ λέγων. id eſt,
Auro loquente, ratio quæuis irrita eſt,
Suadere ſiquidem nouit, & loquens nihil.

Prouerbium indicat, munera ubiq; longe plurimum ualere. Vulgaris iocus ait, tinnulas rationes præcipuam habere uim ad perſuadendum: pecuniam indicans.

Pellenæa tunica. XVII

Πελλαιῶς χιτών. id eſt, Pellenæa ueſtis. De priſco cultu. Pellene peructuſta Achaiæ ciuitas, Protei patria, in qua diuerſæ ueſtimentorum formæ fieri conſueuerunt, atteſtante Suida. Iulius lib. De rerum uocabulis 7. prodidit Lænas pellenicas olim nobiles fuiſſe, adeo ut in Iunonijs ludis ac certaminibus victori lacerna pellenica præmij uice daretur. Aſtipulatur Strabo libro Geographiæ 8. Diuerſum igitur uidetur illi, quod alibi diximus, Munus Leuidenſe: lepidius erit, ſi per ironiam adhibeatur. Veluti ſi cui pro laborioſis ac diutinis officijs uile munuſculum miſſum ſit, dicamus, πελλαιῶν χιτῶνα contigiſſe. Romæ quoque ueſtes xeniorum loco miſsitari ſolitas indicat Iuuenalis.

Aquilam cornix prouocat. XVIII

Αἰετὸν κορώνη ἐρεσκελᾶ. id eſt, Aquilam cornix prouocat. Tradunt peculiare cornicibus eſſe irritare aquilam. Verum illa negligit prouocantem, intelligens nimirum ſibi ab illa noceri non poſſe. Locus igitur fuerit adagio, ſi quando leuiuſculus quiſpiam homuncio, qui neq; prodeſſe queat, neq; lædere, maximis uiris oblatrat. Quemadmodũ Menelaus apud Euripidem in Iphigenia Aulidenſi de uatibus,

Κἄδλὸν γ' ἄχρηστον ἀδὲ χρήσιμον παρὸν. id eſt,
At nihil habet nec utile nec inutile.

Lupus pilum mutat, non mentem. XIX

Ὁ λύκος τὴν τρίχα, ὁ τὴν γνώμην ἀλλάττει. id eſt, Lupus pilum, nõ ingenium mutat. Senecta caniciem adfert improbis, non item aufert malitiam. Caneſcunt enim lupi, uelut & equi more hominum per ætatem.

Laqueus laqueum cepit. XX

Ἄταρ ἦ πάγου ἔοικε λάβεσθαι πάγος. id eſt, Laqueum laqueus, ita ut uidetur, ceperit. Vbi malus malum obſeruat: ueluti adulter adulterum, fur furem, perfidus perfidum: quod interdum uſu uenit, ut dum duo ſibi uicißim inſidias tendũt, uterq; deprehendat alterum.

Ipſum oſtij limen tetigiſti. XXI

Αὐτὸν κίκερκας τὴ βατῆρα δὴ θύρας. id eſt,
Ipſum attigiſti limen oſtij pede.

Dici ſolitum, quoties ad rem ipſam peruenitur. Ariſtophanes in Ranis,

ἄλλ' ἴσθ' ἐπ' αὐτῶ τῶ θύραν ἀφιγμένος. id eſt,
Sed noueris uenisſe te ipſas ad fores.

Gallus inſilit. XXII

Ἀλεκτρυὼν ἐπιπηδᾷ. id eſt, Gallus inſilit. Vbi quis ſemel uictus, redintegrat certamen. A gallorum certaminibus ſumptum. Nam is huic animãti mos eſt, ut ad pugnã aßiliat, quo magis lædat calcaribus ſuis, in hunc uſum à natura affixis.

Nunc ipſa uiuit ſapientia. XXIII

Αὐτὴ νῦν σοφία ζῇ. id eſt, Nunc ipſa uiuit ſapientia. Applaudentis & adgratulantis eſt ſermo, ſi quid aliquando uidetur ſcite & arte dictum factumue. Feſtiuius erit, ſi per ironiam efferatur in eos, qui res egregias ſtultißime tractant.

Nunc ipſa floret muſa. XXIIII

Αὐτὴ νῦν ἀνθεῖ ἡ μοῦσα. id eſt, Nunc ipſa floret muſa. Superiori ſimillimum. Vbi quid erudite, facunde, uenuſte dictum aut ſcriptum uidebitur, quaſi Muſis bene fortunantibus. Et hoc uenuſtius fiet per ironiam, ubi quis ſibi uidetur mirifice dicere, quum dicat inſulſißime.

Onus nauis. XXV

Ἄχθος νεώς. id eſt, Onus nauis. In inertes & inutiles iacere conuenit, Αὐτὸ τοῦτο ἄχθος νεώς. Confine illi,

Ἑτώσιον ἄχθος ἀρούρης. id eſt, Telluris inutile pondus. Quadrabit & in magnum eundem'que moleſtum. Naues enim longe plus oneris ferunt quàm currus. De Hamaxiæis alibi dictum eſt.

Marinam auditionem fluuiali abluit ſermone. XXVI

ἁλμυρὰν ἀκοὴν ἀπεκλύσατο ποτίμῳ λόγῳ. id eſt, Salſuginoſum ſermonẽ potabili diluit oratione: ubi quod erat audire moleſtũ, id diuerſa oratione uelut edulcatur. Quod erat guſtus, id traductum eſt ad aures. Etenim quod palato aqua marina, id auribus oratio triſtis aut cõtumelioſa. Item, quod palato liquor fontanus, id auditui ſermo placidus ac benignus. Vſurpat adagium Plato in Phædro, ἐπιθυμῶ ποτίμῳ λόγῳ οἷον ἁλμυρὰν ἀκοὴν ἀπεκλύσασθαι. id eſt, Cupio ſermonem uelut amarum potabili ſermone diluere. Item Athenæus Dipnoſophiſtarum libro 3. τοῖ τόποις λεχθᾶσιν ὁ κυνόλυκος πιεῖν ἤτησε γλίκυτερ, ἐλεῖν λέγων ἁλμυρὸς λόγους γλυκέσιν ἀποκλύσεσθαι νάμασιν. id eſt, His dictis Cynulcus poſcit decoctam, dicens amaros ſermones dulcibus lymphis oportere diluere. Cynulcus uſus eſt uoce Romana, quum Græce loqueretur: ſiquidem Vlpiano indignãti, quòd uoce inſolenti ac barbara uteretur, reſpondit, ſe in urbe Roma uſum eſſe uocabulo urbis Romæ uernaculo. Nam illic ſic loquebantur, popoſcit frigidum, popoſcit calidam aut decoctam, ſubaudientes aquam.

Arcadicum germen. XXVII

ἀρκάδιον βλάσμα. id eſt, Arcadicum germen, de grandibus & ignauis dici ſolitum. Iuuenalis,

Quod læua in parte mamillæ
Nil ſalit Arcadico iuueni.

Arcades olim male audierunt ob ſtuporem ingenij. De quorum immanitate multa Athenæus libro 14. qui primi muſicam omnem in ciuitatem recipere noluerunt, nec ullas liberales diſciplinas, quarum cultu manſueſcunt hominum ingenia. Vnde & cœli uitio, & neglectu diſciplinarum, in ſummam morum immanitatem efferati ſunt. Lucianus in libello De aſtrologia, tradit Arcades ob eam cauſam ſtupidos habitos, quòd cæteris omnibus amplectentibus aſtrologiam ſoli contempſerint, ſeſeq; fecerint antiquiores ipſa luna. Vnde & προσεληναῖοι dicti. Idem epigrammatum iocis notati ſunt, ut βαλανοφάγοι. id eſt, glandibus victitantes. Nam is priſcorum hominum cibus erat nondum repertis frugibus. Epigramma ſic habet,

Πολλοὶ γὰρ ἀρκαδίᾳ βαλανοφάγοι ἄνδρες ἔασιν. id eſt,
Multi in Arcadia ſunt queis alimonia glandes.

Ariſtophanes in Auibus, uarijs titulis irridet eos qui iactant antiquitatem ſuam,

Καὶ τὸ διὸς αὐτὸ
ἀρχαιότεροί τε κρόνου, καὶ τιτάνων ἐγώ σοδε. id eſt,
Antiquiores & Crono & Titanibus ſuiſtis.

Hic Rhodus, hic ſaltus. XXVIII

Αὐτὸ ῥόδος, αὐτὸ πήδημα. id eſt, Hic Rhodus, hic ſaltus.

Ayuntamiento de Madrid

Vulgò iactatũ de his, qui ſeſe de negotio quopiam iactarent inſolentius, cuius fides non extaret. Sumptum ex apologo, qui fertur inter Aeſopicos. Adoleſcenti cuidam iactanti ſeſe, quòd dum Rhodi eſſet, admirabiles feciſſet ſaltus, quidam ex auditoribus interpellato ſermone, ἴδε ῥόδος, inquit, ἴδε πήδημα. i. Ecce Rhodus, ecce ſaltus. Conueniet igitur, ubi quis iubetur re præſtare, quod alibi ſe feciſſe iactat. Ouidius,

_Sua narret Vlyſſes
Quæ ſine teſte gerit.

Arbitror huic affine, quod dictum eſt apud Theocritum in Hodœporis,

Αὐτόθι μοι ποτέεσσι, καὶ αὐτόθι βουκολιάσθω. id eſt,
Mecum iſthic certa, ſimul iſthic paſcito tauros.

Quidam cũ tutum eſt, glorioſa loquuntur: ubi præſto periculum, tergiuerſantur: his occini poterit hoc carmen. Simili figura Græci cũ iubent protinus numerari præſentem pecuniã, αὐτὶ καταβάλε. i. hoc ipſo loco depone. Apud Athenæum libro 6. ἔπατα γ' ἂν ταχέως αὐτὶ καταβάλης. i. Deinde ſi pecuniam præſentem numeraris. Quanquam in excuſis codicibus habetur αὐτῷ, ſed mendoſe, ni fallor.

Archidamicum bellum. XXIX

Ἀρχιδάμιος πόλεμος. id eſt, Archidamicum bellum. De bello ſæuo crudeliq; dicebatur, epitheto ſumpto Ab Archidemo duce Lacedæmoniorũ, qui maximis copijs impreſionem fecerit in Atticam, eamq; decem annis diuexarit. Grauiſſimam autem noxam inflixit Acharnenſibus, ſucciſis omnibus arboribus, ut teſtatur & Syneſius in Encomio Caluiciſ. Proinde cum funditus tolluntur omnia, bellum Archidamicum dicebatur. Meminit adagionis & Demoſthenicarum dictionum interpres, indicans extitiſſe apud Lyſiam. Archidami ſæuitiam memorat & Pauſanias in Laconicis.

Mortuum unguento perungis. XXX

Νεκρὸν μυρίζεις. id eſt, Mortuũ unguento perungis. De ſumptu ſuperuacaneo, ſiue cum ſero quid adhibetur. Moris erat apud priſcos, maxime Aegyptios, defunctorum cadauera ne putreſcerent, unguentis perungere. Qui mos & his temporibus apud principes, ſicut alia pleraque gentilium, magno ſtultitiæ argumento durat.

Mortuus iacet pedens. XXXI

Νεκρὸς κεῖται βλέπων. i. Mortuus iacet pedẽs. Dici ſolitum, ſi quãdo pauper ſinularet opulentiã. Apud unũ Apoſtolium Byzantiũ reperi, & haud ſcio an ipſi uulgoq; relinquẽdum.

Rudentes & remos cum armis commutauit. XXXII

Νῆια καὶ κωπίας ἀνδ' ὅπλων ἤλλάξαντο. id eſt,
Mutarunt armis remos & nautica uincla.

Conueniet ubi quis artem, aut quæſtum ſolitum relinquit, gloriæ cupiditate commotus, ueluti ſi quis è nauta fieret miles, è negotiatore ſacerdos. νῆια funes nautici ſunt, κωπία, ligna unde remi parantur.

Niobes mala. XXXIII

Νιόβης πάθη. id eſt, Niobes dolores. De maximis & acerbiſſimis malis dicebatur. Erat Niobe filia Tãtali, uxor Amphionis, quæ filios habebat ſex, totidem puellas. Eo ſucceſſu inſolens contempſit Latonam, quæ non niſi duorum mater eſſet, Apollinis ac Dianæ. Hanc enim fabulæ narrant, poſt occiſos liberos, quos permultos habebat, præ dolore in ſaxum conuerſam fuiſſe, illud innuentes, immodico dolore diriguiſſe. Id ſaxum quod fabulæ dedit occaſionem, in Sipylo Phrygiæ conſpici tradit Homeri Scholiaſtes, lachrymarum fontes emittens. Ouidius Metamorph. lib. 6. fabulam elegãtiſſime narrans, de ſaxo ſic loquitur,

Flet tamen, & ualidi circundata turbine uenti
In patriam rapta eſt, ubi fixa cacumine montis
Liquitur, & lachrymis etiam nunc marmora manant.

Qui funditus pereunt, Græcis πανοικὶ ἀναιρεῖσθαι dicuntur, ueluti cum peſtilentia nullum in familia reliquum facit.

Radit uſque ad cutem. XXXIIII

Ξυρεῖ ἐν χρῷ. id eſt, Ad cutem uſq; radit. Grammatici citant ex Sophocle. De eo dicebatur qui nimium exacte uideretur agere cum aliquo. Sumptum à tonſoribus, qui quoſdam per pectinem radunt, relictis pilorum quaſi ſtirpibus, quoſdam citra pectinẽ ad uiuam uſq; cutem. Plautus in Captiui duo,

Sed utrum ſtrictim ne dicam attonſurum eſſe, an per pectinem neſcio: uerum ſi frugi eſt, uſq; admutilabit probe.

Loquitur de hero diligentius omnia percunctaturo, & tanquam ad cutem raſuro. Cognatum illi, Ad uiuum reſecare.

Signum bonum, aut malum. XXXV

Σύμβολον ἀγαθὸς ἢ καὶ φαῦλον. id eſt, Signum bonum, aut certe malũ. Vbi quis de re incognita diuinat incertus. Symbolum aiunt augurium appellari, quod ſumitur è ſternumentis, id autem ad Cererẽ pertinebat. Et hominis primum occurſum ex quo ſignum aliquod euentus captabant, ſymbolum appellabant. Cæterum hic loquẽdi color diuinis olim familiaris erat, teſtibus Homero & Platone. Item apud Horatium Tireſia.

_Quicquid dicam, aut erit, aut non.

Duos inſequens lepores, neutrum capit. XXXVI

Ὁ δύο τῶνας διώκων, ἀμφοτέρων καταλαμβάνει. id eſt, Qui duos inſectatur lepores, neutrum capit. Huius prouerbij ſenſus eſt, Qui ſimul duplex captat commodum, utroq; fruſtratur. Effertur in Græcorum collectaneis, & citra figuram, Δυοῖν ἐπιθυμήσας ἀμφοτέρων ἔτυχες. id eſt,
Ambo concupiſcens, neutrum aſſecutus es.

Cui multum eſt piperis, etiam oleribus immiſcet. XXXVII

Ὁ πολὺ ἔχων πίπερι, τύπτει καὶ λαχάνοις. id eſt, Qui multum habet piperis, etiam oleribus admiſcet. Cui rei cuiuſpiam largior adeſt copia, ea profuſius utatur licebit. De puſillo parcius inſumendum. Vt, cui multum ſuppetit facultatum, huic licebit oppipare uiuere. Nam piper oleribus admiſcere ſoleri, teſtatur & Martialis,

Vt ſapiant fatuæ fabrorum prandia betæ
Oὺ quàm ſæpe petet uina piperq; coquus.

Nonnihil ſuſpicor & hoc Apoſtolium à uulgi fece hauſiſſe. Tametſi utitur Hermolaus Barbarus in epiſtola quadam ad Picum. Huic ſimile quod alibi retulimus, Putre ſalſamentum amat origanum.

Domus amica, domus optima. XXXVIII

Οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος. id eſt,
Eſt grata domus, domus optima ſemper.

Nuſquam cõmodius, nuſquã liberius, nuſquã lautius homini uiuere contingit, quàm domi. Quidam per iocum detorquent ad teſtudinem, de qua fertur apologus huiuſmodi. Iupiter cum animantium omne genus ad nuptias rogaſſet, ueniſſentq; reliqua, præter unã teſtudinem (nam hæc peracto conuiuio, tum demũ aduenit) Iupiter admiratus percunctatus eſt, quid nam illi fuiſſet in mora. Atque illa reſpondit, οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος. Iratus ille, iuſſit ut quocũq; iret, domum ſuam ſecum circunferret. Vnde per iocum affectatus obſcuritate ſic deſcribitur apud Cicer. lib. De diuinatione 2.

Terræ tardigradam, domiportam, ſanguine caſſam.

Nam terræ pro terrigenã, legendum opinor. Quin & iura publica fauẽt priuato domus. Sic enim Caius Pandect. lib. 2. tit. De in ius uocando. Plerique putauerunt nullum de domo ſua in ius uocari licere, quia domus tutiſſimum cuique refugium ac receptaculum ſit: eumq; qui inde in ius uocaret, uim inferre uideri. Similia Paulus lib. 30 tit. De regulis iuris. Ad Apologum allusit M. Tullius in Epiſtola quadam ad Dolabellam:

Ayuntamiento de Madrid

bellã: Hæc loca uenusta sunt, abdita certe, & si quid scribere uelis, ab arbitris libera, sed nescio quomodo οἶκος φίλος. Itaque me referunt pedes in Tusculanum. Cui respondet illud, alibi à nobis positum.

Οἶκοι μένειν δεῖ τὴν καλῶς ἐυδαίμονα. id est,

Domi manendum est, fata cui sunt prospera.

Nam huic demum, Οἶκος φίλος, οἶκος ἄεικος Alioqui cui sit uxor rixosa domi, & nihil quod edatur, huic domus carcer est. Cæterum Plutarchus hoc genus hominum ignauũ, quod tecto gaudet & umbra, quodq; semper amat desidere domi, οἰκουρὸς appellat, quasi dicas, custodes domus. Et in lib. περὶ τῆς ἐυθυμίας, non probat hanc οἰκουρίαν καὶ ἀπραξίαν. Idẽ in præceptis cõiugialibus refert, Phidiã Heleorum Venerem ita finxisse, ut testudinẽ calcaret, tacite significans uxoribus domi manendum esse, silendumq;. Idem narrat, Aegyptijs hunc fuisse morem, ut nuptæ sandalijs nõ uterentur, ne uidelicet domo unquam prodirent. Atqui hæc imago haudquaquam placitura sit nostratibus fœminis, per omnia emporia, per omnia œnopolia, deniq; nusquã nõ terrarum terra mariq; uolitãtibus. Huc adscribendũ quod refert Plutarchus in uita T. Flaminij. Is dehortans Achaicos ne sibi uindicarent insulam Zacynthiorum, dicebat, κινδυνεύειν ἂν ὥσπερ αἱ χελῶναι περιπατεῖν τὴν κεφαλὴν τοῖς πελοποννήσοις προϊέναι. id est, Periculum ipsis fore quemadmodum testudinibus, si longius à Peloponeso proferrent caput. His nõ dissimilia T. Liuius de bello Macedonico lib. 6. ubi sic loquitur Quintius: Si utilem possessionem eius insulæ censerem Achæis esse, autor essem S. P. Q. R. ut eam uos habere sineret: cæterum sicut testudinem, ubi collecta in suum tegmen est, tutam ad omnes ictus uideo esse, ubi exerit partes aliquas quodcunque nudauit, obnoxium atq; infirmum habere: haud dissimiliter uobis Achæi clausis undique maris quod intra Peloponesum est, termino, ea et iungere uobis, & iuncta tueri facile: si semel auiditate plura amplectendi hinc excedatis, nuda uobis omnia quæ extra sint & exposita ad omnes ictus esse.

Asini caput ne laues nitro. XXXIX

ὄνου κεφαλὴν μὴ πλυνάῳ νίτρῳ. id est, Asini caput ne laues nitro. Ne multum sumptus operæ uè impendas in rem uilem ac sordidam. Finitimum illi, τὴν χύτραν πυκάλῃ. id est, Ollam uariegare.

Asini mandibula. XL

ὄνου γνάθος. id est, Asini mandibula. Conuenit in edaces, alicqui stolidos & ignauos: cuiusmodi pingit Horatius:

Nos numerus sumus & fruges consumere nati.

Hesychius citat ex Eupolide, dictumq; in homines edaces. Addit & loci nomen esse. Et haud scio an sentiat de loco in quo Samson reperit asini mandibulam, cuius fit mentio Iudicum 15.

In occipitio oculos gerit. XLI

ὄπισθεν κεφαλῆς ὄμματα ἔχει. id est, In occipitio oculos habet. De uersutis, et circunspectis, quosq; neutiquam procliue fit fallere. Quod genus hominum Persius Ianos appellat,

O Iane à tergo cui nulla ciconia pinsit.

Et Homerus à principe requirit, ut oculatus sit πρόσσω καὶ ὀπίσσω. id est, A fronte & à tergo, Plautus in Aulularia. Quæ in occipitio quoq; habet oculos.

Lutum nisi tundatur, non fit urceus. XLII

πηλὸς ἂν μὴ λαρῇ κεραμεὺς γένοιτο. i. Lutum ni tundatur, non fit testa. Citra laborẽ nullus euadit in uirum absolutum. Et hoc, ni fallor, Apostolius hausit à uulgi sece: homo nõ per inde ingenio elegans atq; palato: quemadmodum accepimus ab his qui eum domestica consuetudine nouerant.

Viri iureiurando, pueri talis fallendi. XLIII

ἄνδρας ἀνδρᾶσι, παῖδας ἀστραγάλοις ἢ παῖδας ἀστραγάλοις. id est, Iureiurando uiros, talis pueros oportet fallere. Docet uiris nulla re citius imponi posse quàm iureiurando, quòd nemo tam improbus esse creditur, qui id uelit uiolare. Lysandri Lacedæmoniorum ducis apophthegma autore Plutarcho.

Aues quæris. XLIIII

ὄρνις ζητεῖς. id est, Aues quæris. Rem uagam, & captu difficilem sequaris. Persius,

An passim sequeris coruos, testaq; lutoq;?

Item Aristoteles, τὰ πετώμενα διώκειν. i. Sectari uolantia. Et ante hunc Plato in Euthyphrone, τί δὲ πετόμενόν τινα διώκεις; i. Quid autem uolantẽ quempiam insectaris?

Mons cum monte non miscetur. XLV

ὄρος ὄρει οὐ μίγνυται. id est, Mons cum monte non miscetur. Non conuenit inter pariter elatos aut pariter potentes. Etiã si Plinius tradit, duos montes concurrisse, crepitu maximo assultantes recedentesq;, magna hominum turba spectante, idq; Lucc.

Qui canem alit externum. XLVI

ὃς κύνα ξένον τρέφει ξένον, τοῦτῳ μόνον λῦσον μένει. i. Qui canem alit peregrinã, huic præter funiculum nihil sit reliqui. Qui beneficium collocat in ingratum, perdit operã. Nam canis alienus relicto fune quo alligatur, pristinũ dominũ repetit. Sapit & hoc uulgare quiddam, meã quidem sententia.

Cum Nibas coccyssauerit. XLVII

ὅταν ἂν νίβας κοκκύσῃ. id est, Cum Nibas coccyssauerit. Simillimum illi, ad Græcas calendas. Tradunt in Thessalonica Macedoniæ ciuitate uicum esse, cui nomen Nibas, ubi galli nunquam uocem ædant. Quemadmodum & cicadæ mutæ sunt alicubi. Porrò quod illic locus addit gallinaceo, id ars efficit, addito collo circulo è sarmentis, si qua fides Plinio, qui hoc retulit lib. 29. cap. 4. Hesychius addit, Nibades dici capras cristatas, ut ab ijs expectetur τὸ κοκκύζειν, quod est gallinaceorum.

Ignis non extinguitur igni. XLVIII

Πυρὶ δ' οὐ σβέννυται πῦρ. id est, Igni non extinguitur ignis. Malum malo non tollitur: ira non sedatur iracundia, sed ferocitas sedatur lenitate, malum patientia tollitur: iniuria beneficio uincitur. μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ, alibi retulimus ex Platone & Plutarcho.

Ne terra quidem iuuit. XLIX

Οὐδ' ἀπὸ γῆς ὄνησεν. id est, Ne terra quidem profuit, id est, ne minimo quidem: perinde quasi dicat, ne glebam quidem impertiuit: aut ne terræ quidẽ hospitio dignatus est, ut apud Maronem, -Hospitio prohibemur arenæ?

Bella cient, primaq; uetant consistere terra.

Nullus emptor difficilis bonum emit obsonium. L

Οὐδεὶς δυσώνης, χρηστὸν ὀψώνιον κρίνας. id est,

Difficilis emptor haud bona emit obsonia.

Qui nimium uili studet emere, semper merces uitiosas emit. Nam haud conueniunt paruo emere, & rem egregie bonã emere. Conueniet in hos qui paululo labore conantur egregias assequi literas, quæ non contingunt, nisi maximis ac diuturnis uigilijs. Ni fallor, subnotauit hoc prouerbium Iulius Pollux libro De rerum uocabulis sexto quum negat uocem δυσώνης usurpatam ab autoribus: sed tantum reperiri in prouerbio.

Non potes Thetidem simul & Galateam amare. LI

Οὐ δύνασαι Θέτιδός τε καὶ Γαλατείας ἐρᾶν. i. Non potes simul & Thetidem & Galateã amare, id est, nõ potes idem

Ayuntamiento de Madrid

diuersa sequi, uelut literas & pecuniã, uoluptatẽ & gloriã, mundũ & Christũ. Nam Galateæ fluuio male cõuenit cum marinis fluctibus. Declarat hoc Luciani dialogus inter Galateam ac Doridem. Suspicor & hoc è uulgi fece haustum.

Lucrum malum, æquale dispendio. LII

Celebratum Hesiodium dictum,

Μὴ κακὰ κερδιάνειρ, κακὰ κέρδεα ἶσα ἄτησιν. id est,
Ne male lucreris, mala lucra æqualia damnis.

Vtinam hanc sententiam cum mortales omnes, tum præcipue negotiatores, non scrinijs, sed pectori inscriberent suo, ducerentq; non esse lucrum, quod iactura bonæ mentis comparetur: neq; quicquã utile esse, quod nõ idem sit honestum. Verum his magis arridet illud Ennianum,

Vnde habeas quærit nemo, sed oportet habere.

Sophocles Hesiodiam sententiam latius extulit.

Οὐκ ἔστ' ἄπαντοθεν δὲ τὸ κερδαίνειν φιλεῖν.
Ἐκ τῶν γὰρ αἰσχρῶν λημμάτων πολίταις
Ἀτωμένοις ἴδιοις ἅμ' ἢ σεσωμένοις. id est,
Non undecunq; lucra gaude quærere,
Plerosq; siquidem turpibus de quæstibus
Auferre damnum non salutem uideris.

Feruntur in eandem sententiã aliquot senarij prouerbiales,

Κέρδει θανοῦσα ζημίαν ἀεὶ φέρει. id est,
Dispendio usq; est fraude quæsitum lucrum. Et,
Τὰ δ' αἰσχρὰ κέρδη συμφορὰς ἐργάζεται. id est,
At turpe lucrum adducit infortunium.

Huc pertinet quod alibi retulimus ex Isthmijs Pindari, τὸ γὰρ δίκαιον γλυκὺ πικρότατα μιᾷ τελευτᾷ. i. Quod præter iustum est dulce, exitum habet amarissimum.

Thericlei amicus. LIII

Θηρικλείου φίλος. id est, Thericlei amicus. Dictum in biboſos. Thericles primus excogitauit poculũ, ut citatur autor Eubulus. Dictum est autem inuentum inuentoris uocabulo. Siquidem Græci uitreum poculum θηρίκλειον uocant, autore Suida. Fertur apud eundem & illud θηρικλέους τέκνον κύλιξ. id est, Thericlis filius calix. Huius dicti autorem citat Athenæus Theopompum in Nemea. Antiphanes θηρίκλειον ὄργανον appellat. Sed plura super hac re prodidit Athenæus lib. II. Ostendens Thericlem Corinthium quempiam ætate Aristophanis Comici fuisse figulum, qui noua arte primus è terebintho tornatile poculum finxerit, quòd à fictilibus non potuerit dignosci. Cuius rei meminit Theophrastus in libris De plantis, Poculum erat satis profundum, auriculis breuibus, ut ad ilia gestari posset, ad uteri effigiẽ imitatũ, quemadmodũ refert idem Athenæus, & incertum utrum poculo nomen sit inditum ab homine, an homini à poculo. Alij malunt Thericleum dictum. Alià τὸ δορὰς θηρίων ἀνθρώπων ἐντετυπῶσθαι. id est, quòd ferarum pelles illi fuerint insculptæ. Pamphilus Alexãdrinus mauult hinc dictum, quòd Bacchus hoc poculo libans feras exturbare soleat. Sed nominis controuersiam relinquamus. Illud constat, eiusmodi poculi genus postea dictũ Thericleũ, insuper & crateres dictos Thericleos. Similiter & intus lignea, foris inaurata pocula, nihilominus Thericlea uocata, quæ Callimachus χρυσόκλισα dixit. Imò quicquid nouo artificio reperisset aliquis, Thericleũ appellabatur. De patinis Thericleis meminit Plutar. in apopht. Scipiõis minoris, tãquã de re singulari ac preciosa.

Theagenis hecateum. LIIII

Θεαγένους ἑκάτερον. i. Theagenis hecateũ. In superstitiosos acridicule meticulosos dictum est. Hic Theagenes legitur usquadeo fuisse superstitiosus, ut domi haberet Hecates simulacrum, nec usquam pedem moueret, nisi illo consulto. Vnde & καπνὸς i. fumus est cognominatus, quòd magnifice polliceretur, cum esset pauper. Qua de re meminimus alibi.

Fiducia pecunias amisi. LV

Iactatur & hodie, uel eq; dicitur, fiducia pleroſq; mortalium falli. Videtur autem ex antiquorum relictum prouerbijs: quandoquidem apud Theognidem legitur hic uersiculus,

Πίσυϊ χρήματ' ὄλεσσα, ἀπιστίῃ δ' ἐσάωσα. id est,
Fiso res perijt, diffiso salua remansit.

Proinde non pessime monet Epicharmus, νῆφε, καὶ μέμνησο ἀπιστεῖν. i. sobrius esto, & memineris diffidere. Quanquam nulli fidere inhumanum est, omnibus fidere, stultũ. Hoc honestius, illud tutius. Propterea quod, ut idem ait Theognis,

Παῦροι τοι πολλῶν πιστὸν ἔχουσι νόον. id est,
Paucis è multis fidus adest animus.

Aliud stans, aliud sedens. LVI

Nullus inficias iuerit, prouerbialis figura dictum illud Sallustianum in Ciceronem, Aliud stans, aliud sedens loquitur. Quo licebit uti, cum summam inconstantiam animi significamus, quasi tantillum momentum atq; interuallum commutet hominis sententiam. Homerus Iliados N. huiusmodi uersiculo notat hominis inconstantis ingenium.

ἀλλὰ μετοκλάζει, καὶ ἐπ' ἀμφοτέροισι πόδεσσι ἴζει. id est,
Verum claudicat, inq; pedes utroſq; uacillat.

Eandem sententiam sic effert Pindarus in Nemeis hymno 3. ὃς δ' ἴδιος ἐὼν ἔχει ψεφεννὸς ἀνὴρ ἄλλοτ' ἄλλα πνέων, ὅποτ' ἀρετᾶ κατίδῃ πόδα, μυελὸν δ' ἀρετᾶρ ἀτελεῖ νόῳ γένηται. id est, Qui uerò tenet ea quæ didicit, obscurus homo, aliàs aliter atque aliter affectus, nunquam certo ingressus est pede, sed innumerabilium uirtutum imperfecto intellectu gustum capit. Præfert autem Pindarus naturam institutioni, quòd qui natura bonus semper sui similis est, qui uerò nititur eruditione, cum multa tentet, nec firmus, nec absolutus est ulla in re.

Lingua amicus. LVII

Ἀπὸ γλώττης φίλος. i. Lingua amicus, qui uerbis ostendit, nõ re præstat beneficium. Aut qui non amat ex animo, sed benuolentiam oratione præ se fert. Quod genus inducitur Candidus apud Martialem. Et apud Homerum Odyssea Σ.

Οἵτ' εὖ μὲν βάζουσι, κακῶς δ' ὀπίσθιον φρονέουσι. id est,
Qui recte dicunt, à tergo praua uolutant.

Theognis in sententijs,

Ἀλλὰ δόκει μὲν πᾶσιν ἀπὸ γλώσσης φίλος εἶναι.
Χρῆμα δὲ συμμίξῃς μηδενὶ μηδετέρωι. id est,
Sic facito, ut lingua cunctis uideare amicus,
At factis cuiquam te caue miscueris.

Contrà Sophocles in Antigone,

Λόγοις δ' ἐγὼ φιλῆσαι δ' οὐ φέρω φίλω. id est,
Non diligo hanc uerbotenus quæ diligat, At idem

Theognis paulopoſt damnat huiusmodi genus amicorum.

Μή μ' ἔπεσιν μὲν φίλει, νόον δ' ἔχε καὶ φρένας ἄλλην. i.
Ne me diligito uerbis, cum mens alibi sit, Rursum alibi,
Μή μοι ἀνὴρ ᾖ γλώσσην φίλος, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ. id est.
Ne lingua mihi quis sit amicus, sed mage facto.

Simillimum est huic quod alibi refert idem, μέχει προσηγορίας. id est, usque ad salutationem.

Πρᾶγμα μὲν ἐσθ' ὁ φίλος πάνυ δύσκολον, ἐσθ' ὁ πολλοί
Καὶ σχεδὸν οἱ πάντες μέχει προσηγορίας. id est,
Res perdifficilis quidem amicus, sunt quia multi
Atq; adeo cuncti penè, salute tenus.

Saturni podex. LVIII

Κρόνου πυγή i. Saturni culus: de carnibus uetulis, iamq; mancis & sensu uacantibus. Quicquid enim putre iam & effœtum intelligi uolebant olim, id Saturnium uocabant. Meminit Diogenianus, nec tamen explicat. Suidas & Hesychius admonent, ita dictam carnem ob uetustatem stupidam ac sensus expertem, à Saturno deo qui multa prouerbia nobis dedit. Ad animum translatum nonnihil habebit gratiæ.

Qui

Ayuntamiento de Madrid

Qui uitat molam, uitat farinam. LIX

ὁ φεύγων μύλον, ἄλφιτα φεύγει. id est,

Qui fugit molam, fugit farinam. Aut,

Deuitat quicunq; molam, fugit ille farinam.

Nam omisso articulo, uidetur hemistichium carminis heroici. Qui refugit industriam, non fruetur emolumentis. Sunt qui molarum stridoribus offenduntur, cum sine molis nõ liceat uiuere. Sic quidam uxorum mores ferre non possunt, cum optent liberos. Dicunt & hodie uulgo, qui quærit oua, gallinarum cacalismum, ut uulgò uocant, Latini glocire dicunt, ferat oportet. Finitimum illi, ὅτε μέλι, ὅτε μέλιττα. id est, Neque mel, neque apes.

Ἀγεωμέτρητος δόλιος εἰσίτω. LX

ἀγεωμέτρητος δόλιος εἰσίτω. Admonet iniquum non admittendum. Geometriam enim æquabilitatem accipiunt, ut apud Aristidem in Themistocle, ὅπου γε δεῖ καὶ ἡ ἰσότης, καὶ γεωμετρίας. i. Vbi opus est & æquabilitate & geometria. Idem in Pericle, ἃ γὰρ καλὴ γεωμετρία καλὸν, καὶ ἡ κατ' αὐτὴν ἰσότης. i. Si honesta est geometria, & quæ cum illa coniuncta est æqualitas. Vnde Lycurgus arithmeticen ceu populare ac turbulẽtam eiecit è Lacedæmone: geometriam induxit, tanquã modestæ oligarchiæ, & legitimo regno conuenientem, teste Plutarcho. Sed mea quidẽ sententia magis ualebit perinde prouerbium, quasi dicas, ἀνίπτοις ποσὶν. i. Illotis pedibus, hoc est, temere & imparatis. Nam hæc erãt apud ueteres prima philosophiæ rudimẽta, Musica & Geometria. Quibus disciplinis si qui non essent initiati, non admittebantur in scholam Platonis, cuius hanc ferunt fuisse inscriptionem, ἀγεωμέτρητος δόλιος εἰσίτω. Loquitur ad hunc modum & Taurus philosophus apud Gellium. Nunc autem istis qui repente pedibus illotis ad philosophos diuertunt, non est hoc satis, quòd sunt omnino ἀθεώρητοι, ἄμουσοι, ἀγεωμέτρητοι. i. Speculatiuæ, musicæ, geometriæ ignari. Præcipuus autem admirator geometriæ fuit Pythagoras, quem tradunt ob inuentũ unum problema sacrificasse dijs. Id erat huiusmodi, datis duabus figuris, adijcere tertiam ab his diuersam, quæ alteri sit æqualis, alteri similis. Tum Philo qui geometriã ἀσχὴν καὶ μικρόπολιν appellarit omnium disciplinarũ, quod hæc rerũ intelligibilium imagines, ueriq; uestigia, tanquã in politissimo speculo demõstret, mentemq; purgatã paulatim abducat à sensu. Plato quoq; dixisse creditur, Deum ipsum γεωμετρεῖν, siue quòd geometrica speculatio animũ à rebus corporeis abducat ad ea quæ semper eodem sunt modo. Deus autem ab omni materia purissimus est. Siue quòd in Timæo principia mundi diuisit in tria, deum, materiam, & ideam. Materia quiddam est omniũ quæ substernuntur, maxime confusum & incompositum. Idea exemplarium pulcherrimũ, deus causarũ optima. Cum igitur ita cõsiderit mundũ, ac semper ita seruet, ut materiæ sit æqualis, ideæ similis, uidetur explicare Pythagoricum illud problema, cuius modo meminimus. Hæc itaque & alia id genus multa, Plutarchus Symposiacæ Decadis 8. Problemate 2. Plato uidetur æmulatus solennẽ morem tale quippiã inscribendi foribus. Spado quidam effœminatus, cum ostio domus inscripsisset, δόλιος κακὸς εἰσίτω, Diogenes: At herus, inquit, domus quà tandem ingredietur? Socrates apud Platonem in Theæteto disputaturus de rebus subtilioribus. ἄθρει δὴ, inquit. περισκοπῶν. μήτις ἀμύητος ἐπακούῃ. id est, obserua iam circumspiciens, ne quis prophanus exaudiat. Imitatus est Pythagoram, qui sic præfatur.

Αἴσιά σωιετοῖς, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι. id est,

Cordatis cantabo, fores tamen obde prophanc. Cuius alibi meminimus.

Serpens ni edat serpẽtem, draco nõ fiet. LXI

Ὄφις ἢ μὴ φάγῃ ὄφιν, δράκων οὐ γένοιτο. i. Serpens nisi serpentem edat, non futurus est draco. Potentes aliorũ damnis crescunt, & optimatum fortunæ nõ in tantum augerentur, nisi essent quos exugerent. Quemadmodum inter pisces & belluas, maiores uiuunt laniatu minorum. Quanquam mihi quidem & hoc dictum frecm uulgi uidetur olere.

Certamen non accipit excusationes. LXII

Ἀγὼν οὐ δέχεται σκήψεις. i. Certamen non admittit excusationes. Plato libro De legibus σ. ἀλλὰ γὰρ ἀγῶνα προφάσεις οὐ πάνυ δέχεσθαί φασιν. i. Verum aiunt certamen non admittere causationes. Et, ἀγὼν πρόφασιν οὐκ ἀναμένει. id est, Certamen non expectat occasionem. Cum agitur periculo, non conuenit tergiuersari. Aut si mauis, in præsentaneo periculo non oportet occasionem expectare quemadmodum alijs in rebus. Veluti si quis in morbo capitali medicum operetur insignem, aut procul accersendum. Quæ res hominem illum uere diuinum extinxit Rodolphum Agricolam. Etenim dum conatur medicus, mors anteuertit. Huc pertinet quod legimus apud Quintum Curtium libro 7. Sed necessitas ante rationem est, maximè in bello, quod raro permittit tempora legere.

Phallus deo. LXIII

Φαλλὸς θεῷ. i. Phallus deo. Dici solitum, ubi parum quidem honesta, sed tamen apta tribuuntur, quasi dicas, χωρεῖν εἰς ἀμίδα. i. In matellam immeiere. Plutarchus in cõmentario, περὶ φιλοπλουτίας, ostendit hanc fuisse priscorum in ludis solennibus pompam, ut primo loco duceretur amphora uini, & clematis, id est fabæ genus: post aliquis hircum trahebat: deinde nucum sportulã gestabat alius, postremo loco Phallus ferebatur. Ea erat effigies obscœni membri uirilis. Cur autem id in mysterijs fuerit receptum, causam reddit Plutarchus in lib. De Iside & Osiride. Columella in carmine ipsum Priapum Ithyphallum uocat,

_Sed truncum fortè dolatum

Arboris antiquæ numen uenerare Ithyphalli. Et Pompeius ostendit, Ithyphallum dici membrum uiri pudendum. Vnde & hodie Itali si quem cõtemnunt, hoc nomine notant. Nonnulla de Phallis Herodotus libro 2. dictum est alibi de Phallis Bacchi, nempe in prouerbio, Erebinthius Bacchus.

Obturbas frustra uelut unda. LXIIII

Ὀχλεῖς μάτην μὲ, κῦμ' ὅπως. id est,

Turbas me ut unda inaniter.

Id est, Incassum mihi molestus es. Fragmentum carminis est ex poëta quopiam. Traductum ab unda cautem assidue uerberante. Quò pertinet illud Maronis,

Quàm si dura silex aut stet Marpesia cautes.

Optimum obsoniũ labor senectuti. LXV

Ὄψον ἄριστον πόνος γήρᾳ. i. Optimum obsonium senectuti labor. Laborandum in iuuenta, quo seni suppetat commodius uiuendi facultas. Diogenes rogatus, quid esse miserrimum censeret, respondit senectutem inopem. Adagium autem uidetur mutilum. Equidem opinor πόνῳ, id est, Labora legendum, ut intelligas, senectutis imbecillitatem exquisitioribus cibis esse fulciendam, qui quo suppetant seni paranda res est in iuuenta.

Omne æs alienum cepe, & mulcta allium. LXVI

Πᾶν μοι χρέος πρόμυνα, καὶ τὸ τίμημα σκόροδα. id est, Vniuersum æs alienum cepe, & mulcta allium. Subaudiendum ἔην. Cum quis obstrictus multo ære alieno, optat ut paruo dependere possit quicquid debet. Nonnihil uere. Ne & hoc Apostolius hauserit, non ex autoribus priscis, sed è suis combibonibus.

Oportet omnibus corydalis. LXVII

Πάσοισι κορυδάλοισι χρὴ λόφον ἐπιθέσθαι. id est, Omnibus galeritis oportet cristã inesse. Citatur ex Simonide, & usurpatur

Ayuntamiento de Madrid

patur aliquoties à Plutarcho, nominatim in uita Timoleontis, in hũc sensum: nullũ esse mortalis ingenij, cui nõ sit aliquod uitium admixtũ, ceu perinde secundum hominis naturam sit non carere uitio, ut galeritæ naturale est habere cristam, Plutarchi uerba subscribam. ἐπεὶ γὰρ χρὴ, ὡς ἔοικεν, ἅ μόνον τοῖσι κορυθαλοῖς λόφον ἐγγίνεσθαι τῷ σιμωνίδῃ, ἀλλὰ καὶ πάσῃ δημοκρατίᾳ συκοφάντην id est, Quoniam autem oportet ut uidetur, non solum omnibus galeritis cristam inesse, quemadmodum dixit Simonides, uerum etiam omni democratiæ sycophantam. Meminit Corydi Aristophanes in Auibus, affingens ex Aesopo lepidam fabulam. Ait enim hanc auem fuisse omnium antiquissimam, uidelicet ante natam quàm esset terra: quumq; pater illius morbo perisset, nec esset sepulcro locus, in capite sepelisse patrem, unde & crista tumuli loco est. Inibi Corydo regnum decernitur. In eadem indicat Philocteti cuidam turbinato capite deformato, fuisse nomen Corydo. Congruit huic dictum Cratetis, quod refertur apud Laërtium, uix esse quenquam qui prorsus omni uitio careat, sed omnibus malis punicis aliquod inesse granum putre.

Toto deuorato boue, in cauda defecit. LXVIII.

Πάντα ἐκβεβρωκὼς τὸν βοῦν, εἰς τὴν οὐρὰν ἀπέκαμεν. id est, Toto deuorato boue, in cauda defecit. Hoc est reliquo negotio peracto, in extremo fine delassatus est. Videtur esse senarius, sed depranuatus. Sapit tamen uulgi fecem & hoc.

Iuxta fluuium puteum fodit. LXIX

Παρὰ ποταμὸν φρέαρ ὀρύττει. id est, Ad flumen puteum fodit. De stultam & inanem sumente operam. Finitimum illi, In syluam importat ligna. Putei fodiuntur ob aquarum inopiã.

Mutabilior Metra Erisichthonis. LXX

Μεταβλητότερος μήτρας ἢ ἐρισιχθονος. id est, Mutabilior Metra Erisichthonis. In eum congruit, qui secum non constat, sed subinde aliam atq; aliam personam sumit. Extat in priscorum fabulis Metram puellam in uarias rerum figuras transfigurari solere. Res autem sic habet. Erisichthon quidam Thessalus absumptis facultatibus, ad extremam deuenit inopiam. Huic erat filia puella præstanti forma, nomine Metra. Quam ubi prostituisset, adolescentes qui commeabant ad illam, uaria munera deferebant, alius equos, alius boues, alius uerueces. Nam id temporis nondum auri, argenti, gemmarúmue erat usus. Porrò Thessali per iocum dicebant, Metram Erisichthonis uerti in ea omnia, quæ illi ab amatoribus filiæ donabantur. Atq; hinc prouerbium. Fabulam Erisichthonis tractat Ouidius lib. Metamorphoseon 8.

Catella Melitæa. LXXI

Μελιταῖον κυνίδιον. id est, Melitæa catella. Quadrat in eum, qui habetur in delicijs, ac lautius in ocio alitur ad uoluptatem, non ad usum. Triplex enim canum genus. Quidam habentur ad usum uenandi, quos appellant ἰχνευτὰς, quasi dicas uestigatores. Quidam ædium custodiæ præficiuntur, qui dicuntur οἰκουροί. id est, custodes domus. Quidam animi causa nutriuntur, & ad lusum duntaxat muliercularium, hos μελιταίους, siue μελιταίους appellant. De quibus est illud Platonis, τὰ κυνίδια μιμούμενα τὰς δεσποίνας. id est, Catellæ dominas imitantes. Et Gorgo apud Theocritum in Syracusijs, profectura duo mandat famulæ, ut infantem uagientem placaret, & catellum reuocaret intrò. Lucianus falsissime ludit in Stoicum barbatum, cui in eodem sedenti uehiculo domina catellam committit, obtestans illum per ea quæ sunt in uita dulcissima, ut diligenter curet. Est in similijs diuitum huiusmodi ministrorum genus, quos illi non ad ministerium, sed animi causa domi habent.

Ne cinerẽ uitans, in prunas incidas. LXXII

Μὴ τέφραν φεύγων εἰς ἀνθρακίαν πέσῃς. id est, Ne cinerem fugiens in carbonariam incidas. Ne sic defugias malum hoc aut illud, ut in aliud longe maius incurras. Videtur heroicus depranuatus, constabit, si pro πέσῃς legas καταπίπτῃς.

Syrus cum non sis, ne syrissa. LXXIII

Μὴ ὢν σὺρος μὴ σύριζε. id est, Cum non sis Syrus, ne syrissa. Ne sumas personam parum decoram, ne uelis alius uideri quàm sis. Aut cũ sis natus ingenuus, ne moribus agas seruum & barbarum. Nam Syri male audiebant ob morum molliciem. Est autem facetus iocus, ex amphibologia huius uerbi συρίζω, quod significat & syrissare, & fistula cancre.

Ne moue festucam. LXXIIII

Μὴ κάρφος κίνει. id est, Ne moue festucam. Iocus prouerbialis, ubi quis omnis strepitus impatiens est. Quosdam uideas usqueadeo morosos, ut quicquid agas offendantur, etiam si stipulam duntaxat moueas.

Cum paruula est, bona uidetur spina. LXXV

Μικρὸν ἡ ἄκανθα ἀγαθὴ φάνεται. id est, Cum pusilla est spina, bona uidetur. Pueritia semper amabilis. Quemadmodum spina quoq; innoxia est, atque adeo uesca etiam, donec ætate durescat. Sentit opinor de asparagis. Iactatur & inter theologos illud: Qui maior est ætate, maior est iniquitate. Sic est rerum humanarum conditio, ut omnia suapte sponte degenerent in peius. Citatur ex Diphilo.

Πολιὸς τεχνίτης ὄστις ὁ χρόνος ὦ ξένε,
Χαίρει μεταπλάττων πάντας εἰς τἀναντία. id est,
Est canus artifex ô Iupiter, dies:
Nam gaudet omnes deteriores reddere.

Moschus canens Bœoticum. LXXVI

Μόσχος ἄδων βοιώτιον. id est, Moschus canens Bœoticum. Moschus hic citharœdus fuit imperitus, qui citra respirationem uocem in longum producebat. Bœoticum autem uocat cantionis genus, ueluti Phrygium aut Dorium. Quadrabit in multiloquos, sed tamen inepte loquaces.

Filum contentionis tunc erat. LXXVII

Μίτος ἦν ἔριδος τότ' ἦν. id est, Filum contentionis tum erat. Dici solitum in pertinaces, cum uterq; peruicax est, neuterq; concedit alteri. Est aliquoties in epistolis Hieronymianis, funiculum contentiosum ducere, nec apud alium legisse memini, præterquàm apud Tertullianum in principio libri Aduersus Iudæos. Apparet natum à ludo, quo duobus hinc atque hinc funem tenentibus, uterq; conatur alterum ad se trahere. Hinc & illud ductum arbitror, quod alibi retulimus: ne rumpamus, dum nimium tendimus funiculum.

Neque cæcum ducem, neque amentem consultorem. LXXVIII

Μήτε τυφλὸν ὁδηγὸν, μήτε ἀφρόνιμον σύμβουλον. id est, Neque cæcum ducem, neque amentem consultorem. Subaudiendum adhibeas. Disce, sed à doctis. Consilium pete, sed à consultis. Contrà Horatius:

Cæcus uti si monstret iter, tamen aspice.

Mus non ingrediens antrum, cucurbitam ferebat. LXXIX

Μῦς εἰς βώλακα δ' οὐ χωρῶν, κολοκύντην ἔφερε. id est, Mus non potens subire antrum, gestabat cucurbitam. In eum congruit, qui cum ipse sibi consulere non possit, alijs conatur opitulari. Aut qui conatur maiora uiribus suis. Videtur ab apologo natum, sed anili, ni fallor.

Nouos parans amicos, ne obliuiscere ueterum. LXXX

Νέους φίλους ποιῶν, λῶστε, τῶν παλαιῶν μὴ ἐπιλανθάνου. id est, Nouos parãs amicos, optime, ueterum ne obliuiscere. Torqueri potest & ad mutata studia, ad quæ conuenit nonnunquàm respicere, etiã posteaquàm diuersæ te addixeris disciplinæ

plinæ. Veluti si moneas, qui se ad iuris studium contulerit, ut obiter recurrat ad bonas literas. Vsurpatur ab Hermolao Barbaro in epistola quadam ad Picum Mirandulanum.

Etiam dormiens somniat. CLXXXI

Ονειροπολεῖ καὶ καθεύδων. id est, Somniat etiam dormiens, hodie quoque uulgò dicitur, quoties significant aliquem toto pectore rei cuipiam addictum, deditumq;. Siquidem ijs euenire solet, ut quæ interdiu uoluerint animo, noctu somnient. Aristophanes in Nebulis.

Ονειροπολεῖ γὰρ καὶ καθεύδων ἱππικήν. id est,
Et dormiens equestre studium somniat.

De iuuene dictum est, qui studio alendorum equorum rem patriam omnem absumpserat. Item paulo superius,

Ονειροπολεῖ δ' ἵππους. id est, Equosq; somniat.

Dicet aliquis, quid miri si quis dormiens somniet? Sed ὀνειροπολεῖν non tam est somniare, quàm somnia interpretari, & hinc spem concipere aut facere. Porrò curã illam iuuenis somnium uult uideri poëta. Ita bis somniat eadem & uigilans & dormiens. Plaut. contra, uigilans somniat, dixit. Terent. Num ille somniat ea, quæ uigilans uoluit? Et apud Horatium Europa sic loquitur,

Vigilans'ne ploro
Turpe cõmissum, an uicijs carentem Ludit imago Vana.

Chordæ uice. CLXXXII

Ως ἀντὶ χορδῆς. id est, Tanquàm chordæ loco. Conueniet, ubi quod alicubi diminutum uidebatur, suppletum aliunde signi ficabimus. Plutarchus in Symposiacis prouerbij uice uidetur usurpasse. καὶ ταῦτα μὲν, inquiens, ὡς ἀντὶ χορδῆς κείσθω, τοῖς ὑπὸ σοῦ τῶν φιλοσοφημένοις. id est, Atque hæc quidem chordæ uice addita sint ijs, quæ abs te sunt erudite disserta. Sumptum est à Locrensi fabula, quam exposuimus in prouerbio, ἀκάνθιος τέττιξ, id est, Acanthia cicada.

In caput præcipitari. CLXXXIII

Επὶ κεφαλὴν ὠθεῖσθαι. id est, In caput impelli, hoc est, præcipitem dari, dicebant eum, qui per summam contumeliam expelleretur, uel potius qui funditus perderetur. Est in Luciani libello De mercede seruientib. Vsurpauit non absimili figura Terentius. Autores erant, ut illam præcipitem darem, id est, ut exturbarem ædibus. Plutarch. in Stoicorum contrarietatibus, ὁ δὲ χρύσιππος ἕνεκα τοῦ χρηματισμοῦ τὸν σοφὸν ὑπὲρ κεφαλὴν εἰς πανδικάπαιον ὠθεῖ, καὶ σκυθῶν ἐρημίαν. id est, Chrysippus sapientem fœnoris gratia præcipitem dat in Panticapæum, & Scytharum solitudinem. Panticapæum urbs Scythiæ ad Bosphorum autore Stephano. Equidem arbitror idẽ esse quod ait Seneca lib. De beneficijs 6. Alia detinebo diutius, alia expellam & capite agam. Mutuuit nonnihil adagij formam Phœnix Colophonius apud Athenæum lib. 12. de Nino rege Assyriorum agens, qui præ corporis uoluptatibus omnia contẽnebat. Scazontes illius sic habent,

Αλλ' ἦν ἄεισθαι ἐσθίειν τε, καὶ πίνειν
Κεζᾶν. τὰ δὲ ἄλλα πάντα κηλὶ πεζῶν ἔθηκε. id est,
Sed erat edendo, poculumq; miscendo
Præstans, reliqua autem cuncta abegit in saxa,

Id est, prorsus contempsit.

Ἀσπονδὸς πόλεμος. CLXXXIIII

M. Tullius Epist. ad Atticum libro 9. Huius igitur belli ego particeps & socius, & adiutor esse cogor, quod & ἀσπονδὸν est cum ciuibus. ἀσπονδὸν uocat perpetuum, & atrox & irreconciliabile. Suidas ostendit, ἀσπόνδους ἐχθροὺς dici eos, qui in concordiam redigi non possunt. Sonat fermè, quasi dicas inconfœderabiles, ut docendi causa sic loquamur. Conueniet in simultatem ac dissidium amarulentum. Vsus est eo prouerbio diuus Chrysostomus homilia in Matthæum. 47. Item diuus Basilius in epistola quadam ad Athanasium. καὶ τὴν αἰτίαν ἑαυτῶσι τῆς ἀκηδίας τότε μὴ ἀσπόνδους πολέμους λέγουσι μηδὲ χόρτου μιλησίας τὸν παρ' ἡμῖν κινδυνεύοντας. id est, Quòd si rogentur quæ causa sit huius nec indicti, & sine sacris suscepti belli, narrant cantica quædam esse & speciem melodiæ, quæ apud nos obtinuit. Aeschines in oratione, περὶ παραπρεσβείας, δῆλον ὅτι οὐκ ἐξ εἰρήνης γένοιτ' ἂν ἐκ πολέμου, ἀλλ' ἐξ ἀφύλακτος πόλεμος ἀκήρυκτος. id est, Ex quibus non pax fieret è bello, sed ex pace bellum non indictum, hoc est uehemens & atrox. Idem in eadem, ἃ ἔσονται τοῖς πολέμοις αἱ μὲν δίκαιαι τῶν πρέσβεων, αἱ δὲ λοιδορίαι τῶν στρατηγῶν, ἀσπόνδους καὶ ἀκηρύκτους τοὺς πολέμους ποιοῦσιν. id est, Quòd si bellorum causæ quidem erunt oratorum, dona uero ducum, efficietis ut bella & sacris careant & denunciationibus, Etenim qui indicit, qui mittit fœciales, qui sacrificat, ipsa mora fit lenior: & hoc consilio probabile est huiusmodi moras repertas, uelut in iure citationem triplicem, litis contestationem, in matrimonio libellum repudij, & solennia uerba, Tua tibi habe: quo dum hæc aguntur, residat impetus ille impotens.

Ab Eteobutadis ducit genus. CLXXXV

Ἐξ Ἐτεοβουτάδων ἕλκει τὸ γένος. id est, Ab Eteobutadis ducit genus. Dici solitum de ijs qui maiorib. illustrib. & antiqua nobilitate sunt oriundi, uidelicet à Buto quopiã, qui sacerdotes Athenis instituit. Et ab huius posteris postea summi magistratus creabãtur. Venustius erit, si per Ironiã sumatur in hominem obscurũ, aut nobilitatis & imaginũ ostentatorem.

Ergini cani. CLXXXVI

Ἐργίνου πολιά. id est, Ergini canicies. De canicie præpropera, id est, quæ ante diem legitimum accidit. Erginus filius fuit Clymenis, unus ex Argonautis. Cũ autem Hypsipyle Thoãtis Lemniorum regis filia funerales ludos manibus parentis proposuisset, Erginus adulescens præter ætatis rationẽ iam canus, accessit inter reliquos decertaturus. Irrisus est autem à mulierib. Lemniacis, ob intempestiuam capitis caniciem, & prouerbio locũ fecit, hoc insignior, quod superatis omnibus athletis pulcherrimam uictoriam reportarit. Festiuius fiet, si per ironiam dicetur in senes iam canos, qui tamen iuuenes etiamdum haberi uelint, causantes eam caniciem non ex annis, sed è curis, aut aliunde præmaturam accidisse. Poterit torqueri & in illos qui ætate iuuenes, iam tum ingenio, moribusq; senem agunt. Et quibus rerum prudentia uelox

Ante pilos uenit, ut inquit Persius. Nulla uero res citius accelerat senium quàm animi curæ, amor, odium, inuidentia, metus ac mœror. Huc pertinet illud Theocriticum in Aïta,

Οἱ δὲ θοδείνητες ἐν ἄματι γηράσκουσι. id est,
Verum quos amor angit, in una luce senescunt.

Scholiastes adducit consimilem uersum ex Odyssea T.

Αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ κατάγηράσκουσι, id est,
Rebus in aduersis uenit accelerata senectus.

Pindarus item in Olympijs,

Φύονται δὲ καὶ υἱοῖς ἐν ἀνδράσι πολιαὶ
Θαμὰ καὶ παρὰ τὰ δίκαια ἐοικότα χρόνῳ. id est,
Nascuntur & in iuuentibus uiris cani, frequenter & præter ætatis conueniens tempus.

Desiderantibus omne tempus longum est.

—Sic piger annus
Pupillis quos dura premit custodia matrum.

Et hodie prædicant nautæ in præsenti naufragij periculo derepente oboriri caniciem.

Εσκιμαλίχθαι. CLXXXVII

Εσκιμαλίχθαι σὲ χρὴ. Hoc gestu contumeliam, despectumq; supremum significabant. Est enim Græcis, ἐσκιμαλίσαι, medium digitum ostendere, contractis cæteris ignominiæ causa, aut strepitu digitorum significare contemptum. Vnde & apud Iuuenalem, quod alibi retulimus,

Mandaret laqueum, mediumq; ostenderet unguem.

Suidas citat ex Aristoph. senariũ hunc. Extat autẽ ἐν ὄρνισι.

Ayuntamiento de Madrid

Ὁ δὲ δεπανηγὸς ὀχ ὁρᾷς ὡς ὑδλεῖαι,
Καὶ τ' δογυξόον οἷον ἐσκιμάλισιν; id eſt,
An non uides, ut geſtiat falcis faber,
Medioq; monſtret ungue Lancearium?

Quid autem proprie ſignificet, ἐσκιμαλίζειν, qui ſcire cupiet, malo è Suida diſcat, quàm ex me. Elegantius magisq; prouerbialiter, ad fortunam, ad eruditionem, aut aliud quippiam, quod planè contemnitur, detorquebitur.

Extrema extremorum mala. LXXXVIII

Ἐσχάτων ἐσχάτα κακὰ δυσπίπτειν. id eſt, Extrema extremorum mala acciderunt. In ipſo ſchemate ſita eſt prouerbij ratio, quemadmodum in initio operis admonuimus. Ad hanc formam pertinere uidetur, quod apud Athenæum libro 15. ſcripſit Hipponax, κακῶν κακὰ. id eſt, malorum mala. pro ſummis malis. Item quod quidem Atticam, ἑλλάδ' ἐλλάδα, id eſt, Græciæ Græciam dixit, quaſi dicas Græciæ florem. Quod genus ſunt & illa, ἀγαθῶν ἀγαθίδες. Et δρότερα δρυός. Et κώτερα κώτων. Hunc ſermonis typum Græci uidentur ab Hebræis mutuo ſumpſiſſe, qui uehementiam & intenſionem eiuſdem dictionis congeminatione ſignificant. Quod genus eſt illud apud Hieremiam, Ficus bonas bonas, & ficus malas malas. Cum ualde bonas, & ualde malas uelit intelligi.

Cucurrit quiſpiam ne pluuia maſ deſceret, & in foueam præfocatus eſt. LXXXIX

Ἔδραμέ τις μὴ βρεχθείη καὶ εἰς βόθρον ἀπεπνίγη. id eſt, Cucurrit quiſpiam ne conſpergeretur aqua, & in foueam præfocatus eſt. Vbi quis leuius malum incautius fugiens, in maximum incurrit. Videtur è uulgo ſumptum ab Apoſtolio, cuiuſmodi multa ſcientes prætermiſimus.

Heterognathus es. XC

Ἑτερόγναθος εἶ. id eſt, Heterognatus es. In edacem dici conſueuit, quòd ob uoracitatem alternatim, utraque mandibula commanderet. Nam hinc dictum ἑτερόγναθος, quòd nunc in hanc, nunc in illam mandibulam cibum transferat. Heſychius tamẽ interpretatur de duris ac male morigeris, tranſlatum putans ab equis.

Vrbanus nihil æqui cogitat. XCI

Οὐδὲν φρονεῖ δίκαιον ἀνὴρ ἀστεῖος. id eſt,
Vrbanus æqui nil, boni'ue cogitat.

Admonet ruſticam uitam innocentiorẽ eſſe, ut quæ ſola cum ſolis habeat commercia terris. Contrà qui degunt in urbibus propter contagia negotiorũ & hominũ aſtutiores euadere, unde & aſtui, παρὰ τὸ ἄστυ, dicti putantur. Poteſt & hùc accommodari paroemia: quòd eximiæ morũ ciuilitatẽ & urbanæ blandiloquẽtiæ ferè comes eſſe ſolet aſtutia, Cõtrà qui moribus ſunt ſubagreſtibus, ijs plerunq; eſt fides certior, animusq; ſyncerior. Verſus eſt Senarius ſed depranuatus. Et Terentianus Demea ait, In aſtu aliud ex alio uenire malum.

Patroclo ſordidior. XCII

Πατροκλείους φειδωλότερος. id eſt, Patroclo parcior, In diuitem quidem, ſed oppido quàm ſordidum ac parcum. Hic enim Patroclus poſteaquam ad ſummas opes euectus eſt, aut, ut alij dicunt, ex quo natus eſt, nunquam eſt uſus balneo, parſimoniæ cauſa. Taxatur ab Ariſtophane in Pluto.

Ἐκ Πατροκλείους ἔρχομαι. id eſt,
Ex Patrocli uenio domo. Plutum enim ſqualidum dixerat, & ſitus plenum. Prouerbij meminit etiam Eudemus.

Omnis herus ſeruo monoſyllabus. XCIII

Πᾶς δεσπότης δούλῳ μονοσύλλαβος. id eſt, Omnis herus ſeruo monoſyllabum. Heris & potentibus breuiſſimo tantum uerbulo eſt opus, ut uel annuant, uel renuãt, ναί, ὦ δ. Sic uolo, ſic iubeo, ſit pro ratione uoluntas. Seruis autẽ & impotẽtioribus multis opus eſt uerbis, ut exorent, aut perſuadeant. Effertur integre ad hunc modum, πᾶς δεσπότης δούλῳ μονοσύλλαβον, τὸ δ' ἱκετεύειν μακρόν. id eſt, Omnis dominus ſeruo monoſyllabum. At ſupplicare longum. Annotatum eſt à doctis, monoſyllaba & diſſyllaba nomina conuenire ſeruis, cuiuſmodi ſunt μῦς, quo nomine fuit ſeruus Epicuro. Cæterum Athenæus li. 5. citat Herodicum qui contemptus gratia grammaticos appellat μονοσυλλάβους γραμματοβόμβυκας, μονοσύλλαβοι. quòd in angulis latitent bombicum more, quodq; de minutijs uocularum tractent. De Lyſimacho dixit Demoſthenes, ni fallor, regnum ipſius nihil differre à ſcena comica, quòd impẽdio delectaretur ridicule dictis, eoq; ab hoc omnes diſcedere diſſyllabos, hoc eſt, hiſtriones. Notauit enim Bithen & Parin, qui nihil apud illum non poterant. Athenæus lib. 14. Rurſus nomina magnatum faciunt polyſyllaba, qualia ſunt, Ariobarzanes, & Nabuchodonoſor, & apud Plautum Polypyrgopolinices, & Megalodorus.

Peniciſſare. XCIIII

Πηνικίζειν μοι δοκεῖς, Perinde ualet quaſi dicas, ſucum facere, quod idem dicitur φυκαΐζειν. Nam πηνίκη, Græcis comam non genuinam, ſed appoſititiam ſignificat, quam quidam galericulum uocant Hinc πηνικίσματα, τέχναι, doli.

Cicadis pleni. XCV

Τεττίγων ἀνάμεστοι. id eſt, Cicadis operti. In glorioſos ac ſtultos olim dicebatur, aut obſoletis ac iam deſitis utentes. Antiquitus enim Atticis mos erat, capillorum cincinnis aureas cicadas addere. Vnde & τεττιγοφόροι dicti ſunt, hoc indicio ſignificantes αὐτόχθονας eſſe ſeſe, id eſt indigenas, quemadmodum & cicadæ non aliunde commigrant, ſicut pleraque alia, ſed inibi naſcuntur ubi uiuunt. Ariſtophanes in Nebulis,

Ἀρχαῖά γε καὶ δὴ πολιώδη, καὶ τεττίγων ἀνάμεστα,
Καὶ κυκέδη, καὶ βυφωνίων. id eſt,
Priſca hæc ſanè atq; obſita canis, necnon repleta cicadis,
Ac Cecide cum Buphonijs.

Cecides peruetuſtus quiſpiam fuit dithyramborum ſcripton. Buphonia item, feſtum priſcum & iam olim ob uetuſtatem deſitum. Quæ ſanè omnia prouerbiali ſchemate ſunt dicta.

Quid de puſillis magna proœmia? XCVI

Τί μικρῶν πρὸς μεγάλα προοιμιάζῃ; id eſt, Quid de minutis rebus magna texis proœmia? Vbi quis in re non magni momenti, uerboſa utitur prælocutione, Nam Athenis interdicebat præco dicturis in concione, ne uel præfatione, uel affectibus uterentur. rem modo exponerent, ἄνευ προοιμίων καὶ παθῶν. id eſt, Abſque proœmijs & affectibus. Vt aliquot locis indicat Lucianus. Ad quod alluſit etiam Terentius, Etiam proœmium inceptat. Et Horatius,

Quorſum hæc tam putida tendunt?

Leuiter huc alludens Aelius Spartianus in Aelio Vero, Et quoniam, inquit, nimis pauca dicenda ſunt, nec debet prologus enormior eſſe quàm fabula, de ipſo iam loquar. Plutarchus in apophthegmatis Laconicis ad Cleomenem Cleombroti filium refert, qui quũ alter quiſpiam uteretur oratione plus ſatis prolixa. Τί, inquit, μοι μικρῶν πρὸς μεγάλα προοιμιάζῃ; ὅσον γὰρ ἔπι πρᾶγμα, τοσοῦτον καὶ ὁ λόγος, ᾧ χρῆσαι. id eſt, Quid mihi de paruis magna facis proœmia? Nam quanta res fuerit, tanta ſit oratio qua uteris.

Tunc canent cygni, cum tacebunt graculi. XCVII

Τότ' ἄσονται κύκνοι, ὅταν κολοιοὶ σιωπήσωσι. id eſt, Tum canent cygni, cum tacuerint graculi. Hoc eſt, tum loquentur eruditi, cum garrulis non erit loquendi locus. Aut inter garrulos & obſtreperos non eſt eruditis dicendi locus. Vſurpauit adagium Gregorius Theologus, opinor in epiſtolis, παῦσαι καταφλυαροῦν ἡμῶν τῆς σιωπῆς, ὅσοι παροιμ

παροιμίαν ἐρῶ μάλιστα μὴ ἀληθῆ, μάλιστα δὲ σώτομον, ὅτι τότε ἄσονται κύκνοι ὅταν κολοιοὶ σιωπήσωσιν. i. Aut desine tuis nugis obstrepere nostro silentio, aut tibi referam prouerbium, ut uerissimum, ita breuissimum: Tunc canent cygni, cùm tacebunt graculi. Ita nunc loquuntur Cicero, Vergilius, Horatius, & tacent Pero, Philiscus, Meuius, qui uiuis illis obstrepebant, tanto loquaciores quanto indoctiores.

Malis ter mala. XCVIII

Τοῖς κακοῖς τρὶς κακά, id est, Malis ter mala, hoc est, dignis digna eueniunt. Hanc paroemiam aiunt ab huiusmodi quadam fabula profectam. Narrant attagines aues cum primum è Lydia in Aegyptum essent deportatæ, atq; in syluas dimissæ, coturnicis uocem ædidisse: deinde euenit, ut desiccato Nili fluminis alueo, pestilentia regionem Aegyptiorum infestaret, magnamq; hominũ uim absumeret. Inter hæc, attagines uocem edere cœperũt humanam & articulatam, aliquanto maiorem puerili, dicẽtes hæc uerba, τοῖς κακοῖς τρὶς κακά. id est, Malis ter mala. Atq; huius quidem fabulæ autorem citat Athenæus li. 9. Socratem in opere De finibus, sic efferens adagium, Τρὶς τοῖς κακοεργοις κακά. Circunfertur inter Græcas sententias & hic uersus.

ἐσθλῷ γὰρ ἀνδρὶ ἐσθλὰ καὶ δίδοι θεός. id est,

Viro bono bona largiuntur cœlites.

Referuntur & hi senarij ex poëta quopiam, in commentarijs De audiendis poëtis,

Εἱμαρμένον γὰρ τῶν κακῶν βελτιόνων
Κακὰς ἀμοιβὰς ὄστις καρποῦται βροτῶν. id est.

Consilia si quis destinarit improba,
Huic necesse est, præmium ferre improbum.

Canis peccatum sus dependit. XCIX

Τὸ κυνὸς κακὸν, ὗς ἀπέτισεν. id est, Canis malum sus dependit. Quoties pro ijs quæ peccauit alius, alius dat pœnas. Ex quo'nam euentu natum sit, non liquet, nec admodum refert. Sapit enim uulgus.

Interfecta musica. C

ἐκκέκοφθ' ἡ μουσική. i. Interrupta est musica. Veteres in conuiuijs eruditis confabulationibus uti consueuerunt. Post cantores, histriones, saltationes induci cœptæ. Vnde quidam molestè ferentes interrumpi sermones suos dicebant, ἐκκέκοπται ἡ μουσική. Quæ uox in prouerbium traducta est, quoties aliquis interueniens sermonem instituto interpellaret. Simile quiddam memini legere apud Platonem, licet in præsentia locus non occurrat.

CHILIADIS TERTIAE CENTVRIA IIII.

Chamæleonte mutabilior. I



Χαμαιλέοντος μεταβολώτερος. i. Chamæleõte mutabilior. Chamæleon commemoratur inter animantia, quæ colorem mutant. Huius figuram diligenter describit Aristoteles lib. De naturis animantium 2. Quod ad coloris mutationem attinet, hæc tradit, Ἡ δὲ χροιὰς ἡ μεταβολὴ, ἐμφυσωμένῳ αὐτῷ γίνεται. ἔχει γὰρ ἡ μὲν λαιναν τοῦτον τὸν τρόπον ἡ τοῦ χρώματος μεταβολὴ, ἡ ὡχρὰν καθάπερ οἱ σαῦροι, μέλαιναν, ὥσπερ τὰ παραλία, διαπεποικιλμένην. γίνεται δὲ καθ' ἅπαν τὸ σῶμα αὐτοῦ ἡ τοιαύτη μεταβολὴ. καὶ γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ συμμεταβάλλουσιν ὁμοίως τῷ λοιπῷ σώματι, καὶ ἡ κόρη. ἡ δὲ κίνησις αὐτοῦ πολὺ ἰσχυρῶς ἐστι καθάπερ ἡ τοῦ χελωνίου. ἀποθνήσκων δὲ ὠχρὸς γίνεται, καὶ τελευτήσαντος αὐτοῦ ἡ χροιὰ τοιαύτη ἐστί. i. Mutatur autem illi color, cum inflatur. Fitq; is nunc niger, non absimilis crocodilorum, nũc pallidus cuiusmodi lacertarum, nũc rursum nigris uariegatus maculis, qualis est pardorum. Accidit autem huiusmodi mutatio coloris per omne corpus: siquidem & oculi & cauda, in eundem cum reliquo corpore abeunt colorem. Motus huius animantis admodum segnis, qualis est fermè testudinum: palleſcit moriens: exanimato color idem datur. Hactenus Aristoteles. His fermè cõsentanea tradidit Plin. lib. 8. cap. 33. illud addens, hoc animal toto corpore reddere colorem quemcũq; proximum attigerit, præter rubrum & album. Competit igitur adagium in hominem uersipellem, siue inconstantem, ac pro tempore sese uertentem in omnem habitum. Plato in Ione, ἀλλ' ἀτεχνῶς ὥσπερ ὁ Πρωτεὺς παντοδαπὸς γίγνη, τρεφόμενος καὶ ἄνω καὶ κάτω. id est, Sed prorsus Protei in morem temet in omnem uertis speciem, dum sursum ac deorsum uolueris. Aristoteles Moralium Nicomachiorum primo, Chamæleontis uocem usurpat ad exprimendum inconstantiæ uitium.

Suus cuiq; crepitus bene olet. II

Ἑκαστος ἁνὴρ τὸ βδέμα, μᾶλλον γλυκὺ ὀσφραίνεται. i. Vnusquisq; suũ ipsius crepitũ malo suauiorẽ existimat: hoc est, nemo est cui sua mala non uideantur uel optima. Aristoteles Moraliũ Nicomachiorum 9. τὰ πολλὰ γὰρ ὁ τὸ ἴσον τιμῶσιν, οἱ ἔχοντες καὶ οἱ βουλόμενοι λαβεῖν. τὰ γὰρ εἰκεῖα καὶ ἃ δικάζουσιν ἑκάστοις φάνεται πολλοῦ ἄξια. i. plerisq; enim non eodẽ pretio æstimantur ab his qui habẽt, & ab his qui cupiunt accipere. Nã sua cuiq;, & quæ dat, uidẽtur esse multi pretij. Hic locus magis congruebat prouerbio, suũ cuiq; pulchrũ, sed ea pagina iã exierat manus meas. Prouerbiũ de crepitu suspicor ab Apostolio è uulgi fece hausti. Nõdũ enim quẽquã reperi cui suus crepitus bene oleret. Illud uerũ est, homines uehemẽtius abhorrere ab alienis excremẽtis & crepitu quã à suis.

E' poculo perforato bibere. III

ἐκ τετρημένης κύλικος πίνειν. id est, E' perforato poculo bibere, dicuntur qui futiles sunt parumq; feliciter continent arcana sibi credita. Sapit & hoc uulgus.

In pulicis morsu deum inuocat. IIII

ἐν ψύλλας δάκει θεὸν ἐπικαλεῖται. id est, In pulicis morsu deum inuocat, in eos dictum qui quantũlibet leui de re grauiter perturbantur, perinde ut in maxima. Tractum ab apologo, qui fertur inter Aesopicos: Quidam offensus dolore pulicis pedem mordentis subsedit, & Herculem ἀλεξίκακον implorauit: mox desiliente pulice, male precatus est Herculi, qui quum in tantillo periculo uocatus non tulisset opem, non uideri uerisimile, eum in grauioribus adfuturum. Simile est quod refert Aristoteles Moralium Nicomachiorum 7. de uehementer timidis, οἷς καὶ δειλίαι πᾶσα καὶ ψοφόσι μῦς. ueluti qui metuit omnia, si uel mus obstrepat, hanc timiditatem appellat δειψύλλιν, hoc est ferinam.

Κίβδηλος, id est, adulterinus. V

Quod simplex non est, neq; syncerum, id uulgato uerbo Græci κίβδηλον uocant. Hinc ducto uocabulo, quòd aliud præ se ferant, aliud tegant. παρὰ τὸ κίνδαν σὸ δίλον. uel quòd Athenienses ob summum in Chios odium, si cui male uellent, huius nomen numismati solent insculpere, addita litera, ijsq; in terram ab ecclis dira imprecari. παρὰ τὸ τοὺς χίους βδελύττεσθαι. Sed proprie nummum subæratum, κίβδηλον appellant: & κιβδηλίαν, insynceritatem, seu corruptelam: uelut Aristophanes,

Πολλὴν ἀφεῖλε τῆς βίου κιβδηλίαν. id est,

Corruptionem uitæ ademit plurimam.

Et κιβδηλεύειν, corrumpere fuco: & qui pallent, κιβδηλιῶντας appellant, quòd aliquid morbi uitijue subesse uideatur. Quemadmodum in nummis quoq; color nonnunquam arguit fucum. Conueniet igitur in amicitiam insyncerum & fictam, aut in hominem blando uultu, sed animo uirulento: aut in eum qui sanctimoniam habitu præ se ferat,

Ayuntamiento de Madrid

quum uita sit impia: ueluti Pisides, citante Suida,

_Πραγμάτων πάντως δίνο.

Κίβδηλός ἐστιν ἐργάτης εἶς, ὡς λόγος. id est,

Rerum duarum prorsus unus autor est,

Vulgo ut loquuntur, quisquis insyncerus est.

Aut in orationem insynceram. ut Plato lib. De legib. 5. τὰς δὲ αὖ τιμὰς δεῖ σκοπεῖν καὶ τάττειν τίνες ἀληθεῖς, καὶ ὅσαι κίβδηλοι. id est, Rursum honores oportet considerare, quinã ex his ueri sint, qui adulterini. Rursum eodem lib. ὅπως μήτε αὐτὸς κίβδηλός ποτε φανεῖται ὁτῳοῦν, ἁπλοῦς δὲ καὶ ἀληθὴς ἀεί. id est, Vt neq; ipse adulterinus aliquando cuiquam appareat, sed simplex & uerax semper. Hoc igitur à nummis traductum, si ad diuersas res traducatur, prouerbiale fiet. Sed huius rei mentionem fecimus in prouerbio πονηροῦ κόμματος.

Nemo malus hoc sciet. VI

Οὐδεὶς κακὸς ἔσεται τοῦτο. id est. Nullus malus hoc sciet. quoties rem egregiam & cognitu dignam significamus. Plato De legibus libr. 5. ὅσον γὰρ δὴ τὸ νῦν ἐπιτατόμενον ἀγαθὸν ὂν τυγχάνῃ πάσαις ταῖς πολιτείαις πόλεσιν, τῷ ἐπουρίζειν κατασκευὴν προσλαβόν, κεῖσθαι τὴν παλαιὰν παροιμίαν, δόλεις ἔσεταί ποτε κακὸς ὤν, ἀλλ' ἔμπροσθέ τε καὶ ἐπιφανὴς ἔθεσι γενόμενος. id est, Quantum enim bonum sit, quod nunc præcipitur, omnibus rebus publicis, si modo paruerint, ordinem & apparatum adducens, nullus unquam iners & malus cognoscet, quemadmodum ueteri prouerbio dicitur, ucrum & peritus. & moribus æquis præditus. Huic confine est, quod idem posuit in Lachete. οὐ πᾶσα ὗς τοῦτο ἴσεται. id est, Non sus quiuis hoc norit. Natum apparet à mysterijs deorum, quæ non nisi ab initiatis ac puris cognosci fas erat.

Mœnia ferrea, non terrea. VII

Plato lib. De legibus sexto, περὶ δὲ ταχῶν ὦ μέγιλλε, ἔγωγ' ἂν τὴν ἀπάρτι ξυμφερόμην, τὸ καθεύδειν ἐᾶν ἐν τῇ γῇ κατακείμενα τὰ τείχη, καὶ μὴ ἐπανιστάναι τῶνδε εἵνεκα. καλῶς μὲν καὶ ὁ ποιητικὸς ὑπὲρ αὐτῶν λόγος ὑμνεῖται, τὸ χαλκᾶ καὶ σιδηρᾶ δεῖν εἶναι τὰ τείχη, μᾶλλον ἢ γήϊνα. i. De mœnibus autem Megille equidem cum Sparta consenserim, ut mœnia uidelicet humi depositi, dormire sinamus, neq; huius rei gratia rursum uelimus excitare. Recte quidem & poëticum dictum super his canitur, Mœnia ærea magis ac ferrea esse oportere quàm terrea. Prouerbio iactatum fuisse uidetur, & habet ueluti ænigmatis figuram. Innuit autem, non oportere tutamentum ciuitatis in mœnibus collocare, sed in uiris armatis, quorum consensus murorum inexpugnabilium uice, ciuitatem optimè tuetur. Alludit autem Plato ad apophthegma Laconicum, cuius meminit Plutarchus. Equidem arbitror & Horatium huc leuiter alluisse quum ait, Hic murus aheneus esto.

Nemo nos insequitur. VIII

Plato lib. De legibus 10. ὡς ὀλίγην γε τὴν παρόντι δεῖ ποτιμᾶν βραχυλογίαν μᾶλλον ἢ μῆκος. ὀλίγος γὰρ ἡμᾶς τὸ λεγόμενον ἐπέγων διώκει. id est, Nam in præsentia nihil est cur breuiloquentiam prolixitati anteponamus. Quandoquidem nemo nos insequitur, qui festinare compellat, quemadmodum uulgò dicitur. Hoc paræmiæ etiam hodie tritum manet, quum significant liberum esse, diutius in re quapiam immorari: Nemo nos inquiunt, impellit.

Mare proluit omnia mortalium mala. IX

Θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά. id est,

Hominum uniuersa proluit belagus mala.

Refertur ab Eustathio in primum Iliadis Homericæ. Extat autem apud Euripidem in Iphigenia Taurica. Natum est ab euentu huiusmodi. Refert Diogenes Laërtius, Euripidem Platoni comitem fuisse peregrinationis, quum Aegyptum adiret: ubi cum morbo suo corriperetur, comitiali, ni fallor, sacerdotes Aegyptij mersione marina sanarunt hominem. Hinc postea uersiculum hunc composuisse:

Κλύζει θάλασσα πάντα τ' ἀνθρώπων κακά.

Tanquam aqua marina morbis omnibus mederetur. Quin hodie morsos à cane rabido, si nouies mergantur in mare, putant à rabie liberari.

Canere de Telamone. X

Ἄδειν τὰ τελαμῶνος. id est, Canere cantionem Telamonis. De querulo sermone dictum prouerbium, quòd Telamon impotentius fleuerit, Aiacem filium perisse apud Troiam, præsertim hoc genere mortis. Eustathius enarrans carmen illud Homericum, quod est in Catalogo nauium,

Αἴας δ' ἐκ σαλαμῖνος ἄγεν δύο καὶ δέκα νῆας.

Commemorat hanc paræmiam: καὶ τὸ ἄδειν τελαμῶνος παροιμιακῶς λεχθὲν, ἀπὸ σκολιᾶς μέλους ἢ ἀρχῆς, τῶν τελαμῶνος αἶαν ἀχμητά. i. Et quod prouerbio dicitur canere cantionem Telamonis, ab obliquo cantu, cuius initium, Fili Telamonis Aiax belliger. Simillimum est illud, quod alibi retulimus, ἀδμήτου μέλος καὶ ἁρμοδίου μέλος. id est, Admeti cantilena, & Harmodij cantilena.

Argiua calumnia. XI

Ἀργεῖα φορά. id est, Argiua insectatio, de calumnijs & delatoribus dici solitum. Nam Argiuos olim notauit antiquitas, tanquam sycophantas & litium auidos. Testis Eustathius in Catalogum nauium, adagium ex Pausania citans. Testis & Diogenianus in Collectaneis.

Initio confidens, in facto timidus. XII

Eustathius enarrans septimam Iliados librum, huiusmodi refert paræmiam. θρασὺς πρὸ ἔργου, ἐκ πολλοῦ κακός. id est, Audax ante negotium plerunq; ignauus. Citat idem ex Epicharmo, κακὸς θαρρεῖ μάλ' αὐτόθεν, ἔπειτα φεύγει. id est, Ignauus statim admodum de se cõfidit, post autem fugit. Videmus hoc usu uenire uulgò, ut qui sunt audaciſsimi, & magniloquentiſsimi prius quàm appareat periculum, ubi res uirum postulat, ibi sint animi nullius.

Γοργὸν βλέπειν. XIII

Γοργὸν βλέπειν, aliquoties apud Lucianum, pro acribus oculis obtueri. Sumptum è fabula Persei & Gorgûs. γοργὸν dictum putant παρὰ τὸ ὀργᾶν, quòd irati acribus oculis obtuerentur. Item Homerus Iliados Θ. de Hectore,

Γοργὸν ὄμμα' ἔχων ἠδὲ βροτολοιγὸς Ἄρηος. id est,

Gorgoneis oculis, quales & Martis atrocis. μανιώδη βλέπειν aliàs commemorauimus.

Tolle digitum. XIIII

Αἶρε δάκτυλον. id est, Tolle digitum: uictum te fatere. Nam hoc signo qui in conflictu succubuisset, τὴν ἧτταν agnoscebat. Persius in Satyra quinta:

Nil tibi concesſit ratio? digitum exere, peccas.

Cognatum illi quod alio dictum est loco, Dare herbã. Huc, ni fallor, respexit diuus Hieronymus in dialogo Luciferiani & Orthodoxi, quum ait: En tollo manũ, cedo, uicisti. Athenæus li. 6. ex Antiphane refert hos uersus, ἐκ tragicos poëtas.

ὅταν μηδὲν λιώσιν' ἀπῇ ἔτι,

Κομιδῇ δ' ἀπαρήκασιν ὧν τοῖς δράμασιν,

Αἴρουσιν ὥσπερ δάκτυλον τὴν μηχανήν. id est,

Vbi nil habent quod dicere queant amplius,

Sed prorsus hærent explicanda in fabula,

Repente tollunt machinam digiti uice.

Paulo aliter usus uidetur M. Tullius lib. in Verrẽ 6. Accurrunt tamen tutores, digitum tollit Iunius patruus. Nam hic uidetur esse gestus comprobantis, aut se profitentis emptorem, siue conductorem. Siquidẽ & hoc pacto olim ferebãtur suffragia

Ayuntamiento de Madrid

ſuffragia, & in auctionibus eodem, qui uolebat, declarabat ſe emptorem aut conductorem.

Videberis, me uidens, planè Martem uidere. XV.

Βλέπεμ μ' ἀντικρὺς δόξεις μ' ἄρλω. *id eſt,*

Martem uidere me, uideberis palàm.

De his qui ſe ſtrenue pollicebantur opitulaturos, ac Martem quendam acturos. Eſt alicubi apud Ariſtophanem: nam locus nondum occurrit.

Bos in ciuitate. XVI

Βοῦς ἐν πόλει. i. Bos eſt in ciuitate. *Dicitur ubi quis ad nouos honores euehitur. Lyſias bouis imaginem æream in arce collocauit Athenis. Ea res in uulgi iocum ceſſit: nam in agris boum uſus eſt, non in urbibus. Quadrabit & in eos qui præter meritum euehũtur ad ſummos honores, ueluti quum ſcortator indoctus fit epiſcopus aut abbas.*

Braſidas quidem uir bonus. XVII

Βρασίδας μὲν ἀνὴρ ἀγαθὸς, ἀ' ἡ λακεδαίμων πολλοὺς ἔχει κρείσσονας. i. Braſidas uir bonus quidem ille, ſed Lacedæmon multos habet præſtantiores. *Aduerſus eos qui ſe non modo primos, uerumetiam ſolos exiſtimant. Natum ex apophthegmate, quemadnodum docet Plutarchus in Laconicis, & item in uita Lycurgi. Finitimum illi, Multi Manij Ariciæ.*

Hedera poſt anthiſteria. XVIII

Ἅ κισσὸς μετ' ἀνθιστήρια. i. Hedera poſt anthiſteria. *Quum ſero quippiam adhibetur: nam hinc habent nomen, quòd eo menſe plurima è terra effloreſcant. Apparet in ijs ludis morem fuiſſe coronari hedera. De anthiſterijs. i. floralibus feſtis, diximus in prouerbio,* Κάρες θύραζε. i. *Cares foras: uidentur illa fuiſſe quæ Latini uocant Bacchanalia. Hedera autem Baccho ſacra erat, unde* κιττοφόροι *dicti, qui in ludis illis ferebant hederas. Conuenit cum eo quod alibi retulimus,* μετὰ τὼν ἑορτὼν. i. *poſt feſtum.*

Ex academia uenis. XIX

Ἀκαδημιθεν ἥκεις. i. Ex academia uenis. *De ſeuero & compoſito ſeu docto. Sumptum à Platonis ſchola, Quanquam & per ironiam torqueri poterit in faſtuoſum, & uultu tetrico philoſophum agentem. Quin Athenæus lib. 12. ſignificat dictum in nitidos & cultu inſigni, quòd is Plato delectaretur mundicijs. Ita Antiphanes philoſophum elegantius cultum ubi depinxiſſet, apud hunc ipſum,* τί μακρὰ δεῖ λέγειν, ὅλως αὐτὴν ὁρᾶν μὲ τὴν ἀκαδημίαν δοκῶ. i. *Sed quid neceſſe eſt plura dicere? ipſam uidere uideor mihi academiam.*

Senem erigere. XX

Γέροντα δ' ὀρθοῦν φλαῦρον ὄν νόμῳ πόσον. *id eſt,*

Erigere durum eſt, qui cadat iuuenis, ſenem.

Haud facilè dediſcũtur à ſenibus uitia, quæ pueri didicerint, & in omnem ſimul ſeruerint uitam. Et tamen in ſenecta quoque conandum, ut uitijs careamus, quantumuis inhæſerint.

Terra defoſſum habes. XXI

Γῆν κρυφὰς ἔχεις. i. Terra defoſſum habes. *In eum qui non impertit, neq; profert ſuas dotes. Sumptum ab auaris, theſaurum humo defodientibus. Quod apud Plautum facit Euclio. Itidem Horatius in Epodis:*

Haud parauero,
Quod aut auarus ut Chremes terra premam,
Diſcinctus aut perdam ut nepos.

Seneſcit bos. XXII

Γηρᾷ ὁ βοῦς, τὰ δ' ἔργα πολλὰ τ' βοός. *id eſt,*

Bos conſeneſcit, at opera multa ſunt bouis.

Cùm ob ætatis imbecillitatem aliquis inutilis redditur ad obeundum munus. Nam diuitum uulgus haud aliter miniſtris utitur, quàm equis & canibus, aut paulo etiam inhumanius: dum uſui ſunt, alliciunt: ubi ſenuerint, reijciunt. Vnde conſultum eſt, ut unuſquiſq; ſibi paret, quo ſenectutem ſuam commodius foueat, alatq;, ne tum cogatur ex aliena liberalitate pendere, cum à nemine non contemnetur: Ac meminerit Diogenis apophthegmatis, qui rogatus, quid nam eſſet in hac uita calamitoſiſſimum, reſpondit, γέρων ἄπορος. *id eſt, Senex egens.*

Sus acina dependes. XXIII

Ἀποτίσεις χοῖρε γίγαρτα. *id eſt,*

Acinos ſus improba pendes.

Lucs quod admiſiſti, reddes quod abſtuliſti, non ſine fœnore. Quadrabit, ubi puſillum commodi magno dependitur malo. Natum apparet à ruſtico quopiam, qui uerbis hiſce comminatus ſit ſui paſcenti racemos.

Dum ceſſat Boreas. XXIIII

Ariſtoteles in Problematis ſectione 26. problemate 47. iuxta Theodori ſupputationem, teſtatur hunc uerſiculum prouerbio celebrem fuiſſe:

ἀρχομένῳ τε νότου, καὶ λήγοντι βορέαο. *id eſt,*

Surgit ubi notus exoriens, boreaſq; reſidit.

Quo ſignificabant tempus opportunũ proſperæ nauigationi. Subauditur enim δεῖ πλεῖν, *ſiue* εὖ πλεῖν. *propterea quòd auſter minus uehemens oritur: deſinit autem perquam uehemens, diuerſum accidit in Aquilone. Atq; huius rei philoſophus cauſam admodum probabilem reddit. Nos enim, inquit, ad ſeptentrionẽ potius quàm ad meridiẽ uergimus, et aquilo flat à ſeptentrionibus, auſter à meridie. Hinc fit, ut ille ſatũ uehementior proxima inuadat loca, deinde uehemẽtiam ſuam ad longius remotos transferat, propinquis ortui nutior. Hic ediuerſo, ad meridiem poſitos, primũ urgeat: poſt, ubi præterijt, mitior ad nos ueniat. Licebit & longius detorquere prouerbium, nec id ſine gratia, ſi quando ſignificabimus tempus adeſſe commodũ & aptum gerendæ rei, ut cũ illo congruat, quod alibi poſitũ eſt: Cũ pluit, molendũ.*

Inuulnerabilis ut Cæneus. XXV

Ἄτρωτος ὑπάρχεις ὡς καινεύς. i. Inuulnerabilis es ut Cæneus. *De his, qui lædi non poſſunt. Eſt in poëtarum fabulis, Cæneũ munere Neptuni nullo telo uiolari potuiſſe. Cæterum iuxta fidem hiſtoriæ, Cænеum Theſſalum quempiam aiunt fuiſſe, rei bellicæ cum primis peritum, adeo ut cum multis prælijs interfuiſſet, nũquam uulnus acceperit. Deniq; cum Lapithis auxilium ferret aduerſus Centauros, deprehenſus ſolus, ab hoſtium multitudine obrutus eſt, citraq; corporis uulnus extinctus. Itaq; Lapithæ, cadauere integro reperto, ſparſerunt rumorem, Cæneum in omni uita inuulnerabilem fuiſſe. Venuſtius enuntiabitur per comparationem.*

Sale perunctus hic adiuuabitur. XXVI

ἅλοι μιασμυχθὲις ὄνατ' ἂν στοοὶ. *id eſt,*

Acri ſale hic perlutus adiuuabitur.

In eos dicebatur, qui uel ætate uel uino delirarent. Quidam ab utribus translatum exiſtimant, qui ſale loti redduntur meliores, quòd ſalis acrimonia, coriorũ craſſitudinem emendet. Itidem temulentia laborãtes mos erat ſale & oleo perungere, id aduerſus ebrietatem remedium exiſtimabatur. Quidam à uaſis teſtaceis ductum malunt, quæ ſale imbuuntur, quo fidelius contineant liquorem infuſum. Sumptum eſt autem prouerbium ex Ariſtophanis Nebulis.

Hæc iuſtitia. XXVII

Αὕτη τοι δίκη ἐστὶ θεῶν οἳ ὄλυμπον ἔχουσι. *id eſt,*

Diuûm hæc iuſtitia eſt, magnus quos claudit Olympus.

Dici ſolitum, quoties pœnas darent ſceleſti, ueluti dijs ipſis ultoribus. Sumptum eſt ex Homero.

Atqui non eſt apud aram conſultandum. XXVIII

ἀλλ' οὐδὲν δεῖ σκέπτεσθαι τὰς σπουδάς. i. *Atqui nihil opus iuxta aram cogitare. Conſultandum antequam incipias, in ipſo negotio ſera conſultatio. Sumptum à ſacrificijs, qui prori-*

Ayuntamiento de Madrid

ritu ſacrorum omnia præparant, prius quàm accedant ad aram. Nã in ipſis ſacris periculoſum exiſtimabatur, ſi quid parum rite dictum ac factum fuiſſet à ſacerdotibus aut patrimis ac matrimis. Declarat M. Tullius in oratione De reſponſis aruſpicum. An ſi ludus conſtitit, aut tibicen repente conticuit, aut puer ille matrimus & matrima ſi terram non tenuit, aut thenſam, aut lorum omiſit, aut ſi ædilis uerbo aut nutu aberrauit, ludi ſunt non rite facti.

Mars haud concutit ſua ipſius arma. XXIX

Ἄρης τὰ ἀυτ̃ ὅπλα οὐ σαλεύει. i. Mars ſua ipſius arma non iactat. Commode feruntur quibus aſſueuimus, quæq; nobis quadrant, etiam ſi ſint grauiſſima. Iactamus enim quod incommode ferimus. Vnde Iuuenalis:

Nec iactare iugum uita didicere magiſtra. Ita ſtudiorum labor qui occideret athletam, non grauat eruditum.

Smaragdus in luce obſcurus. XXX

ἀρίγνωτος σμάραγδος, ἐν μὲν φάει σκοτεινός. id eſt, Inſignis ſmaragdus, in luce quidem obſcurus. In eos iaci ſolitum, qui præpoſtere ibi ſemet occultarent, ubi maximè conueniebat ædere uirtutis ſpecimen. Plinius inter ſmaragdorum uarietates commemorat, qui dicti ſint cæci, quòd colore ſint obſcuriore. Id uitij magis in ſole deprehẽditur, quum ingens color ille ſuauiter uirens, nec ſole mutetur, nec umbra, nec lucernis, ac nec aquis quidem, quemadmodum idem docet Plinius lib. 37. cap. 6.

Martis pullus. XXXI

ἄρεος νεοττός. i. Martis pullum, uocant ad bella magnopere propenſum. Ariſtophanes in Auibus,

ἄρεος νεοττὸς, ὦ νεοττὲ δέσποτα. id eſt,
Pullus gradiui, ô pulle rector atq; here.

Sentit autem de Gallo, qui quòd omnium auium ſit pugnacißimus bellaciſſimuſq;, unde & criſta & calcaribus armatus eſt, Marti ſacer eſt. Vel quòd is olim fuerit adoleſcens Marti in delicijs habitus, qui conſueuerit obſeruare, Marte cum Venere cubante, ne quis deorum interueniret. Deinde cum illo dormiente ſol aduenißet. Marsq; turpiter eſſet deprehenſus, iratus Gallum adoleſcentem in auem commutauit, manentibus etiamnum priſtinæ naturæ ueſtigijs. Narrat hanc fabulam Lucianus in Gallo. Prouerbij meminit & Laërtius in uita Diogenis Cynici.

Vtrem mergis uento plenum. XXXII

ἀσκὸν βαπτίζεις πνεύματος πλεῶ. i. Vtrem mergis uento plenum. Competit in eum qui fruſtra conatur, ut qui caſtigat inemendabilem, quòd inflatus uter quantumuis immergas, rurſum emicet. Natum uidetur ex oraculo Sibyllæ, quod illa ædidit de ciuitate Athenienſi,

ἀσκὸς βαπτίσῃ, δινῶαι δέ τοι οὐ θέμις ἔσται. id eſt,
Vter tingeris, ſed mergere nemo uolebit.

Durus alloquijs. XXXIII

ἄτυκτος ἀνθρωπος προσαγορεύσιν. i. Immobilis ſiue inflexibilis alloquio. Ductum à cera, quæ tractando molleſcit. ἄτυκτον autem dicitur, quod non queat liquefieri. Competet igitur in hominem inexorabilem.

Profectus ad apaturia. XXXIIII

ἀπιὼν ἐς ἀπατούρια ἐπαῦε' ἐς Θαργηλιῶνα. i. Profectus ad apaturia, redijt Maio. Dici ſolitum in eos qui licentius immorarentur negotio cuipiam. Athenis feſtum erat, quod Apaturia uocabant, id triduo peragebatur. Primum diem appellabant δόρπειαν, propterea quòd ſub noctem conuenientes φράτορες conuiuiũ agerent: ſecundũ appellabant ἀναῤῥύσιν, quòd in eorem diuinam faceret Ioui Phratrio, ac Mineruæ: tertium κουρεῶτιν. quòd iuuenes & puellæ in gentem transſcriberentur. Meminit Suidas copioſius de hoc feſto: uerum ea non multum attinent ad explicandum prouerbium.

Ego tibi de allijs loquor, tu reſpondes de cepis. XXXV

Ἐγὼ σκόροδά σοι λέγω, σὺ δὲ κρόμμυα ἀποκρίνῃ. i. Ego tibi loquor de allijs, tu reſpondes de cepis. Simillimum illi, ἄμας ἀπήτημα, quum aliud reſpondetur quàm rogaris, uel contra quum inepte reſpondetur inepte ſciſcitanti. Confinia ſunt inter ſeſe cepe & allia.

Aurificem te futurum credebas. XXXVI

Χρυσοχόον ᾤου. i. Aurificem te futurum arbitrabare. Natum aiunt ab huiuſmodi quodam euentu. Inualuerat aliquando fama apud uulgus Athenienſium, in Hymetto monte magna auri fragmenta uideri, quæ à formicis illis pugnacibus ſeruarentur. Itaq; quidam creduli ſumptis armis exierunt illas expugnaturi: qui quum re infecta, fruſtraq; ſumpto labore redirent in urbẽ, irriſi ſunt à cæteris ciuibus, illud obiectantibus, σὺ δὲ ᾤου χρυσοχόον. i. tu credebas te fuſurum aurũ. Meminit huius rei Eubolus in fabula cui titulus Glaucus,

ἡμεῖς ποτ' ἄνδρας κεκροπίδας ἐπείσαμεν,
Λαβόντας εἰς ὄμητὸν ὀξυλαβεῖν ὅπλα,
Καὶ σὺν τοῖς μύρμηξιν ἡμερῶν βίον,
ὡς χρυσοτίνκτου φύγματος πεφηνότος. id eſt,
Quondam uiris nos Cecropidis perſuaſimus,
Sumptis ut armis montem Hymettum incurrerent:
Contraq; formicas cibaria tridui
Ferrent, uelut fragmentula auri fuſilis Apparuiſſent.

In penultimo uerſu aut mendum eſt, aut defectus: fortaſſe pro σὺν, legendum σῖτον. Ita certè conſtabit uerſus,

Καὶ σῖτον ἐπὶ μύρμηξιν ἡμερῶν βίον.

Extat & apud Platonem lib. De repub. 5. τί δ' ἂν ὁ σὸς θρασύμαχος, χρυσοχόης, εἰς τόδε νῦν ἐνθάδε ἀφῖχθαι, ἀλλ' οὐ λόγων ἀκουσόμενος. i. Quid autem erat tuus Thraſymachus, ſi auri fuſor, ad eos qui nunc hic ſunt, aduenißet, ac non potius rationes auditurus. Aeſchines, ἀπεφοιτήσας περὶ τούτων δῆλον ὅτι χρυσοχοΐαν ἐμάνθανεν, ἀλλ' οὐ τὸ προκείμενον αὐτῷ πράττειν ἢ πάσχειν. id eſt, Quum hinc ſe ſubduxerit, perſpicuum eſt quòd aurum fundere didicit, potius quàm id facere patiuc, quod ipſi propoſitum erat. Parœmia conuenit, ubi quis ingentes ſpes animo concepit, ſed diſcedit fruſtratus. Quod ferè ſolet accidere ijs, qui ſuo ſumptu mittunt, qui terras perueſtigent incognitas, aut qui in fornaces alcimiſticas omnia ſua profundunt.

Seiuncta ſunt Merrhæ ac Siloam fluenta. XXXVII

Χωρὶς τὰ μερρίνα καὶ σιλωὰμ ῥεύματα. id eſt,
Seiuncta ſunt Merrhæ ac Siloam flumina.

De longo interuallo diſſitis inter ſeſe: ueluti ſi quis dicat, inter amicum & adulatorem plurimum intereſſe. Finitimum illi, χωρὶς τὰ τῶν μυσῶν καὶ φρυγῶν. i. Separatæ ſunt poſſeßiones Myſorum & Phrygum. Apparet neotericum eſſe prouerbium, & haud ſcio an ab Apoſtolio additum ex literis eccleſiaſticis. Siquidem Merrha uocatur locus in quo Moſes aquas peſtilentes & amaras, iniecto ligno dulces reddidit ac ſalubres. Cæterũ ad aquas Siloam miſſus eſt à Ieſu cæcus euangelicus, quo uiſum reciperet. Vnde apparet ſalutares fuiſſe diſſimillimas aquis Merrhæ.

Φανδλόπυρα. XXXVIII

Φανδλόπυρα εἶον τὰ σά. De minis ac terriculis inanibus: aut quum oſtenditur arte periculum, quum re nullum ſit periculum. Translatum à militari aſtutia, qua fit, ut ad territandos hoſtes noctu diuerſis locis ignes incendant, ut ingens exercitus eſſe credatur. Eos ignes adſimulatos, φανδλόπυρα uocant. Non habebit prouerbij gratiam, niſi transferas ad eos qui fumis uerborum territuare ſtudent aliquem, aut in fraudem

Ayuntamiento de Madrid

fraudem illicere. Sic enim interdum fallũtur & nautæ.

Pſyra Bacchum. XXXIX

Ψύρα τ̀ Διόνυσον. i. Pſyra Bacchum. Stephanus & Suidas citant è Cratino, Ψύρα τ̀ Διόνυσον ἄγοντες. i. In Pſyra Bacchũ ducentes. Rurſum ἐν νεμέσει, Ψύρα τέ τιν ἄπαρτον ἄγεις. i. & in Pſyra Spartam ducis. Annotatum eſt & ab Hermolao Barbaro. Dictitatum adagium, ubi uinum appoſitum in conuiuio nemo guſtat: aut de ſordido apparatu. Pſyra puſilla quæpiam inſula eſt haud procul à Chio, in qua uinũ nõ prouenit. Meminit & Strabo lib. 14. Hanc Homerus Odyſſ. Γ. Ψυρίην appellat. In Græcorum commẽtarijs reperi ſcriptũ aliquotics Ψυρᾶ, finali circunflexo, ſed mendoſè, ni fallor.

Caput uacuum cerebro. XL

Ὦ οἵα κεφαλὴ, καὶ ἐγκέφαλον οὐκ ἔχει. i. O quale caput, & cerebrum non habet. De his qui corporis ſpecie præcellunt, ingenio carentes. Natum ex apologo, qui circunfertur inter Aeſopicos. Vulgò quoq; uecordibus & inſipidis aiunt, cerebro uacuum eſſe caput.

Crudelis Bacchus. XLI

Ὠμηστὴς Διόνυσος. i. Crudelis Bacchus. Baccho quondam uiuos homines ſacrificari mos erat. Vnde in crudeles conuenit, ſiue quòd temulentia reddat feroces & immites.

Hoc calciamentum conſuit Hiſtiæus, Ariſtagoras induit. XLII

Τοῦτο ὑπόδημα ἔρραψε μὲν ἱστιαῖος, ὑπεδήσατο δ' ἀριστα-γόρας. i. Hoc calciamentum Hiſtiæus quidem conſuit, cæterum Ariſtagoras induit. Diogenianus admonet dici ſolitum in eos, qui callide ſua malefacta in alios reijciunt. Adagium natum eſt ex huiuſmodi hiſtoria: Hiſtiæus quiſpiam patria Samius, Dario amicus, ab eodem in Perſidem miſſus eſt: illic diutius commoranti inceſſit patriæ reuiſendæ deſiderium: uerum quum à rege commeatum impetrare non poſſet, ſcribit ad Ariſtagoram ex fratre nepotem, ut Ionces ad defectionem ſollicitaret, uidelicet ut hac occaſione dimitteretur. Excogitauit autem nouum literarum tranſmittendarum genus, cuius meminit & A. Gellius Noctium Atticarum libr. 17. cap. 9. Seruo cuidam ſpectatæ fidei, diu oculos ægros habenti, capillum ex omni capite, tanquam medendi cauſa deradit, caputq; eius læue literarum formis compingit. His literis quæ uoluerat, ſcripſit: hominem poſtea quoad capillus adoleſceret, domi continet: renatis pilis, ad Ariſtagoram mittit. Et quum ad eum ueneris, inquit, mandaſſe me dicito, ut caput tuum ſicut nuper egomet feci, deradat. Seruus ut imperatum erat, ad Ariſtagoram uenit, mandatum domini adfert. Is non eſſe fruſtra ratus, capite deraſo literas legit, ac mente Hiſtiæi cognita, totam fermè Ioniam ad defectionem traxit. Darius poſteaquam hæc cognouiſſet, deſciuiſſe Iones, Hiſtiæum in conſilium adhibet, quem potiſſimum in Aſiam mittere oporteat ad res componendas. Is perſuadet ut ſeſe mittat, utpote idoneum ad ſarciendam defectionem Ionum. Itaque poſteaquam in Aſiam deueniſſet, iamq; in ſuſpicionem ueniſſet Sardium præfecto, tanquam autor huius motus fuiſſet, hoc audiuit ab eodem, ὅτῳ τοὶ ἱστιαῖε ἔχει τῇ τα῀τα τὰ πρήγματα, τῶτο τὸ ὑπόδημα ἔρραψας μὲν σὺ, ὑπεδήσατο δ' ὁ ἀριστα-γόρης. id eſt, Sic hæ res habent Hiſtiæe: tu quidem calceum hunc conſuiſti, cæterum Ariſtagoras induit. Meminit & Herodotus quinto & ſexto libr. in hunc modum efferens quemadmodum retuli. Significabat autem eius conſilij primum fontem & autorem fuiſſe Hiſtiæum, adminiſtratorem Ariſtagoram. Ea uox deinde, ut fit, uulgò cognita commenti nouitate, in populi fabulam abijt. Videtur magis conuenire, quoties in aſtutis & inprobis conſilijs alteri alter auxilio eſt, mutuaq; opera ſeſe iuuant. Nam dare conſilium, eſt tanquam calceum conſuere, uti conſilio & exequi, eſt uelut induere calceamentum.

Quod non poſuiſti ne tollas. XLIII

Ἃ μὴ κατέθου, μὴ ἀνέλῃ. id eſt, Quæ non depoſuiſti, ne ſuſtollas. Citatur à Platone libr. De legibus 11. tanquã ex poëta quopiam. Lacrtius refert inter Solonis leges, ſentiens opinor de terminis agrorum non mouendis, quos maiores fixiſſent. Conuenit in furaces, & in eos qui repetunt quod non crediderunt: item qui ſibi poſtulant acceptum ferri, quod non præſtiterunt.

Bulbos quærit. XLIIII

Βολβὸς ζητεῖ. id eſt, Bulbos quærit. Iocus prouerbialis in eos qui iuxta Perſium,

Obſtipo capite defigunt lumina terræ.

Plutarchus in Sympoſiacis, καὶ γὰρ ὁ γελώμενος ὅτοσὶ καὶ παροιμιώδης, ἔφη, βολβὸς ὁ μικρότατος διαφεύγει τ̀ πεῤῥαυνὸν, ἀλλ' ἔχων δίωξαμ μὲν ἀντιπαθῆ, καθάπερ ἡ συκῆ καὶ τὸ ῥόδον καὶ φῶκος. i. Etenim ridiculus iſte, inquit, & prouerbio obnoxius bulbus haud ideo fulmẽ effugit, quòd puſillus ſit, ſed quòd uim habeat contrariam fulmini, quemadmodum & ficus arbor, & uituli marini pellis. Porrò riſus prouerbialis, de quo meminit Plutarchus, ſumptus eſt, ut opinor, ex Ariſtophanis Nebulis, ubi Strepſiades Socratis ingrediens ſcholam, admiratur diſcipulos Socratis prono capite terram ſpectantes. Reſpondentiq; cuipiam,

Ζητοῦσιν οὗτοι τὰ κάτ' γῆς. βολβὸς ἆρα
Ζητοῦσι; μὰ τὸν τοῦτό γε φροντίζετε.
ἐγὼ γὰρ οἶδ' ἵν' εἰσὶ μεγάλοι καὶ καλοί. id eſt,

Quærunt habet quæ terra. Strepſiades. Bulbos ſcilicet
Quærunt, rei ſed cura ne quid iſtius
Vos angat, ego enim noui ubi ſint magni & boni.

Quòd ſi quis malit referre ad id, quod eſt apud eundẽ poëtã in Pluto, ταυτ̀ θύμον φαγόντες. i. Qui eaſdẽ mecũ cepas ediſtis, equidẽ haud magnopere repugnarim. Significat autẽ tenues amicos, quiq; ut ait Terẽ. paupertatẽ unà tulerũt grauẽ. Perſius itẽ Satyr. 4. de ſordido et impẽdio tenaci parcoq;,

Hoc bene ſit, tunicatum cum ſale mordens
Cepe, & farratum pueris plaudentibus ollam.

Extat apud eundem Ariſtophanem in Concionatricibus & alius de bulbo iocus huiuſmodi. κατάφαγὼν βολβῶν χθές. i. Qui deuorauit bulborum ollam. Verba ſunt aniculæ ad iuuenem detrectantem coitum, quòd unus duabus par eſſe non poſſet, καλῶς inquit, ἐπεὶ δὲν κατάφαγες βολβῶν χύτραν. Nam bulbos irritare Venerem teſtatur & Martialis:

Nil aliud bulbis, quàm ſatur eſſe potes.

Et Columella in carmine.

Iam Megaris ueniant genitalia ſemina bulbi.

Sunt autem multæ bulbi ſpecies, ſed omnes, inquit Dioſcorides lib. 2. habent acrimoniam, & calore uenerem ſtimulant, quemadmodum eruca, de qua Columella.

Excitet ut ueneri tardos eruca maritos.

Suidas duo de cepis adagia refert, κρόμμυα ἐσθίειν. i. Cepas edere, & κρομμύων ὀσφραίνεσθαι. i. Cepas odorari, quæ ſuo reddidimus loco.

Exacta uia uiaticum quærere. XLV

Seneca in libello De moribus: Quid enim ſtultius eſt, quàm, quod dici ſolet, uia deficiente, uiaticum quærere, aut augere? Quadrat in ſenes auaros. Laborat enim ea ætas plerunque hoc uitio: ut quo minus ſupereſt uitæ, hoc magis ſit de uictu ſollicita. Contra iuuentus, huius ſtudij uel maximè negligens eſt. M. Tullius in Catone Maiore. Auaritia uerò ſenilis quid ſibi uelit, non intelligo. Poteſt enim quicquam eſſe abſurdius, quàm quo minus uiæ reſtat, eo plus uiatici quærere?

Ventis tradere. XLVI

Ventis tradere, pro eo quod eſt, obliuiſci, atq; ex animo eijcere. Seruius prouerbialem figuram admonet eſſe. Vergilius in decimo Aeneidos.

Nec

Ayuntamiento de Madrid

Nec ferre uidet ſua gaudia uentos. Idem alibi,
_Sed auræ Omnia diſcerpunt. Rurſus idē: _Partim
Mente dedit, partim uolucreis diſcerpſit in auras.
Item Horatius in Odis,
_Triſtitiā & metus,
Tradam proteruis in mare Creticū portare uentis. Ouid.
Cunctáne in æquoreos abierunt irrita uentos?
Cunctáne letheis merſa feruntur aquis? Idem,
Quæ tibi ſunt faciēda tamen cognoſce, nec Euris
Da mea nec tepidis uerba ferenda Notis.

Os infrene. XLVII

ἀχάλινον στόμα. id eſt, Os infrene, uocant os petulans, & maledicum. Sumpta metaphora ab equis, nullo freno coërcitis. Ita Plato lib. De legibus 3. ἀχάλινα στόματα uocat, Euripidem opinor imitatus, qui in Bacchis, Τῶν ἀχαλίνων στομάτων ἀνόμων τε ἀρρησιώνων τέλη δυσχίμων eſſe ſcripſit, quemadmodum alibi meminimus. Plutarchus de liberis educandis, ἀθύρωτον στόμα dixit, quaſi ianitoris egens. Ariſtophanes in Ranis, _ἀνθαδὶ δόξομεν
ἔχοντ' ἀχάλινον, ἀκρατὲς, ἀπύλωτον στόμα. id eſt,
_Oris improbi, Infrene habentem intemperans, & oſtij
Os indigum. Iulius Pollux docet id genus homines dici ἀθυρογλώττους, quam uocem uſurpat Euripides in Oreſte:
Κἄπι τῷδ' ἀνίσταται
ἀνὴρ τις ἀθυρόγλωσσος, ἰσχύων θράσει,
ἀργεῖ δὲ καὶ ἀργεῖ ἀναγκασμένῳ,
Θορύβῳ τ' ἴσωσι, κἄμαθεῖ παῤῥησίᾳ.
Πιθανὸς ἐστ' ἀστὸς πεῖσαι λαὸν κακῷ τινι. id eſt,
Sub iſtā ſurgit quiſpiam uir cuius os
Carebat oſtio, ualens audacia,
Argiuus haud Argiuus, huc adductus eſt
Turbæ obſequens, & imperita audacia:
Qui orationis poſſet eloquentia
Malo uel ipſos principes inuoluere.

Sic Euripides depingit oratorem ſtolidum, ſed utinam hæc forma non competeret in tam multos concionatores, non euangelicos, ſed ſycophanticos, ac meros adulatores.

Ego ac tu idem trahimus iugum. XLVIII

ἐγώ τε καὶ σὺ τὼ αὐτὸν ἕλκομεν ζυγόν. id eſt,
Idem ego & tu iugum trahimus pariter.

De his qui ſimilib. uitijs aut malis obnoxij ſunt. Nō diſſimile illi, In eadē es naui, quanquā hoc magis pertinet ad cōmune periculū. Plin. in Epiſt. alicubi dixit, ex æquo iugū ducere, pro eo quod eſt, negotij uices pariter ſuſtinere. Translatū à bubus arantibus. Huc alluſiſſe uidetur Horat. lib. Odarum 1.

Diffugiunt cadis
Cum fece ſiccatis amici,
Ferte iugum pariter doloſi.

Res indicabit. XLIX

Αὐτὸ δέξει, ſubaudi ἔργον. i. Res ipſa indicabit. Cum ſignificamus experimento exitum; perſpici ſermonis ueritatē. Vtitur Plato in Theæteto. Nam illic Socrates exhortans ad inquiſitionem rei, ὃ τὸ ποταμὸν καθηγούμενος ὦ θεόδωρε ἔφη ἆρα δέξει αὐτὸ, ἢ τοῦτο μὲν ἴσμεν ὡς ἐρεωνῶμεν, τάχ' ἂν ἐμπόδιον γενόμενον αὐτὸ φήνῃ τὸ ζητούμενον, μένοι γ' ἄλλον ὁδηγὸν. i. Qui alijs per flumen iuris dux erat ô Theætete dicebat, ipſa indicabit. Et hoc ſi pergamus inquirere, fortaſſis apparebit quid nobis obſtet. At ſi maneamus, nihil erit perſpicuū. Natum uidetur à caſu. Quidā ingreſſurus fluuiū ut alijs ſequuturis dux eſſet, percontantibus illis num eſſet aqua profunda: reſpondit αὐτὸ δέξει. i. ipſa indicabit. Marſilius enim ſic uertit, quaſi ſubaudiendum eſſet ὕδωρ. in Platone, quum illic præcedat ποταμός. Suidas putat ſubaudiendum ἔργον. i. ipſa res. Vſus eſt Ariſtophanes in Lyſiſtrata,

Τέξεται τάχ' αὐτὸ δέξει. id eſt, Res ipſa mox probabit. Pindarus in Nemeis, ἐν ᾧ πειρᾷ τέλος διαφάνηται ὤρ τις ἀμείνων καὶ γένηται. i. In experimento uerò tandem apparet quibus ſit aliquis præſtantior. Huic ſimilimum, τὸ πρᾶγμα λέγει. i. res ipſa loquitur, apud Lucianum in Toxaride: item illud Ariſtophanicum in Veſpis,
Τὸ πρᾶγμα φανερόν ἐστιν, αὐτὸ γὰρ βοᾷ. id eſt,
Res eſt palàm, quando ipſa per ſe clamitat.

Id imitatus M. Tullius in oratione quadam dixit, totam hominis effigiem, malitiam quandam clamitare.

Omiſſa hypera pedem inſequeris. L

ἀφεὶς τὴν ὑπέραν, τὸν πόδα διώκεις. i. Omiſſa hypera, pedem ſectatur. Conuenit, ubi quis omiſſis his quæ magis ad rē attinebāt, leuicula quæpiam curat. Hyperæ nautici funes ſunt, quibus antennarum cornua traduntur. Pedem autem uocant imam ueli partem. Verum hyperarum maximus uſus in nauigando. Suidas adagiū citat ex Hyperide. Ité qui ſcripſit ſcholia in Demoſthenem, ex libro περὶ παρεκβάσεως primo.

Becceſelenus. LI

Βεκκεσέληνος. Prouerbio dicebatur ſtupidus ac delirus, ſyderatus, aut admodum ſenex. Beccus Phrygum antiquiſſima lingua panem ſignificat, autore Herodoto lib. 2. σελήνη lunā. Vnde Arcades, qui uolunt mortalium omnium antiquiſſimi uideri, προσέλήνους dicuntur, tanquam antiquiores ipſa luna. Quod notauit Apollonius libro Argonauticōn quarto,
ἀρκάδες οἳ καὶ πρόσθε σελήνης ὐδαῖοι.
Pſammiticus autem rex hoc argumento deprehendit Phrygios omnium antiquiſſimos fuiſſe, quòd pueri qui nullam uocem hominis audierant, Beccum ſonarent. Suidas hoc loco iocans, negat mirū uideri debere, ſi caprarum uocem imitati ſunt, qui fuerunt à capra nutriti. Nam id aſſerit Herodotus. Vtitur Plutarch. lib. 1. De uitis philoſophorū, ἢ γὰρ πλάτων ὁ μεγαλόφωνος ἐπὼν, ὁ θεὸς ἔπλασε τὸν κόσμον πρὸς ἑαυτὸ ὑπόδειγμα, ὅλος λῆρος Βεκκεσέληνος, καὶ λάγε τὰς δὴ ἀρχαίας κωμῳδίας ποιητάς. i. Etenim Plato uocalis quū dicit, deus condidit mundum ad ſuam ipſius imaginem, olet delirationem Becceſclenam, quemadmodum loquuntur ueteris comœdiæ ſcriptores. Sumptum eſt prouerbium ex Ariſtoph. Nebulis,
Καὶ πῶς ὦ μιαρὲ σὺ καὶ κρονίων ὄζων καὶ βεκκεσέληνε. i.
Et quo pacto ſtolide tu, et Saturnia olēs, & Becceſelene.
Quo loco complura ſuper hac dictione referuntur ab interprete, ſi quis fortè requirit: ego quod ad adagij explanationem iudicaui fore ſatis, attigi.

Imperitus anaxyride indutus, omnibus id oſtentat. LII

ἀμαθὴς ἀναξυρίδα περιθέμενος, πᾶσι τοῦτο ἐνδείκνυται. i. Imperitus ſubligaculū ſiue bracas indutus paſſim eas oſtendit. In eum congruit, qui propter inſolentiam, etiam ineptiſſimis rebus effertur. Nam rerum imperitis quicquid peregrinum ac nouum eſt, uidetur elegās. Eruditi quidam putant anaxyridem Græcis dici, quas Latini uocant bracas ſiue ſeminalia, quæ tegebant mediam corporis partē unà cū ſeminibus, Bracha igitur Barbaricæ ueſtis genus erat, ſed præcipue Gallorum quorundam: unde & Gallia Brachata dicta eſt. Anaxyridem uerò & Perſis in uſu fuiſſe declarat Strabo. Vidimus & Venetiæ patritios iuuenes ſi quando peregrinantur, gaudere Gallicis ſubuculis, abſque ueſte ſuperiore, quod idem domi non faciunt. Quadrabit & in eos qui ſibi uidentur aliquid, quod Gallicè loquantur inter Germanos, aut qui uocib. obſoletis, obſcuris aut peregrinis uenditant ſeſe. Subolet hoc ab Apoſtolio additum ex huius ætatis adagijs.

Mineruæ ſuffragium. LIII

ἡ Ἀθηνᾶς ψῆφος. i. Mineruæ ſuffragiū. De exacto iudicio contrarium illi, ὃν ἔκεινεν. i. ſus iudicauit. Sed lepidius fiet, ſi per ironiam efferatur in ſtupidum & nullius iudicij hominem.

Per

Ayuntamiento de Madrid

Per parietem loqui. LIIII

Διὰ τοίχου λαλεῖν. i. Per parietem loqui. Dicitur qui ridicule quid facit. Siue quòd obstante pariete neuter alterum audit, siue quòd ad eum modum colloquuntur amantes: ut testatur Ouidius de Pyramo & Thysbe.

Interuallo perit fames, & optimè perditur. LV

Διὰ μεσοῦ καὶ λιμὸς ἔρρει καὶ κάλλιστ' ἀπόλλυται. id est, Intercapedine optimè perit fames. Mora multis rebus adfert remedium, & maximè iracundiæ. Inuenitur etiam hoc interpretamentum, ut sit sensus, Extincto famelico, fames item pereat necessum est.

Statuam faucibus colas. LVI

ἀνδριάντα γαργαλίζεις. i. Statuam colas gutture. De re maiorem in modum absurda, quæq; fieri nullo pacto possit: ueluti si quis hominem præpotentem & inuictum frustra conetur opprimere: nec enim liquescit statua.

Insperabilem uitam uiuis. LVII

ἀελπίστου βίου ζῇς. i. Insperatam uitam agis. Sic enim loquuntur Attici, hoc est, uitam mirificam, & quam ne sperare quidem auderet quisquam: aut in qua non spes alat animum, sed ipsæ res adsint. Extat apud Pindarum.

Amens longus. LVIII

ἄνους ὁ μακρός. i. Amens qui longus: hoc est, quod uulgò dicitant, prælongis mentem deesse, pusillis nimium adesse animorum. Sumptum uidetur ex Sophocle, apud quem hi uersus sunt in Aiace flagellifero,

Οὐ γὰρ οἱ πλατεῖς
Οὐδ' ὀχυρώτατοι φῶτες ἀσφαλέστατοι,
ἀλλ' οἱ φρονοῦντες εὖ. id est,
Non enim his
Qui porriguntur mole uasta corporis,
Latoq; tergo, niti oportet maximè,
Verum mage illis, qui ualent prudentia.

Videtur in eadē fermè sententia fuisse Homerus, Tydeū fingens corpore pusillo, cæterū strenuū. Sic enim ait Iliad. E.

Τυδέος τοι μικρὸς μὲν ἔην δέμας, ἀλλὰ μαχητής. id est,
Strennuus in pugna Tydeus, sed corpore paruus.

Idem habetur in obs. œno carmine,

Vtilior Tydeus, qui, si quid credis Homero,
Ingenio pugnax, corpore paruus erat. Et apud Statiū:
Maior in exiguo regnabat corpore uirtus.

Antiopæ luctus. LIX

ἀντιόπης θρῆνος. i. Antiopæ luctus. Dici consueuit, ubi quis immerens calamitatibus affligitur, deinde malis eximitur. Natum adagiū ab Antiopæ fabula, quæ Nyctei filia fuisse narratur. Ea cùm esset à ciue quodam uitiata, pater grauius irascens, ad fratrem Lycum mittit, ut de ea supplicium sumeret: at ille, quòd uterū ferre uideret, misertus, pepercerat: Itaq; peperit Zethum & Amphionem, quos ille in montem abiecit. Erat autem huic uxor nomine Dirce, quæ simul atque sensit uirum suum Lycum Antiopæ captum amore, puellam in montem abductam tauri ceruicibus alligat, suspensis à cornibus tedis ardentibus, parans illam hoc exitij genere conficere. Verum ad uociferationem Antiopæ concursum est, cum à uicinis rusticis, tum ab Amphione Zethoq;, qui matrem agnitam eripiunt, & à Dirce pœnas sumunt.

Fuge procul à uiro maiore. LX

ἄλλου ἀπὸ μείζονος ἀνδρός. id est,
Qui te fortior est, hunc tu uitare memento.

Caue à commercio potentium: habe commerciū cum æqualibus. Etenim optimatum familiaritas, aut seruum facit & turpem: aut si nescias adulari, periculis obijcit. Cum paribus ut multo suauior, ita tutior etiam uita est. Pindarus in Nemeis ἄδει λυκάντῳ. χαλεπὰ δ' ἔρις ἀνδράσιν ὁμίλῳ πρεσβυτέρων. i. Graue certamen congredi cum hominibus potentioribus. Congruit cum eo quod alibi dictum est, Procul à Ioue & fulmine: & illo, Longæ regum manus. Herodotus in Vrania, καὶ γὰρ δύναμις ὑπερέχει ἀνθρωπηίην ἡ βασιλέος καὶ χεὶρ ὑπερμήκης. i. Etenim potentia regis supra hominem est & manus prælonga. Hoc magis conueniebat illi prouerbio, sed cum locus occurreret in Herodoto, Typographus priores chartas absoluerat.

Absq; baculo ne ingrediтor. LXI

ἄνευ ξύλου μὴ βάδιζε. i. Absq; ligno ne ingrediare. Inermis ne sis. Verum semper ad manum sit, quo depellas, si quis fortè quærat lædere. Natum aiunt à Cleomene quodam Atheniensium duce. Is cùm esset in insaniam uersus, quod omnibus haberetur exosus, baculum gestans obambulare consueuit, quo propulsaret impetentes.

Omnem facultatem indutus est. LXII

ἅπασαν τὴν οὐσίαν ἐμφέρεται. i. Vniuersam substantiā indutus est. De paupere, qui præter uestitum nihil præterea rerum possidet: alioquin ἀφίησιν οὐκ ἀνόλβιον. Quod quidē & hodie uulgato ioco dicunt, ad hunc modū: cū subsilio facultates omnes meæ commouentur. Notum illud Biantis philosophi dictum: Omnia mea mecum porto. Plautus in Rudentibus.

Hoc quod indutus sum, summæ opes.

Hostis non hostis. LXIII

ἀπόλεμον πολέμιον. i. Citra bellum hostis. Dicitur qui nulla lacessitus iniuria, tamen quæ sunt hostium facit, aut qui pacis obtextu facit hostilia. Conueniet etiā in illos qui prius quàm expostulauerint de iniuria cum amico, iam lædunt inimicè.

Nephasti dies. LXIIII

ἀποφράδες ἡμέραι. i. Nephasti dies. Olim uocabantur inauspicati, & quibus publica non liceбat agere. Vnde receptū, ut homines inuisos ac detestandos, ἀποφράδας appellarent. Testis Lucianus in huius uocis calumniatorem. Apud Atticos huiusmodi dies erant septem, quibus inferiæ persolebantur manibus, eoq; habebantur inauspicati. Ad hæc ueterum superstitio sibi persuasit, & lunæ certos dies sinistri auspicij esse, ueluti lunæ senescentis, quartam, quintam & secundam, quos & ἀπονάδας appellabant. Rursus dies in quibus rei capitis damnabantur ἀποφράδας ueluti funestos. Postremo dies insigni quapiā calamitate funesti ἀποφράδες dicti sunt. Horatius, Ille & nephasto te posuit die. Horum dierum meminit Plato lib. De legib. 7. negans illos esse καθαρούς. i. puros, sed ἀποφράδας appellat ut funestos & sepeliendis mortuis sacros. Ea uox deinde translata est ad homines execrandos, & abominandæ maliciæ, teste uersiculo.

ἄνδρα τ' ἀποφράδα, καὶ βλέπων ἀπίστιον. id est,
Homo nephastus, & ore perfidum tuens.

Eadem est autem Græcæ uocis etymologia quæ latinæ παρὰ τὸ φράζω. Huiusmodi fermè Suidas, Hesychius & Etymologicus. Quin & homines detestandos sacros dicimus, ut Horatius, Sacer intestabilis esto. Verg. etiam ad animi rem transtulit, Auri sacra fames.

Anus cothoniſſat. LXV

γραῦς καθωνίζομένη. i. Anus cothonizantes. De uetulis indecore lasciuientibus. κάθων enim temulentum significat: inde fictum uerbum καθωνίζειν. Athenæus lib. 11. uarijs autoribus cothonem esse ostendit poculi genus, unde dicatur καθωνίζειν. pro inebriari, & καθωνισμὸς ipsa temulentia. Et Hesychius admonet, Græcis hominem temulentum appellari cothonem, quemadmodum Latini lagenam uocant aut utrē. Horatius in Odis in anum uxorem pauperis Ibyci,

Te lanæ prope nobilem
Tonsæ Luceriam, non citharæ decent,
Nec flos purpureus rosæ,
Nec poti uetulam face tenus cadi.

De anu

De anu saltante dictum est aliàs.

Anus hircum olet. LXVI

Γραῦς ἀναδυᾷ. i. Anus hircum redolet. De uetula libidinante, propterea quod alarum ac reliquarum partium odor excitatur ad libidinem incensis. Horat. in anum huiusmodi:

Nanq; sagacius unus odoror
Polypus an grauis hirsutis cubet hircus in alis,
Quam canis acer, ubi lateat sus.

Nudo capite. LXVII

Γυμνῇ κεφαλῇ. id est, Nudo capite facere quæpiam dicuntur, qui palàm ac citra pudorem omnem faciunt. Qui rem pudendam faciebant, ijs mos erat centonibus caput operire. Plautus in Captiui duo: Ipsi de foro tam aperto capite ad lenones eunt, quàm in tribu aperto capite fontes cõdemnant reos. Neq; refert utrum hic aperto, an operto legas per ironiam: nam sensus idem utriusq; lectionis. Vsus est hoc prouerbij titulo & Cyrillus, interpretans Ioannis Euangelium, & diuus Chrysostomus in Encomio Babylæ martyris. Tegit & Socrates faciem apud Platonem in Phædro dicturus uituperationem amoris.

In re mala, animo si bono utare, adiuuat. LXVIII

Meretur omnino Plautinus ille senarius ex Captiuis ducbus ut inter adagia recenseatur, In re mala, animo si bono utare adiuuat.

Fortiter ferendo uincitur malum quod euitari non potest. Eandem sententiam paulo secus explicat in Pseudolo, Bonus animus in re mala dimidium est mali.

Mulieris oculus. LXIX

Γυναικὸς ὄμμα τοῖς ἀκμάζουσιν βέλος. id est,

Mulieris oculus spiculum iuuenibus est. Et Vergilius:

Vritq; uidendo Fœmina. Idem:

Vt uidi, ut perij, ut me malus abstulit error.

Illud aliàs recensuimus: ὁκ τ ὁρᾶν γίγνεται τὸ ἐρᾶν. id est, Ex aspectu nascitur amor.

Decempes umbra. LXX

Δεκάπους σκιὰ ὥρη. id est, Decempes umbra est, id est, cœnandi tempus. Veteres umbris notabant horas diei. Lucianus in Gallo: Σωεχὲς ἀποσκοπῶν ὁποσα πόδα τὸ σκοῖον ἔτι. id est, assidue obseruans quot pedes haberet linea, Olim qui uocabant ad cœnam designabant ad quam umbram solarij uellent adesse conuiuas. Itidem qui uocabantur, ne uenirent ante tempus rogabant, ad quotam lineam esset ueniendum. Porrò umbra decem pedum erat gratissima parasitis, cœnæ spem faciens, quemadmodum & fumus largior exiliens è culina. Huius adagionis usum nullum uideo, nisi si quis significare uolens hominem uehementer edacem, dicat illi magnopere placere umbram decempedem. Aut nihil agere quempiam nisi obseruare umbram decempedem, quomodo utitur Aristophanes in Concionatricibus,

Σοὶ δ μελήσει Ὅταν δ δεκάπους τὸ σκοῖον
Λιπαρῶς χωρεῖν ἐπὶ δεῖπνον. id est,

Verum hoc fuerit tibi curæ,
Vbi facta sit umbra decempes,
Ad lautam accurrere cœnam.

Ammianus libr. 23. tradit, apud Persas nullam horam præscriptam sumendi cibum præter quàm regibus, sed suum cuiq; uentrem solarium esse; & apud Plautum, si satis commemini, parasitus quispiam destomachatur in eos qui horologiorum usum commenti sunt, cum uenter sit optimum horologium. Adagium refertur à Suida.

Altera nauigatio. LXXI

Δευτέρ πλοῦς. i. Secundarius cursus, uocabatur cum uento destituti, remis nauim impellerent. Nam ὁ ἐξ ἀρχῆς πλοῦς πρῶτος. i. Cum secundis uentis nauigaretur, ea prima nauigatio dicebatur, autore Pausania, quem citat Eustathius in secundum Odysseæ librum, quo loco prouerbij quoq; mentionem facit. Aristoteles lib. Moralium Nicomachiorum 2. ἐπὰν ἓν τ μέσον τυχᾶν ἄκρως χαλεπὸν, καὶ τ δεύτερόν φασι πλοῦν, τὰ ἐλάχιστα λαμβάνειν τῶν κακῶν. i. Quando igitur medium exacte consequi difficile est, iuxta secundum, ut aiunt, cursum minima malorum sumenda sunt. Philosophus sentit uirtutem in medio esse sitam. At id quoniam interdum difficile est assequi, monet ut quàm leuissimè aberremus. Huc pertinet illud Aristoph. in Concionatricibus,

Νῦν μὲν γ ὅτε θέλομεν, ὅτε ἐλαύνομεν. id est,

Nam nunc nec aura impellimur nec remige.

Interpres admonet nautas cum uento destituuntur, ad remos confugere. Conuenit, ubi quoties quæ potissima fuerant, non contingunt, ad proxima confugitur auxilia. Cognatum est illi quod alibi retulimus, δευτέρων φροντίδων ἀμανόνων. Vsurpauit hoc Ioannes Chrysostomus homilia in Matthæum prima, Επειδὴ ὑ τούτου διηκρασάμεθα τὴν χάριν, φέρε κ' ἂν τ δεύτερον ἀσπασώμεθα πλοῦν. id est, Postea quam uerò ab hac gratia sumus excussi, age uel secundum amplectamur cursum. Atque hic statim in ipso, quod aiunt, portu impegit interpres Anianus, sic enim hunc locum reddidit. Quia uerò hanc à nobis excussimus gratiam, uel secundas diuitias expetamus: etiam si in uulgatis per Typographos exemplaribus pro excussimus, legimus excusamus, & pro expetamus, expectamus. Agit illic Chrysostomus primum & optimum esse nullis uti literis, postea quam autem ab eo quod erat optimum degenerauimus, nobis esse nautas imitandos, qui cum recto cursu non possunt eò peruenire quò uolunt, tamen uel remigio, uel obliqua nauigatione conantur eodem pertendere. Fefellit autem interpretem prouerbij ignoratio, & ideo ex πλοῦν fecit πλοῦτον. Hæc indico non ut traducam Anianum, cuius industriæ debent studiosi, sed ut errorem tollam. Extat Naumachij, Christiani ut suspicor poëtæ, carmen quo primum hortatur ad uirginitatem, matrimonium appellans secundarium cursum.

Εἰ δέ σε καὶ κοινοῦ πόθος & βιότοιο κιχάνοι,
Καὶ τοῦτο προσδ' αὖτις ἐρέω πῶς χρή σε πεῖσαι
Τὸν πλοῦν ὡς φάσιν, τ δεύτερον ὑφρονι θυμῷ. id est,

Quòd si te uulgaris amor uitæ tenet, addam
Hoc quo uti didici, quo pacto cursus ut aiunt,
Hic alter tibi sit peragendus mente sagaci.

Alluxit huc Cicero in Oratore ad Brutũ, Quòd si quem aut natura sat, aut illa præstantis ingenij uis forte deficiet, aut minus instructus erit magnarum artium disciplinis, teneat tamen eum cursum quem poterit. Prima enim sequentem, honestum est in secundis tertijsq; consistere. Summam celeritatem significans utrunq; coniunxit Philippica prima: Tum uerò sum tanta cupiditate incensus ad redditum, ut mihi nulli neq; remi, neq; uenti satisfacerent.

Diagoras Melius. LXXII

Διαγόρας μήλιος. i. Diagoras Melius. In sceleratum ac fœdifragũ & impium. Hic capta Melo uixit Athenis, & Atheniensium sacrorum mysteria usquead eo contempsit, ut complureis auerterit à religione, deterruerit q; ne iam uellẽt initiari. Prætereà arcana illa mysteria, quæ nefas est prophanis æderc, ille impius in uulgus extulit, modis omnibus irridens. Quas ob res ab Atheniensibus proscriptus est, eamq; proscriptionem palam in ærea columna posuerunt, addito præmij loco, talento, si quis hominem occidisset, si quis uiuum adduxisset, duobus. Meminit huius Aristoph. in Auibus,

Ἤν ἀποκτείνῃ τις ὑμῶν Διαγόραν τ μήλιον,
Λαμβάνειν τάλαντον, ἤν τε τῶν τυράννων τις τινα
Τῶν τεθνηκότων ἀποκτείνῃ. id est,

Si quis è uobis Diagoram Melium interfecerit,

Præmium

Præmium ferret talentum, siq; quis quem è mortuis
Interemerit tyrannis.

Sedecim pedibus superauit. CLXXIII

Haudquaquam alienum est à prouerbiali figura, quod in Pericle scripsit Aristides, nempe Periclem oratorem reliquos in dicendo sedecim præterisse pedibus, λέγων, inquit, ὡς ἑκκαίδεκα μὲν ποδῶν ἤρει τοὺς ῥήτορας ἐν τοῖς λόγοις, μόνῳ δὲ ποδῶτις ἐπεκάθιζεν ἐν τοῖς χάλεσι, πάρεστι δὲ ἴσως καὶ φλυαρίαν πρὸς ἐκεῖνον. id est, Dicens illum sedecim pedibus uicisse rhetores dicendo, atq; in unius illius labijs insedisse suadelam quãdam. Cætera uerò omnia nugas præ hoc fuisse. Itaq; 16. pedibus pro maximo interuallo dixit. Sumpta metaphora à stadijs cursorum. Locus autem hic de Pericle est apud Eupolin comicum, in comœdia cui tit. Δῆμοι.

Κράτιστον ὅτι ἐγένετ' ἀνθρώπων λέγειν,
Ὁπότε παρέλθοι ὥσπερ οἱ ἀγαθοὶ δρομεῖς
Ἑκκαίδεκα ποδῶν ἦρε λέγων τοὺς ῥήτορας.
Ταχὺς λέγειν μὲν, πρὸς ὃ αὐτὸ δὴ τάχα,
Ποδῶτις ἐπεκάθιζεν ἐν τοῖς χάλεσιν. id est,

Hic inter homines plurimum unus polluit
Dicendo, quoties præteribat, uti bonus
Agilisq; cursor, sedecim spatio pedum
Liquebat à se cæteros iam rhetores.
Sermone celer erat, celeritati aderat huic
Suadela quædam illius insidens labris.

Hos uersus & Aristophanes adducit in Acharnensibus ex Demis Eupolis adiunctis his duobus.

Οὕτως ἐκύλα, καὶ μάλ' ὡς τὸν ῥήτορα,
Τὸ κέντρον ἐγκατέλιπε τοῖς ἀκροωμένοις. id est,

Adeo mouebat, atque solus rhetorum,
Aculeum in animis liquit audientium.

M. Tullius in Bruto: Quam deam, inquit, in Periclis labris scripsit Eupolis sessitauisse. Huius immodicam eloquentiam idem taxauit in eadem comœdia.

Ἐντεῦθεν ὀργὴ περιάλλως ὁ Ὀλύμπιος
Ἠχρώστ', ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα. id est,

Pericles at indignatus hinc Olympius
Tonat, coruscat, miscet omnem Græciam.

Porrò quod ad suadelam attinet, id imitatus Ennius apud Ciceronem in Catone Maiore, M. Cethegum Suadæ medullam dixit. Ab huius prouerbij forma non discrepat illud Aristophanis, ὡς τῶν νεφελῶν.

Τῶν Ἑλλήνων εἶναι λέγειν ἑκατὸν σταδίοισιν ἄμεινον. id est,

Vt Graiorum dicar gentem stadijs præcedere centum.

Lepidius etiam erit, si pro pedibus parasangas dixeris.

Saxum uolutum non obducitur musco. LXXIIII

Λίθος κυλινδούμενος τὸ φῦκος οὐ ποιεῖ. id est,

Musco lapis uolutus haud obducitur.

Qui non potest eodem in loco consistere, raro fit ut diteſcat. Id totidem penè uerbis etiam hodie dicunt. Simile illud Fabij, Planta quæ sæpius transfertur, non coalescit.

Lityersam cantionem canis. LXXV

Λιτυέρσαν ᾠδὴν ἄδεις. id est, Lityersam cantionem canis. Lityerses nothus erat Midæ regis. Hic cum ageret in Celænis, exceptos eos qui aduenissent, compellebat ut secum meterent, deinde præfectis capitibus, reliquum corpus manipulis inuoluebat. Idem instituit, ut in honorem Midæ thericos, id est, æstiuus aut messorius hymnus caneretur, unde ductum prouerbium, ut qui non ex animo canerent, aut qui coacti canerent, hi Lityersam cantionem canere dicerentur. Menander in Chalcidonio.

ἄλλοτε λιτυέρσην ἀπ' ἀοιδὴν τίνα.

Meminit huius fabulæ Iulius Pollux lib. De rerum uocabulis 4. capite περὶ ἀσμάτων ἐθνικῶν. Sed hoc notat, Lityersam loris cædere solitum, quos metendo uicisset, sed cùm aliquando incidisset in messorem se robustiorem ab eo trucidatum fuisse. Quosdam autem autores esse, Herculis manu perijsse. Proinde cantionem eam ad patris desiderium leniendum fuisse repertam. Lityersæ meminit & Theocritus.

Lydum in planiciem prouocas. LXXVI

Λυδὸν εἰς πεδίον προκαλεῖς. id est, Lydum in campum prouocas. In eum competit, qui lacessit iamdudum ad id propensum ac promptum. Notati sunt Lydi, quòd ad bellum capessendum æquo propensiores essent. Herodotus lib. 1. docet Lydos equitatu ualuisse. Proinde Crœsus optat Ionas equitatu uenire oppugnatum Lydos. Finitimum ei quod alibi recensuimus, τὸν ἵππον εἰς πεδίον.

Sublata lucerna nihil interest inter mulieres. LXXVII

Λύχνου ἀφθέντος γυνὴ πᾶσα ἑαυτή. id est, Lucerna sublata nihil discriminis inter mulieres. Sentit adagium nullam mulierem non esse impudicam, si detur facultas sine teste peccandi. Recenset Apostolius, & usurpatur à Plutarcho in Præceptis connubialibus.

Lysicrates alter. LXXVIII

Λυσικράτης ἕτερος. i. Alter Lysicrates. Lysicrates quidam in uulgi fabulam abijt, quòd capillos iam canos nigro tingeret, quo iuuenis etiamdum uideretur. Cuiusmodi ridetur apud Martialem Ollus, comam tingens, cum barbam non posset.

Lysistrati diuitias habes. LXXIX

Λυσιστράτου πλοῦτον πλουτεῖς. id est, Lysistrati diuitijs diues es. Prouerbialis ironia de magnopere tenuibus. A Lysistrato quodam tractum, extremæ paupertatis homine.

Expecta bos aliquando herbam. LXXX

Μένε βοῦς ποτὲ βοτάνην. id est, Expecta bos olim herbam. Dicendum ubi quid sero contingit. Laborat enim bos in agricolando, sed aliquàdo gustatura herbam enatam. Finitimum illi, Et adhuc tua messis in herba est.

Expecta anus. LXXXI

Μένε γραῦ ἐμὸν σε παῖδα φιλήσοντα. id est, Expecta anus meum filium, te suauiturum. Nam priusquã adolescat puer, illa decesserit. Confine superiori, cùm sera spes ostenditur.

Magnus uersator in re pusilla. LXXXII

Μέγας κυλικτὴς ἐν μικρῷγε πράγματι. id est,

Versator ingens in negotio leui.

Nam addita cõiunctiuncula, cõstabit uersus. Quadrat in eos qui arte parũ honesta sibi diuitias parant. Natum ab Eudamidæ apophthegmate. Is erat Archidami filius, frater Agidis. Quũ musicus quidã feliciter uideretur cecinisse, quispiã ex ijs qui aderãt, rogabat Eudamidam, quid de eo sentiret, respondit. μέγας κυλικτὴς ἐν μικρῷ πράγματι. i. Magnus delinitor in re parua, quòd existimaret operosam esse scientiam, sed nihil adferentem utilitatis. Recensetur à paræmiographis. Refertur et à Plutarcho in Laconicis, nisi quod illic legitur κυλικτὴς, quòd oratorum sit delinire ac mouere affectus. Huic non dissimile est quod Musonius ait apud A. Gellium lib. 5. cap. 1. in eos qui modulatu uocum ac lenocinijs uerborum excitant inanem applausum auditorum, Scito, inquit, illic non philosophum loqui, sed tibicinem canere.

Surdaster cum surdastro litigabat. LXXXIII

Δύσωφος δυσώφῳ ἐκρίνετο, ὁ δ' ἑκατὴς ἦν κωφότερος. i. Surdaster cũ surdastro litigabat, iudex autẽ erat utroq; surdior. Cum res agitur inter undequaq; ridiculos ac stultos. Extat in hanc sententiam epigramma Græcum Nicarchi,

Δυσώφῳ δύσωφος ἐκρίνετο, καὶ πολὺ μᾶλλον

Ayuntamiento de Madrid

Ηρ ὁ κειτὴς τύτων τῶν λίθο κωφότερος.
Ων ὁ μὲν ἀντέλεγεν, τὸ ἡνοίκιον αὐτὸν ὀφείλειν
Μιωῶν πένθ', ὁ δ' ἔφη, νυκτὸς ἀλιλεκφέναι.
Εμβλέψας δ' αὐτοῖς ὁ κειτὴς λέγει. ἐς τί μάχεσθε;
Μητρὸς ἐσθ' ὑμῖν; ἀμφότεροι ζήφετε.

Id Thomas Morus olim adoleſcẽs, ſcite uertit hunc in modũ.

Lis agitur, ſurdusq; reus, ſurdus fuit actor,
Ipſe tamen iudex, ſurdus utroque magis.
Pro ædibus hic petit æs, quinto iam menſe peracto,
Ille refert, tota nocte mihi acta mola eſt.
Aſpicit hos iudex, & quid contenditis inquit,
An non utrique eſt mater? utrique alite.

Docui te urinandi artem. LXXXIIII

Εδίδαξά σε κυβιςᾶν, καὶ σὺ βυθίσαι με ζητᾶς. id eſt, Docui te urinandi artem, & tu me uis demergere. In eos quadrat, qui beneficia maleficiis retaliant, & beneficium acceptum in eius ipſius uertũt pernicicm à quo acceperunt. Sapit fecem.

Pro eleganti medico malus poëta. LXXXV

Ἀντὶ χαρίεντος ἰατροῦ, κακὸς ποιητὴς καλεῖσθαι ἐπιθυμᾶς. id eſt, Pro uenuſto medico malus poëta dici cupis. In eum dici ſolitum, qui non contentus artis ſuæ profeßione, in qua locum mediocrem obtinebat, pergit aliena profiteri, in quibus non perinde ſit exercitatus, nec parem proinde gloriam reportaturus. Periander quiſpiã non incelebri ſima medicus, & eius artis uel cum primis doctus, ad poëtices ſtudium deflexit, & ineptos quoſdam uerſiculos ſcribere cœpit. Hinc uulgaris iocus increbuit. Plutarch. in Apophthegmatis Laconicis tribuit hoc dictum Archidamo Ageſilai filio.

A' remo ad tribunal. LXXXVI

Ἀπὸ κώπης ἐς τὸ βῆμα. id eſt, A' remo ad tribunal. Dici ſolitum, ubi quis repente ab infima conditione prouehitur ad honeſti muneris adminiſtrationem. Id quod haud ſcio an ulli contigerit felicius quàm Iulio ſecundo. Nam fama eſt hũc iuuenem ad ſtipem ſcalmum remo ſubigere ſolitum, & tamen à remulco non ſolum ad tribunal, uerum etiam ad ſummum illud rerum humanarum culmen euectus eſt. Nec contentus hoc faſtigio, pontificiæ ditionis pomeria multum protulit: longius etiam productur us, ſi per mortis inclementiam uitam illi producere licuiſſet. Taxat Demadem oratorem Syrianus Hermogenis interpres, qui citra cognitionem artis ſtatim ad agendas cauſas irruperit, ἀπὸ τῆς κώπης ἀείποτε τὸ τὴν λύγα χειρὶν ἐπὶ τὸ βῆμα ποδώσας. id eſt, Qui illotis, ut aiunt, manibus à remo ad tribunal irruit.

In cœlum expuis. LXXXVII

Ες ἀέρα πτύεις. id eſt, In cœlum expuis, id eſt, facis quod in tuum ipſius recidat caput. Aut obloqueris his qui facilè poſſint lædere. Siquidem qui in cœlum expuit, primum uidetur cœlites ipſos afficere contumelia: deinde fit ſæpius, ut ſputum in ipſius faciem recidat. Confine illi: πρὸς κέντρα λακτίζειν. id eſt, Aduerſus ſtimulum calcitrare.

Vnus deus, & plures amici. LXXXVIII

Εἷς θεὸς καὶ πολλοὶ φίλοι. id eſt, Vnus deus, & plures amici. Prouerbium admonet quàm plurimos eſſe parandos amicos, quòd hi ſecundum deum plurimum opitulari poſſint. Quanquam Heſiodo non probatur πολυφιλία, neque rurſum ἀξενία. Opinor & hoc à uulgo mutuo ſumptum, non ex autoribus.

Si caſeum haberem, non deſiderarem opſonium. LXXXIX

Εἰ τυρὸν εἶχον, οὐκ ἂν ἐδεόμην ὄψου. id eſt, Si caſeum haberem, non egerem obſonio. Dicendum ubi quis minimis uiliſſimiſq; contentus eſt. Refertur apud Plutarch. in Laconicis, cùm Lacon quiſpiam cauponi dediſſet parandum obſoniũ, atq; is peteret caſeum & oleum quibus illud condiret, Non opus, inquit Lacon, fuiſſet mihi obſonio, ſi caſeum habuiſſem. Si quis pro caſeo malit hoc loco butyrum, cum eo non pugnabo: uidetur enim butyrum magis congruere oleo, etiamſi apud Italos etiam ficciſſimus caſeus condimentum eſt.

In antrum haud legitimum, ſtimulum impingis. XC

Εἰς ξυμβολιὸν οὐκ ὀρθὸν τὸν κέντρον ὠθεῖς. id eſt, In foramen haud licitum ſtimulũ trudis. Dicteriũ Sotadis in Philadelphũ, qui ſororem Arſinoën exẽplo Iouis uxorẽ duxerat, quo quidem dicto offenſus rex, capitis ſupplicium ſumpſit de eo qui dixerat. Meminit Plutarchus in libello De liberis educandis.

Quanquam non dixeris, tamen apparet è pelle. XCI

Εἰ μὴ λέγεις, ἀπὸ τῆ δέρματος φάνη. id eſt, Etiam ſi nõ dicas, pelle præ te fers. Res ipſa redarguit mendacem, & oris habitus. Vnde illud Ciceronis, Niſi fingeres, non ſic diceres. Videtur ex apologo natum.

Decipula murem cepit. XCII

Εἵλκυσε παγὶς τὸν μῦν. id eſt, Laqueus murem cepit. De rectè meritoq; deprehenſis, & malo dignis. Quaſi dicas, lupus in foueam incidit, aut aper in caſſes.

Iiſdem è literis comœdia ac tragœdia componitur. XCIII

Ἐκ τῶν αὐτῶν τραγῳδία γίνεται καὶ κωμῳδία γραμμάτων. id eſt, Ex iiſdem literis comœdia tragœdiaq; componitur. Conuenit in eos qui eadem de re norunt diuerſa fingere. Aut qui eadem opera diuerſa poſſunt.

A' fronte præcipitium, à tergo lupi. XCIIII

ἔμπροσθεν κρημνὸς, ὄπισθεν λύκοι. i. A' fronte præcipitium, à tergo lupi. Cum aliquis hinc atque hinc duobus maximis premitur malis, ut in utrumcunq; inciderit, pereundum ſit.

Oſcitante uno, deinde oſcitat & alter. XCV

Ενὸς χανόντος μετέσχηκεν ἕτερος. id eſt, Cum oſcitat unus, ſtatim oſcitat & alter. Dicendum quoties exemplo peccati, ſtatim prouocatur aliquis ad ſimile facinus. Fit autem hoc occulta quadam naturæ ui, ut qui uiderit oſcitantem, cogatur & ipſe oſcitare. Cuius rei cauſam etiã reddere conantur philoſophi. Simili modo tranſeunt & quidam animorum affectus. Socrates apud Platonem in Charmide, καὶ ὁ κριτίας ἀκούσας ταῦτα, καὶ ἰδών με ἀποροῦντα, ὥσπερ οἱ τοὺς χασμωμένους καταντικρὺ ὁρῶντες ταὐτὸν τοῦτο ξυμπάσχουσιν, κἀκεῖνος ἔδοξέ μοι ὑπ' ἐμοῦ ἀπορούμενος ἀναπίμπλασθαι καὶ αὐτὸς ἀλῶναι ὑπὸ ἀπορίας. id eſt, Hæc ubi audiuit Critias, meq; uidiſſet hæſitantem, quemadmodum ij qui ex aduerſo uident oſcitantes, eodem affectu corripiuntur, itidem & ille mihi uiſus eſt mea dubitatione cogi, ut & ipſe à dubitatione corriperetur. Oſcitantiam autem Latini uocant torporem & indiligentiam. Qui cum ignauis uiuit, facilè fit illorum ſimilis. Omnes enim procliues ſumus à labore ad libidinem, ut ait Comicus. Torpedo piſcis ſuo contactu protinus torpidum reddit. Plato in Menone, δοκεῖς μοι ὁμοιότατος εἶναι ταύτῃ τῇ πλατείᾳ νάρκῃ τῇ θαλαττίᾳ. καὶ γὰρ αὕτη τὸν ἀεὶ πλησιάζοντα καὶ ἁπτόμενον ναρκᾶν ποιεῖ, καὶ σὺ δοκεῖς μοι νῦν ἐμὲ τοιοῦτόν τι πεποιηκέναι ναρκᾶν. id eſt, Videris mihi ſimillimus eſſe iſti latæ torpedini marinæ. Nam hæc quoque ſemper eum qui accedit ac tangit, torpidum reddit. Et tu uideris mihi quoque tale quiddam feciſſe ut torpeam.

Inter cæcos regnat ſtrabus. XCVI

Εν τοῖς τόποις τῶν τυφλῶν λάμων βασιλεύει. id eſt, In regione cæcorum rex eſt luſcus. Inter indoctos, qui ſemidoctus eſt doctiſſimus habetur. Inter mendicos, qui paululum habet nummorum, Cræſus eſt. Sapit uulgi fecem.

In arca

Ayuntamiento de Madrid

In area latitas. XCVII

Ἐν ἄλῳ λελανθάζεις. id est, In area occultaris. De eo qui in eo uersatur negotio, ut non possit non esse conspicuus. Aut qui sic latitat, ut à nemine tamen non conspiciatur. Nam in area nullæ latebræ.

Cum licet fugere, ne quære litem. XCVIII

Ἐξὸν φυγεῖν μὴ ζήτει δίκην. id est, Cum fugiēdi potestas est, ne quære litem. Ab Alcibiadis apophthegmate natum. Is cum è Sicilia citaretur ab Atheniēsibus, ut criminibus respōderet, abdidit sese, negans litigādum esse, si quo modo liceret effugere. Subijcientibus alijs, Non igitur cōfidis patriæ de te iudicaturæ: Imò, inquit, ne matri quidem crediderim. Metuerē enim ne fors imprudēs albi calculi loco nigrum immitteret. Alcibiadis sentētiæ subscriberet, quisquis litiū expertus est. Græcis unico uerbo dicūtur φυγοδικεῖν, qui litē detrectant.

In tergore bouis desedit. XCIX

Ἐπὶ βοὸς νῶτα ἐκαθέζετο. id est, In tergore bouis desedit, id est, supplex implorat auxilia. Natum adagium à consuetudine uernacula Scythis, quemadmodum testatur Lucianus in Toxaride. Nam apud hos si quis fortè læsus esset, neq; suppeteret ulciscendi facultas, immolato boue, carnes minutim sectas coquebat, ipse in tergore humi strato sedebat, manibus in tergum reductis. Idq; maximam supplicandi genus apud illos habebatur. Accedebat quicunque uellet opitulari, & carnium portione gustata, dextroq; pede tergori impositō, pollicebatur pro uiribus auxilio futurum. Atque hoc fœdus apud Scythas sanctissimum habebatur.

Hospes indigenam. C

Ἔπυλυς τὸν ξένον. id est, Aduena inquilinum, subaudiendum ἐξέβαλεν. id est, eiecit. Vsus fuerit, cum alienæ professionis quispiam alium in propria uincit arte. Quod genus, si theologus in arte grammatica superet grammatices professorē. Aut si arrogatus, aut adoptiuus, filium eijceret è familia, aut miles ascititius eijceret colonos.

CHILIADIS TERTIAE CENTVRIA V.

Risus Sardonius. I



Ἀσδώνιος γέλως. id est, Sardonius risus. De risu ficto, aut amarulento, aut insano deniq;. Et sensus & origo prouerbij adeo uariè tractatur ab autoribus, ut uerear ne risus hic Sardonius non citra risum legatur, tamen accingemur referre quædam. Zenodotus in Collectaneis suis Aeschylum citat, qui huiusmodi fermè tradiderit in opere De paræmijs, Gentem esse quandā Carthaginiensium coloniam, quæ Sardonem regionem inhabitet, ei morem esse, senes septuagesimum prætergressos annum Saturno sacrificare, ridentes interim, ac mutuo sese cōplexantes. Nā turpe ducebant, in funere aut eiulatum ædere, aut lacrymas profundere. Hinc adsimulatū risum, Sardonium uocari cœptum. Timæus apud eūdem Zenodotum ait, Sardonijs consuetudinē fuisse, ut filij parentes iam grandæuos iuxta fossam, aut præcipitiū, in quo sepeliēdi forent, collocarent, atq; inde fustibus cædentes, in eam darent præcipites. At illi interim pereuntes ridebant, existimantes eam mortem felicem atq; egregiam, quòd liberorum impietate interirent. Sunt qui dicant, in Sardorū insula herbam nasci quandā, cui Sardoæ cognomē sit, Apiastro similē. Eam sapore quidem esse dulcem, uerum gustatam, ora hominum in rictus dolore contrahere, ut ueluti ridentes emoriantur. Hoc sensisse uidetur Solinus, cumq; hoc Seruius grammaticus enarrans hunc ex Vergiliana Thyrside locum.

Imò ego Sardois uidear tibi amarior herbis.

Atq; his fermè cōfinia tradit Lycophronis interpres de risu Sardonio. Seruiū secutus Latinus Drepanus in Panegyrico, Serenos ergo, inquit, uultus induebamus, & ad illorum uicem, qui degustato Sardorum graminum succo feruntur in morte ridere, imitabamur læta mœrentes. Neq; rursum desunt, qui Sardonium risum cognominatum autument, ἀπὸ τῆ σεσηρέναι τοὺς ὀδόντας, quòd dentes aperiat atq; renudet, cuiusmodi risus esse solet eorum qui non ex animo rident. Hinc & iocus ille parasiti Plautini conquerētis, quòd suis dictis nullo pacto iuuenes arrisissent, ac non saltem canes fuissent imitati, ut dentes ostenderent. Et Apuleius, Restrictis fortè si labellis riseris. Id genus risum descripsit Homerus Iliados O. de Iunone loquens,

Ἡδὲ γέλασσε
Χείλεσιν, ἀλλὰ μέτωπον ἐπ' ὀφρύσι κυανέῃσιν Ἰάνθη. i.
Illa quidem labijs ridebat, nubila porrò
Frons minimè renitebat.

Ad id facit quod scribit Aristophanes in Pace,

Ἡγερωμένους ἐπ' ἀλλήλοισι καὶ σεσηρότας. id est,
Inuicem in se exasperatis osq; diducentibus.

A canibus ducta metaphora, quibus hoc iræ indicium est, nudare dentes. Quem morem aiunt equis etiam inesse, si quando parent mordere: unde uulgò nūc risum huiusmodi, risum equinū uocant. Rursum alij perhibent, apud Sardinios fuisse receptum, ut ex captiuis pulcherrimos quosq;, ac natu maximos, qui septuagesimū excessissent annum, Saturno mactarent, ridentes in morte, propterea quòd id fortè ac uirile uideretur. Citatur autor Clearchus, Carthagine solennē fuisse morem, ut in magnis uotis puerum Saturni manibus imponerēt. Huius statua fingebatur ærea, manibus porrectis. Sub eo fornax erat, ea succendebatur, puer itaq; ignis uapore cōtractus ac tortus, ridentis speciem exhibebat. Deniq; & Simonidē allegat Zenodotus, nouæ fabulæ autorem. Ait enim Talum quempiam æreum uirū priusquam in Cretam perueniret, in Sardiniam accessisse, ubi non paucos mortales necidedit. Qui quū morientes ringerentur, risus imaginē quandam exhibentes, prouerbio locū fecerunt. Addunt nonnulli, quum è Sardinijs in Cretam trāsmittere uetaretur, illum in ignē desilijsse, quandoquidē ærei corporis erat, deinde Sardinios pectori suo admotos necare solitū. Emoriebantur autē uelut in amplexu, ac ridentibus adsimiles, nimirū victu incēdij ui diducto. De hoc Talo ridicula narratur fabula. Aiunt enim hūc à Vulcano ex ære fuisse fabrefactū, Minoiq; dono missum ad Cretensis insulæ tutelam, Erat autē illi unica dūtaxat uena, eaq; à summa ceruice, ad imos usq; talos porrecta. Ter in singulos dies insulam obibat, excubias agēs. Itaq; & Argo nauem è Colchide cum Iasone redeuntem uetuit in portū Cretensem appellere. Sed à Medea deceptus periit, ut nonnulli dicunt dato ueneno, quod insaniam immitteret: ut alijs placet, cū illa pollicita se illum immortalem redditurā, clauum qui summæ uenæ erat affixus, eduxit, atque ita sanguine totoq; corporis humore defluente periit. Rursum alij tradunt interisse percussum arcu à Pæante circa talum. Dioscor. lib. 6. inter uenena prodidit herbæ speciē esse quandam, quam quidam ranunculum appellant Latinē, Græci batrachion: eam à regione, in qua copiosius prouenit, Sardoā, siue Sardoniā dicunt: quæ potā siue comesa mentem adimat, labijsq; cōtractis risus speciē præbeat. Atq; inde in hominū uitam sinistri ominis uenisse de risu Sardonio prouerbium. Meminit huius herbæ & Plinius lib. 25. circa finem. Strabo lib. Geographiæ 11. scribit in Cambysena, quæ flumen Alazonium accolit, aranearum genus quoddā nasci, quod alios ridēdo cogat emori, alios flendo desiderio suorum. Quidam addunt de Tarcotella cuius morsum interitus cum risu sequatur. Quin & Aristoteles De partibus animantium lib. 3.

Ayuntamiento de Madrid

ait, ictu etiam traiecta præcordia, in prælijs risum attulisse literis proditum esse, idq; accidere calore quem moueat nullus. Mortuus est & Zeuxis pictor ridēdo, dum sine fine ridet anum à se pictam, & Chrysippus conspiciens asinum uescentem ficis. M. Tullius Epist. famil. lib. 7. ad Fabium Gallum, Videris, inquit. mihi uereri, ne si istum habuerimus, rideamus γελωτα σαρδώνιον, significans futurum ut si Cæsar rerum potiretur, multis arridere atq; applaudere cogerentur, quæ magnopere displicerent. Lucianus in Asino, σαρδώνιον γελῶντες ἔλεγον. id est, Sardonice ridentes dicebant. Risum innuit contumeliosum & subsannantem. Idem alibi, ὁ δὲ Δάμις ἢ τὸ σαρδώνιον ὑπεγελῶν ἔτι μᾶλλον παρώξυνε. id est, Damis autem Sardonio arridens risu, magis etiam irritauit. In eodem sensu uidetur usurpatum & à Platone lib. De repub. 1. cum scribit Thrasymachum, quem amarulentum & arrogantem ubique facit, Sardonice risisse, Καὶ ὃς ἀκούσας ἀνεκάγχασέ τε μάλα σαρδώνιον καὶ εἶπεν. id est, His ille auditis ædito cachinno, ualde Sardonice risit, ac dixit. Homerus item aliquot locis huius risus mentionem facit, in Odysseæ Υ narrans quemadmodum è procis quispiam, puta Ctesippus Vlyssem in ædibus suis habitu specieq; mendici sedentem, arrepto è sportula bouis pede petisset, atque ille capite commodum deflexo declinasset ictum.

Μείδησε δὲ θυμῷ Σαρδάνιον μάλα τοῖον.

Quo loco Eustathius interpres admonet eum ridere risum Sardonium, qui diductis modo labris rideat: cæterum intus aut ira, aut molestia discruciatus. Veteres enim risum Sardonium uocasse, quoties aliquis despectim non solam ridet, sed etiam irridet: dictū autem παρὰ τὸ σπᾶν τὰ χείλη. id est, A diducendo labia. Quomodo ferè rident, qui apud sese perniciem alicui destinant, quemadmodum Vlysses mox sublaturus è medio procos, idq; iam tum in animo statuens, sit risum quendam subamarulentum. Consimilem risum risit apud Hesiodum Iuppiter iratus Prometheo propter ignem furto sublatum. Carmen adscripsi, quod quidem est in primo libro operis, cui titulus, ἔργα καὶ ἡμέραι.

Τὸν δὲ χολωσάμενος προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς.
Ἰαπετιονίδη πάντων περὶ μήδεα εἰδὼς,
Χάρηας πῦρ κλέψας, καὶ ἐμὰς φρένας ὑπερφιάλους.
Σοί τ' αὐτῷ μέγα πῆμα καὶ ἀνδράσιν ἐσομένοισι,
Τοῖς δ' ἐγὼ ἀντὶ πυρὸς δώσω κακὸν ᾧ κεν ἅπαντες
Τέρπητα κῆρ θυμὸν ἑὸν, κακὸν ἀμφαγαπῶντες.
Ὡς ἔφατ' ὠρσε δὲ ἐγέλασσε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. i.
Huic animo infensus, qui nubila colligit, inquit.
Proles Iapeti multo technisq; dolisq;
Inter mortales unus doctissimus omneis,
Imposuisse mihi gaudes, ignemq; tulisse,
Nempe ingens atroxq; malum, & tibi, postq; futuris,
Quis ego pro rapto igne malum dabo, quo simul omnes
Gaudebunt, propriumq; malum fouisse libebit.
Sic fatus, risitq; parens hominumq; deumq;.

Risum hūc fatalem interpretantur, quotics imminet pernicies à fatis destinata. Cuiusmodi fuit & ille procorum, quem describit Homerus eodem libro, quem paulo ante citauimus, alioq; retulimus loco,

Μνηστῆρσι δὲ πάλλας ἀθήνη
Ἀσβεσον γέλων ὦρσε, παρέπλαγξεν δὲ νόημα,
Οἱ δ' ἄλλη γναθμοῖσι γελείων ἀλλοβρόοισιν,
Αἱμοφόρυκτα δὲ δὴ κρέα ἤσθιον, ὄσσε δ' ἄρα σφέων
Δακρυόφιν πίμπλαντο, γόον δ' ὠίετο θυμός. id est,
Diua procis mouit ualdum Tritonia risum
Haud compescendum, ac animum stupefecit, at illi
Iam malis sine mente quidem risere alienis,
Carnis frusta & cruda & sanguinolenta uorantes.
Interea lacrymis implentur lumina, fletum
Sensit & ipse animus.

Opinor & Sardonium risum accipiendum, quem Homerus Iliados H. tribuit Aiaci singulare certamen ineunti,

Τοῖσι δ' ἄρ' Αἴας ὦρτο πελώριος, ἔρκος Ἀχαιῶν
Μαιμάων βλοσυροῖσι προσώπασιν. id est,
Sic ingens Aiax surgebat murus Achiuûm
Terribili ridens uultu.

In uetustissimis quibusdam in Hesiodum commentarijs epigramma reperi, quo prouerbium de risu Sardonio non ineleganter explicatur, id est huiusmodi.

Σαρδὼ τίς ἐστι νῆσος ἰκηροβόρος,
Ἐν ᾗ βοτάνη φθαρτικὴ γῆς ὀζέχει
Σελινοειδὴς σαρδάνη κεκλημένη.
Βεβρεμένη δὲ τοῖς ἀπείροις αὐτίκα
Σπασμός τε ποιεῖ καὶ γελώτων ἐμφάσεις,
Καὶ πότμος οἰδὺς καὶ γελάσιμος μόρος.
Ἄλλοι δέ φασι σαρδανὺς τὸς βαρβάρους
Γηρῶντας αὐτῶν τὸς γυναίκας ἰσχάτας
Ἀγειν λαβόντας εἰς ἀπόκρημνον τόπον,
Κτείναν τε τόκους ἔν τε ῥοπάλοις καὶ λίθοις,
Επεῖτα ῥίπτειν ὧν πεσῶν τὸς ἀβλῆτας
Γελῶντας εἰκῆ παιδιᾶς παροκτόνους.
Ἄλλοις δὲ τὸς θνήσκοντας ἀρέσκει πλέον
Γελᾶν, ὁρῶντας τεκνικὰς παρουσίας,
Καὶ τὰς κυκλόφρας καὶ φρεφὰς τῶν πραγμάτων. id est,

Id quoque nos nostro more propter imperitiores Latinum ex tempore fecimus, hoc modo,

Quædam insula est uocata Sardo Hiberiæ,
In qua herba pernicioſa surgit è solo,
Cui Sardanæ nomen, apiastri præferens
Figuram. at ea comesa ab imprudentibus
Mox ora contrahit, atque risus exhibet
Speciem, deinde protinus mors occupat
Imitata risum. Cæterum sunt qui ferant
Gentem esse quandam Sardanorum barbaram
Aetate qui fessos parentes in loca
Prærupta raptos deferant, atque ibi neci
Saxisq; fustibusq; dent miserrimos
Ex arduis subinde præcipitent petris.
Atque inter isthæc impijs rident iocis,
Luduntq; temere parricidis lusibus.
Alijs magis probatur hæc sententia,
Ridere, eos qui sic necantur, quippe qui
Spectent suorum pignorum uesaniam,
Citasq; rerum & æstuarias uices.

Pausanias in Phocaicis tradit, Sardoam insulam serpentes gignere innoxios. Præterea eā à uenenis herbarū prorsus immunē esse, nisi quòd unā alit exitialē, apij specie, quæ iuxta fontes quidem proueniat, non inficiat tamen fontium aquas: eam qui ederint, ait ridentes emori. Atq; hinc Homerū, & post Homerum alios adagium induxisse, ut dicerēt eos ridere risum Sardonium, qui risum riderent, ἐπὶ ἀδήλοι ὀλέθρῳ. hoc est, omnino insanū. Itaq; nō absurde uidetur accipi posse risus Sardonius, pro risu demente, quoties instantibus malis insane ridetur. Siquidē legimus C. Gracchū in ambitiō magistratu repulsum, aduersus inimicos insolentius ridentes inclamasse, eos Sardoniū ridere risum, ignaros quàm magnis tenebris ex suis actibus circūfunderētur. Hoc in Gracchorū uita Plutarchus. Idē in cōmentario De superstitione, Ἐνταῦθα τοίνυν σκόπει τὸ ἄθεον, γελῶντα μὲν μανικὸν καὶ σαρδόνιον γέλωτα. i. Hic itaq; considera eum, qui nullos credit esse deos insanū quidē & Sardonium ridentem risum. Interpres quispiam Hesiodi, risum Sardonium interpretatur, risum πλατὺν. id est, amplum, ubi quis ore uehementer deducto ridet, quem eundem opinor, γέλωτα συγκρόσιον appellant, id est,

Ayuntamiento de Madrid

id eſt, riſum concutientem. Cui quidem interpretamẽto ſuffragatur ipſius etymologia uocabuli, quam paulo ſuperius oſtendimus, ἀπὸ τ σιορίναι τὰς ὀδόντας. Poſtremo non omnino uidebitur abſurde Sardonius riſus accommodari poſſe, ad riſum luctuoſum ac triſtem, cuiuſmodi tribuit Homerus Iliados Z. Andromachæ, tanquam is indicium fuerit animi, mortem Hectoris præſagientis,

Η δ' ἅμα μυκώδεϊ δέξατο κόλπῳ
Δακρύσιν γελάσασα. id eſt,
Illa ſinu accepit ſpiranti, flebile ridens.

Eudemus in collectaneis dictionum rhet. ait placere nonnullis, ut de riſu contumelioſo accipiatur, ubi quis deſpectim cõtemptimq; ridet, de quo prouerbium etiam fertur. Ἀφ' ὕψους καταγελᾷς μου. id eſt, E ſublimi me derides. Addit idem lapidis eſſe genus, qui riſus Sardonius appelletur. Suidas ſcribit hinc etiam uerbum effictum, ut σαρδάζειν dicantur, qui Sardonium ridcant. Sed iamdudum libet à riſu Sardonio diſcedere, idq; faciemus, ſi prius illud addiderimus, epithetum hoc Sardonium uarijs formis inueniri apud autores. Apud Lucianum & Ciceronem σαρδώνιον legimus: apud Homerũ σαρδάνιον, apud Vergil. Sardoum, apud Lycophronis enarrationem σαρδιον γέλωτα, apud Plutarchum σαρδιανὸς, ἢ τις ὅτι δὴ ψυχῆς σαρδιανὸς γέλως. id eſt, Si quis eſt animi Sardianus riſus. Stephanus indicauit dici σαρδωνικὸν et σαρδιανικὸν. Tametſi non omnia ab eadem uoce manant. Nam à Sardo ſiue Sardon inſula, cui quondam nomen fuerat Ichnuſæ, deducitur Sardonius, Sardous & Sordonicus. A Sardos Illyriæ ciuitate proficiſcitur σαρδῶοι, unde, ſicuti reor, mutato ι in α, σαρδάνιοι. A Sardis Lydiæ oppido Sardianos & Sardianicus. Ex his ſuccurrit coniectura in Epigrãmate Græco, quod modo citauimus, non legendum fortaſſis Κυρδόφρων, ſed ἀλλυδόφρων. Vſurpauit adagium Saluianus lib. 7. Sardonicis quodammodo herbis, omnem Romanorum populum putes ſaturatum: moritur & ridet.

Facta iuuenum, conſilia mediocrium, uota ſenum. II

Celebratur hic uerſus moralis apud Græcos:

Ἔργα νέων, βουλὰὶ δὲ μέσων, εὐχαὶ δὲ γερόντων. id eſt,
Vota ſenum, conſulta uirorum, & facta iuuentæ.

Huius adagij meminit Ariſtoph. grãmaticus. Hyperides in oratione cõtra Autoclẽ ex Heſiodo citauit. Nã illius creditur eſſe carmẽ. Senſus per ſe liquet, nẽpe ad rem gerendã adhibendos iuuenes. Nam uiribus ætas ea præpollet. In conſiliũ aſciſcendos mediocris ætatis uiros, propterea quòd in his nonnihil detrito uirium uigore, ualet tamẽ uſu rerum aucta prudẽtia. Senes utpote religioſi ſolent à ſuperis optima precari. Cæterum neq; uiribus iam utiles, neq; mente ſatis conſtantes ætatis uitio. Euripides in Melanippo apud Stobæũ,

Παλαιὸς αἶνος, ἔργα μὲν νεωτέρων,
Βουλὰὶ δ' ἔχουσι τῶν γεραιτέρων κράτος. id eſt,
Dictum eſt uetuſtum, Facta iuuenum, cæterum
Magis ualent conſilia natu grandium.

Idem innuit Pindarus cùm ait,

Νεότᾳ μὲν ἁρμόζει θράσος ἀνδρῶν πολεμῶν. id eſt,
Iuuentuti congruit audacia crudelium bellorum.

Item Homerus Iliados Π. docet in bello requiri uires, in conſultationibus orationem.

Εἰ μὲν χερσὶ τέλος πολέμου, ἐπίουν δ' ἐγὼ βουλῇ,
Τῷ ὅτι χερὶ μῦθον ὀρέλλειν, ἀλλὰ μάχεσθαι. id eſt,
Bella manu conſtant, at conſultatio dictis.
Illic pugnandum eſt, neque proſunt aſpera dicta.

Apud eundem Neſtor in conſilijs præcipuus, bello inutilis. Plutarchus in commentario, cui titulus, Εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον. Καὶ μάλιστα σώζεται πόλις, ἔνθα βουλὰὶ γερόντων, καὶ νέων ἀνδρῶν ἀριστεύσει ἀκμή. id eſt, Et maximè ſeruatur ciuitas, ubi conſilia ſenum, & iuuenum uirorum præcellunt lanceæ. Aeſchines in oratione contra Cteſiphontem teſtatur, hoc Solonis legibus fuiſſe cautum, ut in conſultatione natu maximus primus diceret. Et apud Athenienſes olim fuiſſe morem, ut præco facturus dicendi facultatem ita ſonaret, τὶς ἀγορεύειν βούλεται τῶν ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγονότων; id eſt, Quis uult concionari ex ijs qui quinquageſimum exceſſerunt annum?

Silentij tutum præmium. III

Σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας. id eſt, Tutum ſilentij præmium. Ariſtides in defenſione Periclis ex Cio quopiam poẽta citat. Plutarchus in apophthegmatis Auguſto Cæſari aſcribit, qui Athenodori conſilium approbans ſubiecerit, ἔφη καὶ σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας. uerſus integer talis uidetur.

Ἀκίνδυνον γάρ ὅτι δὴ σιγῆς γέρας. id eſt,
Vacat periclo præmium ſilentij.

Vſurpat Horatius Odarum lib. 3.

Eſt & fideli tuta ſilentio Merces.

Silendo nemo peccat, loquendo perſæpe. Iam olim in prouerbio eſt nobilis illa Simonidis ſententia, quæ celebratur & apud Latinos prouerbij loco,

Nam nulli tacuiſſe nocet, nocet eſſe locutum.

Etiam ſi Valerius Max. lib. 7. cap. 2. ſententiam hanc tribuit Xenocrati. Quid, iuquit, Xenocratis reſponſum, quàm laudabile? Quum maledico ſermoni quorundam ſummo ſilentio intereſſet, uno ex his quærente, quur ſolus linguam ſuam cohiberet, Quia dixiſſe me, inquit, aliquando pœnituit, tacuiſſe nunquam.

Felicitas multos habet amicos. IIII

Εὐτυχία πολύφιλος. id eſt, Felicitas multos habet amicos. Simillimum illi quod alibi retulimus.

Τῶν εὐτυχόντων πάντες ἐσθ' συγγενεῖς. id eſt,
Felicibus cognatus eſt, uel quilibet.

Notior eſt ſententia, quàm ut requirat interpretem. Contra in rebus aduerſis aut nulli aut pauci ſunt amici. Pindarus in Nemeis Oda X.

Οἴχεται τιμὰὶ φίλων τατωμένῳ
Φωτὶ, παῦροι δ' ἔν πόνῳ πιτνοὶ βροτῶν
Καμάτῳ μεταλαμβάνειν. id eſt,
Perijt honor amicorum afflicto uiro, paucíq; in rebus aduerſis fidi mortales ad laboris ſocietatem.

Stulto ne permittas digitum. V

Εὐήθει δάκτυλον μὴ δείξῃς, ἵνα μὴ καὶ τὴν παλάμην καταπίῃ. id eſt, Stulto digitum ne oſtenderis, ut ne palmam etiam deuoret. Nihil permittendum imprudentibus, quantumuis puſillum. Siquidem in maximis lædunt, ſi uel tantillum commiſeris. Sapit & hoc uulgus.

Opta uicino ut habeat, magis autem ollæ. VI

Εὔχου γοῦν πλησίον ἔχειν, ἐπὶ πλέον δὲ τὴν χύτραν. id eſt, Opta ut proximus habeat, magis autem ut olla. Potiſſimum eſt habere domi, quibus eſt opus. Proximum, uicinum habere diuitem, à quo poſſis petere. Videtur è uulgi fece hauſtum.

Habet & muſca ſplenem. VII

Ἔχει καὶ ἡ μυῖα πολιῶν. id eſt, Habet & muſca ſplenem. Simillimum illi:

Et pueri naſum Rhinocerotis habent. Item illi, ἔνεστι καὶ μύρμηκι χολός. id eſt, Ineſt & formicæ bilis. Olet fecem.

Camelus deſyderans cornua, etiam aures perdidit. VIII

Ἡ κάμηλος ἐπιθυμήσασα κεράτων καὶ τὰ ὦτα προσαπώλεσεν. id eſt, Camelus dum affectat cornua, & aures inſuper perdidit. Conuenit in eos qui dum peregrina ſectantur, ne ſua quidem tuentur. Sumptum ex apologo de camelis, qui

Ayuntamiento de Madrid

per oratorem cornua à Ioue poſtularint, ille offenſus ſtulta poſtulatione, aures quoq; reſecuit: & hoc Apoſtolij uidetur.

Hercules & ſimia. IX

Ἡρακλῆς καὶ πίθηκος. id eſt, Hercules & ſimia. De minimè congruentibus. Simia dolis ualet, Hercules uiribus antecellit. Affine illi, Formica camelus. Nota eſt fabula de fratribus Perperis, quos Hercules comprehenſos à claua ſuſpendit. Eos ferunt uerſos in Simios.

Aut manenti uincendum, aut moriendum. X

Ἢ μένοντα ἀποθανεῖν, ἢ νικᾶν. id eſt, Oportet aut manentem uincere, aut interire. Dici ſolitum, ubi certa ſtat ſententia, aut negotium aliquod abſoluere, aut immori. Translatum ab inſtituto Lacedæmoniorum, qui hoc animo prælium inibant, ut aut uictores redirent domũ, aut uicti occumberent. Celebratum eſt Lacænæ cuiuſdam apophthegma, quæ filio tradens clypeum dixerit: Ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τᾶς, aut hunc, aut ſuper hunc, Laconice ſignificans, aut referendum clypeum, aut in eo moriendum.

Maritimus cum ſis, ne uelis fieri terreſtris. XI

Θαλάττιος δ' ὢν, μήποτε χερσαῖος γένῃ. id eſt, Si ſis marinus, abſtine à terreſtribus.

Admonet non mutandam conditionem, ne in melius quidem. Verum unicuiq; tuendum id uitæ genus, ad quod uel inſtitutus à natura uidetur, uel in quod caſu incidit. Mutuo ſumptũ ex apologo quodam Aeſopico, qui fertur huiuſmodi: Cancer quidam relicto mari, cœpit in agro quodam paſci. Ibi fortè conſpectus à uulpe, protinus arreptus ac deuoratus eſt. Itaq; periturus ſero deplorauit ſtultitiam ſuam, quòd marini generis cum eſſet, ad terreſtrium animantium partes deſciſcere uoluerit. Eſt apologus non diſſimilis de lupo tibijs canente, ac mox canibus irruentibus deplorante, quòd ex coquo factus eſſet tibicen. Hermolaus Barbarus ad Picum inuertit non ineleganter prouerbium, χερσαῖος ὢν μὴ ζήτει θάλασσαν. id eſt, Terreſtris cum ſis ne quæſieris mare.

Thynni more. XII

Θυννὸς δίκην. id eſt, Thynni more, uidere dicũtur, qui limis aut altero oculo oblique inſpiciũt. Aeſchylus apud Athen. lib. 7.

Τὸ σκαιὸν ὄμμα παραβαλὼν θυννὸς δίκην. id eſt,

Oculum ſiniſtrum adnoliens Thynni modo.

Siquidem Ariſtoteles indicat Thynnos non cernere niſi læuo oculo, ut ibidem citat Athenæus, quum paulo ſuperius ex eodem autore dixerit illum cernere dextro, ſiniſtro cæcutire. Plin. lib. 9. ca. 15. dicit illos utroq; hebetes eſſe, dextro tamen plus cernere. Refertur idem uerſus ex eodem autore apud Plutarchum in dialogo De comparatione terreſtrium ac marinorũ. Addit cum piſcem altero oculo cæcutire, eoq; cum immigrant in mare adhærent terris ad dextram, cum emigrant, contra. Poteſt & ad eos referri, qui acriter ac diligenter inſpiciunt. Perſius,

Non ſecus ac ſi oculo rubricam dirigat uno.

Idq; Ariſtoteles Sectionis 31. probl. 3. & 4. uere putat euenire, propterea quod oculorum initia ab eodem dependeant. Vnde fit, ut altero occluſo, uis illa quæ duos mouebat, ad unum conferatur, hoc acrior, quo contractior.

Canis reuerſus ad uomitum. XIII

Κύων ἐπὶ τὸ ἴδιον ἔξέραμα. id eſt, Canis ad proprium uomitum. Quadrat in eos qui relabuntur in eadem flagitia, à quibus aliquando ſunt expiati. Refertur in epiſt. Petri, his quidem uerbis, Συμβέβηκε δὲ αὐτοῖς, τὸ τῆς ἀληθοῦς παροιμίας, κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἔξέραμα, καὶ ὗς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου. id eſt, Accidit autem illis illud ueri prouerbij, Canis reuerſus ad proprium uomitum, & ſus lota ad uolutationem cœni. Sumpta uidelicet metaphora à canibus reſorbẽtibus quod euomuerint, & ſuibus ab amne protinus ad cœnum recurrentibus. In eandem ſententiam Hebræus ille παροιμιόγραφος. Sicut canis qui reuertitur ad uomitum ſuum, ſic imprudens qui iterat ſtultitiam. Nam hunc, ni fallor, locum Petrus deſignauit.

Cani das paleas, aſino oſſa. XIIII

Κυνὶ δίδως ἄχυρα, ὄνῳ ὀστέα. id eſt, Cani das paleas, aſino uerò oſſa. Cum res præpoſtere diſtribuuntur. Veluti ſi quis indocto munus mittat literarium, erudito floſculos, aut gladium balteũmue, militi librum, epiſcopo canes uenatorios. Siquidem munera hoc ipſo ſunt ingrata, quòd apta nõ ſunt. Interdum uertuntur in contumeliam.

Præmouere uenatum. XV

Προσοβεῖν τὴν θήραν. id eſt, Præturbare feram. Ariſtides in Pericle citat ex Platone, ὥς τι ὄντως γ' ἂν ἃ φησιν αὐτὸς ἀνεσόβει τὴν θήραν. id eſt, Igitur ad eum modum, quod ipſe ait, turbauit uenationem. Cæterum uerba Platonis in Lyſide ſic habent, Ποῖός τις ἂν ἄρ' οἱ δοκῇ θηρευτὴς εἶναι, εἰ ἀνασοβοῖ θηρεύων καὶ δυσαλωτέραν τὴν ἄγραν ποιοῖ. id eſt, Qualis igitur tibi uideatur eſſe uenator, ſi inter uenandum excitet feram, & captum reddat difficiliorem? Dici ſolitum apparet, ubi quis non ſatis diſſimulat quod molitur. Quemadmodum uſu uenit, ut fera tumultu excitata intellectis inſidijs, ſubducat ſeſe.

Rectam ingredi uiam. XVI

Τὴν ὀρθὴν βαδίζειν ὁδόν. id eſt, Rectam ambulare uiam dicitur, qui nuſquam deflectit ab honeſto. Ariſtides in Pericle, ὥς τε βαδίζειν τεταγμένα καὶ τὴν ὀρθὴν ὁδὸν σώζειν κατὰ τὴν παροιμίαν. id eſt, ut ordine incedatur, & recta ſeruetur uia, iuxta prouerbium. Philon de humanitate, ὁδὸν γὰρ οἵαν λεωφόρον ἄγουσαν ἐφ' ὁσιότητα ταύτην ἠπίστατο. id eſt, uiã enim publicam quæ ad æquitatem duceret, didicerat hanc. Plautus in Caſſina: Nunc ego Pol in rectam redij ſemitam. Item paulo poſt, Sciens de uia in ſemitam regrederc. Iubet autem ancilla, ut qui imprudens uerum effutiuerat, redeat ad ſimulationem quam inſtituerat.

Αὐτόθεν κατάβαλλε. XVII

Αὐτόθεν κατάβαλλε. id eſt, Hoc ipſo depone loco. Ariſtides in Pericle, περὶ μὲν δὴ λάλων ὦ πλάτων καὶ ἀγῶν καὶ δικῶν ἀυτόθεν κατάβαλλε, μή πως τις καὶ θεῶν ἐγέρσει θεὸς ἄλλος. id eſt, Iam de loquacibus, ô Plato, ignauis ac timidis, protinus depone, ne fortè aliquis deus alius Troianos erigat. Interpres indicat prouerbium eſſe, ſumptumq; à uictoribus, qui uctant ne uictus aliquò diſcedat, ſed inibi porrigat herbam, & uictorem agnoſcat, ac uictoriæ præmium perſoluat. Vſus erit quoties ſtatim & abſq; mora iubemus aliquid exhiberi, ueluti probationem eius quod dixerit aliquis, uel promiſſum uel ſpecimen artis in qua glorietur ſeſe pollere. Vſurpatur & apud Platonem.

Oſtium obdite prophani. XVIII

Θύρας ἐπίθεσθε βέβηλοι. i. Fores occludite quique prophani. Sumpta eſt alluſio ex Orpheo, cuius hoc citatur carmen,

Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστὶ, θύρας ἐπίθεσθε βέβηλοι. id eſt,

Fas quibus eſt audire loquar, uos turba prophana

Obturate fores.

Iubet ut prophani oſtium auribus imponant, ne quid arcani ſermonis poſſit ingredi. Ariſtides in Pericle, λέγων δὴ ταῦτα πρὸς ὃς ἔξεστι, τῶν ἢ βεβήλων ὀλίγων καὶ ὀλίγων πάντως. id eſt, Loquor hæc apud eos quibus audire fas eſt. Prophanorum autem leuis omnino ratio eſt. Conueniet uti, ſi quando ſignificabimus nos de rebus arduis & arcanis loquturos eſſe. Huc reſpexit Horatius cùm ſcribit in Odis,

Odi prophanum uulgus, & arceo,

Fauete linguis, carmina non prius

Audita, Muſarum ſacerdos

Virgin

Ayuntamiento de Madrid

Virginibus puerisq; canto. Ouidius,

Lingua fauens adsit nostrorum oblita laborum,
Quæ puto dedidicit iam bona uerba loqui.

Ante sacrificiũ præco clamore solebat iubere populum fauere linguis, hoc est uerba boni ominis loqui: unde & fauentia dicitur bona ominatio. Item Seneca de philosophia agẽs: Et ipsam ut deos, & professores eius ut antistides colite, & quoties sacrarum literarum mentio interuenerit, fauete linguis. Hoc uerbum non ut plerique existimant, à fauore trahitur, sed imperatur silentiũ, ut rite peragi possit sacrũ, nulla uoce mala obstrepente. Sed plusculum habebit gratiæ, si per ironiam adhibeatur, ueluti si quis recitaturus sophisticas aliquas Sectatorum argutias, ita præfetur, Φύγας ἐπίσθε βλῶλοι. Ad hunc modum non semel usurpauit Lucianus.

Ad restim funiculum. XIX

Ἐπὶ κατέρα σχοινίον. id est, Ad restim funiculum: subaudiendum, addis, aut reddis: ubi quis iisdem rebus abundat, aut similia similibus pensat. Cognatum illi, λῖνον λίνῳ σωάπτεις. id est, Linum annectis lino: ueluti si quis mendacium attexat mendacio, dolum dolo, nugamentum nugamento.

Salem & fabam. XX

Ἅλα καὶ κύαμον. id est, Salem & fabam: subaudiendum, proposuerunt, aut si quod aliud ad sententiam magis appositum uerbum. Diogenianus admonet dici solitum de his qui fingerent se scire quidpiam, quod nescirent, atque hinc esse natum prouerbium, quod olim mos fuerit, ut diuini salem & fabam proponerent. Quod quoniam dubitabam diuersum ne esset ab illo quod in prima retulimus Chiliade, an non, hic repetendum duxi. Nam hoc modo citatum inuenio in uetustis Græcorum exemplaribus.

Ἐκπεφλικέσαι. XXI

Ἐκπεφλικέσαι, Græci prouerbiali metaphora uocant elabi ac suffugere. Aristophanes in Auibus,

Ὡς παρ' ἡμῖν ἀλλὰ αἰσχρόν ἐστιν ἐκπεφλικέσαι. id est,

Quippe apud nos turpe non est, suffugere de cassibus.

Ductum est ab auibus quæ nõnunquam elabuntur è retibus seu laqueis. Aiunt autem uerbum præcipuæ calliditatis ad id, ut aucupum manus effugiat. Qua quidẽ de re libet ipsius Aristotelis uerba subscribere, quæ scripta sunt lib. De natura animantium 9. καὶ ὅπως ἐν τοῖς αὐτῶν τίκτουσι καὶ ἐπωάζουσιν, ἵνα μή τις κατανοήσῃ τὸν τόπον πολὺν χρόνον προσεδρεύοντων. ὅταν δέ τις θηρεύῃ πελάσῃ τὴν νεοσσίαν, προκυλινδεῖται ἢ πέρδιξ ἢ θηρεύοντος, ὡς ἐπιλαμβανόμενος καὶ ἕως, ἐὰν ἀπατήσας ὡς λαφύσσων ἐφ' ἑαυτὴν, ἕως ἂν διαδράσηι τῶν νεοσσῶν ἕνεκα. μετὰ δὲ ταῦτα ἀναπαύσας αὐτὴ ἀναπαλεῖται πάλιν. id est, Nec eodem in loco pariunt & incubant oua, ne quis animaduertat, si diutius in eodem ambiant loco. Porrò cum inter uenandum incidit quispiam in nidum, prouoluitur perdix ad pedes uenantis, perinde quasi capienda sit, ad eumq; modum illum allicit ad sese quasi capturum, donec interim pulli singillatim effugerint. Quod ubi factum est, & ipsa subuolans pullos reuocat. Hactenus Aristoteles. Neq; uerò grauabor huic adscribere loco, quod in eandem fermè sententiam scribit Plutarchus libro cui titulum fecit, πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα, τὰ χερσαῖα ἢ τὰ θαλάττια. id est, Vtra animalia sunt prudentiora, terrestria an marina. ἄλλως δὲ πανουργείαν ὁμοῦ μετὰ φιλοσόργου πέρδικες ἐπιδείκνυνται, τοὺς μὲν νεοττοὺς ἐθίζουσιν μηδέπω φεύγειν δυναμένους ὅτ' ἂν διώκωνται καταβαλόντας ὑπτίους ἑαυτοὺς βῶλόν τινα ἢ συρφετὸν ἄνω προΐσχεσθαι σώματος, οἷον ἐπιλυγαζομένους. Αὐταὶ δὲ τοὺς διώκοντας ὑπάγουσιν ἄλλη. καὶ πλειστάκις ἑαυτὰς ἐμποδὼν διαπετόμεναι καὶ μικρὸν ἀπαναίσσουσαι, μέχρις ἂν οὕτως ἀλισκομένων δόξαν ἐμβάλωσι μακρὰν ἀποσπάσασι τῶν νεοττῶν. id est, Aliam uerò calliditatẽ una cùm prolis amore coniunctam perdices exhibent: nã pullos adhuc inuolucres consuefaciunt, ut supinos prosternãt sese, glebam aut palearum tegumentũ aliquod impositũ corpori sustinẽtes, atq; ita ueluti obtecti deliteant, ipsæ interim uenantem aliò abducunt hac arte. Alliciunt illũ ad sese, prouolantes ad pedes, ac paulatim prodeuntes, ac tandiu spem ostendunt capiendi sui, do nec eũ procul à pullis abstraxerint. Ex his uerbis arbitror satis liquere, quid sibi uelit ἐκπεφλικέσαι, nimirũ elabi, perdicum arte ingenioq;. Interim allusum est ad cauponẽ quendam insigniter improbum, cui nomen inditum Perdix, quòd claudicaret. Eius meminit Aristophanes in Auibus.

Munus Leuidensæ. XXII

Munus Leuidensæ, Cicero prouerbiali nimirum figura uocat munus uile, minimiq; pretij, cuiusmodi uulgaribus amicis missitare diuites consueuerunt. Sic enim scribit ad Dolobellã lib. Famil. epist. 9. Oratiunculam pro Deiotaro quam requirebas, habebam mecum, quod nõ putarã, Itaq; eam tibi misi. Quã uelim sic legas, ut causam tenuẽ & inopẽ, nec scriptione magnopere dignã. Sed ego hospiti ueteri & amico, munusculũ mittere uolui Leuidẽsæ crasso filo, cuiusmodi ipsius solent esse muncra. Seruius ostendit Leuidensam uestis genus esse uile, raro, tenuiq; textu. Quondam inter hospitum Xenia, uestes imprimis erant. Vnde & apud Iuuenalẽ queritur quispiam uestes donari, uillo crasso, colorecq; malo.

Et malè percussus textoris pectine Galli.

Proinde M. Tullius orationẽ suam parum elaboratam atq; expolitam, Leuidensæ munus appellat. Eleganter accommodabitur ad munus leuiculum, aut officium uulgare, non admodũ ex animo, neq; diligenter præstitũ amico cuipiã uulgari. Huic diuersum est illud πελλωσία χιτὼν. i. Pellenæa tunica. Et συλόσωνος & χλαμὺς. id est, Siloſontis chlamys.

Multi discipuli præstantiores magistris. XXIII

M. Tullius lib. Epist famil. 9. scribens Varroni, senarium quendam refert, haud dum scio ex quo poëta. Cuius sententia etiam hodiernis temporibus uulgò celebratissima fertur, Aduenit, inquit, Dolobella. Eum puto magistrum fore.

Πολλοὶ μαθηταὶ κρείσσονες διδασκάλων. id est,

Plerique discipuli magistros anteeunt.

Ad uarios usus potest accommodari, uel ad simplicem sensum, puta frequenter euenire, ut discipulus eruditione superet eum à quo literas, aut artem quampiam didicit. Aut per iocum, cum significabimus improbitate uinci, qui malitiæ doctor fuit: ueluti si quis deciperetur ab eo, cui uiam ac rationem imponendi demonstrasset aliquando: siue cum quis ordine conditioneq; inferior, tamen plus ualet quàm is qui non parere, sed imperare uidetur.

Ad Herculis columnas. XXIIII

Ἡράκλεια σήλα. iam olim in prouerbio sunt, ut admonet Pindari interpres. Sic enim uulgò dici solere, τὰ πέρα γαδείρων & περατὰ. i. quæ ultra Gades, inaccessa. Quo significant ultra columnas Herculis non esse quò progrediare. Columnas has Hercules ibi fixisse dicitur cum boues uestigaret Geryonis, tanquam illic esset suprema orbis meta. Pindarus in Nemeis, γαδείρων τὸ πρὸς ζόφον & περατόν. i. Non ulterior accessus ad occidentem, ultra Gadira. Item alibi,

Εἰ δ' ὧν καλὸς ἔρδων τ' ἐοικότα μερφᾶ,
Ἀνεμέαις ὑπερτάταις ἐπίβα
Πᾶς ἀριστοφάνης, δν ἔτι πρώσω
Ἀβάταν ἄλα κόινων
Ὑπὲρ Ἡρακλέος περᾶν σὺν μακέας,
Ἡρως θεὸς ἂς ἔθηκε Ναυτιλίαις ἰσχάτας.

Sentit Aristophanis filium ad extremam peruenisse laudem, ultra quam non possit crescere, qui quidem egregiæ formæ, facta adiunxerit illustria. Quòd si quis præterea quicquam

Ayuntamiento de Madrid

laudis requirat, id perinde esse, ac si quis ultra columnas ab Hercule fixas conetur transire. Rursus in Olymp. Hymno 3.

Νῦν τε πρὸς ἐσχατίαν θή-
ρων ἀρετᾶσιν ἱκάνων ἄπεται
Οἰκοῦθεν ἡρακλέος θ' ἁλᾶν. τὸ πρόσω
Δ' ὅτι σοφοῖς ἄβατον Κλεόφοις. id est,

Nunc sine ad extremos limites uirtutibus peruenies Theron, attingit à domo Herculis columnas. Quod autem ultra est, sapientibus pariter & insipientibus inaccessum. Consimilem in modū usus est Gregorius Nazianzenus in Monodia, sentiens Basilium eò perfectionis peruenisse, ut longius progredi negatum esset humanæ naturæ. Heraclides Ponticus in allegorijs Homeri, improbos Homeri poëmatis interpretes exigendos putat ὑπὲρ ἡρακλέος ἐσχάτας στήλας καὶ τὸν ἄβατον ὠκεανὸν θάλασσαν. id est, Vltra Herculis extremas columnas, & inaccessum Oceani mare.

Ariolari. XXV

Ariolari prouerbio dicebatur, qui nihil adferret certi, nihilq; præsentis emolumenti, uerum in diem modo pollicitaretur. Ita Dorio leno in Phormione Terent. adulescenti Phædriæ pecuniam daturum se promittenti dicentiq;, Non mihi credis? respondit, Ariolare. Item Sannio in Adelphis, Sed ego hæc ariolor. Sumptum à diuinis qui prædicunt euentura. Futurorum autem nulla certa cognitio, quemadmodum eleganter dictum est à Pindaro,

Τῶν μελλόντων τετύφλονται φράδαι,
Πολλὰ δὲ ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσεν,

Quorum carminum hæc sententia, cæcam esse rerum futurarū scientiā. Mortalibus autē multa præter spem euenire.

Ciceris emptor. XXVI

Equidem arbitror & illud inter prouerbia referrēdū, quod ait Horat. in Arte poëtica, Ciceris & nucis emptor. Infimæ sortis hominem, decq; ima plebe quempiam significans.

Offenduntur enim quibus est equus, & pater, & res,
Nec si quid fracti ciceris probat & nucis emptor,
Aequis accipiunt animis, donant'ue corona.

Nemo quenquam ire prohibet publica uia. XXVII

Prouerbij speciem habet & illud Plautinum ex Curculione: Nemo ire quenquam prohibet publica uia. Quo significant rerum communium æqualem omnibus usum esse, neq; cuiquam uertendum uitio, quod ius publicum concedit. Plautus ad sensum turpiculum deflexit, nempe ad usum scorti publicitus prostantis. Videtur autem effictum ad imitationem Pythagorici symboli iubentis, Δι λεωφόρου βαδίζειν. id est, Publicam ingredi uiam, aut contra, Δι λεωφόρου μὴ βαδίζειν. Quò quidem mihi respexisse uidetur Flaccus in Arte poëtica, quum ait,

Publica materies priuati iuris erit, si
Nec circa uilem patulumq; moraberis orbem,
Nec uerbum uerbo curabis reddere.

Hinc belli initium. XXVIII

Inter prouerbia quæ sumuntur ex allusionibus autorum, mihi non uidetur illud silentio prætereundum, quod ex Thucydide usurpauit Lucianus in Pseudomante, καὶ τῷ ὄντι ἀπ' ἐκείνου ἄρχεται ὁ πόλεμος ἐμβριθὴς γενέσθαι. id est, Et iuxta Thucydidem iam hinc belli initium. Id ad uarios usus poterit accommodari, siue cum ad incipiendum negotium accingi significamus, siue cum alicunde natam simultatem innuimus, ac tumultum rerum exortum. Ad eundem Thucydidis locum non dubium quin alluserit Aristophanes in Acharnensibus,

Κἀνθεῦθεν ἀρχὴ ἦν πολέμου.

Atque illud κἀνθεῦθεν, eo loco frequentius iterat, quo magis consentaneum, illum allusione ad iocum abusum fuisse.

Inanium inania consilia. XXIX

Κενοὶ κενὰ βουλεύονται. i. Inanium inania consilia. κενοὶ κενὰ λογίζονται. Inanium inanes cogitationes, cū quis sua spe frustratur. Cognatum illi, μωρὰ μωρὸς λέγει. id est, Fatuus fatua loquitur. Natum aiunt ex euentu: nam Archias stipulatus à Demetrio quingenta auri talenta, ut Cyprum proderet, re deprehensa, arrepto fune ex his quibus tenduntur tentoria suspendit sese. Refertur in Græcorum collectaneis.

Nutricum more male. XXX

Καθ' ὥσπερ αἱ τίτθαι γε σιτίζας κακῶς. id est,

Pascis profecto more nutricum male.

In uetustissimis quibusdam prouerbiorum collectaneis reperi, quæ quidam Plutarcho tribuunt. Extat autem apud Aristophanem, in Equitibus, qui quidem & metaphoræ rationem explicat his uersibus,

Καθ' ὥσπερ αἱ τίτθαι γε σιτίζας κακῶς,
Μασώμεθ' ἢ γὰρ μᾶζ' ὀλίγον ἐντιθεῖς,
Αὐτὸς δ' ἐκεῖνο διπλάσιον κατέσπασας. id est,

Pascis profecto more nutricum male:
Nam ubi manderis, paulum huic in os dein inseris:
Ipse est præ illo uel triplum glutis cibi.

Conuenit igitur in eos qui de lucro paululum aliquid impertiunt socijs: aut qui sic facultates alienas administrant, ut maximam partem in suos conuertant usus, id quod hodieq; tutorum uulgus facitat.

Amphictyonum consessus. XXXI

Ἀμφικτυονικὸν συνέδριον. id est, Amphictyonicus consessus. De frequenti grauium uirorum conuentu. Ductum à conuentu illo Græcorum olim celebratissimo, qui Amphictyonum dicitur, uel ab Amphictyone Deucalionis filio, qui cum rerum potiretur, gentes Græcanicas dicitur conuocasse, ut citatur autor Theopompus in 8. Historiarum lib. ac testatur Pausanias in Phocaicis. Porrò populi qui in id consilij conuenire solcant, numerātur duodecim, Ionces, Dores, Perrhæbi, Bœoti, Magnetes, Achæi, Phthij, Malienses, Dolopes, Aencanes, Delphi, Phocenses. Vel inde nomen inditum Amphictyonum, quod undecunq; ad id consilium ex omni Græcia conuenirctur, ut placet Anaximeni & Androtioni in Atticarum descriptione rerum, apud Pausaniam, in eo quē modo ostendi loco. Quo quidē & alia complura super hac re non indigna lectu referuntur, si quis fortè requiret. Nos ad enarrationē prouerbij putamus hæc esse satis. Venustius fuerit adagium, si per ironiam torquetur ad indoctorum conuentum, qui sibi tamen Solones esse uideantur.

Etiam capillus unus. XXXII

Celebratur & Mimus, ni fallor, Publianus admodum prouerbiali specie:

Etiam capillus unus habet umbram suam.

Quantumuis pusillum commodum iuuat, quantumlibet exiguum delictum nocet.

Xenocratis caseolus. XXXIII

Ξενοκράτους τυρίον. id est, Xenocratis caseolus. De cibo qui perquam diu durat, prius quàm absumatur. Quanquam nihil uetat, quo minus ad alia quoque transferatur, puta ad uestem, ad librum, ad pecuniolam, aut simile quippiam, quo sic parce circumspectēq; quispiam utitur, ut quàm diutissimè duret. Sumptū adagium ab admirabili Xenocratis philosophi frugalitate. Quem tradunt sæpenumero obsonia iam rancida facta abiecisse, neque rarenter euenisse, ut cum cadum aliquem relinire uellet, iam uinum reperiret in acorem uersum. Proinde prouerbium appositè dicetur in sordidos quosdam, quibus hic mos omnem penum eousque seruare quoad fuerit corruptus: perinde quasi nefas sit rebus synceris & integris frui. Adagium refertur in Stobæi Collectaneis.

Aperto

Ayuntamiento de Madrid

Aperto pectore. xxxiiii

Aperto pectore dicimus, pro eo quod eſt, uehemẽter, ex animo citraq; fucum, quaſi renudatis animi penetralibus. M. Tullius in lib. De amicitia: In qua niſi, ut dicitur, apertum pectus uideas, tuumq; oſtendas, nihil fidum. Plinius iunior Fabato: Epiſtolarum quas mihi, ut ais, aperto pectore ſcripſiſti, obliuiſci iubes: at ego nullarum libentius memini. Alluſum eſt autem ad Momi dictum, qui feneſtras in hominum pectore deſideraſſe fingitur, quo liceret inſpicere, quódnam in ſpecubus illis reconditum eſſet. Perſius in 5. Satyra.

Vt quantum mihi te ſinuoſo in pectore fixi
Voce trahã pura, totumq; hæc uerba reſignent
Quod latet arcana non enarrabile fibra.

Similiter apud Naſonem Phœbus: _Aſpice uultus
Ecce meos, utinamq; oculos in pectore poſſes
Inſerere, & patrias intus deprendere curas.

Ad calcem peruenire. xxxv

Ad calcem peruenire, pro eo quod eſt, ad metam finemq;. Prouerbialem habet figuram, quoties ad aliud quippiam deflectitur, quàm ad corpus humanum. M. Tullius lib. De amicitia, Vt cum æqualibus poſſes uiuere, cum quibus tanquam è carceribus emiſſus, cum iiſdem ad calcem, ut dicitur, peruenire. Idem De ſenectute, Nec uero uelim quaſi decurſo ſpatio à calce ad carceres reuocari. Ad hanc attinent formam etiam illa, uſq; ad Plaudite, id eſt, uſq; ad extremum finem. Idem in eodem ſermone. In quocunq; fuerit actu probetur. Nec ſapienti uſq; ad Plaudite uiuendum. Rurſus alibi, Quibus quæ ſplendide uſi ſunt, hi mihi uidentur fabulam ætatis peregiſſe, neque tanquam inexercitati hiſtriones, in extremo actu corruiſſe. Rurſum aliàs in eodem opere: Extremum actum tanquam ab inerte poëta eſſe neglectum. Quanquam huius generis alibi à nobis facta mentio.

Bellum omnium pater. xxxvi

Ὁ πόλεμος ἁπάντων πατήρ. id eſt, Bellum omnium pater. Lucianus ueluti prouerbio iactatum refert, in commentario De ratione conſcribendæ hiſtoriæ, μᾶλλον ἢ Θουκυδίδαι καὶ Ἡρόδοτοι καὶ Ξενοφῶντες, ἡμῖν ἅπαντες οἱ ὡς ἔοικεν ἀληθὲς ἀρ' ἦν, ἐκεῖνο τὸ, πόλεμος ἁπάντων πατήρ. εἶτε καὶ συγγραφὰς τοσάδας ἀνέφυσεν, ὑπὸ μίας τῆς πληγῆς. id eſt, Quin potius Thucydides, Herodoti, Xenophontes nobis erant omnes: adeo ut uerum eſſe uideretur illud quod dicitur, Bellum rerum omnium pater, ſiquidem tam multos ſcriptores produxit unico ictu. Prouerbium ideo dictũ eſt, quòd bellum omnium rerum nouãrum autor eſt, ut ex eo ueluti nata uideantur uniuerſa. Niſi quis malit ad philoſophorũ quorundam decretum referre, qui dixerunt, rerum ſummam è lite progigni.

Phaniæ ianua. xxxvii

Φανίης θύρα. id eſt. Phaniæ ianua Euſtathius in Odyſſeæ ω, oſtendit dictum de his qui ſimulant ſeſe congeſtas opes habere, quæ nuſquam ſunt. Ductum à Phania quodam, qui falſam de ſe præbuerit opinionem, quaſi multam diuitiarum uim domi conſtructam ac reconditam haberet. Diximus alibi de Phani ianua, in prouerbio Phani oſtium, quod an idem ſit cum hoc, nec'ne, uiderint docti.

Ἐκλινῆσαι. xxxviii

Ἐκλινῆσαι, Prouerbiali figura dictum oſtendit Euſtathius in tertium Iliados: Sumpta metaphora à piſcibus, qui ſuffugiũt à retibus, quí'ue ab hamo elabuntur. Nam lina retia dicuntur etiam latinis, ut Maroni, Humida lina trahunt.

Ineſt autem piſcibus quibuſdam genuina quædam callidítas è retium textis elabendi, quemadmodum elegãter de Ceſtreo narrat Oppianus lib. 3. Sed carmen ipſum, quandoquidem autor non admodum adhuc uulgatus eſt, adſcribere præſtat.

Κεστρεὺς μὲν πλεκτῆσιν ἐν ἀγκολιῆσι λίνοιο
ἑλκόμενον θρόλον ἔτι περὶ βρόμου ὑγρὸν ἐόντος.
ὕψι δ' ἀναδρώσκει λελιημένος ὕδατος ἄκρην,
ὀφρὰ δὲ μὴ πτερύγεσσι θοῇσ' ἅλματι κάμῃ
ἁρμῆναι, βυσσῆς ἢ σαόφρονος ἐκ μάτηος.
Πολλάκι γὰρ ῥιπῇσι καὶ ὕστατα πείσματα φεύγων
ῥηϊδίως ὑπερῆλτο καὶ ἰξύλυξε μόρου.
Εἰ δ' ὅ γ' ἐφορμηθεὶς πρῶτον χόλον αὖθις ὀλισθῇ
εἰς βρόχον, οὐκέτ' ἔπειτα διάξεται, ἀλλ' ἀνορθὴ
ἀχνύμενος, πείρῃ δὲ μαθὼν ἀπεπάυετο δόμης. id eſt,

Ceſtreus dum trahitur ſinuoſis æquore textis,
Haud illum quà ſuffugiat, latet, arsq; dolusq;,
Subſilit in ſublime alacer, ſaltuq; citato
Viribus eniti quantum ualet omnibus, undas
Emicat in ſummas ſublato corpore toto.
Ingenio ſortuna fauet, nam ſubera ſæpe
Quæ ſummos tollunt funes, retinacula caſſis
Tranſilit, & fatum elabens fugit improbus atrum,
Sin primum expertus ſubſultum, in retia rurſum
De lapſus recidat, iam nec pugnare laborat
Anxius, aut fruſtra niti, doctusq; periclo
Nec iactat ſeſe, neq; ſurſum promicat unquam.

De permultis item alijs piſcibus ad eundem cõmemorat modum, quibus artibus elabãtur capti. Sed reliqua perſequi prælongum. Illud non iniucundum ſcitu, quod de piſce torpedine narrat poëta Claudianus, quemadmodum illigatus hamo, ſubducat ſeſe, ui ueneni per linum atque harundinem ad piſcatoris uſque manum immiſſa. Carmen ſic habet. quur enim grauer adſcribere, tam elegans, tamq; feſtiuum?

Si quando ueſtita cibis incautior æra
Hauſerit, & curuis frenari ſenſerit hamis,
Non fugit, aut uano conatur uellere morſu.
Sed propius nigræ iungit ſe callida ſetæ,
Et meminit captiua ſui, longeq; per undas
Pigra uenenatis effundit flamina uenis.
Per ſetam uis alta meat, fluctusq; relinquit
Abſentem uinctura uirum. metuendus ab imis
Emicat horror aquis, & pendula fila ſequutus
Tranſit harundineos arcano frigore nodos,
Victricemq; ligat concreto ſanguine dextram.
Damnoſum piſcator onus, prædamq; rebellem
Iactat, & amiſſa redit exarmatus habena.

Ariſtophanis interpres putat ab auibus traductum. Conſimili figura Perſius Satyra 5.

Ne trepidare uelis, atq; arctos rodere caſſes.

Αἰγυπτιάζειν. xxxix

Αἰγυπτιάζειν dicebantur aſtuti & impoſtores. Sumptum à moribus eius gentis. Theocrius, ἐν συρακοσίαις,

Οὐδεὶς κακοεργὸς
Δαλᾶται γ' ἐόντα παφίοπων αἰγυπτιεί. id eſt,
Lædit ſceleratus
Aſtu Aegyptiaco obrepens iam nemo, nocet'ue.

De moribus Aegyptiorum teſtatur & illud ex Aeſchylo, quod alibi retulimus,

Δεινοὶ πλέκειν τὰς μηχανὰς αἰγύπτιοι. id eſt,
Aegyptij miri ſtruendis artibus.

Citat hoc prouerbium Syneſius in Encomio caluitij. Quanquam nõnunquam αἰγυπτιάζειν accipi ſolet, pro eo quod eſt adurere, ut in hoc carmine,

Χροιὰν τὴν σὴν ἥλιος λάμπων φλογὶ
Αἰγυπτιάσῃ. id eſt,
Tuum colorem Phœbus ardens igneis
Flammis aduret.

Ne bolus quidem relictus. xl

Οὐδ' ἔγκαφος λέλειπται. id eſt. Ne bolus quidem relictus eſt, hoc eſt, nec uel pauxillum. Euſtathius enarrans tertium

Ayuntamiento de Madrid

Odyſſeæ librum, citat hunc Eupolidis uerſum,

Οὐχὶ λείπεταί τ' ἐμοῦ βόδ' ἔγκαφος. id eſt,

Nec bolus è meis relictus rebus eſt.

Nam ἔγκαφος, id apud Græcos ſignificat, quod nos uulgata uoce magis quàm Latina, morſellum dicimus, à uerbo κάπτω, quod eſt auide comedo.

Rex aut aſinus. XLI

Βασιλεὺς ἢ ὄνος. id eſt, Rex aut aſinus. hoc eſt, aut uictor, aut uictus. Simile illi, ἢ τρὶς ἓξ, ἢ βοῦς κύβοι, aut ter ſex, aut tres tali. Euſtathius Odyſſeæ ſextũ enarrans librũ oſtẽdit metaphorã ductam ab his qui ludunt ſphæra: quibus qui uiciſſet, rex appellabatur: qui uictus fuiſſet, huic aſino nomẽ erat. Plato in Theæteto, ὅ γ' ἁμαρτὼν, καθάπερ αἱ ὦσπερ φασὶν οἱ σφαιρίζοντες, ὄνος, ὃς δ' ἂν περιγένηται ἀναμάρτητος, βασιλεὺς ἡμῶν. i. Qui aberrarit, is deſidebit, quemadmodum dicunt ij qui ſphæra ludunt, aſinus: qui uero nihil aberrãs uicerit, rex noſter eſto. Iulius Pollux lib. De rerum uocabulis 9. ſphæra ludendi quatuor modos cõmemorat, quorum primus appellatur ἐπίσκυρος, alter φατνίδια, ſeu φατνίδιν, tertius ἀπόῤῥιξις, quartus οὐρανία. Quorum poſtremum, nam is ad prouerbium proprie facit, deſcribit his uerbis, ἢ γ' οὐρανία. ὃ μὲν ἀναπλάσας ἄντον ἀπερείπεται τὴν σφαῖραν εἰς τ' οὐρανόν. τοῖς γὰρ ἀλωμένοις φιλοτιμία πρὸς γῆν αὐτὴν ἐμπεσοῦν, ἁρπάσαι. ὅπερ ἔοικεν ὅμηρος ἐν φαίαξιν ὑποδηλῶν. ὁπότε μέν τοι πρὸς τ' τοῖχον τὴν σφαῖραν ἀντιπέμψαι, τὸ πλῆθος τ' πνιγμάτων ἐλεγίζετο, καὶ ὁ μὲν ἥττόμενος ὄνος ἐκαλεῖτο καὶ πᾶσι ἐπολὺ τὸ προσαχθές, ὁ δ' νικῶν βασιλεύς τε ἦν καὶ ἐπίταττεν. id eſt, Vrania uero luſus ſic habet: aliquis reſupinans ſeſe, ſphæram in cœlum mittit: reliquis autem certamen erat ut eam prius quàm in terram rediderent, raperent: id quod in Phæacibus ſignificare uidetur Homerus. Sane uero cum aduerſus parietem ſphæram miſiſſent, numerus ſubſultuum cenſebatur: & qui uictus fuiſſet, is aſinus appellabatur: & quicquid imperatum eſſet, faciebat: rurſum qui uiciſſet, is & rex erat, & imperabat. Hactenus Iulius. Porrò locus quem ex Homero citat, eſt Odyſſeæ θ, ad hunc modum,

Τὸν δὲ περιφραδέως ἧκε βιβαρῆς ἀπὸ χαρὸς,
Βόμβησεν δ' ἄλθε, κύβη δ' ἔπτηξαν ποτὶ γαῖαν
Φαίηκες δολιχήρετμοι, ναυσίκλυτοι ἄνδρες,
Λαὸς ὑπαὶ ῥιπῆς, ὁδ' ὑπέρτατα σήματα φαίνων. i.

Verſatum hunc ualida ſubmiſit in aëra dextra,
Intonuit lapis: aſt in humum formidine ſidunt
Phæaces gens gnara maris, ratibuſq; ſuperba
Ob ſaxi iactum, uerũ id procul omnia ſigna Tranſuolat.

Ab hac forma non uidetur alienum quod eſt apud Plautum in Pœnulo, Rex ſum, ſi ego illum hodie hominem ad me illexero. Licebit uti, cum ſignificabimus iaciendam aleam, quæ uel ſummos reddat uel infimos.

Stellis ſignare. XLII

ἄστροις σημαίνειν τὴν ὁδόν. id eſt, Stellis uiam ſignare dicuntur, qui notulis quibuſdam & coniecturis rem alioqui perueſtigatu difficilem inquirunt. Euſtathius exponẽs quintum Odyſſeæ librum, admonet conuenire in eos, qui longam ac deſertam ingrediuntur uiam. Sumpta metaphora à nautis, qui in nocturna nauigatione uiam ſtellarum obſeruatione coniectant. Quemadmodum apud Homerum Vlyſſes Odyſſeæ libro quinto,

Αὐτὰρ ὁ πηδαλίῳ ἰθύνετο τεχνήεντως
Ἥμενος. οὐδέ οἱ ὕπνος ἐπὶ βλεφάροισιν ἔπιπτε,
Πληϊάδας θ' ὁρόωντι, καὶ ὀψὲ δύοντα βοώτην,
Ἄρκτόν θ' ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν. id eſt,

At clauo ille ſedens nauim mira arte regebat,
Nunquam corripuit nutantia lumina ſomnus:
Verum Pleiadas ſpectat, ſeriq; Booten
Occaſus, urſamq; alio cognomine currum.

Alluſit huc eleganter M. Tullius lib. Academicarũ quæſtionum 4. cum ait, Abſoluit ſapiẽtis eſſe, non duci opinionibus ſed certò uerum tenere, idq; ductu & indicio Cynoſuræ, quæ quòd minore orbe circũferatur, ut pote polo uicinior, certius monſtrat uiam, etiam ſi minus ſit conſpicua. At non dum perfecte ſapientem, dum ubiq; quod probabile uidetur, amplectitur, interdum errantem, ueluti Helicen ſequi, quæ ut clarior eſt, & magis oculis perſpicua, ita non perinde certa uiæ mõſtratrix, quòd latiore ambitu circũagatur, eo quòd à polo ſeu uertice mundi longius abſit. Verba Ciceronis ſunt hæc: Nec tamen ego is ſum, qui nihil unquam falſi approbem, qui nunquam aſſentiar, qui nihil opiner. Sed quærimus de ſapiẽte. Ego uero ipſe & magnus quidem ſum opinator. non enim ſum ſapiens, & meas cogitationes ſic dirigo, non ad illam paruulam Cynoſuram,

Quæ fidunt duce nocturna Phœnices in alto,

Vt ait Aratus: eoq; directius gubernant, quòd eam tenent,

Quæ curſu interiore, breui conuertitur orbe:

Sed ad Helicen & clariſſimos ſeptentriones, id eſt rationes has latiore ſpecie non ad tenue elimatas. Eo fit, ut errem, & uager latius: Scio mihi factam alibi huius prouerbij mentionem: uerum quoniam nactus eram quædam non indigna cognitu, uiſum eſt hic repetere.

Sambucam citius. XLIII

Adagij ſpeciem præſe gerit Perſianum illud carmen,

Sambucam citius caloni aptaueris alto.

Cuius uſus incidet, ſi quando ſignificabimus aliquem à diſciplina percipienda, ſiue munere gerẽdo nimis alienum eſſe. Siquidem Sambuca organum eſt muſicorum, quod haud quaquam congruat caloni. Quanquam Athenæus lib. 14. indicat & bellicum inſtrumentum dici ſambucam, quod machinæ in morem admouebatur hoſtium mœnibus. Calones autem uocantur militum miniſtri, qui uallos ac ligna geſtitant. Vnde & nomen inditum autumant grammatici. Porrò cum milites ſint imperiti muſices, multo magis calones. Quanquam poteſt non abſurde accipi de ſambuca, militari machina, quæ ritu organi muſici, chordis quibuſdam intenditur. Ad hanc intendendam haudquaquam idonei ſunt calones, ut pote ſtolidi, & ob id ipſum ad infima miniſteria retruſi, quòd diſciplinæ militaris prorſum rudes ſint & indociles. Vnde Perſius nõ citra ἔμφασιν addidit alto, propterea quod homines prælongi etiã prouerbio uecordiæ notantur, ἄνους ὁ μακρός.

Noſtræ farinæ. XLIIII

Eiuſdem farinæ dicuntur, inter quos eſt indiſcreta ſimilitudo.

Quod enim aqua ad aquam colluta, idem ad farinam farina. Perſius in quinta Satyra:

—Noſtræ paulo ante farinæ
Pelliculam uertere rem retines.

Perinde quaſi dicat, noſtri gregis, noſtræ conditionis. Pertinet ad illam claſſem, Eadem cera & idem puluis, de quibus alibi dictum eſt. Simili tropo Seneca dixit, eiuſdẽ notæ lib. 3. epiſt. 24. His adijcias & illud eiuſdem notæ licet, tantam hominum imprudentiam eſſe, imò dementiam, ut quidam timore mortis cogantur ad mortem.

Nullo ſcopo iaculari. XLV

Ἀσκοπα τοξεύειν. id eſt, Abſq; ſcopo iaculari dicuntur, qui nihil certi propoſitum habent quod ſequantur, & ad quod inſtituti cõſilijq; ſui rationes referant. Lucianus in Toxaride, ἐπαδὴ νῦν ἄσκοπα τετοξεύκαμεν, οὐδὲ ἐλόμενοι διαιτητὴν, ἄλλως ἐπ' ἐμοὶ ἔπαμεν φίλως. id eſt, Quoniam in præſentia nullo propoſito ſcopo iaculati ſumus, denuo, aſcito arbitro, alia amicorum paria apud illum referamus. Perſius in Satyra tertia,

Eſt aliquid quò tendis, & in quod dirigis arcum?

An paßim

Ayuntamiento de Madrid

An paßim ſequeris coruos, teſtaq; lutoq; ſ
Securus, quò pes ferat.

De pulmone reuellere. XLVI

Dubium non eſt, quin ad prouerbiorum formam pertineat & illud Perſianũ, de pulmone reuellere, pro eo quod eſt, ſtultam & arrogantem opinionem animo eximere.

Dum ucteres auias tibi de pulmone reuello.

Tumorem animiq; faſtum in pulmone collocant: unde μέγα πνεῖν apud Græcos. Et idem Perſius alibi,

Grande aliquid, quod pulmo animæ prælargus anhelet.

Quos non tollerent centum Aegyptij. XLVII

Οὓς ὀκ ἄραντ' ἂν ὀδ' ἑκατὸν ἀιγύπτιοι. id eſt,

Quos ferre nec centum queant Aegyptij.

De moleſtis dici ſolitum, ac moribus intolerandis, ſeu faſtu præturgidis. Inde ductum, quòd Aegyptij pleriq; geſtandis oneribus quæſtum non ſatis honeſtum facitare cõſueuerint: unde & ἀχθοφόροι dicti, in iocum prouerbialem abierunt. Refertur adagium ab Eudemo in collectaneis dictionũ rhetoricarum, & item à Suida. Extat autem apud Ariſtophanem in Ranis, ad hunc modum,

Δὶ' ἅρματ' ἀσθμαι κἀὐ πνεῦμ' ἀδῶ,
Οὓς ὀκ ἂν ἄραιντ' ὀδ' ἑκατὸν ἀιγύπτιοι. id eſt,
Duo plaſtra, duoq; item impoſuit cadauera,
Quæ ferre nec centum queant Aegyptij.

Idem in Auibus,

Οὐκ ἀιγύπτιός γε πλινθοφόρος. id eſt,
Non Aegyptius lateriger.

Conſimili modo Lucilius apud Nonium:

Quem neq; Lucanis oriundi montibus tauri
Ducere pro telo uallidis ceruicibus poſſent.

Rurſum idem alibi:

Hunc iuga mulorum, pro telo ducere centum
Non poßint.

Aegyptius lateriſer. XLVIII

Αἰγύπτιος πλινθοφόρος. id eſt, Aegyptius laterum geſtator. Suidas nominatim prouerbij titulo refert. Extat autem apud Ariſtophanem in Auibus, ubi quærit quiſpiam, quis compoſuiſſet equum Durium in arce Palladis, centum cubitorum? Cui reſpondetur:

ὄρνιθες, ὀδεὶς ἄλλος, ὀκ ἀιγύπτιος
πλινθοφόρος, ὁ λιθαργός. id eſt,
Aues, nec alius ullus, haud Agyptius
Lateriſer, aut faber lapidarius.

Quadrare uidetur in ſordidum atq; infimæ ſortis hominẽ, in quem uſum etiam Carum uilitas uſurpata eſt: aut in eum, qui moleſtis negotijs premitur. Admonuimus modo Aegyptios in uulgi fabulam ac riſum abiiſſe, quòd aſinorum ritu uectandis corpore oneribus quæſtum facerent. Ad quem laborem hoc exercitationes illos fuiſſe, conijcio, quòd in effodiendis lacunis, limoq; exportando, ac lateribus argillaceis, huiuſmodi opera potißimum opus erat apud Aegyptios, ob limum quem inuehit Nilus. Nam illic paſſeres opinor, aut hirundines monſtrarunt artem è luto conſtruendi parietes. Argumento eſt, quòd Hebræi cum apud illos agerent, adacti ſunt luto lateribusq; geſtandis ſeruilem operam præſtare Pharaoni. De mulis Marianis alibi reperies.

Cœnare me doce. XLIX

Δεπνεῖν με δίδασκε. id eſt Cœnare me doce. Prouerbiali figura dictum eſt ab Ariſtophane in Ranis. Tempeſtiuiter uſurpabitur, ſi quando docere, præire, aut etiam reſellere conatur aliquẽ imperitus negotij, de quo diſputatur. Verba ſunt Bacchi ad Herculem de tragœdijs iudicantem, cum exercitatior eſſet in uorandis tauris, quàm pẽſiculandis poëtarum carminibus.

Rhamnuſius. L

Ῥαμνόσιος. id eſt, Rhamnuſius. Eudemus in dictionibus rhetoricis admonet, id cognominis olim ceu prouerbio additum ſapientibus ac moderatis uiris. Nec explicat adagij rationẽ. Vnde coniectare licet, uel ab eius gentis moribus dictum, uel à dea Rhamnuſia, quæ modum in omni negotio docet adhibendum. Quemadmodum aliàs fuſius à nobis oſtenſum eſt.

Papæ Myxus. LI

Βαβαὶ μύξος. id eſt, Papæ Myxus. In glorioſos & iactabundos dici conſueuit: nam βαβαὶ ſtuporis & admirationis ſignificationem habet. Myxus autem ſacerdos quiſpiam fuit Dianæ, glorioſus & magniloquus, qui ſe fingebat omnia mirari. Refertur à Suida & Zenodoto.

Lenticulam angulo tenes. LII

Φακῆ γωνίας κρατεῖς. i. Lentẽ angulo tenes. De negotio quod fieri nullo pacto queat, propterea quòd hoc leguminis genus angulis careat. Refertur à Suida, ne quis contemnat.

Patrocli occaſio. LIII

Πατροκλέους πρόφασις. id eſt, Patrocli occaſio, ſiue prætextus, Diogenianus oſtendit dici ſolere de ijs, qui eum ob metũ non auſint proprias deplorare calamitates, deflent eas ſub prætextu luctus alieni. Plutarchus in commentario cui titulus, Quomodo quis ſe citra inuidiam laudare poſſit, ἵνα μὴ δοκῶμεν πατροκλεῖ πρόφασιν, ὁρᾶς δ' αὐτὸς, δι' ἐκείνων ἐπαινεῖν. id eſt, Et ne uideamur Patroclum occaſionẽ, ſed nos ipſos per illos laudare. Agit enim de ijs qui laudandis alijs ſuas ipſorum laudes inſinuant. Opinor uſurpatum à Patrocli moribus, in quem aliquoties iocatur Ariſtophanes.

Exiguum oboli precium. LIIII

Μικρὸν ἢ ὀβολὸν τίμιον. id eſt, Exiguum oboli precium. Suidas citat ex Maryca Eupolidis, conuenire in homines nequam, nihiliq;. Quanquam nihil obſtat, quo minus ad rem contemptam transferatur. Meminit & Eudemus. De ſimilibus multa retulimus antea, obolaris homo, homo treßis, homo trioboli, homo uix dupondio æſtimandus. Iuſtinianus iuuenes primum ad iuris ſtudium ingreſſos, dupondios appellari uoluit, uelut extremæ claßis: nam qui iam profeciſſent, prolytas ac lytas appellauit, quaſi dimßos.

Pedum uiſa eſt uia. LV

Τῶν ποδῶν ἑώραται ὁδός. id eſt, Pedum uiſa eſt uia. De negotio cuius aliquando periculum feceris. Sumptum à uiatoribus. Terentius in Phormione: Ah non ita. Factum eſt periculum, iam pedum uiſa eſt uia.

Phœnicum pacta. LVI

Φοινίκων συνθήκαι. id eſt, Phœnicum conuenta. Phœnices qui Carthagine potiti ſunt, cum primum ad eam appuliſſent regionem, poſtularunt ab ijs qui id temporis Libyam incolebant, ut ſibi liceret diem & noctẽ hoſpitio terræ uti. Quod cum impetraſſent, iamq; exacto conceſſi temporis ſpatio, iuberentur excedere finibus, recuſarunt adfirmantes ſe pactos ut ſibi fas eſſet illic noctesq; ac dies commorari: uidelicet ambiguitatem uocum ad ſuum commodum detorquentes. Vnde prouerbium eſſe natum aiunt, de pactis inſidioſis & aſtutis. Autores Suidas ac Diogenianus. Quin in totũ omnes Phœnices dicti ſunt qui quæſtus eſſent auidi. Vnde Pindarus in Pythijs hymno 2. φοινισσαν ἐμπολὰν. i. Phœniciã negotiationem dixit. Et interpres citat ex comico quopiã, διὰς φοῖνιξ γίγνομαι. i. protinus Phœnix fio. Item ex Sophocle,

Ὠνὴ ἦν κἀὐ πρᾶσις ὡς φοῖνιξ ἀνήρ. id eſt,
Phœnix ut uir, cœpit emere ac uendere.

Poſtremo Plato lib. De repub. 3. de his agẽs, qui putãt magiſtratui cõuenire mẽdaciũ, inquit, μηδὲν καλὸν, ἀλλὰ φοινικικόν. i. nihil pulchri eſt, ſed potius Phœnicenſe quiddam.

Puſillus quantus Molon. LVII

Μικρὸς ὅλος μόλων. i. Puſillus ut Molon. De uehementer breui

Ayuntamiento de Madrid

breui ſtatura corporis homuncionibus. Suidas oſtendit duos fuiſſe Molones, nota, ſicuti conijcio, corporis breuitate, quorum alter hiſtrio fuerit, alter fur, honeſti ſcilicet quæſtus uterque.

Per antiquum diem. LVIII

Διὰ παλαιᾶς ἡμέρας. De re admodum obſoleta priſca. Refertur à Diogeniano. Finitimum illi, quod hodie non inſcite iactatur in ſcholis philoſophorum, Magno Platonis anno.

Perierunt bona. LIX

Ἐῤῥέϕη τὰ καλά. i. Perierunt honeſta. Hippocrates Mindaro Lacedæmoniorum duci fuit ab epiſtolis, eo interfecto ab Athenienſibus, Hippocrates in Lacedæmonem huiuſmodi ſcripſit epiſtolam, Ἐῤῥέϕη τὰ καλὰ, μινδάρου δ' ἐπεσοῦσα. ſignificans interfecto duce rem eſſe deploratam. Adagium recenſet Diogenianus, hiſtoriam recenſet Xenophon in παραλειπομένοις lib. 1. Græca ſenario conſtant,

Periere honeſta, Mindarus ſublatus eſt.

Qui nimium properat, ſerius abſoluit. LX

Plato in dialogo, cuius titulus De regno πεποίηκε γὰρ ἡμᾶς καὶ νῦν παθεῖν τὸ τῆς τῶν παροιμίας πάθος. ποῖον; ὃν ἡσυχῇ διαιροῦντας, ἤνυκέναι βραδύτερον. i. Fecit enim ut nunc quoq; nobis acciderit, quod prouerbio dicitur: quod namq; ut dum parum recte per ocium diuidimus, ſerius perfecerimus. Idem in 7. De rep. lib. alluſit ad prouerbium, σπένδων γὰρ ἔφην, ταχὺ πάντα διελθεῖν, μᾶλλον βραδύνω. i. Dum feſtino, inquit, omnia celeriter percurrere, tardior ſum. Idem in Cratylo ſimile quiddam habet, ἵνα μὴ ὄφλωμεν ὥσπερ οἱ ἐν Αἰγίνῃ νύκτωρ περιόντες, ὀφλὸν ὄλῳ, καὶ ἡμᾶς ἐπὶ τὰ πράγματα δόξωμεν αὐτῇ τῇ ἀληθείᾳ, ὕστερον πως ἐληλυθέναι ὀφαίτερον ἢ δέοντος. i. Ne nobis uſu ueniat, ut quēadmodū qui apud Aeginetas noctu obambulant, ſerius perficiunt iter, itidem nos ad rem ipſa ueritate ſerius quàm oportet peruenisſe uideamur. Scitum eſt & illud diui Auguſtini aduerſus Petilianum, ijs qui perturbatione aliqua feſtinant, uſu uenire nonnunquam ut ueſtem aut calceos perucrſe induant, quæ res poſtea moram adferat. Idem uſu uenit his qui multa ſimul agere conantur, neq; quicquam aſſequuntur. Plato lib. De repub. 3. ὅτι εἷς ἕκαστος, ἓν μὲν ἂν ὑπηρέτημα καλῶς ὑπηρετοῖ, πολλὰ δ', ἀλλ' ἃ τύχοι ἐπιχειρεῖ πολλῶν ἐφαπτόμενος, πάντων ἀποτυγχάνει ἄρα. i. Vnuſquiſq; recte unum ſtudium exerceat, multa nequaquam. Imò ſi id tentarit, multa aggreſſus, omnibus fruſtrabitur. Idem eiuſdem operis lib. 10. docet idem accidere ijs qui non ueritate, ſed fucis ac malis artibus properant ad honorem, ὥσπερ οἱ μὴ δικαίως καὶ ἄδικοι δρῶσιν ὅπερ οἱ δρομεῖς, ὅσοι μὲν εὖ θέουσιν ἐκ τοῦ κάτω. ἀπὸ δὲ τοῦ ἄνω μή; τὸ μὲν πρῶτον ὀξέως ἀποπηδῶσι, τελευτῶντες δὲ καταγέλαστοι γίγνονται, τὰς ὦτα ἐπὶ ὤμων ἔχοντες καὶ ἀσεφάνωτοι ἀποβλέποντες. i. An non iſti artifices & iniuſti idem faciunt quod ſolēt curſores quidam, qui bene quidem currunt ab inferiore loco, à ſuperiore uero nequaquam. Primū quidem celeriter proſiliunt, cæterū in fine curſus ridiculi ſunt, atq; auriculas in humeris habentes incoronati ſemet abripiunt. Monet adagium inſtituendæ rei non tam celeritatem quàm curam adhibendam eſſe, ne poſtea ſit in mora, quod in operis ingreſſu fuerit erratum. Obnoxij ſunt huic prouerbio quidam, qui compendij cauſa, Græcanica literatura præterita, protinus ad philoſophiæ ſtudium inſiliunt, ac dum ſtulte captant compendium, in maximum incidunt diſpendium. Fit enim, ut hi dum repente philoſophi ſtudent euadere, nunquam philoſophiæ ſcientiam aſſequantur, cumq; ſe iam ad metam peruenisſe credunt, denuo ad carceres ſit redeundum, denuoq; à linea, quemadmodum Græci dicunt, exordiendum. Item in re bellica plus efficit Fabij cunctatio, quàm M. Minutij præceps temeritas. Siquidem is unus Hannibalem multis iam prælijs inuictum, non uiribus, ſed lentitudine ſuperauit. De quo præclare Ennius apud M. Tullium in Catone maiore:

Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem,
Non poncbat enim rumores ante ſalutem.

Vltra catalogum. LXI.

Ὑπὲρ τὸν κατάλογον ζῇ. i. Vltra catalogum uiuit. De eo dicebatur, qui multum ætatis uiueret, ut iam præſcriptum illum annorum numerum præteriſſe uideretur. Eſt, ni fallor, apud Lucianum. Refertur à Suida.

Vltra peram ſapere. LXII

Ὑπὲρ τὴν πήραν φρονεῖν. i. Vltra peram eſſe ſollicitum. Prouerbiali figura dictum apud Lucianum in Timone, ὀλιγαρκῆ γὰρ καὶ μέτριον χρὴ εἶναι τὸν φιλόσοφον, καὶ μηδὲν ὑπὲρ τὴν πήραν φρονεῖν. i. Oportet enim philoſophum paucis contentum ac frugalem eſſe, neq; quicquam ultra peram quærere. Quadrabit uel in philoſophum, uel in pauperem, ſed præcipue in Chriſtianum, quem Ieſus uetat cogitare de craſtino. Confine illi, Vita doliaris.

Virgo primum. LXIII

Παρθένον τὰ πρῶτα. id eſt, Virgo primum. De ijs dici ſolitum, qui rem paternam profunderent. Haud ſcio an inde ductum quòd uirgines adhuc rudes, & meretricij quæſtus ignaræ, facile ſui copiam faciunt. Poſtea quo plus auferant præmij, difficiles ſeſe præbent. Itidem adoleſcentes nuper nacti facultates, prius quàm intelligant quid ſit pecunia, largius effundunt. Et prima uitæ pars, quæ quidem eſt optima, ſtultiſſime nobis conteritur.

Vir uidebatur nauis ſupplicans ſcopulo. LXIIII

Ἀνὴρ ἔοικε ναῦς ἱκετεύειν πέτραν. id eſt.

Vir uiſus eſſe eſt, nauis obſecrans petram. De ſtupidis ac ſtolidis, quibus aliud pro alio uidetur, dictum indicat Suidas, ducta metaphora à naue quæ impingit in ſcopulum.

Viro eſurienti neceſſe eſt furari. LXV

Πεινῶντι κλέπτειν ἐς' ἀναγκαῖος ἔχον. id eſt,

Famelicus uir eſſe furax cogitur.

Suidas prouerbij nomine refert, quòd congruat in eos qui extrema adacti neceſſitate, quid faciunt. Veluti ſi qui confiteatur ſe mentitum, dicat quid facerem, aut quid mentiendū erat, aut in ſummam ueniendum infamiam, πφυῶντι κλέπτειν. Aut ſi quis auidus gloriæ, aliena pro ſuis ædat, quum ipſe de ſuo nihil poſſit egregium ædere.

Vixit, dum uixit, bene. LXVI

Vixit, dum uixit, bene. Eſt in Hecyra Terentiana. Prouerbiale fuiſſe, uel ſenex indicat, rogans, num præter unam ſententiam nihil attuliſſet. Conuenit in eos qui molliter ac ſuauiter uiuunt, atque faciunt ſumptus, ut non multum iuuent hæredem. Eſt autem amphibologia in uerbo uiuere, quod interdum ſimpliciter uiuere eſt, interdum genialiter uitam agere: ut apud Catullum,

Viuamus mea Leſbia atque amemus.

Fumantem naſum urſi ne tentaueris. LXVII

Prouerbij ſpeciem habet & illud apud Martialem,

Rabido nec perditus ore
Fumantem naſum uiui tentaueris urſi:
Sit placidus licet, & lambat digitosq; manusq;,
Si dolor & bilis, ſi iuſta coëgerit ira
Vrſus erit, uacua dentes in pelle fatiges.

Admonet non eſſe tentandos, qui poſſint nocere. Conſimili modo Syneſius in Encomio Caluitij ſcripſit, Canem naribus prendere: pro eo quod eſt, prouocare mordacem & nociturum.

Ayuntamiento de Madrid

turum. Hac parte corporis icta potißimum urſos iritari docent beſtiarij.

Muris in morem. LXVIII

Plautus in Captiui duo, Quaſi mures ſemper edimus alienum cibum. In paraſitos dictum, quibus iucundum eſt aliena uiuere quadra. Non conueniunt, nec in una ſede morantur, libertas & cibus alienus, quod eleganter indicat apologus Aeſopicus de mure ſyluestri & domeſtico. Quin & Graecis prouerbiali uerbo, μυσταλᾶν dicuntur, qui muris in morem cibi cauſa obambulant oberrantq;. Indicauit hoc Heſychius.

E tribus malis unum. LXIX

Τῶν τριῶν κακῶν ἕν. Trium malorum unum. Suidas prouerbium indicat apud Menandrum extitiſſe. Sumptum autem à Theramene, qui cuidam è tribus malis unum indixerit, è quibus quod uellet eligeret. Vnde & Ariſtophanes apud eundem Suidam in Triphalete, ἐγὼ γὰρ ἀπὸ θηραμένους δέδοικα τὰ τρία ταῦτα. i. Ego enim à Theramene metui tria haec. Quae ſint autem ea tria, quaere in prouerbio τὰ τρία ταῦτα τὸ ὖς ὕδατος. Id uſurpauit Alexander in Aeolis. Ariſtides ait oraculum ſolere tradi obſignatum, quod qui ſol ueret prius quàm fas eſſet, unum è tribus malis illum manebat, aut oculorum orbatio, aut manus, aut linguae iactura. Sunt qui dicant ijs qui ſententia capitali damnati fuiſſent, tria ſolere deferri, gladium, laqueum & aconitum.

Quàm facile uulpes pyrum comeſt. LXX

Plautus in Muſtellaria, Tam facile uinces, quàm uulpes pyrum comeſt. De re facta procliui. Quod nihil negotij ſit uulpi dentatiſſimae pyrum edere.

Contrahere ſupercilium, inflare buccas. LXXI

Ὀφρῦς ἀναστῶντες καὶ γνάθους φυσῶντες. id eſt, Adductis ſupercilijs & inflatis buccis. In faſtuoſos ac turgidos dictum Suidas admonet. Siquidem in ſupercilijs, ſicut aliàs oſtendimus, arrogantiae ſedes. Horatius inflatas buccas ad iracundiae retulit argumentum.

-Quin Iupiter ambas Iratus buccas inflet.

Diuus Auguſtinus in libris Confeßionum, Buccis typho crepantibus. Quo loco nonnulli perperam typo legunt. Mirum eſt autem Auguſtinum uoce Graecanica tantopere delectatum, ut quum factum dicere poſſet, typhum dicere maluerit, niſi quòd ea iam uſu Latio donata uidebatur. Traductum à ranis quae per iram inflantur. Notus eſt apologus Aeſopicus de rana per arrogantiam dirupta. Horatius,

Creſcentem tumidis infla ſermonibus utrem.

Sus comeſſatur. LXXII

Ὗς ἐκώμασεν. id eſt, Sus ſaltauit aut comeſſatur. Diogenianus oſtendit dici ſolitum de ijs, qui praeter decorum quippiam facerent, quiq; rerum ſucceſſu praeter meritum obiecto, ſemet inſolentius efferrunt. Attingunt & Suidas & Zenodotus. Eſt autem Graecis κωμάζειν iuuenum amantium more coronis, cantilenis, ſaltationibus, caeterisq; iuuenilibus nugis laſciuire, & in domos alienas irrumpere. Irrumpunt & ſues, unde Theocritus in Syracuſijs:

ἀθρόοι δ' ὅχλος ὡθεῦντ' ὥσπερ ὗες. id eſt,

Turba ſimul conferta ſuum more irruit. Caeterum qui ruſticiore ſunt ingenio, nùrum quàm haec dedeceant. Locus erit ubi natura ſeuus & agreſtis affectat uideri feſtiuus.

Dat ueniam coruis, uexat cenſura columbas. LXXIII

Non tam ouum ouo ſimile, quàm illud prouerbij ſpeciem praeſefert, quod eſt apud Iuuenalem:

Dat ueniam coruis, uexat cenſura columbas.

Poena legum exercetur in humiles quoſpiam, & à quibus ob ingenij manſuetudinem aliquid emolumenti poteſt auferri. Rapacibus ignoſcitur. Sumptũ eſt ab apophthegmate Anacharſidis, qui hoc dicto eluſit ſtudium Solonis in conſcribendis legibus quemadmodũ refert Plutarchus in uita Solonis, ὃς τὰς νόμους τοῖς ἁραχνίοις ὁμοίους ἔφασκεν. καὶ γὰρ ἐκείνους ἐὰν μὲν ἐμπέσῃ τι κοῦφον καὶ ἀσθενὲς, σέσθαι, ἐὰν δὲ μεῖζον, διακόπτειν οἴχεται. id eſt, Leges arancarum telis adſimiles dicebat, propterea quod in illas ſi quid leuius, aut imbecillum incurrerit, haeret: ſin maius aliquid, diſſecat ac fugit. Ad eãdem pertinet ſententiam, quod in Phormione ait Terentius,

Quia non rete accipitri tenditur, neque miluio,
Qui male faciunt nobis, illis qui nihil faciunt tenditur.
Quia enim in illis fructus eſt, in illis opera luditur.

Sutorium atramentum. LXXIIII

M. Tullius lib. Epiſt. 9. ad Paetum, Iam pater eius accuſatus eſt à M. Antonio: ſutorio atramento abſolutus putatur. Subeſſe uidetur prouerbium. Sentit, opinor, hominẽ abſolutum fuiſſe, iudicum corruptela non citra infamiam. Eſt enim huiuſmodi ſutorium atramentum, ut neq; magnopere atram imprimat notam, neq; nullam tamen illinat maculam. Infamiam enim atramenti ſymbolo poëtae ſignificant, ut Horatius,

Hic nigrae ſuccus loliginis, haec eſt
Erugo mera.

Is quidem ſuccus quidam eſt, quẽ pleriſq; mollium piſcium, maxime ſepijs ineſſe ſcripſit Ariſtoteles libro De partibus animalium 4. eum tunica contineri membranea, emitti uero fiſtula quadam: quem effundunt in metu, & aquã infuſcant, ne queant deprehendi. Rurſus Horatius,

Sed ueluti tractata notam labemq; remittunt
Atramenta, ſcriptores carmine fœdo
Splendida facta linunt.

Caeterum quod Graeci Chalcanthum appellant, Cornelius Celſus ſere uertit ſutorium atramentum: cuius frequenter meminit in medicinis, praeſertim libro 5. Colligitur ex ære. Vnde Graecis nomẽ χάλκανθος, quaſi dicas flos aeris. Vnde ſuſpicor magis dici maculam quam aegre poßis diluere. Nam atramentum quod ſcriptorium uocant, facilius diluitur, nec inhaeret corio. Plinius in epiſtola ſimili figura dixit, Vitelliana cicatrice ſtigmoſum.

Surda teſtimonia. LXXV

Κωφαὶ μαρτυρίαι. id eſt, Surda teſtimonia, dicuntur quae feruntur per tabulas, propterea quòd hae rogatae nihil reſpondeant, Vt non diſcrepet ab illo, Muti magiſtri. Vnde ſurdis agere teſtimonijs prouerbio dicuntur, qui uel procul abſentes, uel uita defunctos modo citant, ne queant deprehendi.

Perdere naulum. LXXVI

Iuuenalis in Satyra, cui initium, -Stemmata quid faciunt.

Praeconem Charippe tuis circumſpice pannis,
Cum Panſa eripiat, quicquid tibi Nacta reliquit,
Iamq; tace, furor eſt poſt omnia perdere naulum.

Domitius Calderinus, ut inter recẽtiores haudquaquã malus autor, admonet prouerbium eſſe in eum, qui cum multa amiſerit, reliquum etiam uelit perdere. Sumptã autem metaphoram à mercatoribus, qui cum nauigant, ſi minus, quantũ cupiunt, lucrari poſſunt, ſtudent ut ſaltẽ recuperent ex mercibus diuenditis, quantũ pro uectura nauali ſoluerunt. Ariſtippus interrogatus à quodã, num eſſet ubiq;, ridẽs, ἂν ἔφη, παραπόλλυμι τὸ ναῦλον, ἔγωγε πανταχοῦ εἰμὶ id eſt, Naulum igitur non perdo, inquit, ſiquidem ubiq; ſum. Refertur à Plutarcho in cõmentario, cui titulus, ὅτι διδακτὴ ἀρετή.

Siculiſſare. LXXVII

Σικελίζειν. id eſt, Siculiſſare. Eudemus indicat antiquitus uſurpatum, pro eo quod eſt, auſterum eſſe, tetricumq;. Et eum quidem in modum Epicharmum uſum eſſe. Caeterũ alijs placere magis referendũ ad improbos & uafros. Non dubium quin

Ayuntamiento de Madrid

quin ab eius gentis moribus sit sumptum. At Athenæus Dipnosophist. lib. 1. indicat adagium natum ab Androne Siculo, qui morem inuexerit ad tibiam saltandi, gesticulandiq;.

Sedens columba. LXXVIII

Ἡμένη πελειὰς. id est, Sedens columba. Suidas prouerbij titulo commemorat, indicatq; dici solitum, de supra modum mansuetis ac simplicibus. Nam columbæ cum auolãt, fallunt cæteras pernicitate uolatus: cum sedent, nihil mitius, aut simplicius. Neque quicquàm habent, quo se tueantur aduersus miluios & accipitres, præter alarum uelocitatem. Mihi uidetur dici posse & in eos, qui simplicitatem simulant, quo magis imponant, propterea quòd mos sit aucupibus, exoculatam columbam in reti ponere, quæ subsultans, cæteras columbas illicit. Et Græcis dicitur παλεύρια, à uerbo παλεύω, quod est seducere, siue in laqueum illicere. Aristophanes in Auibus de columbis loquens,

Καὶ ἐπαναγκάζῃ παλεύῃν δεδεμένας ἐν δικτύῳ. id est,

Et cogit paleutrium agere, alligatas in reti.

Vide lector num legendum sit ἠμμένη. id est, illaqueata. id enim patitur, quo fallat alias.

Simia barbata seu caudata. LXXIX

Πίθηκος πώγων' ἔχων. id est, Simia barbam portans. Aristophanes ἐν ἀχαρνεῦσιν. ὦ πίθηκε τὸν πώγων' ἔχων. Interpres admonuit allusum esse ad illud Archilochiũ, τοιοῦτ' ὦ πίθηκε τὴν πυγὼ ἔχων. id est, Talem ô simia caudam habens. Dici solitum de ridiculis. Regulus Rusticum Stoicorum simium dixit, cõtumeliæ gratia, ut refert Plinius in Epistolis, opinor quòd barba & pallio Stoicũ ageret uerius quàm moribus. Idem Aristophanes alio quodã loco quosdam δυσπίθηκος appellat, quasi populi simias. Est autem hoc animal natura γελωτοποιὸν, nec in aliũ usum uidetur natũ, quũ nec usleat ad esum ut oues, nec ad ædium custodiã ut canes, nec ad onera gestãda, ut equi. Athenæus lib. 14. narrat Anacharsim philosophũ, genere Scytham, quũ in conuiuiũ inducerẽtur homines ad risum mouendũ edocti, solum omniũ non risisse. Tandem quum inducerentur simiæ, cœpit ridere: rogatus causam. Hæ, inquit, natura sunt γελωτοποιοὶ, illi fingunt.

Sibi canere. LXXX

ἑαυτῷ ᾄδειν. id est, Sibi ipsi canere, dicitur qui non ad alienum arbitrium facit quippiam, sed animo obsequens suo. In Platonis conuiuio iubent tibicinam sibi ipsi canere. Et cantor quispiam, Antigenidas opinor, iubet discipulum, quòd populo non admodum gratus esset, sibi canere & Musis. M. Tullius in Bruto, Id enim est summi oratoris, summum oratorem populo uideri. Quare tibicen Antigenidas dixerit discipulo sanè frigenti ad populũ, Mihi cane & Musis: ego huic Bruto dicenti ut solet apud multitudinem, mihi cane & populo dixerim. Diuus Hieronymus ad Ismeniam refert, huius, ni fallor, discipulum. Atque is non iussus est sibi canere, sed præceptori qui poterat iudicare.

Si leonina pellis non satis est, uulpina addenda. LXXXI

ἂν ἡ λεοντῆ μὴ ἐξίκηται, τῇδ' ἀλωπεκὴν πρόσαψον. id est, Si leonis exuuium non sufficit, adde uulpinum. Cum uiribus res obtineri non potest, dolus adhibendus. Adagium natum est ex apophthegmate Lysandri. Nam is, quemadmodum in eius uita memorat Plutarchus, irridere solitus est, qui uelut ab Hercule prognati, bellum apertis uiribus, citraq; dolum gerendum esse censebant, cum ipse magis exislimaret boni ducis officium esse, quo leonina pellis non attingeret, eò cõtendendum assuta uulpina. Quod quidem propemodum indicat & Maro, cum ait:

Dolus an uirtus, quis in hoste requirat?

Adagium refertur à Zenodoto. Huius affine est quod apud Plutarchum in uita Syllæ Carbo dixisse memoratur. Quum enim Sylla non solum aperto Marte, sed dolis bellum gereret, ait ὡς ἀλώπεκι καὶ λέοντι πολεμῶν ἐν τῇ σύλλα ψυχῇ κατοικοῦσιν, ὅπου δ' ἀλώπεκος ἀνιῶτο μᾶλλον. id est, Quòd bellum gerens cum uulpe ac leone, quorum utrunq; habitabat in animo Syllæ, à uulpe uehementius angeretur. Apud Aristophanem quidam dicitur κυνοκάπης, quòd caninam impudentiam cum uulpina astutia coniunxisset.

Siculus miles. LXXXII

Σικελὸς στρατιώτης. id est, Siculus miles. In peregrinum ac mercenarium militem prouerbiali ioco dicebatur, propterea quòd Siculi temporibus Hieronis exotico milite plerunque uterentur, autore Zenodoto. Conueniet in hominem lucri gratia nullum ministerij genus recusantem. Affine est illi, quod de Care dictum est alibi.

Pro bonis glomi. LXXXIII

ἀντ' ἀγαθῶν ἀγαθίδες. id est, Pro bonis glomi. Dici consuetuit, ubi quis beneficium quod in alium contulisset, cumulate, cumq; fœnore reciperet. Agathides enim Græcis glomi dicuntur: uerum allusionis decus in uoce Græca est, quod in sermone Latino reddi non potest. Meminit Suidas.

Sine pẽnis uolare haud facile est. LXXXIIII

Manet etiam hodiernis temporibus uulgò celebre, quod est in Penulo Plautina: Sine pennis uolare haud facile est. Idem in Asinaria: Defraudem te ego? Age sis, sine pennis uola. Locum habet, cum deesse significamus adminicula, sine quibus negotium peragi non possit. Reperitur apud idoneos autores: Accidere alas, pro eo quod est, adimere materiam, facultatemq; conandi quippiam. Et, Addere alas. Horatius simili forma dixit decidere pennas:

Vnde simul primum me dimisere Philippi,
Decisis humilem pennis.

Et Cicero ad Atticũ lib. 4. Qui mihi pennas inciderunt, nolunt easdem renasci. Idẽ in Academicis dixit: Incidere neruos, pro adimere uires. Cognatũ est illi quod alibi retulimus ἐς τῦρ ξάναι. i. ignẽ diuidere. Quod pro impossibili retulit Plato lib. De legibus 6. ὀλίγου δ' ἔοικεν ὁ ποιητὴς ὁ νομοθέτου τὸ τῶν παιζόντων εἰς πῦρ ξάναι id est, Vt propemodum legũ conditor faciat, quod solent qui ludunt, in ignem impingentes ictum: hoc est inaniter laboret. Quòd ignis mox in se coëat. Eius generis est illud apud Platonem in Eryxia καταμαθὼν ὁ ἀνὴρ ἐγὼ ὅτι τοιοῦτόν ἐστι ποιῆσαι, ὅπερ ἂν τὸ λεγόμενον λίθον ἑψῆσαι. id est, Vbi cognouissem tale esse hominis ingenium, ut illi suadere nihil aliud fuerit quàm lapidem decoquere. Hæc fateor alijs locis tempestiuius potuisse dici, sed non omnia locis omnibus occurrunt.

Siphniassare. LXXXV

Σιφνιάζειν. id est, Siphniassare. Suidas indicat prouerbio dici solere, pro eo quod est manum admouere postico: sumptum esse à moribus Siphniorum, qui libidinis causa id facilitare consueuerint. Est autem Siphnus insula quæpiam, haud procul à Creta, cui quondam nomen fuerit Merope, uel hoc nobilis elogio, una è Cycladibus. Refert eam & Plinius lib. 4. cap. 12. Prouerbium indicat & Stephanus.

Iuxta melam. LXXXVI

Κατὰ μύλλαν. id est. Iuxta melã. Suidas ostendit prouerbio dici solere, ubi quis incerta coniecturis persequeretur. Sumpta metaphora à medicis hulcus internũ immisso per fauces instrumento quopiam explorantibus. Id enim instrumentum μύλλαν uocant, & μυλῶσαι, ad hunc modum tentare.

Non idem sunt scriptura & Leucæus. LXXXVII

Γραφή τε καὶ λευκαῖος ὁ τὰὐτὸν. i. Scriptura & Leucæus non sunt idẽ, aut non cõueniunt. Vbi quis aliud scribit, aliud facit, aut dicit. Recte iacietur in eos, qui stare pactis nolunt. Nam hæc plerunq; syngraphis constant. Aut in eos quorum uita non

non congruit cum libris æditis. Versus Græcus constabit si addas λέγε. Conijcere licet Leucæũ fuisse malæ fidei scribã.

Bellicum canere, Receptui canere. LXXXVIII

Aliàs admonuimus, fermè prouerbiales esse metaphoras, quæ sumuntur à bello, ueluti bellicũ canere, pro eo quod est animare atq; exhortari. M. Tullius Philippica 7. bellicũ me cecinisse dicunt. Item canere classicum dicitur, qui excitat dissidium. Receptui canere, profinire. M. Tullius Philippica 12. Quis enim reuocante & receptui canente senatu properet dimicare. Quintil. lib. 12. cap. quæ post finem studia, Quare antequam in has ætatis ueniat insidias, receptui canet, & in portum integra naue perueniet. Signa canant apud Martialem. i. iam congrediamur: & apud Plautum, collatis signis depugnare, apud eundem uersis gladijs depugnare. Quin & hoc ipsum collatis signis, haud dubie prouerbij speciem habet, cum significamus seriam & exactam de re disputationem, ut M. Tullius in epistolis ad Atticum, ut cum Maphragone signis collatis. Apud Iuuenalem,

Hæc tuba rixæ, id est, Hoc belli initium.

Pithon formosus. LXXXIX

Πίθων καλὸς. i. Pithon formosus. Conueniet ubi quis per adulationem falso laudatur. Pindarus in Pithijs hymno 2. καλός τοι πίθων παρὰ παισὶν ἀὶ καλὸς. i. Formosus Pithon semper apud pueros formosus. Interpres ostendit sumptum à pueris adulantibus sinuæ, subinde dicitantibus καλὸς πίθων. Videtur autem pithon esse diminutiuum huius dictionis πίθηκος, quasi dicas simiolus. Taxat Pindarus obliquè quendam, uel quòd ab indoctis laudatus tolleret crista, uel quòd ipse adularetur Hieroni, laudans non laudanda. Est autem φιλαυλία peculiaris huic animanti, adeo ut laudes sentiant & speculis delectentur, & suos catulos contrectari gaudeant, ipsíq; suos catulos complexu enecent. Ad gratiam loqui ueteres dicebant χαριγλωττεῖν, quo uerbo usum Æschylum in Prometheo uincto, docet Athenæus libro 4. Eodem referente qui iucunda potius quàm uera loqui studio habebant ἡδυγλωττεῖν dicebantur.

Semel rubidus, ac decies pallidus. XC

Απαξ πυῤῥὸς καὶ δεκάκις χλωρός. id est, Semel rubidus, & decies pallidus. Suidas admonet dictum de ijs, qui mutuum accipiunt, quos necesse est crebro tum rubescere pudore, tum metu pallescere. Rubescere dum petunt mutuum, pallescere, dum soluendo non sunt, & metuunt, ne trahantur in ius, aut in neruum.

Semper seni iuuenculam subijce. XCI

Ἀεὶ γέροντι νέαν ὑπιβάλλειν κόρην. id est,

Semper puellam uirginem subijce seni,

Scenarius prouerbialis admonens ut proclioris ætatis uiri, puellam ducant magis quàm anum, ne si frigus accesserit frigori, languente Venere sterriles existant nuptiæ. Quanquam non ineptè trahetur ad alios item usus, quoties significabimus ita rerum coniunctionem temperandam, ut quod ubi diminutum sit, aliunde suppleatur: uidelicet ut seni coniector addatur iuuenis, quo senilis ætatis tristitiam, huius hilaritas moderetur: rursum iuuentutis exultantiam, senilis seueritas temperet. Item, ut loquaculus adiungatur, plus satis taciturno, audaculus timido, pauper diuiti. Prouerbij meminit Diogenianus.

Semper superioris anni prouentus melior. XCII

Ἀεὶ τὰ πέρυσι βελτίω. id est,

Superior annus semper anteponitur.

Cum præsentia displicent, & anteferuntur antacta. Diogenianus admonet id acclamatum ab Atheniẽsibus in rebus Macedonicis. Sumpta metaphora ab agricolis, qui semper de præsentis anni fructibus queruntur apud dominos. Huc pertinet illud Horatianum.

Laudator temporis acti Se puero.

Sacra nihil sunt. XCIII

Τὰ θύματα οὐδὲν ὄντα, πλὴν γένεια καὶ κέρατα. id est, Sacra nihil sunt præter malas & cornua. De uictimis macilentis. Trahetur non inconcinnè ad cibum minime esculentum. Refertur à Suida.

Scytharum solitudo. XCIIII

Σκυθῶν ἐρημία. i. Scytharum solitudo, pro summis calamitatibus, exitioq; dictum est apud Aristoph. ἐν ἀχαρνεῦσι,

ἀξολέσαι συμπλακέντα τῇ σκυθῶν ἐρημίᾳ. id est,

Impeditum deperire Scythicæ solitudini.

Quo loco commentator indicat prouerbium dici solitum de ingenti solitudine: ductum autem inde, quòd Scythæ nullis certis sedibus utantur, sed uagi ferantur in plaustris. Eamq; ob causam, regio feris abundat. Meminit adagij & Quintus Curtius libr. rerum ab Alexandro gestarum 7. apud quẽ Scytharum legatus ad hunc loquitur modum: Scytharum solitudines Græcis etiam prouerbijs audio eludi. Nos deserta & humano cultu uacua magis quàm urbes & opulentos agros sequimur. Vsurpat & Plutarch. in lib. De Stoicis contrarietatibus, quemadmodum ante retulimus in prouerbio, In caput præcipitari.

Scindere glaciem. XCV

Scindere glaciem, est aperire uiam, & in incipiendo negotio priorem esse translatum à nautis, quorum unus aliquis præmittitur, qui flumine concreto, glaciem prærumpat, reliquisq; uiam aperiat.

Viuus fueris, uel cepe solum accipiens. XCVI

Σωὸς γενόμενος, κρόμμυόν μόνον λαβών. id est,

Si cepe tantum sumpseris, iam uixeris.

Zenodotus & Suidas ostendit in eos dici solitum, qui è re quapiam pusilla, magnam opinionem consequuntur. Natum apparet ab ægroto, qui medico porrigente cepe, reualuerit, herbam alioqui plebeiam, nec eam admodum salubrem corpori.

Sapientes tyranni, sapientum congressu. XCVII

Σοφοὶ τύραννοι τῇ σοφῶν συνουσίᾳ. id est,

Commercio sapientum princeps sapit.

Zenodotus citat ex Aiace Locrensi, addens eundem uersiculum à Platone citatum esse Euripidis nomine. Certe huius nomine comperi adductum lib. De repub. 8.

Σοφοὶ τύραννοι τῇ σοφῶν συνουσίᾳ. id est,

Quo magis admiror quare A. Gellius citet ex Theæteto Platonis, nisi forte scribarum uitio pro Theage depraua tum est Theæteto, nam & in Theage refertur. A. Gellius libro 13. ostendit eundem apud utrunque fuisse, apud Sophoclem, in eiusdem nominis fabula, & apud Euripidem. Quemadmodum & alij nonnulli uersus apud Euripidem inueniuntur, quos eosdem apud Sophoclem & Æschylum licet inuenire. Porrò uersiculum quem modo citauimus, Gellius notæ uetustatis esse dicit, ut intelligas uelut in prouerbium abijsse, atque utinam quam est grauiter simul & eleganter scriptus, tam placeret ætatis nostræ principibus, in quos illud uere dixeris,

Μωροὶ τύραννοι τῇ κολάκων συνουσίᾳ.

Leonis exuuium super crocoton. XCVIII

Λεοντῆ ἐπὶ κροκωτῷ. i. Leonis exuuium super crocoton. Cum duo quæpiam copulantur, quorum alterum cum altero nequaquam congruit. Sumptum à Baccho, qui hoc ornatu descendit ad inferos apud Aristophanem, ut uestis mulicbri, delicat

Ayuntamiento de Madrid

delicatáq; indutus eſſet, eiq; ueſti leonis exuuium impoſitum geſtaret, quo uidelicet Hercules creditus, formidabilis uideretur inferis. Hunc igitur ad eum modum adornatum, ſic in Ranis ridet Hercules,

ἀλλ' ὀχοῖός τ' εἶμ' ἀποσοβῆσαι τὸ γέλωτ
Ὀρῶν λεοντῆι ἐπὶ κροκωτῷ κεκμηκότα. id eſt,
Riſum profecto haud ſum potis compeſcere
Crocoton additum leontæ conſpicans. Appoſitè diceretur in Monachos quoſdam, aut ſcholaſticos, qui foris inſignia ſui inſtituti portant, interius militarem imitantes cultum, aut qui uultu tetrico, moribus ſunt effœminatis.

Quod ſcis, neſcis. XCIX

Quod ſcis, neſcis. Terentius in Eunucho: Tu pol ſi ſapis, quod ſcis, neſcias. Idem in ſeipſum excruciante: Neſcias quod ſcis, ſi ſapis. Donatus admonet eſſe prouerbium. Sumptum à dialecticorum ludis, in quibus huiuſmodi quidam ſcyrpi proponi ſolent: Facio, & non facio: Sum amicus, & non ſum amicus: Audio, & non audio. Cuius generis etiam initio operis fecimus mentionem, admonentes omneis huiuſmodi figuras, quæ κατ' ἐναντίωσιν ſumuntur, ad prouerbiorum cognationem pertinere. Quale eſt & Plautinum illud: Vbi ſum, ibi non ſum. Hoc iam prima, quod aiunt, frõte uidetur ænigma. Sed interpretatur: Vbi non ſum, ibi eſt animus, Itaque prouerbio certam in tacendo fidem ſignificamus, dum quis quod ſcit, perinde continet ac diſſimulat, quaſi neſciat.

Nec aures habeo, nec tango. C

Nec aures habere, nec tactum prouerbio dicebatur, cui in manifeſtis ab omnibus reclamabatur. Hieronymus in præfatione Declamationis, De matre & filia reconcilianda. Cur autem uerear appellare declamationem, cum ipſe quodam in loco nominatim hoc argumentum exercitij cauſa confictum à ſe ſubſignificet? Poſteaquam enim, inquit, arguendo crimina, factus ſum criminoſus, & iuxta tritum uulgi ſermone prouerbium, iurgantibus & negantibus cunctis, nec aures me credo habere, nec tango. i. taceam neceſſe eſt, & quod audio, tangoq;, quaſi neſciam. Poteſt uideri ſumptum ex Ariſtophanis Theſmophoriazuſis μήτ' ἀκούω μήτ' ὁρῶ. id eſt, Neq; audio neq; uideo.

CHILIADIS TERTIAE CENTVRIA VI.

Priuſquam ſortiaris, communia deuoras. I

Πρὶν λαχεῖν, τὰ κοινὰ κατιόδιας. i. Priuſquam ſortitio facta ſit, communia deuoras. In eum competit, qui nõ expectata partitione, rem inuadit. Ductam metaphoram indicat Suidas à conuiuijs, in quibus antiquitus mos erat, è cibis ſuam cuique portionem diſtribuere, quemadmodum ex compluribus Homeri locis licet conijcere, apud quem illud oppido quàm frequens.

Καὶ ὅτις ἐδαίνυτο δαιτὸς ἐΐσης.

Deinde receptum apud nonnullos, ut citra diſtributionem propoſitis in commune cibis, quiſq; quantum uellet, ſumeret. Id quod indicat Plautus: Patinarias ſtruit ſtruices. Huius rei mentionem facit & Plutarchus in Sympoſiacis, excutiens utra conſuetudo magis probanda uideatur. Porrò prouerbium ſumptum eſt ex Equitibus Ariſtophanis:

ἐπὰ τὰ κοινὰ πρὶν λαχεῖν κατιόδιας. id eſt,
Quando publica, antequam illa ſortiaris, deuoras.

Res in foro noſtro uertitur. II

Plautinus Tranio in Moſtellaria: Vbi egomet uideo rẽ uerti in meo foro. Prouerbialiter dictum, pro eo quod eſt, poſteaquã intelligo fortunas noſtras cõmutari in diuerſum. Traductum à mercatibus, in quibus rerum precium, pro tempore ſæpenumero commutatur. Aut certe à iudiciorum formulis, & explicandarum litium, cui diuerſum eſt illud: In alieno foro litigare. Cognatum illi: Vti foro, quod alibi dictum.

Quodcunq; in ſolum uenit. III

Quodcunq; in ſolum uenit. i. Quicquid in rerum natura producitur. M. Tullius libr. De natura deorum primo: Hinc quodcunq; in ſolum uenit, ut dicitur, effingis atq; efficis. Ridet atomos Epicureorum, ex quibus illi cuncta progigni credunt, quicquid uſquam naſcitur in uniuerſo.

Quando id fieri non poteſt. IIII

Nihil dici poteſt nec uenuſtius, nec moralius ea ſententia, quæ extat apud Terentium in Andria: Quoniam id fieri quod uis non poteſt, id uelis quod poſſis: ὃ δυνάμενος ὁ θέλῃς, θέλῃς ὃ δύνασαι. Plurimum decoris adiunxit ea uerborum conuerſio. Qualis eſt in illis: Non uiuendum ut edas, ſed edendum ut uiuas. Eſt autem adagium hoc finitimum illi, δεῖ τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν. i. Oportet id quod adeſt boni conſulere. Et Martialis inter felicitatis calculos commemorat, ut

Quod ſis, eſſe uelis.

Quantum non miluus oberret. V

Quantum non miluus oberret, Prouerbialis eſt hyperbole, de homine ſupra modum locuplete, cui tantum ſit agrorum, quantum nec miluus peruolet. Perſius:

Dives arat Curibus, quantum non miluus oberret.

Id imitatus Iuuenalis Satyra nona:

Tot miluis, inquit, intra tua paſcua laſſis.

Sic & apud Plutarchum tragicus quiſpiam,

Σπέρμασι' ἀρούραν δώδεκ' ἡμερῶν ὁδόν,
Βερέκυντα χῶρον. id eſt,
Aruum colo bis ſex dierum iter, ſolo Berecyntio.

Plinius libr. 18. Latifundia uocat, à quibus ait Italiæ perniciem inuectam fuiſſe, proinde ueteres ita cenſuiſſe: Satius eſſe minus ſerere & melius arare.

Cædimus, inq; uicem præbemus crura ſagittis. VI

Perſius Satyra quarta:

Cædimus, inq; uicem præbemus crura ſagittis. id eſt,
Viciſſim carpimus & carpimur, ridemus & ridemur, mordemus & mordemur, lædimus & lædimur. Sumptum à militia. Ad eundem modum Horatius:

Cædimus, & totidem plagis conſumimus hoſtem.

Plutarchus in commentario De profectu cognoſcendo, ſimile adfert metaphoram, de ſphæra ultro citroq; miſſa ac remiſſa: καὶ τὰς ἐπανόδους τοὺς λόγους ὥσπερ ἐμέντας ἢ σφαίρας ἀντιδιδόμενοι πρὸς ἀλλήλους, quemadmodum alio retulimus loco, prouerbio, Sphæram inter ſe reddere.

Ptolemaica lis. VII

Πτολεμαϊκὴ δίκη. id eſt, Ptolemaica lis. Diogenianus indicat dici ſolitum in litium auidos. Anus quæpiam fuit Ptolemaïs, quæ quoad uixit, lites agitabat, nec unquam à cauſis agendis erat feriata.

Prouoluitur ad miluios. VIII

Προκυλινδεῖται ἰκτῖνος. id eſt, Adorat miluium. Initio ueris prodeunt miluij, qua re læti tenues, quòd iam hyeme ſint leuati, prouoluuntur, eosq; uelut adorant. Accommodari poteſt in eos, qui noua ſpe geſtiunt. Suidas prouerbij loco commemorat. Item Iuuenalis: Durate atque expectate cicadas. Sumptum eſt autem ex Auibus Ariſtophanis προκυλινδεῖσθαι τοῖς ἰκτίνοις. Cauſam aſſcribit interpres in eadem, docens quatuor partes anni per aues denunciari hominibus. Ver attribuit miluis.

Prienenſis iuſtitia. IX

Πριηνικὸν δίκαιον. i. Prienenſis iuſtitia. Suidas oſtendit conuenire cum ſignificamus, aliquem in iudicando plurimum excellere.

Ayuntamiento de Madrid

lerc. A' Biante Prienenſi ſumptum, cuius integritas in iudicandis agendiſq; cauſis in prouerbium abijt, ut dicatur, Δικάζεις βίαντος ἧττον πείλωσος κρίσσων. id eſt, In iudicando præſtantior Biante Prienenſi. Citatur ex Hipponactis iambographo, à Strabone lib. Geogra. 14. & in uita Biantis à Diogene Laërtio. Etiam Demodici Lerij Trochaicus.

Εἰ τύχης τινῶν δικάζων τὼν πειλώων δίκαν. id eſt,
Si quam agas cauſam, Prienes ſic uti tum more agas.

Hipponactis Scazon ſic habet,

Αἶκα δικάζῃς βίαντος ἧττον πείλωσος κρῆσσον. id eſt,
Si quæ iudicas, Biantem ſic Prieneum uincas.

De Bocchoris & Rhadamanti iudicio diximus alias.

Primum Mars in filijs laudatus eſt. x

Τὰ πρῶτα ἄρης ἐς τοὺς παῖδας ἐπηνεῖτο. id eſt, Initio Mars laudabatur ob filios. De ijs, qui initio ſpecimen aliquod indolis egregiæ præ ſe ferunt, deinde paulatim in alios degenerant mores. Quemadmodum euenit Romanis olim ſtrenuis, & Martem generis autorem uirtute referentibus, poſt in degenerem prolapſis molliciem, ut non ſine cauſa Iuuenalis exclamarit: —Sed unde

Hæc tetigit Gradiue tuos urtica nepotes?

Prouerbium refertur à Suida.

Phrynichi lucta. xi

Τὸ φρυνίχου πάλαισμα. id eſt, Phrynichi luctatio. Diogenianus indicat dictitari ſuetum de ijs, qui aſtu doliſq; negotium peragunt. Fuit is Phrynichus Lacedæmoniorum proditor, quem uctus Comœdia carbone notauit.

Pro malo cane ſuem repoſcis. xii

Ἀντὶ κακοῦς κυνὸς σοῦ ἀπαιτεῖς. id eſt, Pro malo cane ſuem repoſcis, id eſt, pro re uili precioſam. Sus enim eſculentus, canis haud quaquam ueſcus eſt. Refertur à Diogeniano.

Prudens in flammam mitto manum. xiii

Diuus Hieronymus quodam in loco prouerbium uſurpat huiuſmodi: Prudens in flammam manum immitto, pro eo quod eſt, ſciens expono me diſcrimini, maliſq; obijcio. Sumptum uideri poteſt ab hiſtoria Mutij Scæuolæ. Extat & apud Ciceronem.

Proba eſt materia, ſi probum adhibeas artificem. xiiii

A' Plauto dictum in Pœnulo non ſine prouerbij ſpecie: Proba eſt materia, ſi probum adhibeas fabrum. Egregia quidem indoles, ſi recte inſtituatur. Felix ingenium, ſi præceptor contingat idoneus, Aut magnificum negotium, ſi modo ſcire tractetur. Metaphora notior eſt, quàm ut ſit indicanda.

Illò reſpiciens, ſed hic remitte bona. xv

Aeſchylus in Ranis Ariſtophanis, cupiens redire ad ſuperos.

Ἐκεῖ φράσαιμ' ἄν, ἐνθαδὶ δ' ὃ βέλεαι. id eſt,
Dicturus illic, nam hic quidem haud uolo cloqui.

Cui Bacchus ad hunc modum reſpondet,

Μὴ δῆτα σύ γ' ἀλλ' ἐνθαδὶ ἀνὴρ τ' ἀγαθά. id eſt,
Minime profecto, quin mage hic profer bona.

Interpres admonet alluſum ad paræmiam,

Ἐκεῖ βλέπουσα δεῦρ' ἀνὴρ τἀγαθά. id eſt,
Illuc tuens, at huc remitte commoda.

Conuenit cum aliud præ nobis ferimus, aliud facimus, aut cum alijs adblandimur, in alios re beneficium conferimus. Quidam à Charitibus mutuo ſumptum exiſtimant, quarum una à tergo reſpicit, & alteri munus offert, arridens alteri.

Ranæ aquam. xvi

Βατράχου ὕδωρ. id eſt, Ranæ aquam. ſubaudiendum miniſtras. Vbi quid exhibetur, quo uel præcipue gaudet is qui accipit. Veluti ſi quem natura bibacem ad bibendi certamen pro uoce, aut homini loquaculo narrandi materiam & occaſionem ſubminiſtres. Diuerſum ab illo, Βατράχου εἰνοχοεῖς. Recte accommodabitur, ubi quid datur abundanti. Nam ranis affatim eſt aquæ. Apud Athenæum refertur hoc carmen in Syracuſanos.

Οἱ οἶνοι μόνον βατράχων δίκην ἀδλὲν ἔδοντες. id eſt,
Qui abſque cibo uiuunt ranarum more bibentes.

Theocritus in Ergatinis:

Εὐκλὸς ὁ τῶ βατράχω παῖδες βίῳ, ὃ μελεδαίνει
Τὸν τὸ πιεῖν ἐκχεῦντα, πάρεστι γὰρ ἄφθονον αὐτῷ. id eſt,
O' pueri ranæ uita eſt optabilis, ut quæ
Non metuat, potans effundere, copia nanque
Larga ſubeſt illi. Paſtor taxat parſimoniam Ergodotæ, quòd ſudantibus maligne præberet potum, quum ranis in ocio uiuentibus liceat bibere quantum libet. Sunt & hodie bibones quidam qui ſibi uidentur perire ſiti, quòd non in ipſis dolijs habitent. Huic non diſſimile illud, Equum in planiciem, Illud autem diuerſum, ἄσπαλακα ἐς πεδιωνέαν. id eſt, Talpam Coroneam. Eſt autem Coronea Bœotiæ ciuitas, quæ talpam non gignit, & ſi aliunde inferatur, emoritur. Ita Stephanus, quemadmodum ſcarabeus in loco Thraciæ iuxta Olynthum autore Plinio.

Poſt bellum auxilium. xvii

Μετὰ τὸν πόλεμον ἡ συμμαχία. id eſt, Poſt bellum ſuppetiæ. Quotics ſerius adhibetur remedium. Refertur à Suida. Natũ eſt, aut certe uſurpatũ à Diogene Cynico. De quo Laërtius huiuſmodi fabulam narrat. Adoleſcens quiſpiam iactantior nuper uxore ducta, titulum huiuſmodi inſcripſit ædibus ſuis: ὁ τοῦ Διὸς παῖς καλλίνικος Ἡρακλῆς ἐνθάδε κατοικεῖ, μηδὲν εἰσίτω κακόν. id eſt, Iouis filius Callinicus Hercules hic habitat, ne quid introcat mali. Diogenes aſſcripſit, μετὰ τὸν πόλεμον ἡ συμμαχία. id eſt, Poſt bellum auxilium, uidelicet indicans iam tunc receptum in eas malum, cum ipſe malus immigraſſet. Conuenit cum Platonico illo, quod alibi cõmemorauimus, μετὰ τὸν πόλεμον ἦκας. id eſt, Poſt bellum adeſſe. Brutus in Epiſtola ad Lycios, αἱ μηχαναὶ ὑμῶν μετὰ τὸν πόλεμον, ὡς ἡ παροιμία, ἐκομίσθησαν. id eſt, machinæ ueſtræ poſt bellum ut habet prouerbium, allatæ ſunt. Item in epiſtola ad Myrenſes, ἡ γὰρ ἐν πολέμῳ βραδύτης ἴσον ἔχει τῷ μηδόλως γνωμένῳ τὸ ἀπράκτον. id eſt, Nam tarditas in bello perinde eſt, ac ſi nihil omnino ſit factum, quod fruſtra factum eſt. Quintilianus in declamatione Cadaueris paſti, duas habet ſententias non abſimiles prouerbio. Quid quòd medicina mortuorum ſera eſt: Quid quod nemo aquas infundit in cineres. Sic indicat ſerum remedium. Siquidem ægroto mortuo ſero uenit medicus. Et ædibus in cinerem redactis ſero infunditur aqua.

Pinguis uenter non gignit ſenſum tenuem. xviii

Diuus Hieronymus in epiſtola quadam, citat huiuſmodi prouerbium apud Græcos celebratum: Pinguis uenter non gignit ſenſum tenuem. Quanquam fatetur id elegantius ſonare Græcè quàm Latinè. Græcus autem ſenarius extat apud Græcos huiuſmodi,

Παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει νόον. id eſt,
Subtile pectus uenter obeſus non parit.

Refert & Galenus contra Thraſibulum, ueluti uulgò iactatum, καὶ τοῦτο ἁπάντων σχεδὸν ἀνθρώπων ἄδεται διότι πάντων ἐστὶν ἀληθέστατον, ὡς γαστὴρ ἡ παχεῖα τὸν νοῦν οὐ τίκτει τὸν λεπτόν. id eſt, Et hoc ab omnibus prope hominibus canitur, eo quod omnium uerißimum eſt, quòd uenter obeſus non gignit mentem ſubtilem. Apud Lacedæmonios infame erat, ſi quis corpore fuiſſet uehementer obeſo. Agatharchides apud Athen. lib. 12. refert Anclidem ob delicias ſupra modum corpulentum, in concionem adductum fuiſſe,

Ayuntamiento de Madrid

atque illic à Lysandro uehementer obiurgatũ, minimumq; abfuisse quin in exilium ageretur, idq; futurum minitatos Lacedæmonios, ni uitam frugalius institueret. Et ibidem Menander de quodam obeso loquitur, παχὺς γὰρ ὢν ἐκάτερθεν ἔμα. id est, obesus etenim suis premebat os uiri. Admonet adagium, luxu corporis hebetescere mentis aciem. Quemadmodum etiam scribit Horatius,

—Nam corpus onustum
Hesternis uitijs animum quoque prægraue ipsum,
Atque affigit humo diuinæ particulam auræ.

Plutarchus apud Gellium ostendit pueros multo pastu stupidioris ac tardioris ingenij euadere.

Piscem natare doces. XIX

Ἰχθὺν νήχεσθαι διδάσκεις. id est, Piscem natare doces. Perinde est ac si dicas, doctum doces. Confine illi quod alibi retulimus, Δελφῖνα νήχεσθαι διδάσκεις. id est, Delphinum natare doces. Quod idem ad hunc effertur modum, τὸν δελφῖνι κολυμβᾶν συμβαλεῖν. id est, Delphini quemadmodum natare oporteat consulis. Autor Diogenianus.

Pitana suum. XX

Πιτάνη ἐμί. id est, Pitana sum. Zenodotus indicat dici solitum de ijs, qui in extremas redacti calamitates, ab ijsdem denuo in pristinam felicitatem restituuntur. Sic enim euenisse quondam Pitanæ Aeoliæ ciuitati. Nam hanc à Pelasgis in seruitutem redactam, Erythræi in libertatem pristinam uindicarunt.

Pistillo retusius. XXI

Prouerbialis est hyperbole, quam in epistolis usurpauit diuus Hieronymus: Pistillo retusius, pro eo quod est, minime acutum. Timon Misanthropus Cleanthem ob ingenij tarditatem appellat, ὅλμου ἄτολμον. id est, Pistillum siue mortarium ignauum. Et Chrysippeum acumen, apud eundem per ironiam usurpatur in stupidum. Et cornutus syllogismus pro ratione ridicula, friuolaq;.

Partitio non præfocatio. XXII

Μερὶς οὐ πνίξ. id est, Sortitio, non præfocatio. Olim cum ij qui uiribus præpollerent, cibum eriperent imbecillioribus, manus interim in illos injicientes, excogitatum est, ut sortibus ex æquo, diuideretur epulum, iamq; ab omnibus acclamari cœptum μερὶς οὐ πνίξ. id est, Partitio, non strangulatio. Eaq; uox in prouerbium abijt. Quo licebit uti, si quando significabimus, non esse locum uiolentiæ, sed ex æquitate iuris oportere tractari negotium. Plutarchus in Collectaneis, si modo illius sunt, citat his uerbis, μερὶς οὐ μὰ πνίγα. id est, Partitio est, non strangulat. Admonet & Suidas hac forma prouerbium efferri.

Paries dealbatus. XXIII

Τοῖχος κεκονιαμένος. id est, Paries dealbatus aut incrustatus. Paulus apostolus in Actis apostolicis, Ananiam sacerdotem fictum & fucatum, parietem dealbatum appellat, quòd longe alius esset intus, quàm cultu habituq; externo præ se ferret. Christus item in Euangelicis literis, sanctimoniæ simulatores sepulchra dealbata uocat, quæ cum foris niteant, intus sunt cadauerum ossibus referta. Sic enim est apud Matthæum. Οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς καὶ φαρισαῖοι, ὅτι παρομοιάζετε τάφοις κεκονιαμένοις, οἵτινες ἔξωθεν μὲν φαίνονται ὡραῖοι, ἔσωθεν δὲ γέμουσιν ὀστέων νεκρῶν καὶ πάσης ἀκαθαρσίας. id est, Væ uobis scribæ & pharisæi, qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ foris quidem apparent pulchra, intus autem referta sunt ossibus cadauerum, omniq; spurcitia. Lucianus, Myronis & Praxitelis colossos ad huiusmodi fermè similitudinẽ trahit in Gallo, quòd foris multo niterent ebore, multo fulgerent auro, uarijsq; coloribus arriderent: præterea Iouis, aut Neptuni repræsentarent imaginem, fulmen aut tridentem dextra tenentes, ut planè numen aliquod esse uiderentur, cum intus nihil apparerat, præter picem, clauos, araneas, mures, atque id genus sordes alias, haudquaquam ad exteriorem illam imaginem respondentes. Atq; huiusmodi principum esse uitam affirmat, quorum si strepitum & apparatum inspicias, nihil felicius, nihil deorum uitæ similius: sin curas, suspiciones, odia contẽplere, quibus intus discruciantur, nihil calamitosius. Senecæ Philosophos, qui cum docerent honesta, turpiter uiuerent, similes esse scripsit quorundam medicorum pyxidulis, quarum tituli remedium pollicerentur, cum intus uenenum occultarent. Ediuerso, qui meliores sunt intus, quàm oratione, quamq; prima illa uitæ specie, quasiq; fronte præ se ferunt, hos Plato Silenis adsimiles facit, de quibus alio diximus loco.

Ollam alere. XXIIII

Χύτραν τρέφειν. id est, Ollam alere dicebantur, qui metum ostenderent, quo deterrerent quempiam. Veluti si quis præsidium alicubi collocatum habeat quo minus uicini res nouas moliantur. Sumptum id est à more ciuitatis Atheniensis, in qua ollas in tectis disponere consueuerunt, ad deterrendas ululas, quarum illic maxima uis. Nam illarum strepitum omne genus auium reformidat. Adagium refertur tum à Suida, tum à Diogeniano. Sumptum est ex Aristophanis Comœdia, cui titulus: Aues.

Ὅτι μήτε δεῖ μάχεσθαι λαμβάνειν τε τὴν χύτραν.
Τί δὲ χύτραν ὠφελήσει;
Γλαυξ μὴν ὀρόσει νῶϊν. id est,
Pugnare sanè oportet simul & ollas sumere.
Sed quid iuuabit olla?
Vlula nos tum non adibit.

Oleum & salem oportere emere. XXV

Τοῦλαιον καὶ τὸν ἅλα δεῖ ὠνεῖσθαι. id est, Oleum & salem oportet emere. Refert adagium hoc Aristoteles Rhetoricorum lib. 2. tractans de locis & enthymematis. Proponit autem huiusmodi exemplum antistrephontis. Sacerdos quædã dissuadebat filio, nequando uerba faceret apud populum, Nam si iniusta suaseris, inquit, deos habebis iratos: sin iusta, homines. Id hoc pacto ἀντιστρέφει, id est, reciprocat filius. Imò expedit orationem habere apud populum. Quãdoquidem si iusta dixero, dij me amabunt: si iniusta, homines. Atq; huiusmodi genus argumentationis, confine putat prouerbio quo iubemur, oleum ac salem emere. ταυτὸ δ' ἐστὶ ταυτὸ καὶ λεγομένῳ τὸ ἔλαιον πρίασθαι καὶ τοὺς ἅλας. id est, Hoc autem idem est cum eo quod dici solet, oleum emere & salem, significans opus esse nonnunquam remedijs contrarijs, nunc acrimonia, nunc lenitudine. Sal enim mordet ac siccat, Oleũ lenit achumectat. Sic medici oleum addunt sali, ne plus satis erodat: & qui sapiunt, admonitionis acrimoniam bonis uerbis leniunt. Non me clam est, in æditione Aldina, pro ἔλαιον haberi ἕλκος, quasi eodem dicto colligi possit & malum & mali remedium, sed quis solet uulnus emere?

Tanquam suber. XXVI

Ὡς φελλός. id est, Tanquam suber, de ijs, qui non norunt dissimulare, aut qui nesciunt mergi aduersis fortunæ procellis, Extat apud Pindarum. Tractum à natura ligni, quod non solum ipsum non mergitur, uerumetiam alligatum alijs ne sidant, sustinet. Vnde retibus assuitur, & natantibus subditur.

Obtrudere palpum. XXVII

Obtrudere palpum apud Plautum, est arte, fucoq; decipere. Ego, inquit, istuc alijs dare condidici, mihi obtrudere non potes palpum. Vnde & palpari pro adulari, & palpones adulatores uocamus à simili metaphora. Metaphora tracta est ab equisonibus, qui ferocientibus equis, plausu manus adblandiuntur, ut ostendimus alibi.

Ne quis

Ayuntamiento de Madrid

Ne quis unquam Megarensibus. xxviii

Μηδέποτε μηδὲς μεγαρέων γένοιτο σοφώτερος. id est, Nunquam quisquam sapientior sit Megarensibus. Sconma prouerbiale iacti solitum in stupidos. Dictum est autem per adulationem de Megarensibus autore Diogeniano.

Nulla candidorum uirorum utilitas. xxix

Οὐδὲν λευκῶν ἀνδρῶν ὄφελος ἢ σκυτοτομεῖν. i. Nullus candidorũ uirorum usus, nisi ad cerdonicam. In molles & effœminatos dictum, ac ueluti uoluptatibus natos. Id enim innuit, opinor, per cerdonicam, iuxta illud Martialis: Quid ad te,

De cute quid faciat ille, uel ille sua?

Cæterùm in negotijs gerẽdis inutiles. Contrà qui nigra sunt cute, & hispidi, hi magis allegendi sunt ad administrandam Rempub. Vnde & Herculem μελάμπυγον appellarunt, tanquam strennuum & à mollicie alienum, quemadmodum alibi demonstratum est, in prouerbio, Ne in Melampygum.

Nox humida. xxx

Νὺξ ὑγρά. id est, Nox humida. De malis ingruentibus dici solitum, autor est Diogenianus. Quemadmodum de lætiore fortuna dicimus, exoriri lucem. Apud eundem est, νὺξ λαισεῖα. id est, Nox spissa, de nocte hyberna. Quæ sicui non uidebuntur in adagiorum numerum referenda, is ea rescribat Diogeniano, si libet.

Quid ad farinas? xxxi

Τί πρὸς τ' ἄλφιτα; id est, Quid ad farinas? id est, quid attinet ad parandas facultates? Nam ἄλφιτα pro uictu, proq; re familiari ponere, pœtis est familiare. Aristophanes in Neb.

Τὶ δέ μ' ὠφελήσουσ' οἱ ῥυθμοὶ πρὸς τ' ἄλφιτα; id est,

Quid me numeri tandem ad farinas iuuerint?

Id rectè detorquebitur ad artes steriles, ut pœticen, οὐδὲν πρὸς τ' ἄλφιτα, quod uulgò dicunt de pane lucrando, sermone celebri magis quàm erudito.

Numeris Platonicis obscurius. xxxii

Prouerbialis hyperbole uidetur, quam usurpat M. Tul. in Epist. ad Attic. lib. 7. Aenigma Oppiorum ex Velia, planè non intellexi. Est enim numero Platonis obscurius. Id ideo dictum, quòd Plato numeris Pythagoricis obscurat suam philosophiam, ac ueluti nebulas quasdam offundit, præcipuè in Timæo. Nam Pythagoras omnem ferè philosophiæ rationem ad numeros traxit. De quibus permulta Macrobius in commentarijs quos ædidit in Somnium Scip.

Nihil ex agro dicis. xxxiii

Οὐδὲν δῆτ' ἀγρῶ λέγεις. id est, Nihil è rure loqueris, id est, Nihil humile, neque triuiale. Quod enim parum elegans, parum expolitum, id ex agro profectum dicitur. Contrà quod festiuum, quod lepidum, id urbanum ac ciuile uocant. Meminit Suidas.

Nihil graue passus es, nisi. xxxiiii

Οὐδὲν πέπονθας δεινὸν εἰ μὴ σοφιστὴς. id est,

Nihil graue accidit, nisi tibi uindicæ.

Meminit Diogenianus, Nemo læditur, nisi à seipso. Nemini fit iniuria, si eam existimet ad se non pertinere.

Ne spina quidem uulnerabit bonos. xxxv

Μηδ' ἄκανθα ἀμύξῃ τοὺς ἀγαθούς. id est, Ne spina quidem uulnerabit bonos. Nemo molestus fuerit innocenti. Nam spina natura pungit quemlibet. Sed ubique tuta est innocentia uitæq; integritas.

Naæra & Charmione. xxxvi

Νάαιρα καὶ Χαρμιόνη. id est, Naæra & Charmione. De fidis amicis dici solitum scripsit Zenodotus, quiq; non dubitarent, uel mortis esse comites amicis. Erat autem hoc amicitiæ genus laudatum apud Aegyptios, quod appellabant συναποθνησκόντων. id est, commorientium. Quibus hoc necessitudinis genus placebat, ij hac lege copulabantur, ut si alteri fatale quippiam accidisset, alter ultro mortis socium sese adiungeret. Hoc fœdere cohæserãt Antonius & Cleopatra. Significat & Horatius libr. 2. Oda decima septima, simile quiddam erga Mecœnatem:

Ille dies utranque
Ducet ruinam, non ego perfidum
Dixi sacramentum, ibimus, ibimus,
Vtcunque præcedes, supremum
Carpere iter comites parati. Rursum alio loco:
Quid nos? quibus te uita sit superstite
Iucunda, si contrà grauis.

Sed ut redeam ad prouerbium, Naæra & Charmione, duæ erant Cleopatræ reginæ pedisequæ, quæ spontaneam Cleopatræ mortẽ sunt imitatæ: ac seminiuæ repertæ sunt dominæ iam mortuæ coronam capite delapsam reponentes. Est quidem historia memoratu cum primis digna, nec iniucunda cognitu, uerùm eam si quis forte requiret, petat licebit ex Plutarcho in uita M. Antonij. Ego nec adagium hoc fueram adscripturus ni ueritus essem ne, quoniam extat in Zenodoti collectaneis semel atq; iterum excusis, publicatisq;, parum eruditus aliquis calumniaretur à me præteritum. Nam mihi, si modo non fallit nasus, subolet hoc prouerbiũ haud esse profectum ab antiquitate, sed in Zenodoti natum officina.

Neque nullis sis amicus, neque multis. xxxvii

Carmen illud Hesiodi sicut & alia pleraq; cessit in prouerbiũ:

Μὴ ἢ πολύξεινον, μηδ' ἄξεινον καλέεσθαι. id est,

Nec multis, at nec nulli dicaris amicus.

Aristoteles lib. Moralium 9. tanquam prouerbio iactatum citat, ac dictum probare uidetur, propterea quòd prorsus extra ullius amici consuetudinem uiuere, ferinum atq; iniucundum esse uideatur. Rursum nec uehementer amare possumus simul multos, nec pluribus morem gerere. Quin & Lucianus in Toxaride narrat apud Scythas, πολυφιλίαν, id est, complurium amicitiam non aliter infamẽ fuisse, quàm apud alias gentes unius mulieris cum pluribus uiris consuetudinem. Quanquam diuersa sentit M. Tullius in lib. de amicitia. Et Plutarchus in commentario περὶ πολυφιλίας.

Nebulas diuerberare. xxxviii

Νεφέλας ξάνδειν. id est, Nebulas diuerberare, dicitur, qui uel in re stulta, uel quæ fieri non queat, frustra sumit operam. Meminit Diogenianus. Suidas suspicatur ductum, ab eo qui dixit nebulas esse lanam expansam, quasi similiter debeant carminari.

Myconius uicinus. xxxix

Μυκόνιος γείτων. id est, Myconius uicinus. In eum, qui inuocatus ad conuiuium accedit. Nam hoc nomine Myconios notauit antiquitas, quod liguritores essent, & alienæ appetentes mensæ. Ad hunc modum Suidas. Zenodotus autem ait conuenire in sordidos, atq; humiles homunciones, propterea quod ea insula, inter contemptas habita sit, ob sterilitatem, atque ob id gentem auidiusculam, & alieni appetentiorem fuisse. Athenæus idem fermè testatur in primo sermone Diphnosophistarum, citans hunc ex Aristolocho uersum, quo taxauit Periclen quendam ὡς ἄκλητον εἰσπαλόντα εἰς τὰ συμπόσια μυκονίων ἅλικα. id est, Velut qui inuocatus irruerit in conuiuia Myconiorum more. Idem addit Myconios quòd inopes essent utpote sterilem insulam incolentes, διὰ γλισχρότητα καὶ πλεονεξίαν, fuisse notatos. Egestas enim facit auidos alienarum rerum, unde & Cratinus Ischomachum quendam gulæ mancipium, Myconium appellarit.

Mortuos uidens. xl

Νεκρὸς ὁρῶν, νέκυσιν ἔοικε πεπαγμένος. id est,

Ayuntamiento de Madrid

Tibi occident res, mortuos si somnies.

Refertur à Suida tanquam uulgò iactatum de diuinatione, quæ sumitur ab insomnijs, superstitione multo omnium uanissima. Id tamen ita dictum est, quòd mors finis sit omnium huius uitæ malorum.

Mortui non mordent. XLI

Οἱ τεθνηκότες δὲ δάκνουσιν. id est, Mortui non mordent. Id etiam hac tempestate uulgò dictitant. Natum arbitror ex apopthegmate Theodori Chij, qui fuit Ptolemæi regis in arte Rhetorica præceptor. Hic enim in consilium adscitus, cùm deliberaretur, utrum Pompeius ab Aegypto repellendus esset, an admittendus, censuit receptum occidendum, addens hoc dictum νεκρὸς δὲ δάκνει. id est, Mortuos non mordere. Refert Plutarchus in uita Pompeij.

Ascisce ad extremum scientiam. XLII

πρόσπελε δὲς ἔσχατον τὸν ὑπερθύμιον. id est, Accerse ad extremũ scientiam. Non statim utendũ extremis ingenij uiribus, uerũ ubi iam urget ultimũ periculũ, tum ad artes confugiendum.

Miserrimum fame mori. XLIII

Sententia etiam cantionibus apud ueteres celebrata, teste Platone, miserrimum mortis genus fame mori. Sumpta est autem ex Homericæ Odyssææ M.

πάντες μὲν φυγέοι θάνατοι λιλαιόνται βροτοῖσι,
Λιμῷ δ' οἰκλίσσαι θανέειν καὶ πότμον ὑπαυέιν. id est,
Dura quidem miseris mors est mortalibus omnis,
At perijsse fame, res una miserrima longe est.

Plato libro De repub. 3. refert hoc carmen, ueluti pestilens moribus adolescentum, cùm nulla mors sit misera, quæ honestatis gratia oppetitur. Accommodari poterit in sordidos quosdam, qui quo parcant nummis, defraudant genium suũ, aut in eos qui pereunt insciti a ueri, cum animus hominis non aliter pascatur uerbo Dei, quàm corpus cibo. Vere miserrimum est hac fame mori.

I modo uenare leporem, nunc Itym tenes. XLIIII

Plautus in Captiui duo: I modo uenare leporem, nunc Itym tenes, prouerbiali figura dixit. Id est, hanc interim cœnam, qualemcunque certam habes, quære alteram, si potes potiorem. Itys enim auis, quem à Phaside Scythiæ flumine phasianũ uocant. Proinde cum iubebimus, ut qui nactus sit commodi quippiam, ad aliud sese accingat, non intempestiuiter hoc utemur adagio. Verùm equidem opinor hunc Plauti locum, ut sunt alij pleriq;, deprauatum esse: legendum autem, nec Itym, ut habent codices: nec ichthyn, ut perperam mutauit quidam, cum nec auis, nec piscis quicquam faciat ad uenationem leporis, sed iclin. Nam est id animal de genere mustelarum, quod in cuniculos immittitur, ut prædam eliciat: Latini uiuerram appellant. Suidas ostendit idem animal insidiari piscibus. Meminit huius Aristoteles libro De naturis animantium 9. ca. 6. Quanquam non indicat insidiari leporibus, sed auibus & aluearibus. Quòd si recte constet iclin esse uiuerram, Plin. 8. lib. indicat præcipuam uiuerris gratiam fuisse, propter uenatum leporum & cuniculorum. Inijciunt, inquit, eas in specus, qui sunt multifores in terris, unde & nomen animali, atque ita eiectos superne capiunt.

Minimo prouocare. XLV

Minimo prouocare, est contemptim ad certamen prouocare. Sumptum à gestu prouocantium ad pugnam minimo digito porrecto. Horatius in Sermonibus: _Ecce
Crispinus minimo me prouocat. accipe, si uis
Accipe iam tabulas. detur nobis locus, hora,
Custodes. uideamus uter plus scribere possit.

Elegantius ad res animi torquebitur. Vt unus hic grammatistes theologos omnes minimo prouocat.

Minore finire pomœrio, & his similia. XLVI

Prouerbij rationem sapiunt huiusmodi ferme metaphoræ: Finire pomœrio: Præstituere metam: Circumscribere cancellis, & si quæ sunt consimiles. Varro in libris De re rustica: Eo melius feciſſe quosdam, qui minore pomœrio finierunt, exclusis partibus quæ nõ pertinent ad hanc rem. Idem eiusdem operis libro 1. Ars sit, an quid aliud, & à quibus carceribus decurrat ad metas. Cicero lib. De Oratore 1. Exiguis quibusdam finibus totum oratoris munus circumdedisti.

Mens peregrina. XLVII

Νοῦν ἔχει ξένον. id est, Mentem peregrinam habere dicuntur cogitabundi, nec satis ob id attenti ad ea quæ coram aguntur. Iocatur Aristophanes ἐν ἀχαρνεῦσιν, in Euripidem tanquam dialecticis utentem argutijs, id quod indicat etiam Fabius Quintilianus in Institutionibus, his uersibus,

Οὐκ ἔνδον, ἔνδον ἔνδον ὄντιν' ἂν γνώμην ἔχεις.
πῶς ἔνδον; εἶτ' οὐκ ἔνδον; ὀρθῶς ὦ γέρον.
Ὁτὸς μὲν ἔξω συλλέγων ἐπύλλια,
Οὐκ ἔνδον, αὐτὸς δ' ἔνδον ἀναβάδην ποσεῖ
Τραγῳδίαν. id est,
Est intus, haud est intus idem, si sapis.
Qui'nam intus & non intus? optime, senex.
Nam mens foris abest, colligens epyllia,
Non intus, ipse at intus est, tragœdiam
Scribens supinus. Epyllia uersiculos dicit, uoce diminutiua ab epos. _Idem in Equitibus,
Πρός τε τὸν λέγοντ' ἀεὶ
Κίχηνας ὁ νοῦς σὺ δέ σου παρὼν ἀποδημεῖ. id est,
Vsque ad loquentem inhias, at ipsa mens tua
Præsens, peregre est.

In eundem sensum Terentius: Præsens, absens ut sies.

Mitior columba. XLVIII

Πραότερος περιστερᾶς. id est, Mansuetior columba. Columbina simplicitas ac mansuetudo, laudatur etiam in diuinis literis. Nam hoc est columba in auibus, quod ouis in quadrupedibus. Ipsa nulli animantium meditatur noxam, nec aliunde præsidium habet aduersus miluios, quàm à celeritate uolandi. Adagij meminit Diogenianus.

Ad porcellum da mihi mutuo tres drachmas. XLIX

Εἰς χοιρίδιόν μοι νῦν δάνεισον τρεῖς δράχμας. id est,
Ad porcellum da mihi mutuo treis drachmas.

Dicebatur ab eo qui mori decreuisset, aut qui uellet initiari. Nam initiandi consueuerunt immolare porcum. Suidas ex Aristophane citat. Est autem in Pace:

Εἰς χοιρίδιόν μοι νῦν δάνεισον τρεῖς δράχμας,
Ἵνα μυηθῶ με τὸν τεθνηκότα. id est,
Qui porcum emam mihi mutua nunc tres drachmas,
Initiandus sum prius, ac mortem oppetam.

Mulieris podex. L

Γυναικὸς πυγή. id est, Mulieris podex. In ignauum ac desidiosum dicebatur. Ignauum animal mulier, & quo minus habet mentis, hoc inhonestis uoluptatibus est addictius. Amat ocium, & fucorum in morem, quemadmodum ait Hesiodus, uirorũ laboribus quæsita sibi insumit, id quod indicat etiam illud prouerbium, ὄνυξ & ὄνος. Et omnino tales permultas habet Gallia. Atqui Hollandia innumeras habet, quæ sua industria uiros ociosos & uoluptarios alunt.

Mulieris animus. LI

Γυναικὸς φρένες. id est, Muliebre ingenium. Diogenianus ostendit dici solitum in stultos. Videtur autem magis quadrare in imbelles & inconstantes. Vnde est illud Ennianum,

Vos etenim iuuenes, animos geritis muliebres,
Illa quæ; uirgo uiri. Et Terentius,

Noui

Ayuntamiento de Madrid

Nouæ ingenium mulierum.

Nolunt ubi uelis, ubi nolis, cupiunt ultro.

Perendinum uentum prædicere. LII

Τὸν τριταῖον ἄνεμον προγινώσκειν. id est, Perendinum uentum præscire dicuntur, qui coniecturis quod multo post euenturum sit, colligunt. Sumptum à nautis, aut à negociatoribus. Pindarus,

Σοφοὶ δ' μέλλοντα τριταῖον ἄνεμον ἔμαθον. id est,

Sapientes futurum perendie uentum nouerunt.

Id enim demum est sapere, non solum quod ante pedes est uidere, uerum id quoque quod procul abest, prospicere.

Caute loquacior. LIII

Παχέως λαλίστερος. id est, Caute loquacior. Prouerbialis hyperbole, in hominem immodice ac permolestè garrulum. Sumpta metaphora à cautibus, quæ quoniam assiduis fluctibus tunduntur, multo resonant fragore.

Lepori esurienti etiam placentæ fici. LIIII

Λαγῷ πεινῶντι καὶ πλακοῦντες ἂν σῦκα. id est,

Lepori esurienti & placentæ proficis.

Suidas tradit dictum de ijs qui compulsi necessitate, res etiam pretiosissimas absumunt. Fortassis natum ab huiusmodi quapiam fabula, qualem de se narrat Apuleius, quod ad actus fame, placentas primum lambere, deinde etiam comesse didicerit.

Lex & regio. LV

Νόμος καὶ χώρα. id est, Mos siue lex & regio. Admonet prouerbium quemadmodũ & aliàs obiter indicauimus, seruiendum & obsecundandum esse moribus regionis in qua uersetur. Zenodotus ascribit unicuique genti suas quasdam esse leges, & instituta uiuendi. Nam Persarum mos est, ut inter pocula temulenti consultent, ac reges suos pro numine adorent. Deinde qui sunt pares, osculantur inuicem: inferiores genam modo contingunt potentiorum. Natos pueros post quadriennium demum inspiciũt. Gordij regem creant eum, qui sit inter ipsos quàm maxime corpulentus. Cyrraei coronam deferunt ei, qui proceritate corporis reliquos antecellat, atque, ut quidam narrant, cui caput sit longissimũ. Stymphali, mulierem eam in honore habent, quæ cum pluribus uiris habuerit consuetudinem. Montani Massagetæ in uijs coëunt. Sauromatæ inter pocula filias uendunt. Mazusius abstinet à mulierum congressu, nisi siquam bello ceperit. Tibareni, post uxoris partum, ipsi perinde quasi peperierint, reuincto capite cubant. Apud Cecertæos opifices onerare sistunt, donec occurrat qui emat. Sidones parentes deuorant, excepto capite. Nam hoc inaurant. Cæsiæ, aut iuxta dios Heriochi, natos lacrymis prosequuntur, defunctos gaudio. Bachirij siquando à morbo reualuerint, canibus semetipsos obijciunt. Orgenipei neq; domos habent, nec animante uescuntur. Sunt autem calui, non ipsi modo, uerum etiam mulieres, idq; aiunt accidere propter aquæ uim natiuam quam bibunt. Thysetæ dijs ossa sacrificant, ipsi uescuntur carnibus, atq; hi profecto plurimum sapiunt, mea quidem sententia. Tauroscythæ homines immolant. Byzoni mediterranei lacte bubulo uictitant, nec ullo præterea uescuntur cibo. Iberes ouium loco, canum greges alunt. Aethiopes, qui dicuntur Colcenses, hyenas. Quin hodie non pauciora ingeniorum & morum discrimina. Ad ea quoad fieri potest accõmodare sese, polypumq; piscem imitari non minima prudentiæ pars est.

Aegis uenit. LVI

Αἰγὶς ἔρχεται. id est, Aegis uenit. Suidas indicat prouerbio dici solitum, de ijs qui petulanter & impudenter agerent. Refertq; ex Pherecrate, εἰ μοι κακοδάιμων αἰγὶς ἔρχεται. Aegis autem Græcis uaria significat, pellicem tegmen quod gestant Afri, præterea maris intumescentis undas ac procellas uentorũ, idq; lingua Dorica, unde ἐναιγίζειν reperitur, pro uehementer flare. Alij malunt esse quid è coronis contextũ, aut rete ex coronamentis contextum. Sic ait usurpatũ apud Herodotum lib. 4. & apud Lycurgum. Nec desunt qui putẽt significare sacerdotem, quæ Athenis solita sit ferre sacram Aegidem, itaq; ingredi ad eos qui nuper duxissent uxores. Apparet in huiusmodi sacris multum fuisse licentiæ, quemadmodum & apud Christianos multis ineptijs celebrantur nuptiæ, simulq; alludum est ad procellam.

Multam syluam gestas. LVII

Λόχμαν πολλὴν φορεῖς. i. Syluam multam portas. Dictum in Phormionẽ militem quendam hirsutum, densaq; pilorũ obsitum syluæ, cuius et alibi facta mẽtio. Quadrabit in agrestem & stupidũ, cuiusmodi fermè sunt milites. Refertur à Suida.

Leonem uidere, hostium præsentia portendit. LVIII

Λέοντας ἰδεῖν, ἀνσμενῶν πολεμοῦ μάχας. id est,

Cernere leones, hostium pugnam indicat.

Translatum uel à somniorum coniecturis, uel ab obseruantibus auguria. Meminit Suidas. Huiusmodi uersiculos indicantes quid quodque portendat somnium, uideo diligenter commemoratos à Suida & Hesychio, cum nihil inanius. Et tamen probabile est utrunque fuisse monachum.

Larus in paludibus. LIX

Λάρος ἐν ἕλεσι. i. Larus in paludibus. Suidas scribit dictitatum de ijs qui faciles sunt ad dandum. Ductum à Laro aue, quam eandem ulpoꝛ appellari putant. quanquam Theodorus Gaza hanc fulicam uertit, illam gauiam. Ea quoniam facile decipitur, illicitúrq;, proinde prouerbio locum fecit.

Issa. LX

Ισσα. id est, Issa prouerbialis erat acclamatio in eos quibus ζ litera sorte cecidisset, quiq; modis omnibus essent infortunati. Hæc Suidas, qui prouerbium citat ex Mesenia Menandri, testatus, & alibi usurpatum apud autores. Coniectare licet eam literam in sortibus inauspicatam fuisse. Martianus Capella in nuptijs Philologiæ & Mercurij, testatur hanc literam inuisam fuisse Appio Claudio, quòd dentes mortui, dum exprimitur, imitetur.

Ipso horreo. LXI

Quod prolixe & affatim datur, ipso horreo dari dicitur, quẽadmodum ipso canistro, propterea quòd ex horreo plenius depromitur, quàm è choenice. Simile illi, ἐκ πιθοῦ ἀρύεις. id est, E dolio hauris.

In tua ipsius harena. LXII

In tua ipsius harena, id est, In tua ipsius arte. Sumptum à gladiatoribus, solitis in harena digladiari. Neq; uero parui referebat horum, nota an ignota dimicarent harena.

In saltu uno duos apros capere. LXIII

In saltu uno duos apros capere. Est eadem in re duos pariter deprehendere. Plautus in Casina,

Iam ego uno in saltu lepide apros capiam duos.

Ignis ad torrem. LXIIII

Πῦρ ἐπὶ δαλὸν ἐλθόν. i. Ignis ad torrem ueniens. De negotio, quod raptim faciléq; cõficitur, quasi cum ultro ignis ad torrem transuolat, ob materiei siccitatem. Meminit Diogenianus. Simile fuerit, Ignis ad naphtham. Et autem naphtha bituminis genus, ad quod flamma uel è longinquo transuolat.

Hippolytum imitabor. LXV

Ιππόλυτον μιμήσομαι. id est, Hippolytum imitabor. Dioge-

Ayuntamiento de Madrid

Τὴν σὴν δὲ κύπριν πολλ' ἐγὼ χαίρειν λέγω. id eſt,
Veneri tuæ, longum ualere renuncio.

Nihil agere. LXVI

Suidas hunc uerſiculũ citat è Cratini fabula, cui titulus Horæ:
Καὶ ταῦτα πράττων φάσκ' ἀνὴρ ὀδὲν ποιῶν. id eſt,
Atque iſta faciens quidam ait, faciens nihil.
Admonetq; ſubeſſe prouerbium, quod quadret in eos qui fruſtra laborent. Apud Latinos item nihil agunt, qui ſumunt inanem operam, ut apud Terentium. Cæterum hoc nihil agit. Celebratur & illud Attilij, Satius eſt ocioſum eſſe, quàm nihil agere.

Herculis cothurnos aptare infanti. LXVII

Herculis perſonam, aut cothurnos aptare puero, eſt minimis applicare maxima, quæ nequaquam uel congruant uel deceant, ueluti ſi quis rem humilem oratione tragica proſequatur. Quintilianus lib. 6. De peroratione: Nam in paruis quidem litibus has tragœdias mouere, tale eſt, quaſi perſonam Herculis & cothurnos aptare infantibus uelis. Plutarchus commemorat apophthegma quoddam Ageſilai, non admodum ab hoc alienum. Cui cum ſophiſta quiſpiam hoc nomine laudaretur, quòd res minimas dicendi artificio maximas efficeret, negauit is uel cerdonem bonum ſibi uideri, qui paruo pedi magnum induceret calceum: ſignificans orationem oportere cum re congruere, non aliter quàm ueſtis conuenire debet corpori.

Grues lapidem deglutientes. LXVIII

Αἱ γέρανοι λίθους καταπινόμεναι. id eſt, Grues lapillos deglutientes. Suidas ex Ariſtophane citat, oſtendens dici ſolitum de ijs qui ſumma prouidentia gerunt negotium. Idq; inde in uulgi ſermonem ueniſſe, quòd gruibus hic mos ſit, ut quoniam admodum ſublimes uolent, magnoq; ferantur impetu, neq; poſſint deorſum aſpicere, lapillos geſtent, quos ſi quando fatigari cœperint inter uolandum, ex alto deijciant, quo uidelicet è cadentium ſtrepitu percipiant, utrum ſupra terram, an ſupra mare uolent. Quod ſi lapillus in mare deciderit, pergunt uiam: ſin in terram, interquieſcunt. Nec his diſſimilia refert Plinius lib. 10. cap. 23. Quando proficiſcuntur, inquit, conſentiunt: uolant ad proſpiciendum alte, ducem quem ſequantur, eligunt: in extremo agmine per uices qui acclament, diſpoſitos habent, & qui gregem uoce contineant: excubias habent nocturnis temporibus, lapillum pede ſuſtinentes, qui laſſatis ſomno decidens, indiligentiam ſono coarguat. Cæteræ dormiunt, capite ſubter alam condito, alternis pedibus inſiſtentes: dux erecto prouidet collo, ac prædicit. Ac paulo poſt: Certum eſt, inquit, Pontum tranſuolaturas primum omnium auguſtias petere, inter duo promontoria Criumetopum & Carambin, mox ſaburra ſtabiliri: cum medium tranſierint, abijci lapillos: cum attigerint continentem, & è gulture arenam. Hactenus Plinius. Porrò locus quem Suidas citat, eſt in Auibus Ariſtophanis,
Ἐκ μὲν γε λιβύης ἦκον ὡς τρὶς μυρίαι
Γέρανοι θιμαλίης καταπεπωκυῖαι λίθους. id eſt,
Venêre gruum terdena fermè millia
Libycis ab oris, deuoratis maximis Saxis.
Interpres hoc loco eadem fermè quæ Suidas.

Fortuna æſtuaria. LXIX

Τύχη εὐριπος id eſt, Fortuna Euripus, ſiue uolubilis, quòd uiciſſim nunc huic fauere ſoleat, nunc illi. De qua Boëtius,
Exæſtuantis more fertur Euripi.
De mari Euripo alio diximus loco. Quemadmodum autem mare habet acceſſus ac receſſus æſtuarios, ita nihil eſt in rebus humanis perpetuum. Nullum autem mare crebrius aut celerius recurrit quàm Euripus. Pindarus in Pythijs hymno 3. metaphoram ſumpſit à uentis, χὠ πρὸς μανάρων τυγχάνοντ' εὖ πασχέμεν. ἄλλοτε δ' ἀλλοῖαι πνοαὶ ὑψιπετᾶν ἀνέμων. ὄλβῳ δ' ὃν ἐς μακρὸν ἀνδρῶν ἔρχεται. id eſt, Oportet, ubi contigerit à dijs, frui. Cæterum aliàs alij ſunt uentorum flatus. Felicitas autem mortalium non uenit diu manſura. Interpres citat uerſus Euripidis,
Κάμνουσι γάρ τοι καὶ βροτοῖς ἀ συμφοραί,
Καὶ πνεύματ' ἀνέμων οὐκ ἀεὶ ῥώμην ἔχει. id eſt,
Quin & laborant calamitates hominibus,
Nec habent uigorem ſemper auræ flamina.

Fores aperire. LXX

Ἀνοίγειν τὴν θύραν. id eſt, Fores aperire: prouerbio dicebatur, qui rei cuiuſpiam ingreſſum initiumq; patefaceret. Plinius auunculus lib. 2. cap. 8. Obliquitatem eius intellexiſſe, hoc eſt, rerum fores aperuiſſe Anaximander Mileſius traditur. Indicauit hoc adagium Plutarchus in Sympoſiacon Decade ſecunda, ἄλλαδες γὰρ ὦ φίρμε, τὴ κόσμον ἀντὶ τᾶ παρομιακῆς θύρας ἐπὶ σεαυτὸν ἀνοίξας. id eſt, Imprudens Firme, mundum pro ianua prouerbiali, in teipſum aperuiſti. Feneſtram aperire, in eandem ſententiam eſt apud Terent.

Tua res agitur, cum proximus ardet paries. LXXI

Et hodiernis temporibus indocto uulgò paſſim in ore eſt, tum nobis eſſe cauẽdum cum uicini domus ardet. Admonet prouerbium, ut ex alterius malo ſumamus exemplum, alienoq; periculo diſcamus noſtris rebus conſulere. Sumptum eſt ex Horatianis epiſtolis,
—Ecquid Ad te poſt paulo uentura pericula ſentis?
Nam tua res agitur paries cum proximus ardet.
Et Verg.
—Iam proximus ardet Vcalegon.

Fontibus apros, floribus auſtrum. LXXII

Dubium non eſt, quin ad prouerbiorum claſſem pertineat, quod eſt Apud Maronem in carmine Bucolico,
Eheu quid uolui miſero mihi, floribus auſtrum
Perditus & liquidis immiſi fontibus apros.
Vbi quis optat nocitura: nam uentus floribus inimiciſſimus, præcipue auſter, ob uiolentiam.

Ollaris Deus. LXXIII

Χυτρεὺς θεός. id eſt, Ollaris deus. Dicebatur in hominem humilem & contemptæ ſortis. Ariſtophanes in Nubibus,
Οτεκαί σε χυτρεῶν ὄντα θεὸν ἡγησάμην. id eſt,
Quando arbitrabar te quoque ollarem deum.
Magni dij ebore, auro & argento ſculpebantur. At plebei illi & minutuli, quod genus ſunt Silenus & Priapus, qualibet materia fingebantur, ligno nonnunquam & luto, quo uidelicet argento finguntur & ollæ. Vnde non inepte quadrabit in eum, qui ſtudeat haberi inter aulicos optimates, ſed nec opibus pollens, nec autoritate ualens apud principem. Cognatum eſt illi, καὶ κόχος & ἐν λαχάνοις. id eſt, Corchorus inter olera: aut illi, ὀδὲν ἱερὸν. i. Nihil ſacri. Refertur in Zenodoti collectaneis.

Oetæus genius. LXXIIII

Οἰταῖος δαίμων. id eſt, Oetæus genius Diogenianus ait ferociam & arrogantiam huic dæmoni uehementer inuiſam fuiſſe, nec inultam ſinere ſolitum: unde tumidis ac præfrocibus minitabantur Oetæum dæmonem. Collectanea uulgata prouerbium referunt ad autorem Clearchum. Eſt autem Oeta mons finitimus Trachini, atque eodem nomine ciuitas Melienſium. Proinde ſimilis erit huius uſus prouerbij, qualis eſt illius, Aderit Temeſſæus genius.

Vel hoſti miſerandus. LXXV

Suidas huiuſmodi uerba ex autore quopiam citat, ὡς τε περὶ τὴν παροιμίαν, κἂν ἐχθρὸν ἐλεῆσαι θεασάμενον τὴν τότε περιπέτειαν ἀνθρώπου. id eſt, Vt iuxta prouerbium etiam

Ayuntamiento de Madrid

Etiam miſeraturus fuerit hoſtis, ſi præſentem uidiſſet hominis caſum. Eſt autem hyperbole, nam hoſtis non facile commouetur miſericordia. Ita Vergilius in 12.

Vel Priamo miſeranda manus. Item in 2.

_Quis talia fando

Myrmidonum Dolopúmue, aut duri miles Vlyſſi,

Temperet à lacrymis.

Confine illi, Quod uel ipſe probet Momus.

Aequales calculi. LXXVI

Ἰσαι ψῆφοι. id eſt, Aequales calculi, ſi quando parum abeſt, ut condemnetur aliquis, & tamen abſoluitur: aut cùm nutat animus, ambigitq́; utram in partem ſe deflectat, rationibus hinc atq; hinc uelut ex æquo adhortantibus, ac deterrentibus. Quemadmodum eſt apud Terentium, cum in dubio eſt animus, paulo momẽto huc uel illuc impellitur: Suidas oſtendit metaphoram ſumptam à priſca conſuetudine iudiciorum, qua reus æqualibus iudicum ſententijs abſoluebatur, at non citra periculum. Cur autem potius abſoluendum, quàm damnandum reum ueteres exiſtimarint, cum pares eſſent ſententiæ, multas cauſas reddit Ariſtoteles in Problemate quodam. Multis enim nominibus uiſum eſt conuenire, ut reliquis paribus, reo magis quàm actori faueatur: uel quòd accuſator accedit paratus, ac præmeditatus. Reus ad multa non præuiſa compellitur reſpondere. Vel quòd conſentaneum ſit reum, ut qui maiore periculo dicat, ob metum quædam prætermiſiſſe potius quàm actorem. Vel quòd in ancipiti negotio potius ad eam partem oporteat uergere, ubi ſi fortè erratum, peccetur leuius. At minus eſt malum abſoluere nocentem, quàm innocentem damnare, præſertim in capitalibus cauſis, ubi ſi contingat errare iudicem, non eſt quo ſarciat in poſterum erratum ſuum, extincto iam homine. Contrà, ſi elabatur nocens, poterit alio iudicio pœnas dare. Vel quòd accuſatio propior eſt ſuſpicioni maleuolentiæ, quàm defenſio: quare cum in cæteris nihil appareat diſcriminis, de actore potius male iudicamus, quàm de reo. Hæc & alia quædam huiuſmodi tradit Ariſtoteles. Igitur ut tutiſſimo liberatur à cauſa qui calculis omnibus abſumitur, ita periculo proximus fuiſſe uidetur, qui paribus calculis iam quaſi fauore quodam elabitur.

Luſciniæ deeſt cantio. LXXVII

Luſciniæ deeſt cantio. Prouerbialis allegoria, perinde quaſi dicas, Mulieri deſunt uerba, poëtæ uerſus, oratori color, ſophiſtæ cauillum. Nulla enim auium æque canora, atq; luſcinia etiam fœmina: ſicuti teſtatur Plinius libro 10. cap. 29. Sed haud fuerit alienum ipſius uerba ſubſcribere: Luſcinijs, inquit, diebus ac noctibus continuis quindecim garrulus ſine intermiſſu cantus, denſante ſe frondium germine, non in nouiſſimum digna miratu aue. Primum tanta uox, tam paruo in corpuſculo, tam pertinax ſpiritus: deinde in una perfecta muſicæ ſcientia, modulatus æditur ſonus. Et nunc continuo ſpiritu trahitur in longum, nunc uariatur inflexo, nunc diſtinguitur conciſo, copulatur intorto, promittitur, reuocatur, infuſcatur ex inopinato: interdum & ſecum ipſa murmurat: plenus, grauis, acutus, creber, extentus: ubi uiſum eſt, uibrans, ſummus, medius, imus. Breuiterq́; omnia tam paruulis in faucibus, quæ tot exquiſitis tibiarum tormentis, ars hominum excogitauit. Plautus in Bacchidibus,

Ego quoque pol metuo ne luſciniolæ defuerit cantio.

Ego ex bono in bonum traductus ſum. LXXVIII

Ἐγὼ μὲν ἐκ τοῦ καλοῦ εἰς καλὸν μετῆλθον. id eſt, Ego quidem è bono in bonum tranſij. Suidas indicat dici ſolitum de his, qui bonum inſtitutum bono commutant. Innuit autem natum à quodam, qui ex bono citharœdo factus ſit poëta tragicus. Eſt enim poëtica muſicæ confinis arti: unde & muſicam artem poëticen uocauit Terentius. Sumptum eſt adagium ex Ranis Ariſtophanicis.

Anguillas captare. LXXIX

Ἐγχέλεις θηρᾶσθαι. id eſt, Anguillas uenari dicuntur, qui priuati compendij cauſa, cient tumultus. Inde ducta ſimilitudine, quòd cum aqua ſtat immota, nihil capiunt, qui captant anguillas: cum uero ſurſum ac deorſum miſcent ac perturbant aquam, ita demum capiunt. Quadrabit in eos, quibus tranquillo reipub. ſtatu nihil eſt emolumenti. Proinde ſeditiones gaudent exoriri, quo ciuitatis publicum malum, in ſuum priuatum uertant commodũ. Prouerbium extat apud Ariſtophanem in Equitibus,

Οπερ γὰρ οἱ τὰς ἐγχέλεις θηρώμενοι πολίτας,
Οταν μὲν ἡ λίμνη κατασῇ, λαμβάνουσιν ὀλίγας,
Ἐὰν δ' ἄνω τε καὶ κάτω τὸν βόρβορον κυκῶσιν,
Αἴρουσι. καὶ σὺ λαμβάνεις, ἢν τὴν πόλιν ταράττῃς. id eſt,

Nanque accidit tibi, quod anguillas qui aucupantur:
Vbi quieta ſtat palus, nil piſcium reportant,
Contra lutum ſi mouerint ſurſum atque item deorſum
Capiunt, ita ipſe capis, ubi rem publicam inquietas.

Hanc artem heu nimium callent principes quidam, qui conſilio tyrannico diſſidia ſerunt inter ciuitates, aut bellum aliquod alicunde ſuſcitant, quo licentius mulcent miſeram plebeculam, & innocentiſſimorum ciuium fame, ſuam expleant ingluuiem.

Ego faciam omnia more Nicoſtrati. LXXX

Ἐγὼ ποιήσω πάντα κατὰ νικόστρατον. id eſt,

Ego cuncta more fecero Nicoſtrati.

Pro eo quod eſt, egregie. Nam hunc Nicoſtratum aiunt comœdiarum actorẽ fuiſſe talem, qualis apud Romanos prædicatur fuiſſe Roſcius. Itaque propter artis famam in uulgi ſermonem abijt. Suidas prouerbij titulo recenſet.

Duplex cappa. LXXXI

Διπλῆ κάππα id eſt, Duplex cappa: uelut ænigma, quo malum aliquod ſignificabant. Siquidem gemino cappa, ſcribuntur κακά. Simili figura Plautus furem, trium literarum hominem appellauit.

Tria cappa peſsima. LXXXII

Τρία κάππα κάκιστα. id eſt,

Tria peſſima cappa.

Iactatum & hoc olim ænigmatis uice, quo trium gentium mores notati ſunt, Cappadocum, Cretenſium & Cilicum. Auguſtinus in grãmaticis indicat fuiſſe tortũ in Cornelium Syllam, Cornelium Cinnam, & Cornelium Lentulum. Creditumq́; eſt in libris Sibyllinis horum nomina tribus hiſce literis fuiſſe deſignata. Eſt item clauſula carminis heroici.

Temulentus dormiens non eſt excitandus. LXXXIII

Prouerbij ſpeciem habet, quod admonet Theognis, ſopitum ebrium non oportere excitari ſomno. Simillimum eſt autem illi, κακὸν τὸ κείμενον μὴ κινεῖν. id eſt, Malum bene cõditum ne moueas. Non eſt refricandum odium, cui iam tempus induxit obliuionem. Non eſt renouandum animi uulnus, cui iam obduci cicatrix cœpit. Theognidis carmen ſic habet,

Μήδ' εὕδοντ' ἐπέγειρε σιμωνίδην, ὅν τινα ἡμῶν
Θωρυχθέντ' οἴνῳ μάλθακὸν ὕπνος ἔχει. id eſt,

Ne cuiquam è nobis ſomnum depelle Simonida,
Oppreſſum uino quem ſopor altus habet.

Vtroque nutans ſententia. LXXXIIII

Διὸχωλοι γνῶμαι. id eſt, Vtroque claudicantes ſententiæ, aut animus huc atq; illuc uerſatilis. Sic enim arbitror legẽdum, διὸχωλος, per ω magnum, ut ſit, utroq; claudicantes. Nam in uulgatis libris per o micron ſcriptum repperi. Conueniet igitur in hominem lubricæ fidei & incertarum partium, in

Ayuntamiento de Madrid

quem congruet illud Homericum,

Αλλὰ μετοκλάζει, καὶ ἐπ' ἀμφοτέροισι πόδεσσιζεται. id eſt,
Claudicat inceſſu, pedibuſq; uacillat utriſque.

Refertur à Zenodoto.

Dictum ac factum. LXXXV

Ρεχθὲν καὶ πραχθέν. id eſt, Dictum ac factum. Prouerbialis figura, qua nihil in negotio procurãdo prætermiſſum ſignificamus. Terentius, Dictum ac factum reddidi. Donatus in Andria indicat eſſe prouerbium celeritatis. Dictum ac factum, inuenerit aliquam cauſam. Rurſum in ſeipſum excruciante, Dictum ac factum, huc abijt Clitipho. Sanè quàm familiaris eſt hic ſermonis colos Græcis poëtis, ὅτε ἔπος, ὅτ' ἔργον. id eſt, Neque dictum neque factum: pro eo quod eſt, nulla ratione. Homerus Iliados libro primo,

Εσθλὸν δ' οὐδέποτ' ἄπας ἔπος, οὐδ' ἐτέλεσσας. id eſt,
Nec dictum factumq; probum ex te prodijt unquam.

Euripides in Hecuba, Σὺ δ' ἡμῖν μηδὲν ἐμποδὼν γένῃ
Λέγουσα μηδὲ δρῶσα. id eſt
Tu uerò ne quid obſiſtas mihi Verbóue, factóue.

Diuerſum in ſenſum qui modis omnibus dextri ſtrenuiq; ſunt, dictis ac factis ualere dicuntur. Ita Phœnix docuerat Achillem iuxta Homerum,

Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμμεναι, πρηκτῆρα τε ἔργων.

Itidem Pindarus in Nemeis hymno primo, οἷος ἐν ἀμφὶ τρόπῳ, τ' τε καὶ τ' χρήσιες. id eſt, Tui uero mores & in his & illis uſui ſunt: præceſſit enim, πράσσῃ γ' ἔργῳ μὲν σθένος, βελῇσι δ' φρήν. id eſt, Agit enim facto quidem robur, conſilijs autem mens.

De grege illo eſt. LXXXVI

De grege illo eſt, eiuſdem factionis, aut contubernij. Terent. in Adelph. At hic Herculis de grege illo eſt. Idem in Eunucho, Vt me in ueſtrum gregem recipiatis. M. Tullius ad Atticum, At uellem te in tuum uetcrem gregem retuliſſes. Idem Oratione in Verrem prima, Quartum quem ſit habiturus nõ uideo, niſi fortè de illo grege oratorum, qui ſubſcriptionem ſibi poſtularunt, &c. In eundem Actione 4. pro eodem, dixit de illo conuentu: Turpio quidam illius excurſor & emiſſarius, homo omnium ex illo conuentu quadruplatorum deterrimus. Alluſit autem ad id quod alibi diximus, ἀτιμαγελᾶν. Sic & Placcus,

Scribe tui gregis hunc, & fortem crede bonumq;.

Verùm hoc frequenter & in bonam partem uſurpatur. Beatus Hieronymus aduerſus Iouinianum libr. 2. De tuo, inquit, armento ſunt, imò inter tuos ciues grunniunt. M. Tullius gregales appellat familiares & eiuſdem ſodalitij: uelut in oratione pro domo ſua ad pontifices. Quod uos ad Catilinæ gregales de me dicere ſolebatis.

Dentata charta. LXXXVII

Dentata dicuntur mordacia. M. Tullius ad fratrem lib. 2. Calamo & atramento temperato. Dentata etiam charta res agetur. Et Seneca dentatos ſales eſſe non uult. Rurſus edentula quæ morſu carent.

Daulia cornix. LXXXVIII

Δαυλίαν κορώνην. id eſt, Dauliam cornicem, luſciniam uocant poëtæ: ſiue quòd Tereus in Daulide Phocidis cum ea uixerit, ſiue quòd illic Philomena mutata ſit in auem. Non uideo quid ſibi uelit adagium, niſi fortè dictum eſt in garrulos aut canoros. Magis autem ſuſpicor Zenodotum, ſiue Zenobium, ſiue quiſquis alius fuit, hoc prouerbium fuiſſe commentum, quo locum faceret narrandæ fabulæ: quod idem in nonnullis alijs ab eo factum conijcio.

Cum Muſis. LXXXIX

Μετὰ μουσῶν. id eſt, Cum Muſis, hoc eſt, Muſis bene fortunantibus. De doctis, aut ijs, quæ docte dicuntur, aut quemadmodum oſtendit Suidas, cum illiteratus inter eruditos uiuit, ut per ironiam efferatur.

Amicos tragœdos æmulatur. XC

Τὸς ἑταίρους τραγῳδοὺς ἀγωνιᾶται. id eſt, Amicos tragœdos æmulatur. Suidas è Didymo citat, addens dici ſolitum de his, qui ſeſe accommodarent, & morum ſeueritatem ſumerent, ad æmulationem aliorum. Sumptum ab hiſtrionibus tragœdiarum, qui cum ſint leuiſſimi nebulones, tamen ubi deum aut regem agunt in fabula, tum cultu, uoce geſtuq; maieſtatem quandam imitantur.

Aeſopicus graculus. XCI

Αἰσώπιος κολοιὸς. id eſt, Aeſopicus graculus. dicitur, qui aliena ſibi uſurpat, aliorumq; bonis ſeſe uendicat. Vſurpat Lucianus in Pſeudologiſta. Horatius,

_Moueat cornicula riſum
Furtiuis nudata coloribus.

Extat apologus inter alios, qui Aeſopi nomine circumferuntur. Pindarus in Nemeis hymno tertio, οὐδ' ἀλλοδαπῶν ἔρωτες ἀνδρὶ φέρειν κρέσσονες, οἰκοδαὴς μάτευε. id eſt, Neque rerum alienarum cupiditates uiro meliores ſunt ad ferendum, è domeſticis inquire. Reprehendit ſuam digreſſionem poëta, iubetq; ut quem ſuſcepit celebrandum, laudet è proprijs uirtutibus, potius quàm ex alienis.

Aries cornibus laſciuiens. XCII

Κριὸς ἀσελγόκερως. id eſt, Aries cornibus laſciuiens. Diogenianus oſtendit conuenire in magnos ac laſciuos. Pruriunt cornua arietibus bene paſtis, quòd idem accidit bubus. Vergil. Iam cornu petat, & pedibus qui ſpargat harenam. Vitulum laſciuientem indicans. Heſychius indicat originem prouerbij: in arce Palladis aries erat repoſitus ingens æreus, quẽ Plato comicus dixit ἀσελγόκερων, nõ tam ob laſciuiam quàm ob ingentem molẽ. Confertur enim cũ equo Durateo. Veteres enim nõ ſolũ ἀσελγὲς dixiſſe, quod eſſet laſciuũ & indomitum, uerũ etiam quod eſſet prægrãde: quemadmodũ Eupolis ἄνεμον ἀσελγῆ dixit, pro magno uẽto. Hæ ſunt grãmaticorũ cruces, ne æreus ille aries ſit formidabilis ob ingẽtia cornua. At quid uetat etiã uentũ dici laſciuũ & intemperãtem, quòd ſuo arbitrio ludit ubi uelit. Mihi uidetur adagiũ conuenire & in ſtolidos, præter meritũ euectos ad dignitatem.

Ductus per phratores canis. XCIII

Αγόμενος διὰ φρατόρων ὁ κύων. id eſt, Ductus per phratores canis. Vbi quis inciderit in eos, quibus pœnas dct. Canis enim apud hos protinus occiditur. Apud Athenienſes populus in tribus erat diſtributus, uniuſcuiuſque tribus tertia pars φρατρία dicebatur, & huic præfectus φρατριάρχος. In comitijs igitur, ſi quis canis intercurriſſet, continuo petebatur à populo.

Calabri hoſpitis xenia. XCIIII

Prouerbium ſubeſſe uidetur in his Horatij uerſibus, quos ſcripſit in Epiſtolis,

Non quo more pyris ueſci Calaber iubet hoſpes.
Tu me feciſti locupletem. ueſcere ſodes.
Iam ſatis eſt. at tu quantumuis tolle. benigne.
Non inuiſa feres pueris munuſcula paruis,
Tam tenecr dono, quàm ſi dimittar onuſtus,
Vt lubet, hæc hodie porcis comedenda relinques.

Itaque Calabri hoſpitis munera recte dixeris, ruſticana leuiaq;, quæq; magis onerent accipientem, quàm iuuent, aut quæ donantur contempta. Siquidem Calabri, quòd pyris abundent, cõſueuerunt ea hoſpitibus affatim apponere, deinde ſaturos, bellariorum uice domum auferre iubent. Quòd ſi recuſes, eadem porcis obijciuntur. Atqui iſtud haud eſt dare munus, ſed abijcere. Is demum dat, qui ſimul & precium muneris expendit, quod largitur, & eius meritum quem eo donat. Notatus eſt apud Athenæum Anthiochus cognomento Illuſtris, qui quod erat reliquum pecuniæ ſolet effund

Ayuntamiento de Madrid

effundere uerius quàm largiri, interdũ in uijs publicis ſtans dicere conſueuit, τίνι ἡ τύχη Ἀλδίωσι λαβέτω. i. Cui fortuna dat, capiat, & abiecta pecunia diſcedebat.

In oſtio formoſus. XCV

ἐν θύρᾳ καλός. id eſt, In oſtio formoſus. De ijs qui adamantur, uulgoq; gratioſi habentur. Sumptum à ueterum conſuetudine, qui formoſorum aut amaſiorum nomina, arboribus, ſũlijs ac parietibus inſcribebant, ὁ Παῖς καλός. Ad id alludens Ariſtophanes in Veſpis,

Καὶ νὴ Δί' ἄρτι γέ τοι γεγραμμένον
Τὸν τυπτὰμπος ἐν θύρᾳ Λῦμον καλόν,
ἰὼν παρέγραψε πλησίον κυμὸς καλός. id eſt,
Ac per Iouem inſcriptum uſpiam ſi uiderit
Demum uenuſtum in Pyrilampus oſtio,
Accurrit ac Cemum uenuſtum proxime
Adſcribit. Idem ἐν ἀχαρνεῦσιν,
Τιμῶν ἐραστὴς ἦν ἀληθῶς, ὥς τε κρὴ
Ἐν τοῖσι τείχοις ἔγραφον ἀθλιωτάτοις καλοί. id eſt,
Is ueſtri amans haud ficte erat, nam in ædium
Muris, uenuſti Athenienſes ſcripſerat.

Alteri uerſui Græco ſupereſt ſyllaba, tametſi ſic habet Aldina æditio: ſuſpicor inuerſum ordinem dictionum. Conſtabit ſi legas hoc modo, ἐν τοῖς ἔγραφον τείχοις ἀθλιωτάτοις καλοί. niſi magis placet ut legamus, ἐν τοῖσι τείχοις ἔγραφον ἀθλιώτατα καλά. quaſi blandientes ciuitati, hoc in illius mœnibus ſcripſiſſent. Apud Athenæum libr. 6. refertur ex autore quopiam, quòd qui Athenienſium rempubl. adminiſtrabant aſſentabantur populo, dicentes cætera quidem omnia eſſe Græcorum communia, uerùm illud eſſe proprium Athenienſibus, quòd uiam noſſent, quæ perduceret in cœlum. Quiſquis legerit encomium Aeſchinis & Menonis apud Platonem, intelliget quàm formoſos pinxerint Athenienſes miro dicendi artificio illis blandientes. Interpres diſtichon hoc citat ex Callimacho,

ἄλλ' ἐνὶ μὴ φύλλοισι κεκομμένα τόσσα φέροιτε
Γράμματα, κυδίστῃ ὅσσ' ἐρέεσι καλιή. id eſt,
Literulas tot ferte inſculptas frondibus hiſce,
Cydippen pulchram quot memorare queant.

Id imitatus Maro,

Teneris, inquit, incidere amores
Arboribus, creſcent illæ, creſcetis amores.

Torquere licebit & in eos, qui falſo per aſſentationem laudantur, aut in mendaciſſimos principum quorundam titulos. Quod genus ſunt, Pater patriæ, deliciæ orbis, amor mundi, ſereniſſimus, inclytus, clementiſſimus, cum meri ſint reipublicæ prædones.

Caput ſcabere, & conſimilia. XCVI

Caput ſcabere, ungues arrodere, geſtus hominis ſunt cogitabundi, & de mutando, cuius pœniteat, ſecum agitantis. Vnde trahuntur in uſum prouerbialem. Horatius libro primo, Satyra decima: —Sed ille

Si foret hoc noſtrum fato delapſus in ævum,
Detereret ſibi multa, recideret omne, quod ultra
Perfectum traheretur, & in uerſu faciendo
Sæpe caput ſcaberet, uiuos & roderet ungues.
Sæpe ſtilum uertas, iterum quæ digna legi ſint
Scripturus. Id imitatus Perſius,
Nec pluteum, inquit, cædit, nec demorſos ſapit ungues.

Idem alibi, Crudum Chæreſtratus unguem
Arrodens ait hoc.

In ſuperiore taxat poëtarum in ſcribendo negligentiam, In altero deſcribit adoleſcentem de mutanda anteactæ uitæ ratione cogitantem.

Caricus hircus. XCVII

Καρικὸς τράγος. i. Caricus hircus. Diogenianus indicat dictitatum de uilibus & contemptis. Heſychius indicat uſurpatum à Sophocle. Carum populus quòd paſſim in bellis mercenarium locarent operam, ceu uili uita, in contemptus prouerbium abijt. Vnde & Plato καρικὸν ἀνθρώπιον. i. Caricum homuncionem dixit, pro uili nihiliq;, quemadmodum alio dictum eſt loco. Fieri poteſt, ut prouerbium eo reſpiciat, quòd Cares pro hirco ſolent immolare canem, ut indicatum eſt in prouerbio, Caricum ſacrificium.

Bullatæ nugæ. XCVIII

Ventoſa atq; inania bullata dicũtur. Sumpta metaphora παρὰ τῶν τυμφολύγων. de quibus aliàs dictum eſt in prouerbio, Homo bulla. Perſius.

—Bullatis ut mihi nugis Pagina turgeſcat,

Bullatas nugas appellans inanem perſtrepentium uocum congeriem, in quibus nihil ſubſit ſolidioris ſententiæ. Horatius nugas canoras uocauit in Arte poëtica,

Quàm uerſus inopes rerum, nugæq; canoræ.

Bolus ereptus è faucibus. XCIX

Bolus è faucibus cripi dicitur, quoties commoditas aliqua, quæ iam propemodum tenebatur, præter expectationem ſubito præripitur. Teren. in Scipſum excruciante, Crucior bolum tantum mihi eſſe ereptũ ſubitò è faucibus. Bolum autem dixit, quod Græci uocant βλωμόν. Metaphora per ſe liquet.

Bene ſit. C

Καλῶς ἔχω. i. Bene ſit. Ominis uox, cùm quis rem quampiam nouam & arduam auſpicaretur, ut in teſtamentis, præfabantur, τοῦτο καλῶς ἔχαι. i. Hoc bene erit. Sed ſi quid acciderit humanitus. Item in concionibus, Quod fauſtum felixq; ſit. Id futurum eſt falſius, ſi per ironiam proferatur de re ridicula, nullius q; momenti, perinde quaſi maxima. Quemadmodum Perſius de diuite auaro eadum reſignaturo, Hoc bene ſit. Frequens eſt apud autores, bene uertat, & male uertat. Vergilius in Bucolicis,

Hos illi, quod nec bene uertat, mittimus hœdos.

Et dij bene uertant, quod agis. Seruius grammaticus exiſtimat hanc figuram mutuo ſumptam ab Hectore & Aiace, quorum utriq; ſuum munus in perniciem ceſſit.

CHILIADIS TERTIAE CENTVRIA VII.

Scarabeus aquilam quærit. I



Ἀνθαρὸς ἀετὸν μάσται. i. Scarabeus aquilam quærit. Cum imbecillior, atq; impotentior, mali quippiam molitur, ſtruitq; inſidias inimico longe potentiori. Eſt & altera lectio, atque ea meo quidem iudicio uerior, ὁ κάνθαρος ἀετὸν μαιεύεται. i. Scarabeus aquilæ obſtetricatur. Senſus fermè idem eſt, ſiue legas μάσται ſiue μαιεύεται. Competit enim in humilem & imbecillum, qui uiribus longe præpollenti, malicioſis inſidijs, & clancularijs dolis perniciem machinatur. Ariſtophanes in Lyſiſtrata.

ὑπερχολῶ γὰρ, ἀετὸν τίκτοντα κάνθαρός σε
Μαιεύσομαι. id eſt,
Supra modum iraſcor tibi, ſcarabeus aquilam ego te,
Quando ouã paries obſtetrix iuuabo.

Super hac re fertur apologus quidam apud Græcos nõ inelegans, quẽ Lucianus indicat Aeſopicũ eſſe, cùm ait in Icaromenippo, fabulatum fuiſſe Aeſopum, quemadmodum aliquando ſcarabei & cameli cœlũ conſcenderint. Porrò quod ad fabulam ſcarabei & aquilæ attinet, ad hunc habet modũ: Eſt iam olim aquilarum generi, cum uniuerſa ſcarabeorum gente, uetus atq; antiqua ſimultas, ac bellũ prorſus internecinũ, planéq; quòd Græci ſolẽt dicere, ἄσπονδος καὶ πόλεμος.

Ayuntamiento de Madrid

Nam odio diſſident plus quàm Vatiniano, adeo ut ne Iuppiter quidem ipſe, ὅς κράτος ἔχει μέγιστον, & qui totum nutu tremefactat Olympum, rem inter eos componere, ac diſſidium finire potuerit, ſi modo uera narrant apologi. Deniq; nihilo magis inter eos conuenit, quàm hodie quoq; conuenit inter deos iſtos aulicos, & humilem obſcuramq; plebem. Sed erit fortaſſis, qui Aeſopicarum fabularum rudis & ἀνάκτορος admiretur, quid tandem negotij ſit cum aquila ſcarabeo. Quæ cognatio, quæ uicinitas, quæ affinitas, uſq; adeo diſſimilibus interceedat: nam inter hos qui uinculis eiuſmodi copulantur, potiſſimum diſſidia ſolent oriri, præſertim inter principes. Ad hæc, quæ nam tam atrocis odij cauſæ, poſtremo unde tantum animorum ſcarabeo, ut cum aquilarum populo bellum ſuſcipere non dubitarit. Rurſum, quæ cõtumelia tantopere fuerit offenſus aquilæ θυμὸς ἀγήνωρ, ut hoſtem tam humilem non contempſerit, ac ſuo uel odio iudicarit indignum. Videlicet argumentum ingens, longa eſt iniuria, longæ ambages, ac res omnino maior, quàm ut humana facundia queat explicari. Quòd ſi Muſæ, quæ grauatæ non ſunt olim Homero dictare βατραχομυομαχίαν, mihi quoq; relicto tantiſper Helicone, dignentur adeſſe, rerum ſummam pro mea uirili conabor exponere. Quid enim tam arduum eſſe poſſit, quod illis auſpicibus non audeant homines? Sed quo res cognitu fiat illuſtrior, prius quàm ad ipſum negotij caput ueniam, ducis utriuſq; mores, formam, indolem, ingenium, quàm potero pauciſſimis perſtringam. Primum igitur illud ſuccurrit admirari, quid olim Romanis uiris alioqui ſapientibus uenerit in mentem, qui cũ huius alitis ſymbolo ſeſe præter cæteras nationes iactent, ac dijs proximos ducant, cumq; huius auſpicijs tot uictorias reportarint, tot egerint triumphos, tantum abeſt, ut bene meritæ gratiam referant, ut non toleranda etiam afficiant cõtumelia. Nam auem unã omnium maximè maſculã & inuicti roboris, emaſculãt euirantq;, ac propemodum Tireſiam reddunt ipſi non admodũ mares, ſiquidem apud Græcos planè mas eſt ἀετὸς, idq; ni fallor, longe magis quadrat in eum, cui ſummus ille pater & rex hominumq; deumq;, regnũ in aues uagas permiſit, expertus fidelem Iuppiter in Ganymede ſlauo: tũ ei, qui cæteris dijs procul abſiſtentibus, ſolus irato Ioui triſulca tela porrigat, nihil etiã prouerbio deterritus, ὡς ὀξὺν ἀιὸς τε καὶ κεραυνὸν. Neq; uerò ſine graui ratione factũ arbitror, ut inter tam multas auium nationes, tamq; numeroſas tribus, aquila potiſſimũ ſit uiſa idonea, cui nõ ſolum auiũ φερτάτῳ, uerùm etiam ſenatus populusq; pœticus, ſuffragijs omnibus monarchiam decerneret. Nam quantum ad auium iudicium attinet, ad hanc partem pleræq; propendebant, ut pauoni rerum ſummam committerent. Siquidem huius pulchritudini, ſplendori, ſublimitati, faſtuiq; plane regio, regnum deberi uidebatur. Ac prorſum in hanc ſententiam itum fuiſſet, niſi quædam longo rerum uſu callidæ, cuiuſmodi ſunt cornices, coruiq;, perpendiſſent, futurũ ut ſi pauonẽ rebus præfeciſſent, eueniret, quod cõplures iam annos in monarchis quibuſdam uidere datum eſt, nimirum ut ſolo nomine ſtrepituq; regem ageret, aquila nihilo ſecius, uel ſine populi ſuffragijs, regnum generet. Cæterùm pœtas uiros ſapientiſſimos illud arbitror perſpexiſſe, nõ alia magis imagine regum mores ac uitam effingi potuiſſe. Loquor de pleriſque non de omnibus. In quouis enim rerum genere, ſemper fuit eritq; bonorum paucitas. Et aliud ſeculum alios gignit. Sed paucis ſi uidetur, hinc atque hinc contentionem admoueamus. Iam primum ſi quid ominis eſt in uocabulo, ut certè eſt, aptè profectò Græcis ἀετὸς dicitur παρὰ τὸ ἀίσσω. quod eſt propemodum rapior impetu, & concitus feror. Quædam aues natura placidæ ſunt, ac mites, tum quæ feræ ſunt, tamen arte cultuq; cicurantur, ac manſueſcunt. Sola aquila, nec eſt habilis ad ullam diſciplinam, nec ullo ſtudio poteſt manſueſcere. Tantum impetu naturæ præceps fertur, & quicquid ualde libuit, idem poſtulat ſibi licere. Libẽtne ſpectare pullum animo uerè aquilino? Graphice depinxit Horatius,

Qualem miniſtrum fulminis alitem
Olim iuuentas & patrius uigor
Nido, laborum propulit inſcium,
Vernisq; iam nimbis remotis
Inſolitos docuere niſus
Venti pauentem, mox in ouilia
Demiſit hoſtem uiuidus impetus,
Nunc in reluctantes dracones
Egit amor dapis atq; pugnæ.

Melius intelligunt hoc ænigma regiones expertæ, quantis malis ſibi conſtiterint huiuſmodi indomiti iuuenum principum impetus. Philoſophorum eſt moderari affectibus, ac rationis ductum in omnibus ſequi. At nihil eſt, ait Satyra, uiolentius aure tyranni. Cui illud ſemper in promptu: Sic uolo, ſic iubeo, ſit pro ratione uoluntas. Deinde cùm ſex opinor, aquilarum genera commemorentur, tamen illud inter omnes conuenit, quod roſtro ſunt uehemẽter adunco, nec minus aduncis unguibus ut uel ex ipſo corporis habitu poſſis intelligere, carniuoram eſſe auem, quietis ac pacis inimicã, pugnis, rapinis, ac prædationibus natam. Et quaſi parum ſit carniuoras eſſe, ſunt & quæ oſſifragæ dicantur, & ſint. Sed hic protinus tacite mihi dicis optimè lector, quid hæc imago ad regem, cuius propria laus eſt clemẽtia, cumq; plurimũ poſſit, nulli tamen uelle nocere, ac ſolum aculeo carere, ſeſeq; totum in populi ſui cõmoditates impẽdere, adeo ut Niloxenus ille ſapiens rogatus, quid eſſet utiliſſimum, reſpondérit rex. Id eſſe proprium ueri principis indicans, ut quantũ in ipſo ſit, nemini noccat, proſit omnibus, ſitq; magis optimus, quàm maximus. Quanquam nõ alia ratione poteſt eſſe maximus, niſi ut ſit quàm optimus, hoc eſt, beneficentiſſimus in omnes. Equidẽ exemplar laudo non inſcite depictũ à philoſophis, & haud ſcio, an eiuſmodi principes adminiſtrẽt rempub. in urbe Platonica. Verũ in annalibus uix unũ aut alterũ reperias, quem auſis cum hac imagine cõponere. Porrò ſi quis recentiorum temporum principes expendat, uereor ne non ita paſſim reperiat, in quem non quadret fœdiſſimum illud conuitiũ, quod apud Homerum Achilles torquet in Agamemnonẽ δημοβόρος βασιλεύς. Nã Heſiodus δωροφάγος appellat, rectius tamẽ παμφάγος appellaturus. Et cùm Ariſtoteles euidentiſſima nota diſtinxerit regem & tyrannum, quòd hic ſuum ac priuatum commodum ſpectat, ille populi rebus conſulit: tamen quibuſdã, regis appellatio, quæ priſcis illis ac tantis principibus Romanis, immodica uiſa eſt, & ob inuidiam refugienda, uix etiam ſatis eſt, niſi longam ſplendidiſſimorũ mendaciorum addas coronidem: ut Diui cognominẽtur, qui uix ſunt homines: Inuicti, qui nũquã nõ uicti diſceſſerunt è prælio: Auguſti, quibus anguſta ſunt omnia: Sereniſſimi, qui belli tempeſtatibus, & inſanis rerũ motibus orbem concutiunt: Illuſtriſſimi, qui profundiſſima omnium bonarum rerum ignorantia caligãt: Catholici, qui quouis ſpectant potius quàm ad Chriſtum. Atque his diuis, inclytis, triumphatoribus, ſi quid eſt ocij ab alea, à poculis, à uenatu, à ſcortis, id omne iam uerè regijs cogitationibus dicant. Nec eſt ullum aliud ſtudium, niſi ut leges, edicta, bella, paces, fœdera, conſilia, iudicia, ſacra prophanaq; eò conferant, ut omnes omnium fortunas in ſuum conuertant fiſcum, hoc eſt, in dolium pertuſum cõgerant, & aquilarũ in morẽ, innoxiarum auium uiſceribus ſe ſuosq; ſaginent pullos. Age ſi quis mihi iam phyſiognomon non omnino malus, uultum ipſum & os aquilæ diligentius contempletur, oculos auidos atque improbos, rictum minacem, genas truculentas, frontem

Ayuntamiento de Madrid

tem toruam, denique illud quod Cyrum Perſarum regem tantopere delectabat in principe γενναῖον, nónne planè regium quoddam ſimulacrum agnoſcet', magnificum ac maieſtatis plenum? Accedit huc & color ipſe funeſtus, teter & inauſpicatus, fuſco ſqualore nigricans. Vnde etiam quod fuſcum eſt ac ſubnigrũ, aquilum uocamus. Tum uox inamœna, terribilis, exanimatrix, ac minax ille queruluſq; clangor, quem nullum animantium genus non expaueſcit. Iam hoc ſymbolum protinus agnoſcit, qui modo periculum fecerit, aut uiderit certè, quàm ſint formidandæ principum minæ, uel ioco prolatæ. Et quantopere cõtremiſcant omnia, quoties huiuſmodi uox intonuit aquilinæ,

Εἰ δέ κε μὴ δώωσιν, ἐγὼ δὲ κεν αὐτὸς ἕλωμαι
ἢ τεὸν ἢ ἑταίρου ἰὼν γέρας, ὅς τε δόλυσσῃ
ἄξῃ ἑλών, ὁ δέ κεν κεχολώσεται ὅν κεν ἕλωμαι.

Aut illa non minus Βασιλικὴ,

Μὴ νύτοι οὐ χράισμωσιν, ὅσοι θεοὶ ἀσσ' ἔχ' Ὄλυμπον,
ἄσσον ἰόντ' ὅτε κέν τοι ἀάπτῃς χεῖρας ἐφέωι.

Ad hũc, inquam, aquilæ ſtridorẽ ilico pauitat omne uulgus, contrahit ſeſe ſenatus, obſeruit nobilitas, obſecundãt iudices, ſilent theologi, aſſentantur iuriſconſulti, cedunt leges, cedunt inſtituta: nihil ualet, nec fas, nec pietas, nec æquitas, nec humanitas. Cũq; tã multæ ſint aues nõ ineloquentes, tam multæ canoræ, tamq; uariæ ſint uoces ac modulatus, qui uel ſaxa poſſint flectere, plus tamẽ omnibus ualet inſuauis ille & mũnimè muſicus unius aquilæ ſtridor. Quanquam eſt unum aquilarũ genus, quod impenſe placuit Ariſtoteli, fortaſſis ob id quòd talem optarit pullum ſuũ Alexãdrum, haud multo minus prædabundũ ac uorax, at paulo tamẽ tum modeſtius, tum taciturnius, & omnino pluſculum habens humanitatis, quippe quod pullos etiam ſuos educet. Nam cæteræ faciunt quod impij ſolent parentes, qui fœtus ſuos exponũt, cum tigrides etiã catulos tollant ſuos. Atq; eam ob cauſam γνήσιον appellant, quaſi germanũ ac uerè ingenuum dicas. Vidit hoc genus Homerus & oculis captus. Nam μελάνυστον appellat, ac ὑπόστικτον, i. nigro tergo, ac uenatricem, uidelicet epithetis aptiſſimè quadrantibus in tales principes qualis fuit Nero, qualis Caligula, alijq; nimium multi. At horũ aliquot, quanto per Iouem γνησιώτεροι, ac propè dixerim pluſquã aquilini, qui cum dijs proximi ſint, ob ſceptrũ ac maiorum imagines, tamẽ aliquoties plebeis etiã homunculis blandiri quoque ſuſtinẽt, ac propè dixerim, paraſitos agere modo prædæ ſpes ſit non aſpernãdæ. Iam & uiuacem eſſe aquilam ab autoribus proditum eſt. Ea tamen cum ad extremam peruenerit ſenectutem, nihil adhuc ſitit, niſi ſanguinẽ, cuius ſuctu uitam omnibus inuiſam prorogat, nimirũ roſtro ſuperiore adeo increſcente, ut carnes depaſci non poſſit. Atq; hinc ortum eſt adagium illud notiſſimum, ἀετὸς γῆρας, in ſenes ætate minoſiores, cum alioqui omne fermè genus hoc auiũ, quibus adunci ſunt ungues, aut non bibãt omnino, aut certè perquã raro, ſiquidẽ Ariſtoteli credimus. Et tamen hæ ſi quando bibunt, aquam bibunt. Sola aquila ſanguinem ſitit. Ergo roſtro intorto natura certè nõ ſemper nocerca reliquis animantibus utcunque conſuluiſſe uidetur, & inexplebili uoracitati modum aliquem impoſuiſſe. Quemadmodum & hac ratione proſpexit, quòd non ſinat aquilam ouà parere plura tribus, nec pullos alere plures duobus. Atq; adeo ſi Muſæi uerſiculo credimus, quem teſtem adducit Ariſtoteles,

Excludit binos, ædit terna, educat unum.

Atq; per hos ipſos dies quibus incubat, incubat autem fermè tricenos, naturæ prouidẽtia cibum illis negauit, inuerſis interim & unguibus, ne uidelicet omnium ferarum fœtus raperentur. Itaq; per id tempus pennæ albeſcunt inedia. Atq; hinc odium in fœtus proprios. Verũ hoc in Romanis aquilis optare magis licet, quàm cernere, quibus omnino nullus eſt compilandæ plebis neq; finis, neq; modus. Nam & ætate creſcit exigendi ſitis, & nunquã incumbunt grauius, quàm cum pullus excluſus eſt. Tũ uerò populus alio atq; alio feritur munere. Super hæc omnia, plurimos hoſtes oppoſuit uni, de quibus mox dicturi ſumus. Atq; hanc naturæ ſolicitudinẽ mirari deſinet, cui perſuaſum ſit eſſe uerũ, quod ſcripſit Plinius, prodigioſum quidem illud, & haud ſcio an uel Democrito autore credendum, inſatiabilis auiditatis argumentum, etiã ſi ceu compertũ & confeſſum narrat Plutarchus autor cũ primis grauis. Nẽpe aquilarũ pennas quoq;, ſi cæterarũ auium plumis admiſceantur, eas deuorare, ac paulatim extenuatas conficere. Tanta uis natiuæ rapacitatis. Equidẽ arbitror idem euenturũ, ſi tyrannorũ oſſa cũ plebeiorũ oſſibus cõmiſceantur, ne ſanguinẽ quidẽ magis miſceri poſſe, quàm Aegiſthi & Flori. Iã uerò uide mihi num illud ſatis quadret in quoſdam principes. Nam de pijs ac bonis nõ loquor, quod ſemel dictum ubiq; uelim meminiſſe lectorẽ. Aquilarũ unicũ par, magno ad populandum tractu indiget, nec alterum in propinquo prædonẽ eſſe patiuntur, itaq; ſpatia determinãt. Porrò noſtris aquilis, quæ nõ anguſta ditio? Quantũ in immenſum uſq; propagandi regni ſtudiũ? Quanta cũ finitimis aquilis, aut miluijs de regni, hoc eſt, de prædãdi terminis digladiatio? Verũ illud fortaſſe nõ perinde cõgruit, quod auis hæc tantopere rapax, non tamen prædatur in proximo, uidelicet ne uices iniuriarum in ipſius aliquando caput retorqueantur, ſed è longinquo magis prædas in nidum conuehit, cum interim tyranni nec ab intimis temperẽt, nec à maximè cognatis ac domeſticis rapaces abſtineant ungues, imò hoc quiſq; magis fit obnoxius periculo, quo principi ceu Ioui ae fulmini propior, atq; inſitam hanc & à parentibus ingenitã rapiendi famem, nonnihil auget & educatio. Quandoquidẽ aquilam ferunt pullos uix dum ſatis uolucres ad prædãdum è nidis extrudere, quo ſtatim & à teneris, ut aiunt, unguiculis conſueſcant rapto, ſuiſq; ipſorum unguibus uiuere. At in nonnullis principibus, deũ immortalem, quàm multi accedũt ad rapacitatẽ ſtimuli præter corruptiſſimam educationem, tantum aſſentatorũ examen, tot officiales perditi, tot corrupti conſultores, tot ſtultiſſimi familiares, tot nequiſſimi congerrones, qui publicis incõmodis uel gratis delectantur. Adde his faſtum, uoluptates, luxum, delicias quibus nullæ rapinæ ſatis eſſe poſſint. Adde ſtultitiã & imperitiam, qua nihil intractabilius, ſi cũ felicitate copuletur. His itaq; rebus cum uel benigniſſima corrumpi queant ingenia, quid cenſes futurum, ſi hæc ad auidam & improbã naturã, uelut oleum ad caminum acceſſerint? Sed parum Βασιλικῶς erat inſtructa aquila, ſi tantum adunco roſtro, ſi tantum aduncis unguibus ad prædandum eſſet armata, niſi additi fuiſſent oculi pluſquam lyncei, & nec ad clariſſimum ſolem conniuentes, quo quidem experimento fœtus ſuos an legitimi ſint, explorare dicuntur. Itaq; prædam quamuis è longinquo ſpeculantur, quam deſinent inuadere. Quanquam auium regi bini duntaxat ſunt oculi, roſtrum unicum, ungues pauci, uenter item unicus. At noſtris aquilis papæ, quàm multæ ſunt Corycæorum aures, quot exploratorum oculi, quot officialiũ ungues, quot præfectorũ roſtra, quot iudicum & aduocatorũ uentres, famę prorſus inexplebili, ut neq; ſatis eſſe quicquam, nec tutum ab his eſſe poſſit, ne ea quidẽ quæ in intimis penetralibus, aut abditiſſimis etiã ſcrinijs ſunt abſtruſa. Verùntamen eſſet eadem fortaſſis aliquãto minus noxia, niſi ad arma dotesq; corporis æſtus accederet ingenij, hoc eſt niſi nocens per ſe ferrum ueneno tingeretur. Vngues ſuos quoties ingreditur, contrahit, ne uidelicet acie deterat, minuſq; ualeant in prædando, id quod habet cũ leonibus cõmune. Neq; quemuis inpetit, ſed eum duntaxat quo ſe credat uiribus eſſe ſuperiorem. Neq; ſe repente præcipitem dat in terram,

more

Ayuntamiento de Madrid

more cæterarum cum prædam appetit, ſed ſenſim demittit, ne impetu illiſa offendatur. Ne leporem quidem, nam hunc maximè petit, aggreditur, niſi uiderit in plana deſcendiſſe. Neq; quouis graſſatur tempore, ne quis opprimat fatigatã: ſed a prandio ad meridianũ ad prædandũ prouolat, reliquis horis ociosa ſedet, donec hominũ conuentu ſora cõpleantur. Tum quod occiderit, nõ inibi ſtatim deuorat, ne quis ſubitus hoſtiũ incurſus incautam deprehendat in præda. Sed exploratis prius, ac ſubinde refectis uiribus, prædam in nidum uelut in caſtra deuehit. Nam quibus artibus ceruum ſe præſtantiorem capiat, mox dicetur. Illud in primis memorandũ ingenij documentum, teſtudinem raptam ex alto, ſpeculata locum idoneum, in ſaxum aliquod demittit, ut ad eum modum rupta teſta carne ueſci poßit. Quanquam in Aeſchylo parũ aquilinis fuit oculis, cum in huius albicantem caluariam, ſaxũ eſſe rata, demiſſa teſtudine miſerũ occideret, ut ucl ob hãc unam cauſam, optimo iure poëtis omnibus cõuenit inuiſam eſſe. Atq; id quidem nunc aßidue ucluti ſuo iure facit. Cæterum primitus teſtudinem dolis ad id pellexit, dũ perſuadet illi futurum, uti ſua opera, uolandi artem perdiſceret. Atq; hac ipſe ſublatam in altum, deiecit in ſaxum, ut illius calamitatem tyrannico more uerteret in ſuas delicias. Atqui ſi quis ſecum perpenderit, quàm uarijs artibus, quot technis, quot machinis, quot præſtigijs, improbi principes inſtructi ſint ad expilandam plebem, quæſtuoſis legibus, mulctis, fucatis titulis, ſimulatis bellis, delationibus, affinitatibus, indignam propemodum fatebitur aquilam, cui regni nomẽ tribuatur. Supereſt, ut cum quibus potißimum hoſtibus huic generoſo prædoni res ſit, paucis exponamus. Nã uerũ eſt illud quod prouerbijs dicitur, aquilam non captare muſcas, nec aſpicere thripas. Negligit, ſi qua præda uideatur regijs unguibus indigna, niſi ſi quæ ſint cognatæ Veſpaſiano, cui uiſus eſt lucri bonus odor ex re qualibet. Sũt enim et degeneres aquilæ, quæ piſcatu uiuunt, & quas non pudeat cadauer alienũ tollere. Sed quæ generoſiores ſunt, ueluti tyranni, quædã piratis ac latronibus cõcedunt, à quibus, ut apud Alexandrum Macedonẽ nobilis ille dixit pirata, nihil differunt, niſi quòd ipſi maiore claſſe, maioreq; manu magnam orbis partẽ ſuis diuexant latrocinijs, minutulas illas prædas accipitribus ac niſis relinquentes cum quadrupedibus belligerantur, nec id ſanè ſine periculo, nec rurſum citra uictoriæ ſpẽ, ſicuti ſtrenuo duce dignum eſt. Atq; in his leporem potißimum, ut dixi, uenatur aquila, unde & leporariæ cognomen additũ uni generi, perinde quaſi ducẽ Africanũ aut Numantinum appelles. Neq; contemnit imbellem hoſtem, ſed eſculentũ appetit, ut etiam ſi parũ gloriæ ueniat ex uictoria, non parũ tamen auferatur emolumẽti. At ſit aliquoties ut cũ maximè leporem captat, tum maximè capiatur, icta pennato iaculo, dicatq; prouerbium quod illi ferimus acceptum, τοῖς ἰδίοις τῶν ἐχθρῶν ἐναποθνήσκω. Audet & cum ceruo confligere, inferior tamen futura, niſi uulpinam adderet pellem. Nam aſtu ſupplet, quod uiribus eſt diminutum. Cõmiſſura cum hoſte, prius in puluere uolutat ſeſe, deinde cornibus inſidens ceruinis, puluerem pennis collectum, in oculos ſpargit, alis ora uerberans, donec exoculatum in rupes det præcipitem. Sed eſt eidẽ acrior, multoq; magis anceps cũ dracone pugna etiã in aëre. Draco maleficis artibus oua conſectatur aquilæ. Illa uicißim hoſtẽ ubicunq; uiſum rapit. Nam quod illi cũ uulpe ſimultas eſt irrecõciliabilis, nemo mirabitur, quiſquis cognorit, quàm olim regaliter illam acceperit. Inierat cum uicina neceßitudinẽ, cumq; incubanti paſtus deeſſet, proximæ catulos in nidum ſuſtulit. Reuerſa uulpes cum ſpectaret indignã ſuorũ laniationẽ, quod unũ poterat, teſtata deos eſt, atq; inter hos præcipue Iouẽ φίλιον, amicitiæ uiolatæ uindicem. Et audiſſe uidetur iſta uota deus aliquis. Pauculis poſt diebus euenit, ut aquila prunã carnibus è ſacrificio raptis hærentẽ, in nidum deuexerit imprudens. Igitur abſente aquila, igni paulatim uentis excitato, nidus conflagrare cœpit. Pulli territi, præcipites ſe dedere, nimirũ adhuc inuolucres. Vulpes delapſos excipit, & in cauũ delatos deuorat. Ac poſt id quidem temporis, nihil omnino conuenit inter aquilam & uulpem, quanquam id ſanè non mediocri uulpinæ gentis malo: Quo tamen haud ſcio an dignæ uideri debeant, quæ quondã leporibus συμμαχίαν aduerſus aquilam petentibus auxiliũ negarint, ut refertur in annalibus quadrupedum, ex quibus Homerus βατραχομυομαχίαν eſt mutuatus. Iam uerò acre diſidium eſt, & cum uulture, uelut homotechno, & cdacitatis æmulo, tametſi hoc quidẽ nomine, ut crudelior, ita & generoſior, aquila, quòd non deuorat animal, niſi quod occiderit, nec per ignauiã alienis inſidit cadaueribus. Nam ſittam iure habet exoſam, quæ miris artibus aquilæ oua frangere ſtudet. Pugnat & cũ ardeolis, quod hæc auis unguibus freta, non uereatur eam aliquoties adoriri, adeo dimicans acriter, ut in cõflictu emoriatur. Neq; uerò iam mirum, quod illi parũ cõuenit cum oloribus, aue nimirũ poëtica: illud mirum ab ijs ſæpenumero uinci tam pugnacem beluã. Nec admodum gratũ eſſe cõſueuit poëticum genus, male ſibi conſcijs monarchis, utpote liberũ & loquax, quodq; nõnunquã cum Philoxeno in Latumias reduci malit, quàm ſilere. Nam ſi quid dolet, id chartis illinũt atris, & regum myſteria ad ipſos etiam poſteros euulgant. Nec cũ gruibus ſatis conuenit, opinor, ob id quod illis impendio placeat Democratia, uehementer inuiſa monarchis, à quibus tamẽ ingenio ſuperãtur. Etenim cum grues è Cilicia demigrantes, montẽ Taurũ aquilis plenũ parant tranſmittere, ingentibus lapidibus quo uocem cohibeant, in os ſumptis, noctu tacite tranſuolant, atq; ita deceptis aquilis, tuto traijciũt. Sed peculiaris quædã cum Trochilo, nam id eſt aui nomen, ſimultas intercedit, non ob aliud, ut autumat magnus ille deambulator, niſi quòd huic quoq; regis ac βαλιφόρῳ nomen tribuitur. Idq; potißimum apud Latinos. Proinde ceu regni affectatorẽ extremo perſequitur odio. Quanquã non is hoſtis eſt, cuius uires metuat aquila. Nam Trochilus imbecillis eſt ac fugax, ſolertia tamẽ & ingenio præditus, fruticetis & cauis abdit ſeſe, ut quamuis à potentiore facilè capi nõ poßit. Quin olim cum certamen uolandi cũ aquila ſuſcepiſſet, uicit aſtu magis quàm uiribus. Deniq; cum Cybindo bellum gerit internecinũ, adeo ut ſæpenumero cohærentes prendantur. Eſt autẽ Cybindus nocturnus accipiter. Nec tyrãnis eſt ullum hominum genus magis inuiſum, quàm horum qui à uulgi ſententia longe lateq; diſſentientes, nimiũ acute cernunt per tenebras. Sed an non egregie ſtultus ſim, ſi omnes eius hoſtes percenſere pergam, quæ cũ nullo nõ gerat bellũ? Atq; in reliquis animantiũ ordinibus alijs cũ alijs partim bellũ eſt, partim amicitia. Multos habet inimicos uulpes, attamen coruũ habet amicũ, cuius auxilijs aduerſus Aeſalon auẽ, catulos ſuos diuexantẽ adiuuatur. Eidẽ bene cõuenit & cũ ſerpentibus, cũ æque cuniculis gaudeant. Crocodilus hoſtem habet Ichneumonẽ, ſed eum Trochilo familiaritas eſt, adeo ut illi liceat, uel in ipſas beluæ fauces impune penetrare. Vni aquilæ cum nullo prorſus animante, nec amicitia, nec affinitas, nec ſodalitas, nec conſuetudo, nec fœdus, nec induciæ. Hoſtis eſt omnibus, & neminem non habet hoſtem. Siquidem non poteſt non omniũ eſſe hoſtis, qui omnium malo uiuit ac ſaginatur. Proinde ſibi conſcia, non nidulatur in plano, ſed in præruptis & excelſis rupibus, aliquoties & arboribus, ſed præaltis, uidelicet tyrannicum illud ſecum uoluẽs, oderint dum metuant. Proinde cum Ciconiæ ſacræ ſint Aegyptijs adeo ut occidiſſe ſit capitale: apud Roman. ſacri Anſeres, Miluijs apud Britannos nemo noceat, ſuibus parcant Iudæi, nec Delphines

uenab

uenabãtur antiqui, neq; lædere fas erat, ſed ſi quid in uenatu peccaſſent, pauculis modo plagis puerorum more caſtigabantur. At in aquilas ubiq; gentium eadem lex eſt, quæ in lupos & tyrannos, ut præmium ſit, qui communem omniũ hoſtem occiderit. Ergo nec amat ullum, nec amatur ab ullo animante aquila, non magis profecto quàm mali principes qui magno reipub. malo ſibi gerunt imperium. Fortaſſe pri uatorum ſunt affectus iſtiuſmodi. Magni ſatrapæ, uſqueadeo ſunt ab his alieni, ut interdum nec liberos ament, niſi emolumenti cauſa ſæpenumero ſuſpectos habeant & inuiſos. Leonem animal tam immane retuliſſe gratiã homini de ſe benemerito, & uitam dediſſe, à quo pedis ſanitatem acceperat, propè crediũ eſt ab omnibus. Draconem ſeruaſſe nutritium ſuum, & ad agnitam uocem accurriſſe, credunt permulti. Quin & aſpidem, ad menſam cuiuſdam quotidie uentitare ſolitam, ubi ſenſit ab uno catulorum ſuorum hoſpitis filium interemptũ, cum occidiſſe, uiolatiq; hoſpitij pœnam & de ſuo partu ſumpſiſſe, neq; præ pudore deinde in eas ædes reuerſum, retulit Philarchus, neq; deſunt qui credant, ſcribendum exiſtimauit Demetrius Phyſicus, recenſendum Plinius. Item Pantheram ob catulos eductos è foſſa, hominem officio ſe produxiſſe, donec egreſſus ſolitudines in uiam publicã reuerſus eſſet. Ariſtophani grammatico puellam Stephano polidẽ adamanti, riualis erat elephantus. Eamq; rẽ ut omnibus notiſſimam, & omniũ ſermone celebratam retulit Plutarchus. Apud eundem draco quiſpiam perdite amat puellam Aetolidem. Nam Delphinum erga homines amor, erga Arionem ſeruatum, erga Heſiodum in littus deiectum, & uirginem Leſbiam cum amatore ſeruatam, erga puerum uectum & reuectum officium, propemodum in confeſſo eſt. At uirginẽ ab aquila adamatam, nec hi credunt, qui credũt omnia. Nam fatale quoddam huius & in homines odium, uel hinc colligas licebit, quòd Prometheo deorum omnium φιλανθρωπότατῳ addita ſit in Caucaſo carnifex. Et tamen in tam multis uitijs eſt, quod laudare poſſis. Minimè bibaces ſunt, minimeq; ſalaces, quæ maximè ſunt rapaces. Nam quòd Ganymedem rapuit aquila, Ioui rapuit, nõ ſibi. At uideas nonnullos noſtros ἀετοὺς, qui ſibi rapiant, nec unum Ganymedẽ, ſibi uirgines, ſibi matronas abducant, ut hac parte propemodum intolerabiliores ſint quàm rapinis, quibus maximè ſunt intolerandi. Ergo cum innumerabiles ſint auium ſpecies, atq; inter has aliæ plumarum opibus ac picturis admirãdæ, ſicuti pauones: aliæ candore niueo inſignes, ut olores: aliæ contra decenti nigrore lucentes, ut corui: aliæ corporũ proceritate præminentes, ueluti ſtruthiones: aliæ fabuloſis etiã miraculis celebres, ut phœnix: aliæ fœcunditate commendatæ, ut columbæ: aliæ gratæ lautorum menſis, ut perdices ac phaſides: aliæ loquacitate iucundæ, ut pſittaci: aliæ cantu mirabiles, ut luſciniæ: aliæ fortitudine animi præſtantes, ut galli gallinacei: aliæ delicijs hominum natæ, ut paſſerculi: tamen ex uniuerſis, una aquila uiris tam ſapientibus idonea uiſa eſt, quæ regis imaginem repræſentet, nec formoſa, nec canora, nec eſculenta, ſed carniuora, rapax, prædatrix, populatrix, bellatrix, ſolitaria, inuiſa omnibus, omniũ peſtis, quæ cum plurimum nocere poſſit, plus tamen uelit, quam poſſit. Nec alio iudicio leoni mandatum eſt regnũ inter quadrupedes, quo nõ alia beluæ uel immanior, uel putidior. Canes cum ad multa ſunt uſui, tum ad hoc præcipue, quòd pro rebus hominum excubias agunt. Boues agricolantur. Equi & elephanti belligerantur. Muli & aſini geſtandis oneribus ſunt utiles. Paraſitatur ſimia. Draco uel hoc utilis nomine, quòd uſum marathri monſtrarit ad oculorũ aciem acuendam. Leo nihil niſi tyrannus, hoſtis ac deuorator omniũ, nec niſi uiribus ac metu tutus, plancq; regium animal, quemadmodum & aquila. Quod uidentur perſpexiſſe, qui nobiles illos clypeos leonibus quàm maximè hiãtibus & explicatis ad prædã unguibus inſigniunt. At plus apparet uidiſſe Pyrrhum, qui ſeſe aquilam uocari gaudebat, quàm Antiochum, qui accipitris cognomine delectãbatur. Sed minus iam mirũ leonẽ in quadrupedũ genere regnare: cũ dijs etiam poẽticis, Iuppiter adminiſtrãdo regno potiſſimum uiſus ſit idoneus, impius execto & exacto patre, inceſtus ſororis coniugio, tot ſtupris, tot adulterijs, tot raptibus exornatus, & poſt hæc κυανέοις ὀφρύσι, νεφεληγερέτα τερπικέραυνῳ territans uniuerſa. Nã apũ politiam, in qua uni regi nõ licet geſtare aculeũ, etiamſi laudatur à multis, nemo tamen imitatur, non hercle magis quàm Platonis. Sed ad aquilã redeo, cui ob dotes quas commemoraui, tam βασιλικὰς, ob tam egregia in omne animantium genus merita, ſenatus populusq; poẽtarum magno conſenſu decreuit, primũ ut rex omniũ, atq; etiã θεὸς & διὸς appellaretur. Deinde ſatis honeſtũ inter ſidera locum dederunt, ac ſtellulis aliquot inſignierunt. Poſtremo munus inter cœlites honorificũ mandarunt, ut ſolus arma miniſtret irato Ioui, quibus orbem cõmouet uniuerſum. Quoq; id impune, poſſit, illud quoq; tribuerũt, ut una animantium nec metuat fulmen, nec lædatur à fulmine, ſed iiſdem oculis fulmen emicans obtueatur, quibus aduerſum aſpicit ſolem. His addiderunt ſapientiſſimi illi Caſciq; Romani, ut in legionũ ſuarum uexillis primas teneret aquila, eſſetq; uexillorũ ipſorum ceu uexillifera, poſthabitis etiam lupis Romanæ gẽtis nutritijs, poſthabitis Minotauris & apris, non extremæ rapacitatis beluis, poſthabitis denique & equis. Nã his quatuor animantibus inſignita uexilla quondã aquilã ſequebãtur. Paulo poſt, nec comites eos eſt paſſa, ſed illis in caſtris relictis, ipſa ſola prodibat in prælium. Hanc, inquã, unam dignã cenſuerunt, quæ totius orbis monarchæ, ſceptra, ſigna, clypeos, domos, ueſtes, uaſa, miniſteria decoret, cum tamẽ uulturum, ni fallor, augurio conditũ ſit Romanũ imperiũ, nõ aquilarũ. Addidit hoc augurũ collegiũ, ut ſi cuius ædibus inſederit aquila, aut ſi pileum in caput alicuius immittat, imperiũ portendatur. Habes è ducibus alterũ, nũc ad Scarabeũ ueniã. Eſt animal, ac uix etiã animal, quippe cui ſenſus aliquot deſint, ex inſectorum infima gente, quod infami ſanè uocabulo Græci κάνθαρον, Latini Scarabeũ appellant, aſpectu tetrum, odore tetrius, ſonitu teterrimum, alis cruſtacea uagina obtectis. Quin magis totus ipſe Scarabeus nihil eſt, niſi cruſtum. Naſcitur in excrementis, hoc eſt animantium ſtercoribus, in iiſdem uiuit, uerſatur, oblectatur, deliciatur. Præcipuũ huic ſtudiũ pilas quàm maximè poteſt ingentes cõponere, ceu paſtillos, nõ ex odoribus ſed ſtercore potiſſimum caprino: nam id illi, prorſus amaracinum olet. Eas miro conamine uoluit auerſus pedibus poſterioribus, quos habet lõgiores, ſuperne iniectis, capite in terrã prono. Quod ſi quando contingat, ut aduerſus collem aliquẽ onus protrudant, elapſis ſubinde pilis, ac deorſum recurrẽtibus, putes te Siſyphum uoluentem ſaxum uidere. Nec defatigantur, nec conquieſcunt. Tantus operis ardor, donec in antrum ſuum deuexerint. In his pilis, ut ipſi nati ſunt, ita fœtus etiã ſuos educãt, & teneros adhuc aduerſus hyemis rigorẽ nidulantes fouent. Equidẽ ſcio nulli non eſſe notũ Scarabeum, ut qui paſſim ſit obuius, niſi ſicubi nulla omnino ſunt ſtercora. Sed non eſt eadẽ omniũ ſpecies. Etenim ſunt quibus nigro quodam uirore luceat cruſta. Pleriq; tetro nigrore horrent. Sunt nõnulli grandiores, prælongis ac biſulcis armati cornibus, cacumine forcipibus dentato, ea, cum uiſum eſt ad morſum contrahũt, ſtringuntq;. Sunt item rutili, & ijdem prægrandes, qui terrã aridam fodiunt, atq; illic nidos ponunt. Sunt qui metuendo bombo formidabiliq; ſtrepitu prouolẽt, ut imprudentẽ nõ mediocriter territent. Sunt & alia formarũ diſcrimina. Verũ illud commune eſt omnibus, è ſtercore ortus, è ſtercore uictus, in ſtercore uita

Ayuntamiento de Madrid

uita deliciumq;. Iam opinor futurũ ut aliquis Romanis ducibus impenſe fauens aquilæ uicem deploret, cui cum tam humili, tamq; plebeio hoſte res inciderit, aui tam regali, quem uincere glorioſum non ſit, à quo uinci turpiſſimum, & cui abunde multũ laudis contingat, quòd cũ aquila decertarit, etiamſi uictus diſceſſerit. Apud poëtas pudet Aiacẽ Vlyſſis aduerſarij tam imbellis, & aquila cogitur cũ Scarabeo conflictari? Rurſum alius magis etiam demirabitur, unde huic infecto uiliſſimo tantũ animorum, tantum audaciæ, ut nõ ſit ueritum cum aue multo pugnaciſſima bellum ſuſcipere. Tũ unde opes, uires, facultates, auxilia, ut tot iam annos bellũ ducere potuerit. Verũ ſi quis hunc explicet Silenũ, & contemptum hoc animalculum propius ac uelut domi contempletur, tam multas in eo dotes haud uulgares animaduertet, ut omnibus diligẽter pẽſitatis, propemodũ Scarabeũ ſe malit eſſe quàm aquilam. Ne uerò mihi reclamet & obturbet quiſquã prius atq; rẽ cognouerit. Primũ in hoc aquilæ præſtat etiã Scarabeus, quod ſenectam quotannis exuit, ac ſubinde repubeſcit. Iam hoc ipſum tanti eſt, ut exiſtimẽ Romanos etiam pontifices aliquot, cum eis liceat recta in cœlum immigrare, quippe cuius clauem gerunt, tamen ubi peruentum eſt ad inamabilem illã ſenectutẽ, quæ uoluptatibus omnibus abdicat, malle cum Scarabeis σῦφαρ abijcere, quàm pro triplici corona ſeptemplicem accipere. Deinde in tantulo corpore, quantũ animi robur, quàm heroica mentis uis, quantus ad inuadendũ impetus, ut nihil iã ſit ad Scarabeũ Homerica muſca. Nam hinc, ni fallor, quibuſdã Scarabeis nomẽ etiam inditũ, ut tauri dicantur. At cũ tauris nec leones temere congrediuntur, tantũ abeſt, ut id faciãt aquilæ. Iam uerò nec ingenium uulgare, niſi quis ſine cauſa, uel natũ olim, uel ubiq; celebratũ exiſtimet, Græcũ illud prouerbium, κανθάρου σοφώτερος, quo nimirũ ſingularis quædam & incõparabilis tribui uidetur ſapientia. Neq; mea refert, ſi quis cauilletur eum parum bene habitare in domicilio deformi. Quanquam quod ad corporis quoq; formã attinet, abſit modo uulgaris & iudiciũ occupans imaginatio, non eſt quod contemni poſſit Scarabeus. Etenim ſi uerè proditum eſt à philoſophis, eã figuram quam uocant ſphæricam, non modo pulcherrimam eſſe, uerumetiam modis omnibus optimam, nec aliam magis demiurgo illi placuiſſe qua cœlum hoc, rẽ omniũ multo pulcherrimam fabricaretur, cur non & formoſus uideatur Scarabeus, qui ad huius ſpeciem longe propius accedit quàm aquila? Deniq; ſi equus in ſuo genere formoſus eſt, ſi canis in ſuo, qui minus in ſuo placeat Scarabeus? Niſi omnes omniũ formas noſtra metimur: ut quicquid ad hominis formam non acceſſerit, id continuo deforme iudicetur. Nam colorem Scarabei nemo puto calumniabitur, ut qui gemmas etiam nonnullas cõmendet. Porrò quod animantiũ excrementis ad ſuã commoditatem abutitur, ingenij laus eſt, non crimen. Quaſi uerò non idem faciant medici, qui cum multorũ animantiũ, tum hominis etiã excrementa non illinunt ſolum, uerum in potione miniſtrant in morbis. Nec pudet Alcumiſtas, uiros planè diuinos ad quintam illam eſſentiam eliciendam, uti fimo. Nec agricolas, quo quidem hominũ genere nullum fuit olim honoratius, ſtercoribus arua ſaginare. Sunt & populi quibus ad incruſtandos domiciliorum parietes, fimus pro gypſo eſt. Eodem contuſo, & ad ſolem exiccato, ad ignis alimentũ utuntur lignorũ uice. Cyprij boues ſuos humano ſtercore ſaginant, nec ſaginant tantum, ſed etiam medentur. Sed illi, inquis, res tam putida bene olet. Stultum uerò ſit naſum hominis in Scarabeo deſiderare. Siquidem id homini peculiare, odore ſui fimi offendi. Nec idem accidit in ullo cæterorũ animantium. Felicior itaq; nobis Scarabeus, non immundior. Quanquam homines quoq; nõ tam res offendit, quàm opinio: nam priſcis illis mortalibus, res ipſa nõ perinde atq; nobis uiſa eſt abominãda, quam auſpicatiſſimo uocabulo lætamen appellarunt. Nec dubitarunt Saturno deo, Sterculei cognomen addere, nimirũ honoris cauſa, ſi quidẽ Macrobio credimus. Nam prodidit Plinius, Stercuto Fauni filio, hinc non nomen ſolũ, uerumetiã immortalitatẽ contigiſſe in Italia. Porrò in Græcia res eadẽ duobus regibus ſummã pepererit gloriam. Augeæ qui excogitarit, Herculi qui diuulgarit. Deniq; nunquã abolebitur regij ſenis memoria, quẽ Homerus, ut in Catone tradit Cic. manibus ſuis lætificantẽ agros, nec alia re quàm qua delectatur Scarabeus, poſteritati cõſecrauit. Imperatorem Romanũ nihil offendebat lotij putor, cum emolumẽto coniunctus, cur Scarabeũ à tantis commoditatibus tã leue deterreat incõmodum, ut iam demus incommodum eſſe? Deniq; cũ uideamus Scarabeũ in ſtercore purũ eſſe, ſemperq; cruſta nitida, contra aquilam etiam in aëre putere, quæſo uter altero mundior? Equidem hinc ctiã nomen indium arbitror, ut κάνθαρος ueluti καθαρὸς ſit appellatus, niſi ſi quis malit à Centauris dictum cantharũ. Nam ne putes Scarabeum ob naturã ſordidã à lautitijs abhorrere, idem roſis impenſiſſimè delectatur, easq; unice appetit, ſiquidem Plinio credimus. Quod ſi quis forte dotes has leues ac uulgares exiſtimet, illud certè nemo nõ fatebitur magnificũ, et ingenti criſta dignũ, quòd antiquitus inter ſacras imagines, & in uatũ myſterijs cũ primus habitus eſt Scarabeus, egregij bellatoris aptiſſimũ ſymbolũ. Siquidẽ ut refert Plutarchus in commentario De Iſide & Oſiride, in Hieroglyphicis Aegyptiorũ picturis regis ſimulacrum erat oculus, addito ſceptro, quo uidelicet uigilantia, cum recta iuſtaq; rerũ adminiſtratione coniuncta, ſignificabatur. Nam illis, opinor, temporibus adhuc eiuſmodi reges erant, multũ aquilæ diſſimiles. At Thebis ait idem imagines quaſdam fuiſſe repoſitas, quæ manibus carerent: eæ iudices repræſentabant, quos oportet ab omni munerũ corruptela quàm maximè ſeiunctos eſſe. Atq; inter has unam oculis quoq; carentẽ, quæ iudicij præſidẽ adumbrabat, quòd hunc oporteat omni prorſus affectu uacare, tantumq; rem ipſam ſpectare, perſonã nõ reſpicere. Aderat, nõ corchorus inter olera, quod prouerbio dicũt, ſed inter ſacras imagines Scarabeus, ſigillo inſculptus. Et quid tandem per hoc nouum ſymbolum nobis innuebant ſapientiſſimi theologi? Rem uidelicet haudquaquam uulgarem, nempe belli ducẽ egregiũ & inuictum. Nam hoc quoq; Plutarchus indicat, ne quis ſic à me confictum exiſtimet, quemadmodum allegorias aliquoties comminiſci ſolent indocti theologi. At dixerit imperitior aliquis. Quid Scarabeo cũ duce belli? Permulta ſanè cõgruunt. Principio uides, ut totus armis luceat Scarabeus, nullaq; pars corporis ſit, non diligenter cruſtis ac laminis communita, ut non melius armatus uideatur Mauors Homericus, cum illum maximè ſua inſtruit panoplia. Adde nunc militarem affultum, cum horrẽdo ac Panico bombo, cantuq; uere militari. Quid enim ſuauius claſſicorum ſonitu? Quid ἀμαχότερον tympanorum ſtrepitu? Nam tubarum uocem qua nunc reges tantopere delectantur, olim Buſiritæ non ferebant, quòd aſino rudenti uideatur adſimilis. At ei genti, inter abominanda habebatur aſinus. Adde laboris in uoluendis oneribus patientiam, inuictũ animi robur, ac uitæ contemptum. Ad hæc negant in Scarabeorum gente fœminã inueniri, ſed omnes eſſe mares. Quæſo, quid magis congruere poteſt in fortem imperatorem? Quin & illud ad rem apte quadrat, ut idem indicat Plutarchus, quòd in delicatis illis pilis, de quibus dictũ eſt, fœtus ſuos ædunt, fouent, alunt, educant: nec alius eſt locus naſcendi, quàm cibi. Verum hoc myſterij mihi non facilè ſit interpretari. Rectius exponent imperatorij milites, qui norunt quid ſit ἐν ἀσπίδι ξηραθῆναι, qui norunt χαμόνυλας, qui in obſidione nudi duras hyemes duriorẽ fimẽ ſæpe

numero

numero pertulerunt, qui uitam ægram, non iam herbarũ radicibus, ſed fœdo victu produxerunt, qui menſes aliquot in nauibus exegerũt. Si quis huius uitæ ſordes perpẽdat, mundus erit Scarabeus: ſi quis miſeriã, eſt quod Scarabeo inuideat. At hæc eſt laudatiſſimorũ imperatorũ ſors & cõditio, ne quis fortè contemnat. Sed illud obiter demirari libet, quid acciderit noſtris pyrgopolynicis, ut in ſuis inſignibus, in quibus totam nobilitatem ſitam eſſe putant, pardos malint, aut leones, aut canes, aut dracones, aut lupos, aut aliud animal, quod uel caſus obiecit, uel ipſi ſibi adoptarũt, cũ proprium illorum ſymbolum ſit Scarabeus: atq; id quidem cum accommodatiſſimum, tum uerò ab ipſa antiquitate, quæ nobilitatis unica parens eſt, comprobatũ dicatunq;. Deniq; non uſquequaq; contemnendum exiſtimabit Scarabeũ, quiſquis ſecum reputarit, magos ac medicos maximis hominũ malis ab hoc animante remedia petere. Siquidem cornua Lucanorum, ſic enim appellant hoc genus, non modo geſtantur in crumena, uerum etiam de collo ſuſpendũtur: nõnunquam & auro inclusa, aduerſus omnes infantium morbos. Quid quod in efficaciſſimis uixq; credendis remedijs, ni Plinius autor eſſet pares rem cum aquila uim obtinebit Scarabeus? Siquidem ὁ λαβὼν ἐκτῖν & Scarabeus, ſmaragdo gemmæ inſculptus: nec enim è quouis ligno fingitur Mercurius, iuxta prouerbium, nec quamuis gemmã ſe dignatur Scarabeus, ſed ſmaragdo gemmarũ omnium nitidiſſima expreſſus, ut dixi, ſi de collo ſuſpendatur: at non niſi Cynocephali capillis, aut certè plumis hirundinis, aduerſus omnia ueneficia præſentaneum adfert remedium: nec omnino minus efficax, quàm moly, quod Vlyſſi quondam dedit Mercurius. Nec ſolum aduerſus hæc ualet, uerum etiam non uulgariter confert, ſi quis quocunq; modo regem adire paret: ut huiuſmodi anulus in primis geſtandus ſit his, qui conſtituerunt à rege ſacerdotium aliquod non ieiunum, aut archidiaconatum, aut epiſcopatum, ſic enim uocant, petere. Idem capitis grauedinẽ auertit, non mediocre per Iouem malũ, præſertim potoribus. In his igitur tam mirandis remedijs, ſapientes illi magi nullum faciũt diſcrimen inter aquilam & Scarabeum. Proinde quis ipſum Scarabeũ deſpiciat, cuius & imago lapillis inſculpta, tatã habet uim? Admonet me gemmarum mentio, ut illud etiam adijciam, ſi quid aquila ſibi placet cognomine gemmæ Aetite, nec hac laudis portione cedere Scarabeũ. Nam huic quoq; nomẽ debet cantharias, totam animãtis ſpeciem mire referens, ut nõ effigiem expreſſam, ſed uiuum ac uerũ Scarabeũ intra gemmam conditum dicas. Poſtremo ſi quid hoc ad rem pertinet, non paucioribus adagijs nobilitatus eſt ille ſimo prognatus Scarabeus, quàm rex auium aquila. Nam ſi quis aquilæ factioni ſtudens, neget hac parte cum ea conferendũ eſſe Scarabeum, quòd olim apud Thebanos craſſos homines inter numina habebatur, non admodum refragabor, modo meminerit hoc honoris aquilæ cum Crocodilis et Cercopithecis, deniq; & cum cepis ac uentris crepitu eſſe cõmune, quandoquidem apud Aegyptios hæc omnia portenta, diuinos honores inuenerunt. Et ſi quo calculo dignum eſt, in hac collatione numinis inane uocabulum, non defuerunt, qui Scarabeo quoq; tribuerint diuinitatem. Vtrunq; ducem utcũq; depinximus. Supereſt iam, ut tam atrocis belli cauſas repetamus. Olim in Aetna monte leporem queripiam inſectabatur Aquila, iamq; contractis unguibus prædæ ſic imminebat, ut afflatu propemodũ exanimatũ animal & alioqui timidum, ad proximum Scarabei cauum uelut ad aſylum confugerit. Quandoquidem in rebus deſperatis, extremoq; diſcrimine, præſidium undelibet & petitur & ſperatur. Erat autem is Scarabeus, quemadmodũ inquit Homerus, ὅς τε μέγας τε. Nam in eo monte Scarabeorũ natio, felicißimæ ſobolis eſſe perhibetur, adeo ut hinc ὁ ἀετὸς & κάνθαρος prouerbio ſit nobilitatus, uidelicet ob inſignem corporis magnitudinem. Ad huius igitur antrum confugiens lepus, ſupplex ad eius genua ſe prouoluit, obſecrans atq; obteſtans, ut ipſius penates ſibi uitæ præſidio ſint aduerſus hoſtem immitißimum. Iam primum hoc ipſo ſibi nonnihil placebat Scarabeus, quòd extitiſſet qui ipſi ſuam uitam debere uellet, quiq; rem tantam à ſe præſtari poſſe crederet. Deniq; cui ſuum antrum, quod omnes homines obturatis naribus execrantes præterire ſolent, idoneum uideretur ad quòd ſalutis cauſa uelut ad ſacram aram aut principis ſtatuam confugeret. Confeſtim igitur prouolat obuiam aquilæ Scarabeus, & huiuſmodi dictis furẽtem lenire conatur. Quo maior eſt tua poteſtas, hoc magis conuenit te parcere innoxijs. Noli lares meos innocentis animantis interitu funeſtos reddere. Sic tibi tuus nidus ſemper ab huiuſmodi calamitate ſit immunis. Generoſi regijq; animi eſt, dare ueniam & indignis. Proſit nihil commerito domicilij reuerentia, quod cuique tutum & inuiolatũ eſſe ualet æquitas, ſinunt leges, approbat conſuetudo: proſit deprecantis, ſi non autoritas certè ſtudium. Quod ſi genus noſtrum & Scarabeia deſpicis arma, At ſperato deos memores fandi atque nefandi. Si nihil te mouent penetralium uiolatorum uices, in tuum caput aliquando redituræ, certè Iouem maximum reuereare, quem in uno facto ter offendes. Meus eſt hic hoſpes, offendes ξένιον, meus eſt ſupplex, & ipſe pro illo tibi, uiolabis ἱκετήσιον. Deniq; pro amico deprecor amicus, offendes φίλιον. Scis quàm certas iras concipere ſoleat iratus Iuppiter, quàm acriter uindicet laceßitus, qui ſæuienti miniſtras arma. Nec omnia permittit ſuis, nec omnia condonat affectibus. Sed plura parantem dicere Scarabeum, aquila uexatum alis, contemptim in terram præcipitat. Leporem fruſtra ſupplicem, ſub oculis Scarabei crudeliſſimè iugulat laniatq;, laniatum in immitem nidum deportat: neq; uel tantillum ualuerunt apud eam, nec preces nec munæ Scarabei: quem tamen haud aſpernata fuiſſet, ſi quantum audacia uiribuſq; pollet, tantundem polleret prudentia, aut ſi in mentem ueniſſet, olim leonem in extremo uitæ diſcrimine, à mure ſeruatum fuiſſe, & omnium quadrupedum tyranno, quod dij uix dare poterant, id à tam infimo contemptoq; animalculo per occaſionem datum eſſe: ſi cogitaſſet formicam beneficio prouocatam, columbæ uitam dediſſe, admorſo aucupis calcaneo. Adeo nullus eſt tam humilis, tam abiectæ ſortis, qui non poßit per occaſionem, & prodeſſe amicus & nocere inimicus, uel potentiſſimo. Verum id temporis nihil horum ſuccurrebat aquilæ, tantum præſenti præda potitur, fruiturq;. Ea contumelia deſcendit altius in pectus magnanimi Scarabei, quàm quiſquam credidiſſet. Stimulabat excelſum ac titanicum animum: hinc pudor, quòd in cauſa tam æqua, parum ſua ualuiſſet autoritas: hinc miſericordia, quòd innoxium animal & imbelle, tam immaniter eſſet laniatum. Hinc dolor quòd ab aquila tam ferociter, atque id tam impune contemptus eſſet, haudquaquam, ut ipſi uidebatur, contemnendus. Siquidem nulli ſua leuis eſt autoritas. Iam ſuccurrebat & illud, fore ut uniuerſum Scarabeorum genus in contemptum ueniret, ſi ſemel id factum aquilæ ceßiſſet impune. Ac tum quidem temporis, quoniam ulciſcendi facultas non erat, omnino regium quiddam exhibuit Scarabeus. Nempe hoc ipſum, quod de Agamemnone, cæteriſq; regibus dixit Calchas,

Εἶπερ γάρ τε χόλον γε καὶ ἀυτῆμαρ κατάπεψη,
Αλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον, ὄφρα τελέσσῃ
Εῷ φίλτεσσιν ἑοῖσι.

Omnes igitur artes, omnes dolos in pectus aduocat. Nec uulgarem molitur pœnam, internecionem ac planè παναλεθρίαν in animo uoluit. At cum ipſa quidem aquila hoſte tam bellaci, Martem experiri, non ſatis tutum eſſe ducebat: non ſolum ob id, quòd copijs eſſet inferior, uerum etiam quòd Mars ſtupidus deus ac uecors, nec minus cæcus quàm ipſe Plutus, aut Cupido

Ayuntamiento de Madrid

Cupido, plerunq; faueat cauſæ deteriori. Quòd ſi maximè par uiribus fuiſſet, ſi felicius pugnarent hi, quorum melior eſſet cauſa, tamen eſſe uidebat, in quo grauius excruciaret aquilam, & odium ſuum pleniore uindicta ſatiaret, ſi poſteritate ſublata, uiuam etiam & ſentientem aquilam longa morte exanimaret. Nulla in re grauius diſcrutiantur parentes, quàm in liberis. Adeo ut qui ſui corporis ſæuiſſimos negligunt cruciatus, filiorum tormenta non ferant. Viderat aſinos per ignes obiectos, miro uitæ contemptu, pullis ſuis ſuccurrere: uiderat exempla huius animi in animantibus permultis. Exiſtimabat ab his communibus affectibus non eſſe alienam aquilam. Denique ſuo generi tutius eſſe iudicabat, ſi inimicum tam pertinacem ab ipſa, quod aiunt, ſtirpe perdidiſſet. Audierat, opinor, celebratum illud prouerbium,

Νάνι & ὸς ϖατέρα κτείναις ϖαῖδας οὐ φέλιπεται,

Titillabat & blanda quædam ſpes, ſi facinus ſucceſſiſſet, futurum ut proſligata aquila, ipſe regno potiretur. Atque ut dolor non ſolum fortes facit & intrepidos, ucrumetiam ſagaces, diligenter explorat, quo loco ſpem ſuæ poſteritatis hoſtis recondidiſſet. Quo perueſtigato, Vulcanum adit, qui cum illi nonnulla familiaritas eſt, ob coloris ſimilitudinem. Exorat, ut arma ſibi cudat, quæ neq; ſint oneroſa uolanti, & tamen aduerſus mediocrem uim tueantur. Armat à ſummo uertice ad imum uſq; calcaneum Vulcanus Scarabeum, his armis quibus adhuc utitur: nam antea muſcarum more inermis erat. Nidus erat procul illinc ſemotus, in excelſo præruptoq; ſcopulo, multa ſarmentorum ac ſtipularum ui congeſtus & communitus. Huc mihi protinus egregius Scarabeus aduolarit ne an adrepſerit, parum liquet, certè peruenit. Sunt qui dicant tum cum pennis aquilæ feriretur, adhærentem clanculum ab inſciente Aquila in nidum deportatum eſſe. Et quo nec homines, quibus non eſt aliud animal inſidioſius, nec ad nocendum ingenioſius, peruenire potuiſſent, eo penetrauit Scarabeus. Inter ſtipulas in inſidijs abdit ſeſe, ac tempus nactus idoneum, aquilæ oua protrudit è nido, aliud poſt aliud, donec nullum reliquum faceret. Ea delapſa, comminuta ſunt, ipſi pulli informes adhuc miſerabiliter in ſaxa eliſi, prius orbati uita ſunt, quàm uitæ ſenſum accepiſſent: nec hac tam atroci pœna contentus fuit Scarabei dolor. Eſt gemma cum primis nobilis, quam ab aquilæ nomine Græci uocant Aëtiten: non diſſimilis eſt ouo, ſexu quoque diſtinguitur, nam in fœmina fœtum incluſum inuenias, pulli propemodum ſpecie. Mira uis ad eliciendum partum. Quamobrem hodieq; parturientibus admouetur, quo partum acceleret. Huius itaque generis par, aquila ſolet in nido ſuo ponere, alioquin nunquam poſitura ouа, aut certè non excluſura pullos. Tantum etiam theſaurum deijcit è nido Scarabeus, quo pariendi facultatem in poſterum eripiat, lapides acutis excepti ſaxis minutatim diſſiliere. Ne hæc quidem adhuc ſatis uiſa ſunt iræ Scarabei Leuem calamitatem putat, niſi dolore quoque ac lamentis hoſtis frueretur. Itaque rurſum abdit ſe penitus in ſtipulis. Redit aquila, nouam ſui generis cladem conſpicatur, uidet ſua uiſcera fruſtulatim diſcerpta: uidet nobilis gemmæ non æſtimabilem iacturam: queritur, clangit, fremit, ſtridet, eiulat, obteſtatur deos: ac ſuis illis oculis, quos iam dolor etiam acuebat, hoſtem tam potentem circumſpectat. Atque omnia potius in mentem ueniunt reputanti, quàm Scarabeus ille contemptus. Dira minatur, dira precatur ei quiſquis tantæ calamitatis fuiſſet autor. Quãtam interea uoluptatem animo perſenſiſſe credis Scarabeum, dum hæc audit? Quid faciat miſera? Rurſum in fortunatas inſulas illi deuolandum fuit, neque enim aliunde importatur ἀετίτης. alterum par inueniendum. Nidus in locum multo ſemotiorem æditioremq; transfertur. Rurſus ouа ponit, & huc nihilo ſecius ignotus hoſtis penetrat: populatur omnia, totam ſuperiorem renouat tragœdiam: Rurſum hinc in tutiorem arcem demigrat aquila: alia deponit ouа: alios adhibet Aëtitas. Rurſum adeſt Scarabeus. Nec modus nec finis fugiendi atq; inſequendi, donec deluſa tot cladibus ales, conſtituit ſacrã mouere ancorã, ac ſuis diffiſa uiribus ad deorũ præſidia confugere. Iouem adit, exponit calamitatis ſuæ tragœdiam, hoſtem tam potentem, cumq;, quod eſſet grauiſſimum, ignotum: ut tanta paſſæ, facultas etiam ulciſcẽdi eriperetur. Addit hãc ſuã perniciem ad ipſum quoq; Iouem pertinere, periturũ imperij munus, quod ille donaſſet, mutandũ armigerum, ſi quemadmodũ inſtituit hoſtis, pergeret: eſſe nonnihil aſſuetis ac notis uti miniſterijs, etiã ſi nouitas in ſuffecto Ganymede feliciter ſucceſſiſſet. Mouet Iouẽ ſatellitis ſui periculum, præſertim cum recẽs rapti Ganymedis officiũ hæreret animo. Iubet, ſi uideatur, in ſuo ipſius ſinu deponat ouа. Aut illic, aut nuſquã omnino, in tuto futura. Paret ales, ac in ſummi Iouis ſinu, extremam gentis ſuæ ſpem deponit, multũ obteſtata, per feliciſſima illa ouа, quæ quondã illi Leda pepererat, ut ſua bona fide tueretur. Quid nõ efficit pertinax animi dolor? Vereor ne cui res ſupra ueri fidẽ eſſe uideatur. Ad ipſam ſummi Iouis arcẽ inuictus ſubuolat Scarabeus, haud ſcio an numinis alicuius fauore adiutus. Paſtillum in hunc uſum è ſtercoribus paratum in ſinum illius demittit. Iuppiter ut eſt ſordium inſolens, quippe in puriſſima mundi parte habitans, & à terreno cõtagio longiſſimo ſemotus interuallo, dum offenſus teterrimo odore, ſimum è ſinu ſtudet excutere, ouа aquilæ deijcit imprudẽs, quæ uidelicet ex alto delapſa, perierunt, & prius quàm terrã cõtingerent. Atq; ita tandẽ cognitus eſt, ille tot cladium artifex, & hoc ipſum uoluptatis cumulum addidit Scarabeo. Iuuit agnoſci. Cõtra aquilæ, nam rem geſtã ex ipſo didicit Ioue non mediocre doloris pondus adiecit, tam contemptus ſuæ calamitatis autor. Quandoquidẽ eſt & hoc non nullum mali ſolatium, ſi quis à magno ſuperetur hoſte. Hinc uelut de integro dirum inter eos coortum bellũ, aquila pro uiribus ubicunq; conſpectam Scarabeorum gẽtem uexat, rapit, proterit, perdit. Vicißim Scarabeus in aquilæ perniciem neruos intendit uniuerſos. Itaq; prædandi, inſidiandi, iugulandi, nec mora, nec requies, nec ullus omnino finis futurus uidebatur, niſi utraq; gente pariter ſublata funditus, ut Cadmeã uictoriam diceres: adeo gladiatorijs animis uterq; in alterum affectabat uiam. Nec uinci poterat aquila, neq; cedere nouit Scarabeus. Tandem Iuppiter in tantis rerum periculis ſuccurrendũ putat, conatur priuatim inter eos rem cõponere. Quo magis conatur, hoc magis horum increſcit odium, gliſcunt iræ, ferueſcunt pugnæ. Et erat ille quidem haud dubie propenſior in aquilæ partẽ: ſed è diuerſo mouebat exemplum longe perniciоſiſſimum, ſi cui licuiſſet impune ἐκτικώτερον, φλιερον, aut ξένιον contemnere. Proinde facit quod in extremo rerũ diſcrimine ſolet, deos in concilium aduocat: pauca præloquutus, rem, ut eſt geſta, proponit. Præconio Mercurij fit dicendi poteſtas, rogantur ac dicuntur ſententiæ. Variatum eſt ſtudijs. Dij contemptiores ferè fauebant Scarabeo, ex maximis etiam Iuno uehemẽter huic ſtudebat, nimirum odio Ganymedis, aquilæ rebus infenſa. Tandem in hoc ſenatuſconſultum pedibus itũ eſt, quod arguta uoce pronuntiauit Mercurius, Vulcanus in æs incidit, uti bellum æternum Scarabeus & aquila ſuo gerant arbitratu. Quod cuiq; acciderit incommodi, ob id in ius uocare non liceat, bello imputetur. Quod quiſq; rapuerit, id iure belli poſſeſſurum, tantum non placere dijs internicionẽ ullius gentis. Proinde triginta dies, per quos incubat aquila, temperetur à manibus, ſeruentur induciæ. Nec fas ſit Scarabeis per id tempus in publicum prodire, ne uidelicet ad inediam ac fouendi laborem, belli quoque tædium accederet aquilæ. Addidit illud ex ſuo ſtudio Iuppiter, idq; reclamantibus nonnullis, Æquum eſt, inquit, ex tam immenſis terræ

terræ ſpatijs, uel exiguum angulum, uelut aſylum ſupereſſe meo ſatelliti: quo tutus ſit à Scarabeorum incurſu. Neq; uerò nouum exemplum induco. Sunt loca quæ lupũ neſciunt: ſunt in quæ non immigrent uencna: ſunt in quibus non uiuant talpæ. Metabor & ipſe in Thracia iugerum aliquot ſpatium apud Olynthum, in quod ſi quocunque modo prudens, imprudens, uolens, nolens, pedem intulerit Scarabeus, capitalis eſto: nec fas ſit exire ſemel ingreſſo, uerum inibi torqueat ſeſe, donec emoriatur. Loco nomen tribuitur Cantharolethrus, ut uel ipſo monitus uocabulo ſciat Scarabeus actum ſore de ſe, ſi contra noſtrum ſenatuſconſultum non uereatur in eum locum irrumpere. Rhodo exulat aquila, ne cui uideatur inhumanum Olyntho excludi Scarabeum.

Sic ait, & totum nutu tremefecit Olympum.

Adfremebat omnis deorũ conſeſſus. Valet in hodiernũ uſque diem ſenatuſconſultũ, ſemperq; ualebit. Scarabeis & aquilis durat exitiale bellum: per eos dies, per quos incubat aquila, nuſquam apparẽt Scarabeorum filij. Locum eum, quem deſignauit Iuppiter, ſummo ſtudio uitat: quòd ſi quis importet, protinus exanimatur. Eiuſq; rei, ſi quis fortè requiret, teſtimoniũ perhibet Plin. lib. 11. cap. 28. Atq; hoc quoq; grauior autor Plutarchus in commentario De animi tranquillitate. Sed iamdudum ſat ſcio, ſic tecũ cogitas optimè lector: Quid iſti uenit in mentem, ut tantum nugarum de nihilo nobis efſutiat: ac non quidem elephantum è muſca, quod aiunt, ſed è Scarabeo gigantem reddat. Quaſi uerò parum negocij ſit, tot adagiorum Chiliadas euoluere, niſi fabulis inſuper tam uerboſis nos enecet. Dicam equidem. Vt eſt ſua cuiq; ſententia, ſunt quibus inexplicandis adagijs inops uideor, ac ieiunus. Exiſtimant enim id demum eſſe magnificum, ſi quis uolumen in immenſum extendat. Iſtis nimirum libuit oſtendere, me in cæteris data opera breuiorem eſſe: alioqui non defuturum fuiſſe, quo rem locupletarem, ſi oſtentandæ copiæ, quàm iuuando lectori ſtudere maluiſſem. Sed ut ad prouerbiorum negotium redeamus, Meminit huius fabulæ Comicus Ariſtophanes ἐν ἀχαρνεῦσι, his quidem uerſibus:

Εν τοῖσιν αἰσώπου λόγοις ἐζυγλύθη,
Μόνον πετεινῶν ἀς θεὸς ἀφιγμένον.
Απιςον ἅπας μῦθος, ὦ πάτερ πάτερ,
Οπως κάκοσμον ζῶον ἦλθεν εἰς θεούς;
Ηλθεν κατ' ἔχθραν αἰετοῦ πάλαι ποτὲ
Ω' ἐκκυλίνδων, κἀντίμιμον ἐμῦν. id eſt,

In fabulis id eſt repertum Aeſopicis,
Adijſſe diuos unicum è uolucribus.
Haud credibilem ais fabulam pater pater,
Adijſſe diuos animal obſcœnum atque olens.
Peruenit olim inquam, ob ſimultatem ſperam,
Quæ illi fuit cum aquila, oua uoluens illius,
Et expetens pœnas ab hoſte mutuas.

Admonet autem apologus, non eſſe cuiquam cõtemnendum hoſtem, quamuis infima fortuna. Sunt enim homunculi quidam, infimæ quidem ſortis, ſed tamen malitioſi, non minus atri, quàm Scarabei: neq; minus putidi, neq; minus abiecti, qui tamẽ pertinaci quadam ingenij malitia, cum nulli omnino mortalium prodeſſe poſſint, magnis etiam ſæpenumero uiris faceſſant negotium. Territant nigrore, obſtrepunt ſtridore, obturbant fœtore, circumuolitant, hærent, inſidiantur, ut non paulo ſatius ſit, cum magnis aliquando uiris ſimultatem ſuſcipere, quàm hos laceſſere Scarabeos, quos pudeat etiam uiciſſe, quosq; nec excutere poſſis, neque conflictari cum illis queas, niſi diſcedas contaminatior.

Timidus Plutus. II

Δειλὸς ὁ πλοῦτος. id eſt, Timidus Plutus. Huiuſmodi enim & Ariſtophanes inducit Plutum, atq; hunc imitatus Lucianus in Timone, omnia formidantem, nulliq; fidentem. Neq; uerò diſſimilem animi habitum opes adferunt diuitibus, cum contra paupertas ſecura in utranq; dormiat aurem. Ariſtophanes uulgò iactatam indicat opulentiæ timiditatem, cùm ait,

Αλλὰ λέγουσι πάντες ὡς
Δειλόταλόν ἐστ' ὁ πλοῦτος. id eſt,
Quin id omnes dictitant,
Timidiſſimum quiddam eſſe, diuitias.

Interpres admonet, Comicum alluſiſſe ad illud Euripidis,

Δειλὸν δ' ὁ πλοῦτος, καὶ φιλόψυχον κακόν. id eſt,
Res cupida uitæ, ſunt opes, pauidum malum.

Id ideo dictum eſt, quòd diuitibus multi tendunt inſidias nempe latrones, hæredipetæ, principes, ſycophantæ, nonnunquam & uxor, & liberi. Quam ob cauſam addidit Euripides φιλόψυχον κακὸν, uel quòd ob diuitias magis illis libeat uiuere, quàm his, qui tenui ſunt fortuna: uel quòd ob eas ſæpenumero de uita ſolliciti ſunt. Id eleganter explicans Iuuenalis,

Pauca licet, inquit, portes argenti uaſcula puri
Nocte iter ingreſſus, gladium contumq; timebis,
Et motæ ad lunam trepidabis arundinis umbram.

Cantabit uacuus coram latrone uiator.

In ſumma, in omni negotio formidoloſior eſt diues, quàm pauper. Cautius munit ædes furum metu. Metuit tempeſtates, propter frumẽta, quæ habet in agris, propter merces, quas habet in mari. Metuit amicos, ne quid rogantibus donare cogatur. Metuit inimicos, ne quid noceant. Timidius conuitiatur, metu multæ. Omnia circunſpectius & facit & dicit, metu calumniæ, quæ potiſſimum diuitibus ſtrui ſolet: quippe quibus eſt quod auferri poſſit. Si bellum immineat, diues in primis diſcruciatur. Deniq; nec ſuperſtitione uacat, ne quod numen parum amicum, damnum immittat.

Panicus caſus. III

Πανικὸν, Veteres uocabant ſubitum animorum tumultum, ſed inanem. Veteres enim exiſtimabant Panem deum repentinos terrores, & animi conſternationes immittere, lymphaticis ſimillimas, aſqueadeo impotentes, ut nõ ratione modo, uerum & mente careant. Sicuti non rarẽter uſu uenit, cum in exercitu nulla comparente idonea cauſa, uiri pariter atq; equi perturbãtur. Cuius rei meminit et Euripides in Rheſo.

ἀλλ' ἢ κραυγὴ πανὸς τρομερᾷ μάστιγι φοβῇ.

Verba ſunt Hectoris ad cuſtodes nuntiantes, nouum tumultum in caſtris oriri: atque is motum Panicum eſſe reſpondet. Pindarus in Nemeis ſcribit non oportere fortibus uiris uitio uertere, ſi fugiant in huiuſmodi tumultu,

Εν γὰρ δαιμονίοισι φόβοις φεύγοντι καὶ παῖδες θεῶν. id eſt,

In diuinis terroribus fugiunt & filij deorũ. Δαιμονίους φόβους appellans τοὺς πανικούς. Narratur idem deus concham illã tortilẽ ac turbinatã, quæ Græcè κόχλος. i. teſtudo dicitur, primus reperiſſe, eaq; perſonans olim Titanas, contra quos bellabat, in fugam egiſſe. Pauſanias in Phocaicis, ἣν δὲ τῇ νυκτὶ φόβος σφίσιν ἐμπίπτει πανικὸς, τὰ γὰρ ἀπὸ αἰτίας οὐδε μιᾶς δέδεικται ἐκ τότε φασὶ γίνεσθαι. id eſt, Cæterum noctu irruit in eos pauor panicus, ſiquidem terrores nulla de cauſa exortos, aiunt ab hoc immitti. Hac de re copioſius diſſerit citatis aliorum etiam Græcorum teſtimonijs, Angelus Politianus in Miſcellaneorum annotatione uigeſimaoctaua. Hoc adagij ſubinde refertur à Cicerone in epiſtolis ad Atticum. Ego, inquit, bellum fœdiſſimum futurum puto, niſi qui, ut tu ſcis, panicus caſus extiterit. Rurſum alibi, De Ventidio, panicon puto. Idem alibi, Rumorem adferunt magnum, Romæ dum ad Antonium frumentum omne portari, πανικὸν certè. Item alibi: Interim ſcis enim quædam πανικὰ dici, item τὰ κοινὰ τῶν πολέμων, rumore aduentus noſtri, & Caſſio qui Antiochiæ tenebatur animus acceſſit, & Parthis timor iniectus eſt. Idem ad Tyronem, Etſi Atticus noſter, qui me

Ayuntamiento de Madrid

quondam moueri παντικοῖς intellexit, idem ſemper putat: nec uidet, quibus præſidijs philoſophiæ ſeptus ſim. Et hercle quòd timidus eſt ipſe, δογυποποιεῖ. id eſt, Tumultum ciet, & panicis mouetur. Huc alluſiſſe puto & Apulcium in Aſino ſuo, cum Pſychæ ad mortem ſponteam properanti, Panem obuium facit.

Nihil minus expedit, quàm agrum optimè colere. IIII

Apud priſcos adagionis inſtar fuiſſe Plinius teſtatur libri 18. cap. 6. Temerarium, inquit, uideatur unam uocem antiquorum poſuiſſe, & fortaſſis incredibile penitus exiſtiment, nihil minus expedire, quàm agrum optimè colere. L. Tatius Rufus infima natalium humilitate, conſulatum militari induſtria meritus, antiquæ aliàs parſimoniæ, circiter mille ſiclos (ſiue quæ lectio quibuſdam magis arridet, ſeſtertium) liberalitate diui Auguſti congeſtum, uſq; ad detractionem hæredis exhauſit, agros in Piceno coëmendo, colendoq; in gloriam. Internicionem ergo, famemq; cenſemus? imò hercle iudico modum rerum omnium utiliſſimum. Bene colere neceſſarium eſt, optimè damnoſum. Hactenus Plinius. Huc & Terentius alluſit, cùm ait in Phormione, Noſtrapte culpa facimus ut malos expediat eſſe, dum nimium dici nos bonos ſtudemus & benignos. Item illud Horatianum,

In uitium culpæ ducit fuga, ſi caret arte. Denique prouerbium Hebræorum admonens, Ne quis nimium ſit iuſtus.

Citius quàm aſparagi coquuntur. V

Velocius quam aſparagi coquuntur. De re uehementer properata. Sunt quædam figuræ prouerbiales, quæ Octauio Auguſto peculiariter arriſerunt: inter quas hæc quoq; refertur à Tranquillo, cum ſcribit eum ad exprimendum feſtinatæ rei uelocitatem ſolere dicere, Velocius quàm aſparagi coquantur. Idq; identidem in literis uſurpat. Eſt autem aſparagus herbæ genus ſpinoſum, & in medicinam utile, & in cibos gratum, cuius ſumma prius quàm dureſcant, leuiter coquuntur, tantum ut cruditas abſit. Dicitur autem eſparagus, quòd qui ſunt in his præcipui, non ſeruntur, ut Athenæus dixit. Docti quidam admonent, ſimile quiddam dici de ſalſamentis. Citius quàm ſalſamenta coquantur, eo quòd quidam piſces, ſale conditi, aut fumo uentóue durati, crudi quoq; comedantur, aut leuiſſimè cocti. Quãquam hoc prouerbium apud Athenæum unde ciuant, nondum reperi. Confine illi, quod alibi dicetur, ἀφλα ἐς πῦρ. Aphya ad ignem.

Amicitiæ perſonam detrahere. VI

Τὸ προσώπων ἀφελεῖν τῆ φιλίᾳ. id eſt, Amicitiæ perſonam detrahere dicimur, cum aperte quæ ſentimus animo, tum facimus, tum loquimur apud amicos, & quicquid in pectore clauſum eſt, id præ nobis ferimus. Vultus enim ab animo diſcrepans, perſona uerius eſt quàm uultus. Et eleganter à Seneca dictum eſt in Cæſarem, ut perſonam malit quàm faciem, id eſt, ut uideri malit quàm eſſe. M. Tullius Tuſculanarum quæſtionum quinto, ſcribit Epicurum tantummodo perſonam induiſſe philoſophi. Martialis,

Mentiris iuuenem tinctis Lentine capillis
Tam ſubito coruus, qui modo cygnus eras.
Non omneis fallis, ſcit te Proſerpina canum,
Perſonam capiti detrahet illa tuo.

Neq; ſemper tamen perſona ſonat in malam partem. Etenim cum ſcribit M. Tullius in Off. ponit enim perſonam amici, cum induit iudicis: non ſignificat fictum amicum aut fictum iudicem. Eſt autem traductum à perſonis hiſtrionum.

Vtere curru, de aſinis nihil laborans. VII

Ἀπονέμει δὲ σὰς ἁμάξας, τῶν δ' ὄνων ὀδὲν μέλει. id eſt, Vtere plauſtris tuis, aſinosq; ne curaueris.

Verſus eſt trochaicus tetrameter. Hoc prouerbio monebãt, uti ſuarum quiſque rerum curam ageret, his q; frueretur, alienarum negligens atq; incurius. Hinc ducta metaphora, quòd quibus plauſtrum eſt domi, nihil neceſſe habent ut portandis oneribus aſinos aliunde conducere.

Libyca fera. VIII

Λιβυκὸν θηρίον. id eſt, Libyca beſtia. Refertur à Diogeniano. Dicebatur olim in hominem uafrum, callidum, uerſipellem, uarijs moribus, ancipitiq; ingenio. Quod genus portentum Cicero Catilinam fuiſſe teſtatur. Inde natum quòd in Libya uariæ ferarum ſpecies ſæpenumero miſceantur: atq; ita noua quædam hinc monſtra ſpectaculo produci ſolcant, Romam à prouinciæ præſidibus deportata.

Semper adfert Libya mali quippiam. IX

Eodem fonte fluxit & illud, ἀεὶ φέρει τι λιβύη κακὸν. id eſt, Semper affert Libya mali quippiam, quòd inde Romam, ut dixi, monſtra deportarentur. Hinc & in mores ingeniumq; gentis detorqueri poteſt: ſiquidem ut eſt regio uenenorum ferax, ita gentis peſtilens ingenium. Peculiariter conuenit in fœdifragos, ac pactorum nouatores.

Semper Africa noui aliquid apportat. X

Huic ſimillimum eſt illud Plinianum, quod in Hiſteria mundi refert, Libyam ſemper aliquid noui adferre. Quod quidem ideo dicebatur, quòd in ſiticuloſa regione ad unum aliquem riuum plurimæ ferarum ſpecies bibendi gratia conuenire cogantur: inibiq; uaria nixtura uiolentæ Veneris, uariæ monſtrorum formas, ſubindeq; nouas naſci. Porrò Plinius ſumpſit ab Ariſtotele, apud quem refertur lib. De generatione animalium 2. cap. 5. Anaxilas apud Athenæum lib. 4. feſtiuiter ad rem detorſit,

Η μοῦσικὴ δ' ὥσπερ λιβύη πρὸς τῶν θεῶν,
Αἰεί τι καινὸν, καθ' ἑαυτὸν τίκτει θηρίον. id eſt,
At muſica itidem ut Africa terra per deos,
Semper quotannis beſtiam aliquam ædit nouam.

Scio Græcum uerſum poſteriorem non conſtare, ſed ita habet æditio Aldina, nec ſatis diuino quomodo reſtitui poſſit, niſi fortè pro καθ' ἑαυτὸν legendum eſt ἐν ἑαυτῇ, ut metſi ne ſic quidem conſtat metrum: fortaſſe θηρίον omittendum, & pro καθ' ἑαυτὸν reponendum καθ' ἑαυτόν. Quadrabit in homines lubrica fide, ſemperq; nouandarum rerũ auidos.

Afra auis. XI

Λιβυκὸν ὄρνεον. id eſt, Libyca auis. Refertur à Suida de prægrandibus, quòd ex ea regione deportentur aues immani magnitudine. Horatius de prælauta uſurpauit,

Non Afra auis deſcendat in uentrem meum
Iucundior, quàm lecta de pinguiſſimis
Oliua ramis arborum.

Nam gallinas prægrandes olim mittebat Africa, quas eaſdem Numidicas aues appellãt. Acron uidetur de ſtruthione ſentire, quæ et ipſa auis mira mole corporis eſſe fertur. Mea quidem ſententia non inepte iacietur, & in hominem peregrino cultu notabilem. Et Plautus alicubi Pœnum autem uocat ob manicas alarum inſtar utrinque penſiles. Prouerbium extat in Auibus Ariſtophanis. Interpres indicat conuenire in barbaros ac meticuloſos. Sunt enim homines prægrandes fere timidiores. Terentius, Hic nebulo magnus eſt.

Boni paſtoris eſt, tondere pecus, non deglubere. XII

Hodieq; uulgò celebratum durat, ubi quis eſt exactor durior, atq; inſtantior. Quid? Num & pellem uis? Quaſi conueniat lana contentum eſſe. Id adagij Tiberius Cæſar, autore Suetonio, aut reperit, aut certè uſurpauit. Nam is admonitus ab amicis

Ayuntamiento de Madrid

amicis, ut prouincialibus augeret uectigalia, rescripsit, Boni pastoris esse, tondere pecus, non deglubere. Est autem deglubere, detrahere pellem. Tractum à rusticis, qui deglubere uocant, siliquam, aut folliculum excutere, & granum sua nudare tunica: unde & Catullus in obscœnum sensum detorsit, ut dicat uirum à muliere deglubi. Et Apuleiana Fotis ait se uiuos homines solere deglubere. Tondent igitur, qui ita spoliant, ut sortem relinquant, unde res possit crescere. Deglubunt qui nihil reliqui faciunt. Nam lana detonsa renascitur. Cute detracta nihil est quod deinde possis auferre. Alexander Macedonum rex cognomento Magnus, sententiam eandem diuersa extulit metaphora. Cum enim quidam admoneret, longe plus uectigalium à ciuitatibus auferri posse, respondit ad hunc modum, καὶ κυπωρὸν μῖτῶ ἢ ὁκ ῥιζῶν ὀκτέμνοντα τὰ λάχανα. id est, Et olitorem odi, qui radicitus herbas excidat. Denique hoc ipsum ἀπὸ ῥιζῶν καὶ ἀποῤῥίζην, & item apud Latinos radicitus, stirpium tenus, à stirpe, ab ima stirpe, atque id genus aliæ metaphoræ, prouerbij naturam resipiunt.

Lucri bonus est odor ex re qualibet. XIII

Facetè quidem, sed tamen pestilens illa uox Vespasiani, qui cũ ex lotio uectigal faceret, homo turpiter auidus, superq; eo facto à filio admoneretur, quòd è re tam putida lucrum faceret, paulo post, collectam pecuniam filij naribus admouit, rogauitq; ecquid illa puteret? Vnde Iuuenalis,

_Lucri bonus est odor, ex re Qualibet.

Ad quod alludens Ammianus lib. 22. dixit, & lucrum ex omni odorantes occasione. Iam & Ennianus ille uersiculus, non in sermonem modo, uerum etiam in animos & uitam hominum penitus abijt.

Vnde habeas curat nemo, sed oportet habere.

Quin illud ab Horatio dictum ἐφωνικῶς, serio sequimur,

O ciues ciues quærenda pecunia primum,
Virtus post nummos.

Cephisodorus apud Athenæum lib. 3. docet apud poëtas celebres ac sapientes uiros inueniri sententias quasdam improbatas, uelut illud apud Archilochum, πάντ' ἀνδρὶ ἀποσκολύπτειν. id est, Quemuis hominem excoriare siue spoliare. Apud Theodorum illud, κελεύειν μὲν πλέον ἔχειν, ἐπαινεῖν δὲ τὸ ἴσον. id est, Quod iubet plus æquo habere, laudare tamen quod æquum est. Apud Euripidẽ τὴν γλῶτταν ὀμωμοκέναι φάναι. id est, Quod dixerit, linguam iurasse, quo de nobis aliàs dictum est. Apud Sophoclem,

Τοιαῦτα τοῖσι, πρὸς χάριν τε κἀ βίαν
Λέγω, σὺ δ' αὐτὸς ὥσπερ οἱ σοφοὶ τὰ μὲν
Δίκαι' ἐπαίνει, τὰ δὲ περιλαλῶν ἔχει. id est,
Ad gratiam tibi ista dico, haud impero,
At ipse, uti solent facere prudentes uiri,
Laudato iusta, cæterum lucro hæreas.

Idem alibi dixit, μηδὲν εἶναι σὺν κέρδει κακὸν. id est, Nullum esse malum quod cum lucro coniunctum sit. Apud Homerum, quòd facit Iunonem insidiantem Ioui, quòd Martem fingit adulterum. Hæc Athenæus. Mirum autem populum indignari poëtis aut histrionibus, si quando talia recitant in theatris, cum magis debuerit indignari quisque sibi, quod ea sequeretur in uita, quorum commemorationem in theatro ferre non poterat.

Lucrum pudori præstat. XIIII

Κέρδος αἰσχύνης ἄμεινον. id est, Lucrum pudori præstat. Plautus in Pseudulo, Nimio illud quod pudet facilius fertur, quàm illud quod piget. Eundem sensum aliter extulit in Trinummo:

Pol pudere, quàm pigere, præstat totidem literis.

Sententia bono uiro indigna, eoq; illic à lenone dicitur, hic à sene. Sed commode ad persuadendum sententiam etiam parum probam arripuit. Alioqui longe satius rei iacturam, quàm famæ dispendium accipere. Huc alluſit Terentius in Phormione, Nõ te pudet uanitatis? Non, dum ob rem. Quin & hodie uulgato prouerbio iubent ualere pudorem, ubi de pecuniaria re agitur. Plutarchus in commentario De audiendis poëtis, refert è poëta nescio quo, senarios hos:

Τὸ μὲν δικαίῳ τῷ δόκησιν ἄρνυσο,
Τὰδ' ἔργα τ' αὖ σῷ φρενὶ σκόπει, ὅθεν κερδανεῖς. id est,
Opinionem spernito iusti, ac uirum
Quiduis agentem sequere, cum spes lucri.

Refert & hunc ex Sophocle:

Τὸ κέρδος ἡδὺ κἂν ἀπὸ ψευδῶν ἔῃ. id est,
Dulce est lucrum, profectum & à mendacijs.

Bæta tum hyeme, tum æstate bona. XV

Βαῖτα καὶ θέρει, καὶ ἐν χειμῶνι ἀγαθόν. id est, Bæta tum in æstate, tum in hyeme bona, Suidas, qui huius adagij meminit, adscribit Bætam uestis pelliceæ genus, quod in utrunq; tempus uideatur appositum. Nam hyeme depellit uentos, æstate solem. Iulius Pollux lib. De rerum uocabulis 7. inter uestes coriaceas meminit & bætæ: quam ait tunicam fuisse prælongam, quæ totum contegeret corpus. Conuenit igitur de re ad multa usui futura: ucluti de literis, quæ iuuenes iuxtà ac senes ornant. Aut philosophia, quæ in rebus prosperis arcet ab insolentia, in aduersis præstat, ne frangamur animo.

Aniculârum deliramenta. XVI

Γραῶν ὕθλος. id est, Aniculârum deliramenta. De nugis inanibus, cuiusmodi solent effutire uetulæ, cum iam sexus uitio uitium ætatis accedens, nugacitatis morbum conduplicat. Extat prouerbium apud Platonem in Theæteto: ταῦτα μὲν γάρ ὅτιμ ὁ λεγόμενος γραῶν ὕθλος. id est, Nam hæc quidem sunt quod dici solet, aniculârum nugæ. Itidem Cicero in oratione pro domo sua dixit anilem superstitionem.

Ante pedes. XVII

Ante pedes esse dicitur, quod obuium, quodq; uel præsens adest, uel imminet. Terentius:

Istuc est sapere, non quod ante pedes modo est
Videre, sed etiam illa quæ futura sunt Prospicere.

Sic Pindarus in hymno ultimo, τὸ δὲ πρὸ ποδὸς ἄριστον ἀεὶ χρῆμα πάρ. id est, Quicquid ante pedes est semper melius. Lucianus in Pseudologista: καὶ τὰ κοινὰ ταῦτα, καὶ τὰ ἐμ ποσὶν ἀγνοῶν. id est, Et quòd hæc communia, quodq; hæc passim obuia ignores. Philostr. in Phœnice: Βαδίζεις δὲ ποσὶ μετεωρός τε καὶ ὑπὲρ πάντα τὰ ἐν ποσί. id est, Quo uadis autem? sublimi uultu, cunctaq; despiciens, quæ sunt ad pedes. Et παρὰ ποδὶ dicitur, quod iam instat, imminetq;: ἐμποδὼν esse dicitur, quod obstat: ἐκποδὼν contra. προκυλινδεῖσθαι τ' ποδῶν est aliquoties apud Platonem, id est, ante pedes prouolui, quod ueluti expositum est. Veluti De rep. 4. πάλαι ὦ μακάριε φαίνεται πρὸ ποδῶν δῆς ἀρχῆς κυλινδεῖσθαι, καὶ δ' χέσθαι ἄρ' αὐτὸ, ἀλλ' ἥμιν καταγελασόμενοι, ὥσπερ οἱ ἐν ταῖς χερσὶν ἔχοντες, ζητοῦσιν ἐνίοτε ὃ ἔχουσι. id est, Iamdudum ô beate uidetur rursus ante pedes uolui, nec uidemus illud, sed fuimus ridiculi, quem admodum solent, qui cum manibus teneant aliquid, tamen quærunt quod habent. Non dissimili figura Maro dixit, in manibus:

In manibus terræ, non hic te carmine longo,
Atque per ambages & longa exorsa tenebo.

Albo rete aliena captant bona. XVIII

Prouerbij speciem habet, quod ait Plautus in Persa: Ne isti fixim usquam appareant, qui hic albo reti aliena oppugnant bona. Rete uocat calumnias quadruplatorum, & parasitorum. Album dixit, alludens ad codicillos, & dicas, syngra-

Ayuntamiento de Madrid

phasq́; , quibus lis intenditur peragiturq́;. Nec omnino diſplicet, ut ad album prætoris, quo leges & litium formulæ proponebantur , reſpexerit. Nam leges etiam Solon aranearum textis ſimiles eſſe dixit.

Adſuum quemque quæſtum, æquum eſt eſſe callidum. XIX

Apud Plautum eſt prouerbialis ſententia in Truculento , tum in Aſinaria:

Ad ſuum quemque quæſtum, æquum eſt eſſe callidum.

Quæ ſi transferatur paulo longius, pluſculum habuerit gratiæ. Velut alius eſt pecuniæ appetens, alius famæ ſtudioſus, alius uoluptatum auidus, alius literarum ſitiens, alius pietatem ſectatur. Quiſque aduigilat ad id quod expetit.

Vel acum inueniſſes. XX

Apud eundem in Menæchmis prouerbialis hyperbole , de re diligenter ueſtigata: Acum credo inueniſſes, ſi acum quæreres. Nim acus inuentu difficillima , quòd ob exiguitatem facille fallat oculos quærentis.

Subuentanea parit. XXI

Τπιωλμια τίκτει. id eſt, Subuentanea parit. De uanis ac friuolis inuentis. Translatum ab auibus, quæ ueneris imaginatione concipiunt ouа, ſed inania, hoc eſt, unde non gignatur fœtus. Ariſtophanes in auibus,

Τίκτει πρότιστον ὑπωλμιον νὺξ ἡ μελανόπτερος ὠόν. i.

Parit primum ſubuentaneum nox nigripennis ouum.

Hos conceptus potiſſimum accidere in his auibus, quæ ſint neq; ueloces, neq; aduncis unguibus, cuiuſmodi ſunt perdix, gallina, demonſtrat Ariſtoteles lib. De generatione animalium 3. cauſam eſſe quòd excremento magis abundant uolaces & aduncas , nec ſalaces eſſe, nec fœcundas , quòd in his excrementi ſeminalis pars , in pennas & in ungues abeat. Concipiuntur huiuſmodi fœtus aliquoties audita maris uoce, ſicuti fit in perdicibus, aliquoties ex affrictu pulueris , aliquoties fœminis ob inopiam maris inter ſe ſalientibus. Autor & Plinius. Eaſq; ouа Græci ὑπωλμια, id eſt, ſubuentanea, ſiue ζεφύρια uocant, à uento fauonio. Vnde quæ uana ſunt, ἀνεμίλια dicuntur. Plato in Theæteto, ἀλλὰ φέρε δὴ αὐτὸ καινῇ σκεψώμεθα, γόνιμον, ἢ ἀνεμιλιον τυγχάνῃ. id eſt, Sed age iam illud communiter diſpiciamus , ſolidus ne partus ſit an ſubuentaneus. Et Homerus : Καιὸν δ' ἀνεμώλια βάζειν, dicta inania, & uentis ſimilia ſignificans. M. Tullius in Epiſtolis ad Atticum, ἀνεμοφόρητα , uocat inania , quæ uentis ferantur , de gladiatoribus : De cæteris quæ ſcribis ἀνεμοφόρητα, facias me quotidie certiorem.

Phrynondas alter. XXII

Φρυνώνδας ἄλλος. id eſt, Phrynondas alter. De improbo. Huius meminit Lucianus in Pſeudomante, inter nobiles facinoroſos. Phrynondas cum eſſet hoſpes Athenis, in negotijs Peloponneſiacis uerſabatur, homo uerſutus, maleficus, impoſtor, ſummus malarum rerum artifex, ut homunis uocabulum in rei tranſierit appellationem. Etenim quoties inſigniter malum & ſceleratum accipi uolebant, Phrynondam appellabant. Sic Ariſtophanes in Amphiareo citante Suida:

Ω μιαρὲ καὶ φρυνώνδα καὶ πονηρὲ σύ. id eſt,

Scelerate tu ac Phrynonda, & impuriſſime.

Vſus eſt & Plato in Protagora. Meminit horũ & Aeſchines aduerſus Cteſiphontem, ὅτε φρυνώνδας, ὅτε δὲ βρύβαλος, ὅτε ἄλλος δέ τις ὡπόκτε τῶν πάλαι πονηρῶν τοιοῦτος μάγος καὶ γόης ἐγένετο. id eſt, Nec Phrynondas, nec Eurybatus, nec alius quiſquam ueterum improborum unquam tulis magus & impoſtor fuit.

Sus per roſas. XXIII

Τς διὰ ῥόδων. id eſt, Sus per roſas. Quanquam in alijs exemplaribus ſcriptum inuenio, Ὗς διὰ ῥοιῶν. Mihi neutra ſcriptura ſatis probatur : ſed legendum arbitror : διὰ ῥοιδῶν, ἀπὸ τῆς ῥοιᾶς, ut ſit nomen diminutiuum. Rhœæ uerò Græcis dicuntur malа punica. Eudemus prouerbium citat ex Cratetis fabula , cui titulus γέιτονες , indicans dici ſolere de agreſtibus & intractabilibus. Quemadmodum ſus per malа commode duci non poteſt.

Aſinus auis. XXIIII

Ονος ὄρνις. id eſt, Aſinus auis. Eſt apud Ariſtophanem in Auibus. Sumptum ab omine quodam. Quidam enim conſultus de eo, qui aduerſa laborabat ualetudine, forte fortuna conſpexit aſinum ſurgentem à lapſu , ſimulq; alium quendam audiuit dicentem, Βλέπε πῶς ὄνος ὢν ἀνέρχη. id eſt, Vide quo pacto aſinus cum ſit , ſurrexit. Id ominis arripiens ille protinus reſpondit , fore ut ualetudinarius ille reualeſceret. Itaque iocatur Ariſtophanes, quaſi & aſinus auis eſſet, & augurij nonnihil haberet. Nec hoc prouerbium è comœdia natum eſt, ſed à uulgò ad iocum detortum, et à comico uſurpatum. Dicetur non inepte, cum ex indicio quopiam ridiculo quippiam colligimus.

Siſyphi artes. XXV

Σισύφε μηχανά. id eſt, Siſyphi artes. Dicebantur uaſtra uerſutaq; conſilia. Ariſtophanes ἐν ἀχαρνεῦσιν,

Εἶτ' ἐξένοιγε μηχανὰς τὰς σισύφε. id eſt,

Dein callidos deprome Syſiphi dolos.

Porrò ut Siſyphus in aſtutiæ prouerbium abiret, Homericus ille uerſus in cauſa fuit,

Σίσυφός θ' ὃς κέρδεσι πολυφραδέεσσι μετέπρεπεν ἀνδρῶν. id eſt,

Siſyphus in terris quo non aſtutior alter. Rurſum Iliad. ζ,

Ἐνθάδε σίσυφος ἔσκεν ὁ κέρδεσι γήθησε νόῳ τε. id eſt,

Ab hoc genus duxit Vlyſſes, quem Homerus ubique uafrum & callidum facit.

Homo Thales. XXVI

Ἄνθρωπος θαλῆς. id eſt, Homo Thales. Ironia prouerbialis in ſtultum, qui ſapiens haberi ſtudeat. Ariſtoph. in Auibus,

Ἄνθρωπος θαλῆς μέτρον. id eſt,

Homo Thales Meto. Idem in Nebulis,

Τί δῆτ' ἐκεῖνον τὸν θαλῆν θαυμάζομεν; id eſt,

Quæ gratia illum proinde ſuſpicimus Thalem?

Fuit enim Thales unus è ſeptem Græciæ ſapientibus. Eſt & apud Plautum, Salue Thales, cum ſtultum ſignificet.

Sardanapalus. XXVII

Σαρδανάπαλος. id eſt, Sardanapalus. Huius cognomen ob inſignem hominis molliciem abiit in prouerbium. Ariſtophanes in Auibus, τίς ὁ σαρδανάπαλος ὅτοσί; id eſt, Quis hic Sardanapalus? Fuit autem Sardanapalus Anacyndaraxis filius rex Nini Perſicæ regionis, qui eodem die Tarſum pariter & Anchialem, duas Ciliciæ ciuitates obtinuit : cæterũ delicijs uſq; adeo effœminatus, ut inter eunuchos & puellas , ipſe puellari cultu deſidere ſit ſolitus. Apollodorus, ut citat Ariſtophanis interpres , tradit eius ſepulcro epitaphium huiuſmodi literis Aſſyrijs inſculptum fuiſſe : ἔσθιε, πῖνε, ἔχε τὰ, ὡς τἄλλα οὐδενός ἔστιν ἄξια. id eſt, Ede, bibe, utere Venere , nam cætera ſunt nihil. Suidas hac forma refert ex Calliſthene. σὺ δὲ ὦ ξένε, ἔσθιε, καὶ πῖνε καὶ παῖζε, ὡς τά γε ἄλλα ἀνθρώπεια , οὐκ ὄντα τοῦτο ἄξια. id eſt , Tu uerò hoſpes ede, bibe, lude , tanquam cæteras res humanas huius non faciens.

Quid tandem non efficiant manus? XXVIII

Ariſtophanes in Auibus:

Τί δῆτα πόδες οὐκ ἂν ἐργασαίατο; id eſt,

Quid eſt, quod haud effecerint demum pedes?

Interpres oſtendit alluſum eſſe ad huiuſmodi prouerbium:

Τί δῆτα χῆρες οὐκ ἂν ἐργασαίατο; id eſt,

Quid denique eſt, quod manibus effici haud queat?

Admonet

Admonet nihil esse rerum omnium, quod arte, quod industria non efficiatur. Cæterum quod scripsit Aristophanes, apte torseris in milites ignauos, quibus omne præsidium & spes salutis non in manibus, sed in pedibus sita est.

Testa collisa testæ. XXIX

Testa testæ collidi dicitur, cum duo conflictantur utriusque malo. Aristophanes in Pace:

Καὶ πλήθ' ὑπηνέας ὅστ' ὀργῆς ἀντελάκτισεν πλίνθῳ. i.
Ac recalcitrans per iram testa testam uulnerat.

Talis est ferè conflictatio regum, inter se belligerantium, qualis ollæ cum olla collisio. Nonnunquam perit uterque. Certè neuter absque grauissimis damnis discedit, nisi quòd illud mihi uidetur iniquissimè comparatum fatis, quòd eum par sit incommoda belli in eorum recidere capita, qui belli sunt autores, & quorum refert uicisse, maxima pars malorum in hos ingruat, quibus inuitis & abominantibus bellum suscipitur, & ad quos etiam si prosperrimo Marte pugnatum fuerit, nec teruncius quidem sit rediturus.

Animus est in corijs. XXX

Aristophanes ἐν ἀρκύῃ,

Ημάρτομέν ταῦτ', ἀλλὰ συγγνώμην ἔχει,
Ο νοῦς γὰρ ἡμῶν ἦν τότ' ἐν τοῖς σκύτεσι. id est,
In his quidem sum lapsus, at ueniam dabis:
Nam mens profecto nostra tum in corijs erat.

Quanquam aliás huius prouerbij meminimus. Simillimum est illi Terentiano, Animus est in patinis. Item illud quod legimus apud Athenæum lib. Dipnosophistarum primo,

Οὐδ' ἂν λέγοι τις, οὐδαμῶς μάθοιμεν ἄν,
Ο νοῦς γάρ ἐστι δὴ τραπέζης πλησίον. id est,
Ne quis loquatur, capere nunquam quibimus.
Nam mens quidem ipsa mensæ adhæret proxima.

Interpres admonet huius prouerbij, ἐπὶ σκύτη βλέπε, de his qui iam ad bellum spectant: quemadmodum alio demonstratum est loco. Licebit uti, cum ob sollicitudinem erit aliquis ad id quod agitur in præsentia, parum attentus.

Quibus nec ara, neque fides. XXXI

Aristophanes ἐν ἀχαρνεῦσιν,

Οἷσιν ὅτε βωμὸς ὅτε πίστις, ὄφρ' ὄρκῳ μόνον. id est,
Queis nec ara, nec fides, nec ulla durant fœdera.

De uehementer perfidis. Dictum est in Spartanos, quorum perfidiam taxauit Euripides:

Σπάρτης ἔνοικοι δόλια βουλεύματα. id est,
Spartæ incolæ, dolosa consultamina.

Nunc in aulicos non omnino pessimè quadrat.

Αγουσι καὶ φέρουσι. XXXII

Tritissima quidem, sed tamen prouerbialis apud Græcos autores figura est, ἄγουσι καὶ φέρουσι. pro eo quod est, hostili more populantur, aut uexant. Id si traducatur ad animum, non paulo fiet festiuius. Quemadmodum Aristoph. in Nebulis,

Υπὸ τόκων χρῃζῶν τε δυσκολωτάτων
Αγομαι, φέρομαι, τὰ χρήματ' ἐνεχυράζομαι. id est,
Diris ab usuris & usurarijs
Rapior miser, ferorq; difficillimis,
Possessiones pignori opponens meas.

Lucianus dixit, ἄγῃ καὶ φέρει, pro eo quod est, suo arbitratu quò uult, trahit. Consimiliter usus est Corn. Tacitus De oratoribus. Nunc principes in Cæsaris amicitia, agunt feruntq; cuncta, atq; ab ipso principe cum quadam reuerentia diliguntur. Homerus Iliados ε,

Ατὰρ ὅτι μοι ἐνθάδε τοῖον,
Οἷον κ' ἐμὲ φέροιεν ἀχαιοὶ ἄκην ἄγοιεν. id est,
Neque enim hic mihi quicquam
Tale est, à Danais ut ferri possit agi'ue.

Verba sunt Sarpedonis excitantis Hectorem ad bellum pro tuenda patria, cum ipse pugnaret, nihil habens quod Græci possent auferre, nimirum Lycius patria. Item Verg. Aen. 2.

–Alij rapiunt incensa, feruntq; Pergama.

Pro diripiunt ac populantur. Consimilem ad modum Liuius dixit, lib. De bello Maced. 8. Tum demum fracta pertinacia est, ut ferri agiq; res suas uiderunt. Apud Herodotum ita Cræsus loquitur Cyro victori. οὐδέν γε ἐμοὶ ἔτι τούτων μέτα, ἀλλὰ φέρουσί τε καὶ ἄγουσι τὰ σά. id est, Iam enim nihil istorum meum est, sed tua diripiunt. Translatum uidetur à more militari, quòd illic homines & iumenta aguntur, sarcinæ feruntur. Plato in libris De legibus. Τ ἀλλοτρίων μηδὲν μηδὲν φέρειν, μηδὲ ἄγειν. id est, Nec quis quicquam alienarum rerum ferat, agátue. Vnde color sermonis ex legum formulis ductus uidetur. Q. Curtius lib. 4. pro ἄγεσθαι καὶ φέρεσθαι dixit, uolui agiq;: eludant uidelicet quibus fortè ac temere humana negotia uolui agiq; persuasum est. In eodem lib. dixit, ferri agiq;, adhuc lymphatos ferri agiq;, arma iacientes. His uerbis inconditum tumultum militū declarauit.

Salem lingere. XXXIII

Αλα λείχειν. id est, Salem lingere, dicuntur qui perquam tenuiter uictitant. Sic enim Persius,

Vare regustatum digito terebrare salinum
Contentus peragas, si cum Ioue uiuere pergis.

Diogenes cum à Cratero prædiuite quodam inuitaretur, ut ad se ueniret, usurus hospitio suo, suaq; liberalitate, respondit se malle salem Athenis lingere, quàm apud illum opiparis mensis frui. Itidem Plautus in Curculione: Hodie apud me nunquam delinges salem.

Pedere thus. XXXIIII

Βδέειν λιβανωτόν. id est, Pedere thus. Prouerbij speciem habet. Accommodabitur in hos, quorum & uitia placent, aut ipsis, aut alijs impendio amantibus: facit enim hoc φιλαυτία, ut unicuique sua placeant arrideantq;, etiam si sint putidissima. Facit item hoc amor immoderatus, ut polypus etiam Agnæ delectet Balbinum: ueluti scripsit Horatius. Aristophanes in Pluto,

Οὐ λιβανωτὸν γὰρ βδέω. id est,
Non soleo thura pedere.

Quadrabit & in assentatores, turpissima pro honestissimis laudantes.

Pro cæco exoculatus est. XXXV

Omnes huiusmodi facetiarum formulæ pertinent ad adagiorum naturam, cum uidemur corrigere quod dictum est: sed altero uerbo, quod uel idem polleat, uel magis etiam lædat: ueluti si quis dicat, non furatus est, sed inuolauit. Non furatus est, sed rapuit. Aristophanes in Pluto,

Μῶν οὐ κέκλοφας, ἀλλ' ἥρπακας; id est,
An non furatus es, sed rapuisti? Idem in eadem fabula,
Αντίφ τυφλῷ ὀξωμμάτωσαι.
Ludit enim seruus ambigua uoce ὀξωμμάτωσαι, quæ declarat & oculis donatum Plutum, & exoculatum.

Prius lupus ouem ducat uxorem. XXXVI

Aristophanes ἐν ἀγελῇ,

Πέρ κεν λύκῳ οἰν ὑμεναῖοι. id est,
Ante lupus sibi iunget ouem. De his, inter quos insanabile dissidium. Consimili figura dixit Horatius,

Sed prius Apulis
Iungentur capreæ lupis.

Plautus in Pseudolo, ut mauelis lupos apud oues linquere, quàm hos domi custodes. Ad rem relatum erit lepidius, quod genus si dicas, non cohærere pecuniæ studium, cum studio literario, adq; eam sententiam accommodes prouerbium.

Sphondyla fugiens pessimè pedit. XXXVII

Idem in eodem fermè loco,

Ayuntamiento de Madrid

Ὡς ἡ σφονδύλη φεύγουσα πονηρότατον βδέει. id est,
Vt ſiles quoties fugitat, male pedere ſuetus eſt.

In eos quadrabit, qui diſcedunt non citra infamiam. Sphondyla inſecti genus, odoris teterrimi. Plinius lib. 27. cap. 13. meminit Sphondylæ ſerpentis, quæ radicibus arborum ſit infeſtiſſima, cæterum genus quodnam ſit, non explicat. Eſt autem ſerpentis huiuſmodi ſpecies, exiguo corpore & ſubnigro, quæ emoriẽs grauiſſimum odorem emittit. Heſychius docet apud Atticos ſphondylen dici ſelem. Eſt apud Ariſtophanem γαλῆς ἀξυμίτευον, de acido uentris flatu.

Nunquam efficies ut rectè ingrediantur cancri. XXXVIII

Ariſtophanes in Pace,

Οὔποτε ποιήσεις τὸν καρκίνον ὀρθὰ βαδίζειν,
Οὐδ' ἐπὶ ᾠὰ πραχθέντι ποιήσεις ὕστερον οὐδέν. id eſt,
Ambulet ut cancer recta, haud efficeris unquam,
Nec quicquam efficies, ubi res erit ante peracta.

Hoc uelut oraculum poëta facetus pronuntiat, quod à natura ſit inſitum, nullo corriges negotio. Nam cancris genuinũ obliquè ingredi. In quorum altero carmine tangit adagium, quod ſuperius dictum eſt: Actum ne agas.

Κορυβαντιᾷν. XXXIX

Κορυβαντιᾷν pro inſanire dixit Ariſtophanes in Veſpis:

Αλλ' ἢ παραφρονεῖς ἐτεὸν ἢ κορυβαντιᾷς. id eſt,
Aut uerè inſanis, aut corybantiaris.

Hanc uocem frequenter uſurpat Lucianus in Timone, Epiſtolis ſaturnalitijs, Lexiphane, Hermotimo. Sumptum eſt à Corybantibus Cybeles cultoribus, qui ſacro correpti furore cymbala pulſant alios item in ſimilem agentes rabiẽ. Quod idem aliàs uocat κακοδαιμονᾷν, quaſi malo duci genio.

Calculo mordere. XL

Ψήφῳ δάκνειν. id eſt, Calculo mordere: dicuntur qui ſuffragio lædunt, aut ulciſcuntur hominem. Ariſtoph. ὧν ἀχαριεῦσι,

Βλέπουσιν ὀδὲν ἄλλο πλὴν ψήφου δακεῖν. id eſt,
Spectant id unum, ut mordeant ſuffragio.

Siquidem hac uia potiſſimum plebeij uindicabant, ſi quid eſſent offenſi, refragabantur in concione, cum calculis ferrentur ſuffragia. Proinde mordebant non dente, quod tutum non erat, ſed calculo.

Charybdis barathrum. XLI

Hyperbolæ prouerbiales ſunt & hæ, cum hominem maiorem in modum edacem, bicacem, rapacem, helluonem, Charybdin aut barathrum uocamus. Ariſtophanes in Equitibus,

Καὶ τελώνου καὶ φάραγγα, καὶ χάρυβδιν ἀρπαγῆς. id eſt,
Et telonem & barathron & rapinæ gurgitem.

Huc adſcribendum opinor quod Diogenes, autore Laërtio uentrem ἢ βλὺν χάρυβδιν, id eſt, Facultatum Charybdim uocauit. Horatius de lurcone quodam:

Ingluuies & tempeſtas barathrumq; macelli.

Lingua ſeorſum inciditur. XLII

Ariſtophanes in Pace,

Ἡ γλῶττα χωρὶς τέμνεται. id eſt,
Lingua ipſa ſeorſum inciditur.

Interpres admonet prouerbialiter dictum. Sumptum autem ex Homero Odyſſeæ γ.

Αλλ' ἄγε τέμνετε μὲν γλώττας. id eſt,
Eia age iam linguas incidite.

Eiusq; ſententiæ Calliſtratũ citat autorem. Rurſum in Pluto,

Ἡ γλῶττα τοῦ κήρυκος τούτων τέμνεται. id eſt,
Præconibus horum lingua præcidi ſolet.

Calliſtratus, ut citat interpres, tradit olim in ſacrificijs linguam exectum præconibus dari ſolitam. Nam alioqui ſunt qui dicant, ex uictimis Mercurio deberi linguam. Eſt autem in Ariſtophanis uerbis ἀμφιβολία non infacetа, quòd lingua utrolibet referri poteſt, uel ad boues uel præcones. Interpres admonet alluſum eſſe ad prouerbiale dictum ἡ γλῶττα τοῦ κήρυκος. id eſt, Linguæ præconi. Quo rectè uidebimur uſuri, cum præmij nonnihil deberi ſignificabimus, qui in conficiendo negotio pro ſua uirili in partem adiumento fuit, aut διαγγελίου dandum læta nuntianti. Sic enim uocat Homerus mercedulam, quæ dari conſueuit, lætum adferentibus nuntium. Apud Plutarchum Antipater, cum incidiſſet mentio de Demade iam ſenio imbecilli fractoq;, ueluti, inquit, ex immolata uictima, ſolus uenter & lingua ſupereſt. Apparet linguam ceu prophanum membrum ſacris adhiberi non ſolere. Et Pittacus Amaſidi regi mittit è uictima linguam, ut membrum peſſimum & idem optimum. Præcones autem habent linguam uenalem, & in ſacrificijs admonebant populum ut linguis faueret. Plautus in prologo Pœnuli, Exerce uocem, quam per uiuis & colis: nam niſi clamabis, ſtatim te obrepet fames.

Non capit ſomnum, niſi hoc, aut illud fecerit. XLIII

Sunt duæ figuræ prouerbiales, quibus intemperantem, atque impotentem rei cuiuſpiam cupiditatem ſignificamus. Altera eſt apud Ariſtophanem in Veſpis, huiuſmodi:

Ἢ μὴπὶ τῷ πρώτῃ καθίζεται ξύλῳ
Υπνου δ' ὀρᾷ τὴν νυκτὸς οὐδὲ παττάλου. id eſt,
Ligno niſi ſors primus ille aſſederit
Somni uidet nil noctu, non uel paſſalum.

Primum lignum dixit, primum gradum. Paſſalum autem Græci uocant minutiſſimum aliquem farinæ puluiſculum. Ad eundem modum Iuuenalis:

—Quibuſdam Somnum rixa facit.

Altera eſt apud Maronem in Bucolicis:

Quòd ſi non aliqua nocuiſſes, mortuus eſſes.

Priorem reperire eſt apud Hebræum παροιμιογράφον. Non enim dormiunt niſi quum male fecerint, nec capitur ſomnus ab eis niſi ſupplantauerint.

Ventro pleno melior conſultatio. XLIIII

Plutarchus Sympoſiacôn lib. 7. citat hoc carmen:

Γαστρὸς ἀποπλείης βυλὴ κρείσσων μήτις ἀμείνων. id eſt,
Conſultatio tum melior, cum expleueris aluum.

Cùm fames interpellat, non uacat deliberare, propterea quòd cõſultatio moram deſiderat, & animi tranquillitatem, at fames bilem acuit. Poteſt & huc torqueri, prius agendum quod inſtat & urget, deinde de futuro deliberandum. Congruet & in illos, qui bene poti conſultant de rebus grauiſſimis, quem morem Herodotus lib. 1. tradit fuiſſe Perſis, Item Perſius,

—Ecce inter pocula quærunt
Romulidæ ſaturi quid dia poëmata narrent.

Tenuis ſpes. XLV

Spem infirmam, incertamq; poëtæ tenuem uocant, eamq; figurani ceu prouerbialem annotarunt interpretes, nominatim Suidas. Ariſtophanes in Equitibus:

Λεπτὴ τις ἐλπὶς ἐς' ἐφ' ἧς ὀχούμεθα. id eſt,
Spes iſta tenuis quæpiam eſt qua nitimur.

Frigidam ſpem dixit Euripides in Iphigenia Aulidenſi,

Ψυχρὰ μὲν ἐλπὶς. id eſt, Spes frigida quidem.

M. Tullius pro Roſcio comœdo: Inani & tenui ſpe te conſolaris. Ariſtophanes metaphoram duxit à nauigãtibus, quum ait ὀχούμεθα. Vnde M. Tullius dixit, ſperat hinc afflare aurã aliquam, pro eo quod erat, oſtendi ſpem. Vt in Verrẽ actione 6. Video quid egerim, erigit ſe, ſperat ſibi auram aliquam poſſe afflare in hoc crimine. Id translatũ à nautis, qui quum hærent mari nimiũ malaciſſante, è nubecula, aut è mari procul criſpante diuinant fore uentum. Plato De legib. 3. ſimili figura dixit, λεπτὴν σωτηρίαν, id eſt, Tenuem ſalutẽ. Apud Athenæum lib. 13. citatur ex Callimacho ὡσὶ δ' ἐμόγησαν αἱ ἐλπίδες

Ayuntamiento de Madrid

ἐλπίδες, ὥστε ἐχθρῶν συμμαχίας καλέσαι. id est, Adeo laborant spes, ut ab hostibus petantur suppetiæ.

Anno senior fio. XLVI

Quoties aliquid nobis magnopere molestum significamus, senescere nos etiam uulgò dicimus. Aristophanes in Ranis:

Μὰ νὴ τὼ σοιήσω. ὡς ἐγὼ θεώμενος,
Ὅταν τι τούτων τῶν σοφισμάτων ἴδω,
Πλέον ἑαυτῷ περισθύτερος ἀπέχομαι. id est,
Faxis cauto, quippe quoties conspicor
Istiusmodi negotiorum quippiam,
Discedo, credo, senior anno protinus.

Tædio uerò molestiisq; cõciliari senium indicat etiã Homerus:

Αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσι. id est,
Illico mortales inter mala multa senescunt.

Tauricum tueri. XLVII

Βλέπειν ταυρηδὸν. id est, Tueri taurine, pro eo quod est, torue. Aristophanes in Ranis:

Βλέψειν δ' ὑμᾶς ταυρηδὸν ἐγκύψας κάτω. id est,
Itaque ore prono contuetur tauricum.

Plato demonstrat hunc Socrati fuisse morem, taurinis oculis obtueri. Et Vergilius bouem toruam uocat:

..Optima toruæ Forma bouis.

Expedit habere plura cognomina. XLVIII

Aristophanes in Pluto:

Ὡς ἀγαθὸν ἐς' ἐπωνυμίας πολλὰς ἔχειν. id est,
Vt expedit, si plura habeas cognomina.

Conuenit in eos, qui multa simul profitentur, quo quæstum faciant uberiorem. Aut qui diuersarum sunt partiũ. Quemadmodum uespertilio in apologis aliquando mus est, aliquãdo auis. Dictum est autem in Mercuriũ, cuius uaria feruntur cognomina. Vocatur enim πρόφαξ, uel quòd bene uertat negotia, uel quòd subdolus sit, ac uersipellis: ἐμπολαῖος, quòd auctionibus, ac mercimonijs præsit: ἡγεμόνιος, quod uiæ dux, ut apud Homerum Priamo: δόλιος, quòd impostiuræ, præstigiarumq; repertor: κερδῷος, quòd lucris augeat negotiatores: ἀγωνίος, quòd in certaminibus præconis uice fungatur. διάκονος, quòd deorum minister. Feruntur item & Bacchi permulta cognomina. Prouerbium non inscite torquebitur & in istos, qui nusquam non habent titulos, ac nominationes, ut uocant, & ceu laqueos instructos ad irretienda sacerdotia. Aut qui plurimas artes profitentur, ut aliqua ratione sibi parent fortunam, uelut ij faciunt, qui in principum aulis ijdem & sacrificum agunt, & ministrum, & œconomum, & lenonem, & γελωτοποιόν.

Λιμοδωξιᾶς. XLIX

Λιμοδωξιᾶς. In prouerbiorũ Collectaneis, quæ Plutarchi nomine feruntur, huiusmodi reperio fabulam. Cum aliquando Peloponnesus annonæ laboraret inopia, quidã urgẽte fame, collectis sarcinis, inde demigrarũt: ij cũ incertis sedibus huc atq; illuc uagarentur, receptisunt in ciuitatem à Tripolitis. Tripolis autẽ ea in Rhodo est. Nomẽ igitur inditum illis ut dicerẽtur λιμοδωξιᾶς. Hesychius addit ex autoritate Didymi eos qui iuxta Octam accolebant sic uocatos, quòd ob terræ sterilitatem frequenter cum fame rem habebant. Δωξιᾶς Græcè dici uidentur à dono & cundo. Itaq; qui uagantes famẽ adferebant λιμοδωξιῶς dicti sunt. Alioqui Dores nõ sunt in Peloponneso, sed inter Locros & Aetolos, autor Strabo lib. 9. Quadrabit igitur in eos, qui fame adacti aliquò demigrãt, uelut Italorũ uulgus ferè hospites omneis, λιμοδωξιῶς appellat, ceu fame compulsos ad eam uisendã regionem. Festus Pompeius admonet homines exili re tenuiq; fortuna dictos olim Canalicolas, quòd circa canales fori consisterent.

Tribus bolis. L

Plautus in Curculione, Si uis tribus bolis, uelim chlamydẽ. Tribus bolis, dixit pro compẽdio, quasi tribus uerbis. Nã bolum Terentius accipere uidetur pro eo, quod Græci uocãt βλωμόν. Quod autẽ continuo deuoratur, tribus bolis edi dicitur.

Velut umbra sequi. LI

Ὥσπερ σκιὰ ἕπεσθαι. id est, Velut umbra sequi. Dicitur qui nunquam deest. Nam umbra corpus affectatur, uelit nolit. Plautus in Casina: Decretum est mihi quasi umbra quoquo ibis tute, persequi. Vnde assectas indiuiduos, umbras uocamus, & ultro comitantes ad conuiuium, ut indicatum est alibi, in prouerbio Vmbræ. M. Tullius lib. Tuscul. quæst. 1. Et si enim nihil in se habeat gloria cur expetatur, tamen uirtutem tanquam umbra sequitur.

Ne nummus quidem plumbeus. LII

Nummum plumbeum hyperbola prouerbiali, pro minimo pecuniæ ponunt. Plautus in Casina. Cui homini hodie peculi nummus non est plumbeus. Idem in Trinummo: Cui si capitis res siet, nummum nunquam credam plumbeum. Confine illi, quod est apud eundem in Captiui duo:

Neque ridiculos iam terunci faciunt.

Quanquam hoc alio dictum est loco.

Satietas ferociam parit. LIII

Nicolaus Stobæus in Collectaneis suis hanc sententiam prouerbij titulo citat, τίκτει κόρος μὲν ὕβριν, ἀπαιδευσία δὲ μετ' ἐξουσίας ἄνοιαν. id est, Parit satietas ferociam, imperitia cum potestate coniuncta, insaniam. Tollit animos opulentia, quòd si ad inscitiam accedat potestas, iam res ad insaniam usque procedit. Concinit cum illo: Fœnum habet in cornu. Pindarus in Olympijs inuertit sententiam, dicens, ὕβριν κόρος μητέρα. id est, Ferociam matrem satietatis. Sed reprehenditur ab interprete, qui magis approbat Homeri uersum:

Τίκτει τοι κόρος ὕβριν ὅταν κακῷ ὄλβος ἕποιτο. id est,
Fastum copia gignit, opes ubi prauus adeptus.

Cæterùm hunc uersum non memini legere apud Homerum, nec uidetur illi γνώσιος, certè quod constat, extat in sententijs Theognidis.

Quid cæco cum speculo? LIIII

Σὶ τυφλῷ καὶ κατόπτρῳ; id est, Quid cæco cum speculo? Finitimum illi: Nihil cum fidibus graculo, Citatur à Stobæo uersiculus ex Epicharmo,

Τίς γὰρ κατόπτρῳ καὶ τυφλῷ κοινωνία; id est,
Luminibus orbo, cum speclo quid est rei?

Quorsum opus est libris illiterato? quo regnum iuueni stulto? quo diuitias ei qui nesciat uti?

Miseram messem metere. LV

Malã metere messem, est pro malefactis luere pœnas. Non admodũ abhorret ab eo, quòd alibi retulimus. Vt sementẽ feceris, ita et metes. Stobæus hoc carmẽ citat ex Euripidis Ione,

Καὶ νῦν ἐφίλκετ' ὦ κακοὶ τιμὰς βροτοὶ,
Καὶ κτᾶσθε πλεῖστον πόντιον θηρώμενοι,
Σύμμικτ' ἃ μὴ δίκαια καὶ δίκαι' ὁμοῦ,
Επαυ' ἁμᾶσθε τῶνδε δύσιον θέρος. id est,
At nunc honores ô sceleste accersitis
Et opes paratis aucupantes undique
Promiscue per fas nefasq;, postea
Messem metitis ob ista tristem & asperam.

Aeschylus in Persis,

Υβρις γὰρ ἐξανθοῦσ' ὀκάρπωσε στάχυν.
Ατης, ὅθεν πάγκλαυστον ἐξαμᾶν θέρος. id est,
Florens enim spicam tulit ferocia
Noxæ, unde prorsum flebilem messem metit.

Plato in Phædro, ποῖον τίνα οἴει μετὰ ταῦτα τὸν ῥητορικὸν καρπὸν ὀφλεῖσθαι θερίζειν. id est, qualem putas postea rhetorice messem messura est, quam seminauit. Aristoteles Rhetoricorum tertio, citat ex Gorgia, οὐ δὲ ταῦτα αἰσχρῶς μὲν ἔπαιξας, κακῶς δ' ἐθέλουσας. id est, Tu quidem hæc turpit

Ayuntamiento de Madrid

turpiter seminasti, & misere messuisti.

Venimus ad summam lineam. LVI

Euripides in Antigone,

ἐπ' ἄκραν ἥκομεν γραμμὴν κακῶν. id est,
Deuenimus summam ad malorum lineam.

Item Horatius, Venimus ad summum.

De linea stadiorum & lusus, dictum est alibi non uno loco.

Saburratus. LVII

Plautus in Cistellaria, nouè quidè, sed admodum eleganter dixit saburratus, pro onustus cibo. Sūpta metaphora à nauibus, quas onerant harenis aut argilla, ne tractentur uacillētq; in fluctibus. Quod equidem inter adagia non retulissem, nisi etiā uulgò passim diceretur. Plauti uerba sunt hæc: Idē mihi, magnæ quod parti est uitiū mulierum quæ nunc quæstū facimus. Quæ ubi saburratæ sumus, largiloquæ extemplo sumus. Venustius fiet, si longius detorqueatur: ueluti si quis aures saburratas dicat alicuius multiloquio. Aut animus philosophiæ præceptis saburratus, ne rerū tempestate iactetur.

Numero dicis. LVIII

Plautus in Casina, Numero dicis, dixit pro eo quod est, facilè & compendio. Festus exponit pro cito ac celeriter, citans tum alios multos autores, tum hunc Plauti locum. Sed apud Festum adeo deprauata est scriptura, ut referre pigeat, nisi quod illinc colligitur ueteres non solum dixisse, numero dicis, sed numero scis, numero facis, numero expungere, numero credere, numero uenire, pro facilè ac cito uenire. Nonius Marcellus putat numero dici pro multum, sed exempla quæ adducit magis indicant accipi pro cito ac facilè, siue statim. Quod ipsum ille fatetur in fine. Idē in Amphitryone Numero mihi in mentem fuit. Vsurpatur apud eundem & alijs aliquot locis.

Palpari in tenebris. LIX

Ψηλαφεῖν ἐν τῷ σκότῳ. i. Manu tentare in tenebris, Dicuntur qui rem obscuris uestigant coniecturis, Aristoph. in Pace,

Πρὸ τ' μὲν ἦν
Ἐψηλαφῶμεν ἐν σκότῳ τὰ πράγματα,
Νυνὶ δ' ἅπαντα πρὸς λύχνον βαλεῖσομεν. id est,
Antehac negotia
Velut in tenebris manibus attentauimus,
Nunc ad lucernam cuncta pensitabimus.

Allusit poëta ad Hyperboli artificium, qui ex lychnopola, id est lucernario, factus fuit imperator. Vsurpat idem prouerbium Plato in Phædone. Quod quidem & hodie dicitur de coniecturis incertis, ψηλαφεῖ.

Muscas depellere. LX

Muscas depellere, etiam hodie uulgato ioco dicitur, qui ocioso, atque inutili fungitur officio. Aristophanes in Vespis,

ἀλλὰ φυλάττῃ δι' ἀκρὸς ἔχων καὶ τὰς μύας ἀπαμύνων. i.
Imò cauet præ manu habens, etiā muscas depellere curans.

Tenuiter diducis. LXI

Λεπτὰ ξαίνεις. Id est, Tenuiter diducis. Suidas scripsit dici solitum de ijs, qui pauperum more tenuiter uictitant: Translatum apparet à mulieribus lanam carminantibus. Nisi malumus legere ξῆις. Nam in uulgatis codicibus ξαίνεις habetur. Quæ uox quid sibi uelit, mihi sanè non liquet. Porrò siue ξαίνεις legas, siue ξῆις, utroque modo significabitur illa tenuium hominum in minutulis rebus diligentia, quam Græci uocant μικρολογίαν, adeo ut etiam cuminum secare prouerbio dicantur. Quin & apud Latinos, pauperes tenues appellant: & Terentius, sic tenuiter, dixit de iuuene amante citra pecuniarum administcula. Interdum ad exactam curam referunt, ac subtilitatem. Vt Horatius in Sermonibus,

Vtpote res tenues tenui sermone peractas.

Aristophanes item in Nebulis, λεπτὴν φροντίδα dixit, & λεπτοτάτης λήρης, & λεπτολογεῖν. id est, Tenuem curam, & tenuissimas rationes, & tenuia loqui, minutum auxiat, ac minutas subtiles philosophorum uidens argutias: cuiusmodi dicumen Seneca prodidit fuisse Chrysippo, quod pungeret modo, non penetraret. Porrò quemadmodum commoda rectaq; diuisio plurimum lucis adfert sermoni: ita curiosa illa & in frusta uerius quàm in membra sectio facit interdum, ut nulla intelligendo nihil intelligamus. Vnde qui uitant hāc immodicam subtilitatem, παχυμερῶς καὶ παχυμερέστερον loqui dicuntur. Vlpianus lib. Pandect. 15. titu. De peculio, cap. Quam Tuberonis: Scire autem non utique singulas res debet ex necessitate, sed παχυμερέστερον, & in hanc sententiam inclinat Pomponius. Vox enim composita uidetur à παχὺ, quod est pingue, & μερὶς partitio. Contra qui excutiunt singula quæque licet minuta, λεπτομερῶς λέγειν dicuntur. Pro παχυμερῶς Aristoteles lib. Ethic. Nicomach. 1. dixit παχυλῶς καὶ τύπῳ. Ἀγαπητὸν δὲ περὶ τοιούτων καὶ ἐκ τοιούτων λέγοντας, παχυλῶς καὶ τύπῳ τἀληθὲς ἐνδείκνυσθαι. id est, Gratum igitur fuerit de talibus & è talibus differentes crasse ac formula breuiterq; uerum ostendere. Sentit exceptionum scrupulos omittendos apud inexercitatum auditorem, sed ita de rebus loquendum, ut plerunque sunt, aut uulgò habentur. Rursus eiusdem operis lib. 2. περὶ τῶν πρακτῶν λόγον τύπῳ καὶ ὡς ἀκριβῶς ὑπογραφῆναι. id est, Omnis sermo de rebus agilib. crassius non exacte fieri debet: Frequens & illud in Græcis autoribus, ὡς τύπῳ εἰπεῖν. id est, ut ita loquar, cum sentiunt se rem non ut est exacte proloqui, sed qualibuscunque uerbis significare, ac notare uerius quàm eloqui.

Simia fucata. LXII

Πίθηκος ἀνάπλεως ψιμυθίου. id est, Simia plena fuci, De deformi anu, fucata tamen & meretricijs culta lenocinijs. Nam ψιμύθιον Græcis appellatur color ille, quo quondam meretrices, nunc honestæ etiam, si dijs placet, matronæ faciem oblinunt, quo senectam ac formæ uitia dissimulent. Aristophanes ἐν ταῖς ἐκκλησιαζούσαις,

Πότερον πίθηκος ἀνάπλεως ψιμυθίου,
Ἢ γραῦς ἀνεσκευασμένη παράγει τῶν νεκρῶν; id est,
Vtrum ne uarijs picta fucis simia?
An anus ab inis huc reuersa manibus?

Potest & ad rem accommodari, uelut si quis turpem causam orationis phaleris adornet, ut honesta uideatur. πιθηκίζειν est fucis aut blanditijs fallere. Vnde πιθηκισμὸς. Aristophanes in Equitibus,

Οἴμοι τάλας, οἵοις πιθηκισμοῖς μὲ περιελαύνεις. id est,
Me miserum cuiusmodi pitheciſmis me circumagis.

Ζωροδόκους, & similia. LXIII

Plutarchus in Symposiacis ostendit olim cognomina quædam prouerbiali ioco iactata fuisse in eos, qui serius ac cunctantius ad conuiuium accederent, Dictos enim tum κωλυσιδείπνους, tum ζωροδοκλόγκους, tum ζευχιδείπνους. Quorum nominum rationem si coniectare licet, hanc esse puto, quòd qui cunctarentur adire, hi, quòd alijs essent in mora, impedimento esse uidebantur, quo minus illis cœnare liceret: deinde quòd lentitudine sua efficerent, ut conuiuium ad noctem usq; proferretur. Tertium cognomen κατ' ἀντίφρασιν attributum apparet. Negat autem apud Plutarchum quispiam Pittacum ab Alcæo Zophorodoridem appellatum, quòd serius iniret conuiuium, sed quòd sordidis ac plebcijs compotationibus gauderet. Antiquitus autem inelegans ac parum urbanum habebatur, si quis ad conuiuium rogatus, tardius aduenisset. Vnde Polycharmus in apologia, qua uitæ suæ rationem reddit Athenienſibus, illud in laudem suam interposuit. ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ πρὸς τούτοις ὅτε πόλε κληθεὶς ἐπὶ δεῖπνον ὕστατος ἀφικόμην. id est, Ad hæc insuper Athenienſes, nunquam ad cœnam accersitus, post tempus accesi.

Huius

Huius opinionis Battus quidam ſcurra non illepide cauſam aperuit apud Cæſarem. Conſueuit enim is qui tardius uenirent ad conuiuium, ὑπνοβομολέμνας appellare, quaſi dicas, conuiuiorum appetentes, propterea quòd cum eſſent occupati negotijs, ob cœnarum tamen cupiditatem non excuſarent ijs, à quibus rogarentur. Huiuſmodi ferme Plutarchus. At Terentius in Seipſum excruciante, indicat inciuile fuiſſe, ſtatim & ante tempus adeſſe conuiuium, cum Chremes ait illos iamdudum præſto eſſe domi ſuæ, ſeq; ipſum in mora conuiuis eſſe, nimirum indicans contrà fieri ſolere. Apud Ariſtophanem in Concionatricibus huc alluditur aliquoties, ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἔρχομαι. id eſt, Ad cœnam uenio. In cadem, ἐπάχομαι μέλῳ τι μελοδεπνικόν. id eſt, Accinam inclos aliquod cœnaticum.

Cui iſta arridēt, meis ne gaudeat. LXIIII

Ariſtophanes in Nubibus.

ὅς τις ἂν τούτοισι γελᾷ, τοῖς ἐμοῖς μὴ χαιρέτω. id eſt,

Proinde riſum cui iſta pariunt, is meis ne gaudeat.

Prouerbij ſpeciē habet, quo licebit uti, cum ingens intereſſe diſcrimen ſignificabimus inter noſtras & aliorum rationes. Græcus uerſiculus claudicat una ſyllaba. Plenus erit, ſi pro γελᾷ legas γελάσῃ. Contrarium huic illud Maronis:

Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mœui,
De ijs quæ eiuſdem ſunt farinæ, & ex æquo contemnenda.

Βωμολοχός, Βωμολοχεύεσθαι. LXV

Βωμολοχοί, Prouerbiali conuitio dicebantur ſceleſti & improbi. Quod nominis olim inditum uidetur ijs qui obuerſantes circum aras, uictimis tendere conſueuerunt inſidias: aut qui ob idrem diuinum fingerent, quòd ex aliorum accuſatione compendij nonnihil auferrent. Nam huiuſmodi mortalium uota Iupiter audit apud Lucianum in Icaromenippo. Dicuntur item Βωμολοχοί, qui cum res diuina peragitur, non faciunt uota dijs, ſed nugas inanes deblaterant. Qui mos hodie magnatibus præcipue placet, & illud admodum ciuile putant, ſi inter ſacrificandum aſſidue cuipiam ad aurem obganniant. Ariſtophanes in Nebulis, καὶ Βωμολοχός. Idem in eadem fabula:

Εἰ δέ τις ἀῶτ' βωμολοχεύσειτ', ἢ κάμψαι τινα καμπὴν. id eſt, Si quis eorum bomolochum egerit, & flexum aliquem flexerit.

Quinquam in hoc ipſo καμπήν τινα κάμπτειν ſubeſt prouerbij color. Idem in Equitibus, ὦ θυμὲ, νυνὶ βωμολόχον ἐξευρέτει, ſentiens aduerſarium excogitaſſe quiddam egregie ſceleſtum, quod βωμολόχον appellat quaſi inſigniter adulatorium. Vox deducta uidetur à βωμὸς altari, & λόχος inſidijs, quòd nec illic deſint qui cibos ſuffurentur, aut mendicando petant. Hinc translatum eſt ad abiecte adulantes uentris gratia. Vnde dicta ſunt βωμαικλύματα καὶ βωμολοχεύματα pro ſordidis adulationibus. Interdum βωμολόχος uox tribuitur aruſpicibus, diuinis, tibicinibus, & huic hominum generi quod nidorem altaris ſequitur. Denique uocis uſus trāſijt ad omnes, qui improbis artibus uenātur quæſtū.

Prius quàm gallus iterum cecinerit. LXVI

Πρὶν ἢ τὸ ἀλεκτρυὼν ἐφθέγξατο. id eſt,

Prius atq; gallus cantet iterum criſtiger.

Græcus uerſiculus conſtabit, ſi pro ἀλεκτρυὼν legas ἀλέκτωρ. i. Admodum mane, & antelucano. A' priſca conſuetudine ſumptum, qua noctis deliquium & acceſſum diei, gallicantu metiebantur, gnomonibus horarijs nōdum repertis. Gallus autem tribus interuallis canit, prænuncians diem. Qua de re Plinius lib. 10. cap. 21. Et hi noſtri uigiles nocturni, quos excitandis in opera mortalibus, rumpendoq; ſomno natura genuit. Norunt ſydera, & ternas diſtinguunt horas inter diu cantu. Cum ſole eunt cubitum. Quarta q; caſtrenſi uigilia ad curas laboremq; reuocant. Nec ſolis ortum incautis patiuntur obrepere. Diemque uenientem nunciat cantu, ipſum uero cantum plauſu laterum. Hactenus Plinius. Cur autem id accidat gallis, Democritus apud M. Tullium concoctionem in cauſa eſſe putat, quòd id temporis cibus à pectore depulſus in omne corpus digeritur. Poētæ ad fabulam referunt, cuius meminit Lucianus in Gallo. Mihi magis arridet Ambroſij Leonis Nolani ratio, quem uirū equidem non dubitem in perueſtigandis naturæ myſterijs, uel cum quouis ueterum philoſophorum conferre. Hic in quæſtionibus ſuis gallorum cātum à peculiari quadam ſalacitate proficiſci putat. Eſſe enim hoc animal præ cæteris gallinis deditum, ac uelut uxorium, mireq; ſollicitum de ſobole quàm maxime propagāda, adeo ut unus gallus compluribus gallinis præficiatur, tantaq; turba unicus maritus impleat, tum pro fœminis ac pullis acerrime depugnet. Porrò cantum gallorū ab imaginatione Veneris proficiſci, uel illud ſatis arguit, quòd prius quàm fecundis gallinis maturi ſint, ſileant. Ex reliquis item auibus pleræq; in coitu, coitūue deſiderio uocem ædunt, ut anates, paſſeres, hirundines, perdices. Vox autem maris, in auium genere, tantum uim habet ad incitandā uenerem, ut quædam hac auditu tantum, cōcipiant ouа. Quo in numero ſunt perdices. Gallus itaq; dilabente iam per uiſcera cibo ſomnoq; diſcedente, quo tempore corpora ſua ſponte concitantur ad uenerem, ſtatim gallinarum meminit, quoq; copioſior ſit fœtura, cantus illecebra prouocat. Quòd autem ſubinde canit, in cauſa eſt, quia galli ſomnus eſt interfectus, minimeq; perpetuus, maxime cū uigent ætate, ut intelligas et hoc à ſalacitate proficiſci. Sed ut ad interpretationem adagij recurramus, ueteres initium diei à prima mediæ noctis inclinatione ordiebantur, proximum tempus gallicinium uocabant, quòd id temporis lucem multo ante præſentientes incipiunt canere. Tertium conticinium, cum & galli conticeſcunt, & homines etiam tum quieſcunt. Quartum diluculum, cum incipit dignoſci dies. Quintum mane, cum clarus iam dies exorto ſole. Itaq; ſecundus gallorum cantus, multo ſolis exortum anteuenit. Hinc Iuuenalis:

Quod tamen ad galli cantum facit ille ſecundi
Proximus ante diem caupo ſcict.

Conſimiliter Ariſtophanes in Concionatricibus: Πάσῃ;

Οὐδ' ἐπὶ μὰ δία τότ' ἦλθες, ὅτε τὸ δεύτερον
ἀλεκτρυὼν ἐφθέγξατο. id eſt,
Minime gentium.
Ne ſiquidem te illo appuliſſes tempore,
Cum gallus iterum caneret.

Huius rei mentio fit & in Euangelicis literis.

Ne allij quidem caput. LXVII

Prouerbialis hyperbole. Οὐδὲ σκορόδου κεφαλὴν δέδωκεν. i. Ne allij quidem caput dedit. Ariſtophanes in Veſpis:

Οὐδεὶς ἔδωκε σκορόδου κεφαλὴν τοῖς ἔμπροσθεν δικάσαι. i.
Nemo uel allij caput addit coctis.

Conueniet in ſordidum, & impendio parcum.

Ruminare negotium. LXVIII

ἀναμάσσεσθαι τὸ πρᾶγμα. i. Rumunare ſeu remandere negotium, dicitur qui ſuo cum animo uerſat, etiam atque etiam expendens. Sumpta metaphora ab animantibus, quæ cibum in os reuocatum denuo mandunt, atq; ita demum in alterum uentrem traijciunt. Nam id non accidit niſi ijs quibus duo ſunt uentres. Ariſtophanes in Veſpis:

Μόλις τὸ πρᾶγμ' ἔγνωσαν ἀναμασσόμενοι. id eſt,
Vix cauſa cognita eſt, ubi ruminauerant.

Id etiam appellant ἀναπιπάζειν. Vſurpat hoc adagium & Lucianus quodam in loco.

Mordere labrum. LXIX

ἐσθίειν τὰ χείλη. id eſt, Comedere labra, uel hodiernis tempo-

Ayuntamiento de Madrid

ribus uulgò dicitur, qui ſtomachatur, animoq; ringitur, ſumptum ab indignantium geſtu. Ariſtophanes in Veſpis:

Ὑπ' ὀργῆς τὸ χεῖλος ἐσθίων. id eſt,
Comedens labra præ iracundia.

Sic & Homerus Odyſſeæ υ.

Οἵδ' ἄρα πάντες ὀλίγῃ ἐν χείλεσι φιῶτες. id eſt,
Aſt hi labra ſuis preſſerunt dentibus omnes.

Lesbiari. LXX

Λεσβιάζειν antiquitus polluere dicebant. Ariſtoph. in Veſpis,

Μέλλουσαν ἤδη λεσβιᾶν τὰς ξυμπότας. id eſt,
Quæ combibones iam ſuos contaminet.

Aiunt turpitudinem quæ per os peragitur, fellationis opinor, aut irrumationis, primum à Lesbijs autoribus fuiſſe profectam, & apud illos primum omnium fœminam tale quiddam paſſam eſſe. Interpres huius rei teſtem citat Theopompum in Vlyſſe. ἵνα μὴ τὸ παλαιὸν τοῦτο καὶ θρυλλούμενον ἡμεῖς ἐρῶμεν σόφισμα, ὅ φασι παῖδας λεσβίων εὑρεῖν. i. Vt ne uetus illud, ac uulgò iactatum inuentum ore noſtro proloquar, quod aiunt Leſbios reperiſſe. Citat & Stratidem in Troilo:

Μή ποτ' ὦ πατὴρ ζωὸς ἐς ταὐτὸ μόλῃς,
ἀλλὰ παραλιὸς τοῖς λεσβίοις χάρᾳν ἔα. id eſt,
Nequando fili Iouis hucuſq; peruenias, uerum hoc Leſbijs relinquas, ac ualere ſinas. Senarij duo uidentur, ſed nonnihil deprauati. Innuit idem Ariſtophanes, ἐν ἐκκλησιαζούσαις.

Λοκεῖς δέ μοι καὶ λάβδα κεῖθ' τὰς λεσβίας. id eſt,
Mihi at uidere labda iuxta Leſbios.

Alluſit autem ad communem literam, quæ prima eſt & Leſbijs, & obſcœno uerbo λαικάζειν. id ni fallor, tale quiddam eſt Græcis, quale fellare Latinis. Nam uox etiamnum manet, tametſi rem iam olim è medio ſublatam arbitror.

Pyrrichen oculis præ ſe ferens. LXXI

Πυῤῥίχιον βλέπειν. i. Tumultum ac bellum uultu præ ſe ferre, inde dictum, quòd Pyrriche ſaltationis genus eſt, quod ab armatis pueris peragebatur, ut teſtis eſt Athen. libr. Dipnoſophiſtarum 14. oſtendens in ea belli imaginem repræſentari, impetum & ardorem adorientium, & celeritatem fugientium. Et Aelius Spartianus in Adriano, Militares, inquit, pyrrichas populo frequenter exhibuit. Tranquillus item Pyrriches meminit. Pyrrichen ſaltauerunt Aſiæ Bithyniæq; principum liberi. Iul. Pollux lib. 4. cap. 14. inter uaria ſaltationum genera commemorat ἐμμέλειαν tragicorum, κόρδακα comicorum, σικιννίδια ſatyricorum, πυῤῥίχιον ac τελεσίαν, quas ἐνοπλίους uocat, quòd armati ſaltarent. unde ξιφισμὸν dictum indicat quòd gladijs peragerentur, & ποδισμὸν quòd mira pedum celeritate corpus circumagerẽt. Idem commemorat & alia ſaltationum genera, quæ belli habebant imaginem, κῶμον & τετράκωμον, quam ait Herculi fuiſſe ſacram. Rurſus aliam quam καρικὴν dixere, quæ & ipſa armis peragebatur. Plato De legibus 7. docet duo potiſſimum ſaltationis genera fuiſſe, alterum bellicum ac tumultuoſum quod Pyrriche dicebatur, alterum moderatius quod ἐμμέλεια, Pyrrichen deſcribit his uerbis, Πυῤῥίχιον ἄρ τις ὀρθῶς προσαγορεύοι τὰς τε σὺν λαβέαις πασῶν πληγῶν καὶ βολῶν ἐκνεύσεσι καὶ ὑπείξει πάσῃ, καὶ ἐκπηδήσεσιν ἐν ὕψει, καὶ σωτηριώσῃ μιμουμένῳ, καὶ τὰς τοιαύταις ἐναντίας τὰς ἐπὶ τὰ δραστικὰ φερομένας αὖ σχήματα, ἔντε ταῖς τοξεύμασι βολαῖς καὶ ἀκοντίοις καὶ πασῶν πληγῶν μιμήματα ἐπιχειροῦσαι μιμεῖσθαι, τότε ὀρθὸν ἐν τούτοις καὶ τὸ εὔτονον τ' ἀγαθῶν σωμάτων καὶ ψυχῶν, ὁπόταν γίγνηται μίμημα ἀληθινὸν ὡς τὸ πολὺ τ' περὶ σώματος μελῶν γιγνόμενον, ὀρθὸν μὲν τὸ τοιοῦτον, τὸ δὲ τούτοις ἐναντίον, οὐκ ὀρθὸν ἀποδεχόμενον. i. Pyrrichen recte appellaueris, quæ uitationes omniũ plagarum ac iaculorum deflexione corporum, omniq; cedendi ratione, ſubmiſſione ac ſubſultibus in altum imitatur. Rurſum his contrarios geſtus, qui conducunt ad corporis motus, agilitati parandæ idoneos, qui tum in arcuum iaculationibus, tum in haſtilium miſſionibus deniq; in omnium plagarũ impetitionibus ſimulachra pugnæ ſtudent imitari, ſimulq; rectitudinem, interim & robur, bonorum corporum atq; animorum, quoties fit imitatio, quæ adhibita plerunq; cõfert ad corporis membrorum firmitatem, rectum quidem hoc, quod autem his contrarium eſt, non ut rectum approbatur. Meminit & ſcholiaſtes in Iliados Homericæ π. commemoras tria ſaltationum genera, Pyrrichen, Sicinnin, quæ pertinet ad ſacra, & ſcordaciſmũ, qui ſit indecorus & prophanis conueniens. Pyrriche Cretenſium erat & in armis peragebatur. Vnde Homerus uirum in belli munijs agilem intelligi uolens, ſaltatorem appellat ὀρχηστήν περ ἐόντα. Hoc pugnæ genus eleganter depingitur ex Xenophonte apud Athenæum lib. 1. Ἀνέφηναν πρῶτοι θρᾷκες, καὶ πρὸς αὐλὸν ὠρχοῦντο σὺν ὅπλοις, καὶ ἅλλοντο, ὑψιλάτη καὶ κόφως, καὶ ταῖς μαχαίραις ἐχρῶντο. τέλος δὲ ἕτερος τ' ἑτέρου πάλῃ, ὡς πᾶσι δοκεῖν πεπληγέναι τ' ἄνδρα. ὁ δ' ἔπεσε τεχνικῶς πως, καὶ πάντες ἀνεκραγον. καὶ ὁ μὴ σκυλεύσας τὰ ὅπλα ἑτέρῳ ἀσπίδα, ἄσπιν σιδήραν, ἄλλος δὲ θρᾳκῶν, τ' ἕτερον ἀξίφιον, ὡς τεθνηκότα, ἦν δ' ὅτε πεπονθώς. i. Surrexerunt autem primi Thraces, & ad tibiam ſaltabant, ſubſiliebantq; in altum, idq; leuiter interim utentes gladijs. Tandem alter alterum feriebat, ſic ut omnibus uideretur hominem percuſſiſſe. Ille uero artificio quodam cadebat, moxq; omnes exclamabant. Tum is qui percuſſiſſe uidebatur, cum alterũ armis ſpoliaſſet, exibat, canens Sitalcam. Porrò cæteri Thraces, alterum efferebant ueluti mortuum, quum nullo eſſet affectus malo. Refert illic & alia ſaltationum genera, ſi quis auet ea cognoſcere. Deniq; Homerus Iliados π. Cretenſem quempiam bello ſtrenuum, ὀρχηστὴν appellat, hoc eſt, ſaltatorem, ob Pyrrichen de qua diximus, Thracibus familiarem. Ita Scholiaſtes commemorans tria ſaltationum genera, pyrrichen bellicam, Sicinnin ſacris accommodam, & σκορδακισμὸν ſordidam ac prophanam. Ariſtophanes in Auibus,

Ἄγγελος
Ἐλθεῖ πρὸς ἡμᾶς δεῦρο πυῤῥίχιον βλέπων. id eſt,
Nuncius Accurrit ad nos, Pyrrichen oculis tuens.

Vnde & pedi Pyrrhichio nomen, quòd impetũ habet militis ruentis in prælium, & uel à Pyrrho Achillis filio, quod Plin. lib. 7. cap. 56. ſentire uidetur, ſcribens, armatum ſaltationem Curetes docuere, pyrrhichen Pyrrhus, utranque in Creta, Vel ut putat Athenæus, à Pyrrhicho quodam Lacedæmonio: ſunt enim bellaciſſimi Lacones apud quos peculiaris erat hæc ſaltatio, quam mox à quinto anno pueri diſcebant, quod illi uocant πυῤῥιχίζειν, & Pyrrhichiſtæ dicuntur, hoc genus exercentes. Vel ab ignea ui nomen habet. Iulius Pollux eo quem mox citaui loco, ait Pyrrhichen eandem eſſe cum Teleſia, & utroſque fuiſſe iudices hoc genus certaminum. Quin hoc ipſum, ſi quis tumultuantem & ira excandeſcentem dicat πυῤῥιχίζειν, non carebit prouerbij ſpecie. Simili tropo Timocles apud Ariſtophanem:

Μισῶ λόγους ἀνθρωπικούς, ὀδιπώποτε
Ἀντίβετον ἀπὼν ὀδίν, ἀλλ' ἄρτι βλέπων. id eſt,
Sermonis oſor homo, nihil contra loquens
Vnquam, ſed ore præferens Martem truci.

Itidem poëtæ dicũt torui tuens: & Græci ὑπόδρα βλέπων.

Non eſt oleum in lecytho. LXXII

Ἔλαιον δ' ἔνεστιν ἐν ληκύθῳ. id eſt,
Olei liquor nequaquam ineſt in lecytho.

Scilicet cum ſignificamus non eſſe precibus locũ apud inexorabilem. Referetur apud Ariſtophanẽ in Auibus. Eſt autem alluſio ad uocem: Nam ἔλαιον oleum ſignificat, & ἔλεον miſericordiam, & haud ſcio an altera ab altera ſit deriuata.

Magis

Ayuntamiento de Madrid

Magis gaudet eo qui ſenectam exuit. LXXIII

Γήθει μᾶλλον ἢ τὸ γῆρας ἐκδὺς. i. Gaudet magis quàm qui ſenectam exuit. De uehementer hilari, ac geſtienti gaudio. Ariſtophanes in Pace,

Ἥδομαι γὰρ καὶ γήθομαι, καὶ σκιρτῶμαι καὶ γίλλω
Μᾶλλον ἢ τὸ γῆρας ἐκδὺς, ἐκφυγὼν τὴν ἀσπίδα. id eſt,
Gaudeo ſiquidem atq; lætor, atq; pedo & rideo,
Qui clypeum ſuffugerim, magis ac ſenectam qui exuit.

Dictum eſt à ſerpentibus & cicadis, qui ſtatis temporibus exuunt ſenectutem, ac ueluti renaſcuntur.

Hic bonorum uirorum eſt morbus. LXXIIII

Αὕτη γε χρηστῶν ἐστὶν ἀνδρῶν νόσος.
At iſte ſanè morbus eſt probi uiri.

Suidas propemodum ut prouerbiale citat. Extat autem apud Ariſtophanem in Veſpis. Vtillicebit, cum id probro datur, quod magis laudi duci oportebat. Finitimum illi, ex Euripidis Aulidenſi Iphigenia,

Καλὸν γέ μοι τὸν δεινὸν ὄζων ἐδείδισας. id eſt,
Mihi opprobraſti probrum honeſtum ſcilicet.

Aut ἀρωνικῶς, in triſtia quædam & ſeuera uitia, quæ cum atrociora ſint, tamen minus obnoxia ſunt infamiæ, quòd his magnates ac probati laborent. Quis enim non execratur furem? At longe fœdius eſt adulterium, quod tamen proceres ſibi propemodum laudi tribuunt. Inuidere, obtrectare, ſtudere cõgerendis opibus longe ſceleratius eſt, quàm puellam habere, qui cum cubites, ob nocturnos, ut diuus ait Hieronymus, metus. At hoc qui facit ſacerdos, uappa uocatur ac ſterquilinium, & integri ſanctiq; habentur, qui ambitione tument, auaritia contabeſcunt, inuidẽtiæ uirus afflant omnibus, quòd uidelicet hi bonorum uirorum morbi ſunt.

Ne guttam quidem. LXXV

Manet etiam hodie uulgò tritiſſimum, Ne gutta quidẽ ὑπερβολικῶς, pro minimo. Ariſtophanes ἐν ἀχαρνεῦσιν,

Σὺ δ' ἀλλά μοι χαλαγμὸν ἐρεύνησον ἕνα. id eſt,
At tu mihi da pacis unam guttulam.

Idem in Veſpis adſimili forma dixit,

ὕπνου δὲ κἀπαττάλου. id eſt,
Ne paſpalam quidem ſomni.

Pro eo quod erat ne minimum quidem ſomni. Nam paſpalam Græci uocant minutiſſimam micam æris, aut farinæ, quemadmodum & ante diximus, Plautus in Pſeudolo: Cui neq; parata gutta conſilij, neq; adeo argenti. Nam hæc plus habent ueneris ad animi res translata: ut guttam, aut micam, aut pilum bonæ mentis non habet.

Βαττακίζειν. LXXVI

Βαττακίζειν dicebantur uulgò qui balbutirent, quibuſq; hæſitans eſſet & impedita lingua, quod Græci ψελλίζειν appellant. M. Tullius ad Atticũ, lib. 6. Σὺ ξυνάδεις τῷ ἐμῷ ὁ ἀπελεύθερος ἔδοξέ μοι τὰ ἀμὰ βατταρίζειν. Quod uitium ex humore immodico naſci docet Hippocrates. Probat Galenus Commen. 6. unde in pueris ac temulentis ferè accidit: quanquam addit & alias cauſas, indicans potiſſimum fieri in τ & ϱ. pro quibus ſonant τλ. unde fit ut ægre ſuum ipſorum uitium pronuncient, ψάυλωσιν. De pueris quur magis balbutiant quàm uiri quærit Ariſtoteles, Sectionis 11. probl. 30. Diſtinguit autem illic philoſophus, ψαυλότητα, ψελλότητα & ἰσχνοφωνίαν. Trauloſin autem definit, quum quis literã quampiam non poteſt exprimere, nõ quamlibet, ſed certam, aliquam. Hãc Theodorus uertit bleſitatem. Ψελλότητα uero, quum litera quæpiam aut ſyllaba ſupprimitur, ueluti quum πιτῖνος, dicitur pro πιτύνος, hanc Theodorus uertit balbutiem. Ἰσχνοφωνίαν uero, quum non ualent expedite ſyllabam ſyllabæ contexere pronunciando, quam Theodorus uertit linguæ hæſitantiam. Quæ uitia frequentius accidunt pueris, ut dictum eſt, ſenibus ac uinolentis, unde Flaccus balbam ſenectutem uocant. In cauſa putat Ariſtoteles uirtũ imbecillitatem, quæ non queat animo ſubſeruire. Etiamſi Tullius Βαττακίζειν accipere uidetur propemodum pro ceſſitare. Inde translatum ad eos qui nugas deblaterant. Vnde Βαττακισμὸν nugacitatem uocant, uocem à Batto quopiam Thebano mutuati, cui uox fuerit exilis, linguaq; parum articulata. Cui Pythia dixerit, Βάττ' ἐπὶ φωνὴν ἦλθες. i. Batte ad uocem ueniſti. Autor Heſychius, addens quibuſdam uideri uocem imitatitiam, qualis eſt φλοιοβῶ & aliæq; innumeræ. Dicunt & Βαττολογίαν multiloquentiam, à Batto quopiam poëta, cui mos erat in poëmatis eadem ſubinde inculcare. Vtriuſq; meminit Suidas. Verum hæc nihil ad ſenſum Ciceronis. Mihi magis apparet dictum fuiſſe Βαττακίζειν pro dolo malo agere, quod apud Cyrenæos uulpes dicatur Βάσσαρος, teſte Herodoto, ut Latini quoq; dicunt uulpinari. Battarus enim dux fuit deducendæ in Cyrenen coloniæ, De pſelliſmo dictum eſt nobis aliàs.

Vnde excoquat ſeuum. LXXVII

Plautus in Captiui duo, prouerbiali dixit hyperbole, Vnde excoquat ſeuum ſenex: opes ſignificans copioſiſſimas. Tametſi locus hic non uidetur uacare mendo. Ratio trochaici carminis admonet opimæ legendum, non optimæ. Plautinus uerſus hic eſt, ita ut in uulgatis circumfertur codicibus,

Quid diuitiæ ſunt ne optimæ? Vnde excoquat ſeuũ ſenex.

Seuum autem, uel ut alij ſebum, eſt pingue pecudum durius, quod Græci στέαρ appellant.

Iactare iugum. LXXVIII

Iactare iugum, eſt incommode ferre ſeruitutis neceſſitatem. Translatum à bubus, nondum aſſuetis iugo. Iuuenalis,

Nec iactare iugum uita didicere magiſtra.

Simile illi, Contra ſtimulum calcitrare. Congeminatur enim infortunium, quod feras impatientius, minuitur animi æquitate. Quemadmodum ait Plautus.

In re mala, animo ſi bono utare, adiuuat.

Vt in Velabro olearij. LXXIX

Vt in Velabro olearij. Prouerbialis ſimilitudo de ijs qui cõſpirarunt, remq; gerunt ex compoſito. Plautus in Captiui duo,

Vna res,
Omnes compacto rem agunt, quaſi in Velabro olearij.

Velabrum autem, autore Varrone, locus erat Romæ, in quo olearij diſtrahebant oleum. Mos eſt autem huic hominum generi, ut inter ſe de precio conſpirent, quo pluris uendant.

Imi ſubſellij. LXXX

Idem in eadem fabula, Imi ſubſellij uiros appellat paraſitos, qui ita in conuiuium admittũtur, ut imo ſedeant loco, Nihil, inquit, morantur iam Lacones, imi ſubſellij uiros. Apud eundem in Sticho, paraſitus inducitur ita loquens. Haud poſtulo equidem in ſummo lecto accumbere. Scis me dudum eſſe imi ſubſellij uirum. Item Horatius,

Et imi Deriſor lecti,

Scurram ſignificans. Quadrabit etiam in tenues conuiuas, quos diuites iſti nonnunquam recipiunt, ſed infimo loco. Lepidius erit, ſi transferatur longius, hoc eſt, ad eos qui inter aulicos proceres, extremo ſunt loco, aut inter eruditos poſtremi ſunt, quos & infra claſſem & extremæ claſſis, & infimæ notæ licebit appellare. Quorũ poſterius hoc à mercibus ſumptum uidetur, quibus addita nota teſtatur precij modum, prius illud à cenſu ueterum. Nam qui primæ claſſis erant, centum & uiginti milia æris poſſidebant, atq; hi ſoli claſſici uocabantur, reliqui omnes, nam claſſes erant complures, infra claſſem dicebantur. Autor Gellius lib. 7. cap. 13. Tametſi nonnulli codices pro 20, habent 25. Et T. Liuius ait, Aeris centum milia.

Mantic

Ayuntamiento de Madrid

Manticulari. LXXXI

Festus Pompeius ostendit poetas hoc uerbo manticulari usos pro fucum facere, ac subdole agere. Citatq; Pacuuium ita loquentem, Ad manticulandum astu aggreditur. Tractum autumat à manticulis, quas fures attrectare solent, nimirũ quo furentur. Equidem magis arbitror hinc sumptam metaphoram, quòd qui in conuiuio dissimulant, mantilibus tegunt faciem, uelut extergentes. Vnde in Sermonibus Horatius,

—Mappa compescere risum. Plautus item in Captiui duo, pro pallio latebraq; posuit, qua dolus tegi posit.

Nec mendacijs subdolis mihi usquam mãtellum est meis.

Nec sycophantijs, nec fucis ullum mantellum obuium est.

Equidem haud scio num ad hanc pertineat formam, quod legitur apud Origenem homilia in Ezechielem quinta, Qui dixit proximo suo, ignoscit nobis peccata nostra deus. Siquidem & in talibus sacramentis ludimus uicissim nobis pollicentes, mappam mittet deus, id est, teget nostra flagitia, missa mappa. Verum quoniam Græci codicis non adest copia, super hac re præstiterit Academicum agere. Docti quibus adest, locum hunc excutient à nobis admoniti. Vtitur eodem dicto Tertullianus libro aduersus Valentinianos, sed mappa quod aiunt missa.

Auro habet suppactum solum. LXXXII

Prouerbiali figura dixit Plautus in Bacchidibus,

Sed dies ne est isthic Theotimus?

Etiam rogas? qui soccis habeat auro suppactum solum.

De prædiuite, cui tanta suppeditat auri uis, ut pedibus calcet. Solum enim pro infima crepidarum parte posuit, aut certè pro pauimento.

Ad aras. LXXXIII

ἐπὶ βωμούς. i. Ad aras. Refertur in Collectaneis, quæ Plutarchi titulo feruntur, nec explicatur. Equidem opinor perinde ualere, quasi dicas, ipso in negotio, iuxta prouerbium quod nobis alio dictum est loco, quo uetamur ad aras consultare.

Samiorum laura. LXXXIIII

Σαμίων λαῦρα. i. Samiorum laura. Dictitabatur in turpibus addictos uoluptatibus: Laura apud Samios angiportum quoddam erat, in quo cupediæ, popinariæq; lautitiæ uenditabantur à mulierculis in hoc paratis. Extat & hoc adagium in commentarijs, quæ Plutarcho inscribuntur. Refert idem Athenæus ex Clearcho libro 12. addens hoc inuentum fuisse Polycratis Samiorum tyranni, eamq; ciuitatis corruptelam fuisse commentum ex Sardium cubito, qui dulcis prouerbio dictus est, autore Platone.

Tænarium malum. LXXXV

Ταινάριον κακὸν. i. Tænarium malum. Si quid crudelius sæuitum esset in famulos, Tænarium malum uocabãt, propterea quòd olim Lacedæmonij captiuos, qui in Tænarum confugerant, reductos capitis affecerunt supplicio. Est autem hoc loco Tænarus oppidum quoddam Laconicæ, cuius incolæ Tænaritæ uocentur, & eiusdem regionis promontorium, in quo spelunca, per quam aditus erat ad inferos.

Lesbius Prylis. LXXXVI

ὁ Λέσβιος πρύλις. i. Lesbius Prylis. Plutarchus in adagiorum Collectaneis, si modo non fallit titulus, tradit hoc prouerbium per similitudinem sumptum. Prylin enim fuisse Mercurij filium, ac diuinandi peritum. Quanquam πρύλις Græce, militem peditem significat.

Agas asellum. LXXXVII

Agas asellum. Hoc adagij quoniam mutilum refertur, non satis liquet, quid sibi uelit. Refertur autem à Cicerone libr. De oratore 2. ad hunc quidem modum, In hoc genus conijciuntur prouerbia, ut illud Scipionis, cum Asellus omneis prouincias stipendia merentem se peragrasse gloriaretur, agas asellum, & cætera. Hactenus Tullius. Neque uero libet referre, quæ in hunc locum adfert Omnibonus, interpres alioqui non omnino malus. Tamen uisum est ipsum adagium in medium proponere, quo doctis saltem uestigandi ministrarem occasionem. Fortasse legendum agaso asellum. Nam ueteres elidebant uocales more græcorum etiam in scriptura. Atq; ita sensus erit, unũquenq; facere quæ se digna sint. Depotant nepotes, decoquit lurco, digladiatur miles, peierat leno, mentitur aduocatus. Siquidem hoc ipsum agasonis uocabulum, in contemptus abijt prouerbium, id quod apud Græcos festiuius est, ob sermonis ἰδίωμα. Nam Dores asinum uocant, non ὄνον, ut cæteri, sed κίλλον, & agasonem, non ὀνηλάτην, sed κιλλικτῆρα, ueluti testatur Iulius Pollux lib. De rerum uocabulis 7. Fortassis huc pertinet quod scripsit Flaccus Epistola 19. ad Lollium,

—Ad imũ Thrax erit, aut olitoris aget mercede caballũ.

Samium comatum. LXXXVIII

Τὸν ἐν σάμῳ κομήτην. i. Samium comatum, dicebant eum, qui ante ignauus habitus, præclarius expectatione sese gessisset in negotio. Aiunt pugilem quempiam apud Samios fuisse, qui cum ab aduersarijs haberetur ludibrio, quòd comatus esset, commissus cum illis, uicit. Vnde in prouerbium abijt, quoties quis certamen suscipit cum ijs, quos præter opinionem experitur sese uiribus superiores. Non dissimile quod admonuit Sylla, Cauendum à puero male cincto. Recensetur in Plutarchi Collectaneis.

Seruum haud ueho. LXXXIX

Δοῦλον οὐκ ἄγω,

Εἰ μὴ ναυμάχησε τῶν περὶ τῶν κριῶν, id est,

Seruum ego haud ueho,

Nisi qui prius pro carnibus certauerit,

Certamine in nauali.

Id est, non admitto seruũ, nisi multis magnisq; spectatũ experimẽtis. Est autẽ carmen hoc apud Aristophanẽ in Ranis, à nobis alio ciuitũ loco. Admonent interpretes duplicem esse lectionem, περὶ τῶν κριῶν, & περὶ τῶν νεκρῶν. i. Pro carnibus, & pro cadaueribus. Pro carnibus accipiunt, pro uita. carnẽ enim corpus appellant. Porrò serui cum pugnant, quoniam nullas habent possessiones, pro uita duntaxat dimicant. Qui legunt νεκρῶν, hanc adferũt fabulam. In prælio nauali, quod actum est apud Arginusas, superiores extiterũt Athenienses, uetueruntq; ne cadauera cæsorũ tollerentur, & hac quoq; de re digladiatum est. In hoc autem bello serui egregiam operam nauasse leguntur, quapropter & libertate donati sunt. Recensetur prouerbium in Plutarchi Collectaneis.

Tertium caput. XC

Τέτταρα κεφαλὴ, καὶ ζίτῳ ἐγκεφάλῳ. i. Tertium caput & tertio cerebro. In onerum baiulos dictum, qui non humeris modo, uerum & capite gestant onera. Extat in ijsdem quæ modo citaui Collectaneis. Apte torquebitur in homines uarijs distractos negotijs.

Vt Corinthia uideris. XCI

ἃ κορινθιάζεσκας χοιροπωλήσαρ. i. Corinthia uideris corpore quæstum factura. In mulierem intempestiuius libidinantem. De mulieribus Corinthi prostantibus dictum est alibi. Dictum est autem χοιροπωλῶ, nouo quidem uerbo, quod nobis indicat quæstum facere corpore. Χοῖρος enim naturam mulicbrem significat. Extat & hoc in ijsdem Collectaneis.

Cyrnia factura. XCII

Κυρνία ἄτη. i. Cyrnium malum. De magnis dispendijs & expilationibus dicebatur. Cyrnus insula quæpiam est, è regione Apuliæ, cuius incolæ lõgæui perhibentur esse propter mel, quo plerunq; uescuntur, uicini Sardonicæ insulæ. Nam eius illic summa copia, quemadmodum autor est Stephanus. Hæc olim nauigantibus erat inaccessa, propter prædonum ac piratarum circa illam frequentiam. Atque hinc uulgò

prouerb

prouerbium increbuit. Plin. lib. 4. cap. 12. nominat Cyrnum, sed diuersam à Corsica, quum Strabo tradat Cyrnum esse quam Romani dicunt Corsicam, insulam ægre habitatam, ob locorũ asperitatem, & regionẽ multis locis imperuiam, sed præcipue quòd qui montes obtinent, ac latrocinijs uiuunt, feris ipsis sint efferatiores. E' quibus si quando aliquot capti per duces Romanos, Romã deducantur, dictu mirum quàm ferinum quiddam ac beluinum præ se ferant. Nam aut sibi mortem consciscunt, aut si uiuãt, stoliditate & amentia sic fatigant dominos, ut quantulocunque emptos tamen emisse pœniteat. Talis olim Corsica, nunc uinis laudatissimis instruit Romanas delicias. Ob inimicitem igitur latrociniorum ac gentis feritatem dicta est κυρνία ἄτη, quemadmodum dictum est Cilicium exitium, quod alibi retulimus. Memunimus huius adagij superius in Cyrnia terra.

Rapina Cotytijs. XCIII

ἁρπαγὰ κοτυτίοις. id est, Rapina Cotytijs. Cotytia festum quoddam erat apud Siculos: in quibus ex more placentulæ quæpiam & arborum fœtus ramis alligabantur, eáq; diripienda proponebantur. Refertur in Plutarchi Collectaneis, nec exponitur. Quanquam facile liquet dici solitum de bonis temere profusis direptisq;.

Quæ ex antiqua. XCIIII

Τὰ ἐκ παλαιᾶς. id est, Quæ ex antiqua, subaudiendum Tyro. Perinde ualet, quasi dicas summam molestiam, extremumq; malum. Tyrum enim, quæ cognominata est uetus, dictione compositã, παλαίτυρος, Alexander expugnatam, & ex insula comportatis aggeribus redditam continentem, crudeliter tractauit, plurimisq; afficit incommodis, unde prouerbium, τὰ ἐκ παλαιᾶς, Quo significabant tantum malorum, quantum antiqua Tyrus pertulisset. Recensetur & in Plutarchi Collectaneis, atque item Zenodoti. Historia est apud Q. Curtium.

Triceps Mercurius. XCV

Τριπρόσωπος ἑρμῆς. i. Triceps Mercurius. Dictum uidetur in ambiguos ancipitesq;, aut in uehementer astutos. Ad hunc modum fingebatur antiquitus Mercurius, uel quòd plurimã uim habeat oratio, uel quòd idem deus index uiæ, proinde in singulis capitibus inscriptionem habebat, quò duceret hæc uia, quò rursum illa. Huiusmodi Mercurij simulachrum primus posuit Proclides, autore Philochoro.

Danace. XCVI

Δανάκη, i. Danace, sic appellabatur numulus ille, qui Charonti persoluitur, naulum pro transmissione Stygiæ paludis, cuius meminit Lucianus in Charonte, Apuleius item in fabula Psyches. refertur in Collectaneis Plutarchi, nec indicatur usus. Mihi uidetur recte usurpandum, si quis iubeat senem parare δανάκην, innuens prope esse, ut emigret è uita. Aut si quem usqueadeo nihil reliquisse dicat, ut ne Danace quidem superfuerit. In hunc sensum usurpat Iuuenalis Satyra tertia, qui hunc nummulum trientem uocat,

Nec sperat cœnosi gurgitis alnum
Infelix, nec habet quem porrigat ore trientem.

Vt Bagas constitisti. XCVII

Βάγας ἔστησας. i. Vt bagas stabat. In stupidum & elinguem dicebatur. Bagas erat quispiam adsimilis attonito, stupidoq; & insulso. Commemoratur in Plutarchi Collectaneis. Haud scio num legendum sit, Βαγόας pro Βαγας: is Eunuchus fuit. Et est hoc genus timidum & imbelle.

Cancrum ingredi doces. XCVIII

Καρκίνον ὀρθὰ βαδίζειν διδάσκεις. id est, Cancrum recte ingredi doces. De eo qui docet indocilem. Refertur in eisdem Collectaneis. Finitimum uel idem potius cum illo, quod paulo superius retulimus ex Aristophane, in prouerbio, Nunquam efficies. Pertinet ad genus ἀδυνάτων, Aethiopem dealbas &c. Siquidem animal hoc non ingreditur nisi obliquo corpore, & in omnem partem mouet gressum. Dictum putant καρκίνον quasi καρήνινον, à mouendo capite. Dicitur & capite gignere.

Mare exhauris. XCIX

Θάλασσαν ἀντλεῖς. i. Mare exhauris. De eo qui conatur, quod effici non possit. Nam montes utcunq; perfodiuntur, at mare non possit exhauriri.

Canes timidi uehementius latrant. C

Q. Curtius libro 7. demonstrat huiusmodi prouerbium apud Bactrianos uulgò iactatum fuisse, Canis timidus uehementius latrat quàm mordet. Thrasonum est turgidis minis dira moliri: At Chremes ad rem gerendam promptior. Sic & Athenienses ad bene dicendum, quàm adgnauiter agendum accommodatiores fuisse leguntur. Nec Aiaci promptum fuit dicere, nec Vlyssi bellare. Et Lacedæmonij uerbis parcissimi, uirtute longe præcelluerunt. Et apud Homerum Græci uiciti pugnam ineunt, sed uim spirantes, cum barbari immani clamore accurrerent. Denique mulieres lingua melius quàm uiri belligerantur. Q. Curtius eodem in loco subijcit allegoriam huic similem, altissima quæq; flumina minimo sono labi.

CHILIADIS TERTIAE CENTVRIA VIII.

Homerici uersus aliquot prouerbiales.



Antum honoris antiquitas habebat Homero, quemadmodum testatur Macrobius, ut singuli pene uersus illius prouerbij uice celebrarentur. Quorum nonnullos sparsim in hoc opere recensuimus, præsertim quos in autorum literis usurpatos deprehendissemus. Nunc itaque mihi uideor facturus operæpretium, si ex omni Homericæ poësis corpore, quosdam seligam uersiculos, qui prouerbij speciem ita præ se ferant, ut dubitandum non sit, quin hi certe ex illorum numero fuerint, quos antiquitas adagionum instar usurpauerit. Quanquam autem nullum ferè carmen est huius poëtæ, quod non possit ad aliquã prouerbij rationem detorqueri, tamen nos è plurimis pauca quædam decerpere maluimus: partim ne quis nos in re tanquam asciti, nimiũ diligentes dicere posset: partim quòd nescio quomodo magis arridẽt in hoc genere, quæ sibi quisque uelut adoptarit. Itaq; fuit habuimus in paucis aliquot, quemadmodũ accommodari debeant, uiam ostendisse. Atq; in his ipsis, quanquam eum carminis usum indicauimus, qui tum nobis scribentibus ueniisset in mentem, tamen nihil uetuerit, quo minus idem carmen ad uarios usus asciscatur. Neq; uero idem permiserim in reliquis poëtis, nisi quis in Marone licere putet, quem Latinum Homerum optimo iure dixeris: sed facit hoc Homeri diuinitas quædam, ut deceat, quicquid ex illo quocũq; pacto mutuũ sumpseris, etiãsi, quod in Centonibus fieri solet, ad longe diuersam sententiã uerba detorseris. Quanquã autem sciremus his non adfuturam gratiam, nisi quis usurparet Græce, tamen ne non intelligerentur à nonnullis, uertimus hæc quoq;. Sed iam referre incipiemus.

Non probantis. I

ἀλλ' ἐκ Ἀτρεΐδῃ ἀγαμέμνονι ἔπλετο θυμῷ. id est,

At non Atridæ sic est Agamemnoni uisum.

Vsurpatur à Luciano cum prouerbialiter in Lapithis. Recte utemur, ubi rem quidem fatebimur honestam factu, uerum diuersa placere ijs, quorum libido plus ualet quàm æquitatis ratio. Siue cum quis tyrannico more sequitur, non quod dicat æquitas, sed quod animo collubitum sit. Siue cum unus aliquis à cæteris omnibus dissentit. Sumptum est autem ex Ilia

Ayuntamiento de Madrid

ex Iliados Homericæ lib. 1. ubi & iteratur hic uersiculus:

ἔνθ' ἄλλοι μὲν πάντες ἐπισμυφήμησαν Ἀχαιοί,
Αἰδλᾶδῃ δ' ἱερῆα, καὶ ἀγλαὰ δέχθαι ἄποινα.
ἀλλ' οὐκ Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι ἤνδανε θυμῷ,
ἀλλὰ κακῶς ἀφίει, κρατερὸν δ' ἐπὶ μῦθον ἔτελλε. id est,
At reliquæ Danaûm placet hæc sententia turbæ,
Sacrifico ut habeatur honos, ac splendida dona
Accipiant, at idem hoc Agamemnoni non ita uisum est,
Quin male dimittit, ac dicta fera insuper addit.

Refutantis laudem immodicam. II

ὅτοι ἐγὼ θεός εἰμι, τίμ' ἀθανάτοισιν ἐίσκῃς. id est,
Nullum ego sum numen, quid me immortalibus æquas?

Plutarchus in commentario, cui titulus, Quo pacto quis intelligat se profeciſſe, monet ut hoc Homericum carmen semper habeamus in promptu, tanquam pharmacum aduersus uenenum adulationis, aut ubi quis nos magnificentius quàm pro merito laudat. Vsurpatur à Luciano in Icaromenippo. Carmen extat Odyſſeæ Π. ſub perſona Vlyſſis loquentis ad Telemachum filium.

Cauentis clancularias inſidias. III

Μήτις σοι φίλον ἦτορ ἀναφρήσῃ ἐν στήθεσσιν. id est,
Ne quis te à tergo fugientem cuſpide figat.

Cum ſignificamus circumſpectius agendum, ne quis noceat imprudenti. Diogenes uſurpauit mutata uocula in adoleſcentem formoſum, qui incuſtodite domi erat,

Μήτις σοι εὐδοντι μεταφρένῳ ἐν θώρηκι βάλῃ.

Sunt autem apud Homerum Iliados Θ. uerba Diomedis Vlyſſem fugientem reuocantis ad pugnam. Item Iliados Χ.

Οὐ μέν σοι φεύγοντι μεταφρένῳ ἐν θώρηκι βάλῃς,
ἀλλ' ἰδὺς μεμαῶτι διὰ στέρνοφιν ἔλασσον. id est,
Nunquam mi à tergo fugienti infixeris haſtam,
Sed prompto potius aduerſa in pectore torque. Hoc licebit uſurpare cum quis non detrectat apertum certamen.

Iubentis aperte loqui. IIII

Si quem admonebimus, ut proferat doloris, aut odij cauſas, neque celet in animo, non illepide dixerimus illud ex primo Iliados libro,

ἐξάυδα, μὴ κεῦθε νόῳ, ἵνα εἰδομεν ἄμφω. id est,
Eloquitor, ne celato, quo norimus ambo.

Pollicentis ſe promiſſa re præſtiturum. V

Significantes promiſſorum fidem non irritam futuram, ſed re præſtituros nos, quod uerbis ſimus polliciti, uſurpare poterimus uerſus hos ex eodem libro,

Οὐ γάρ ἐμὸν παλινάγρετον ἔπλετ' ἀπατηλόν,
οὐδ' ἀτελεύτητον γ', ὅτι κεν κεφαλῇ κατανεύσω. id est,
Nec reuocanda, nec irrita, uanáue dico futura
Quæcunq; annuero & promiſcro uertice moto.

Dicuntur autem à perſona Iouis ad Thetidem.

In abſurde locutum. VI

Vbi quis uidetur abſurdum quippiam dixiſſe, ſiue cum uerbum aliquod uidebitur per imprudentiam elapſum, quod ſatius erat reticuiſſe, locus erit illi, quod pluribus locis apud Homerum reperitur, & nominatim Odyſſeæ libro 1.

Ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων. id est,
Dentis clauſtra tui quæ uox elapſa reliquit?

Laudatur hic uerſus ab A. Gellio Noctium Atticarum libr. 1. cap. 15. qui pulchre admoneat parce loquendum eſſe, quòd natura linguam uallo dentium cinxerit & ſepto labiorum, cum aures patulas dederit.

In ſpem fruſtratam. VII

Si quando ſignificabimus aliquem ſua ſpe fruſtratum, ac rem cecidiſſe ſecus atq; ille expectabat, non infeſtiuiter applicabimus illud ex Iliados libro ſecundo,

Νήπιος ὃς τὰ ἕκαστα, ἃ ῥά Ζεὺς μήδετο ἔργα. id est,
Inſipiens, nam Iupiter his diuerſa parabat Ignaro.

Inanis conatus. VIII

Vbi ſentiemus fruſtra ſumi operam, neque quicquam promoueri diutinis laboribus, non inepte quadrauerit illud ex eodem libro,

ἄπρηκτον πόλεμον πολεμίζειν ἠδὲ μάχεσθαι. id est,
Pugnam infrugiferamq; & inutile ducere bellum.

Adiurantis ſe facturum aliquid. IX

Cùm adiurabimus nos facturos quippiam, ſi modo uita non deſtituat, licet accommodare uerſiculum ex eodem libro,

Μήκ' ἔτ' ἔπειτ' ὀδυσῆι κάρη ὦμοισι ἐπείη. id est,
Poſt hac ne caput hoc humeris inſiſtat Vlyſſis.

Item Iliados quinto,

Αὐτίκ' ἔπειτ' ἀπ' ἐμοῖο κάρη τάμοι ἀλλοδαπὸς φώς. i.
Mox caput hocce aliquis mihi barbarus eniſe recidat.

Nam hoc modo uulgus, noſtris etiam temporibus deierat, Et nota ſunt illa apud Latinos, emoriar, diſpeream.

Quæ ſero contingunt, ſed magnifica. X

Quoties intelligi uolemus famam, aut præmium aliquod ſerius quidem contingere, uerum hoc præſtantius, ac durabilius quo diutius dilatum, ut tarditatem ſtabilitate, perpetuitateq; compenſet, non alienum fuerit Homericum illud ex Iliados ſecundo libro uſurpare.

ὄψιμον ὀψιτέλεστον, ὅς κλέος οὐκ ἀπολεῖται.

Quem uerſum Cicero ita uertit.

Tarda & ſera nimis, ſed famæ & laude perenni.

Verba ſunt Chalcantis animum addentis Græcis ut perdurent: quanquam enim uictoria belli decimo demum anno contigerit, eius famam tamen immortalem fore.

Conſulendum & conſilijs parendum. XI

Cùm admonebimus quempiam ut uiciſſim & rectum conſilium alijs det, & ab alijs accipiat, aut ut & ſecum rem diligenter perpendat, & alienam ſententiam auribus attentis audiat, non intempeſtiuum erit illud ex eodem libro,

ἀλλὰ ἄναξ αὐτός τ' εὖ μήδεο τεθειό τ' ἄλλῳ. id eſt,
Ipſe age rex bene conſulito, & pareto uiciſſim.

Non interpellandus famelicus. XII

Quoties innuemus non eſſe confabulandi ocium, niſi prius placauerimus latrantem & iratum, ut ait Horatius, uentrem. Aut ubi ſignificabimus aliquẽ, ſimulatq; ſit aſſecutus, quod expectabat, iam ad alia cõuerti, nõ inepte proferemus uerſiculum hunc & eodem lib. & aliàs apud Homerũ ſolennem,

Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο. id eſt,
At poſtquam his potus exempta cupido, cibiq;.

Id Vergilius ita reddit,

Poſtquam exempta fames & amor compreſſus edendi.

Ingens rerum multitudo. XIII

Cùm admirandam hominum, aut rerum ſeu malorum multitudinem indicare uolemus, congruet illud ex eodem libro, crebroq; aliàs,

ὅσσα τε φύλλα καὶ ἄνθεα γίγνεται ὥρῃ,
Hὺ γε μιάλῳ ἀδινάων ἔθνεα πολλά. id eſt,
Quot frondes, & quot ſunt uerno tempore flores,
Vtq; globatarum maſcarum examina multa.

Quæ diuinitus contingunt. XIIII

Qui dicet quippiam non cuiuis contingere, quiſquis optat, ſed diuinitus dari, uelut ingenium, formam, uires, uſurpare poterit Homericum illud Iliados lib. 3.

ἐκὼν δ' οὐκ ἄντις ἕλοιτο. id eſt,
Non quiſquis uolet illa ferat.

Dicuntur ab Alexandri perſona ad Hectorem, qui illi comam, formam & imbellem citharam opprobrarat.

Οὐκ ἄρ τοι χρώσμη κίθαρις, τάτε δῶρ' ἀφροδίτης.

Ayuntamiento de Madrid

Ητε κόμη, τότε εἶδος ὅτ' ἦν κονίσι μιγείης. id est,
Nil tibi profuerint, cantusq; & dona Dionæ,
Vel coma, uel species, in puluere congredienti.
Ad id ita respondet Paris,
Μή μοι δῶρ' ἐρατὰ προφέρε χρυσῆς ἀφροδίτης.
Οὔτοι ἀπόβλητ' ἐστὶ θεῶν ἐερικυδέα δῶρα,
Ὁσσάκις αὐτοὶ δῶσιν, ἑκὼν δ' οὐκ ἄν τις ἕλοιτο. id est,
Ne mi opprobraris Cytheræ optabile donum,
Haud quaquam aspernanda deûm pulcherrima dona,
Quæ ultro dant: neq; mox si quis uelit, auferet illa.
Refert Laërtius Cynicum Diogenem reprehensum, quòd accepisset munera ab Antipatro, respondisse uersu Homerico quem modo retuli, ὅτοι ἀπόβλητ'. &c.

In senem libidinosum. XV

In eos qui ad rem gerendam iam inutiles sunt ob ætatẽ, uerum oratione ualeant, ueluti si quis taxare uelit uerecundum, ut ait Plautus, uetulum, turpiloquum quidem, cæterũ ad Veneris usum languidum, apposite dixerit illud ex eodem libro,
Γήραϊ δὴ πολέμοιο πεπαυμένοι, ἀλλ' ἀγορητὰὶ
Ἐσθλοί. id est,
Iam ob senium bello emeriti, sed dicere tantum Egregij.
Qualem in quarto facit Tydei filium,
Χέρσὶ μάχην, ἀγορῇ δὲ τ' ἀμείνω. id est,
Inferiorem pugna, sed dicendo priorem.

Fatis imputandum. XVI

Dum hominem quempiam culpa liberabimus, eamq; uel in fatum, uel in fortunam reijciemus, usurpare licebit quod inibi dicit Priamus ad Helenam,
Οὔτοι μοι αἰτίη ἐσσὶ, θεοὶ νύ μοι αἴτιοί εἰσιν. id est,
Nil tibi ego imputo, uerum ipsis magis imputo diuis.

Diu dissimulatum aperientis. XVII

In eum, qui quod diu dissimulauit, tandem iratus eloquitur, non inconcinne detorquebitur illud, quod in eodem loco dictum est de Vlysse.
ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ὄπατε μεγάλων ἐκ φάρυγος ἦκα. id est,
Ast ubi iam promit prægrandem è pectore uocem.

Pertinax contentio. XVIII

Quoties ostendemus obstinatam ac muliebrem æqualium inter ipsos contentionem, cum neuter altero uult inferior uideri, conueniet illud, quod Iliados lib. 4 Iuno dicit ad Ioue,
Καὶ γὰρ ἐγὼ θεός εἰμι, γένος δέ μοι ἔνθεν, ὅθεν σοι. id est,
Ipsa etiam dea sum, genus inde mihi, unde tibi ortus.

Cum utercq; concedit alteri. XIX

Rursum cum omissa contentione, uterq; alteri concedit, locus erit ei, quod eodem statim loco consequitur,
ἄλλ' ἤ τοι μὲν ταῦθ' ὑποδείσομεν ἀλλήλοισιν,
Σοὶ μὲν ἐγὼν, σὺ δέ μοι. id est,
Quin magis alteri in his rebus cedamus uterq;,
Tu mihi, contrà ego deinde tibi.

Adamantis tenere. XX

In eum qui tenere diligit quempiam, uel adamat magis, ita ut non patiatur, uel leuissimis incommodis à quoquam affici, non inscite torseris illud ex eodem libro,
ὡς ὅτε μήτηρ
Παιδὸς ἐεργὴ μῦιαν ὀδ' ἀλλοῖ λέξεται ὕπνῳ. id est,
Non secus atq; genitrix
Muscas arcet puero somno officiosa cubanti.
Dictum de Pallade curante uulnus Menelai.

Contemnentis dicterium. XXI

Si quando significabimus nos scommate, seu contumelia leuiter commoueri, nec altius in animum demittere, congruet illud ex Iliados eodem lib. 4.
Οὐκ ἐμὲ καὶ ἐόν γε φάρη βέλος, ἀλλὰ παροιθεν
Εἴρυσατο ζωστῆρα καὶ ὑπλοσθεν, ἠδὲ ὑπενερθεν,
Ζωμά τε καὶ μίτρην, τὴν χαλκέες κάμον ἄνδρες. id est,
At missum non transijt ad uitalia telum,
Sed summa in cute balthei arcuit, impositoq;
Laminæ squamæ, quas huic faber addidit ære.

Malorum obliuio. XXII

Qui deprecabitur omen aliquod parum faustum, aut qui iubebit obliterari memoriam malorum, non intempestiuiter usurpabit illud ex eodem libro,
Τάδε πάντα θεοὶ μεταμώλια θεῖεν. id est,
Irrita dij superi uentis hæc omnia tradant.

Ex minimis initijs maxima. XXIII

Ad indicandum maximas simultates nonnunquam ex leuissimis iniuriolis nasci, non secus atq; ex minutissima scintillula grauissimum incendium, mire congruet illud ex eodem libr. de Eride. i. dea contentione,
ἣτ' ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα
Οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει. id est,
Quæ primum exigua surgit, uerum ilico cœlum
Attingit caput, in terris uestigia ponens.
Hunc locum Vergilius Aeneid. 4. detorsit ad famam,
Parua metu primo, mox sese attollit in auras,
Ingrediturq; solo, & caput inter nubila condit.

Diuersarum partium. XXIIII

Qui uolet innuere Metium quempiam, & cum utraque parte colludentem, aut aduocatum præuaricatorem, aut proditorẽ ducem, non inelegãter usurpauerit illud ex Iliad. lib. 5.
Τυδείδην δ' οὐκ ἄρ γνοὺς, ποτέρῃσι μετείη,
Ἦε μετὰ Τρώεσσιν ὁμιλέοι, ἦ μετ' Ἀχαιοῖς. id est,
Porrò Tydidem minime dignoscere possis
Troianos ne inter uersetur, an inter Achiuos.

Alieno ferox præsidio. XXV

Si quæras innuere, quòd ferox sit quispiam, & improba moliatur, id eum non facere domesticis uiribus fretum, uerum alicuius potentioris fultum præsidio, qui clanculum illi suppeditat & animum & opem, quemadmodum uulgus nostratium suspicatur ducem Gelriæ tot iam annos negotium facessere nobis, dissimulatis Gallorum suppetijs, illud accommodes licebit eodem ex libro,
Οὐκ ὄφ' ἅνδρὶ δεῦτε τάδε μάνεται, ἀλλάτις ἄγχι
Ἔσκε· δὴ ἀνάτῳ νεφέλῃ ἐλυμένος ὤμους. id est,
Ista quidem hic nequaquam audet sine numine, uerum
Adstat diuûm aliquis, humeros caligine tectus.

Fortuna prorsus aduersa. XXVI

Cum res bonis institutis consilijs, tamen male cedit, illud apposite dixeris ex eodem libro,
Θεὸς νύτις ἐστὶ κοτήεις id est,
Infensus deus est aliquis. Item in Z.
Ἀλλ' ὅτε δὴ κακὸν ἔπλετο καὶ ἀπήχθετο πᾶσι θεοῖσι. id est,
Ille ubi iam inuisus diuis etiam omnibus esset.

Arripe negotij curam. XXVII

Admonentes aliquem ut diligenter negotium capessat, & gnauiter rem aggrediatur, utemur hoc ex eodem loco carmine, quo Aeneas hortatur aurigam suum,
ἀλλ' ἄγε νῦν μάστιγα καὶ ἡνία σιγαλόεντα δέξαι. id est,
Quin age nũc scuticamq; manu depictã; lora Corripe.

Reijcientis autorem formidinis. XXVIII

Territanti metumq; inanem injicienti, uersum hunc occinere licebit, quo Sthenelum ibidem alloquitur Diomedes,
Μήτε φόβεν δ' ἀγόρευε. i. Ne trepidandi autor mihi sis.

Omni conatu inuadere. XXIX

Si quem significabimus totis uiribus tendere in quempiam oppugnandum, conueniet illud ex eodem libro,
Αἰνείαν δ' ἐπόρουσε σὺν ἀσπίδι δεινὸν ἀείρας
Obuius Aeneas, clypeoq; insurgit & hasta.

Summa ui defendere. XXX

Rursum si quis alterum summa ui tuebitur, quadrabit quod proxime

Ayuntamiento de Madrid

proxime eo consequitur loco:

Πρόσθε δ' οἱ δόρυ' ἔσχε καὶ ἀσπίδα πάντοτε ἴσην. I.

Vndiq; texit eum lancea clypeoq; rotundo.

Aequa concertatio. XXXI

Cùm significabimus duos ex æquo paratos ad disceptandũ, rixámue, licebit accommodare carmen illud ex eodem libro,

Τὼ μὲν δὴ χεῖράς τε καὶ ἔγχεα ὀξυόεντα,
ἀντίον ἀλλήλων ἐχέτην μεμαῶτε μάχεσθαι. id est,
Illi inter sese, iamiam pugnare parantes
Obtendunt, pariterq; manus, præacutaq; pila.

Incitare currentem. XXXII

Qui significabit instigari quempiã ad id, ad quod suapte sponte propendet, usurpabit illud ex eodem libro, quanquam & aliàs apud eundem poëtam occurrit,

Μάστιξεν ἵππους, τὼ δ' οὐκ ἄκοντε πετέσθην. id est,
Cædit equos scutica, ast illi uel sponte uolabant.

Sumptum ab aurigis.

Ad utrumuis paratus. XXXIII

Hominem ad utranq; fortunam instructum, ludicris pariter ac seriis accommodatum, aut qui norit cum bonis pariter ac malis conuenire, notabimus hoc carmine, quod est in Ili ad. H.

Οἶδ' ὅτε δὴ λέξασθε οἶδ' ἐπ' ἀριστερὰ νωμῆσαι βῶν. id est,
Noui equidem clypeum dextra, læuaq; mouere.

Nullus delectus. XXXIIII

Aristoteles lib. Politicorum 2. refert hunc uersiculum ceu uulgò celebrem

οὐδ' ἴη τιμὴ ἦμὲν κακὸς ἠδὲ καὶ ἐσθλός. id est,
Par honor, ignauoq; uiro, & uirtute ualenti.

Quo licebit uti, si quando significabimus nihil esse discriminis inter eruditum & impostorem, inter benemerentem & malemerentem, inter probum & improbum. Verba sunt Achillis stomachantis, quòd sui ratio non esset habita ab Agamemnone, cum esset omnium multo fortissimus. Hoc loco lapsus est interpres Leonardus Aretinus, uir ille quidem tum doctus, tũ eloquens, sed homo tamen. Sic enim uertit carmen Homericum. Honori incumbit tam ignauus quàm bonus, nimirum deceptus ab eo qui libros eos illi prælegerat. Nec animaduertit ἴη positum pro μιᾷ.

Muneribus res agitur. XXXV

Qui dicet non esse locum recte factis & æquis rationibus, sed largitione & assentatione rem omnem peragi, poterit illud accommodare ex Iliados I.

Δώροισίν τ' ἀγανοῖσιν, ἔπεσσίτε μειλιχίοισι. id est,
Et donis permagnificis, & lenibus dictis. Quo quidem in carmine muneribus non temere prior datus est locus.

Frustratus conatus. XXXVI

Qui spe frustratus sua, non assequitur id quod ambiebat, in hũc non incongrue torquebitur illud ex Iliados Θ.

Βαλέῳ ὅ τ' ἔπειτα θυμὸς,
Καὶ ῥ μὲν ἀφάμαρτο. id est,
Animus cupijt configere telo,
Verum illum, fallente manu non attigit. Rursum aliàs,
ἀλλ' ὅγε καὶ τόθ' ἅμαρτε. id est,
Verum & tunc ille fefellit.

Alieno auxilio potentes. XXXVII

Qui alienis præsidijs freti facinus aliquod egregium, aut qui alieni prætextu nominis aliquid faciunt, in eos appositè torquebitur ex eodem libro, quod ibi dictum est de Teucro fratre Aiacis Telamonij. Nam is sub fraterno latitans clypeo, sagittas aliquot mittit in Troianos.

Στῆ δ' ἀψ ὑπ' ἀίαντος σάκεϊ τελαμωνιάδαο. id est,
Constit Aiacis clypeo semptemplice tectus.

Cauendum à potentiore. XXXVIII

Qui se negabit rem habere uelle cum homine longe potentiori, quiq; magnopere possit lædere, recte accommodauerit illud eodem è libro,

Οὐ γὰρ ἐγώ γ' ἐθέλοιμι δὶς ἀντίον ἀλλομένοιο μάχεσθαι. id est,
Cum Ioue ego sanè nolim certamen inire.

Subitum remedium periculi. XXXIX

Cum indicabimus rem in extremum discrimẽ adductã, actũq; fuisse, ni subita salus, ceu à deo quopiam immissa protinus affulsisset, illud ex eodem lib. tum aliàs sæpe conueniet,

Εἰ μὴ ἄρ' ὀξὺ νόησε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. id est,
Ni illico sensisset, genitor diuumq; hominumq;.

Perplexus, animíq; consternati. XL

In eum qui periculoso negotio consternatur animo, nec rationem inuenit qua explicet sese, quadrabit illud ex eodem lib.

Νέφεα δ' ἐκ χειρῶν φύγον ἤνία σιγαλόεντα. id est,
Fugêre è manibus mirandæ Nestori habenæ.

Litem incipere. XLI

In eum qui iam prouocatus aggreditur comitijs agere, congruet illud ex Iliados κ.

Εἵλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος ἀκαχμένον ὀξέι χαλκῷ. id est,
Hastam corripuit robustam cuspide acuta. Cui diuersum illud, Hastã abiecit, quod alibi retulimus ex Cicerone.

In formidolosum. XLII

In hominem uehementer pauidum, animoq; cõsternatum, quadrabunt hi uersus ex eodem libro, ἐδέ μοι ἥτορ
ἔμπεδον, ἀλλ' ἀλαλύκτημαι, κραδίη δέ μοι ἔξω
Στῆθος ἐκθρῴσκει, τρομέει δ' ὑποφάσθιμα γυῖα. id est,
Nec mihi mens constat, sed mota uacillat, & extra
Pectus cor salit, & trepidant quoq; corporis artus.

Dicuntur autem hæc ab Agamemnone, populo metuente.

Blandius alloqui. XLIII

In eum qui blãdius & honorificentius compellat aliquem, gentilitijs etiam prænominibus additis, Quinte puta, aut Publi, uidelicet quo gratiam aliquam ineat apud illum, recte torquebitur illud quod eodem in libro dictum ab Agamemnone, iubente Menelaum blandiri copijs Græcorum,

πάσσυδον ἐκ γυνεῶν ὀνομάζων ἄνδρα ἕκαστον. id est,
Compellans patris ac gentis cognomine quenq;.

Inexorabilis. XLIIII

In exoratu difficilem ac præfractum, suoq; relinquendum ingenio: siue in eum cuius operam nihil moramur, appositè torquebitur, quod Iliados I. Diomedes dixit in Achillem, qui legatos & Agamemnonis dona reiecerat,

ἀλλ' ἤτοι κεῖνον μὲν ἐάσομεν, ὅππῃ ἑκήσιν
ἧκε μένος. id est,
Quin magis ipsius hunc animo, ingenioq; sinamus,
Siue uenire uelit, siue hic remanere.

Ausculta & perpende. XLV

Quoties significabimus nos aliquid dicturos quod ad rẽ pertineat, quodq; ratũ ac certũ futurũ sit, cõueniet illud ex eodẽ libro, quanquam & aliàs apud eum poëtam sæpius obuiũ.

ἄλλο δέ τοι ἐρέω, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσι. id est,
Imò aliud quiddam, tu mente recondito, dicam.

Non statim decernendum. XLVI

Qui significabit interponendam moram prius quàm decernatur, & rem in posterũ diem reijciendam, accõmodabit illud ex eodem libro, quod Phœnici cum legatis ad reconciliandam gratiam misso ab Agamemnone respondit Achilles,

ἄμ' ἠοῖ φαινομένῃφι Φρασσόμεθα. id est,
Aurora ubi crastina surget Consultabimus.

Hinc apparet sumptum celebre Græcis prouerbium, ἐν νυκτὶ βουλή. id est, In nocte consilium, quod alio diximus loco.

Nemo cogendus amicus. XLVII

Cum innues aliquem non esse ad negotium accersendum, præter animi sententiam, aut non esse collocandum officium in eum qui nec agnoscat, nec accipiat libenter, accommodum fuerit quod eodem in libro de Phœnice dixit Achilles,

ἄμ' ἠοῖ

Ayuntamiento de Madrid

Ηρὶ ϑέλωσιν ἀνάγκη δ' ὅτιμιν ἄξω. id est,
Si uolet, inuitum hunc haudquaquam abduxero quóquam.

Omnibus anteuertenda uitæ cura. XLVIII

Qui dicet omnia posthabenda, quo uitæ consulamus, accommodabit illud ex eodem libro,

Οὐ γὰ ἐμοὶ ψυχῆς ἀντάξιον, οὐδ' ὅσα φασὶν
Ιλιον ἐκτῆσθαι εὐναιόμενον πολυλήϊον,
Τὸ πρὶν ἐπ' ἀϊλίμης. id est,
Nullum equidem precium cum uita confero, nec cum
Iliacis opibus, pridem quas tempore pacis
Vrbs opulenta tenebat, uti fama est.

Moxq; causa redditur, quòd una uita, neq; reuocari, neq; fartiri possit, simul atque semel dentes reliquerit.

Ανδρὸς δὲ ψυχὴ, πάλιν ἐλθεῖν οὔτε λαϊστὴ,
Οὔθ' ἁλετή

Euenit malo male. XLIX

Cum scelerato cuipiam euenit, quod omnes imprecabantur & optabant, locus erit illi ex eodem libro,

Θεοὶ δ' ἐτέλειον ἐπαφάς. id est,
Explerunt inimica precamina diui,

Verba sunt Phœnicis narrantis omnia mala accidisse sibi, quæ pater olim fuerat imprecatus.

Nec dignus qui me intueatur. L

Qui contemnet omnino quempiam, ut ignauum, multoq; sese inferiorem, non inelegantèr illud ex eodem libro detorserit, quod in Agamemnonem dixit Achilles,

_Οὐ δ' ἄρ ἔμοί γε
Τετληώς κυνὸς ὣς ἐὼν, ὃς ὧπα ἰδέσθαι. id est,
_Haud ille quidem ausit
Quamuis perfricta sit fronte, mihi ora tueri.

Quod idem etiam hodie uulgò dicitant. Est autem indicium animi conscij, non audere recta faciem intueri eius quem læseris. Hinc est quod Menelaus in Iphigenia Aulidensi iubet in primis, ut Agamemnon obtueatur sese, uidelicet inde facti collecturus primum argumentum.

Cauendum ab eo qui semel imposuit. LI

Qui se negabit habere uelle commercium cum eo à quo semel sit deceptus, usurpabit illud ex eodem libro,

Οὐ δέ τι δὶς βλαβὰς συμφράσομαι, οὐδὲ μὰν ἔργον.
Ἐκ γὰ δεῦ μ' ἀπάτησε καὶ ἄλιτεν. ὃ δ' ἄρ ἔτ' αὖτις
Ἐξαπάφοι ἐπιέσσιν, ἄλις δέ οἱ, ἀλλὰ ἕκηλος Ἐρέτω. id est,
Hoc ego cum nihil aggrediar, neq; enim expedit unquam.
Quippe ubi frustratus semel est, ac fraude fefellit,
Non iterum mihi uerba dabit stulto, semel illi hoc
Sit feciſſe satis, quin posthac ille quiescat, Ac ualeat.

Amicorum est admonere mutuum. LII

Sententia prouerbialis uidetur, quam legimus Iliados Λ.

Αγαθὸν δὲ παράφασις ὅτιν' ἐταῖρον. id est,
Bonus est affatus amici, Admonitoris.

Hanc licebit usurpare, si quando dicemus amici munus esse, ut amicum si quid erret, liberius admoneat.

Vnus multorum instar. LIII

Quod eodem in libro dictum est in laudem medici, idem torqueri poterit, ad quemcunque uirtute præstantem. Carmen est huiusmodi,

Ιητρὸς γὰ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. id est,
Vir medicus multis alijs æquandus honore est.

Festiuiter hoc in Eryximachum torquet Alcibiades, cui iubenti negat se posse obsistere, quòd uir medicus multorum instar sit. Festiuius erit si transferatur ad res animi. Veluti Plato lib. De Repub. 4. ἐὰν τὸ λεγόμενον ἓν μέγα φυλάττωσι. id est, Si illud unum magnum quod dicitur, seruauerint. Indicat illud ἓν μέγα fuisse prouerbiale. Vide prouerbium, Multa nouit uulpes &c. Idem admonet elegantissima parabola euangelica de precioso margarito, & de thesauro in agro. Bona mens igitur πάντων ἀντάξιος ἄλλων. & eruditio & bona fama, πολλῶν ἀντάξιον ἄλλων.

Contemnentis inimicum. LIIII

Qui negabit se commoueri conuicijs alicuius hominis contempti, non inscite deflexerit id quod eod. libro dicit Diomedes,

Οὐκ ἀλέγω, ὡς εἴ με γυνὴ βάλοι, ἢ πάϊς ἄφρων,
Κωφὸν γὰ βέλος ἀνδρὸς ἀνάλκιδος καὶ ἀτάσθαλον. id est,
Haud curo magis, ac si fœmina, siue quis infans
Me iaculo peteret, si quidem uiri inertis, & ipsa
Irrita tela uolant.

In uoti compotem. LV

Vbi quis assecutus est quod affectabat captabatq;, ueluti si quis sacerdotij spe munus principi mitteret, eoq; sacerdotio fauore principis potiretur, quadrabit illud ex eodem libro,

Καὶ βάλεν ὀδὰ ἄρα μιν ἄλιον βέλος ἐκφυγε χερός. id est,
Attigit, eq; manu non irrita missa sagitta est.

Lupus in fabula. LVI

Cum forte fortuna in medio sermone interuenit is cuius mentio fiebat, conueniet illud ex Iliados K.

Οὔπω πὰρ εἰρηκτο ἔπος, ὅτ' ἄρ ἥλυθον αὐτοί. id est,
Iamq; aderant ipsi nondum sermone peracto.

Corrigentis quod dictum est ab alio. LVII

Vbi ciuiliter notabimus aliquem tunquam haud ex animi sententia locutum, aut ubi quid dictum erit parum honestum, intorquebimus uersiculum hunc ex Iliados M. quem Plutarchus ad eum usum adduxit alicubi,

Οἴοθα καὶ ἄλλον μῦθον ἀμείνονα σὺ δὲ νοῆσαι. id est,
Sermonem hoc alium potiorem adducere nosti.

Aliter cum alijs agendum. LVIII

Qui significabit cum alijs blandius agendum, cum alijs asperius, ut cuiusque fuerit ingenium, aut fortuna dignitasq;, allegabit illud ex eodem libro,

Αλλον μειλιχίοις, ἄλλον τετιηότα πεπίθειν Νέστωρ. id est,
Verbis hunc placidis, cõtra asperioribus illũ Increpuere.

Vt nunc sunt homines. LIX

Si notabis temporum tuorum mores, ut semper in peius degenerantes à uirtute maiorum, ueluti si dicas hunc aut illum principem laudandum, ut hac tempestate sunt principes, applicabis illud ex eodem lib. οἷοι νῦν βροτοί εἰσιν. Quod quidem hemistichium aliquot est locis apud Homerum: hic de Aiace & Hectore, saxum ingens humo facile tollentibus, Iliados ε. de Tydeo saxum item tollente.

Non suscipiendum negotium temere. LX

In præpotentem, & cum quo non sit suscipienda simultas aut lis, nisi magno aliquo præsidio fulciaris, quadrabit illud ex eodem libro,

Οὐκ ἄρ τις μὶν ἐρυκάκοι ἀντιβολήσας, Νόσφι θεῶν. id est,
Huic certaturus non iuerit obuius ullus Absque deis.

Dictum est de Hectore duabus lanceis tendente in prælium, cum emisisset ingens saxum.

Vehementer cupientis. LXI

Cum animus ipse nos uehementer instigat ad faciendum quippiam, conueniet illud ex Iliad. N.

Καδδ' ἐμοὶ αὐτῷ θυμὸς ἐνὶ στήθεσι φίλοισι
Μᾶλλον ἐφορμᾶται πολεμίζειν ἠδὲ μάχεσθαι,
Μαιμώωσι δ' ὑπερθε πόδες, καὶ χῆρες ὕπερθεν. id est,
Sponte mihi gliscens animus in pectore gestit
Vsque magis bellare manu, & confligere coram
Festinant infrà pedes, ac dextra superne.

Elucet egregia uirtus. LXII

Egregia uirtus etiam si quando dissimuletur, tamen semper emi-

Ayuntamiento de Madrid

net inter alios, atque ex ipso oris habitu perspicitur, & in ipsa quasi relucet fronte. Veram item nobilitatem testatur facies hominis itidem, ut mores. In hanc sententiam quadrabit Homericum illud ex eodem libro,

Αὐγαὶ θεῶν ἦσαν, id est, Insignia numina diuûm.

Mutua defensatio. LXIII

Mutuam complurium inter ipsos concordiam, mutuamq; defensionem notabimus non insacete uersibus his ex eodem libro,

Φράξαντες μάχην μάχῃ, σάκει δὲ σάκος προβεβλημένοι,
Ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδα ἔρειδε, κόρυς κόρυθι, ἀνὴρ δ' ἀνέρα. id est,
Hastis densabant hastis, umbone frequenti
Vmbonem, clypeum clypeus fulcibat inhærens,
Inq; uicem galeæ galeas iecere, uirum uir.

Iuuenalis item de mollibus, —Sed illos
Defendit numerus iunctiq; umbone phalanges.

Concordia fulciuntur opes etiam exiguæ. LXIIII

Sententia prouerbialis est ibidem, huiusmodi,

Συμφερτὴ δ' ἀρετὴ πέλει ἀνδράσιν καὶ μάλα λυγροῖσιν. id est,
Coniuncti pollent etiam uehementer inertes.

Hæc conuenient uni, si quando significabimus non esse contemnendam amicitiam, aut finitimatem multorum, etiamsi fuerint alioquin imbecilles, & quorum singulos quiuis facile conculcarit. Nam quemadmodum ait Ouidius,

Et quæ non prosunt singula, multa iuuant,
Ita quæ non læduntsingula, multa nocent.

Extra periculum ferox. LXV

In illum dum & ita demum ferocem, si procul absit à periculo, uelut in obtrectatorem clancularium, qui coram non ausit congredi, quadrauerit illud ex eodem loco,

Αἰσχρῶν λυσιμελέων ἐκτὸς ἐὼν ἐφάμυδις καὶ πολεμίζειν. id est,
Pugnare gnarus, uerum eminus & procul hoste.

Simile est illud Demosthenis in oratione De corona, οὕτως οἰκείως ἡμᾶς ἐδέξαντο, ὥστε τὰ ὅπλα τῶν καὶ τὰ ἵππων ὄντων, εἰς τὰς οἰκίας καὶ τὸ ἄστυ δέξασθαι τὴν στρατιὰν ὑπὲ παῖδας καὶ γυναῖκας, καὶ τὰ τιμιώτατα. id est, Adeo familiariter nos acceperunt, ut cum adessent armati & equites, in ædes atque in ciuitatem reciperent exercitum ad liberos & uxores, & ad ea quæ sunt charissima. Extra telorum ictum ante recensuimus, cui contrarium est intra tela. M. Tullius in Verrem actione 4. Non ego à Vibone paruo nauigio inter fugitiuorum ac prædonum ac tua tela uenissem? quod Græci dicunt ἔντὸς βελῶν.

Quisquis fuerit. LXVI

Quemuis citra nullam exceptionem hominem indicabimus hoc uersiculo, qui est in eodem libro,

Ὅς θνητός τ' εἶη, καὶ ἔδοι ἀνθρώπου ἀκτήν. id est,
Qui modo mortalis sit edens cerealia dona.

Veluti si quis dicat humanas leges alibi alias esse, cæterum legem naturæ omnium esse communem, ὃς θνητός τ' εἶη.

Iuuenta uiribus pollet. LXVII

Ad uires plurimum momenti adfert ætas iuuenta. Ad id facit illud ex eodem loco de Aenea.

Καὶ δ' ἔχε κῦδος ἄυτῇ, ὅτε κράτος ὀφέλλει μέγιστον. id est,
Flos quoque adest sui, cuius tunc maxima uis est.

Ancipitis consilij. LXVIII

Ad significandum hominem perplexum & ancipitis sententiæ, suspensumq; animo, congruet illud ex Iliados Ξ.

Μεσσηγὺς γαίης, καὶ ἐφαμὲ ἀστερόεντος. id est,
In medio terræ simul & stellantis olympi.

Dictum est apud poëtam de equis Iunonis inter cœlum & terram celeri uolantibus cursu.

Prædiues. LXIX

Prædiuitem significabimus his uersibus in Z. κ. & λ. Iliadis.

Πολλὰ δ' ἐν ἀφνειῷ πατρὸς κειμήλια κεῖται,
Χαλκός τε χρυσός τε πολύκμητός τε σίδηρος. id est,
Diuitis in patris sunt multa recondita tectis,
Aesq; aurumq;, fabrefacti quoque copia ferri.

Ad idem faciet etiam illud ex Iliados K.

Πολύχρυσος, πολύχαλκος. id est,
Multi auri, multiq; æris.

Aegre quidem, sed facimus tamen. LXX

Cum ægre quidem, & non sine plurimis incommodis agimus quippiam, sed tamen facimus, adacti necessitate, conueniet illud ex Iliados Z.

Καὶ μάλα τειρόμενοί περ, ἀναγκαίη γὰρ ἐπείγει. id est,
Quamuis afflicti nimium, sed fatum ita cogit.

Quod alibi diminutum, exæquatur alibi. LXXI

In eum in quo desideratur uirtutis aliquid, sed cuius iacturam alia quapiam dote penset. Veluti si quem intelligi uelimus parum eloquentem, sed admirabili tamen iudicio: aut qui sit indoctus quidem, sed bene numinatus, competet illud ex eodem loco quem modo citauimus ex Iliados K.

Ὃς δέ τοι εἶδος μὲν οὐκ ἦεν κακός, ἀλλὰ ποδώκης. id est,
Qui ore quidem deformis erat, pedibus tamen acer.

Mutua defensio tutissima. LXXII

Qui significabit minus eos lædi posse, qui concordes sese mutuo defendunt: cõtrà omnium iniuriæ obnoxios illos qui dissident factionibus intestinis, accommodabit illud ex Iliad. ρ.

Παυρότεροι ἦ πολὺ φῶτες, μεμυῖαι γὰρ ἀεὶ
Ἀλλήλοις ἀμφ' ὁμίλῳ ἀλεξέμεναι πόνῳ ἀμύνῃ. id est,
Multo turba minor perijt, quòd agmine semper
Mutuam opem sibi ferre, malumq; arcere studebant.

Qui contemptu uitæ inuadunt. LXXIII

In eos qui gladiatorio, sicut ait Terentius, animo quempiam impetunt, ut aut perdant, aut pereant, conueniet illud ex Iliados M.

Ἀγριοτέροισι σύεσσι ἐοικότες. id est,
Similes agrestibus apris.

Tradum enim uenatores, hos prouocatos rectà impetere prouocantem, nec lancea uitata.

Alijs prospiciens, non sibi. LXXIIII

Si libebit in quempiam iocari, qui cum artem diuinandi profitetur, alijs sua mala prædixerit, ipse suum malum non potuerit præuidere, non inconcinniter accommodabimus illud ex Homeri Bœotia,

Ἀλλ' οὐκ οἰωνοῖσιν ἐρύσσατο κῆρα μέλαιναν. id est,
At non augurijs fatum sibi depulit atrum.

Quod imitatus Maro,

At non augurijs ualuit depellere pestem.

Dictum est de Eunomo Mysorum duce, perito quidem augurioru, at nihilo minus ab Achille occiso.

Dedecus publicum. LXXV

Rem modis omnibus infamem, ac pernicioſam, non ineleganter indicaueris his uersibus quibus Hector Paridem obiurgat libro Iliados 3.

Πάρι τε σῷ μέγα πῆμα πολῖτε πάντῖτε δήμῳ.
Δυσμενέσιν μὲν κῦδος, κατηφείη δέ σοι αὐτῷ. id est,
Noxa ingens urbiq; tuæ, populoq;, patriq;,
Hosti gaudia, sed probrumq;, dolorq; tibijpsi.

Ne depugnes in alieno negotio. LXXVI

Vbi significabimus nos nolle nosmet admiscere liti alienæ quæ nihil ad nos pertineat, sed permissuros ut ipsi inter sese suo decertent periculo quorum agitur negotium, uersiculo fuerit locus ex eodem libro,

Οἷσιν ἀμφ' ἔλκεϊ, καὶ κτήμασι πᾶσι μάχεσθαι. id est,
Proq; Helena, proq; omni re decernere solos. Dictum de Menelao & Paride singulari certamine congressuris.

Prud

Prudentia coniuncta cum uiribus. LXXVII

In eum qui norit idem & alijs imperare quid ſit agendum, & ipſe perſequi cum eſt opus, quod alijs imperat, apte quadrabit illud ex eodem libro,

ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' ἀιχμητής. *id eſt,*
Et iuxta ductor bonus, & certamine pollens.

Sunt enim qui imperatorem agere norunt, at militem præſtare non norunt.

Pauciloquus ſed eruditus. LXXVIII

In eum qui pauca quidem, ſed tamen auditu digna loquitur, conueniet illud ex eodem lib. quod illic dicitur de Menelao, breuiloquo Laconum more, uerum ſuauiloquo & arguto.

Παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως, ἐπεὶ οὐ πολύμυθος. *id eſt,*
Non is multa quidem, uerum argutiſſima, quippe
Pauciloquus.

Duobus malis reſiſtere difficillimum. LXXIX

Εἰ δὴ ὁμῶ πόλεμός τε δαμᾷ, καὶ λοιμὸς ἀχαιούς. *id eſt,*
Iam pariter ſubigit, bellumq; & morbus Achiuos.

Si quando dicemus eundem hominem duobus, aut plurimis premi malis. Eſt apud Homerum Iliados primo.

A' fronte ſimul & occipitio. LXXX

Cùm iudicabimus admirabilem rerum omnium cognitionem, aut ſingularem prudentiam, quæ conſtat non præſentium modo ſcientia, ſed & memoria præteritorum, & futurorum proſpicientia, recte uerſum hunc ex eodem uſurpabimus lib.

ὃς ἤδη τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα. *id eſt,*
Qui ſcit præterita ac præſentia, poſtq; futura.

Vergilius uertit ad hunc modum,

Quæ ſint, quæ fuerint, quæ mox uentura trahantur.

Nocuit & nocebit. LXXXI

Si quando demonſtrata præteritorum malorum cauſa, commi-nabimur, futurum ut accedant maiora, niſi quis reſipiſcat, non intempeſtiuiter uſurpabimus uerſum hunc Homericum ex eodem libro,

Τόνεκ' ἄρ ἄλγε' ἔθηκε ἑκηβόλος, ἄλλ' ἔτι δώσει. *id eſt,*
Phœbus ob hæc mala multa dedit, atque inſuper addet.

Veluti ſi medicus oſtenſo morbi periculo, moneat ægrotum reualeſcentem, ut temperet ab immodica Venere, alioqui reditu-rum cum fœnore malum.

Ingens diſcrimen. LXXXII

Quoties ingens diſcrimen innuemus inter homines, aut res plurimum inter ſe diuerſas, aut immenſum interuallum inter ſeiunctos, eleganter accommodabimus illud ex eodem libro,

Ἑπτὰ μάλα πολλὰ μεταξύ
Οὔρεά τε σκιόεντα θάλασσά τε ἠχήεσσα. *id eſt,*
Sunt in medio ſita plurima, montesq;
Vmbroſi, fretaq; horriſono clamoſa fragore.

Adhortantis ad gloriam. LXXXIII

Cùm adhortabimur ad immortalem gloriam egregijs parandam factis, non inconcinniter adhibebimus illud carmen, quo M. Tullius aliquot uſus eſt locis,

Αλκιμός ἐσσ' ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ. *id eſt,*
Strenuus eſto, quo te poſteritas quoque laudet.

Extat autem apud Homerum cum aliàs, tum Odyſſeæ α. Sic enim Pallas in ſpecie Mentoris adhortatur Telemachum ad uirtutem, aliorum illuſtrium heroum exemplo,

Καὶ σὺ φίλος, μάλα γάρ σ' ὁρόω καλόν τε μέγαν τε,
ἀλκιμός ἐσσ' ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ. *id eſt,*
Tuq; age, quando te uideo magnumq; bonumq;:
Strenuus eſto, ut tete & poſtera prædicet ætas.

Qui paratus eſt ad reſiſtendum. LXXXIIII

Qui ſignificare uolet, ſe nequaquam detrectare certamen, ſed abunde ſuppetere, quo partes tueatur ſuas, uſurpabit illud ex Iliados ν.

Τῷ μοι δόρατά θην καὶ ἀσπίδες ὀμφαλόεσσαι,
Καὶ κόρυθες καὶ θώρηκες λαμπρὸν γανόωντες. *id eſt,*
Et mihi ſunt haſtæ teretes, clypeiq; rotundi,
Tum galeæ, tum thoraces procul igne micantes.

In diſcrimine apparet qui uir. LXXXV

De re periculoſa difficiliq;, & eiuſmodi quæ uirum cordatum ac ſtrenuum requirat, conueniet illud quod eodem lib. dicitur ab Idomeneo Cretenſium duce.

ἔνθ' ὅ, τε δειλὸς ἀνὴρ ὅς τ' ἄλκιμος ἔξεφάνθη. *id eſt,*
Illic qui uir iners, qui ſtrenuus ipſa docet res.

Ad idem facit quod proximo carmine conſequitur,

Τὸ μὲν γάρ τε κακὸν ῥέπεται χερὸς ἄλλυδις ἄλλην.
Cuius aliàs mihi facta mentio.

Non cedendum malis. LXXXVI

Si quando admonebis, non oportere cedere uel aduerſarijs, uel inſultibus aduerſæ fortunæ, aut non eſſe certandum cum fugitiuis, non inſcite detorſeris illud ex eodem libro,

Οὐκ ἄρ ἐν ἀυχέν' ὄπισθε βολὴν οὐδ' ἐνὶ νώτῳ,
Αλλά κεν ἢ φέρνῳ ἢ νηδυῒ ἀντιάσειε. *id eſt,*
Ne feriat iaculum ceruicem aut terga, ſed ipſum
Aut uentrem, aut pectus feriat aduerſa ſagitta.

Ipſe ſibi perniciem accerſiuit. LXXXVII

In eum qui ſibi pertinaciter accerſit malum, cui ueluti fato deſtinatus ſit, congruet illud ex eodem libro,

Τόν δ' ἄγε μοῖρα κακὴ θανάτοιο τέλος δὲ. *id eſt,*
Iſtum mortis in exitium mala parca trahebat.

Vltra uires nihil aggrediendum. LXXXVIII

Qui dicet non eſſe ſuſcipiendum negotium, ad quod peragendum non ſuppetant uires, non inconcinniter illud accommodauerit ex eodem libro,

Πὰρ δύναμιν δ' οὐκ ἔστι καὶ ἐσσομένῳ πολεμίζειν. *id eſt,*
Vires ultra nemo queat bellare, licet ſit
Quantumuis animo promptus.

Verba ſunt Paridis ad Hectorem.

Ocyor accipitre. LXXXIX

Admirandam celeritatem hyperbola prouerbiali licebit indicare, quæ eſt in eodem libro,

Θάσσονες ἱρήκων. *id eſt,* Pernices magis accipitre.

Venuſtius fiet, ſi ad famam, aut ingenium, aut nuncium, aut eiuſmodi quippiam detorqueatur.

Ancipitis animi. XC

Animum ancipitem & incerti conſilij, licet indicare uerſiculo, qui eſt Iliados ξ.

ὡς ὁ γέρων ὤρμαινε δαιζόμενος κῆρ θυμὸν
Διχθάδια. *id eſt,*
Sic ſenior uerſans animo diſquirit utroque Nutans.

Id Maro ſic eſt imitatus,

Atque animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc.

Rurſum Iliados π.

Διχθὰ δὲ μέμονε κραδίη μένος ἠδὲ καὶ ἦτορ. *id eſt,*
Huc animus mihi uerſanti inclinat & illuc.

Correctio dicti. XCI

Dictum obſcœnius & bonis uiris reticendum, aut abſurdum dictu, notabimus hoc uerſiculo ex Iliados ξ.

Μῦθον, ὃν οὔ κεν ἀνὴρ γε δαὴς φόμα πάμπαν ἄγοιτο.
ὅς τις ἐπιφραίσσηται ἦσι φρεσὶν ἄρτια βάζειν. *id eſt,*
Sermonem, quem nemo unquam promat ab ore,
Qui modo cognorit cordata & ſana profari.

In clamoſos. XCII

Ingentem inter litigandum aut diſputandum uociferationem. indicabimus eo uerſiculo, quem ibidem de Neptuno ſcripſit Homerus,

ὅσσον τ' ἐννεάχιλοι ἐπίαχον ἢ δεκάχιλοι
Ανέρες ἐν πολέμῳ, ἐρεθόμενοι ξιφέεσσιν. *id eſt,*

Ayuntamiento de Madrid

Tantum uociferans, quantum nouies, deciésue
Mille uiri, clamare ſolent qui prælia miſcent.
Idem carmen habetur Iliados ε. de Marte.

Pro mea uirili. XCIII

Cum pollicebimur nos operam noſtram præſtituros, pro noſtra uirili, conueniet illud ex eodem lib. Veneris ad Iunonem,

Εἰ δώσαμα τέλεσά γε καὶ εἰ τετελεσμένον ἔσται. *id eſt,*
Si præſtare queam, & fieri res ipſa poteßit.

Idem uerſus habetur Odyſſeæ ε. & Iliados σ. *Vſurpat ueluti prouerbij uice Plutarchus, in libello De dignoſcendo adulatore ab amico,* τῷ γὰρ εἰρῆσθαι τοῖς πρὸ ἡμῶν, φίλε μὲν ἐκεῖνο εἶναι τὸν ἐπαινέλλην, εἰ δώσαμαι τέλεσαί γε καὶ εἰ τετελεσμένον ἔσται. κόλακος δὲ ταῦτα, ἅνδρα ὅτι φρονεῖν. *id eſt, Nam recte dictum eſt illud à maioribus noſtris, amicum ſic promittere,*

Si præſtare queam, & fieri res ipſa poteßit.
Adulatorem uero ad hunc modum,
Dicito quicquid habes in pectore.

Pro dignitate cuiuſque. XCIIII

Cum unicuique partes tribuuntur pro decoro perſonæ, próque dignitate. Veluti ſi negotium arduum committatur prudenti & exercitato: leuiuſculum iuueni cuipiam & imperito, quadrabit illud ex eodem Iliados ξ.

ἐσθλὰ μὲν ἐσθλὸς ἔδωκε, χέρεια δ' χείρονι δόσκεν. *id eſt,*
Egregia egregius ſubit arma, ac deteriori
Deteriora dedit.

Omnia ex ſententia cedunt. XCV

In magnopere fortunatos, quibus & recte & ſecus inſtituta ſfeliciter cedunt, congruet Illud ex Iliados ϱ.

Τῶν μὲν γὰρ πάντων βέλε' ἄπτεται, ὅττις ἀφάσσῃ,
ἢ κακὸς, ἢ ἀγαθὸς, ζεὺς δ' ἔμπης πάντ' ἰθύνει. *id eſt,*
Spicula cuncta horum feriunt, ſeu torſerit illa
Ignauus, ſeu uir fortis, quia Iuppiter ipſe Dirigit.

Improbitas muſcæ. XCVI

In improbum, & ſubinde redeuntem, etiam ſi turpiter repellatur, quadrabit illud ex eodem.

Καί οἱ μύϊος θάρσος ἐνὶ φρεσσὶν ἐνῆκεν,
Ἥ τε καὶ ἐργομένη μάλα περ χροὸς ἀνδρομέοιο.
ἰσχανάα δακέειν. *id eſt,*
Atque illi muſcæ uim intra præcordia miſit,
Quæ quamuis de pelle uiri ſit ſæpe repulſa,
Aſſultat morſura tamen.

Deo fortunæque committo. XCVII

Qui fortunam experiri ſtatuerit, euentum negotij fortunæ committens, in hunc conuenerit illud ex eodem libro,

ὅσσα γὰρ καὶ ἐγὼ, τὰ δέ κεν δὴ πάντα μελήσῃ. *id eſt,*
Torſero & ipſe, Ioui fuerint hæc omnia curæ.

Conſilium in melius commutandum. XCVIII

Si quando iubebimus mutare conſilium, utpote fœdum ac ſtultum, aut reprehendemus quippiam ut inconſulte factum, uſui fuerit illud ex eodem libro,

Τίς τοι νῦν θεῶν νηκερδέα βάλλεν
ἐν φρεσὶν ἔθνησέ καὶ ἔξέλετο φρένας ἐσθλάς; *id eſt,*
Quis tibi conſilium ſubmiſit inutile tandem
Diuorum, ſanamq; exemit pectore mentem?

Modis omnibus incitat. XCIX

Vbi quis modis omnibus animum alterius ſollicitat, nunc precibus, nunc blanditijs, nunc iurgijs, nunc minis, uſurpare licebit illud ex eodem libro de Automedonte dictum & equis Achillis,

πολλὰ μὲν ἄρ μάστιγι θοὴ ἐπεμαίετο θάνων.
πολλὰ δὲ μαλιχίοισι παρασπούδα, πολλὰ δ' ἀρειῇ. *id eſt,*
Multum ille, ſcuticaq; cita celerare iubebat,
Multum idem blande affatus, nultumq; minatus.

Eidem inhiantes teſtamento. C

Duriuſculum quidem, ſed tamen non inſcitum, ſi quod eſt in eodem libro dictum de Græcis ac Troianis, pro Patrocli cadauere dimicantibus, torqueatur ad hæredipetas eundem ſenem, uelut idem cadauer certatim captantes,

Ὡς οἵγ' ἔνθα καὶ ἔνθα νέκυι πολίγνυ ἐνὶ χώρῃ
Εἵλκεσκον ἀμφότεροι. *id eſt,*
Sic illi exiguo diſcrimine utrique cadauer
Hinc atque inde trahunt.

Præmatura mors. CI

In hunc qui præmatura morte diſceſſerit, ſuperſtitibus parentibus, accommodabitur illud ex eodem libro de Hippothoo Pelaſgo Leti filio dictum, quem Aiax Telamonius occiderat, quod Patrocli corpus pede apprehenſum ad Troiam pertrahere conatus erat.

Οὐδὲ τοκεῦσι
Θρέπτα φίλοις ἀπέδωκε, μινυωθάδιος δὲ οἱ αἶσα. *id eſt,*
Aſt neque nutricandi grata parentibus ille
Reddidit officia, ſed ei breue contigit ætas.

CHILIADIS TERTIAE CENTVRIA IX.

Alia dantur, alia negantur. I



Votes è duabus naturæ dotibus altera contigit, altera negata eſt, ueluti ſi cui formæ decus adſit, deſit ingenij laus, Siue cum è duobus poſtulatis alterum duntaxat impetratur, quadrauerit illud ex Iliados π.

Τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ, ἕτερον δ' ἀνένευσε. *id eſt,*
Annuit hoc illi diuûm pater. abnuit illud.

Hunc uerſiculum uſurpat Plinius in epiſtola quadam. Dictus eſt autem de Achille, qui in uotis, quæ facit pro Patroclo ſuis armis inituro prælium, duo quædam rogarat, alterum ut cum laude pugnaret, alterum ut peracta pugna referret arma, incolumis & ipſe. Quorum alterum annuit Iuppiter, nempe ut fortißime pugnaret. Cæterum Achillis arma non retulit, nec incolumis redijt. Feſtiuiter abuſus eſt hoc carmine Stratonicus citharœdus, qui cum audiſſet quendam cithara canentem, ſubiecit hunc Homeri uerſum,

Τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ, ἕτερον δ' ἀνέγνω.

Ac mox alio quodam rogante, cur ita diceret, quoniam, inquit, male canere cithara dedit, cæterum bene canere uoce abnuit. Ita ferme Athenæus libro octauo.

Victoria non incruenta. II

Facit hoc tum corruptela iudicum, tum patronorum rapacitas, ut ferè litigantium utræque partes plectantur, adeo ut non raro pœniteat etiam eum qui uicit litem. In hos igitur conuenit illud ex Iliados ϱ.

Οὐδ' οἵ γ' ἀναιμωτὶ γ' ἐμάχοντο. *id eſt,*
Nec hi ſine ſanguine pugnam Miſcebant.

Filius degenerans. III

In filium, qui à paterno degenerat inſtituto, ſiue qui non diu fruitur à patre relictis, ſed excutitur à maiorum facultatibus, appoſite torquebitur illud ex eodem libro,

ἀλλ' οὐχ υἱὸς ἐὼν ἔτισε πατρὸς ἐνάρα. *id eſt,*
At non conſenuit patrijs in filius armis.

Euentus præter expectationem. IIII

Quoties res multo ſecus euenit quàm uel fuerat inſtituta, uel probabilibus coniecturis euentura uidebatur, congruet illud ex eodem libro,

ἀλλ' ἀεί τε διὸς κρείσσων νόος αἰγιόχοιο. *id eſt,*
Verum præpollet magni Iouis uſque uoluntas.

Pindarus in Pythijs hymno ultimo, τὸ γὰρ μόρσιμον οὐ πάρφυκλον, Ἀλλ' ἔσαι χρόνος, ὅς κε τιν' ἀελπτία βάλῃ, ἔμπα

Ayuntamiento de Madrid

ἔμπαλιν γνώμας τὸ μὲν δλώσῃ, τὸ δ' ὄπιθ id est, Quod enim in fatis est, euitari non potest, Sed erit tempus hoc, quod aliquem desperatione iaculatum, præter opinionem, hoc quidem dabit, aliud uero nequaquam. Rursum Iliados π.

ἀλλ' αἰεί τε Διὸς κρείσσων νόος ἠὲ περ ἀνδρῶν. id est,
Sed magis atque hominum pollet Iouis usque uoluntas.

Reprehensio cogitationis. V

Cum ipsi reprehendimus animi nostri consilium, aut cogitationem parum honestam, aut parũ utilem, locus fuerit ex Ilia. ϱ.

ἀλλά τίνυσο ταῦτα φίλος καὶ διελέξατο θυμός; id est,
Sed mihi cur animus, secum hæc in pectore uersat?

Idem alijs item locis repetitur.

Præbere uiros. VI

Ad fortiter agendum, ferendum'ue adhortabimur hoc carmine ex eodem Iliados ϱ. quanquam idem aliàs subinde repetitur,

ἀνέρες ἐστὲ φίλοι, μνήσασθε δὲ θούριδος αἰκῆς. id est,
Eia estote uiri, ualidasq; expromite uires.

Re opitulandum non uerbis. VII

Cùm re opus est, nihil prosunt uerba, ueluti si quis egeat pecuniarijs suppetijs, quorsum attineat huic aures explere dictis? Rursum in consultationibus, in iudicijs, rationibus agendum est, non ui. Ad id faciet Homericum illud ex Iliados π.

ἐν δὲ χερσὶ τέλος πολέμου, ἐπέων δ' ἐνὶ βουλῇ. id est,
Verba in consilio, ualet in certamine robur.

Corrupta iudicia. VIII

In eos qui corrupte iudicant, aut suffragium ferunt, non ad Reipub. commodum, sed ad priuatum commodum respicientes: siue qui per tyrannidem leges opprimunt, competet illud ex eodem libro,

Οἳ βίῃ ἀγορῇ σκολιὰς κρίνωσι θέμιστας,
οὐκ ὀλίγον ἐλάσωσι θεῶν ὀπιν· οὐκ ἀλέγουσι. id est,
Qui per uim in populi cœtu communia iura
Deprauant, ac iustitiam depellere tentant
Nil ueriti uocem diuûm.

Apta prouincia. IX

In eum, qui prouinciam suscipit, suis aptum uiribus, abstinens à negotio, cui sit impar, ueluti si quis episcopatum accipiat, summum pontificium recuset, conueniet illud ex eodem lib.

Εἵλετο ἄλκιμα μέλεα τά οἱ περὶ μητέρι κεῖτο,
ἔγχος δ' οὐκ ἔλετ' οἷον ἀμύμονος Αἰακίδαο. id est,
Quæ manibus quadrent, ingentes corripit hastas
Quaslibet, ast hastam solam non sumit Achillis.

De Patroclo dictum, qui cum Achillis armis esset indutus, ab hasta tamen abstinebat, quòd ea grauior esset, quàm ut quisquam Græcorum regere posset præter unum Achillem: Quod idem in Odyssea de arcu Vlyßis finxit Homerus.

Pudor & metus. X

Cum abstinetur à re quapiam, quòd ea tum inhonesta factu uideatur, tum uero minime tuta, locum habet illud ex Iliados ο.

Ἴσχε γὰρ αἰδὼς, καὶ δέος. id est,
Nam pudor atque metus uetuit.

De conglobata acie dictum, quæ ne sese diduceret, partim pudor obstabat, partim metus: Pudorem autem ingens addere calcar ad fortiter agendum, indicat in eodem libro, cum ait,

Αἰδομένων δ' ἀνδρῶν πολέες σόοι ἠὲ πέφανται. id est,
Plures sunt salui atque cadunt his, quis pudor adsit.

Qui obticescit. XI

In eum qui metu attonitus, aut stupefactus admiratione tacet, aut cui non est quod respondeat, quadrabit illud ex Iliados ϱ.

Δμῆν δέ μιν ἀμφασίη ἐπέων λάβε. id est,
Illum corripuit stupor, atque infantia linguæ.

Mors omnibus communis. XII

Qui dicet omnibus ex æquo moriendum, nec ullis uiribus arceri fati necessitatem, citabit illud ex Iliados σ.

Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ βίη Ἡρακλῆος φύγε κῆρα. id est,
Nec uis Herculea fatum euitauit acerbum.

Alius alijs in rebus præstantior. XIII

Qui dicet alium alia dote præcellere, accommodabit quod in eodem libro dictum est de Polydamante & Hectore,

ἀλλ' ὁ μὲν ἂρ μύθοισιν, ὁ δ' ἔγχεϊ πολλὸν ἐνίκα. id est,
Hic dictis, hasta longè præstantior ille.

Eandem sententiam fusius explicat Iliados υ. Polydamas loquens Hectori,

ἔκλυε μὰν καὶ ἐμεῖο· σοὶ μὲν πάρα μητιν ἐφῆσαι.
Οὔνεκά τοι πρέπει δῶκε θεὸς πολεμήια ἔργα,
Τέκνεκα τῇ βουλῇ ἐθέλεις περιίδμεναι ἄλλων·
Αλλ' ὅπως ἅμα πάντα δυνήσεαι αὐτὸς ἑλέσθαι.
Αλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμήια ἔργα,
Αλλῳ δ' ὀρχηστύν, ἑτέρῳ κίθαριν καὶ ἀοιδήν,
Αλλῳ δ' ἐν στήθεσσι τίθη νόον εὐρύοπα Ζεὺς Εσθλόν. id est,
Hector non potis es deflectere pectora dictis.
An quia dij donant factis præcellere belli,
Vis in concilio reliquos præcedere sensu?
At non cuncta potes unus simul omnia ferre.
Quippe deus dedit huic uirtute excellere belli,
Huic laudem chorex, citharam illi, & carmina blanda,
Rursum alij mentem præclaram in pectore magnus
Iuppiter inseruit.

In periculoso negotio non est dormitandum. XIIII

Vbi monebimus in re ardua non esse cessandum, congruet quod subinde repetitur apud Homerum Iliados π.

ὀλίγη δ' ἀνάπνευσις πολέμοιο. id est,
Exigua est interspiratio belli.

Poterit trahi uel ad litem forensem, uel ad simile negotium odiosum & laboris plenum.

Mens læua. XV

Frequenter hominum mens læua est, & peßima pro optimis sequuntur, optima pro peßimis repudiant. Ad hanc sententiam facit illud ex Iliados σ.

ἔκλυεν μὲν γὰρ ἐπιπλώσαι κακὰ μητιόωνται,
Πηλυδάμαντι δ' ἄρ' ὄτις, ὃς ἐσθλὰ φράζεσθο βελῶν. i.
Consilium Hectoreum laudabat inutile quisque,
Nemo Polydamantis, at hic dabat utile solus.

Verbis pugnas, non re. XVI

Facile est conuicijs altercari, uerum re uincere difficile. Ad eam sententiam quadrabit illud ex Iliados Υ. dictum ab Aenea congressuro cum Achille.

ἐπεὶ σάφα οἶδα καὶ αὐτὸς,
Η μὲν κερτομίας ἢ δ' αἶσυλα μυθήσασθαι. id est,
Siquidem noui probe & ipse
Et petere probris inimicaq; dicere dicta.

Paulo post repetit copiosius eandem sententiam:

ἔστι γὰρ ἀμφοτέροισι ἐνὶ φρεσὶν εἰδότα μυθεῖσθαι
Πολλὰ μάλ', οὐδ' ἂν νηὺς ἑκατόζυγος ἄχθος ἀροῖτο.
Στεμφηλὴ δὲ γλῶσσα· ὅτῳ βροτῶν, τοιλεῖς δ' ἔνι μῦθοι,
Παντοῖοι, ἐπέων δὲ τολὺς νόμος ἔνθα καὶ ἔνθα.
Οπποῖον κ' εἴπησθα ἔπος, τοῖον δ' ὄψεαι ἐσσό. id est,
Ambobus siquidem probra dicere plurima promptum est,
Quorum onus haud portet centum ratis obsita remis.
Est hominum quia lingua uolubilis, omnigeniq;
Insunt sermones, uarijsq; & piscua dictis,
Hinc atque hinc, multæq; uices, sed qualia uerba
Dices, talia reddentur tibi dicta uicißim.

Ne quid moueare uerborum strepitu. XVII

Qui monebit aliquem, ne sæuis uerbis, ac minis deterreatur, quo minus experiatur, accommodabit illud ex eodem libro, ab Apolline dictum Æneæ,

Ayuntamiento de Madrid

ἀλλ' ἄγε φέρε χαλκὸν ἀταρπέα, μὴ δέ σε πάμπαν
Λυγαλέοις ἐπέεσσιν ἀπαρτεπέτω καὶ ἀρειῆ. id est,
Quin rigido ferro, magis obuius ito, nec unquam
Te ſeuis dictis deterreat ille miniſq;.

Cibo opus duraturis in labore. XVIII

Inituri bellum, ne omnino ieiuni ſint, ne uiribus deſtituantur. Id trahi poterit ad ſtudium literarum, ad exercitium pietatis, atque alia complura. Ad id congruent uerſus Homerici ex Iliados T.

Οὐ γάρ ἀνὴρ πρόπαρ ἦμαρ ἐς ἕλιον καταδύντα
ἄκμιλλον δόρπου σίτοιο δαινύσεται ἄντα μάχεσθαι,
Εἴπερ γὰρ θυμῷ γε μενοινάα πολεμίζῃ,
ἀλλά τε λάθρη γῆα βαρύνεται, ἠδὲ καχάζῃ
Δίψα τε καὶ λιμὸς, βλάπτεται δέ τε γόνατ' ἰόντι.
ὃς δέ κ' ἀνὴρ οἴνοιο κορεσσάμενος δόρπου, καὶ ἐδωδῆς
ἀνδράσι δωσμενέεσσι φαεινομένου πολεμίζῃ,
Θαρσαλέον νύ οἱ ἦτορ ἐνὶ φρεσὶν, οὐδέτι γῆα
Πείρ κάμνῃ, πρὶν πάντας ἐρωῆσαι πολέμοιο. id est,
Nam quis ad occaſum uſque ualebit ſolis ab ortu
Impaſtus iugi durans confligere pugna?
Pectore enim quamuis ſit prompto ad belligerandum
Senſim membra grauant tamen, ac ſitis atra, fameſq;
Corripiunt, genuaq; labant tendentis in hoſtem.
Rurſus erit quicunque ſatur, uinoq;, ciboq;,
Is demum potuit confligere perdius hoſti.
Huic animus nunquam uſque ferox, neque membra laborant
Huic prius, ac victor bello ſummouerit omnes.

Omnibus armis præſidijs'que deſtitutus. XIX

Hominem inermem & omnibus deſtitutum præſidijs indicabimus hoc uerſu, qui eſt Iliados Φ.

Γύμνωτο ἄτερ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος οὐδ' ἔχον ἔγχος. i.
Et clypeo ſimul & galea nudatus, & haſta.

Fruſtra habet qui non utitur. XX

Si quem increpare uoles, quòd ingenio, diuitijs, literis non utatur, cum habeat, conueniet illud ex eodem Iliados Φ.

Τίνυ τόξον ἔχεις ἀνεμώλιον ἄντως. id est,
Cur fruſtra tibi iam geſtatur inutilis arcus?

In fugitiuum. XXI

Vbi quis impotenti animi cupiditate ad rem quampiam inſtigatur, præcipue parum honeſtam, uel magis ſi quis turpiter fugiat, in hunc quadrabit, ſi dixeris,

Τὸν κυνάμυια ἄγει. id est,
Hunc cynamyia rapit.

Sic enim in eodem libro Iuno de Marte è prælio fugiente,

Καί ῥ' ὣς τὸν κυνάμυια ἄγει βροτολοιγὸν Ἄρηα. id est,
Peſtiferum Martem rurſum exagitat Cynamyia. id eſt, muſca canina.

Cum dijs non pugnandum. XXII

Qui monebit non eſſe pugnandum cum genio, cum ſuperis, cum magnis principibus quos Hebræorum etiam literæ uocant deos, uſurpabit illud ex eodem libro,

Θεοὶ δέ τε φέρτεροι ἀνδρῶν. id est,
Verum homines dijs inferiores.

De θεομαχίᾳ diximus alibi. Pindarus Pythijs hymno 2. ſententiam hanc ſic extulit,

Χρὴ τὸ πρὸς θεὸν οὐκ ἐρίζειν. id est,
Oportet aduerſus Deum non contendere.

Autor omnium & fons. XXIII

Cum indicare uolemus primum omnium autorem, unde ceu capite proficiſcantur omnia, maxima pariter & minima: Veluti ſi quis dicat ſuperbiam omnium malorum parentem, fidem omnium uirtutum fontem, Homerum omnis poëſeos patrem, non inconcinniter accommodabitur illud ex eodem lib. de Oceano dictum,

ἐξ οὗ περ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα
Καὶ πᾶσαι κρῆναι καὶ φρείατα μακρὰ νάουσιν. id est,
Ex quo uno freta cuncta fluunt & flumina cuncta,
Et cuncti manant fontesq;, lacusq; profundi.

Prorſus ignotus. XXIIII

In hominem quem nobis mirum in modum ignotum uideri uolumus, per iocum torquebitur illud ex eodem lib. atque aliàs apud Homerum frequens, uelut Odyſſeæ α & ξ.

Τίς πόθεν εἰς ἀνδρῶν, πόθι τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες; id est,
Dic quis, & unde uenis, tibi ubi patria atque parentes?

Cognatum eſt illi, Albus an ater ſis, neſcio. Poterit & ad rem applicari: ueluti ſi dicamus aliquem omnis philoſophiæ imperitum, in librum philoſophicum incidiſſe:

Τίς πόθεν ἦς ἀνδρῶν, πόθι τοι πόλις, ἠδὲ τοκῆες;

Quoad uixero. XXV

Quod in uita perpetuum nobis futurum intelligi uolemus, indicare licebit Homerico carmine, quod eſt in Iliados χ.

—Ὄφρ' ἂρ ἔγωγε
Ζωοῖσιν μετέω καὶ μοι φίλα γούνατ' ὀρώρῃ. id eſt, Donec
Viuos inter agam, genibus dum fulciar hiſce.

Hoc imitatus Maro:

Dum memor ipſe mei, dum ſpiritus hos regat artus.

Glorioſum & apud poſteros. XXVI

Cum facinus ſignificabimus, cuius famam & poſteritas celebratura uidetur, quadrabit illud ex eodem libro,

ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι. id eſt,
Imo facinus inſigne peregit
Ipſa etiam quod poſteritas exaudiat.

Vindicta tarda, ſed grauis. XXVII

Vbi qui diu multa patrauit impune, tandem in extremum malum adducitur, ſemelq; dependit ſuperiora flagitia, congruet illud ex eodem libro,

Νῦν δ' ἀθρόα πάντ' ἀποτίσεις. id eſt,
Nunc cuncta lues ſemel adglomerata.

Verba ſunt Achillis ad Hectorem.

Anceps euentus rei. XXVIII

Cùm anceps rei diſcrimen ſignificamus, & incertum utro uergat uictoria, congruet illud ex eodem libro,

Καὶ τότε δὴ χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα. id eſt,
Tum pater auratas librabat utrinque bilances.

Idem eſt Iliados χ.

Magna de re diſceptatur. XXIX

Cùm ingens certamen indicabimus, nec leuia aut ludicra peti præmia, quadrabit illud ex eodem libro,

ἐπεὶ οὐκ ἱερήιον ἦδὲ βοείην Ἀρνυόμην. id eſt,
Neque enim illis uictima ſiue Bucula captabatur.

Dictum eſt de Achille & Hectore de uita decertantibus. Vſurpatur à Luciano in Eunucho, cum ridet philoſophos turpiter apud iudices de ſalario contendentes. Carmen integrum ſic habet,

—Ἐπεὶ οὐχ ἱερήιον οὐδὲ βοείην
ἀρνυόμην, ἅτε ποσσὶν ἀέθλια γίγνεται ἀνδρῶν.
ἀλλὰ περὶ ψυχῆς θέον ἕκτορος ἱπποδάμοιο. id eſt,
Neque enim illis uictima, ſiue
Bucula captabatur, quippe hæc præmia curſus,
Verum de uita currebant Hectoris.

Vergilius uertit Aeneidos libro 12.

Neque enim leuia aut ludicra petuntur
Præmia, ſed Turni de uita & ſanguine certant.

Omiſsis nugis rem experiamur. XXX

Qui conuicijs omiſsis iubebit ipſa re periculum fieri, uter uincat, aut uincatur, non intempeſtiuiter accommodauerit illud ex eodem libro,

Βέλτερον αὖτ' ἐπὶ δηρὸν ξυνελαυνέμεν ὅππῃ τάχιστα
Εἰδομεν ὁππότερος κεν ὀλυμπικὸν εὖχος ὀρέξῃ. id eſt,

Sed

Ayuntamiento de Madrid

Sed præstet pugnam committere cominus, ut mox
Vtri Iuppiter esse uelit laudemq́;, decusq́;, Perspicuũ fiat.

Metus infamiæ. XXXI

Cùm dicemus nos hominum de nobis opinione rumoribusq́; commoueri quo minus mutemus consilium, conueniet illud ex eodem libro, præterea Iliados ζ. quod frequenter usurpat M. Tullius in Epistolis ad Atticum:

Αἰδόμεσθα Τρῶας καὶ Τρῳάδας ἑλκεσιπέπλους. id est,
Troianos ac Troianas, uereorq́; pudetq́;.

Verba sunt Hectoris pudore nolentis in urbem recipere sese, ne quis opprobraret illi imputaretq́; Troianorum interitum.

Aliam ætatem alia decent. XXXII

Qui iam aliam ætatem significabit: nec idem decere canum, quod iuuenem aliquando decuit, usurpabit illud ex eodem libro. quanquam & aliàs iteratum:

ἀλλ' ὅτε δὴ πόλιός τε καὶ πολίου γένοιτο. id est,
Verum ubi iam, canumq́; caput, incanaq́; menta.

Quod alijs uitio uertas, ipse ne feceris. XXXIII

Quod damnaturus sis in alijs, in te ne admiseris. Ad id faciet illud Iliados Ψ.

Καί δ' ἄλλῳ νεμεσᾶτον ὅς τις τοιαῦτά γε ἔρζοι. id est,
Imò adeò si quisquam alius patrare pararet
Tale aliquid, damnaretis uitioq́; daretis.

Aut ipse fuisti, aut tui simillimus. XXXIIII

Si quando per iocum indicabimus eundem aliquem fuisse, qui tamen se fuisse eat inficias, ueluti si quem incuses, quòd inter bibones compotuerit, isq́; sese neget fuisse, uerum alium quempiam: non illepide detorseris illud ex eodem lib. quod de Patrocli spectro dixit Homerus:

Πάντ' αὐτῷ μέγεθός τε καὶ ὄμματα καλ' εἰνῖα,
Καὶ φωνὴν καὶ τοῖα περὶ χροῒ εἵματα ἕστο. id est,
Cuncta ipsi similis, uocemq́;, oculosq́; decoros,
Corporis atque modum, & talem gestabat amictum.

Audiens non audit. XXXV

Sunt quidam qui si quid parum placet, id scire dissimulant, ueluti cum negant sibi redditas literas, quibus commonefiant officij sui: quod tamen malint effugere, quàm præstare, in hos quadrabit illud ex Iliados Ψ.

Ὡς δὲ καὶ αἰσυλῖ εἰκώς. id est,
Dissimulans audisse.

De Antiloche dictum, qui Menelaum reuocantem à cursu, cum audiret, perinde tamen quasi non audisset, ita celerius etiam currebat:

ἀντίλοχος δ' ἔτι καὶ πολὺ μᾶλλον ἔλαυνε,
Κέντρῳ ἐπασσύμενος, ὡς δὲ καὶ αἰσυλῖ εἰκώς. id est,
Quinetiam cursum Antilochus magis accelerabat
Instigans stimulis, audireq́; dissimulabat.

Ex habitu bonum uirum præ se fert. XXXVI

Qui dicet ex ipsa oris figura uideri probum hominem, citabit illud ex Odysseæ primo:

Οὐ μὲν γάρ τι κακῷ ἅς ὦπα ἐῴκει. id est,
Ex specie minime improbus ipsa Esse uidebatur.

M. Tullius in Verrem libro 8. Is erat Apronius, qui ut ipse non solum uitæ, sed etiam corpore atq; ore significat, immensa aliqua uorago est, aut gurges uitiorum turpitudinumq́; omnium.

Absit clamor in colloquio, aut lusu. XXXVII

Qui iubebit in conuiuio colloquióue temperari à uociferatione, accommodabit illud ex eodem libro,

Νῦν μὲν δαινύμενοι τερπώμεθα, μὴ δὲ βοητὺς
ἔστω. id est,
Nunc hilares cœnemus, & omnis clamor abesto.

Grata nouitas. XXXVIII

Si quando dices nuperrima quæq́;, uulgo maxime placere, non intempestiuum fuerit illud ex eodem libro,

Τὼ γὰρ ἀοιδὼ μᾶλλον ἐπικλέϊσ' ἀνθρώποις,
Ἥ τις ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται. id est,
Cantio enim hæc hominum longe est celeberrima uulgò
Et gratissima, quæ nuperrima uenit in aures.

Accinit huic Pind. Olymp. hym. 9.

Αἰνῆ δ' ὁ παλαιὸν μὲν οἶνον, ἄνθεα δ' ὕμνων νεωτέρων. id est,
Lauda uinum uetus, sed nouorum hymnorum flores.

Sentiens gratiores esse hymnos, qui res nuper gestas celebrant quam qui prisca tractant. Pleraq́; commendat nouitas, potissimum apud imperitos. Contrà in scriptis antiquitas conciliat gratiam, nouitas inuidiam: unde Flaccus in Epist.

Indignor quicquam reprehendi, non quia crasse
Compositum, illepidéue putetur, sed quia nuper.

Ac cæteris fermè in rebus fauor nouitatis, superiorum oblitterat gratiam. Vnde Dauid episcopus Traiectensis, patre prognatus Philippo Burgundionum duce, huius qui nuper defunctus est proauo materno, uir doctus & cordatus, suadentibus quibusdam, ut propter ætatem ingrauescentem patereture adiungi sibi designatum episcopum, ait sese diui Antonij exemplo commoueri, quo minus id facere uellet. Nam hunc negligi cœpisse simul atque successisset Rochus recentior diuus. Simile fastidium est humani ingenij in his quæ nobis ad manum sunt. Miramur enim exotica, cum interdum domi habeamus meliora. Id potissimum usu uenit in medicis: nostros fastidimus, licet eruditos, beluam è longinqua barbarie profectam suspicimus. Itidem pharmacopolæ magno emunt herbas è longinquo aduectas, cum interdum meliores nascantur in horto uicini. Id eleganter notauit Alexis apud Athenæum libro 3.

ἐρῶμεν ἀλλοτρίων, παροροῶμεν συνήθων. id est,
Alienum amamus, proximum contemnimus.

Mulier pudica ne sola sit usquam. XXXIX

Cùm admonebimus non conuenire, ut pudica mulier sola, citraq́; testes cum uiris colloquatur, usui fuerit illud apud Homerum frequens de Penelope:

Οὐκ οἴη, ἅμα τῇ γε καὶ ἀμφίπολοι δύ' ἕποντο. id est,
Haud sola, ast illam famulæ binæ comitatæ.

Fatale uitæ tempus exactum. XL

In decrepitos, quorum ætas iam exacta uidebitur, quadrabit ex eodem libro,

Νήπιοι, οἳ κρὴ βοῦς ὑπερίονος ἠελίοιο
ἤσθιον, id est,
Dementes, ut qui sacros tibi maxime Phœbe
Absumpsere boues.

Nam per solis boues, annos fatales, ut opinor, innuit poëta.

Non luctu, sed remedio opus in malis. XLI

In malis non lamentis, sed auxilijs utendum. Ad id conueniet illud ex Iliados ω. quanquam alijs item iteratum locis:

Οὐ γάρ τις πρῆξις τέλεται κρυεροῖο γόοιο. id est,
Quippe nihil miseri fletus lamentáue prosunt.

Adhuc aliquis deus respicit nos. XLII

Cùm in rebus uehementer afflictis, negabimus nos prorsus abiecisse animam, uerum esse spei nonnihil, conueniet illud quod in eodem libro dicitur à Priamo:

Ἀλλ' ἔτι τις καὶ ἐμοῖο θεῶν ὑπερέσχεθε χεῖρα. id est,
Numen adhuc aliquod dextram mi obtendit amicum.

Mors optima rapit, deterrima relinquit. XLIII

Optima mors eripit è medio, relinquit deterrima. Proinde uidemus quosdam prorsus inutiles Tithoniam ætatem uiuere,

Ayuntamiento de Madrid

pauciſſimos egregio præditos ingenio, ad ſenectæ limen peruenire. In hanc ſententiam quadrat illud ex eodem libro:

Τὸν μὲν ἀπώλεσ' ἄρπυ, τὰ δ' ἐλέγχεα πάντα λέλαπται,
Ψεῦσταί τ' ὀρχησταί τε χοροιτυπίηφιν ἄριστοι,
ἀρνῶν ἠδ' ἐλίφων ἐπιδήμιοι ἀρπακτῆρες. id eſt,
Suſtulit hos Manors, reliqua at mala probra relicta
Mendaces, ſaltatores, primiq; chorcis
Ducendis, agnis, atque hœdis diripiendis Strenui

Celebre eſt illud Maronis,

Optima quæque dies miſeris mortalibus æui
Prima fugit, ſubeunt morbi &c.

Concinit & Theocritus in Epitaphio Bionis,

Τᾶς νύμφαισιν ἔδοξεν ἀεὶ τὸ βάτραχον ᾄδαν,
Τοῖς δ' ἐγὼ οὐ φθονέομι, τὸ γὰρ μέλος οὐ καλὸν ἄλλᾳ. id eſt,
Sic uiſum eſt nymphis, ſemper canit improba rana,
Huic neque ego inuideo, nec enim bona carmina cantat.

Domi manendum. XLIIII

Inutile diutius abeſſe domo, relictis poſſeſſionibus. In eam ſententiam quadrabit illud ex Odyſſeæ Γ.

Καὶ σὺ φίλος, μὴ δηθὰ δόμων ἄπο τῆλ' ἐλάλησο,
Κτήματά τε προλιπὼν, ἀνδρας τ' ἐν σοῖσι δόμοισι. id eſt,
Tu quoque amice domo diuturnus abeſſe caueto
Rebus itemq; uiris intra tua tecta relictis. Item Heſiodus,

Οἶκοι βέλτερον εἶναι, ἐπὴ βλαβερὸν τὸ θύραζε. id eſt,
Eſſe domi præſtat, quia damnoſum foris eſſe.

Refertur ex Euripide carmen hoc:

Μακάριος ὅς τις εὐτυχῶν οἶκοι μένει,
Ἐμοὶ δ' ὁ μὲν πρὸς καὶ πάλιν ναυτίλλεται. id eſt,
Beatus is qui in proſperis manet domi,
Nam ſarcina ſolo quæ tenetur, denuo
Poteſt ſalo committi.

A' ſacris abſtinendæ manus. XLV

Vulgo quoque creditum eſt, fatum inſtare ei qui ſacris rebus, ac Deo dicatis manus iniecerit: aut qui pios homines, aut certe fungentes ſacris miniſterijs oppugnarit: ueluti pontificem Romanum, epiſcopos, abbates, etiam ſi parum fuerint pijs moribus. Id propemodum iam olim dictum eſt ab Homero Iliados Ρ.

Ὁππότ' ἀνὴρ ἠθελε θεὸς δαίμονα φωτὶ μάχεσθαι,
Ὅς τις θεὸς τιμᾷ, τάχα οἱ μέγα πῆμα κυλίσθη. id eſt,
Cum diuo certare uiro ſimul atque cupit quis,
Cuiq; Deus bene uult, malum huic breui imminet ingens.

Turpis iactantia. XLVI

Non eſt generoſi animi iactare ſeſe de his, quæ fortiter, aut feliciter fecit. Super hoc ita Menelaus eodem in libro:

Οὐ μὲν καλὸν ὑπερθύριον ὀχεταάσθαι. id eſt,
Haud ſanè pulchrum ſeſe iactare ſuperbe.

Prior occupat. XLVII

Vbi quis lucrum celeritate præripuit cuipiam, conueniet illud ex Iliados Χ.

Μήτις κἀδ δόρποιο βαλὼν, ὁ δὲ δεύτερος ἔλθοι. id eſt,
Ne quis præriperet iaculans, laudemq;, decusq;,
Atque ita ſerior ipſe ueniret, iamq; ſecundus.

Dictum de Achille, qui reliquis Achiuis innuit, nequis iaculum mitteret in Hectorem, quo ſibi gloriam totam ſeruaret.

Sacra celeriùs abſoluenda. XLVIII

In rebus diuinis attentum eſſe conuenit magis, quàm diuturnum, ne uileſcant aſſiduitate, contra quorundam morem ſacerdotum, qui nimium immorantur ſacro, precibuſq;, quas uocant horarias. Ad id torqueri poterit illud ex Odyſſeæ Γ.

οὐδὲ ἔοικε
Δαῖτα θεῶν ἐν δαιτὶ δαασσέμεν, ἀλλὰ νέεσθαι. id eſt,
Neque par eſt
In diuorum epulo ſediſſe diutius, imo
Surgere matura decet.

Ne diꝝ quidem à morte liberant. XLIX

Nemo tam charus ſuperis, ut illorum fauore mortem euitarit. Huic ſententiæ ſuffragabitur Homericum ex eodem libro teſtimonium:

ἀλλ' ἤτοι θάνατον μὲν ὁμοίτον οὐδὲ θεοὶπες,
Καὶ φίλῳ ἀνδρὶ δύωνται ἀλαλκέμεν, ὁππότε κεν δὴ
Μοῖρ' ὀλοὴ καθέλησι τανυλεγὴς θανάτοιο. id eſt,
At uerò mortem communiter omnibus æquam
A' dilecto homine, neque dij depellere poſſunt,
Quem funeſta dies fati iamiam urget acerbi.

Deus undecunque iuuat, ſi modo propitius. L

Deus ubique præſens adeſt, ſi faueat: neque refert ubi gentium agas illo propitio. Ad hanc ſententiam accommodes licebit ex eodem libro:

ῥεῖα θεὸς κ' ἐθέλων καὶ τηλόθεν ἄνδρα σαῶσαι. id eſt,
Si libeat ſeruare procul quoque numina poßint.

De lautitijs. LI

De cibis prælautis quadrabit illud eodem Odyſſeæ Γ.

Ὅσσατε οἷα ἔδουσι διοτρεφέες βασιλῆες. id eſt,
Qualia purpurei comedunt opſonia reges.

Venuſtius fiet, ſi trahetur ad orationem ſupra modum elegantem, quaſi dignam deorum auribus.

Concordia. LII

In abſolutam concordiam, omniumq; rerum conſenſum, conueniet illud ex eodem libro:

Οὐδέ ποτ' ἐν ἀγορῇ δίχ' ἐθέλομεν, ἔτ' ἐνὶ βουλῇ,
Ἀλλ' ἕνα θυμὸν ἔχοντε νόῳ καὶ ἐπίφρονι βουλῇ. id eſt,
Haud unquam neque concio nos, neque curia dictis
Audiuit pugnare, animo ſed ſemper eodem,
Et ſentire eadem atque eadem decernere uidit.

Verba ſunt Neſtoris de ſe, deq; Vlyſſe.

Fatum immutabile. LIII

Diuina decreta non commutantur, humanæ leges pro tempore uariantur, quemadmodum & mores & uoluntates. Ad id congruet illud ex eodem libro:

Οὐ γάρ τ' ἄλλα θεῶν βέπεται νόος ἀθανάτων. id eſt,
Non etenim diuûm mens uertitur aſtricolarum.

Sine ope diuina nihil ualemus. LIIII

Manca eſt omnis mortalium induſtria, omnisq; conatus, niſi fauor aſpiret diuinus. Ad id accommodare licebit Homericum illud ex eodem libro:

Πάντες δὴ θεῶν χατέομεν ἄνθρωποι. id eſt,
Mortalis diuûm auxilium deſiderat omnis.

Induſtriam adiuuat deus. LV

In aggrediundo negotio, quædam humana ratione prouidentur, quædam fortunæ commoditas, ipſaq; res ſuppeditat. Id eſt apud Homerum, cum aliàs aliquoties, tum hoc quem modo citauimus libro:

Τηλέμαχ' ἄλλα μὲν αὐτὸς ἐνὶ φρεσὶ σῇσι νοήσας,
ἄλλα δὴ καὶ δαίμων ὑποθήσεται. id eſt,
Hæc partim ipſe tuo perpendes pectore tecum,
Partim diuûm aliquis tibi ſuggeret.

Fauſtus exitus. LVI

Cum ſignificabimus rem quam inſtituimus bene ceſſuram, ceu deo quopiam auſpice, quadrabit illud ex Odyſſeæ Β.

Θάρσει μᾶ ἐπεὶ ὄτι αὖσε θεὸς ὅδε γε βουλή. id eſt,
Fide, hoc conſilium non eſt ſine numine nutrix.

Ætate prudentiores reddimur. LVII

Si quando negabimus nobis eadem probari iam natu grandioribus, quæ quondam ob ætatis inſcitiam arriſerunt, ſed uſu rerum auctam prudentiam, congruet illud ex eodem libro:

ἐγὼ δ' ἔτι νήπιος ἦα.

Nũ

Ayuntamiento de Madrid

Νῦν δ' ὅτε δὴ μέγας εἰμί, καὶ ἄλλων μῦθον ἀκούω
Πιυσδάνομαι, καὶ δή μοι ἀέξεται ἔνδοθι θυμός. id est,
Eram adhuc puer, ast ubi iam sum
Grandior, & reddit me aliorum oratio doctum,
Ipseq; grandescit mi animus.
Dicitur ad procos à Telemacho.

Ociosus esto. LVIII

Si quem iubebimus animo ocioso esse, tantum curare cuticulam, negotiũ alijs curæ futurum, accommodabimus illud ex eo. lib.
Μήτε τοι ἄλλο
ἧν φθέσσι κακὸν μελέτω ἔργον τε ἔπος τε,
ἀλλὰ μάλ' ἐσθλιέων καὶ τιτέμεν ὡς τὸ πάροιθεν. id est,
Tute cauto
Aut dicti, aut facti cruciet tua pectora cura,
Quin tranquillus, edasq; bibasq; ita ut ante solebas.

Haud perficiet. LIX

Qui dicet negotium, quod aliquis instituit, haud quaquam perfectum iri, uerbis Homericis id dicat licebit:
Τελεῖ δ' ὅλον ὅποτε τάυτην. id est,
Verum hancce uiam haud perfecerit unquam.

Cedendum multitudini. LX

Qui suadebit non esse pugnandum uni cum multis, & ubique multitudini morigerandum adducet illud ex eod. lib.
ἀλλάκην ὡς ἀσκία πότμον ἑπέσπον,
Εἰ πλέονεσσι μάχοιτο. id est,
Accerset mox ipse sibi crudelia fata,
Si multis pugnare uelit.
Iidem proci paulo superius: Ἀργαλέον δ'
ἀνδράσι καὶ πλέονεσσι μαχήσασθαι πεῖρ δαιτί. id est,
Cum pluribus ardua res est
Depugnare uiris inter conuiuia solos.

Vanæ coniecturæ. LXI

In eos qui de euentu negotij solent augurari, competit illud ex eodem libro:
ὄρνιθες δέτε πολλοὶ ὑπ' ὠκυάλοιο πέλοιο
Φοιτῶσ', ὁδέτε πάντες ἐναίσιμοι. id est,
Ast permulta auium uersatur in æthere turba,
Quarum non quæuis portendere idonea fatum.

Certum prospicio. LXII

Qui se negabit temere, male secũsue de exitu rei cuiuspiam sentire, sed certis adductum argumentis, & pluribus experimentis obseruasse, accommodabit illud ex eod. lib.
Οὐ γὰρ ἀπείρητος μαντεύσομαι, ἀλλὰ εὖ εἰδώς. id est,
Nam neq; inexpertus iam diuinauero, uerum
Egregie callens.

Deus ulciscetur. LXIII

Cum significabimus nobis in præsentia deesse facultatem depellendi, uerum optare, ut superi puniant aliquando, usui fuerit illud ex eod. lib.
ἐγὼ γὰ θεὸς ὑπιβάσομαι ἀιὲν ἐόντας,
αἴκε ποθὶ ζεὺς δῶσι πολυπτα ἔργα γφέσθαι. id est.
Ast equidem immortaleis imploraueró dinos,
Si fors Iuppiter ipse uices aliquando reponat.

In tempore cauenda pœna mali. LXIIII

Quoties admonebimus, ut multo ante occurratur malo, prius quàm oppresserit nos: aut cessandum à peccando prius quàm ingruat diuina uindicta, usui fuerit illud ex eod. lib.
ἀλλὰ πολὺ πρίν
Φραζώμεσθ' ὥσκην καταπάυσομεν. id est,
Verum nos multo ante modum finemq; uelimus Ponere.
Verba uatis minantis procis Vlyssis reditum.

Domesticum malum. LXV

Ad significandum priuatum, ac domesticum malum, quod ad alios nihil attinet, conueniet illud ex eod. lib.
ἀλλ' ἐμὸν ὠκὺ χρῆμ', ὅμοι κακὸν ἔμπεσεν οἴκῳ. id est,
Porrò malum nostras quod in ædes incidit, unum
Ad me pertinet.
M. Tullius in actione in Verrem 5. domesticum ac uernaculum crimen appellat, quod intra parietes admissum nondum peruenit in publicum rumorem.

Senum prudentia. LXVI

In senem plurimarum rerum usu peritum, quiq; multa meminerit superioribus acta seculis, quadrauerit illud ex eod. lib.
Παλαιά τε πολλά τε εἰδώς. id est,
Qui antiquaq;, multaq; norat.

Premenda occasio. LXVII

Qui significabit modis omnibus instandũ esse, nec obmittendã cunctãdo semel oblatã occasionẽ, accõmodabit illud ex Odyss. A.
ὑμεῖς δ' ἀσφαλέως ἐχέμεν μᾶλλόν τε πιέζειν. id est,
Vos premite, & uinclis magis arcte stringite captum.
Quod quidem detorquere licebit ad id, cum dicemus, impetus animi, hoc magis ac magis esse coërcendos rationis moderamine, quo magis efferuescunt, & ad malum sollicitant.

Omnibus neruis. LXVIII

Cùm inuenemus in negotio quopiam omneis expromendas uires, omneis neruos intendendos, conueniet illud ex eodem loco:
Καὶ τότ' ἔπειθ' ὑμῖν μελέτω κάρτος τε βίητε. id est,
Dein uobis curæ sunto, uiresq;, uigorq;.
Adsimili specie Pindarus dixit Olymp. 10.
Τὶς δὲ πολλάνιον ἔλαχε στέφανον,
Χέρεσσι ποσί τε καὶ ἅρμασιν ἀγώνιον. id est,
Quis tandem assequutus desiderabilem coronam manibus pedibusq; & curribus.
Hic locus addendus erat prouerbio Manibus pedibusq;, sed illæ paginæ iam exierant manus meas. M. Tull. lib. in Verr. 5.
Attendite iudices, omnibus enim neruis mihi contendendũ est.

Cum principe non pugnandum. LXIX

Qui significabit arduum, principem à priuato superiori: aut difficillimum uincere naturam, usurpabit illud ex eod. lib.
ἀργαλέον γάρ τ' ἐστὶ θεὸς βροτῷ ἀνδὶ δαμῶναι. id est,
Arduus res homini mortali uincere numen.

Ingens discrimen. LXX

Ingens interuallum, ueluti si quis sentiat plurimum interesse inter pecuniæ studium & sapientiam, hoc uersu licebit significare ex eod. lib.
Τόσσον ἄνδρ' ὅσσον τε πανημερίη γλαφυρὴ νηῦς
ἴνυσιν, ἣ λιγὺς ἔρχεται πτερόεσσαν ὄπισθεν. id est,
Tantum aberat, quantum cursu ratis acta diurno
Conficiat spatij, quam prouehat aura secunda.

Aperte, simpliciter q; loqui. LXXI

Simpliciter & aperte dicturos nos, citraq; ambages, significabimus hoc carmine, quod est in eodem libro: οὐκ ἂρ ἔγωγε
ἄλλα παρὲξ ἔπος οἶμι παρακλιδὸν, ὅδε' ἀπατήσω. id est,
Non fucis te dissimulans decepero fictis.

Rerum omnium uicissitudo. LXXII

Variæ fortunæ uices, & nunc læta contingunt unicuiq;, nunc tristia. Ad eam sententiam applicabitur illud ex eod. lib.
ἀτὰρ θεὸς ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλῳ,
Ζεὺς ἀγαθόν τε κακόν τε διδοῖ. id est,
Nunc huic, nunc Iuppiter illi
Nunc læta immittit, nunc tristia.

Festiuus sermo. LXXIII

Vbi quis in cõuiuio sermonẽ inducit, admodũ hilarẽ ac festiuum, qui discutiat omnẽ tristitiam, conuenit illud ex eod. lib. quod Homerus finxit de Helena pharmacũ immittẽte in conuiuarũ cyathos, quod omnium anteactorum induceret obliuionem:
Αὐτίκ' ἄρ εἰς οἶνον βάλε φάρμακον, ἐνθεν ἔπινον
Νηπενθὲς τ' ἄχολόν τε κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων. id est,
In uinum immisit mox pharmacon, unde biberunt,
Luctusq;, bilisq;, maliq; obliuia cuncti.

Ayuntamiento de Madrid

Huius meminit Pli.li.25.Nobile,inquit,illud obliuionem tristitiæ ueniamq; adferens,& ab Helena utiq; omnibus mortalibus propinandum.Dioscorides li.4.refert herbam ἄλυπον, quæ inferne sumpta atræ bili medeatur: Vnde & nomen inditum uidetur, quasi dolore carens,quemadmodum νεπενθὲς & ἄϋπνον,quòd luctum ac sitim pellant.

Qui nocere potest, & idem prodesse. LXXIIII

In medicos imperitos, qui non raro uenenum pro remedio ministrant,quadrabit illud ex eod.libr.quod usurpauit in Pseudomante Lucianus,estq; pluribus apud Homerum locis:

Φάρμακα,πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα,πολλὰ δὲ λυγρά. i.
Pharmaca mista, salubria multa, ac noxia multa.

Idem quadrabit in hominem & bonis & malis instructum artibus,qui uel iuuare possit,si uelit,uel lædere.

Asseuerantius dicere. LXXV

Audacius quippiam & asseuerantius dicturi, quod nobis tamen ita uideatur,adducemus illum eodem ex lib.uersum, quo Helena utitur de Telemacho:

Ψεύσομαι,ἢ ἔτυμον ἐρέω,κλείεται δέ μι θυμός. id est,
Mentiar,aut uerum dicam,mens attamen ipsa
Imperat ut dicam. Idem carmen extat Iliados K.

Arripienda quæ offeruntur. LXXVI

Solennis est,multisq; locis iteratus uersiculus hic:

Οἱ δ' ἐπ' ὀνείαθ' ἑτοῖμα προκείμενα χεῖφας ἴαλλον. id est,
Quibus q; sibi appositis, si quid foret utile,promptas
Admouere manus.

Quem torquere licebit in tutores,qui rem nacti pupillorum manus inijciunt,interq; se partiti sibi uindicant.Aut in simile hominum genus,inuadentium & inuolantium aliena.

Principum fauor necessarius. LXXVII

Vbi quis inuitis principibus conatur extricare sese è malo quopiam:aut lite à qua non possit explicari, nisi aditus illorum fauore,conueniet illud ex eod.lib.dictum in Aiacẽ Oileum,

Φῆ ῥ' ἀέκοντι θεῶν φυγέμεν μέγα λαῖτμα θαλάσσης. id est,
Iactabat sese spatiosi ex æquoris altis
Emersurum undis,inuito numine diuûm.

Negotium non aptum. LXXVIII

Qui recusat munus, aut prouinciam sibi parum accommodam: aut qui negabit accersere uelle sese quempiam, ad id muneris,ad quod gerendum idoneus non uideatur, usurpabit illud ex eodem libro:

ἵππους δ' οὐκ ἐθέλω ὧν ἄξομαι. id est,
Cæterum equos Ithacam non duxero.

Verba sunt Telemachi recusantis equos,quos Menelaus offerebat dono,quòd Ithacensis insula non esset opportuna alendis equis, quippe petricosa,minimeq; pascuis apta.

Obtestatio ueterum meritorum. LXXIX

Cùm obtestabimur per memoriam ueterum officiorum, conueniet illud ex eod.lib. quanquam & aliâs apud hunc poëtam:

ἤ βοὸς ἢ ὄϊος κνίσῃ πολλὰ μηρί' ἔκηε
Νῶϊ μοι μνῆσαι. id est,
Si aut bouis aut ouis incendi tibi pinguia membra,
Horum nunc memor esto.

Sunt autem uerba Penelopes precantis numen, ut memor sacrificiorum & nidoris, quo sæpenumero pastum est, nunc uicissim opituletur.

Conuiua non conuiua. LXXX

In eum,qui accumbit quidem in conuiuio,uerum spectator duntaxat eorum,quæ apponuntur, nam hoc pacto quidam sordidi magnifici conuiuas suos tractant, quadrabit quod in eodem dictum est de Penelope:

Κεῖτ' ἄρ ἄσιτος,ἄπαστος,ἀδμήτους,ἀδὲ ποτῆτος. id est,
Incœnatus & impastus potuq; ciboq; Accubuit.

Vndecunq; lucrum captant. LXXXI

In aduocatos, in calumniatores, in malos medicos, qui captant undecunque, si quis incidit in casses, quem possint expilare, congruet illud,quod in eodem est libro:

Αἰεὶ γὰρ πίσυρον ἁλώμενοι ἰχθυάασκον
Γναμπτοῖς ἀγκίστροισι,κεναὶ δ' ἔσαν ἦτορ ἀγοίρων. id est,
Semper enim quaqua patet insula,piscibus hamo
Insidiabantur,uentrem fames enecat atra.

Ingratitudo uulgi. LXXXII

Qui significabit sibi molestam ingratitudinem, quod intelligat superiorum officiorum nullam haberi rationem, non inconcinniter usurpauerit illud ex Odysseæ ι. quod idem est & alijs locis:

Μήτις ἔτι πρόφρων ἀγανὸς καὶ ἤπιος ἔστω,
Σκηπτοῦχος βασιλεύς,μηδὲ φρεσὶν ἄσιμα εἰδώς
ἀλλ' ἀεὶ χαλεπός τ' ἔστω,καὶ ἄσυλα ῥέζοι. id est,
Posthac ne placidus sit quisquam,neue benignus,
Nec mitis,iustiq; tenax rex sceptriger unquam,
Sed semper ferus esto,& semper iniqua patrato.

Munerum corruptela. LXXXIII

In eum qui rem auro,donisq; aggreditur, non infestiuiter torqueris illud ex eodem libro dictum de Mercurio sumente caduceum:

Εἵλετο δ' ῥάβδον τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει,
ὧν ἐθέλει τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει. id est,
Corripuit uirgam,qua mulcet lumina somno,
Quorumcunq; uelit, soluit quoq; lumina somno.

Quadrabit enim pulchre in munera, quod de uirga Mercuriali dictum est,quibus uelut expergefiunt iudices,antea ceu dormitantes, & rursum infesti placantur, ut in causa uelut obdormiscant,conniueantq;. Aristoph.in Concionatricibus, ait deos quoq; capi donis,coq; manibus stare supinis,

ὅταν γὰρ εὐχώμεσθα διαλόναι τ' ἀγαθὰ
ἕστηκεν ἐκτείνοντα τὼν χεῖρ' ὑπτίαν
ὄχ' ὥς τι δώσοντ' ἀλλ' ὅπως τι λήψεται. id est,
Nam cum precamur largiantur ut bona,
Manum supinam porrigentes stant,uelut
Nihil daturi, sed recepturi magis.

Interpres admonet, statuas deorum olim ferè supinis manibus fingi solere.Supinam autem appellat repandam, uelut ad excipiendum compositam.

Principes inter se noti. LXXXIIII

Qui dicet nutuam principum, aut eruditorum inter ipsos esse notitiam: etiam si diuersas longeq; dissitas habitent regiones usurpare poterit illud ex eod.lib.

Οὐ γάρ τ' ἀγνῶτες θεοὶ ἀλλήλοισι πέλονται
ἀθάνατοι,ἦ δ' ἤτις ἀπόπροθι δώματα ναίῃ. id est,
Non ignoti inter se sunt dij morte carentes,
Quanquam semoti diuersa in sede morentur.

Torqueri poterit & in satrapas istos,qui tametsi belligerari uidentur,magnoq; rerum tumultu conflictari,tamen ipsi clanculum inter se colludunt:hoc tantum agentes,ut suam uterq; plebem exhauriat,& imminuta reip.autoritate,suam constabiliant tyrannidem.

Periculum ne temere subeas. LXXXV

Nemo longam nauigationem suscipit animi causa, sed adactus graui quapiam necessitate:aut nemo diuturnum, grauemq; laborem capessit temere. Ad id congruet illud ex eod.lib.

Τίς δ' ἂρ ἑκὼν τόσσον διαδρήσεται ἅλμυρον ὕδωρ. id est,
Quis tantum salsi laticis percurreret ultro.

Fatum ineuitabile. LXXXVI

Quod fatis decretum est,id nemini licet euitare. Ad eam sententiam facit illud ex eod.lib.

ἀλλὰ μάλ' ὅπως ὅτι μοι διὸς νόος ἀγκυλομήτεω,
Οὔτε παρεξελθεῖν ἄλλον θεόν,οὔτ' ἀλιῶσαι, id est,

Ayuntamiento de Madrid

At mentem Iouis haud ullis rationibus unquam
Diuorum quenquam uitare aut fallere fas eſt.

Fatis adactus. LXXXVII

In eum qui non ſponte, ſed caſu, uelutiq; fatis impellentibus, in aliquod uitæ genus incidit, congruet illud ex eod. lib.

Τὸν δ' ἄρα λιγὺς ἄνεμός τε φέρων καὶ κῦμα πέλασσε. *i.*
Aſt hunc huc uentusq; ferens atq; appulit unda.

Male coniugati. LXXXVIII

In eum, qui coniugio uinctus eſt cum ea, quam non amet uicißim ex animo: quamuis ob uoluptatem uxoriam ametur, non inſcite torquebitur illud ex eod. lib.

ἀλλ' ἤτοι νύκτας μὴ ἰάνισκεν σιὼ ἀνάγκῃ,
ἐν αὐλίοισι γλαφυροῖσι πὰρ δὲ κ ἐθέλων ἐθέλοιμι,
ἅματα δ' ἐν πέτρῃσι καὶ ἠιόνεσσι καθίζων,
Δάκρυσί τε στοναχῇ τε καὶ ἄλγεσι θυμὸν ἐρίζων. *id eſt,*
Sed nolens licet ac ui, cum illa nocte cubabat
Nolens cum cupiente ſub antris conditus atris.
Verum perdius in ſcopulis ac littore ſedit,
Excrucians animum lachrymis, curis gemituq;.

Si deus uoluerit. LXXXIX

De re futura, cuius exitus pendeat à dei fauore: nã etiam uulgò dicunt ominis cauſa, ſi deus uoluerit: atq; ita nos loqui Iacobus apoſtolus docet: id Homerico uerſu licebit explicare, ſi quando iocabimur apud eruditos:

Αἰκὲ θεὸν ἐθέλωσι τοὶ οὐρανὸν ἐυρὺν ἔχουσιν. *id eſt,*
Dijs ita ſi uiſum fuerit, quos geſtat olympus.

Suadeo, quod ipſe facturus eſſem. XC

Cùm alteri damus conſilium, quo non grauenur ipſi uti in ſimili cauſa, conueniet illud Calypſus ex eod. lib.

ἀλλὰ τὰ μὴ νοέω νὴ φράσσομαι, ὅσσ' ἄρ' ἐμοὶπερ
Αὐτῇ μηδομένῳ, ὅτε μὲ χρεὼ τόσσον ἵκοι. *id eſt,*
Sentio, ſuadeboq; tibi, quibus haud grauer uti
Ipſa mihi ſimilis ſi quando occurreret uſus,

Malorum aſſuetudo. XCI

Qui malis aſſueuit, ac permulta tulit, commodius fert & aliud, ſi quod inciderit infortunium. Ad id conueniet illud eodem ex libro ſub perſona Vlyßis:

ἤδη γὰρ μάλα πολλ' ἔπαθον νὴ πολλὰ μόγησα
Κύμασι νὴ πολέμῳ, μετὰ καὶ τόδε τοῖσι γενέσθω. *id eſt,*
Iam tuli & ante mali multum, multumq; laborum
Fluctibus & bellis, age & hoc acceſſerit illis.

Fortuna reddit inſolentes. XCII

In eum, qui poſtea quàm fortuna ſecundior affulſit, animos item effert, & paulo confidentius gerit ſeſe, quadrabit illud ex eodem libro:

Γηθόσυνος δ' ἔρῳ πέτασ' ἰςία δολιχοσείρης. *id eſt,*
Lætatus uentis pendebat uela ſecundis.

Moderator negotij. XCIII

Carmen, quod ibidem proximè conſequitur, conueniet in eum, qui prudentia & autoritate ſua negotiũ aliquod moderatur.

Αὐτὰρ ὁ πηδαλίῳ ἰθύνετο τεχνήεντως. *id eſt,*
Ille ratem clauo ſcite docteq; regebat.

Tacite ſtomachari. XCIIII

In eum qui ſecum indignatur quadrabit illud eod. lib.

ὀδ' ἐχώσατο κηρόθι μᾶλλον. *id eſt,*
Illi cor magis atq; magis ſuccenditur ira.

De Neptuno dictum, indigne ferente, quòd Vlyſſes proſpere nauigaret.

Qui conturbat omnia. XCV

In eum qui maximas undiq; ciet turbas, apte detorquebitur illud ex eodem libro:

Πάσας δ' ὀρόθυνεν ἀέλλας. Παντοίων ἀνέμων. *id eſt,*
Omneis omnigenum ille procellas. Ventorum ciet.

Non abiicit animum. XCVI

De eo, qui ne afflictißimis quidem in rebus ſpem, aut conſilium abijcit: quemadmodum apud Maronem Latinus, rerumq; reliquit habenas, ſed de recipiendo ſe utcunq; cogitat, appoſite dicetur, quod inibi dictum eſt de Vlyſſe:

ἀλλ' οὐδ' ὡς σχεδίης ἐπελήθετο ταρφέος ἔρως. *id eſt,*
Ac neq; ſic licet afflictus obliuia cepit Naufragij.

Malis mala ſuccedunt. XCVII

In eum, qui uarijs exercetur incommoditatibus fortunæ, nunc morbo, nunc rapinis, nunc alijs atq; alijs malis, conueniet illud ex eodem libro:

ἄλλοτε μὲν τε νότῳ & βορέῃ προβάλεσκε φέρεσθαι,
ἄλλοτε δ' αὖτ' εὔρῳ & ζεφύρῳ ἔξασκε διώκειν. *id eſt,*
Tradebat notus hunc boreæ quandoq; uehendum,
Nunc rurſum zephyro iactandum tradidit eurus.

Auſonius in Epigrammate eleganter dixit, Catenatos labores, quòd negotium ex negotio ſeritur. Cui contrarium eſt quod ait Pindarus Olymp. 8. ἐσθλὰ δ' ἐπ' ἐσθλοῖς ἔργα θέλοι δόμεν. *Optat ut Iuppiter uelit illi benefacta benefactis cumulare.*

Hoſpitis habenda cura. XCVIII

Qui dicet hoſpitum habendam eſſe rationem, uſurpabit illud ex eodem libro:

Αἰδοῖός & μή τ' ὀπὶ νὴ ἀθανάτοισι θεοῖσι
ἀνδρῶν ὅς τις ἵκηται ἀλάμπων & ὥστε ἐγὼ νῦν. *id eſt,*
Nam diuis reuerendus & immortalibus ille eſt
Quicunq; appulerit multis erroribus actus Nunc uti ego.

Diuitiæ non ſemper optimis contingunt. XCIX

Qui dicet opes non ſemper cordatißimis, ſed pro fortunæ arbitrio, nunc huic, nunc illi contingere, citabit illud ex Odyſſ. Z.

Ζεὺς αὖ ὄλβον νέμει ὀλύμπιος & ἀνθρώποισι,
ἐσθλοῖς ἠδὲ κακοῖσιν, ὅπως ἑκάστῳ ἐθέλησιν. *id eſt,*
Iuppiter emetitur opes mortalibus ipſe.
Sic uiſum ut fuerit, cuicunq;, bonóue malóue.

Dicuntur à Nauſica, ad Vlyſſem mendicantem: nec illum ob inopiam habet deſpectui, quæ fortunæ ſit imputanda, non homini, ſi is modo fuerit alioqui cordatus.

Munus exiguum, ſed opportunum. C

Cùm munus indicamus, pretio quidem perpuſillum, ſed tamen accipienti pro tempore gratißimum, ueluti ſi quis panem porrigat de uita periclitanti, citabimus illud ex eod. lib.

Δόσις δ' ὀλίγη τε φίλη τε. *id eſt,*
Exiguum munus, gratum tamen. Idem carmen extat in ξ.

CHILIADIS TERTIAE CENTVRIA X.

Quò tranſgreſſus &c. I

INter philoſophos uix alium reperias, qui religioſius inſtituerit adoleſcentiam quàm Pythagoras, unde & ſuperſtitionis nonnihil admiſcuit, quòd rudis ætas, quemadmodum & indocta multitudo, nudis & apertis philoſophiæ præceptis regi non queat. Huic nimirum pertinebat carnium interdictus eſus, holerum commendatio, & quinquennis ἐχεμυθία, poſtremo Symbolorum uelut oracula quædam, prius ediſcenda quàm intelligerentur. [Ab huius inſtitutis quædam æmulati uidentur qui nunc ſolo titulo ferè monachi ſunt.] Ac minimum quidem peccant qui uentrem ac linguam habent caſtigatam, tamen quoniam uix hominis eſt cauere, nec ubi labatur, proximum eſt, ut à ſe quiſq; ſubinde geſtorum rationem exigat, & ſi quid erratum eſt corrigat, ſi quid cum officio factum, in eo perſeueret, atque in melius proficiat. Huius ſalutiferi præcepti ceu Symbolum quoddam tradidit carmen, cuius autoris incertum, nam apud Homerum non reperio, quo delectatus uidetur & Plutar

Ayuntamiento de Madrid

& Plutarchus, nam ne hoc quidem uiro quicquam sanctius inter philosophos ethnicos. Carmen autem sic habet,

Πῆ παρέβλω, τί δ' ἔρεξα, τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη; id est,
Lapsus ubi quid feci, aut officij quid omissum est?

Omnis autem humanæ uitæ lapsus consistit in tribus, aut cum secus facimus quàm oportet, hoc est plus minúsue quàm decet, huic errori respondet illud, πῆ παρέβλω; aut facimus quod omissum oportuit, cui respondet illa particula, Τίδ' ἔρεξα; aut omittimus quod factum oportuit. Ad hoc pertinet extrema particula, τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη; Qui filium aut uxorem peccantem lenius admonet quàm sat est, aut asperius obiurgat, resipiscens merito dicet, πῆ παρέβλω; Qui filio præcipit parum honesta, dicet τί δ' ἔρεξα; Qui peccantem dissimulat, quem expediret admonere, dicet illud, Τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη; Pythagoras igitur solitus est admonere adolescentes, ut quoties domum ingrederentur, hunc uersiculum suo cum animo uersarent. Ea cogitatio sollicitos reddebat adolescentes, ut si quid forte deliquissent, aut si quid uitij contraxissent ex hominum conuictu, id in posterum corrigerent, cauerentq;. Eam sententiam latius ac fusius explicuit quisquis scripsit carmen De uiro bono, quod fertur inter appendices operum Vergilianorum,

Non prius in dulcem declinat lumina somnum,
Omnia quàm longi reputauerit acta diei.
Quò prætergressus? quid gestum in tempore, quid non?
Cur isti facto decus abfuit? aut ratio illi?

Hæc docuerunt à Christo alieni, quid oportet facere Christianos? Vtinam saltem sacerdotes ac monachi, cum à prolixis splendidísq; cõuiuijs ingrediũtur cubiculũ, dicant apud sese.

Πῆ παρέβλω; τίδ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;

Deum immortalem quàm multa nobis succurrerent, & pudenda, & pœnitenda? —

Suo quisq; studio gaudet. II

Qui dicet alijs studijs alios teneri, & unumquenq; suo uictitare quæstu, profitet illud ex eod. lib.

Οὐ γὰρ φυήκεσσι μέλει ἰὸς ἠδὲ φαρέτρη,
Ἀλλ' ἴσοι καὶ ἐρετμὰ νεῶν, καὶ νῆες ἔϊσαι. id est,
Nam Phæacibus haud cordi iacula, atq; pharetra,
Sed remi, tabulisq; ratis compactilis æquis.

Affine illi: Tractant fabrilia fabri. Pindarus in Pythijs hymno 10. καὶ γὰρ ἑτέροισιν ἑτέρων ἔρως ἔκνιξε φρένας, Alijs aliarum rerum amor pupugit mentem.

Demittere sese ad aliorum mediocritatem. III

Vbi quis moderatur data opera uires suas, ad aliorum mediocritatem. Veluti si quis præceptor tradat auditoribus, non quantum ipse docere posset, sed quantum illi capere, conueniet illud ex eodem libro, de Nausica sic habenis moderante cursum mularum, ut pedissequæ, & Vlysses, pedibus consequi possent.

ἣ ὃ μὰλ' ἡνιόχευεν ὅπως ἅμ' ἑπόλατο πεζοί,
ἀμφιπολοί τ' ὀδυσεύς τε, νόῳ δ' ἐπέβαλλεν ἰμάσθλῃ. i.
Hæc ita lora regens, pedes ut comes iret Vlysses,
Tum comitum quoq; turba, modo rationeq; certa
Instigat scutica.

Mihi curæ erit hoc negotium. IIII

Cùm admonebimus quempiam ut omne negotium in nos reijciat ipse securus, nobis rem curæ futuram, conueniet illud ex Odysseæ H.

ἀλλ' ἴθι σιγῇ, τοῖον, ἐγὼ δ' ὁδὸν ἡγεμονεύσω. id est,
Quin tacitus procede, uiæ huius ego fuero dux.

Animus præsens. V

Animi præsentia utilis ubique, propterea quod timiditas, uel à conscientia, uel ab animi paruitate uideatur proficisci. Huic sententiæ suffragatur Homericum illud ex eod. lib.

Θαρσαλέῳ & μὰλα οἱ ἐν πᾶσιν ἀμείνων
ἔργοισι τελέθῃ, κἀκάι ποθὲν ἄλλοθεν ἔλθοι. id est,
Omnibus in rebus potior uir fortis & audax,
Sit licet hospes & è longinquis uenerit oris.

Ad hunc modum Pallas hortatur Vlyssem, ne quid trepidet ingressurus Alcinoi domum. Huic congruit illud quod alibi dictum est, fortes fortuna adiuuat. T. Liuius lib. ab urbe condita 8. Sed cuentus docuit fortes fortunam adiuuare.

Locupletum reditus. VI

In locupletes, quibus alius ex alio succedit reditus, accommodabitur illud ex eod. lib. de pomarijs Alcinoi dictum:

Οὐδὲ διείρεις ἐπετήσιος & ἀλλὰ μάλ' αἰεὶ
Ζεφυρίη πνείουσα, τὰ μὲν φύει, ἄλλα δὲ πέσσει,
ὄχνη ἐπ' ὄχνῃ γηράσκει, μῆλον δ' ἐπὶ μήλῳ,
Αὐτὰρ ἐπὶ σταφυλῇ σταφυλή, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ. id est,
Nec singulos æstas renouatur in annos,
Sed flans perpetuo zephyrus spiramine fœtus
Hos producit, & hos demittit ab arbore nites,
Et pyra adulta pyris succedunt, malaq; malis,
A' fico ficus, atq; uua senescit ab uua.

Ineuitabile fatum. VII

Quod homini fatis decretum est, id ueniet. In hanc sententiam Homerus eodem libro.

Ενθα δ' ἔπειτα
Πέσεται, ὅσσα οἱ αἶσα κατακλῶθές τε βαρεῖαι
Γενομένῳ νήσαντο λίνῳ, ὅ τε μίμν τίκτε μήτηρ. id est,
Post, illic accidet illi
Quod fatum parcæq; graues in stamine nerunt
Nascenti tum, cum matris promergeret aluo.

Quanquam hũc locum de fatis oportebit ioco duntaxat adhibere. Veluti si quis filium longius aliquo studij causa emandans, negaret sibi curæ futurum, quid illic agat, sed id deo se fortunæq; committere.

Aliud cura. VIII

Cùm negabis esse causam, cur aliquis aut dubitet, aut sollicitus sit exempto scrupulo accommodabitur illud ex eod. lib.

ἀλκίνο' ἄλλοτί τοι μελέτω φρεσίν. id est,
Alcinoe cures aliud.

Item Terentius, Atqui iam repperi, aliud cura.

Molestus interpellator uenter. IX

Venter inprobus interpellator, non sinit unquam quempiam obliuisci sui. Id ad egestatem torqueri poterit, quæ mortales ad omnia, tum faciendà, tum ferendà solet compellere. Sic autem Vlysses in eod. lib.

Οὐ γάρ τι γυτερὴν ἐπὶ γαστρὶ κιώτερον ἄλλο
ἔπλετο, ὅτ' ἐκέλευσεν ἕο μνήσασθαι ἀνάγκη,
Καὶ μάλα ταρβήμονα καὶ ἐνὶ φρεσὶ πῆνδ & ἔχοντα. id est,
Non est improbior res altera uentre molesto,
Quippe uel inuitum meminisse sui iubet, & si
Valde animo crucieris, & angat pectora mœror.

Vulgus suspicax. X

Suspicionum uulgus, & pleraq; malam in partem interpretatur. Homerus in eodem libro,

Δύσζηλοι γάρ τ' ἀμφὶ κακὸν φῦλ' ἀνθρώπων. id est,
Quippe homines pleriq; sumus malè suspiciosi.

Nemo cogendus officij causa. XI

Nullus hospes retinendus aduersum animi sententiam, & inuitus: Nemo cogendus, ut cuiusquam utatur beneficio, si nolit. Ad hanc sententiam accommodabitur illud ex eod. lib.

Εἰκ' ἐθέλων τε μίμνοις, ἀέκοντα δέο' ὅττις ἐρύξῃ. id est,
Si maneas sponte, inuitum nemo retinebit.

Dicitur ad Vlyssem ab Alcinoo Phæacum tyranno.

Malum bono pensatum. XII

Quoties natura dotem aliquam egregiam largitur, uerum eadem eam aliquo uitio pensat: aut cum quis beneficium suum aliquo

Ayuntamiento de Madrid

aliquo nitiat maleficio: quadrabit illud ex Odyſſeæ Θ. de Demodoco muſico dictum,

Τὸν μὲν μοῦσ' ἐφίλησε, δίδου δ' ἀγαθόν τε κακόν τε.
ὀφθαλμῶν μὲν ἄμερσε, δίδου δ' ἡδεῖαν ἀοιδήν. id eſt,
Hunc alios ultra dilexit muſa, deditq;,
Atq; boni, atq; mali quiddam, Nam lumina ademit,
At dedit emulcere ſuaui pectora cantu.

Omni certaminis genere. XIII

Cùm innuemus omni certaminis genere congreſſum eſſe, ueluti ſi quis dicat, in omni diſciplina diſputatum acriter, conueniet illud ex eodem libro,

Πύξ τε παλαισμοσύνῃ τε καὶ ἅλμασιν ἠδὲ πόδεσσιν. id eſt,
Et pugnis, pedibuſq; & ſaltibus, atq; palæſtra.

Item ubi quis oſtendit ſe nullum detrectare certamen, ſed ad quoduis ingenij experimentum paratum eſſe, conueniet illud ex eodem libro,

Δεῦρ' ἄγε δὴ καὶ ἐγὼν ἐπὶ μ' ἐχολώσατε λίην,
ἠὲ πύξ γε πάλῃ, ἢ καὶ ποσὶν ὅττι μεγάιρω. id eſt,
Huc age, quandoquidem grauiter mihi concita mens eſt,
Qui uolet, experiatur, pugnis ſiue palæſtra,
Siue pedum curſu malit, nihil ipſe recuſo.

Longe uicit. XIIII

Qui ſentiet aliquem ita præcellere, ut periculum non ſit, ne quis illi præripiat palmam, conueniet illud ex eodem libro,

Σὺ δ' ἄρσας τόν γε ῥεῖα γ' ἄειρε
Οὔτις φαιήκων τῶν γ' ἐξέτι οὐδ' ὑπερήσῃ. id eſt,
At tu fide animo, quando hoc certamine nullus
Phæacum, te nec æquabit, nec ſuperabit.

Antiquis debetur ueneratio. XV

Cum ſuminis & inuictis, uel cum antiquis nõ eſt certandum, qui uelut extra aleam hominum poſiti uidentur, ſed his ultro cedendum: ueluti ſi quis neget ſeſe cum M. Tullio de eloquentia uelle confligari, cum mediocribus non recuſare, uſurpabit quod eodem in loco dicitur ab Vlyſſe,

ἀνδράσι δ' οὐ προτέροισι ἐριζέμεν οὐκ ἐθέλησα,
οὐδ' ἡρακλῆϊ οὐδ' εὐρύτῳ οἰχαλιῆϊ. id eſt,
Cum maioribus haud ſubeam certamina, uel cum
Herculea uirtute, uel Euryto Oechalienſi.

Flagitiorum turpis exitus. XVI

Cum res perperam inſtituta, male cedit, conueniet illud ex eodem libro, Οὐκ ἀρετᾷ κακὰ ἔργα. id eſt,
Haud bene ſuccedunt facta improba.
Dictum eſt de Martis adulterio deprehenſo.

Fidus amicus. XVII

Fidus amicus nõ eſt poſthabẽdus germano. Homerus in eod. lib.

Ἤτις πέ μὴ ἑταῖρος ἀνὴρ κεχαρισμένα εἰδὼς,
ἐσθλὸς, ἐπεὶ οὐ μέντι κασιγνήτοιο χερείων. id eſt,
Si quis forſan amicus ſit, gratuiq;, bonuſq;,
Quandoquidem is non inferior uel fratre putandus.

Patria ſua cuiq; iucundiſſima. XVIII

Vnicuiq; ſua patria iucundiſſima, quæcunq; contigit. Homerus Odyſſeæ I.

ὡς οὐκ ἔστιν γλυκίων ἧς πατρίδος οὐδὲ τοκήων
Γίγνεται. id eſt,
Vt nihil eſt patria proprijs'ue parentibus ulli Dulcius.

Fuga tutior. XIX

Qui dicet tutius eſſe fuga uincere libidinem, quàm contra pugnando, poterit accommodare, quod de Charybde dictum eſt Odyſſeæ M.

Οὐδέ τις ἐξ ἀλκὴ, φυγέειν κάρτιον ἠὲ πάρος περ. id eſt,
Non eſt ulla medela, procul fugere optimum ab illa.

Alia committenda, alia celanda. XX

Non temere quiduis apud quemuis effutiendum, at nec familiaribus arcana omnia proſtrenda ſunt, uerum alia communicare conuenit cum amicis, aut uxoribus, alia celare. Ad hanc ſententiam quadrat illud ex Odyſſeæ Δ.

ἀλλὰ τὸ μὴ φᾶσθαι, τὸ δ' αὖ κεκρυμμένον εἶναι. id eſt,
Dicendum eſt aliud, contra eſt aliud reticendum.

Fœmina nihil peſtilentius. XXI

Nihil fœmina peſtilentius, hanc ſententiam eodem in libro ſic effert Homerus.

ὡς οὐκ αἰνότερον κῆν κιώτερον ἄλλο γυναικὸς. id eſt,
Vſquequaque nihil improbius, mulierq; peius.

Frequenter apud antiquos poëtas male audit mulierum genus. Quæ quidem & hodiernis temporibus ſtrenue dant operam, ne poëtæ planè uaniloqui fuiſſe uideantur.

Effœta ſenecta. XXII

Quod in Odyſſeæ Λ. dictum eſt de mortuis, id ad hominem ob longæuitatem, iam defectum uiribus, accommodare licebit, aut in eum, qui conſternetur animo,

Οὐ γὰρ ἔτι σάρκας τε καὶ ὀστέα ἶνες ἔχουσιν. id eſt,
Nam iam non neruis carnes atq; oſſa cohærent.

Aegre, ſed tamen contigit. XXIII

In eos qui ægre quidem, ſed tamen aſſequuntur, quod optant, quadrabit illud ex eodem libro,

ἀλλ' ἔτι μὲν γε καὶ ὡς κακάπερ πάσχοντες ἵκεσθε. id eſt,
Peruenietis adhuc, quanquam mala plurima paſſi.

Dicuntur ad Vlyſſem à Tireſia.

Cum amico non certandum æmulatione. XXIIII

Cum amico, & benemerito non eſt ſuſcipiendum certamen, ne quid obſcuretur amicitia propter æmulationem, huiuſmodi comitem contentionum: Id innuit Homerus in Odyſſeæ Θ. cum Vlyſſes excipiat Laodamantem, quòd hoſpes eſſet,

Τίς ἄρ μ' ἐριδαίνοντι μάχοιτο; id eſt,
Quis nanq; benigno cum hoſpite pugnet?

Locum etiam habuerit, ubi dicemus hoſpitis eſſe munus cedere ijs, apud quos diuerſatur, etiam ſi poſſit uincere. Nam inibi ſtatim ſubnectitur huiuſmodi ſententia,

ἄφρων γὰρ κεἰνός γε καὶ ὅτις δ' ἀνὸς πέλας ἀνὴρ,
ὅστις ξεινοδόκῳ ἔριδα προφέρηται ἀέθλῳ. id eſt,
Vir ſiquidem uecors eſt ille, nec unius aſſis,
Quiſquis ad euentum certaminis euocat illum
Quem penes hoſpitio fruitur, tectoq; iuuatur.

Reijcientis culpam. XXV

Aduerſus eum, qui mali ſui cauſam alio reijcit, ita ut uulgò ſãctitant, appoſite torquebitur illud ex Odyſſeæ Λ. dictum ab Elpenoris umbra, qui temulentus perierat apud Circen.

ἀσί μοι δαίμονες αἶσα κακὴ καὶ ἀδέσφατος οἶνος. id eſt,
Mi mala fata deũm nocuerunt, uiiq; Lyæi.

Sic alibi Agamemnon diſſidij cauſam in Atem retorquet.

Voluptas fœda. XXVI

In uoluptatem inhoneſtam, aut ſcortum ad perniciem iuuenum omnibus inſtructum artibus, quadrabit illud ex Odyſſeæ K. dictum de Circe,

-ἤκεν ἅπαντας
ἢ σῦς ἠὲ λύκους ποιήσεται ἠὲ λέοντας. id eſt,
-Siquidem omneis
Fecerit illa ſuesue lupósue trucésue leones.

Aſpera uita, ſed ſalubris. XXVII

In uitæ rationẽ, duriuſculam quidẽ, ſed tamẽ ad rectam morũ inſtitutionẽ idoneã, cõueniet illud ex Odyſſ. I. dictũ de Ithaca,

Τραχεῖ' ἀλλ' ἀγαθὴ κουροτρόφος. id eſt,
Aſpera, ſed iuuenum nutrix bona.

Conſilijs ſimul & facto ualens. XXVIII

In hominem conſilio pariter ac uiribus excellentem, conueniet illud ex Odyſſeæ Ξ.

Οἷόν ὀνείν' ἔλιον βαλέμεν ἠδὲ μάχεσθαι. id eſt,
Is cuiuſmodi erat ſeu pugna, conſilioue.

Non

Non poſſum non dicere. xxix

Vbi quis negat ſe reticere poſſe, quod habet in animo, feſtiuiter accommodabit illud ex eodem libro:

Εὐξάμενός τι ἔπος ἐρέω, οἶνος γὰρ ἀνώγει καὶ. id eſt,
Dicam equidem quiddam iactantius, urget enim me
Vinum amens.

Eodem in loco quantum poſſit uinum eleganter oſtendit Vlyſſes. Ita enim conſequitur,

ὃς τ' ἐφέηκι πολύφρονά περ μὰλ' ἀείσαι
Καὶ δ' ἅπαλὸν γελάσαι, καὶ τ' ὀρχήσασθαι ἀνῆκεν,
Καί τι ἔπος προέηκεν ὄπερ τ' ἄρρητον ἄμεινον. id eſt,
Vinum quantumcunq; grauem atq; pudentem
Incitat ad cantum, ac tenerum ridere, choroſq;
Ducere compellit, nonnunquam quod tacuiſſe
Præſtiterat reſerato effutit pectore dictum.

Perplexus. xxx

Qui ſe dicet in maximis uerſari periculis, nec ullum affulgere ſubſidium, uſurpabit illud ex eodem libro,

Οὐ γάρ τις ἄλλη
Φάνετο γαίαων, ἀλλ' οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα. id eſt,
Nec ulla apparuit ultra
Tellus, ſed nobis cœlum undiq; & undiq; pontus.

Idem habetur in M.

Abhorrentis, ac deteſtantis. xxxi

Cum dicemus nos uehementer à uitio quopiam abhorrere, illud ex lib. eodem uſurpare licebit.

Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσι. id eſt,
Is mihi iuxta inuiſus, ut atri limina ditis. Idē carmen extat in Iliados I. ſub perſona Achillis. Hic ab Vlyſſe dicitur.

Sui diſſimilis. xxxii

In ſui diſſimilem quadrabit illud ex Odyſſeæ N. quod de Pallade dixit Vlyſſes.

Σὲ γὰρ αὖτιν πάντα ἴσκεις. id eſt,
Nunc alio, nunc rurſum alio fis obuia uultu.

Idem mirè quadrabit in ſapientiam, quæ uarijs inuolucris obtegitur apud priſcos, & alia atque alia ſpecie proponitur, præſertim in diuinis literis, quæ tota ferme conſtat allegorijs.

Nihil ad rem. xxxiii

In eum, qui dixerit abſurde quippiam, & alienum à re propoſita, quadrabit illud ex eodem libro, quanquam idem alijs aliquot repetitur locis.

Νήπιος εἶς ὦ ξεῖν' ἢ πηλόθεν ἠλάλυθας. id eſt,
Hoſpes ſtultus es, aut longinquis aduena ab oris
Nuper ades.

Quod adeſt, boni conſule. xxxiiii

Qui admonebit oportere boni conſulere, quicquid à fortuna conceditur, uſurpabit illud ex Odyſſeæ Ξ.

ἔσθιε δαιμόνιε ξένων καὶ τέρπεο τοῖσδε,
Οἷα πάρεστι. θεὸς γὰρ τὸ μὲν δόσε τόδ' ἐάσας,
ὅττινι κῆρ ἐθέλῃ. δύναται γὰρ ἅπαντα. id eſt,
Hoſpes ſume cibum, & quorum data copia, lætum his
Paſce animum, nam ſors dabit hæc, rurſum illa negabit
Vtcunq; eſt animo lubitum, ualet omnia quippe.

His uerbis Eumæus ſubulcus Vlyſſem inuitat, ut cibos uiles & ruſticanos qualeſcunq; eſſent boni conſuleret. Transferetur ad omnē hominis uitam, quoties admonebimus, ut quemcunque ſtatum ſors dederit, in eo læte tranquilleq; uiuamus. Apud Athenæum lib. 10. refertur hic ſenarius,

ἐπὶ τοῖς παροῦσι τὸν βίον διάπλεκε. id eſt,
Quæ præſto ſunt in hiſce uitam nectito.

Iſocrates in oratione De pace, φέγγει τοῖς παροῦσιν, ait pleriſq; hominibus eſſe difficillimum, & hinc eſt quod bellum malunt quàm pacem.

Officium ne collocaris in inuitum. xxxv

Inſtar iniuriæ fuerit, ſi quis officium collocet in inuitum. In eam ſententiam Homerus Odyſſeæ O.

ἴσον τοι κακὸν ἠδ' ὅς τ' ἂκ ἐθέλοντα πέλασσῃ
Ξεῖνον ἐποίχεσθαι, καὶ ὅς ἐσσύμενον κατερύκῃ.
Χρὴ ξεῖνον παρέοντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν. id eſt,
Iuxta peccat uterq;, uel is cui extruditur hoſpes
Inuitus, uel qui remoratur abire uolentem.
Hoſpes donec adeſſe uolet, tractare benigne
Conuenit, emittendum ubi diſcedere quæret.

Bona ſpes oſtenſa. xxxvi

Cum bona quæpiam ſpes affulget alicunde, perficiendi quod propoſuimus, conueniet illud ex eodem libro:

ὡς ἀρά οἱ ἐπόντι ἐπέπτατο δεξιὸς ὄρνις. id eſt,
Sic fato felix à dextris aduolat ales.

Arrogantia non ferenda. xxxvii

In eos, qui intoleranda ſunt arrogantia, non inſcite torquebitur illud ex eodem libro ab Eumæo dictum in procos.

Τῶν ὕβρις τε βίπτε σιδηρεον οὐρανὸν ἱκνεῖ. id eſt,
Horum uiſq; animusq; ferox, contingit olympum.

Idem in P. dicitur ab Vlyſſe ad Eumæum.

Domus optima. xxxviii

Infeliciſſimum incertis uagari ſedibus, quemadmodum faciunt ſemper ἀνέστιοι, peregreq; uiuentes. Huic aſtipulatur eodem in libro,

Πλαγκτοσύνης δ' οὐκ ἔστι κακώτερον ἄλλο βροτοῖσιν. id eſt,
Nil miſerabilius quàm incerta ſede uagari.

Transferri poterit ad eos qui circumaguntur quibuslibet opinionibus, aut qui ſubinde mutant amicos, aut inſtitutum uitæ.

Non omnibus contingit. xxxix

Non cuiuis ſit poteſtas cum regibus colloquendi: aut non omnibus contingit diuinarum literarum penetrare myſteria. Ad hunc ſenſum non inueniſte deflectetur illud ex Odyſſeæ Π.

Οὐ γάρ πω πάντεσσι θεοὶ φάνονται ἐναργεῖς. id eſt,
Haud cuiuis manifeſta uidentur numina diuûm.

Autoritas diuinitus. xl

Diuinitus contingit, ut idem homo nunc magnificat, nunc deſpiciatur. Ad id facit illud ex eodem libro,

Ῥηΐδιον δὲ θεοῖσι τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσι,
ἢ μᾶλλον κυδῆναι θνητὸν βροτόν, ἢ δὲ κακῶσαι. id eſt,
Eſt procliue deis, amplus quos claudit Olympus,
Reddere uel deſpectum hominem, aut adiungere honorem.

Tollenda mali occaſio. xli

Qui ſuadebit, ut mali ſubmoueatur occaſio, non abſurde citabit illud ex eodem libro,

Αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα σίδηρος. id eſt,
Quippe uiros ferrum illicit ipſum. Ita diuitiæ proliciunt ad luxum, conſuetudo puellarum ad amorem.

Vbi cognitum eſt quod erat occultum. xlii

Vbi res quæ magno ſtudio celebratur, fuerit aliquo pacto deprehenſa, quadrabit illud ex eodem libro,

ἤτοι σφιν τόδ' ἔειπε θεῶν, ἢ ἕσαθ' ὑποπτος. id eſt,
Siue illis deus hoc aliquis deprodidit index, Siue ipſi uidere.

Abſtinenda uis à regibus. xliii

Qui dicet haud temere manum immittendam in reges, potentes, aut uiros deo dicatos, adducet illud ex eodem libro,

Δεινὸν γὰρ βασιλῆος ὀπάσσαι. Κτάνεν. id eſt,
Res dira, ac plena pericli eſt,
Regale occidiſſe genus.

Domeſticum diſſidium. xliiii

Ad deteſtandam ſeditionem domeſticam, & mutuam contubernalium inter ipſos diſcordiam, inſidiaſq;, conueniet illud ex eodem libro,

Οὐκ ὀΐω κακὰ ῥάπτερ' ἀλλήλοισιν. id eſt,

Impia

Impia res moliri inter ſeſe mala.

Qui eget, in turba uerſetur. XLV

Etiam hodiernis temporibus uulgò iactatur fabula de cæco mendico, qui iubebat miniſtro ut eo ſe duceret, ubi maxima eſſet hominum procella, addens ſententiam populari ioco celebrem, ibi quæſtum eſſe, ubi ſit hominum frequentia. Homerus item Odyſſeæ ϱ.

Πτωχῷ βέλτιόν ἐστι κατὰ πτόλιν, ἢ κατ' ἀγρούς
Δαῖτα πολωχεύειν. *id eſt,*
Mendico præſtat populoſa per oppida cœnam
Mendicare ſuam, quàm ruri.

Officium humilius. XLVI

Cum quis recuſat munus tanquam humilius, parumq; ſeſe dignum applicabit illud ex eodem Odyſſeæ ϱ.

Οὐ γὰρ ἐπὶ ϛαθμοῖσι μένειν ἔτι τηλίκῳ ἁμοί. *id eſt,*
Nam ut maneam in ſtabulis iam non mea poſtulat ætas,
Verba ſunt Vlyſſis ad ſubulcum.

Vitandæ potentum offenſæ. XLVII

Qui dicet formidandas diuitum & principum offenſas, propterea quod quantumlibet leuiter offenſi, grauiter indignantur, & ut ait Plautus, Plumbeas iras gerunt, accommodabit illud ex eodem libro,

Χαλεπαὶ δέ τ' ἀνάκτων εἰσὶν ὁμοκλαί.
Sunt formidandæ regum offenſæq; minæq;.

Princeps indiligens. XLVIII

Indiligens pædagogus corrumpit puerum, malus præceptor uitiat diſcipulum, rex improbus populum item corrumpit. Ad hanc ſententiam facit illud ex eodem libro,

Αὐτὰρ μῆλα κακοὶ φθείρουσι νομῆες. *id eſt,*
At corrumpit oueis paſtor malus.

Dicuntur ab Eumæo ſubulco ad caprarium.

Aſſueuit malis. XLIX

In eum, qui ferendis contumelijs aſſueuerit, congruet illud ex eodem libro,

Οὐ γάρ τι πληγῶν ἀλαώμων δὲ βολάων. *id eſt,*
Iam minimè plagas tolerare rudis, neq; iactus.

De alieno liberalis. L

De alieno facilè largimur, de noſtris non item. Hanc ſententiam protulit Antinous in eodem libro,

ἐπὰ ὅτις ἐπίσχεσις, σὺδ' ἐλεητύς
Ἀλλοτρίων χαρίσασθαι. *id eſt,*
Nam res largiri alienas
Haud res ulla uetat, neq; enim piget.

Seneca Epiſtolarum libr. 2. epiſt. 16. Non eſt quod mireris animum meum, adhuc de alieno liberalis ſum. Item Mitio in Adelphis, Æſchino dicenti, Fac, promiſi ego illis, Reſpondet, Promiſiſti autem? De te largitor puer.

Pauper, ſed ingenioſus. LI

In hominem tenui cultu, ſed egregio tamen corpore, quadrabit illud ex Odyſſeæ σ.

Οἷόν τε ῥακέων ὑπογυιάλματα φαίνῃ. *id eſt,*
Quos profert ſenior pannis è uilibus armos.

Dictum eſt de Vlyſſe certaturo cũ Iro. Lucianus in Hercule Gallico, torquet ad ſenem ingenio, facundiaq; præcellentem.

Iactantiæ comes inuidia. LII

Qui monebit, ne quis inſolentius iactet uel fortunæ munera, uel naturæ dotes, ne quando Nemeſis exaudiat, auferatq;, non intempeſtiuiter uſurpabit illud ex eodem lib.

ἀλλ' ὄφρα σιγῇ λάῤῥα θεῶν ἔχοι ὅττι δίδοῖεν. *id eſt,*
Poſſideat tacitus, ſi qua adſunt munera diuûm.

Verbotenus amicus. LIII

In eum qui ſimulat oratione benenolentiam, cæterum longe diuerſa præſtans in animo, quadrabit illud ex eodem lib.

Θέλγει δ' θυμὸν
Μειλιχίοις ἐπέεσσι, νόῳ δὲ οἱ ἄλλα μενοινᾷ. *id eſt,*
Animum præmollibus iſti
Lenibat dictis, at mens diuerſa parabat.

Nihil recuſandum quod donatur. LIIII

Si quando dices nullum eſſe recuſandum munus, quodcunq; offertur, aut arripiendam eſſe quoties obtigerit alicuius occaſio commoditatis, conueniet illud ex eodem libro,

Οὐ γὰρ καλὸν ἀνώγεθ' ἅλιστα δόμεν ἑκόντα. *id eſt,*
Donum reijcere haud quaquam decet.

Adminicula uitæ. LV

Omnia quæ ad uitæ pertinent commoditatem, non ineleganter indicare licebit, hoc carmine ex Odyſſeæ τ.

Οἵσιν τ' εὖ ζώουσι καὶ ἀφνειοὶ καλέονται. *id eſt,*
Et quibus & uiuunt rectè, ditesq; uocantur.

Qui per ſe ſufficit. LVI

Qui negabit ſibi opus eſſe operæ alienæ, ſe ſatis idoneum ad rem peragendam, conueniet illud ex Odyſſeæ υ.

Εἰσί μοι ὀφθαλμοί τε καὶ ἔατα καὶ πόδες ἄμφω,
Καὶ νόος ἐν φράσεσι τετυγμένος οὐκ ἀλέγεινός. *id eſt,*
Sunt oculi mihi, ſunt aures geminiq; pedes ſunt,
Inſita pectoribus mens eſt, neq; ſtulta nec excors.

Nouit mala & bona. LVII

In eum, qui per ætatẽ uſumq; rerũ, iam delectũ habere poteſt fugiendorum atq; expetendorum, congruet illud ex eodem lib.

Δὴ γὰρ νοέω καὶ οἶδα ἕκαστα
Εὐδλάτε καὶ τὰ χέρηα. *id eſt,*
Iamdudum ſiquidem, nouiq; & ſentio cuncta
Quæ bona, quæq; mala.

Hæc figura uel hodie nihil uulgatius.

Neq; enim ignari ſumus. LVIII

Vbi quis ad tolerantiam præſentium incommodorum, animat ſeſe præteritorum malorum recordatione, non infeſtiuiter uſurpabit illud ex eodem libro,

Τέτλαθι δὴ κραδίη, καὶ κύντερον ἄλλο ποτ' ἔτλης. *id eſt,*
Obdures animo, & quondam grauiora tuliſti.

Id æmulans Vergilius,

O' paſſi grauiora, dabit deus his quoq; finem.
Durate, & uoſmet rebus ſeruate ſecundis.

Conſimiliter Horatius in Odis,

O' fortes, maioraq; paſſi
Mecum ſæpe uiri.

Danda uenia lapſo. LIX

Qui dicet aliquando dandam ueniam, ſi quid erratum ſit per incuriam, neq; enim hominis eſſe, ut ſemper exactam præſtet diligentiam, uſurpabit illud ex Odyſſeæ τ.

ἀλλ' οὐ γάρ πως ἔστιν ἀνὴρ ἔμμεναι ἀλήθ
Ἀνθρώπους. *id eſt,*
Haud quanquam fieri potis eſt, ut peruigil uſq;
Mortalis duret.

Non quiduis continget quod optaris. LX

Qui negabit omnia contingere homini quæ ſperarit, animoq; conceperit, accommodabit illud ex eodem libro,

ἦτοι μὲν ὄναρ ἀμήχανοι, ἀνακτόμυθοι
Γίγνονται, οὐδὲ ἅρ πάντα τελείεται ἀνθρώποισι. *id eſt,*
Friuola ſcilicet exiſtunt, & inania quædam
Somnia, nec quodcunq; uides, ſic euenit omne.

Atq; hoc in loco ſubiungit pulcherrimum illud de duabus ſomniorum portis figmentum, quod in ſexto Vergilius retulit.

Gaudium dolori iunctum. LXI

Cùm pariter accidit, quod & gaudeamus & doleamus, quod genus ſi cui parentes opulenti uita deceſſerint, partim exercitiatur morte ſuorum, partim gaudet hæreditatis obuentu, atq; acceſſione libertatis, conueniet illud ex eodem libro,

Τῷ δ' ἅμα χάρμα καὶ ἄλγος ἔλε φρένα. *id eſt,*
Lætitia huic mœrorq; ſimul præcordia cepit.

Mala ſenium accelerant. LXII

Qui dicet ſenectam non eſſe metiendam annis, propterea quòd

Ayuntamiento de Madrid

quòd ij, qui se multis laboribus curisq; discrutiant, ante diem consenescunt, usurpabit illud ex eodem libro,

Αἶψα γὰρ ὠκυτητι βροτοὶ καταγηράσκουσι. id est,

Quippe repente homines curisq; malisq; senescunt.

Vita mortalium breuis. LXIII

Qui monebit dandam operam ut apud posteros honestæ uitæ memoriam relinquamus quæ perpetuo uiuat, nam hanc uitam angustis circumscriptam esse terminis, accommodabit illud ex eodem libro,

ἀνθρωποι ὀλιγοδρόνιοι τελέθουσι. id est,

Ast hominis brevibus spatijs constringitur ætum.

Verisimiliter mentiens. LXIIII

In eum qui falsum perinde quasi uerum sit, narret, quadrabit illud ex eodem libro.

Ἴσκε ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὁμοια. id est,

Plurima narrabat figmenta simillima ueris.

Dictum de Vlysse, notatur & apud Platonem, quòd Homerus Vlyssem induxerit mendacem, Achillem contra ueracem.

Sibi malum repperit. LXV

In eum, qui suo læditur inuento, quadrabit illud ex Odyssea φ.

Οἱ τ' αὐτῷ πρώτῳ κακὸν εὕρετο οἰνοβαρείων. id est,

Qui sibi perniciē uel primum repperit ipse Vino uictus.

Dictum est de Eurytione, qui primus inuenit usum uini, peremptus à Lapithis.

Qui continet arcanum. LXVI

In eum qui celat arcanum sibi commissum, neq; cuiquam effutit, quadrabit illud in Odyssea φ.

Τῇσι δ' ἄπτερος & ἄπλετος μῦθος. id est,

Huic pennis dicta carebant.

Hoc est, haud longius auolabant.

Rem nouam aggredior. LXVII

Si quando significabis te rem arduam ac nouam moliturum, & alijs adhuc intentatam, accommodabis illud ex Odyss. χ.

Νῦν αὖτε σκοπὸν ἄλλον ὃν ὄφρα τις βάλῃ ἀνὴρ,

Εἴσομαι αἴκε τύχωμι. id est,

Nunc alium tentabo scopum, si attingere possim,

Quem nondum quisquam tetigit.

Verba sunt Vlyssis, iam paruulis occidere procos.

Benefactorum memoria. LXVIII

Vbi quid boni contigit alicui propter ueterum benefactorum memoriam, quadrabit illud ex eodem libro,

ὡς κακοεργίης ὀνοσσεσίη μέγ' ἀμείνων. id est,

Officio fungi multo, ac delinquere præstat.

Mortuis non conuitiandum. LXIX

Victo non insultandum nec in mortuum ultra congerenda conuitia, quamquam iure sit occisus, huic suffragatur Homerus in eodem libro,

Οὐχ ὁσίη κταμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν ὀλλυμένοισιν. id est,

Haud fas est super occisis lætare teipsum.

Vlysses ita, de procis extinctis.

Focus luculentus in ædibus. LXX

Primum domus ornamentum est, ut luceat focus, proinde qui in ædes immigrant nouas, aut in diuersorium ingrediuntur, ante omnia iubent ignem incendi. Quod ex Homeri χ. sumptum uidetur, apud quem Vlysses,

Νῦξ νῶι μοι πρώτιστον ἐνὶ μεγάροισι γενέσθω. id est,

Nunc ante omnia mi lucescat in ædibus ignis.

Item illud celebratum.

ἀνδρωθὲν δὲ πυρὸς γεγαθότερόν & οἶκον ἰδέσθαι. id est,

Scilicet accenso domus est ornatior igni.

Quo quidem uersiculo uidetur impendio delectatus Plutarchus, adeo subinde usurpat, & in uarios detorquet usus: in commentario De uirtute & uitio, refert ad opes, potentiam, gloriam, quæ tum fiunt iucundiora, si adsit animus à molestia liber. Rursum in libello quem Amatorium inscripsit, detorquet ad amantis animum longe splendidiorem, si calor amoris eum inflammarit.

Qui iure perierunt. LXXI

In eos, qui suo merito pereunt, conueniet illud ex eodem libro,

Τῶνδε γὰρ μοῖρ' ἐδάμασσε θεὼν, καὶ σχέτλια ἔργα. id est,

Hos fatum & malefacta, neci exitioq; dederunt.

Dictum de procis.

Inexorabilis. LXXII

In durum & inexorabilem competet illud ex Odyssea ψ.

Σοὶ δ' ἀεὶ κραδίη στερεωτέρη ἔστι λίθοιο. id est,

At tibi perpetuo cor saxo durius omni est.

Ita Telemachus ad matrem.

Recipere animum. LXXIII

Vbi quis re subitaria consternatus, postea recipit sese, conueniet illud ex Odyssea ω.

Αὐτὰρ ἐπεὶ ῥ' ἄμπνυτο, καὶ ἐς φρένα θυμὸς ἀγέρθη. id est,

Vt respirauit, redijtq; in pectora sensus.

Senum prudentia. LXXIIII

De senibus quidem, attamen ob rerum peritiam non inidoneis ad negotium aliquod conficiendum, apte dicetur illud ex eodem libro,

Καὶ πολιοὶ περ ἐόντες ἀναγκαῖοι πολεμισταί. id est,

Aetas cana quidem, sed non inidonea bello.

Imperator bonus, & idem robustus miles. LXXV

Refert Plutarchus in comment. De fortuna Alexandri, si modo is liber illius est, cum in conuiuio propositum esset, qui nam inter uersus Homericos maximè probandus uideretur, alijs alios præferentibus. Alexander huic carmini palmam tribuit, quod extat Iliados γ.

ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' ἀλκήτης. i.

Dux bonus, ac miles præpollens uiribus idem.

Nam hoc & Agamemnonis laudem expressit, & Alexandri uirtutem est uaticinatus. Quanquam mea quidem sententia, non magnum habet momentum in principe corporis robur, plurimum autem consilium & prudentia. Proinde grauiter Timotheus, cum rhetores Charetem quendam efferrent laudibus, iuuenem corporis uiribus insignem, censerentq; eiusmodi belli ducem Athenienſibus esse quærendum, haudquaquam, inquit. Nam istiusmodi quidem optarim, qui culcitras & stragulas sit exercitui deportaturus: at ducem uelim qui à fronte pariter atque à tergo sit oculatus, & quem à perpendendo quid utile factu sit, nulla impediat animi perturbatio.

Capram cœlestem orientem conspexerunt. LXXVI

Αἶγα τιὸ οὐρανίαν ἐπιτέλλουσαν ἰδέσθαι. id est, Capram cœlestem exorientē aspexerunt. Hoc dici solitum in eos quibus omnia feliciter, eq; animi sententia succederent: propterea quòd antiquitus opinione uulgi comprobatum est, qui capram illam Iouis altricem, & ob id in syderum relatam numerum conspexissent, quicquid uotis conciperent, eius compotes futuros. Qua de re latius dictum est in adagio ἀμαλθέας κέρας. Hoc autem extat in Plutarchi Collectaneis. Item in libello de poëtis audiendis, εὐδαίμων πολύαγρός & οὐράνιος αἶγα πλουτοφόρον θέων. i. Felix multorum agrorum possessor, cœlestem capram opum largitricem alens. Quanquam apud Athenæum lib. 9. Antiphanes opinor, commemorat capram cœlestem inter animantia aptā mensis, βάγος ὑλιβάτας, αἶξ οὐρανία, κελὸς τομίας. i. Hircus syluester, capra cœlestis, aries castratus.

Capra ad festum. LXXVII

Αἶξ ἐς τιὸ ἑορτιὸ. id est, Capra ad festum. Dici solitum, ubi quis in tempore ad negotium aliquod accederet. Aut ubi quis commode in suam perniciem offert sese. Nam in festis maximè

Ayuntamiento de Madrid

maximè Bacchi, capram immolabant. Refertur in ijſdem commentariolis.

Mox ſciemus melius uate. LXXVIII

Τάχ' ἀσόμεθα μάντεως ὕστερεῖον. id eſt,
Mox melius ipſo uate rem cognorimus.

Ad eum modum dicebant, qui rem non coniecturis diuinabant, ſed experimento deprehendere tentarent. Nihil enim experimento certius. In ijſdem extat Plutarchi Collectaneis. Sumptum autem ex Sophoclis Antigona. At T. Liuius belli Punici ſecundi, libro ſecundo, euentum appellat ſtultorum magiſtrum.

Tinctura Cyzicena. LXXIX

Βάμμα κυζικηνὸν. id eſt, Tinctura Cyzicena. Dedecus nõ eluendum appellabatur apud Atticos. Dicebaturq; in eos qui metu quippiam indecore facerent. Nam Cyziceni duobus nominibus notati ſunt, timiditatis & molliciei. Recẽſetur in ijſdem Collectaneis. Meminit & Heſychius, addens Cyzicenos ob molliciem notatos quòd Iones eſſent. Eadem ferè Ariſtophanis interpres, Stephanus addit eos fuiſſe graues Tyrrhenorum prædationibus. Extat apud Ariſtoph. in Pace,

Ἀρ' ἀλλ' ὅπου μάχεσθ' ἔχοντα τὴν φοινικίδα,
Τἀνικαῦτ' αὐτὸς βέβαπται βάμμα κυζικηνικόν. id eſt,
Sic ubi pugnare oportet, atque ferre palmulam,
Ipſum cum tinctura mox ibi Cyzicenica.

Solent autem tincturæ inſignes à locis habere cognomen. Nec enim ubiuis quilibet color tingitur feliciter. Simili modo dictum eſt, ἔμβαμμα συρακόσιον, & βάμμα σαρδιανικόν. Id paræmia detorſit ad mores hominum. Eſt enim æſtimatio rumorq; conſequens hominum uitam, uelut tinctura quædam. Vnde carbone notari dicuntur qui damnantur. Et notum eſt illud Ennianum apud A. Gellium, Quæ tincta malis, aut quæ bona dicto. Ariſtophanis interpres indicat Lacedæmonios puniceis tunicis uti ſolitos, ne ab hoſte ſentirentur uulnerati, ob coloris ſimilitudinem. At ignaui molleſq; paleſcunt. Addam quod eſt apud Herodotum lib. 4. Quum Aethiopum rex conſpexiſſet à rege Perſarũ miſſam ueſtem purpuream, rogauit tincturæ rationem. Eam quum ab Ichthyophagis didiciſſet, δολεροὺς μὲν ἀνθρώπους ἔφη εἶναι, δολεροὺς δὲ ἀυτέων τοὺς ἱματισμούς. id eſt, Non ſolum ait homines eſſe ſubdolos, ſed & ueſtes illorum eſſe doloſas.

Seruabis bouem. LXXX

Βουλώσεις. id eſt, Bubulcus eris. Hoc uelut ænigmate ſignificabant exilium. Siquidem qui per oſtraciſmum eijciebantur, in Argiuam exulatum ibant. Ac illic bos erat æneus inſigni magnitudine. Refertur in Plutarchi Collectaneis. Heſychius teſtatur extitiſſe in Phaſmate Menandri.

Embarus ſum. LXXXI

Ἐμβαρός ἀμι. i. Embarus ſum. Dictum eſt olim de inſano, delirоq;. Referũt autem adagionem ad huiuſmodi fabulam. Olim Piræus inſula fuit, id quod ipſum etiam uocabulum adhuc indicat, περᾶν enim trãſmittere eſt: in ea cum Munychus principatum obtineret, templum inſtituit Dianæ, cui cognomen additum Munychiæ. Dein cum urſus Dianæ ſacer quidam ibi repertus, & ab Athenienſib. interfectus eſſet, fames ingruit: itum eſt ad oraculum, quæſitumq; malo remedium. Reſpondit Deus, ita demum finem mali futurũ, ſi quis filiam immolaſſet numini. Vnus autem repertus eſt Embarus, usqueadeo demẽs, qui polliceretur ſe filiã immolaturũ, ea lege, ut ſacerdotium in poſteros ſuos traduceretur. Itaq; puellã ſolẽni ritu ornatã ſacrificauit. Fit & huius mentio in Plutarchi Collectaneis.

Colophonium ſuffragium. LXXXII

Κολοφωνία ψῆφος. i. Colophonium ſuffragium. Vſurpatur in epiſtola quapiam Platonis ad Dionyſium. Adagium eſt uerbis magis quàm re diuerſum ab illo quod in ſecũda retulimus Chiliade, τὴν κολοφῶνα ἐπέθηκεν. id eſt, Colophonem addidit.

Adagionis originem explicant in hunc modum. Cùm olim Colophonij domeſticis ſeditionibus tumultuarentur inter ſe, cueuit ut aliquot ex illis mutatis ſedibus, ad Smyrnæos demigrarent. Dein accidit, ut cum bellum gererent Smyrnæi, ac ſæpenumero uicti diſceßiſſent, tandem adhibitis Colophonijs, quos in ciuitatem receperãt, extiterint ſuperiores. Vnde inſtitutum eſt, ut quemadmodum Smyrnæi non uicerant in bello, niſi Colophoniorum acceßione, ita nec in ſuffragijs uincerent, niſi illorum calculum adiungerent. Proinde cum Ionij duodecim ciuitatibus imperarent, quarũ una Smyrna, in publicis conſilijs, ſi quando Smyrnenſium æquales fuiſſent calculi, parte ea uincebat, cui ſubſcripſiſſent Colophonij illi, quorum opera uicerãt in prælio. Nec abhorrent ab his quæ refert Iabenus ſcriptor Græcus duodecim Ioniæ ciuitates conuenire ſolitas: id conciliũ Panionium dicebatur: in quo ſi fortè calculis hinc atque hinc paribus nihil decerni poterat, accerſebantur Colophonij, qui uictoriam adferebant utricunque parti fuiſſent ſuffragati. Itaq; prouerbium quadrabit, cum ſignificabimus iudicium, aut ſuffragium alicuius plurimum in re quapiam ualere. Huius adagij nobis facta eſt mentio.

Mihi iſta curæ futura ſunt, &c. LXXXIII

Ἐμοὶ μελήσει ταῦτα καὶ λοιπαῖς κόραις. id eſt,
Curæ iſta mihi erunt, ac puellis candidis.

Senarius ex oraculo ductus in popularem ſermonem. Cum Brennus Gallicis copijs ingrueret in Delphos, Delphi conſuluerunt oraculum, quid opus eſſet facto. Reſponſum eſt, hoc quod modo retuli carmine. Paulo poſt uiſus Apollo cũ duabus puellis, Pallade ac Diana. Nam & his fana ſunt apud Delphos. Conuenit uti, ſi quando ſignificabimus nihil eſſe periculi, negotium ijs curæ futurum ad quos pertinet. Refertur in Plutarchi Collectaneis. Cicero uertit Græcum carmen De diuinatione primo,

Ego prouidebo rem iſtam & albæ uirgines.

Feſtum multas habens. LXXXIIII

Ἑορτὴ πολλὰς ἔχουσα. i. Feſtum multas habens, ſubaudiendum moleſtias, aut occupationes. Dictum in eos qui magnas componerent ſarcinas, aliquo profecturi. Venuſtius erit, ſi deflectatur ad quoſdam qui nihil agunt, quamuis exiguum, niſi magno molimine, longa cunctatione, miro apparatu, ita ut ſæpenumero tum ſe, tum reliquos omnes defatigarint apparando, priuſquam quicquam incipiant. Natum ab ijs qui feſta ſolent adire. Nam ijs mos multum ſupellectilem una ſecũ conuehere, uaſa, ueſtes, ſacra, panes, atq; id genus alia multa, ne quid deeſſet ad ſolennitatem pertinens. Extat in ijſdem Collectaneis.

Nihil aliæ ciuitates ad Crotonem. LXXXV

Μάταια τἄλλα παρὰ κρότωνα πᾶσα. id eſt,
Sunt reliqua præ Crotone friuola oppida.

Theocriti interpres meminit huius prouerbij. Licebit accommodare ad rem aut hominem uſqueadeo præcellentem, ut reliqui cum hoc collati, nihil eſſe uideantur. Natum fortaſſis eſt à pugilum Crotoniatarum excellentia, quorum erat Milo, de quo dictum eſt aliàs, nempe in prouerbio, Crotone ſalubrius.

Canis panes ſomnians. LXXXVI

Sunt quibus prouerbiali figura dictum uideatur illud apud Theocritum in Piſcatoribus,

–Καὶ γὰρ ἐν ὕπνοις
Πᾶσα κύων ἄρτους μαντεύεται, ἰχθύα κἠγώ. id eſt,
–Siquidem omnis
Panes in ſomnis canis ariolatur, at ipſe Piſces.

Senſus eſt, unicuique ea per ſomnum occurrere, quæ impenſè deſiderat, quibus magnopere deditus eſt. Ariſtoteles non ſolum homini, uerumetiam cæteris animantibus ſomnia tribuit, etiamſi id in canibus euidentiſſimum: quippe quos audimus ſæpenumero dormientes uenationem ſomniare, quæ res haud

Ayuntamiento de Madrid

difficilè deprehenditur ex ratione latratus, quem ædunt sopiti. Proinde mihi rectius quadraturum uidetur, si pro ἄρτως legatur ἀγρῶς, aut ἄγρας id est, agros, aut uenationes. Verum hoc tantum eruditis pensitandum proponimus, super hoc pronuntiaturis, ubi codicem emendatiorem erunt nacti. Nobis adhuc non contigit. Ex somnijs autem qui sriolentur euentura, nec nostris quidem temporibus desunt, quanquam non probat Aristoteles.

Canis. LXXXVII

Ἄλλως ἔχω. id est, Canis, reperio. pro eo quod est, nugaris, ineptis, frustra loqueris. Est autem Atticæ linguæ figura, sicuti παίζειν ἔχω. id est, Ludis, siue iocaris. Etenim qui canunt, non agunt rem seriam, sed tantum ut aures deliniant uoluptate mox peritura.

Aethiops non albescit. LXXXVIII

Αἰθίοψ οὐ λευκαίνεται. id est, Aethiops non candescit. De ijs dici solitum, qui nunquam mutaturi sunt ingenium. Quicquid enim natiuum, id haud facilè mutatur. Fertur Aesopicus apologus de quodam, qui empto Aethiopi, cum eum colorem arbitraretur non natiuum esse, sed domini superioris accidisse neglectu, assidua lotura faciem diuexauit, ita ut morbum etiam adiungeret, colore nihilo, quàm antea fuerat, meliore. Fertur & epigramma Luciani nomine.

Εἴς τι μάτην νίπτεις Αἰθίοπα, ἴσχιε τέχνης.
Οὐ δυνήσῃ λευκοφανῆ σῶμα καθηλιάσαι. id est,
Abluis Aethiopem frustra, quin desinis artem?
Haud unquam efficies, nox sit ut atra, dies.

Annas clibanum LXXXIX

Ἄννας κλίβανον. i. Annas clibanum, sibaudi reperit. Haud me fugit, hoc alio loco relatum à nobis, uerum quoniam toties alia nobis occurrit specie in prouerbiorũ Collectaneis, libuit admonere trifariam esse scripturam. Alibi lego, & quidem plerisq; in locis, ἀνδρωπος κλίβανον i. Homo clibanum. Quam equidem lectionem arbitror esse deprauatam. Nec obscurum, unde deprauandi occasio, ijs qui Græcas literas norunt. Alibi inuenio ἄνων, ut uir fuisse uideatur, In quibusdam offendo scriptum ἄνας, ut nullicris, aut certè barbaricum sit uocabulum. Clibanum autem accipio, non hunc uulgatum, quid enim hoc admirandum, aut nouum, sed testaceum illum, qui incluso pane ponitur in clibanis uulgaribus, in quibus panis, aut etiã pisces, aut carnes paulatim lẽto uapore decoquuntur.

Archilochum teris. XC

Ἀρχίλοχον πατεῖς. id est, Archilochum teris, seu calcas, de maledico dicebatur, πατεῖν autem dictum est, uel quòd maledicus assiduus uideatur in euoluendis huius poëtæ carminibus, uel quòd huius uestigijs ingreditur. De Archilocho testatur & Horatius,

Archilochum proprio rabies armauit Iambo.

Equidem suspicor hoc idem esse cum illo, quod alibi posuimus, ἀρχιλόχα πάρις. id est, Archilochi patria, deprauata uoce, πατεῖς in πάρις.

Culicem colant. XCI

Pleraq; sunt in euangelicis literis à uulgo sumpta. Nec id indignum Christo, quin potius uel maxime cogruebat, ut quemadmodum assumpto corpore, uelut unus quilibet è nobis esse uoluit, ita sermonibus quàm maximè familiarib. uteretur, quo nostram humilitatem modis omnibus ad suam proueheret sublimitatem. Verum ex ijs non mihi uisum fuit plura referre, partim quòd quidam poëticis nimium addicti studijs, parum uenustum existimant, quicquid sacras literas redoluerit: partim quòd ea uiderem cuiq; satis exposita esse. Maximè uerò, quòd uerebar ne quis homo pius existimaret me diuinis literis iniuriam facere, si eas huic operi subinde miscuissem, in quo non modo gentilia pleraque, uerumetiam quædam non admodum munda. Quæ nos & inuiti, & quàm potuimus tenuissimè retulimus, nec ea quidem omnia. Cæterum ex Euangelicis adagijs illud non possum prætermittere: quod in superstitiosos quosdam, & præposteræ meticulosos dictum est præceptori nostro IESV, qui uel ignorantes, uel dissimulantes, quibus in rebus sita sit uera Christiana; pietas, in nugis sibi nunc placent, nunc trepidant, in maximis securi, pleni Iudaicarum superstitionum, uera charitate uacui. In hos Christus ueræ pietatis doctor, Matth. 23. huiusmodi torquet prouerbium, οἱ κώνωπα διυλίζοντες τὴν κάμηλον καταπίνοντες. id est, Culicem liquant, camelum glutientes. Ab hoc non abhorret quod alibi retulimus, ἀνδράντα γαργαλίζειν. id est, Statuam colare gutture.

Non ineſt illi dentale. XCII

Γύης ἐν ἔγειν αὐτῷ. id est, Gyes non inest illi. Dici consuetum de quopiam, ad rem aliquam parum utili. Sumpta est metaphora ab aratro, cuius pars est γύης. eam nonnulli putant esse, quam Latini dentale uocant. Ea quoniam præcipua uidetur, si absit, nihil confici potest aratro. In hunc sensum usurpauit Hesiodus, πέντε δ' γύης, Cæterum. Homerus pro iugere posuit, agrum πεντηκοντόγυον appellans, id est, centum iugerum.

Gigantum arrogantia. XCIII

Γιγάντων ἀπόνοια. id est, Gigantum amentia. Dicebatur ubi quis uiribus suis fretus, temere nulloq; consilio res non tentandas moliretur. Tractum à notissima gigantum fabula. Prouerbium admonet, inauspicato cedere, quæcunq; citra consilium, aduersus deos, aduersus pietatem, aduersus ius & æquũ, per uim instituuntur. Horatius in Odis,

Vis consili expers, mole ruit sua,
Vim temperatam dij quoque prouehunt In maius.

Homerus item Iliados Φ. elegantissima sententia demonstrat, in omni negotio nimio plus habere momenti rationem, consiliumq;, quàm corporis uires,

Μήτιτοι ἀρυτόμῳ γε μεγ' ἀμείνων νὺ βλῆφι,
Μήτι δ' αὖτε κυβερνήτης ἐνὶ οἴονι πόντῳ
Νῆα θοὴν θοίνῃ ἐξεχθομένην ἀνέμοισι,
Μήτι δ' ἡνίοχῳ πεδαγὸν ἡνιόχοιο. id est,
Consilio sanè multo quàm robore præstat
Hirsutam quicunque parat succidere syluam.
Consilio rursum nauclerus in æquore nigro
Dirigit undisonam nauim raptantibus austris,
Consilio, auriga aurigam, uincitq;, præitq;.

Aristoteles lib. De rhetoricis 2. citat hunc uersum trochaicum tacito autoris nomine.

Θνατὰ χρὴ τὸ θνατὸν, οὐκ ἀθάνατα τὸ θνατὸν φρονεῖν. id est,
Non decet mortalis ut qui est, curet immortalia.
Sed magis mortalis ut qui est, cogitet mortalia.

Per ignem incedis. XCIIII

Ἐν πυρὶ βέβηκας. id est, Per ignem incedis, id est, uersaris in periculoso negotio. Est apud Aristophanem in Lysistrata,

Κἂν μὲ χρὴ διὰ τοῦ πυρὸς
Θέλω βαδίζειν. id est,
Velim & per ignem incedere si fuerit opus.

Horatius in Odis,

Periculosæ plenum opus aleæ
Tractas, & incedis per ignes
Suppositos cineri doloso.

Tradunt etiam in eum quadrare, cui celeriter absoluendum est negotium. Qui per ignem incedit, minus lædit ur, si suspensis pedibus properet. Confine quod ille dixit apud Senecam declamator, Per spinas ingredior.

Fortis in alium fortiorem incidit. XCV

Ἐσθλὸς ἐὼν ἄλλου κρείττονος ἀντέτυχεν. id est,
Forti alius potior contigit ac melior.

Dici solitum, ubi quis nimium fretus suis uiribus, aliquando nanciſc

Ayuntamiento de Madrid

nanciscitur, à quo uincatur. Sumptum putant ab Hyllo Herculis filio, & Euchemo Aegeate. Ita Zenodotus. Suidas huiusmodi uerba recenset, tacito autoris nomine, ἔχει μὲν γὰρ ὅτε καὶ ταυτόμα]ον ἀντέπραξε ταῖς ἐπιβολαῖς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν. ἔχει δὲ ὅτε πάλιν κ]ὴ τὴν παροιμίαν,

Εσθλὸς ἐὼν ἄλλα κρείσ]ονι ἀντέτυχεν.

Id est, Fit nonnunquam, ut iuxta prouerbium, ipsa per se res bonorum uirorum conatibus obsistat. Fit rursus interdum,

Forti ut contingat fortior ac melior.

Sententia potest uideri ducta ex Iliados X. ubi Hector incidit in Achillem.

Πρόσθε μὲν ἐσθλὸς ἔφυγε, δίωκε δέμειν μεγ' ἀμείνων. id est,

Fugit qui prius acer erat, cui iam acrior instat.

Gloria futuri. XCVI

Τὸ δέ τοι κλέος ἔσομένοισι. id est, Gloria futuri, hemistichium est carminis heroici. Refertur in ijsdem Plutarchi Collectaneis. Admonet famam laudemq; recte factorum contingere, potißimum apud posteros. Alioqui quemadmodum recte dixit Ouidius,

Pascitur in uiuis liuor, post fata quiescit.

Insania non omnibus eadem. XCVII

Μανία γ' ἡ πᾶσιν ὁμοία. id est,

Haud est eadem uesania cunctis.

Hemistichium heroicũ, sicut & illud superius, extat in eisdem Collectaneis. Sensus est, nullũ esse mortalem, qui non in aliqua re desipiat, Quanquam alius alio morbo laboret, hic auaritiæ, ille libidinis: hic ambitionis, ille inuidiæ. Quòd copiosè demonstrat Stoicus Damasippus apud Horatium in Sermonibus. Et in hac hominis calamitate mira ludit uarietate natura. Inter hos qui mente lapsi sunt, alij sibi uidentur cornibus taurinis, alij naso prælongo, alij uasa fictilia, nonnulli se credunt esse mortuos, alij sibi uidentur esse principes, alij doctißimi philosophi. Noui qui se credit omnium qui sunt, aut fuerunt, esse multo sceleratißimum: noui qui neminem crederet ipso ulla in re præstantiorem: noui qui se crederet esse Christum, & alterum qui se putaret Deum. Argiuus ille solus plaudebat in theatro, credẽs se miros audire tragœdos. Athenæus lib. 12. refert de quodam Athenienſi, qui persuasum habebat omnes naues quæ appellerẽt in Piræum esse suas, easq; recensebat, dimittebat, ac deducebat, & appellentes tanto gaudio excipiebat, ac ſi omnium rerum quas uehebant esset dominus: at ſi quid periſſet, non amplius quærebat, ſi incolumes peruenissent, gaudebat, multa interim cum uoluptate uitum agens, donec frater eius Crito è Sicilia aduectus, tradidit illum medico, cuius opera liberatus est insania. Cæterum ad se reuersus, dicere solet, se nunquam uixisse iucundius.

Hydrus in dolio. XCVIII

Ὑδρος ἐν τῷ πίθῳ. id est, Hydrus in dolio. Prouerbium hoc, ut ingenue fatear, nondum apud ullum ueterum autorum reperi, neque Græcum, neque Latinum, & haud scio an de uulgo sumptum ſit, neq; enim libet credere uirum eloquentem, & in literis non poſtremi nominis ex ſeſe commentum esse. Nam refertur ab Antonio Sabellico in epiſtola quadam familiari. Addit & fabulam prouerbij parentem, huiuſmodi. Rusticus quidam cum ſenſiſſet minui uinum in dolio conditum, admiratus quid esset rei, circumſpicere cœpit, num qua rima extillaret liquor: ubi nihil eiuſmodi comperiſſet, pergit uicinos in ſuſpicionem apud ſeſe uocare, ne ſeſe abſente uas relinerent, uinumq; potitarent. Obſignat itaque diligenter dolium ad opus exiturus. At reuerſus ſignis illeſis, uinum nihilominus imminui uidet. Tum uerò fortunam agricolarum deplorare, quibus non in uite ſolum, uerumetiam in dolijs calamitas præſto esset. Ad extremum exhauſto dolio, hydrus in imo repertus est uini potor. Ea res in uulgi iocum abijt. Admonet Plin. lib. 10. cap. 72. ſerpentes quanquam exiguo indigeant potu, tamen uinum cum est occaſio, præcipue appetere. Iuuenalis de muliere uinoſa Satyra 6.

Tanquam alta in dolia longus
Decíderit ſerpens, bíbit & uomit.

Adagium ipſum haudquaquam inelegans, nec aſpernandum. Quòd ſi quem nihil monet recẽs autor, licebit uſurpare, cum quis occulta calamitate premitur, cauſa atq; autore non extante. Aut cũ diuturni mali tandẽ autor deprehenditur. Porrò ſerpentẽ quẽ Græci uocant hydron, Latini natricem uocant, quod in aquis degat. Ex ulcere huius morſu facto defluit copioſus humor aquoſus, & graue olens. Ita Dioſcorides lib. 6. Plinius lib. 6. cap. 23. tradit apud inſulas quaſdam ante Perſidem, hydros marinos uicenũm cubitorum terruiſſe claſſem.

E' Maſsilia ueniſti. XCIX

Ἐκ Μασσαλίας ἦκας. i. E' Maßilia ueniſti. Suidas ait dici ſolitum de ijs qui cultu parũ uiris decoro uterẽtur. Quòd Maßilienſes luxu perditi, muliebrẽ fermè in modũ ornarentur, comis unguento delibutis, capilliſq; religatis. Huic affine quod refert Athenæus Dipnoſophiſt. lib. 12. πλεῦσαι ἐς Μασσαλίαν, cuius nos alibi mentionem fecimus in prouerbio, Nauiges Maßiliam, & quid ſuper hoc ſentiremus, explicuimus.

Tibicines mente capti. C

Athenæus lib. Dipnoſoph. 8. prouerbio iactatũ ſcribit apud priſcos tibicinibus nihil esse mentis, λόγος ἦν παλαιὸς ὡς ὅτι.

Ἀνδρὶ μὲν αὐλητῆι θεοὶ νόον οὐκ ἐνέφυσαν,
Ἀλλ' ἅμα τῷ φυσᾶν χ' ὥ νόος οἰκίζεται. id est,

Dictum enim est peruetuſtum, quòd

Dij tibicinibus nunquam mentem inſeruere,
Sed ſimul ac flarint, auolat illico mens.

De hoc hominum genere plura diximus in prouerbio, Tibicinis uitam uiuis.

DES. ERASMI ROT. PROVERBIORVM CHILIADIS QVARTAE CENTVRIA PRIMA.

Dulce bellum inexpertis. I



T ELEGANS cum primis, & multorum literis celebratum adagium est, γλυκὺς ἀπείρῳ πόλεμος. id est, Dulce bellum inexperto. Id ita reddit Vegetius lib. De re militari 3. cap. 13. Ne confidas ſatis, ſi tyro prælium cupit, inexpertis enim dulcis est pugna. Citatur ex Pindaro γλυκὺ δὲ πόλεμος ἀπείροισιν, ἐμπείρων δέ τις ταρβεῖ προσιόντα νιν καρδίᾳ πιέσσων. id est, Dulce bellum inexpertis, aſt expertus quiſpiam horret, ſi acceſſerit cordi ſupra modum. Sunt quædam in rebus mortalium, quæ quantum habeant diſcriminis ac malorum, non intelligas, niſi facto periculo, Dulcis inexpertis cultura potentis amici, Expertus metuit. Bella res & ſplendida uidetur, inter aulicos obambulare proceres, in regijs uerſari negotijs: at ſenes quibus uſu penitus cognita res est, ab ea felicitate libenter abſtinent. Suaue uidetur amare puellas, ſed ijs qui nondum ſenſerunt, quantum amori inſit amari. Ad eundem item modum accommodari poterit, ad quoduis negotium multo cum periculo, multisq; coniunctum malis, quod nemo uelit capeſſere, niſi iuuenis, & rerum imperitus. Siquidẽ Ariſtot. in Rhetoric. hanc adfert cauſam, cur iuuenta ſit audacior, contrà ſenecta timidior, quòd illis imperitia rerum confidentiam pariat, his multorum experientia malorum, timiditatem & cunctationem. Quòd ſi quicquam est in rebus mortaliũ, quod cunctanter aggredi conueniat, imò quod oporteat modis omnibus

Ayuntamiento de Madrid

fugere, deprecari, propellere, certè bellum eſt, quo non alia res uel magis impia, uel calamitoſior, uel latius perniciosa, uel hærēs tenacius, uel tetrior, & in totum homine indignior ut ne dicam Chriſtiano. At dictu mirum, quàm hodie paſſim, quàm temerè, quàm quauis de cauſa ſuſcipiatur, quàm immaniter ac barbaricè geritur, non tantum ab ethnicis, uerumetiã à Chriſtianis: nec proplanis modò, uerumetiã à ſacerdotibus & epiſcopis: nec ſolũ à iuuenibus & imperitis, uerumetiam à ſenibus, & toties expertis: nec à plebeis tantũ, & uulgò natura mobili, ſed potiſſimum à principibus, & quorum officiũ erat, temerarios ſtultæ multitudinis motus, ſapiẽtia rationeq; componere. Neq; deſunt iurecõſulti ac theologi, qui ad iſta tã nefaria, faces admouent, & frigidam, quod aiunt, ſuffundunt. Quibus rebus fit, ut nũc bellum adeo recepta res ſit, ut demirentur homines, eſſe cui non placeat. Adeò probatum, ut impiũ, ac penè dixerim, hæreticũ ſit improbaſſe rem unam omnium ut ſceleratiſſimam, ita miſerrimam quoque. At quanto iuſtius erat illud demirari, quis malus genius, quæ peſtis, quæ intemperia, quæ furia primum in hominis mentem immiſerit, rem uſq; adeo beluinam, ut placidum illud animal, quod natura paci beneuolentiæq; genuit, quod unũ omniũ ſaluti prodidit, tam ferina ueſania, tam inſanis tumultibus in mutuam rueret perniciem. Id quod magis etiã admirabitur, quiſquis animũ à uulgò receptis opinionibus, ad ipſam rerum uim ac naturam perſpiciendã conuerterit, ac ſeorſum hinc hominis imaginem, hinc belli ſimulacrũ ueré philoſophicis oculis aliquantiſper contempletur: Primũ igitur, ſi quis habitum modo figuramq; corporis humani cõſideret, an non protinus intellecturus eſt, naturam uel potius deum, animal hoc non bello, ſed amicitiæ: nõ exitio, ſed ſaluti: non iniuriæ, ſed beneficentiæ genuiſſe? Nã cæterorũ animantiũ unũquodq; ſuis inſtruxit armis. Tauro rũ impetus armauit cornibus, leonũ rabiem unguibus. Aprũ fulmineos affixit dentes. Elephantos præter cutẽ & molem, pronuſcide quoq; tutatus eſt. Crocodilũ cruſtis uelut laminis cõmuniuit, delphinis teli uice pinnas addidit, hiſtricẽ ſpinis, raiam aculeis defendit, gallis calcar affixit. Alia teſtis, alia corio, alia cortice communiuit. Sunt quorũ incolumitati pernicitate proſpexit, ueluti columbis. Sunt rurſum quibus uenenum teli uice tribuit. Addidit his ſpeciẽ tetram ac beluinam, addidit oculos truces, uocis ſtridorem. Inſeuit natiua quædam diſſidia. Solũ hominẽ nudũ produxit, imbecillẽ, teneriũ, inermẽ, molliſſima carne, cute leui. Nihil uſquam in mẽbris quòd ad pugnã aut uiolentiã datũ uidere poſſit, ut ne dicã interim quòd cætera ferè ſtatim ut nata ſunt, ſibi ſufficiunt ad uitam tuendam: ſolus homo ſic prodit, ut nullo tẽpore totus à ſubſidio pendeat alieno. Nec fari nouit, nec ingredi, nec cibum capere, uagitu tantũ implorat opẽ: ut uel hinc conijci poſſit, ſolum hoc animal totum amicitiæ naſci, quæ mutuis officijs & coit, & cohæret potiſſimum. Proinde natura uoluit hominẽ uitæ munus non tam ſibi, quàm beneuolentiæ acceptum ferre, quo uidelicet intelligeret ſeſe gratijs eſſe dicatum, ac neceſſitudini. Tum ſpeciẽ dedit, non tetrã & horridam, uti cæteris, ſed mitem ac placidã, amoris ac beneuolentiæ notas præ ſe ferentem. Tribuit oculos amicos, & in his animi ſigna. Dedit brachiorũ ſinus ad complexũ. Dedit oſculi ſenſum, quo ceu copularentur, & ſeſe cõtingerent animi. Vni riſum attribuit, alacritatis indicium. Vni lacrymas clementiæ & miſericordiæ ſymbolũ. Quin & uocẽ dedit, non minaciẽ & horrendã ſicuti beluis, ſed amicã & blandã. Nec his contenta natura, ſermonis & rationis uſum uni tribuit, quæ quidẽ res ad parandam & alendam beneuolentiã in primis uidet, ne quid omnino perirum inter homines gereretur. Inſeuit odium ſolitudinis, amorem ſodalitatis. Indidit penitus beneuolentiæ ſemina. Fecit ut quod eſt ſaluberrimũ, idẽ ſit & ſuauiſſimum. Quid enim amico iucundius? At rurſum, quid æque neceſſarium? Proinde ſi maximè liceret abſq; mutuo cõmercio cõmode uitam agere; nihil tamen iucundũ uideri poſſit abſq; ſocio, niſi ſi quis prorſus hominem exuerit, & in ferã degenerarit. Addidit inſuper liberalium diſciplinarum ſtudiũ, & cognitionis ardorẽ: quæ res ut potiſſimũ abducit hominis ingenium ab omni feritate; ita ad conciliandas neceſſitudines præcipuã uim habet. Siquidem nec affinitas, nec ſanguinis propinquitas, arctioribus aut firmioribus amicitiæ uinculis aſtringit animos quàm ſocietas honeſtorum ſtudiorum. Super hæc admirabili quadam uarietate, dotes tum animorum tum corporum inter mortales partita eſt, nimirũ ut ſinguli in ſingulis inuenirent, quod uel amarent ac ſuſpicerent ob excellentiã, uel ob uſum & neceſſitatẽ ambirent & amplecterentur. Denique indidit diuinæ mentis ſcintillulam, ut nullo etiam oſtenſo præmio, tamẽ per ſe iuuet benemereri de omnibus. Id enim deo maximè propriũ ac naturale, ſuo beneficio conſulere uniuerſis. Alioqui quid illud eſt, quod haud uulgarẽ animo ſentimus uoluptatẽ, ubi quempiã per nos ſeruatũ intelligimus? & ob hoc ipſum homo carus eſt homini, quòd inſigni quopiã beneficio obſtrictus eſt? Proinde deus in hoc mũdo uelut ſimulacrũ quoddã ſui conſtituit hominẽ, ut ceu terrenũ quoddam numẽ ſaluti proſpiceret omniũ. Sentiunt hoc ipſa etiã bruta, cum uideamus non mitia ſolum, uerumetiã pardos & leones, & his immitiores beſtias in magnis periculis ad hominis opẽ confugere. Hoc extremũ omnibus aſylũ, hæc ara eſt ſanctiſſima uniuerſis, hæc nulli nõ ſacra eſt ancora. Hominis effigiem utcunq; depinximus. Nunc belli ſimulacrũ ex aduerſo, cui hæc, ſi uidetur, cõponamus. Iam igitur uidere te puto, barbaras cohortes, ipſo uultu ſonoq; uocis horrendas, hinc atq; hinc inſtructas ferratas acies, formidabilem armorũ crepitum ſimul & fulgorem: inamabilem tantæ multitudinis fremitum, oculos minaces, rauca cornua, terrificũ tarantaræ canũ, bombardarũ tonitrua, non minus formidoloſa ueris, ſed magis noxia: clamorem inſanũ, concurſum furioſum, immanem laniationem, cadentium & occidentium crudeles uices, congeſtas ſtrages, undantes cruore campos, fluuios humano tinctos ſanguine. Fit interea nõnunquã, ut frater incidat in fratrẽ, affinis in affinẽ, amicus in amicum, & communi furore iam debacchante, in eius uiſcera ſtringat ferrũ, à quo ne uerbo quidẽ unquam fuerat læſus. Deniq; tantum malorũ habet illa tragœdia, ut à commemoratione quoq; pectus humanũ abhorreat. Vt interim nõ referam, illa uulgaria præ his, leuiaq;, protritas paſſim ſegetes, exuſtas uillas, incenſos pagos, abacta pecora, conſtupratas uirgines, tractos in captiuitatem ſenes, direpta phana, latrocinijs, prædationibus, uiolentia plena, conſuſaq; omnia. Vtq; taceam illa, quæ feliciſſimum etiam ac iuſtiſſimum bellum conſequi ſolent. Expilatam plebem, oneratos proceres, tot ſenes orbos, & ſimul in cæde liberorum infelicius occiſos, quàm ſi hoſtis nuli ſenſum una cũ uita ſuſtuliſſet: tot anus deſtitutas & crudelius quàm ferro peremptas, tot matronas uiduas, tot liberos orphanos, tot domus funeſtas, tot opulentos ad inopiam redactos. Nam de morũ pernicie quid attinet loqui, cũ nemo neſciat uniuerſam uitæ peſtem, ſemel è bello proficiſci? Hinc pietatis cõtemptus, hinc legum neglectus, hinc ad quiduis audendum ſceleris promptus animus. Hoc fonte nobis tam ingens latronum, raptorum, ſacrilegorum, percuſſorum turba ſcatet. Et quod eſt omniũ grauiſſimũ, hæc tam exitialis peſtilentia, neſcit ſe ſuis continere ſpatijs, ſed in uno quopiam angulo nata, non ſolum finitimas regiones ueluti cõtagio peruadit, uerumetiam procul ſemotas, uel mercede, uel per affinitatis, aut fœderis occaſionẽ, in communẽ tumultũ, ac rerum tempeſtatẽ pertrahit. Quinetiam bellum è bello ſeritur, è ſimulato uerum, è puſillo maximum exoritur, neq; raro ſolet in his accidere, quod de Lernæo mõſtro fabulis proditum eſt. Hiſce de cauſis, opinor, ueteres illi poëtæ, qui rerum uim ac naturam, & ſagaciſſimè perſpex

Ayuntamiento de Madrid

perſpexerunt,& aptiſſimis figmentis adumbrarunt,tradidere bellum ab inferis immitti, idq; furiarum miniſterio, neque quamlibet furiam ad hoc negotij conficiendum eſſe idoneam. Deligitur omniũ peſtilentiſſima, Cui nomina mille, Mille nocendi artes. Hæc innumeris armata colubris, tartarea buccina præcinit. Pan inſano tumultu complet uniuerſa. Bellona furioſum quatit flagellum. Furor impius, ruptis omnibus uinculorum nodis, euolat horridus ore cruento. Neq; non uiderunt hæc grammatici, quorũ alij bellum, κατ' ἀντίφρασιν dictum uolunt, quòd nihil habeat neq; bonum, neq; bellum: nec alia ratione bellum eſſe bellum, quàm furiæ ſunt Eumenides. Alij malunt à belua deductum, quòd beluarũ ſit, non hominũ, in mutuum exitium congredi. At mihi ſanè pluſquam ferinũ, pluſquam beluinũ eſſe uidetur, armis cõſligere. Primum enim pleraq; brutorũ animantiũ in ſuo quodq; genere concorditer & ciuiliter degunt, gregatim incedunt, ope mutua ſeſe tuentur. Ne feræ quidem omnes dimicant (Sunt enim & innoxiæ, ſicut damæ & lepores) ſed omnium efferatiſſimæ, ueluti leones, lupi, tigrides. Quanquam nec hæ belligerantur inter ſeſe quemadmodum nos. Canis caninũ non eſt, leonũ inter ſe feritas non dimicat: draconi cum dracone pax eſt, inter uenena cõuenit. At homini nulla fera pernicioſior, quàm homo. Rurſum illæ cum pugnant, ſuis pugnant armis: nos præter naturam arte cacodæmonum excogitatis inſtruimur homines in hominũ perniciem. Nec illæ quibuslibet de cauſſis ſæuiunt, uerum ubi uel fames ſtimulat in rabiem, uel ſe peti ſentiunt, uel fœtui ſuo timent. Nos deũ immortalem, quàm friuolis de cauſſis, quas bellorum tragœdias excitamus! Ob inaniſſimos dictionum titulos, ob puerilem irã, ob interceptam mulierculã, ob cauſas his quoq; multo magis ridiculas. Ad hæc inter ferас, uni cũ una bellũ eſt, idq; perbreue. Et ut cruentiſſima pugna ſit, una aut altera uulnerata diſceditur. Quando auditum eſt id quod paſſim faciunt homines, centũ milia beluarũ mutuo laniatu conſcidiſſe? Adde, quod ut ferис quibuſdã naturale diſſidiũ eſt cum alijs diuerſi generis, ita rurſum habẽt, cum quibus genuina firmaq; cohærẽt amicitia. At homini cum homine, & cuilibet cũ quolibet, iugis pugna eſt, nec ullum ſatis firmum fœdus inter uilos mortaliũ. Adeo quicquid à ſua receſſit natura, in peiorẽ degenerat ſpeciẽ, quàm ſi natura malitiã ingenuiſſet. Vis ſcire quàm ferina, quàm fœda, quàm non digna homine res ſit bellum? Spectaſti ne aliquando leonem cũ urſo cõmiſſum? Qui rictus, qui rugitus, qui fremitus, quæ immanitas, quæ laniatio! Inhorrejcit qui ſpectat etiam in tuto. At quanto fœdius ſpectaculum, quanto immanius, uidere hominem cum homine, tot armis, tot telis inſtructum conſligere? Quæſo te, quis homines crederet, niſi conſuetudo mali ſuſtuliſſet admirationem? Ardent oculi, pallent ora, furorem præfert inceſſus, frendet uox, clamor inſanus, totus homo ferreus eſt, crepant arma, fulminant bombardæ. Mitius erat, ſi cibi cauſa homo hominem deuoraret, ſi ſanguinem hauriret: quanquam huc quoq; uentum eſt à quibuſdã, ut id odij gratia faciant, quod excuſatius faceret uſus aut neceſſitas. At nunc idẽ fit crudelius, telis ueneno tinctis, tartareis machinis. Nullum uſquam hominis veſtigium. An credis hic ipſam naturam agnituram quod condidit? Et ſi quis admoneat, an non merito huiuſmodi uerbis ſit execratura facinus impium? Quod nouum ſpectaculum ego uideo? Quis tartarus hoc nobis portentum ædidit? Sunt qui me nouercam appellent, quòd in tam imminẽſa rerum ſumma, uenena quædam genuerim, quanquam & hæc in hominis commodum ceſſura: quòd aliquot animãtia parum mitia finxerim, etiamſi nulla fera tam imnutis eſt quin arte & officijs poſſit cicurari. hominis cura manſueſcũt leones, miteſcunt dracones, ſeruiunt urſi. Quæ tandem eſt iſta pluſquam nouerca, quæ nouã hanc beluam, totius mundi peſtem nobis dedit? Vnum animal totum genui beneuolentiæ,

placidum, amicum, ſalutare. Quid accidit, ut in huiuſmodi ferã degenerarit? Nihil agnoſco hominis illius, quẽ finxi. Quis malus genius uitiauit opus meum? Quæ ſaga mentem humanam excantauit, & incantauit beluinã? Quæ Circe natiuam uertit formam? Iuberem ut ad ſpeculum ſeſe cõtemplaretur infelix, ſed quid cernunt oculi, cum mens abſit? Tamẽ aſpice teipſum ſi potes furioſe bellator, ſi quo pacto contingat reſipiſcere. Vnde tibi minax criſta ucrticis? unde fulgens galea? unde ferrea cornua? unde pinnati cubiti? unde ſquamæ? unde dentes ærei? unde laminæ? unde tela letifera? unde uox pluſquã ferina? unde uultus iſte pluſquam beluinus? unde tonitru & fulmen, ipſo Iouis fulmine tũ formidabilius, tum nocentius? Ego te diuinum quoddam animal finxi, quid uenit in mentem, ut teipſum in tam immanem beluam transformares, ut nulla iam belua futura ſit belua, ſi cum homine componatur? Hæc atq; id genus alia permulta diceret opinor, architectrix illa rerũ natura. Proinde cum ſic cõditus ſit homo quemadmodũ oſtenſum eſt, cum huiuſmodi res ſit bellum, quemadmodũ nimium crebro ſentimus, haud mediocriter admirandum uidetur, quis deus, qui morbus, aut qui caſus primum in humanum pectus immiſerit, ut lætale ferrũ in hominis ſtringeret uiſcera. Multis gradibus ad tam inſignem uecſaniam uentum ſit oportet.

Nemo ſiquidem repente fuit turpiſſimus, Vt inquit poeta Satyricus. Semperq; malorum maxima, ſub umbra ac ſpecie boni ſubrepſerunt in uitam hominum. Olim igitur cum rudes illi priſciq; mortales, nudi, ſine mœnibus, abſque tecto, uitam in ſyluis agerent, euenit aliquoties, ut à feris ac beluis offendcrentur. Cum his igitur primum homini bellum ſuſceptum eſt, & uir fortis habebatur, ac dux, qui ferarum uim ab hominum genere depuliſſet. Quin & æquiſſimum uidebatur iugulare iugulantes, trucidare trucidantes, præſertim cum nulla laceſſitæ iniuria, ultro nos impeterent. Ea res cum ſummæ laudi duceretur, hinc enim deus factus eſt Hercules, cœpit animoſa iuuentus paſſim uenari beſtias, exuuium ceu trophæum oſtentare. Deinde non contenti iugulaſſe, pellibus illarum ſeſe munierunt aduerſus rigorem hyemis. Hæc erant prima homicidia, hæc ſpolia. Poſt hæc longius progreſſi rem auſi ſunt, quã Pythagoras uehementer impiã arbitratus eſt, & nobis poterat prodigioſa uideri, niſi uetaret conſuetudo, quæ tantam ubiq; uim habet, ut apud nationes quaſdam piũ fuerit habitum, parentem grandæuum, plagis obrutum in foſſam depellere, & eripere uitam illi, per quem uitæ munus contigerat: ſanctum haberetur, carnibus affinium amicorum ueſci: pulchrum exiſtimaretur, uirginem in Veneris phano proſtare populo: multaq; ijs abſurdiora, quæ ſi quis nunc referat tantum, nemo non ſit abominaturus. Adeo nihil eſt tam ſceleroſum, nihil tam atrox, quod non & probetur, ſi id commendet aſſuetudo. Ergo quod auſi ſunt facinus? Non ueriti ſunt ueſci ferarum extinctarum cadaueribus, dentibus laniare carnem exanimẽ, haurire ſanguinem, exugere ſaniem, & uiſcera, ut ait Ouidius, in uiſcera condere. Id facinus tametſi mitioribus ingenijs tam immane uiderctur, tamen commendauit uſus & commoditas. Placuit & in delicijs cadaueris ſpecies. Carnes inſepeliuntur cruſtis, condiuntur aromatibus, inſcribitur titulus, Hic ſitus eſt aper, hic ſepultus eſt urſus. O cadaueroſas uoluptates. Proceſſum eſt longius. A noxijs feris itum eſt ad pecudes innoxias. Sæuitiũ eſt paſſim in oues,

—Animal ſine fraude dolóq;,

Sæuitum in leporem, non ob aliud crimen, niſi quòd eſculentus eſſet. Nec temperatum à boue domeſtico, qui ſuo ſudore diu familiam aluerat ingratam: nulli uolucrum, nulli piſcium generi parcitum eſt, & eò proceſſit gulæ tyrannis, ut nullum animal uſquam tutum eſſet ab hominis crudelitate. Verum hoc quoq; perſuaſit conſuetudo, ut ſæuitia non uideretur in ullum animantis genus, modo ab hominis cæde temperaretur.

Ayuntamiento de Madrid

Sed in nobis fortaſſe ſtetum eſt,nitia quemadmodum mare non admitterc,uerum ut admiſſo limitem præſcribamus,id non eſt cuiquam in manu. Semel receptum utrumuis, haud noſtro ducitur arbitrio,ſed ſuo fertur impetu.Poſtea quàm his rudimentis eſſent ad cædem exercitati, perſuaſit ira,ut homo hominem fuſte,ſaxóne,aut pugno peteret.Siquidē ijs adhuc armis tum pugnabatur opinor, & iam occidendis pecudibus didicerant, hominem quoque minimo negotio poſſe perimi. Verum iſta crudelitas diu conſtitit intra mononachias.Vnius iactura bellum dirimebatur,nonnunquam uterq; cadebat,ſed uterq; uita indignus. Ad hæc nonnullam etiam æqui ſpeciem habebat ſuſtuliſſe inimicum: laudi quoq; cæptum eſt dari,ſi quis uiolentum & peſtilentem hominem, cuiuſmodi ferunt fuiſſe Cacum & Buſiridem, conſeciſſet, orbemq; monſtris iſtiuſmodi liberaſſet. Siquidem uidemus hos etiam titulos,in Herculis extare laudibus. Deinde concurſum eſt à pluribus, ut quoſq; uel affinitas,uel uicinia,uel neceſſitudo cōiunxerat. Et quod nunc latrocinium eſt,tum bellum erat. Saxis & ſudibus præuſtis,etiamnum res gerebatur. Riuulus occurrens, aut rupes,aut ſimile quippiam obuium,prælia dirimebat.Interea dum creſcit uſu feritas,dum gliſcunt iræ,dum magis ardeſcit ambitio,furorem ſuum armat ingenio. Excogitantur arma qualiacunq;, quibus ſe communirent, excogitantur & tela,quibus hoſtem perderent. Iam paſſim, iam frequentiore manu, iam armati conflictari cœperunt. Nec huic manifeſto furori, ſuus deſuit honos. Bellum appellarunt, & uirtutem eſſe uoluerunt, ſi quis ſui capitis periculo uim hoſtium, à liberis, ab uxore, à pecore,à domeſticis latebris propelleret. Atque ita paulatim unà cum rerum cultu creſcente militia, bellum indicere cœpit,ciuitas ciuitati,regio regioni, regnum regno. Quanquam in re per ſe crudeliſſima, tamen rēmanebant adhuc humanitatis priſtinæ ueſtigia. Repetebantur res per fecialem,citabantur teſtes ſuperi,uelitatione præludebatur ad pugnam.Telis uulgaribus & uirtute nō dolo res agebatur. Nefas erat ferire hoſtē,niſi ſigno dato:non licebat pugnare,ubi receptui cecinifſet imperator. Deniq; uirtutis & gloriæ certamen erat, magis quàm occidendi cupiditas. Nec dum arma mouebantur,niſi in exteros,quos ob id hoſtes,uelut hoſpites appellabant. Hinc nata ſunt imperia, quorum nullam unquam fuit in ulla natione, quod non fuerit multo generis humani ſanguine paratum. Deinceps aſſiduæ bellorum uices, dum uicifſim alius alium ab imperio depellit, & ſibi uindicat. Poſt hæc cum imperia quoq; ad ſceleratiſſimos mortales deuenifſent,iam in quoslibet,pro libidine mota ſunt arma,neq; male meriti,ſed bene fortunati,cœperunt maximè belli periculis eſſe obnoxij, & iam prælij ſcopus, non laus eſſe, ſed ſordidum lucrum,aut hoc etiam ſceleratius aliquid. Non dubito quin hæc proſpexerit ſapientiſſimus ille Pythagoras,cum philoſophico commento multitudinem hominum imperitam à lanianidis pecudibus deterreret. Videbat futurum, ut qui nulla laceſſitus iniuria, pecudis innoxiæ ſanguinem fundere cōſueuiſſet,idem commotus ira,& iniuria prouocatus non metueret hominem interimere. Porrò bellum quid aliud eſt,quàm multorum commune homicidium,& latrocinium, hoc ſceleratius, quo latius patens? Sed ridentur hæc ceu deliramenta ſcholaſticorum à craſſis proceribus noſtri temporis, qui cum præter figuram nihil habeant hominis, tamen ipſi ſibi planè dij uidentur. Et tamen ab ijs initijs, huc uidemus eſſe peruentum inſaniæ, ut tota uita nihil aliud agatur. Belligeramur aſſidue,genis cum gente colliditur, regnum cum regno,ciuitas cum ciuitate,princeps cum principe,populus cum populo,& quod ethnici quoq; fatentur impium, affinis cum affini, cognatus cum cognato, frater cum fratre,filius cum patre.Deniq; quod ego ſanè puto his omnibus atrocius, Chriſtianus cum homine: addam inuitus, quod eſt atrociſſimum,Chriſtianus cum Chriſtiano.Et ô cæcitatem mentis humanæ, hæc nemo miratur, nemo deteſtatur. Sunt qui applaudant, qui uehant laudibus, qui rem pluſquam tartaream, ſanctam appellent, ac principes ultro furentes inſtigant, oleum quod aiunt addentes camino. Alius è ſacro ſuggeſto promittit omnium admiſſorum condonationem,qui ſub eius principis ſignis pugnarint. Alius clamat, inuictiſſime princeps, tu modo ſerua mentem iſtam religioni faucitem, deus pugnabit pro te:alius promittit certam uictoriam,prophetarum uoces ad rem impiam detorquens,interpretans illa, Non timebis à timore nocturno,à ſagitta uolante in die,à demonio meridiano: &,Cadent à latere tuo mille,& decē milia à dextris tuis: &,Super aſpidem & baſiliſcū ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.Denique totus hic myſticus pſalmus ad res prophanas, ad hos & illos principes detorquebatur. Nec deerant utriq; parti tales prophetæ,nec deerant talibus prophetis applauſores. Tam bellaces audimus conciones monachorum, Theologorum, epiſcoporum. Itaque bellatur à decrepitis, bellatur à ſacerdotibus, bellatur à monachis, & cum re tam diabolica Chriſtum miſcemus. Concurrunt acies utrinq; crucis inſigne præferentes,quæ uel ipſa poterat admonere, quo pacto conueniat militare Chriſtianos. A ſacro illo cœleſti, quo perfecta illa & ineffabilis Chriſtianorum coniunctio repræſentatur, curritur ad mutuam cædem, & rei tam impiæ Chriſtum facimus & ſpectatorem & autorem. Vbi nam diaboli regnum eſt, ſi in bello non eſt? Cur huc pertrahimus Chriſtum,cui cuius cum quotis lupanari conueniat, quàm cum bello? Indignatur Paulus apoſtolus,ullam eſſe controuerſiam inter Chriſtianos,ut iudex ſit adeundus, qui litem dirimat. Quid ſi conſpiceret nos toto orbe belligerantes, & quamlibet leui de cauſa, immanius quàm ulli bellarint Ethnici, crudelius quàm ulli barbariridq; fieri autoribus,hortatoribus, adiutoribus his,quū pacificatum illum & omnia conglutinantem pontificem repræſentant,quiſq; pacis omine ſalutant populum? Neque me clam eſt,quid iamdudum mihi reclament Cares iſti,quorum meſſis eſt è malis publicis. Bellum ſuſcipimus inuiti, aliorum coacti malefactis.Ius noſtrum perſequimur. Quicquid malorum habet bellum,illis feratur acceptum,qui belli dedere cauſas. Sed quieſcant interim pauliſper, & horum cauſationes ſuo loco reſellemus, ac ſacum hunc, quo morbum noſtrum præteximus, detrahemus. Iam ſicut hominem cum bello, hoc eſt animal placidiſſimum,cum re longe immaniſſima compoſuimus,quo magis perſpicua fieret atrocitas:ſic bellum cum pace, rē miſerrimam pariter & ſceleratiſſimā, cum re felicifſima ſimul & optima cōparemus, atq; ita demum apparebit, quantæ dementiæ ſit, tanto tumultu, tantis laboribus, tanto ſumptu, tanto diſcrimine, tot calamitatibus aſſectare bellum, cum multo minoris emi poſſit concordia. Principio quid in rerum natura dulcius aut melius amicitia? Nihil profectò. Atqui quid aliud eſt pax, quàm multorum inter ipſos amicitia? Sicuti contra belli nihil aliud eſt quàm pluriū ſimultas. Bonorū autē ea ratio eſt,ut quo latius pateant,hoc plus adferant commoditatis. Proindè cum unius cum uno neceſſitudo, res ſit adeo ſuauis & ſalutaris, quàm ingens erit felicitas, ſi regnum cum regno, ſi natio cum natione,neceſſitudinis uinculo copuletur? E diuerſo,malarum rerum ea eſt natura,ut quo latius manarint,hoc magis ſint ſuo digne uocabulo. Atq; ſi miſerū, ſi ſceleratum eſt, hominem cum homine ferro congredi,quanto calamitoſius,quantoq; ſceleratius eſt,idem à tot hominum milibus fieri? Concordia res paruæ creſcunt,diſcordia dilabuntur & magnæ. Pax omnium bonarum rerum & parens eſt & nutrix. Bellum repente ſemelq; quicquid eſt lætum, quicquid eſt pulchrum, obruit, extinguit, abolet, omniumq; malorum Lernā quandā in uitam mortalitū effundit.

Pacis

Ayuntamiento de Madrid

Pacis tempore,non ſecus ac ſi nouum quoddã uer rebus humanis affulſerit,coluntur agri,uernant horti,paſcũtur lætæ pecudes, ædificantur uillæ, extruuntur oppida, inſtaurantur collapſa,ornantur & augẽtur extructa, creſcunt opes, aluntur uoluptates,uigent leges,floret reip. diſciplina, ſeruet religio,ualet æquitas,pollet humanitas,calent artes opificum,uberior eſt quæſtus pauperum,ſplendidior opulentia diuitum.Efflorescũt honeſtiſſimarum diſciplinarum ſtudia, eruditur iuuentus,tranquillo fruuntur ocio ſenes,bonis auſpicijs nubunt uirgines, Laudantur ſimili prole puerperæ,

Florent boni,minus peccant mali.At ſimulatq; belli ſæua tempeſtas ingruerit,deum immortalem,quàm ingens malorum pelagus occupat,inundat, obruit uniuerſa. Abiguntur armẽta,proteruntur ſegetes,trucidantur agricolæ,exuruntur uillæ,tot ſeculis extructæ florẽtiſſimæ ciuitates,una procella ſubuertũtur.Adeo procliuius eſt lædere,quàm benefacere. Ciuium opes ad execrandos latrones ac ſicarios trãſferuntur.Mœrent domus,metu,luctu,& querimonijs:lamẽtis complentur omnia. Frigent artes opificum,pauperibus aut ieiunandum,aut ad impias confugiendum artes.Diuites aut ereptas deplorant facultates, aut timent relictis, utroq; modo miſerrimi.Virginum aut nullæ,aut triſtes & infeſtæ nuptiæ.Deſolatæ matronæ domi ſterileſcunt:ſilent leges,ridetur humanitas,nullum habet locum æquitas:religio ludibrio eſt,ſacri & prophani nullũ omnino diſcrimen.Corrũpitur omni uitiorum genere iuuentus:damnant longæuitatẽ ſuam luctuoſi ſenes. Nullus bonos honeſtis literarũ ſtudijs. In ſumma,plus malorum ſentimus in bello,quàm ullius ſermo poſſit aſſequi,nedũ meus.Fortè tolerari poterat,ſi bella calamitoſos modo nos facerent, non etiam nocentes & impios: ſi pax feliciores tantum redderet,non meliores quoq;. Impius autem eſt,quiſquis bellum accerſit. Nimium heu nimium malorũ erat,quibus aſſidue uelit nolit,uexatur,atteritur,abſorbetur erumnoſa mortalitas.Ante bis mille fermè annos trecenta morborum nomina medicis ſunt animaduerſa, præter ſpecies, iam & quotidie ſubnaſcentes nouos,& ſenectutem ipſam,morbũ immedicabilem.Legimus alibi totas urbes terræ quaſſatione ſubrutas, alibi conflagraſſe fulmine, alibi ſolidas etiã hiatu terrarum abſorptas regiones, oppida ſuffoßione cuniculorum corruiſſe,ut ne commemorem, quantum hominum multitudinem iam ob aſſuetudinem contempti caſus abſumant, exundatio maris & fluminum, ruinæ montium & ædificiorum, uenena,lapſus,feræ,cibus, potus,ſomnus.Alium hauſtus in potu lactis pilus,alium acinum uuæ,alium os piſcis inhærens gutturi præfocauit.Sunt quos ſubitum exanimarit gaudiũ,num de uehementi dolore minus eſt mirum. Adde nunc fatales peſtilentias, non raro paßim ſæuientes.Nulla pars orbis eſt,unde nõ immineat periculũ humanæ uitæ,alioqui per ſe quoq; fugaciſſimæ.Tantum undiq; malorum obturbat,ut non ſine cauſa, Homerus hominem animantium miſerrimum pronuntiauerit.Verum hæc mala,quoniam nec uitari facilè poſſunt, nec noſtro accidunt uitio, calamitoſos tantũ faciunt,non item facinoroſos. Quid iuuat tam innumeris obnoxios calamitatibus,ultro ſibi malum, perinde quaſi deſit,accerſere : Et accerſere non quoduis malum,ſed malum omnium multo teterrimum:tam perniciоſum,ut unum uincat omnia: tam fœcundum,ut unũ in ſe complectatur uniuerſa:tam peſtilens ut non minus impios efficiat,quàm erumnoſos,ut miſerrimos reddat,nec tamen miſerandos,niſi hos qui minimè uolunt & maximè ſentiunt? Adijce iam his omnibus,quòd pacis cõmoda latißimè ſeſe diffundunt, & ad plurimos pertinent. In bello, ſi quid feliciter cecidit,quanquam,ô ſuperi,quid hic poteſt dici felix, id ad paucos pertinet, & eos indignos. Alterius ſalus, alterius eſt exitium:alterius opes,alterius ſunt ſpolia:huius triumphus,illius eſt luctus,ut acerba ſit infelicitas,immanis & cruẽta felicitas. Quanquã plerunq; fit,ut iuxta Cadmeã, quam uocant,uictoriam,utraq; pars ploret.Et haud ſcio an unquam bellum adeo ceſſerit feliciter, ut cordatum uictorẽ ſuſcepti non pœnituerit.Ergo cum pax res ſit omnium tum optima,tum iucundißima: bellum cõtra res omniũ miſerrima,ſimul & ſceleratißima: num hos ſanæ mẽtis arbitrabimur,qui cum illam mediocri negotio parare queãt, hoc malint ſummis etiam difficultatibus accerſere? Primum quàm inſuauis res primus ille belli rumor,deinde quãtum inuidiæ ſubeundũ principi,dũ crebris decimationibus expilat ſuos. Quantũ negotij in adiungendis aut retinendis auxilijs,quãtum in accerſendis barbaricis cohortibus & mercenario milite. Quantum impẽdij ſimul & curarum in apparandis claßibus,in extruendis aut ſarciendis arcibus & præſidijs, in adornandis tentorijs,in fabricandis & comportandis machinis,armis,telis,ſarcinis,uehiculis commeatu.Quantũ laboris exhauriendum,in cõpingendis uallis,in enaciãdis foſſis,in ſuffodiẽdis cuniculis,in excubijs,in ſtationibus,inexercitamentis. Omitto tam metus,omitto pericula, Quid enim non metuendum in bello? Quis enumerare ualeat incommoda uitæ,quæ ſtultißimi milites in caſtris perferunt, & ob id maioribus digni quòd ſponte perferant? Victum quem bos quoq; faſtidiat Cyprius, cubile quod aſpernetur ſcarabeus, ſomnos raros,nec hos tuo datos arbitrio.Tentorium undiq; uentis peruium,ac ne tentorium quidem.Durandũ ſub dio, cubitandum humi,ſtandum in armis, ferenda inedia, frigus, æſtus,puluis,imber:ſeruiendum ducibus, uapulandũ ferulis: quandoquidem nulla eſt ullius mancipij ſeruitus indignior, quàm militum.Ad hæc ad triſte ſignum eundum in mortem, ut aut occidas immaniter,aut cadas infeliciter.Tantum malorum ſuſcipitur ut ad rem omniũ miſerrimam liceat peruenire.Tam immenſis malis noſipſos prius affligimus,ut alios poſſimus affligere. Quòd ſi uelimus rem ad calculum uocare, & ueris rationibus expendere , quanti bellum conſtet, quanti pax,profecto cõperiemus,hanc uel decima parte curarum,laborum,moleſtiarum,periculorum, ſumptuum,deniq; ſanguinis poſſe comparari , quibus bellum accerſitur. Tantam hominum turbam educis in periculum,ut oppidum aliquod euertas:at horum opera, uel citra periculum,aliud extrui poterat multo præclarius oppidum. Sed nocere uis hoſti.Iam hoc ipſum inhumanũ.Attamen illud expẽde,num illi nocere non poßis,niſi prius noceas tuis. Et furioſi uidetur hominis,tantum certi mali ſumere, cũ incertum ſit,quò ſit alea belli caſura.Verum eſto,rapuerit ad hanc ueſaniam ethnicos,uel ſtultitia,uel ira,uel ambitio,uel auaritia,uel immanitas,ſiue quod magis arbitror, ab inferis immiſſæ furiæ, unde hoc nobis in mentem uenit ut Chriſtianus in Chriſtianum cruentum ſtringat ferrum?Parricidiũ uocatur,ſi frater occidat fratrem. At Chriſtianus coniunctior Chriſtiano, quàm ullus germanus germano , niſi firmiora ſunt naturæ uincula,quàm Chriſti.Quàm abſurdũ eſt eos penè continẽter inter ſe belligerari, quos una domus habet eccleſia, qui eiuſdem corporis membra cõmuni capite gloriantur,nempe Chriſto:communem habent patrem in cœlis,cõmuni uegetãtur ſpiritu,iiſdem initiati ſunt myſterijs,eodem redẽpti ſanguine,eodẽ renati fonte, iiſdem alluntur ſacramentis,eidem militant imperatori,eodem ueſcuntur pane,eiuſdẽ participes ſunt calicis : communem habent hoſtem diabolum, poſtremo ad eandem omnes uocati ſunt hæreditatem. Vbi ſunt tam multæ perfectæ concordiæ ſacramenta,ubi tã innumera pacis documenta? Vnum præceptum Chriſtus appellauit ſuum nempe charitatis. Cum hac quid æque pugnat atq; bellum?Felici pacis omine ſalutat ſuos.Diſcipulis præter pacem,nihil donat:præter pacem nihil reliquit.In ſacris

Ayuntamiento de Madrid

illis precibus illud præcipue patrem orat, ut quemadmodũ ipse idẽ erat cum eo, ita & sui hoc est, Christiani, idẽ essent secum. Iam plus audis, quàm pacem, plusquam amicitiam, plusquam cõcordiam. Christi typũ habebat Solomon, quod Hebræis pacificũ sonat, ab hoc sibi templum extrui uoluit. Dauid alioqui diuersis uirtutibus egregie, clarum, tamẽ hoc elogio submouit ab extructione templi, quòd sanguinarius esset. Et tamẽ is autore deo bella ferè gessit aduersus impios, atq; id suò eo seculo quo nondũ docuerat ille Mosaicæ legis absolutor, etiam inimicos esse diligendos. Nato Christo, non bellum, neq; triumphos, sed pacem canunt angeli. Denondum nato præcinuit uates ille mysticus, & factus est in pace locus eius. Vniuersum illius doctrinam excute, nihil usquam reperies, quod non spiret pacẽ, quod non sonet amicitiam, quod non sapiat charitatem. Et quoniam intelligebat pacẽ aliter non posse constare, nisi penitus contemptis his, pro quibus mũdus hic digladiatur, iussit ut ab ipso disceremus esse mites. Beatos uocauit, qui diuitias & harum filiam superbiam pro nihilo ducerent, nam hos uocat pauperes spiritu: beatos, qui uoluptates huius mundi spernerent, quos lugentes appellat, qui se paterẽtur suis exturbari possessionibus, scientes hic nihil aliud esse, quàm exiliũ, ueram patriã, ueram possessionẽ in cœlo situm esse pijs. Beatos, qui benemerentes de omnibus, impune & male audirent, & malis afficerentur. Vetuit ne quis malo resisteret. Breuiter, ut omnis illius doctrina, tolerantiam & amorẽ præcipit, ita tota uita nihil aliud docet, quàm mansuetudinem. Sic ille regnauit, sic bellauit, sic uicit, sic triumphauit. Nec aliud inculcant Apostoli, qui purum adhuc Christi spiritum imbiberãt, & muſto illo feliciter erant temulenti: Quid undiq; sonant omnes Pauli literæ, nisi pacem, nisi lenitatem, nisi charitatẽ? Quid Ioannes loquitur? quid iterat, nisi dilectionem? Quid aliud Petrus? quid aliud omnes uerè Christiani scriptores? Vnde tantus bellorum tumultus inter filios pacis? An fabula est, quòd Christus se uitem appellat, suos palmites? Quis unquã uidit palmitem pugnare cum palmite? An unum est, quòd non semel scripsit Paulus, Ecclesiam nihil aliud esse, quàm unum corpus è diuersis membris connexum, adhærens uni capiti Christo? Quis uidit oculum pugnare cum manu, aut uentrem cum pede? In hoc uniuerso rerũ omnium tam dissimilium, harmonia est. In animalis corpore pax est membro cum membro, quod quæq; pars dotis habet, non uni sibi habet, sed in commune omnibus. Si quid accidit unicuilibet, opitulatur uniuersum corpus. An plus potest in perituro corpore naturæ connexio, quàm in mystico & immortali copula spiritus? An frustra precamur illud ex præscripto Christi, Fiat uoluntas tua, quemadmodum in cœlo, sic & in terra? In illa ciuitate summa concordia est. At Christus nihil aliud esse uoluit suam ecclesiam, quàm cœlestem quendã populum in terris ad illius imaginem, quoad fieri potest, uiuẽtem, illò properantem, ab illa pendentem. Age, finge iã mihi nunc nouum aliquem hospitem, uel è lunaribus illis ciuitatibus quas inhabitat Empedocles, uel ex uno quopiam mundo eorũ quos innumerabiles fabricatus est Democritus, in hũc nostrum uenisse, quid rerum agatur cupientem cognoscere. Cumq; de singulis edoctus, audierit esse unum quoddã animal mire commixtum ex corpore, quod cum brutis habeat commune, & ex animo, quo diuinæ mentis refert imaginẽ. Id adeo esse generosum, ut quanquam hic exulet, tamẽ cæteris omnibus imperet animantibus, quod ob cœlestem originem, semper ad cœlestia nitatur & immortalia: quod in tantum curæ fuerit æterno numini, ut quoniam neq; naturæ uiribus, neq; philosophiæ rationib. assequi poterat quod affectabat, unicum filium suum huc delegarit, qui nouum doctrinæ genus inueheret. Deinde simulatque totam Christi uitam ac decreta perdidicerit, cupiat ex edita quapiã specula, uidere quod audisset. Vbi conspexerit cætera animãtia probe in suo genere degere, ac naturæ legibus duci, nihil appetere, nisi quod dictet natura, unum animal inter se cauponari, negotiari, rixari, belligerari, nõne quoduis animal potius suspicabitur hominem esse de quo audierat, quàm ipsum hominẽ? Deinde admonitus ab indice, quis sit homo, iã dispiciat, ubi sit grex ille Christianorum, qui cœlestis illius doctoris instituta sequentes, angelicæ ciuitatis simulacrum exhibeant, an non ubiuis potius iudicabit habitare Christianos, quàm in hisce regionibus, in quibus tantum uideret opulẽtiam, luxum, libidinem, fastum, tyrannidem, ambitionem, fraudem, inuidiam, iracundiã, discordiam, rixas, pugnas, bella, tumultus, breuiter omnium rerum quas Christus damnat, maiorẽ penè Lernam quàm apud ullos Turcas aut Saracenos? Vnde igitur pestis hæc irrepsit in populum Christianum? Nimirum paulatim hoc quoq; malum, sicuti cætera pleraq;, receptum est ab incautis: Siquidem omne malum, aut sensim obrepit in hominũ uitam, aut sub prætextu boni sese insinuat. Primum igitur irrepsit eruditio, uelut idonea res ad confutandos hæreticos, philosophorum, poëtarum & oratorum literis armatos. Et initio quidem nõ ista discebantur à Christianis, sed quibus fortè contigerant ante Christum cognitum, hi quod iam partum erat, in pios cõferebant usus. Eloquentia quoq; dissimulata magis quàm spreta primum, deinde palàm etiam cõprobata. Proinde sub prætextu profligandi hæreticos subrepsit ambitiosa rixandi libido, quæ nõ mediocrem ecclesiæ pestem inuexit. Tãdem huc processum est, ut in mediam theologiam totus sit receptus Aristoteles, & ita receptus, ut huius autoritas penè sanctior sit, quàm Christi. Nam si quid ille dixit, parum accommodum ad uitam nostram, licet interpretamento detorquere: cæterum exploditur ilico, qui uel leuiter ausit Aristotelicis oraculis refragari. Ab hoc didicimus non esse perfectam hominis felicitatem, nisi corporis & fortunæ bona accesserint. Ab hoc didicimus non posse florere rempub. in qua sint omnia communia. Huius omnia decreta cum Christi doctrina conantur adglutinare, hoc est aquam flammis miscere. Recipimus nonnihil & à Cæsareis legibus, propter æquitatem quam præ se ferunt, & quo magis conuenirent, Euangelicam doctrinam ad eas quoad licuit detorsimus. At hæ permittunt uim ui repellere, suum quenq; ius persequi: probant negotiationem, recipiunt usuram, modo moderatam, bellum ceu rem præclaram efferunt, modo iustum. Iustum autem esse definiunt, quod indictum sit à principe, quamlibet puero aut stulto. Denique tota iam Christi doctrina, dialecticorum, sophistarum, mathematicorum, oratorum, poëtarum, philosophorum, & iureconsultorum ethnicorum literis ita contaminata est, ut maxima pars æui consumenda sit prius quàm uacet arcanas scrutari literas, ad quas ut aliquando ueniãs, tot tamen opinionibus nundinis infectus accedas oportet, ut Christi iam decreta aut prorsus offendant, aut ad illorum dogmata torqueantur. Atq; hæc res adeo nõ improbatur, ut nefas sit eum de Christianis loqui literis, qui sese nugis Aristotelicis, uel potius sophisticis, totum ad ambas usque, quod aiunt, aures non expleuerit. Quasi uerò Christi doctrina sit eiusmodi, ut non uel maximè possit esse communis omnium, uel ullo pacto cum philosophorum sapientia consentiat. Post hæc recepimus honoris nonnihil, sed ultro delatum, quem deinde ueluti debitum cœpimus exigere. Id uisum est non iniquum. Deinde recepimus opes, sed in pauperum subsidium distribuendas, post etiam in usus nostros. Quid ni, postea quàm didicimus hunc esse charitatis ordinem, ut sibi quisque sit proximus? Neque deerant prætextus huic malo. Pium consulere liberis, æquum prospicere

Ayuntamiento de Madrid

ſpicere uenturæ ſenectuti. Poſtremo cur reijcium opes, inquiunt, ſi citra fraudem contingant? His gradibus paulatim eò uctum eſt, ut is optimus habeatur qui ſit locupletiſſimus: nec unquã maior fuerit honos diuitijs apud ethnicos, quàm hodie ſit apud Chriſtianos. Quid eſt enim omnino, uel ſacrum, uel prophanũ, quod nõ harũ geratur arbitrio? Videbatur his ornamentis cõuenire nõnihil imperij. Neq; defuit qui noluerit cedere. Receptum eſt hoc quoq;, ſed gradatim & parce. Demum ita, ut ſolo titulo cõtenti, rem libenter in alios reijcerent. Poſtremo paulatim huc itum eſt, ut epiſcopus ſibi nõ uideatur epiſcopus, niſi mundanæ aliquid ditionis acceſſerit. Parum honeſtus abbas, ſi nuſquã poſſit, quod poſſunt tyranni. Tandem perfricta facie, pudorẽ omnẽ abſterſimus, omnia uerecũdiæ repagula diſcuſſimus. Quicquid unquam apud ethnicos fuit auaritiæ, quicquid ambitionis, quicquid luxus, quicquid faſtus, quicquid tyrãnidis, id inuitamur, æquamus, uincimus. Et ut de leuioribus interim ſileã, an unquã apud ethnicos bellatũ eſt, aut æque perpetuo, aut crudelius quàm inter Chriſtianos? Quis tempeſtates, quos bellorũ æſtus, quoties diſciſſa fœdera, quas ſtrages his paucis annis conſpeximus? Quæ natio, cũ qua nõ cõflictata eſt ferro? Et poſtea Turcã execramur, quaſi poſſit ullũ ſpectaculũ eſſe Turcis iucũdius, quàm quod illis quotidie nuſtris cladibus exhibemus ipſi. Inſaniebat Xerxes, cũ ingentẽ illam multitudinẽ Græciã inuaſurus educeret. An tibi conſtitiſſe animo uidetur, qui Atho mõti minaces ſcripſerit epiſtolas, ni cederet: qui mari Helleſpõto, quòd parũ commodum fuiſſet nauigare uolẽti, plagas iuſſerit infligi? Furebat Alexander ille magnus. Quis negat? Optabat ſemideus ille plures mundos quos deuinceret: tanta gloriæ febris iuuenilem obſederat animũ. Et tamen iſti quos Seneca non dubitat furioſos appellare latrones, bellabant humanius nobis, bellabant maiore fide, nec ſimilibus machinis, nec ſimilibus artibus, nec tam friuolis titulis, quàm bellamus Chriſtiani. Si reuoluas ethnicorũ hiſtorias, quàm multos reperies duces, qui miris artibus bellum declinarint? Qui hoſtẽ officijs deuincire quàm armis deuincere maluerint? Quidã etiã cedere principatũ prius habuerunt quàm experiri Martẽ. Nos pſeudochriſtiani nihil nõ rapimus ad occaſionẽ belli. Ethnici bellatores priuſquã uenirent ad arma, ueniebãt in colloquiũ. Apud Romanos omnibus tentatis mittebatur Fecialis cum patrepatrato, peragebantur cæremoniæ: nimirũ moræ quærebantur, quæ bellandi furorem temperarent. Atq; his quoq; peractis nõ licebat manũ conſerere cũ hoſte, niſi ſigno dato, quod ita dabatur, ut miles neſciret quãdo dandum eſſet. Ac ne hoc quidẽ dato, licebat cuiquã hoſtẽ uel laceſſere, uel ferire, qui quanquã in caſtris uerſaretur, tamẽ ſacramento militari nõ eſſet obſtrictus: adeo ut Cato ſenior filiũ in caſtris ceſſantẽ per literas admonuerit ut Romã rederet, aut ſi mallet in exercitu manere, ueniam petat à duce, ut ſibi cum hoſte cõgredi liceat. Iam ut belli ſignũ non faciebat poteſtatem pugnãdi, niſi ſacramento aſtrictis: ita ſignũ quo canebatur receptui, omnibus adimebat occidẽdi facultatẽ: adeo ut à Cyro laudatus ſit miles quidã, qui cum ſublato gladio fuerat hoſtem interfecturus, mox ut ſenſit cani receptui, dimiſerit hoſtem. Hæc eò pertinebãt, ne quis crederet ſibi licere occidere hominẽ, niſi neceſſitas eò cõpelleret. Nunc inter Chriſtianos uir fortis habetur, ſi quis eius gentis qui cũ bellum eſt, hominẽ forte obuium in nemore, non armatum, ſed pecunijs onuſtũ, nec bellũ molientẽ, ſed aliquò fugiẽtem ne bellet, occiderit, occiſum ſpoliauerit, ſpoliatũ defoderit. Et milites uocantur, qui ſpe lucelli ultro prouolant ad pugnam, & in utraq; acie ceu gladiatores pugnant, germani aduerſus germanos, ad eiuſdẽ principis ditionem pertinentes. Et hi cum à talibus prælijs redeunt domum, ueluti miles narrant ſua facinora, nec interim ut prædones ac patriæ perduelles, ac principis ſui deſertores puniuntur. Carnificẽ abominamur, quòd conductus ex legum autoritate nocentes damnatoſq; iugulat: & qui relictis parentibus, uxoribus ac liberis, ultro procurrunt in bellum, non conducti, ſed ambientes ut ad impium lanienum conducantur, ubi domum redierint, gratioſiores penè ſunt quàm ſi nuſquam abfuiſſent. Ex facinoribus aliquid nobilitatis putant accedere. Infamis eſt qui ueſtem furto ſuſtulit: & qui proficiſcẽs in militiam, & militans, & rediens à militia, tot immeritos ſpoliauit, inter probos ciues habetur. Ex militibus autem qui ſeſe geſſit immaniſſime, dignus habetur qui proximo bello ducem agat. Itaq; ſi ueteris militiæ diſciplinã contempleris, Chriſtianorum militia latrocinium ferè eſt, non militia. Quòd ſi monarchas Chriſtianos cũ ethnicis conferas, quanto noſtra cauſa deterior. Illi præter gloriã nihil ambiebant. Gaudebant floretiores reddere prouincias quas bello ſubegiſſent: populos agreſtes, ſine literis, ſine legibus ritu ferarum uiuentes, ciuilibus artibus expoliebant. Regiones incultas extructis oppidis reddebãt celebres. Parũ tuti communiebant, pontibus, littoribus, aggeribus, milleq; id genus commoditatibus uitam hominum adiuuabant, ut tum expedierit deuinci. Quin in medijs etiam bellis, quàm multa ferũtur ab his uel dicta ſapienter, uel geſta temperate? Cæterum quæ geruntur in bellis Chriſtianorum, & obſcœniora ſunt & atrociora, quàm ut ſint hic cõmemorãda. Proinde quod in illis erat peßimum, id ſolum exprimimus, imò ſuperamus. Sed iam operæprecium fuerit audire, quibus modis hanc tantam inſaniam noſtram tueamur. Si nullo, inquiunt, pacto fas eſſet bellare, Deus non fuiſſet Iudæis autor bellandi aduerſus hoſtes. Audio, ſed illud addas oportet, Iudæos uix unquam belliſſe inter ſe, uerum aduerſus alienigenas & impios. Nos Chriſtiani pugnamus cum Chriſtianis. Illis diuerſa religio, & non eadem numina, diſſidij cauſa fuit: nos aut puerilis ira, aut pecuniæ fames, aut glorioLæ ſitis, ſæpenumero fœda merces huc adducit. Illi iuſſu diuino pugnabant, nobis animi perturbatio ferrum dat in manum. Quanquam ſi uſqueadeo placet exemplum Iudæorũ, quin eadem opera præputium recidimus? quin immolamus pecudes? quin abſtinemus à carne ſuilla? Cur non ducimus ſinguli plures uxores? Cum hæc execremur, cum ſolum bellandi placet exemplum? Cur hic dehiq; literam ſequimur occidentem? Iudæis permiſſum eſt bellum, ſed ita quemadmodum & repudium, nimirum ob duritiam ingenij. At poſtea quàm Chriſtus iußit recondi gladium, nõ decet pugnare Chriſtianos, niſi pulcherrimum illud prælium cum teterrimis hoſtibus eccleſiæ, cum ſtudio pecuniæ, cum iracundia, cum ambitione, cum metu mortis. Hi ſunt Philiſtæi noſtri, hi Nabughodonoſores, hi Moabitæ & Ammonitæ, cũ quibus nullas nobis inducias eſſe oportet: aßiduè conſerendæ manus, donec exciſis funditus hoſtibus ſuccedat tranquillitas. Quos niſi ſubegerimus, neq; cuiquam ſecum, neq; cum alio uera pax conſtare poterit. Solum hoc bellum ueram gignit pacem. Hic qui uicerit, cum nemine mortalium belligerari uelit. Nihil enim me mouet, quòd quidam duos gladios interpretantur utranq; poteſtatem, ciuilem & eccleſiaſticam, quam utranq; uindicant Petri ſucceſſoribus, cũ Chriſtus in hoc ipſum paſſus ſit Petrum errare, ut poſtea quàm iuſſus eſſet gladium recondere, nemini dubium relinqueretur, quin uetitũ eſſet bellũ, quod antea uidebatur eſſe licitum. Sed Petrus, inquiũt, pugnauit. Pugnauit, ſed Iudæus adhuc, nondum accepto ſpiritu uere Chriſtiano. Pugnauit non pro ſuis titulis, aut prædijs, uti nos, ne pro ſua quidem uita, ſed pro uita magiſtri. Denique pugnauit is qui paulo poſt abnegauit. Si placet exemplum pugnantis, placeat &

Ayuntamiento de Madrid

inficiantis. Et cum ſimplici laberetur affectu, tamen reprehẽſus eſt. Alioqui, ſi probat huiuſmodi defenſionẽ Chriſtus, ſicut quidã inſulſiſſime interpretantur, cur omnis illius & uitæ & doctrinæ, nihil aliud quàm tolerantiã prædicat? Cur ſuos baculo tantũ & pera armatos, tyrannis obiecit? Si gladius ille, quẽ diuenditis omnibus iubet emi Chriſtus, eſt moderata aduerſus perſecutores defenſio, quemadmodũ impie quidam interpretantur, non tantum inerudite, cur hac nunquam uſi ſunt martyres? Hic proferuntur illæ Rabinicæ definitiones, licet bellare militi conducto, nõ aliter quàm licet lanioni ex arte ſua parare uictũ. Siquidẽ hic didicit laniare pecudes, ille homines: licet & ciuibus bellare, ſed bello iuſto. Iuſtum autem quodcunq; quomodocunq; quibuſcunq; indixit princeps qualiſcunq;. Sacerdotibus et monachis uibrare ferrum non licet, intereſſe tamen & præeſſe bello licet. Nec fas eſt animo uindicandi bellare, ſed ſtudio iuſtitiæ. Cui autem ſua cauſa nõ uidetur iuſta? Chriſtus abſq; præſidijs emiſit ſuos, ſed donec aderat ipſe non egebant præſidijs. Cum inſtaret tempus abitus, admonuit illos ut peram pararent & gladium, peram aduerſus inopiã commeatus, gladium aduerſus hoſtes. Cæterum illa: nolite eſſe ſolliciti de craſtino, benefacite ijs qui oderunt uos, atq; id genus alia, uſque ad tempus diſceſſus uident. Porrò ſicubi ſimilia docet Paulus, aut Petrus, conſilij ſunt non præcepti. Huiuſmodi præclaris dogmatibus alimus principũ cupiditates, ac porrigimus quo ſibi blandiantur. Et perinde quaſi periculum ſit, ne quando mundus conquieſcat à bellis, ex Chriſti uerbis bellũ aſſerimus: & perinde quaſi metuamus, ne relãgueſcat in congerendis opibus mortalium auaritia, Chriſtũ facimus autorem congerendæ rei, huc detorquentes illius uerba, quaſi præceperit, non permiſerit ea quæ prius interdixerat. Mundus habebat ſuas leges, antequam exoriretur Euangeliũ, puniebat, bellabat, congerebat in ærariũ ac penum. Nõ ideo uenerat dominus ut admoneret quid eſſet nobis permiſſum, hoc eſt ad quam uſq; lineam liceret à perfectione diſcedere, ſed ad quem ſcopum eſſet pro uiribus enitendum. Hæreſeos ſuſpectus eſt, qui uehementer dehortatur à bello: & qui talibus cõmentis diluunt uigorẽ Euangelicæ doctrinæ, principibus ſuggerunt occaſiones per quas ſuis cupiditatibus blãdiantur, orthodoxi ſunt, & pietatis Chriſtianæ doctores. Doctor uere Chriſtianus nunquam bellum probat, fortaſſis alicubi permittit, ſed inuitus ac dolens. At dictat hoc, inquiunt, ius naturæ, legibus comprobatum eſt, conſuetudine receptũ, ut uim ui propellamus, & uitã quiſque ſuam tueamur, tum & pecuniam, quandoquidem animæ loco eſt, ut inquit Heſiodus. Fateor. At his omnibus efficacior Euãgelica gratia dictat, ne remaledicamus maledicentibus: ut de malemerentibus benemereamur, ut tollenti partẽ poſſeſſionum, totum concedamus, ut deprecemur pro his quoq; qui mortem intentant. Ad apoſtolos, inquiunt, iſta pertinent. imò ad uniuerſum Chriſti populum, & corpus, ut diximus, quod totum abſolutum eſſe oportet, etiam ſi in dotibus aliud membrum alio ſit inſignius. Ad eos nihil pertineat doctrina Chriſti, qui nõ ſperant præmiũ cũ Chriſto. Illi pro pecunia prædijsq; & imperio digladientur, qui rident quod dixit Chriſtus, beatos pauperes ſpiritu: hoc eſt, eos diuites qui nihil in hoc mundo concupiſcerent diuitiarum aut honorum. Qui felicitatis ſummã in his collocarunt opibus, dimicant pro tuenda uita, ſed ij qui non intelligunt hanc mortem eſſe potius quàm uitam, & pijs immortalitatem eſſe paratã. Iam obijciunt nobis Romanos aliquot pontifices, qui bellãdi fuerint autores ſimul & adiutores. Obijciunt decreta patrũ, in quibus bellum approbari uidetur. Sunt quidem huiuſmodi quædã, ſed apud recẽtiores, Chriſti uigore iam relangueſcente, ſed ea perpauca, cum ſint innumera apud probatæ ſanctitatis ſcriptores, quæ à bello deterreant. Cur hæc pauculà nobis potiſſimũ in mentẽ ueniũt? Cur à Chriſto ad homines deflectimus oculos, & incerta exempla quàm indubitatũ autorem ſequi malumus? Romani pontifices primum homines fuerunt. Deinde fieri poteſt, ut fuerint male perſuaſi, ut fuerint parum attenti, denique ut parum prudentes aut pij. Quanquã ne in iſtis quidem comperies hoc genus bellorum, quo nos aſſidue conflictamur, approbatum fuiſſe. Id quod clariſſimis euincerem argumentis, ni fugerem digreſſionẽ longius immorari. Laudauit diuus Bernardus bellatores, ſed ita laudauit, ut noſtram omnẽ damnet militiam. Quanquam cur me moueat potius Bernardi ſcriptũ, aut Thomæ diſputatio, quàm Chriſti dogma, qui in totum uetuit, ne malo reſiſtamus, nimirum eo more quo uulgus reſiſtit? Sed licet, inquiunt, unum maleficum afficere ſupplicio, licet igitur & ciuitatẽ ulciſci bello. Quid hoc loco reſpõderi poſſit, prolixius eſt quàm ut ſit replicandum. Illud modo dicã, hoc intereſſe, quòd in iudicijs conuictus dat pœnas legibus, in bello utraq; pars alteram reã agit. Illic ad eum modo redit malum, qui læſit, exemplũ ad omnes peruenit: hic maxima pars malorũ in eos redundat, qui minime digni ſunt malo, nempe ad agricolas, ad ſenes, ad matronas, ad pupillos, ad uirgines. Cæterum ſi ex re omnium peßima quicquã omnino commodi poteſt colligi, id totũ ad ſceleratiſſimos aliquot latrones deriuatur: ad militem mercenariũ, ad ſtrẽnuos prædones, ad pauculos fortè duces, quorum artificio bellum in hoc ipſum fuerat excitatum, & quibuſcum nũquam melius agitur, quàm in ſummo reipub. naufragio. Illic uni non parcitur, ut omnium conſulatur ſaluti: hic ut paucorũ, aut unius fortaſſis uicem ulciſcamur, tot hominum millia nihil commeritorũ crudeliter affligimus. Præſtat paucorũ admiſſum impunitũ omitti, quàm dum unum, aut alterũ in pœnã depoſcimus incertã, noſtros pariter & finitimos, et innocẽtes hoſtes, ſic enim uocamus, in certũ adducere diſcrimen. Satius eſt relinqui uulnus, cui ſine graui totius corporis pernicie, mederi nõ queas. Quod ſi quis clamat iniquũ, non dare pœnas qui peccarit: reſpondeo multo eſſe iniquius, tot innocentũ millia citra meritum in extremã uocari calamitatẽ. Quanquam his temporibus omne ferè bellũ è titulis neſcio quibus naſci uidemus, & ex principũ ambitioſis fœderibus, dum ut unum aliquod oppidulum ſuæ uindicẽt ditioni, totum imperiũ adducunt in extremum diſcrimen. Deinde hoc ipſum quod tanto ſanguine uindicatũ eſt, rurſum aut reuendunt, aut donant. Dixerit aliquis: Non uis igitur principes ſuum ius perſequi? Scio non eſſe mei ſimilium, de principũ negotijs audacius diſputare: quod ut tutũ ſit, prolixius tamẽ eſt, quàm ut huic loco conueniat. Tantũ illud dicã, ſi titulus qualiſcunq;, uidebitur ido nea ſuſcipiẽdi belli cauſa, in tantis rerũ humanarũ uicibus, tantis cõmutationibus, nulli poſſe titulũ deeſſe. Quæ gẽs nõ aliquãdo ſuis ſedib. et pulſa fuit et pepulit? Quoties aliũde demigratum eſt alio? Quoties huc & illuc uel caſu, uel ex fœdere translata imperia? Repetant ſcilicet hodie Patauini Troianum ſolum, quòd Antenor olim fuerit Troianus: repetant Africam & Hiſpaniã Romani, quòd hæ prouinciæ quõdam fuerint Romanorum. Ad hæc dominium uocamus, quod eſt adminiſtratio. Non eſt idẽ ius in homines natura liberos, et in pecudes. Hoc ipſum ius quod habes, populi conſenſus dedit. Eiuſdem autem, ni fallor, eſt tollere qui cõtulit. Vide porrò quàm non magna res agitur. Non illud decertatur, ut hæc aut illa ciuitas bono principi pareat, potius quàm tyrãno ſeruiat, ſed utrũ Ferdinãdi cenſeatur titulo, an Sigiſmundi: Philippo cenſum pendat, an Lodouico. Hoc eſt illud egregiũm ius ob quod uniuerſus orbis bellis cædibusq; miſcetur. Sed eſto, ualeat quantumlibet hoc ius, nihil interſit

inter

Ayuntamiento de Madrid

inter priuatum agrum & ciuitatem: nihil inter pecudes tuo ære emptas, & homines non solũ ingenuos, uerũ etiã Christianos attamen prudentis est expendere, num tanti sit, ut tam immensis tuorum malis persequaris. Si principis animũ præstare non potes, at saltem negotiatoris adhibe. Contemnit ille dispendium, si perspexerit uitari non posse, nisi grauiore iactura, & lucri loco ducit, quod paululo damno cum fortuna deciderit. Saltem illud priuatum exemplum in reipubl. periculo imiteris, de quo nulgò non infestiua fabula celebratur. Parum cõueniebat inter duos quosdam cognatos, de re diuidenda. Cumq; neuter alteri uellet concedere, res eò spectabat, ut iretur in ius, & iudicum sententijs controuersia finiretur. Adibantur aduocati, parabantur dicæ, res erat cum iureconsultis. Aduti iudices, contestata lis, cœpit agi causa, hoc est, bellum susceptum est. Ibi alter mature respiscens, aduersarium priuatim accersitum, his uerbis alloquitur. Principio parum decorum est, ut quos natura copulauit, pecunia dissociet: deinde incertus est litis euentus, haud minus quàm belli. Suscipere nobis in manu est, finire non est. De centum aureis tota lis est. Eius summæ duplum in notarios, in promotores, in aduocatos, in iurecõsultos, in iudices, in iudicum amicos expendetur, si legibus experiamur. His erit inseruiendum, adulandum, dandum: interim taceo curas ambiendi cursitandiq; labores. Deniq; ut maxime uincam, plus tamen est incommodi quàm commodi. Quin potius ipsi nobis sapimus, quàm istis prædonibus: & in hos male collocandam pecuniam inter nos partimur? Concede dimidium de tuo, ego tantundem de meo concedam. Ita & amicitiã nostrum, alioqui perituram lucrifaciemus, & tantam molestiam effugiemus. Quòd si recusas quicquam concedere, ego uel uniuersum negotium tuo permitto arbitratui. Malo penes amicum sit hæc pecunia, quàm penes insatiabiles illos prædones. Abunde magnum fecero lucrum, si & famæ pepercero, & amicum seruauero, & tantum effugero molestiarum. Mouit aduersarium tum rei ueritas, tum cognati festinitas. Rem inter se transegerũt, iratis aduocatis & iudicibus, quos coram uos deluserant hiantes. Vel horum igitur prudentiam in re tanto periculosiore studeas imitari. Neq; solum spectes quod uelis assequi, sed quanta bonarum rerum iactura, quantis periculis, quantis calamitatibus sis assecuturus, ut assequaris. Quod si ceu lancibus hinc atq; hinc expensis commodis & incommodis, comperies, nullo potiorem esse pacem iniquã, quàm bellum æquum, cur mauis Martis aleam experiri? Quis enim nisi demens aureo piscetur hamo? Si uides multo plus impendij quàm lucri, etiam si feliciter cadant omnia, nonne præstat aliquid de tuo iure concedere, quàm paululum commodi, tam innumeris mercari malis? Malo penes quemcunq; sit titulus, si mihi tanta Christiani sanguinis iactura uindicandus est. Ille quisquis est, multis iam annis possedit, assuenit habenis, agnoscitur à suis, fingitur numine principis, & exorietur aliquis qui ueteri quopiam titulo ex annalibus aut obliteratis monumentis reperto, bene compositum rerum statum, sursum ac deorsum misceat. Præsertim cum uideamus in rebus mortalium nihil diu suo loco consistere, sed ludibrio fortunæ, uelut æstu quodam affluere ac defluere. Quorsum attinet tanto tumultu uindicare, quod mox quolibet casu sit aliò demigraturum? Postremo si ista tam leuicula non possunt contemnere Christiani, quorsum opus est, protinus ad arma rapi? Tot habet mundus episcopos graues & eruditos, tot habet uenerabiles abbates, tot optimates grandeuos, & longo rerum usu sapientes, tot concilia, tot senatus non frustrà à maioribus institutos. Cur nõ potius horum arbitrio pueriles istiusmodi principum querimoniæ cõponuntur? Sed honestior est illorũ oratio, qui prætexerunt ecclesiæ defensionem: quasi uero populus non sit ecclesia, aut quasi tota ecclesiæ dignitas in sacerdotum opibus sita sit, aut quasi bellis ac fragibus orta, prouecta, constabilita sit ecclesia, ac non potius sanguine, tolerantia, uitæq; cõtemptu. Mihi sanè ne hoc quidem adeo probandum uidetur, quòd subinde bellum molimur in Turcas. Male profecto agitur cum religione Christiana, si illius incolumitas à talibus pendet præsidijs. Neq; cõsentaneum est, his initijs bonos gigni Christianos. Quod ferro paratum est, ferro uicißim amittitur. Vis Turcas ad Christum adducere? Ne ostentemus opes, ne militum manum, ne uires. Videant in nobis non titulum tantum, sed certas illas hominis Christiani notas, uitam innoxiam, studium benemerendi etiam de hostibus, inuictam omnium iniuriarum tolerantiam, pecuniæ contemptum, gloriæ neglectũ, uitæ uilem: audiant cœlestẽ illam doctrinam, cum huiusmodi uita congruentem. His armis optime subiguntur Turcæ. Nũc sæpenumero mali pugnamus cum malis. Dicam aliud, & utinam audacius quàm uerius, si titulum crucisq; tollas insigne. Turcæ cum Turcis digladiamur. Si militum manu constituta est religio, si ferro confirmata, si bellis aucta, tueamur eam ijsdem præsidijs. Quod si diuersis rationibus peracta sunt omnia, cur ueluti Christi præsidio diffisi, ad ethnicas cõfugimus suppetias? At cur non iugulem, inquiunt, eos qui nos iugulant? Itáne putas indignum, si quis sit te sceleratior? Cur nõ spolias spoliantem? Cur non conuiciaris conuicianti? Cur nõ odisti odio habentem? An Christianum facinus esse putas, si trucidatis impijs quidem, ut nos arbitramur, sed tamen hominibus, pro quibus seruandis mortuus est Christus, gratißimã diabolo uictimam mactes, bisq; detectes hostẽ, & quòd occiditur homo, & quòd occidit Christianus? Pleriq; dum uolũt uideri ualde Christiani student Turcis quàm plurimum facere mali: & quod facere non possunt, execrantes imprecantur, cum hoc ipso argumento parum Christianum liceat deprehendere. Ita nonnulli dũ uideri uolunt uehementer orthodoxi, diris execrationibus deuouent, quos uocant hæreticos, ipsi fortaßis digniores hoc uocabulo. Qui uult orthodoxus uideri, mãsuetis rationibus admiratur, ut qui errat, resipiscat. In Turcas expuimus, & ita nobis uidemur pulchre Christiani, fortaßis abominabiliores apud Deũ, quàm ipsi Turcæ. Quòd si ueteres euãgelij præcones hoc animo fuißet in nos, quo nos sumus in Turcas, ubi nos nũc essemus, qui illorũ tolerantia sumus Christiani? Succurre Turcis, ex impijs si potes, reddito pios: si nõ potes, opta, & agnoscã mentẽ Christianã. Tam multi sunt in orbe monachorũ mendicato uiuentiũ ordines, qui se colũnas ecclesiæ uideri uolũt: ex tot millib. quotus quisq; est qui pro religione Christi propaganda uitã suã uilẽ habeat? Sed spes non est, inquiũt. Imò summa spes esset, si mores adferrent maiorũ suorũ Dominici et Franciſci, in quibus uiris summũ mundi huius contemptũ fuisse arbitror: ne quid interim commemorem de moribus apostolicis. Ne miracula quidem nos destituutura sint, siquidem id postularet Christi gloria. Nunc qui se Petri principis ecclesiæ, qui cæterorum apostolorũ uicarios ac sitecessores gloriantur, plerunque totam fiduciã in humanis præsidijs constituunt. Illi uero rigidi uerę religionis professores, uersantur in urbibus opulentis, ac luxu perditis: ubi citius corrũpantur ipsi, quàm alios reddant emendatiores: & ubi est affatim pastorũ qui populum doceant, ac sacerdotũ qui laudes Deo canãt. Versantur in aulis principum, ubi quid agant, in præsentia nõ referam. Vtinã ne quid peius quàm canis in balneo. Inhiant testamentis, uenantur lucrũ, subseruiunt principum tyrannidi: & ne nihil agere uideantur, notant articulos erroneos, suspectos, scandalosos, irreuerẽtiales, hæreticos, schismaticos. Maluit enim ipsi regnare malo populi Christiani, quàm sua periculo Christi regnũ propagare. Atqui quos nos uocamus Turcas, magna ex parte semichristiani sunt, & fortaßis propiores

uero

uero Christianissimo, quam plerique nostrum sunt. Quot enim sunt apud nos, qui nec resurrectionẽ corporum credunt, nec animã credunt corpori superstitẽ? Et interim per istos sæuitur in hæreticulos, qui dubitant, an Rom. Ponti. habeat ius in animas igne purgatorio cruciatas. Eiiciamus primũ trabem ex oculo nostro, mox eiecturi festucã ex oculo fratris. Euangelicæ fidei finis, sunt mores Christo digni. Cur urgemus ea, quæ nihil ad mores faciũt, his neglectis, quibus ceu columnis subductis, tota fides semel collabitur? Postremo quis credet nobis prætextentibus crucẽ, & euangelij titulum, si tota uita nihil aliud undique præ se fert quàm mundum? Ad hæc Christus, in quo nihil erat imperfectũ, tamen linum fumigans non extinguit, & baculũ confractum non comminuit, iuxta prophetiam, sed quod imperfectum est fouet, ac tolerat, donec proficiat in melius. Nos totam Asiam & Africam ferro paramus extinguere, quum plurimi sint illic uel Christiani, uel semichristiani? Quur non illos agnoscimus potius, hos fouemus & clementer emendamus. Quòd si studemus imperio propagãdo, si inhiamus illorũ opibus, quur rei tam prophanæ Christi titulũ præteximus? Quid quòd interim, dum humanis opibus tantũ adorinur illos, hoc ipsum quod superest nobis ex orbe totum in manifestum discrimen adducimus? Quantulus orbis angulus nobis reliquus est? Quantam barbarorum multitudinem quàm pauci prouocamus? At dicet quispiam: Si deus pro nobis, quis contra nos? Isthuc merito dicet, qui solius dei præsidijs fretus est. Cæterum his, qui diuersis nituntur præsidijs, quid dicit imperator noster Christus Iesus? Qui gladio percutit, gladio peribit. Si uolumus Christo uincere, accingamur gladio sermonis Euangelici: assumamus galeam salutis, & scutum fidei: reliquamq; uere apostolicam panopliam. Ita fiet, ut tum maxime uincamus, quum uincemur. Sed finge nobis feliciter cadere Martis aleam, quis unquam uidit, ferro, cæde, incẽdijs, prædationibus reddi uere Christianos? Minus mali est palàm esse Turcam, aut Iudeũ, quàm hypocritã Christianũ. Sed depellẽda est illorum uis à capitibus nostris. Cur igitur illorum uim, mutuis dissidijs in nostra capita prouocamus? Certe concordes nos non facile impetẽt, & nostris officijs citius ad fidẽ cõuertentur, si seruentur, quàm si perimantur. Malo Turcã ingeniũ, quàm fucatũ Christianũ. Nostrũ est seminare semen euangelicum, Christus dabit proceruũ. Messis est copiosa, si non desint operarij. Et tamen ut ex Turcis reddamus aliquot male ficteq; Christianos, quot ex bonis Christianis reddemus malos, ex malis peiores? Quid enim aliud gignet tantus belli tumultus? Nolim enim hic suspicari: quod tamen heu nimium sæpe compertum est: prætexi belli Turcici rumorem: ut hoc titulo spolietur populus Christianus, ut omnibus modis pressus fractusq; seruilius ferat principũ utriusq; generis tyrannidem. Non hæc dixerim, quòd in totum damnem expeditionem in Turcas, si nos ultro impetant, sed ut bellum cui Christum autorem præteximus, animis Christianis Christiq; præsidijs geramus. Sentiant sese ad salutem inuitari, non peti ad prædam. Adferamus ad illos mores Euangelio dignos, si lingua deerit, quibus cum illis congrediamur. Magnam habebit eloquentiam & ipsa uita. Adferamus fidei professionem simplicem uereq; apostolicam: non tam articulis humanitus additis oneratam. Ea potissimum exigamus ab illis, quæ nobis aperte sacris uoluminibus & apostolorum literis tradita sunt. In paucis facilior erit consensus, & facilius constabit concordia, si in plerisque liberum erit in suo cuique sensu abundare, tantũ ut absit cõtentio. Verũ hic de rebus omnibus aliquanto copiosius audietur, cum ædemus librum, cui titulum fecimus Antipolemo, quem olim Romæ uitam agentes, ad Iulium secundũ Romanũ pontificẽ conscripsimus: eo tempore quo de bello in Venetos suscipiendo consultabatur.

Illud deplorãdum potius, quàm refellendum. Si quis exactius rem excutiat, reperiet omnia fere Christianorum bella, uel è stultitia, uel è malicia nasci. Nonnulli iuuenes, & rerum imperiti, maiorum malis exemplis, historiarum, quas de stultis prodidere stulti monumentis, ad hoc inflammati: dehinc instigantibus adulatorum hortatibus, extimulantibus iureconsultis ac theologis, assentantibus aut conniuentibus episcopis, fortassis & exigentibus: temere magis quàm malitiosè bellum suscipiunt: & tanto totius orbis malo discunt, bellum rem esse modis omnibus fugiendam. Alios occultum odium, alios ambitio, alios animi feritas, in bellum impellit. Quandoquidem ne nostra quidem Ilias quicquã, præterquam stultorum, regum & populorum continet æstus. Sunt qui non aliam ob causam bellum mouent, nisi ut hac uia facilius in suos tyrannidem exerceant. Nam pacis tẽporibus, senatus autoritas, magistratuum dignitas, legum uigor, nonnihil obstant, quo minus liceat principi, quicquid libet. At bello suscepto, iam omnis rerum summa ad paucorum libidinem deuoluta est. Euehuntur, quibus bene uult princeps: deijciuntur quibus infensus est. Exigitur pecuniæ quantũ libet. Quid multis? Tum demum sentiunt se uere monarchas esse. Colludunt interim duces, donec infelicem populum usq; ad radicem eroserint. Hoc animo qui sint, an eos putas grauatim arrepturos oblatam quãcunq; belli occasionẽ? Deinde morbum nostrum honestis titulis præteximus. Inhio Turcarum opibus, & obtẽdo religionis defensionem: obsequor odio meo, & prætexo ius ecclesiæ. Seruio ambitioni, sequor iram, rapit animus ferox & impotens, & ruptum fœdus, uiolatam amicitiam, omissum nescio quid de sponsalium legibus, aut simile quippiã causor. Iam dictu mirum est, quàm non assequantur hoc ipsum, quod affectant: & dum stulte uitant hoc aut illud malum, in aliud aut etiam in idem multo grauius incidunt. Etenim si gloria ducuntur, non paulo magnificentius est seruare, quàm perdere: multo pulchrius extruere ciuitatẽ, quàm demoliri. Deinde ut prosperrimo Marte res geratur, quantula gloriæ portio redibit ad principem, unde magnam partem sibi uẽdicat populus, cuius pecunia res confecta est: maiorem miles exterus, ut plerunq; fit, & conductitius, nonnullam duces, maximam fortuna, quæ cum in omni negocio, tum in bello ualet plurimum. Si sublimatas animi stimulat in bellũ, uide quæso quàm non recte tibi consulis ista ratione. Dum uni non uis cedere, puta uicino principi, fortassis affini, forsitan olim bene merito, quanto abiectius te supplicem facis, dũ suppetias imploras barbarorum: & quod est indignius, omnium facinorum genere contaminatorum hominum, si modo homines oportet uocare huiusmodi beluas? Dum incestis, homicidis, prædonibus, per hos enim potissimum bellum geritur, polliceris, adularis, palparis: Et dum in æqualem stroculus esse studes, infimæ mortalium feci teipsum cogeris submittere. Dumq; paras qualemcunq; finitimum suis sedibus deijcere, pestilentissimam nebulonum colluuiem, in tuas sedes admittas oportet. Non fidis affini, & armatæ multitudini credis teipsum? Quanto tutiorem poterat reddere concordia? Si lucro traheris, calculos adhibe. Placeat bellum, nisi uideris non æstimandis dispendijs, compendium peti, non solum longe minus, sed etiã incertum. At consulis reipubl. Imò non alia uia citius ac perditius pereunt respubicæ quàm bello. Prius quàm incipias, tam plus nocuisti patriæ, quàm sis profuturus uictor. Exhauris ciuium opes, luctu funestas domos, omnia latronibus, furibus, stupratoribus implet. Has enim reliquias parit bellum. Et cum ante licuisset uniuersa frui Gallia, à multis regionibus teipsum excludis. Si uere tuos amas, quin tibi illa ueniunt in mentem? Cur ego hãc tam floridam iuuentutẽ omnibus malis obijciam? Cur tot matronas suis maritis, tot liberos suis orbabo parentibus? Cur titulum nescio quem,

& alic

Ayuntamiento de Madrid

& anceps ius, meorum asseram sanguine? Vidimus cùm prætextu defendendæ ecclesiæ bellum esset susceptum, crebris decimationibus sic expilari sacerdotes, ut nullus hostis potuerit hostilius. Itaq; dum stulte uitamus foueam, ultro nos ipsos in foueam præcipitamus. Dum leuem iniuriã pati non possumus, ipsi nos summis afficimus contumelijs. Dum pudet morigerum uideri principi: supplices reddimur infimis. Dum libertatem impudenter affectamus, grauissimæ seruituti nosmet irretimus. Dum paululum uenamur lucri, damnis immensis nos ac nostros afficimus. Prudentis erat hæc secum expendere Christiani, si modo uere Christianus sit, rem tam tartaream, tam alienam à uita simul & doctrina Christi, modis omnibus fugere, deprecari, propellere. Quòd si uitari nullo pacto potest ob multorum improbitatem, ubi nihil intentatum reliqueris, posteaquam pacis studio omnem moueris lapidem, tum proximum erit dare operam, ut mala res per milos geratur, & quàm minimo dispendio humani sanguinis conficiatur. Nam si damus operam, ut resipimus id quod audimus, hoc est, nihil admiremur, nihil ambiamus, quod est huius mundi, si tantum hoc agimus ut hinc quàm maxime expediti euolemus, si toto nitu rapimur ad cœlestia, si felicitatis nostræ summam in uno Christo collocamus, si quicquid est uere bonum, uere splendidum, uere iucundum in hoc uno situm esse credimus: si perspectum habemus hominem pium à nemine læsi posse: si perpendimus quàm inania sint, quàm fugacia, rerum humanarum ludibria: si penitus intuemur, quàm ardua res sit, hominem quodammodo transformari in deum, & hic ita meditatione quadam infatigabili repurgari ab huius mundi contagijs, ut mox abiecto corporis exuuio, in angelorum demigret consortium: in summa si præstamus hæc tria, sine quibus nemo Christiani cognomen promeretur: innocentiam, ut puri simus à uitijs: charitatem, ut bene mereamur quantum fieri potest de omnibus: patientiam, ut maleficientes toleremus, & si licet, iniuriam beneficijs obruamus: quæso quod bellum posit inter nos de nugis existere? Si fabula est Christus, cur non explodimus ingenue? Cur illius titulo gloriamur? Sin is uere est, & uia, & ueritas, & uita, cur omnes nostræ rationes ab hoc exemplari tantopere dissident? Si Christum autorem agnoscimus, qui charitas est: & nihil docuit, nihil tradidit, nisi charitatem & pacem: agedum non titulis & insignibus, sed factis hunc exprimamus & uita. Amplectamur pacis studium, ut Christus uicissim agnoscat suos. In hoc pontifices, in hoc principes, in hoc ciuitates, consilia sua conferant. Satis hactenus fusum Christiani sanguinis. Satis uoluptatum exhibuimus Christiani nominis hostibus. Quòd si quid suo more tumultuatur populus, à principibus cohibeatur, quos hoc oportet esse in republica, quod oculus est in corpore, quod in anima ratio. Rursum si quid turbant principes, certe pontificum est, sua prudentia, suaq; autoritate, rerum motus componere. Vel tandem satiati bellis tam diutinis, pacis tanganur desiderio. Trahit huc ipsa calamitas, efflagitat orbis defessus malis, inuitat Christus, adhortatur Pont. Max. Leo nominis huius Decimus, qui uere pacifici Solomonis Iesu Christi uices gerit in terris, agnus ad nocẽdum, leo rugiens aduersus ea quæ sunt aduersa pietati, cuius omnia uota, omnia consilia, omnes conatus huc tendunt, ut quos communis copulat fides, eos & communis iungat concordia. Hoc molitur ut ecclesia, non opibus aut imperio, sed suis ac proprijs dotibus efflorescat. Pulcherrimum profecto nunus, ac prorsum tali dignum heroẽ, clarissimis illis Medicibus prognato, quorum ciuili prudẽtia factum est, ut inclyta Florentinorum ciuitas, diutina pace fuerit florentissima: quorum domus omnium bonarũ disciplinarum fuit præsidium. Ipse placidum ac mite sortitus ingenium, à teneris, ut aiunt, unguiculis, humanis literis, ac mansuetioribus musis est initiatus: inter eruditissimos uiros, ac ueluti in mussarum gremio educatus, uitam ac famam inculpatã, & ne in liberrima quidem ciuitate Roma, ulla unquã sinistri rumoris aspersam macula, ad summum pontificiũ attulit. Ad quod hic non ingessit sese, sed nihil minus quàm hoc expectans ueluti diuina uoce nominatim ascitus est, quo rebus humanis longa bellorum tempestate fessis succurreret. Sit pecus Iulium belli gloria: habeat ille sibi suas uictorias: habeat sibi magnificos triumphos. Quæ quàm deceãt Christianũ pontificẽ, haud est mei similium pronuntiare. Dicam hoc modo: Gloriã illius, qualiscunq; fuit, cũ plurimorũ exitio doloreq; coniunctam fuisse. Longe plus ueræ gloriæ pariet Leoni nostro pax orbi reddita, quàm Iulio pepererunt tot bella per uniuersum orbem, uel excitata fortiter, uel gesta feliciter. Sed longius quàm par est huic digressioni uidebimur immorati, his qui de prouerbijs, quàm de pace bellog; malunt audire.

Argiuos uides. II

Ἀργείους ὁρᾷς. id est, Argiuos uides, id est, stupentibus & attonitis oculis. Sumptum opinor ab Oreste, furijs agitato. Hesychius nonnihil lucis aperit, admonens eos qui inter helotes essent alicuius autoritatis ac splendidi solitos appellari Argiuos. Sunt enim helotes in Peloponeso, & Peloponesi primaria ciuitas est Argos. Ambitionis igitur erat, quòd Argiui quàm helotes appellari maluerint. Non me fugit, apud Lacedæmonios helotas uocari seruos, quòd ex gente subacta seruos sibi constituerint. Et fortassis ex his quibus heri magis fidebant, Argiui dici maluerunt, quàm helotes. Simulem affectum & hodie deprehendas in quibusdam, qui nati in obscurissimo pago præclaræ cuiusdam urbis cognomen ascisunt. Aristophanes in Pluto μονικὸν βλέπειν dixit eodem sensu. Refertur à Suida prouerbij nomine.

Argiui fures. III

Ἀργεῖοι φῶρες. id est, Argiui fures. De palàm improbis. Nam Argiui furacitatis infamia laborabant antiquitus. Extat & hoc apud Suid. Videtur autẽ allusum ad uocem ipsam. Argos enim Græcis significat ignauum & ociosum. Tales uero solent ali furtis. Latini uulgò ficto sicuti uidetur, per iocum uocabulo Lauerniones appellant homines furaces: quòd fures sub tutela Lauernæ deæ essent: in cuius luco obscuro atq; abdito, soliti sunt furto sublata prædãq; defodere. Autor Festus.

Mars rex. IIII

Ἄρης τύραννος. id est, Mars rex. Suidas interpretatur congruere in principem, qui ui, non legibus Rempublic. tractat. Zenodotus ortum putat à Timotheo Atheniensium imperatore, qui multa felicissime gessit aduersus Persas & Asianos, & cuius ductu florebat Attica. Vnde dictum est Mars rex. Hesychius prouerbium recenset tantum. Indicat Suidas aliquando Græcis ἄρη dici ferrum ipsum. Itaque potest hic esse sensus prouerbij, ferrum rex, quoties res ui geritur.

Attagen. V

Ἀτταγᾶς. Suidas indicat hoc cognominis prouerbiali ioco dici solere in seruos stigmaticos: quòd hæc auis plumas habeat, uarijs colorum notis distinctas. Aristoph. in Auibus:

Εἰ δὲ τυχόντες τις ὑμῶν ἀλφιτώδης ἔσται μέλας,
Ἀτταγᾶς ὅτος πάρ' ὑμῖν πωλικὸς κεκλήσεται. id est,
Si quis è uobis erit fugitiuus atq; ustus notis,
Attagen is sanè apud nos uarius appellabitur. Quamobrẽ eam auem ibidem appellat ποικιλοπτέρυγα. Ad eundem modum ταὼς. id est, pauones appellant Græci nitidius cultos, & uersicoloribus amictos. Cæterum de Attagena plura dicemus in prouerbio: Attagenis nouilunium.

Tenedius homo. VI

Τενέδιος ἄνθρωπος. id est, Tenedius homo, Plutarch. in adagionum Collectaneis, ait dici solitum de homine tetrico, formidabilique aspectu. Originem sicuti plerunq; aliàs uarie tradunt.

Ayuntamiento de Madrid

dunt. Suidas ait regem quempiam Tenedi fuisse, cui nomen Tenes, qui legem tulerit, atque induxerit morem, ut à tergo iudicis adstaret quispiam securim tenens, uidelicet in hoc paratus, ut qui perperam quid in iudicio dixisset, opinor mendacium, aut falsum testimonium, eum protinus securi feriret. Hoc interpretamenti fermè conuenit cum eo, quod ante commemorauimus in adagio: Tenedia securis. Alij tradunt in hunc modum, haud tamen cum his pugnantia. Cygnus Neptuni filius, pater Hemitheæ & Tenæ, nouercam liberis suis induxit. Euenit autem ut Tenes apud patrem insimularetur à nouerca, quòd sese de stupro interpellasset, id cum ille uerum esse crederet, iuuenem in capsam inclusit, unáq; Hemitheam sororem, quòd fraterni fati comes esse desideraret, simulq; in mare præcipitauit. Id scrinium delatum est Leucophrynem, cui postea Tenedo commutatum uocabulum, uidelicet à Tene, Cygni filio. Qui progressu temporis nactus imperium eius loci, quod modo diximus, exemplum induxit, ut in tribunalibus assisteret, qui securim in caput accusantis uibratam sustineret. Quòd si quis fuisset calumniæ conuictus, eum protinus uiuum securi dissecaret. Id spectaculi quoniam formidabile uidebatur, in prouerbium abijt: ut Tenedius homo diceretur, qui minaci truciq; esset aspectu. Pausanias in Phocicis nariat nonihil in narratione, qua de re nobis dictum est alio loco in prouerbio, Tenedia securis. M. Tullius lib. 2. epist. ad Q. fratrem: Tenediorum igitur libertas Tenedia securi præcisa est, quum eos præter me & Bibulum & Calidium & Fauonium nemo defenderit. Sentit libertatem rigide, & in totum negatam.

Tenedius patronus. VII

Τενέδιος συνήγορος. i. Tenedius aduocatus. Eodem è fonte profectum est & hoc, dici solitum de eo, qui compendio causam expedit, litisq; nodum ocyus dissecat. Ductum à Tenedia securi, de qua prius dictum est. Suidas ait apud Tenedios duas secures suspensas ostendi. Aristoteles apud eundem, illud addit, præter ea quæ recensuimus, in Asserina, is est locus quispiam in Tenedo, fluuiolum esse, in quo cancrorum testis, nauigiorum utantur uice. Eas ita dissecant, ut securis speciem præ se ferant. Prouerbij meminit & Stephanus in locorum catalogo, addens dici solitum de aduocato rigido duroq;: quòd illic non esset tutum quiduis garrire in iudicio.

ἐγκεῶτις ἡμέρα. VIII

ἐγκεῶτις ἡμέρα. Plutarchus in Collectaneis, si modo uerax est titulus, tradit hoc dici solitum de his, qui conuiuium agunt, aut exhibent. Idq; hinc manasse, quòd olim apud Ceos mos fuerit, ut qui magistratum inirent, epulum exhiberent populo. Quòd si quando plures fuissent magistratus, dies inter sese distribuebant. Itaq; cum sibi occurrerent, rogabant τίς ἡμέρα; id est, Quis dies? Ea uox in uulgi iocum cessit. Videtur autem uox ἐγκεῶτις, data opera ridicule conflata, ex his uerbis, ἐγκέω τις. id est, in Ceo quis, subaudi, dies.

Versatilis Artemon. IX

Ο περιφόρητος ἀρτέμων. id est, Versatilis Artemon. Extat in ijsdem Collectaneis. Aiunt dici solitum de his, quorum gratia uehementer decertatur. Nam Artemonem adolescentē fuisse quempiā certatim adamatū à mulieribus ob insignē formam, quem suspicor ob id dictum περιφόρητον, uel quòd circumferretur in ore omniū uersans, uel quòd passim obambularet, uelut ostentans sese. Alij malunt Artemonem machinarium fuisse fabrum, in arte præcellentē temporibus fermè Periclis. Qui cum claudus esset, passim suas machinas circumferebat, Athenæus in 12. Dipnosophistarum libro referens hoc prouerbium citat autorem Chamæleontem Ponticum, qui testatur Artemoni περιφόρητος cognomen additum, quòd præ delicijs in lecto circumferretur, siue quòd is postea cœperit uoluptariam ac mollem agere uitam, cū antea pauper fuisset. Ex Anacreonte citat hæc de eodē: Φιλὸν μὲν ἔχων πεὶ πλοκάμοισι βοὸς νεόπλεκτον ἄλυμα κακῆς ἀσπίδος, ἀρτοπωλίοις καὶ ἐθελοπόρνοισιν ὁμιλέων, καὶ βλάπτων ἐυείσκων βίον, πολλὰ περᾶν μὲν ἐν ἀγορῇ τιθεὶς ἀυχένα, πολλὰ δὲ ἐν ξόανῳ, πολλὰ δ' ἐν κώμῳ πώγωνά τ' ἐκπετιλμένος. id est, Tenuem quidem habens circum latera bouis recentem amictum mali clypei, cum panum cauponibus & prostibulis consuetudinem agens, Insynceram inueniens uitam: sæpe ut superet, in hasta ponens ceruicem, sæpe rursum in rota, sæpe uero coma barbaq; reuulsus. Quibus ex uerbis apparet dictum in hominem sui dissimilem, ac moribus inæqualibus præditum, qualem perhibent fuisse Alcibiadem, qui ut refert Satyrus, apud Iones deliciabatur, ut illos quoq; uinceret, apud Thebanos exercitamentis corporis erat quouis Bœoto Bœotior: Apud Thessalos equestris rei studio superabat ipsos: Apud Lacedæmonios tēperās ac patiens, magis ipsis Lacedæmonijs: in Thracia Thraces superabat uinolentia. Id & cū laude fieri potest. Cæterum περίῤῥιμμα probrosè dicitur, qui sese per omne rerum genus uoluit. Indicat Pollux libr. 6. Plutarchus indicat fuisse claudum quempiam qui uehiculo circumferretur, quum alioqui meticulosus esset ac plerunque desideret domi, duobus famulis scitum æreum supra caput sustinentibus, ne quid ex alto decideret in caput. Quod si quando cogebatur exire, uehiculo utebatur, sed humili, metu ruinæ. Huiusmodi quædam refert Plutarchus in uita Periclis. Proinde dictum uidetur in molles ac meticulosos. Quin & Plinius libro 34. capite 8. inter Polycleti opera meminit Artemonis qui dictus sit περιφόρητος. Allusum autem est ad Artemonem nauticum, quo uela circumferuntur, & onera tolluntur è nauibus. Nam hodie nautæ ad utrunque utuntur antemna. Nam Artemon Græce proprie est machina tollendis oneribus apta, quam Latini, ni fallor, trocleam appellant. Ea sic composita est ut facile circumuoluatur.

Placiadæ. X

Πλακιάδαι καὶ φίλαιον. i. Placiadæ etiam flelæum. Plutarchus in ijsdem commentarijs ostendit dici consueuisse de deprehensis adulteris, & contumelioſe, sicuti merentur tractatis. Vicus est quidam Atticæ regionis, cuius incolæ Placiadæ uocantur. Apud hos moris erat, ut qui fuisset in adulterio deprehensus, ignominiosas pœnas daret, impactis in pudendam corporis partem raphanis, qui apud illos miræ magnitudinis esse dicuntur. Quòd si raphani forte non fuissent ad manum, flelæo utebantur, id est, ligonis ligno. Non me clàm est hoc alio nobis dictum loco, sed mutilatum: eoq; duximus operæ precium hic integre repetere.

Iustitiæ oculus. XI

Δίκης ὀφθαλμός. i. Iustitiæ oculus dicitur syncerus & incorruptus iudex, aut ipsum etiam iudicium. Adagij meminit Suidas. Sumptum apparet ex illa Chrysippi descriptione apud A. Gellium lib. 14. ca. 4. in qua iustitiæ oculos tribuit acreis, rectos atq; immotos: quòd cum qui recte sit iudicaturus, non oporteat huc aut illuc ab honesto oculos deflectere. Celebratur hic senarius prouerbialis:

ἔστιν δίκης ὀφθαλμὸς ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ. id est,
Est oculus æquitatis omnia intuens.

Iustitia iustior. XII

Δίκης δικαιότερος. i. Iustitia iustior. Prouerbialis hyperbole de uehementer integris & incorruptis. Veteres enim iustitiam deam faciebant, cuius imaginem eleganter, ut modo dixi, depinxit Chrysippus apud Aulum Gellium.

Quantum ex Bacchanalibus. XIII

ὅσον ἐκ Διονυσίων. id est, Quantum ex Dionysijs siue Bacchanalibus. Suid. prouerbij loco refert, sed perturbatius, ut assolet. Antiquitus apud Atticos consueuerunt annos ac numerum accedentem à Dionysijs numerare, quemadmodum ex

Olymp

Ayuntamiento de Madrid

Olympiadibus. Iterabatur autem Dionysiorum festum tertio quoq; anno. Vnde Vergil. trieterica uocat. Suidas sic integre recenset, ὥς ἐστιν σχεδὸν τοσοῦτον ὅσον ἐπὶ Διονυσίων i. Ex hoc prope tantum quantum ex Bacchanalibus. addit dictum de rebus uehementer expetendis, atq; expectatis. Ad hoc facit quod refert ex autore nescio quo: ὦ Διονύσια, ὡστὲ μὲν ὄζεσθ' ἀμβροσίας καὶ νέκταρος. i. O Bacchanalia, ipsa quidem redolent Ambrosiam & nectar.

Mercator est. XIIII

Ἔμπορός ἐστι σκηπτόμενος. i. Mercatorem se adsimulat. Dicendum in eum, qui ob timiditatem causas commentitias praetexit, ne cogatur subire discrimen. Suidas ex Aristophane citat, apud quem tum in Pluto, tum in Ecclesiazusis quispiam inducitur, loquens in hunc modum, ut dicat se fingere mercatorem esse, quoties ad bellum ire iubetur, quod negociatores non cogerentur exire: quoniam expediebat illos relinqui, quo de commeatu prospiciant. In Pluto sic habet locus:

Γεωργὸς εἶ; μελαγχολᾷς μ' ὄντως εἰπέ;
ἀλλ' ἔμπορός; ναὶ σκήπτομαί γ' ὅταν τύχω. id est,
Num cultor agri es? méne sic furere putas?
Negotiator? Simulo si quando est opus. Alter sic habet:
ἀλλ' ἔμπορός εἶναι σκήπτομαι. id est,
Quasi sim negotiator, ita memet gero.

Non usquequaq; discrepat hinc euangelica parabola de his, qui inuitati ad nuptias, uarijs causationibus excusant.

Donum quodcunque dat aliquis, proba. XV

Δῶρον δ' ὅτι δῶ τις ἐπαίνει. id est,
Donum quodcunq; probato.

Prouerbium admonet boni consulendum esse munus, aut officium consiliumue, quod offertur ab amico. Vnde natum sit indicat Strabo geographus lib. 6. Cum Achiui iussi essent oram culo Crotonem condere, missus est Myscellus quidam, qui ciuitatis futurum locum consideraret. Is quum iam Sybarim ædificatam cerneret, uidereturq; is locus magis idoneus, repetijt oraculum, consuluitq; deum, num fas esset hanc pro illa condere. Numen ad hunc modum respondit:

Μύσκελλε βραχιώνατε παρὲς σίδυν ἄλλο ματέυων,
Κλάσματα θηρεύῃς, δῶρον δ' ὅτι δῶ τις ἐπαίνῃ.

Eos uersus interpres uertit in hunc modum:

Terga breuis Myscelle tuo de pectore omitte,
Cetera perquirens, frustra en uenaris iniqua.
At rectum quodcunq; datur tu laude probato.

Extat idem in Collectaneis adagiorum, sed multo deprauatissimum. Quanquam ex uocum ueluti ruinis huiusmodi lectio colligi poterit:

Μύσκελλε βραχιώνατε παρὲκ θεὸν ἀλλὰ ματέυων.
Οὐδαλα θηρεύῃς, δῶρον δ' ὅτι δῶ τις ἐπαίνει. id est,
Diuersa inquirens à numine Myscelle gibber,
Captas friuola, quod datur, æqui consule donum.

Myscellus dictus uidetur ob crurum exilitatem, quæ habebat murinis similia, Brachynotus ob dorsum contractum. Diximus alias Crotonem saluberrimam fuisse, Sybarim pestilentem. Refert & alia Suidas. De oraculis Myscello redditis, sed quæ non admodum faciant ad enarrationem prouerbij.

Ithorus. XVI

Ἴθορ. Suidas ait uocem prouerbialem fuisse, in eum qui uelut instigator hortatorq; foret alijs. Translatum opinor à nautis, quos remigantes naucleri uox animat ad grauiter laborandum, siue ab equorum cursu. Plutarchus in Symposiacis decade septima, problemate quinto scribit, ἱππίτης ἔρως appellatum cantionem ad incitandos equos. Consimilia tradit de præceptis connubialibus. Nam θέειν Græcis est impetu insilire. Vnde & apud Homerum θέειν ἄρης appellatur ab assultu citato. Apparet Græcam uocem compositam ex ἴθι ualde, & ὀρεῖν incitare.

Ne allia comedas & fabas. XVII

Ἵνα μὴ φάγῃ σκόροδα, μηδὲ κυάμους. i. Ne edas allia & fabas. Prouerbiali uidetur ænigmate dictum, pro eo quod est, ne bellis, neue in iudicijs adsis. Nam in bellum inferebantur allia commeatus militaris. Atq; utinam ita satis comparatum esset, ut hoc pestilentissimum hominũ genus, qui bellis delectantur, præter allia nihil habeant unquam quod edant: aut si quid alijs etiam est deterius. In iudicijs fabas esitabant, ne obdormiscerent. Hæc quidem Suidas: Etiamsi magis puto referendum ad calculos fabarios, quibus antiquitus ferebantur suffragia.

Mortuus per somnum uacabis curis. XVIII

Θανὼν καθ' ὕπνους φροντίδων ἔσῃ ἄμοιρος. id est,
Curis uacabis mortuus per somnium.

Versiculus uulgò iactatus apud Græcos, ex superstitiosa insomniorum obseruatione. Existimabant enim eum qui se mori somniasset, à curis molestijsq; liberatum iri. Quòd mors finem doloribus imponere uidetur: planeq; imponit his qui hinc in meliorem demigrant uitam. Fortasse ad eandem pertinet sententiam, quod alibi retulimus:

Νεκρὸς ὁρῶν, νίκῃσιν ἑῇς πραγμάτων.

Animus heptaboëus. XIX

Θυμὸς ἑπταβόης. i. Animus heptaboëus, siue ira heptaboëa, de forti magnoq; & inuicto dictum. Epithetum sumptum à clypeo Aiacis, quem Homerus ἑπταβόην appellat, quòd septem boum tergoribus esset obductus, atque ob id impenetrabilis. Et Ouidius:

—Dominus clypei septemplicis Aiax.

Sumptum est adagium ex Ranis Aristophanis:

Ἀλλὰ πνέοντες λόγου κρὰ λόγχας τε λευκοφόρους θ' ἁλιάδας,
Καὶ φάλαγγας καὶ κνημίδας, καὶ θυμοὺς ἑπταβοέους. id est,
Sed spirantes spicula & hastas, albasq; in uertice cristas,
Adde his galeas, adde his ocreas, animos quoque septibouinos.

Semper Ilio mala. XX

Ἀεὶ Ἰλίῳ κακά. i. Semper Ilio mala. De uehementer calamitosis & afflictis. Troianorum excidium poëtis multa tragœdiarum argumenta ministrauit, atq; hinc prouerbium. Refertur ab Eustathio in quartum Iliados librum. Stratonicus rogatus, cur nollet apud Ilienses uiuere, respondit: ἀεὶ Ἰλίῳ κακά. i. Semper Ilio mala. Autor Athenæus libro Dipnos. 8. Quanquam is locus non uacat mendo.

Libera Corcyra, caca ubi libet. XXI

Ἐλευθέρα Κόρκυρα, χέζ' ὅπου θέλῃς. i. Corcyra libera, proin caces ubi uelis. Cum significamus libertatem quiduis agendi. Citatur ab Eustathio in Dionysium, sed magis quadrabit, ubi significabimus impunitatem esse maleficis. Hic non absurde puto referri posse quod Plutarch. narrat. Chij quidam cum apud Spartanos peregrinarentur, à cœna non solũ uomuerũt, uerumetiã incacarunt in sellas Ephororũ. Primũ diligenter inquisitũ est, qui nã essent tanti facinoris autores, daturi nimirũ pœnas, si ciues fuissent. Cæterũ ubi compertum est factum à Chijs, Spartani dicebant, Chijs licere intemperanter agere.

Decernetur equa Thessalica. XXII

Ἐπινεμεῖται ἵππῳ Θεσσαλικά. i. Decernetur equa Thessalica. De summo præmio dicebatur, propterea quòd antiquitus prima laus fuerit equarum Thessaliæ. Id quod satis indicat oraculum Aeginensibus redditum. Citat Eustathius in secundum Iliados librum. Suidas refert, haud dum scio ex quo nam autore: ἱππεῖς μὲν Θετταλίας καὶ Θράκης, τοξότας δὲ καὶ πελτοφόρους τοὺς ὁπλῶν ἐν Ἰνδίᾳ καὶ Κρήτῃ καὶ Καρίᾳ. i. Equites in Thessalia Thraciaq;, sagittarij atq; armatura leuis in India, Creta & Caria. Finitimum est illi quod alio dictum est loco: Pellenea tunica. Lepidius erit per ironiam.

Canis

Canis uiuens è magdalia. XXIII

Κύων ζῶν ἀπὸ μαγδαλίας. id est, Canis uiuens è magdalia. Eustathius in Iliados libru 4. ostendit dici solitum in parasitos, & alieno uictitantes cibo. Magdaliam dicit, quasi dicas furfurem, & manuum purgamentum. Cæterum apud alios autores comperio scriptam unicam dictionem, uelut apud Hesychium, ἀπομαγδαλιὰ, inquit, σίαγ ἐν ᾧ τὰς χεῖρας ἀπεμάττοντο ἐν τοῖς λίπνοις, βαλόντες ἢ τοῖς κυσὶν ἀναλύσαντες ἀπὸ λίπνων. id est, Apomagdalia adeps, in quo abstergebant manus in conuiuijs, id proijciebant canibus, cum à cœna discederent. Iulius item Pollux libro De rerum uocabulis 6. capite decimoquarto: οἱ δὲ πάλαι τοῖς κλισμέναις ἀπομαγδαλίαις ἐχρῶντο, αἷς ὅσαν τὸ ἐν ᾠῷ ἄρτῳ μαλακὸν καὶ σαιτῶδες, ἃς ὀπτήσαμενοι, τοῖς κυσὶν αὐτὸ παρέβαλον, ὅθεν καὶ Λακεδαιμόνιοι κιννάβα τὴν ἀπομαγδαλίαν καλοῦσιν. id est, Veteres autem utebantur apomagdalijs, sic enim uocabant id quod est in pane molle ac pinguius, in quo absterso obsonio ipsum canibus abijciebant, unde & Lacedæmonij apomagdaliam appellant cynada. Aristophanes in Equitibus,

Ὑπερβαλεῖσθαί σε οἴομαι τούτοισιν; ἢ μάτην γὰρ
ἀπομαγδαλίας σιτούμενος, τοιοῦτος ἐκφανήσει. id est,

Iactat Halantopola superaturum se Cleonem impudentia & malis artibus, aut alioqui frustra pastum apomagdalijs euasisse tantum. Cui respondet Cleon,

ἀπομαγδαλίας, ὥσπερ κύων, ὦ παμπόνηρε, σὺς ὢν
Κυνὸς βορὰν σιτούμενος μάχῃ σὺ κυνοκεφάλῳ; id est,

Apomagdalias ritu canis, sceleste, quo ergo pacto tu uictitans canis cibo, cynocephalo repugnas? Apomagdaliarum mentio fit & apud Plutarchum in Lycurgo, quo quidem loco an interpres assequutus sit sensum sermonis nescio, mihi non satis liquet, Græca sic habent: Δοκιμάζεσθαι δὲ τὸ βουλόμενον τῶν συσσιτίων μετασχεῖν οὕτω φασὶ. λαβὼν τὸ συσσίτιον ἕκαστος ἀπομαγδαλίαν εἰς τὴν χεῖρα, τῶν δειπνούντων φέροντος ἀγλεῖον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ἔλαβε σιωπῇ καθάπερ ψῆφον, ὁ μὲν δοκιμάζων ἁπλῶς, ὁ δὲ κοίλην σφόδρα τῇ χειρὶ πίσας. ἢν δὲ πεπιεσμένην τῇ τέτρημμένης ἔχῃ δύναμιν, κἂν μίαν εὕρωσι τοιαύτην, ὃ προσάλλονται τὸ πρόσθεν, βουλόμενοι πάντας ἥδιον ἀλλήλοις συνεῖναι. τὸν δὲ οὕτως ἀποδοκιμασθέντα κικκαβίζειν λέγουσι, κάβδον δὲ καλεῖται τὸ ἀγλεῖον, εἰς ὃ τὰς ἀπομαγδαλίας ἐμβάλλουσι. Reddam utcunque græca. Eum uero qui uellet esse conuiuij particeps, aiunt hunc in modum probare solitos, Vnusquisque conuiuarum apomagdaliam in manum sumptam, ueluti calculum tacitè conijciebat in uas quod minister gestabat in capite, alius quidem simpliciter probans, alius uerò iudicans, uehementer manu premendo. Nam pressa tantundem ualet, quantum calculus perforatus. Quod si uel unam talem compererint, non admittunt ingressum, uolentes ut omnes lubentes inter sese conuiuant. Porrò qui hoc modo probatus erat, caddissatum appellabãt, Nam caddus dicitur uas in quod conijciunt apomagdalias. Lapus autem uertit hunc in modum. Qui autem se conuiuij participẽ fieri uelit, sic probari. Deinde singuli apomagdaliam sumentes in manum ministro uas super capite ferente, silentio quasi calculũ immittebãt, qui reprobaret simpliciter, qui uero approbaret, manu uehementer imprimens. Nã quæ apomagdalia pressa fuerit, perforati calculi uim habet. Quod si quam ex ijs minus pressam offenderint, non admittunt ingredientem, quippe qui uelint omnes inuicem iucunde congredi. Qui uero sic reprobatus fuerit caddiscatum dicunt. Caddiscus nanq; uas uocatur, in quod apomagdalias immittunt. Hæc si quis cõferat cum his quæ scribit Plutarchus, intelliget Græcũ exemplar, quod sequutus est Lapus, fuisse diuersum ab eo quod nobis dedit nuper officina Aldi. Cæterum de apomagdalijs quæ ante conuiuium dabantur abstergendis manibus, meminit nonnihil & Athenæus lib. 9. Item lib. 4. tradit, Apud Arcadas, ni fallor, fuisse moris, ut à cœna sacrificarent, non quidem lotis manibus, sed iure seu offa absterstis, & quo se absterserat quisq; id secum auferebat: id faciebant ob terrores nocturnos, qui in compitijs solent accidere. Sic ille. Et arbitror sanè nõ inutile remediũ aduersus canes in cõpitis adorientes uiatorem. Arbitror huc respexisse Aristophanem in Equitib. quum Cleoni obijcit, quòd alijs egregijs uiris in exilium actis ipse delicatissimo hordeo abstergeret manus.

Κἀκεῖνος μὴ φύγοι τὴν γῆν, σὺ δ' ἀχιλλέως ἀπομάττοι. i. Atq; ille quidem patriam liquit, dum tu abstergeris Achilleis. Interpres addit ordei genus Achilleum dici, ueluti generosius, quo minus mirum est Theologis Achilleum argumentum uocari quod efficax sit ac refutatu difficile.

Ficus post piscem. XXIIII

Σῦκον μετ' ἰχθῦν, ὄψαριον μετὰ κρέα. id est,

A piscе ficum, à carnibus legumina. Athenæus in Dipnosophistarum libr. 3. meminit huius. Quadrabit ubi dicemus alijs alia congruere. Quemadmodum & uulgò iubent ab esu carnium apponi caseum: ab esu piscium, nuces.

Ficus auibus gratæ. XXV

Σῦκα φιλ' ὀρνίθεσσι, φυτεύειν δ' οὐκ ἐθέλουσιν. id est,

Fici gratæ auibus sunt, quæ plantare recusant.

Carmen heroicũ citatur ab Athenæo continenter eodem quo modo diximus loco. Quadrare uidetur in uoluptarios, ac fugitantes honesti laboris, cum tamen appetant emolumentum.

Ingredi Iunonium. XXVI

Βαδίζειν Ἡραῖον ἐμπεπλεγμένον i. Incedere complicatum Iunonis sacrum. Extat & hoc apud Athenæum libr. Dipnosophistarum 12. Dictum apparet in fastuosum ac lentum quorundam incessum, quem notat & Horatius in Sermonibus:

Vt si Iunonis sacra ferret.

Volentem bouem ducito. XXVII

Τὸν θέλοντα βοῦν ἔλαυνε. i. Volentem bouem agito. Vtere illorũ opera, qui ex animo faciunt. Stultitia est, uenatum ducere inuitas canes, ut ait Plautus. Refertur ab interprete Theocriti. Diximus in prouerbio, Præsentem mulge.

Habet. XXVIII

Habet prouerbialiter dicitur, cum obtigit alicui quod expetiuit, aut quo dignus est. Habet quod amet, similes habent labra lactucas. Sumptum autumant ab aucupantibus, piscantibus, aut uenantibus: quibus reuersis sic aiunt, ἔχει τι; i. Habésne aliquid? Citatur ex Aristophanis Nebulis. Seneca tragicus in Aganemnone: Habet, peractum est. Terentius in Andria: Egomet continuo mecum, certe captus est, habet. Donatus ostendit proprie de gladiatoribus dici, quos prius alij uident quàm ipsi se sentiant esse percussos. Ex ea acclamatione natum uidetur prouerbium.

Hercules hospitatur. XXIX

Ἡρακλῆς ξενίζεται i. Hercules accipitur. Dictitatũ, ubi quis diutius in conuiuio commorari uideretur: propterea quod qui recepissent Herculem hospitio conuiuioq;, his multum temporis erat operiendum, donec ille satur esset. Nam famelicum commouere parum erat tutum. Nec facile saturabatur edax, adeo ut legatur solidos etiam boues uno deuorasse conuiuio. Vnde Græcis ἀδηφάγος dictus est: & huic Larum autem consecrarunt, & ipsam βοφάγον. Legitur & certamen inisse cum Lepreo quodam uter citius bouem conficeret. Hæc aliaq; pernulta refert Athenæus libr. 10. de huius edacitate: addens & Thasio cuidam athletæ, cui nomẽ Theagenes, tum & Miloni Crotoniatæ bouem uno die confectum fuisse, Tales conuiuæ contingant hostibus.

Etiam in Deorum cœtu. XXX

Κἂν θεῶν ἀγορᾷ id est, Etiam in deorum cœtu, seu concione. Quidam interpretantur de maiorem in modum probis & æquis:

Ayuntamiento de Madrid

æquis: quidam de uehementer maledicis. Addunt locum quempiam esse in Eleusine, uicinum Anactoro, uocatum θεῶν ἀγορᾶς, in quem non ingrediebantur, nisi bene ominantes: unde de quopiam præter modum maledico dicebant, ὅτῳ καὶ θεῶν ἀγορᾶς δυσφημίας. id est, Hic uel in deorum concione male ominata loquetur.

Calliphanes. XXXI

Καλλιφάνης, Calliphanes. Ridicula quædam huius hominis ambitio, prouerbiali ioco fecit locum. Aiunt enim huic fuisse poëtæ morem, ut diuersorum carminum & orationum initia conscriberet, ad tres aut quatuor uersus, eáq; pronuntiaret ostentaretq; quo commentum ignorantibus multiscius & eruditus uideretur. Meminit huius Athenæus Dipnosophistarum lib. 1. aitq; cognomen fuisse Parabrycontis. Neque uero desunt his nostris temporibus id genus impostores literarij, quibus hoc modo studium est, ex summis aliquot diuersæ professionis autoribus locos aliquot insignes, nec eos admodum uulgatos ediscere. Quibus instructi, non uerentur in conciliabulis quemuis quantum libet eruditum adoriri. Atq; illud assequuntur prompte decantandis illis locis suis, ut imperitis planè Solones esse uideantur. Cum quibus tamen Solonibus, si tertium aut quartum congrediare, deum immortalem nihil infantius, nihil indoctius, uidelicet thesauris illis semel effusis. Vix hæc scribens à risu tempero, cum recordor Calliphanis cuiusdam, quem olim cognoui, cum in familia clarissimi patris Henrici Bergen. episcopi Cameracini uersarer. Sed nomini parcetur, propter conuictum domesticum. Is permulta uolumina concinnabat exornabatq; : sed chartis inanibus, nisi quòd in fronte uidere erat magnificos quosdam titulos: uelut carminum, orationum, epistolarũ. Singulis præscriptum erat hominis tergeminum nomen, ut qui titulos forte legissent, crederent eruditum, & in literis multa magnáq; molientem.

Cauda blandiri. XXXII

Κέρκῳ σαίνειν. id est, Cauda blandiri dicuntur, qui spe commodi cuipiam adulantur. Aristophanes in Equitibus,

ὃς κέρκῳ σαίνων, ὅπου' ἄρ' ἀπαντῇς τυγχάνῃς,
ἀξέβεταίσε τὸν βίον ἅπαν σὺ πᾶσι ἄλλοσε χάσκειν. id est,
Qui caudã alludens cum cœnam obseruat, amica,
Te spectante aliò, tua edulia deuorat ille.

Pro eodem frequenter usurpat ἀκάλλειν, quod canum est, auribus cauda totoq; corpore blandientium, in Equitibus,

Τὰ μὲν λόγι' ἀκάλλει με. id est,
Oracula quidem blandiuntur hæc mihi.

Θωπεύειν item ab animante dictum est, si Græco etymologico credimus. Thos Græcis lupi genus est. Blandiuntur enim & lupi quidem more canum. Thoas refert Plinius lib. 8. cap. 24. de luporum quidem genere, sed quòd homini sit amicum animal. An hinc dicatur θωπεύειν, dubito.

Crater litium. XXXIII

Κρατὴρ κακῶν. id est, Cratera malorum. De re permolesta, siue de homine litium autore. Aristoph. in Acharnensibus,

Κρατὴρ κακῶν, ξυμπλὴρ δικῶν. id est,
Crater malorum, sector litium.

Calumniatorem significans, & quadruplatorem.

Lampon iurat per anserem. XXXIIII

Λάμπων ὄμνυσι τὴν χῆνα. id est, Lampon iurat per anserem. Ita loquebantur, ubi quis decipere tentaret iureiurando. Lampon sacrificus quispiam fuit ac uates, & oraculorum autor. Is solitus est per anserem iurare, tanquam per auem auguralem. Vel quòd olim ita instituerat Radamanthus, ne per deorum aliquem iuraretur, sed per canem, anserem, id quod Socrati familiare apud Platonem. Tradunt hoc Lampone autore factum, ut Athenienses coloniam miserint in Sybarim. Adsigij meminit Aristoph. in Auibus, Λάμπων δ' ὄμνυσιν ἔτι καὶ νῦν τὴν χῆν' ὅταν ἐξαπατᾷ τις τί. id est, Lampon etiam nunc iurat per anserem, ubi quis fallit in aliquo.

Palpo percutere. XXXV

Palpo percutere dicitur, qui blanditur, ac spem inanem uerbis iniicit. Plaut. in Mercatore, Liberum caput tibi faciam, paucos menses. Palpo percutis. Egon' ausim usquam quicquam facinus falsum proloqui? Idem alibi, Mihi obtrudere non potes palpum. Translatum ab equisonibus, qui plausu manus blandiuntur equis. Verg. tertio Georgicôn libro,

Tum magis atque magis blandis gaudere magistri
Laudibus & plausæ sonitũ ceruicis amare. Hora. in Saty.
Cui male si palpere, recalcitrat undique tutus.

Eximere è manu manubrium. XXXVI

Figura prouerbiali dixit Plautus: Eximere è manu manubrium, pro eo quod est, iam paranti facere quippiam, extorquere peragendi facultatem. Locus est in Aulul. Capio fustem, obtrunco gallum, furem manifestarium. Credo ego ædepol illi mercedem gallo pollicitos coquos, si id palàm fecisset: exemi ex manu manubrium. Translatum ab eo cui iam uibrato gladio percussuro, repente capulus excutitur è manibus.

Alybantis hospitis munera. XXXVII

Τὰ δῶρα τὰ δὴ ἀλύβαντος ἔφης, ἢ τὰ τοῦ ἀλυβαντίου ἑταίρου ἔφησα. id est, Munera Alybantis hospitis, aut Aybantij amici xenia. Eustathius interpres Homeri, putat recte prouerbio dici posse, quoties fit ut aliquis falso iactet se magna largitum esse, seu uerbis duntaxat, nõ re præstet beneficium. Nam apud Homerum ult. Odyssex lib. Vlysses ignoto habitu cum Lærte patre colloquens, adsimulat se Alybantium esse Aphidantis opulentissimi uiri filium, & quondam Vlyssem exceptum hospitio, muneribus ampliss imis donatum à se dimisisse,

Εἰμὶ γάρ, inquit, δὴ ἀλύβαντος, ὅθι κλυτὰ δώματα ναίω,
υἱὸς ἀφείδαντος πολυπημονίδαο ἄνακτος.
Αὐτὰρ ἐμοί γ' ὄνομ' ἔστιν ἐπώνυμον. id est,
Sum ex Alybante oriundus, ubi mihi splendida tecta,
Regis Aphidantis proles Polypemonidæ,
Est mihi nomen Eperitus.

Ac paulò superius,

Τὸν μὲν ἐγὼ πρὸς δῶμα' ἄγαγον εὖ δεξάμενος,
Ξενικέως φιλέων πολλῶν κτῆσιν ἐόντων,
Καί οἱ δῶρα πόρον ξεινήϊα οἷα ἐῴκει.
Χρυσοῦ μὲν δὴ οἱ δῶκ' ὀλκῆς ἐπὶ τάλαντα,
Δῶκα δέ οἱ κρητῆρα πανάργυρον ἀμφιπόλησι,
Δώδεκα δ' ἁπλοίδας χλαίνας, τόσσους δὲ τάπητας.
Τόσσα δὲ φάρεα καλὰ, τόσσους δ' ὑπὲρ τοῖσι χιτῶνας,
Τοὺς εἷς δ' αὖτε γυναῖκας ἀμύμονας, ἔργα εἰδυίας
Τέσσαρας, ἃς αὐτὸς ἑλέσθαι ἐῢ δώσειν ἐκέλευσεν. id est,
Hunc equidem tecto induxi, accepiq; benigne,
Sollicitéq; fouens ex his quæ plurima nostris
Aedibus exuperant, atque hospita munera deinde
Adieci tali dare quæ decuissèt amico.
Auri cælati tribui septena talenta.
Donaui pateram ex solido depictam argento.
Bis senus textu donaui simplice lenas.
Pallia ad hæc totidem adieci, totidemq; subuculas,
Insuper ancillas nitidas, atque arte manuq;
Quatuor egregias, sibi quas delegerat ipse.

Fungus. XXXVIII

Plautus in Bacchidibus, fungum dixit pro stupido, impenseq; credulo. Vel quia fungus per se insipida quæpiam res est, uel quòd mollis ac fragilis, uel quòd subito prorumpat. Plautina uerba sunt hæc: Adeon' me fuisse fungum, ut qui illi crederem. Idem in eadem fabula. Quicunq; ubi ubi sunt, qui fuere, quiq; futuri sunt posthac stulti, stolidi, fatui, fungi, Bardi, buccones, blenni, solus ego omnes ante eo stultitia.

Eurycles. XXXIX

Εὐρυκλῆς, Eurycles uulgato cognomine dicebatur, qui de se

Ayuntamiento de Madrid

ſuisq; incommodis aliquid diuinaret. Nam hoc nomine uates fuit quispiam ἐπαοιδὸς & cognominatus, hinc ni fallor, quod ex aſtris uera prædiceret, ὡσπερ τὸ ἐπάοιδον. Meminit & Suidas, quanquam apud hunc ἐπαοιδὸς & ſcriptum eſt, id eſt, diuinus ſiue uentriloquus. Refertur in Collectaneis adagiorum Plutarcho inſcriptis. Vſurpatur autem à Platone in Sophiſta. Taxans enim eos qui perplexis & abſurdis rationibus produnt ſuam ineptiam, addit, ὃν ἄλλως μὲν οὐ δεῖ λοιδορεῖν, ἀλλὰ τὸ λεγόμενον οἰκοθεν ἔχοντες ἐντὸς ὑποφθεγγόμενον ὥσπερ τὸν ἄτοπον ἐνύκλεα περιφέροντες ἀεὶ παρεῖνται id eſt, Non opus eſt aliis à quibus redarguantur, ſed domi, quod dici ſolet, habent hoſtem qui contradicat, & intus ſubmurmurantem tanquam abſurdum illum Eurycleм circumferentes ſemper incedunt.

Si quis iuxta ciuitatem clypeus. XL

Εἴτις περὶ πόλιν ἀσπίς. id eſt, Si quis circum urbem clypeus. hoc ſcommatis iaciebant in eos qui ſparſim ac diſſolute ciuitatem obirent palantes. Refertur in Plutarchi collectaneis, nec explicatur.

Rupta ancora. XLI

Κρᾶλις ῥαγεῖσα. id eſt, Rupta crada. Dicebatur de his qui repente tanquam magnum quiddam facturi prodiſſent: deinde falſa omnium expectatione turpiter & indecore ſe geſſiſſent in negotio. Translatum à tragœdiarum hiſtrionibus, qui ſi quando numen inducendum eſt de repente machinis quibuſdam ſublati, in ſumma ſcena apparere conſueuerunt uelut in aëre pendentes, homo quopiam à tergo in cingulum affixo ſuſpenſi. Nam his nonnunquam euenicbat, ut ſorte fortuna rupta ancora qua ſuſtinebantur, decideremt, non ſine magno ſpectatorum riſu ſuoq; tum malo, tum dedecore. Porrò crada hoc loco non ficulnum ramum indicat, quemadmodum aliàs: ſed uncum illud æs quo uincti tenebantur actores in machina. Iulius Pollux libro 4. cap. 19. docet κρᾶλιν, appellari ſolitum in comœdia, quod in tragœdijs dicebatur μηχανή. Fuiſſe uero non diſſimile ficui, ſiquidem Attici ficum arborem κρᾶλιν uocant. Quanquam quarumlibet arborum rami nonnunquam crada dicuntur.

Suam quiſque homo rem meminit. XLII

Plautus in Mercatore, Suam quiſque homo rem meminit. Sententia prouerbialis, notans communem hominum morem, qui in alieno negotio dormitant, in ſuo quiſque & uigilat & attentus eſt. Vnde recte monet apud Gellium Ennius,

Hoc tibi ſit argumentum ſemper in promptu ſitum.
Ne quid expectes amicos, facere quod per te queas.

In eandem ſententiam exiit belliſſimus Aeſopi apologus de Caſſita auiculæque negauit ullum eſſe periculum, donec res alienis manibus eſſet commiſſa. Alluſit ad prouerbium Plautus in Pœnulo, ita ne tentas an ſciamus nos meminiſſe noſtra? Eodem alluſit Terentius in Phormione. At ſi talentum rem reliquiſſet decem, &c. Quicquid cordi eſt, facile meminimus, & plerunque obliuionis mater eſt negligentia.

In utrumuis dormire oculum. XLIII

Plautus in Pſeudolo, De iſthac re in oculum utrumuis conquieſcito. Senſum habet eundem cum eo quod ſuperius retulimus, In utrumuis dormire aurem. Captatus eſt autem à Comico iocus ex nouatione uerborum. Proinde conſequitur ilico: Oculum utrum inquit in aurem? Et reſpondet nouator, At hoc peruulgatum eſt nimis. Notatur interim commune hominum ſtudium in huiuſmodi dictis ſubinde nouandis.

Corinthijs non indignatur Ilium. XLIIII

Κορινθίοις δ' οὐ μέμφεται τὸ Ἴλιον. id eſt, Incuſat haudquaquam Ilium Corinthios.

Hoc carmine clim exprobramus ignauiam alicui, qui ita ſe geſſerit, ut hoſtes nihil habeant, quod illi magnopere indignentur. Eſt autem carmen Simonidis, quod uelut in contumeliam ſuam ſcriptum iniquo animo tuliſſe Corinthios ſcripſit Ariſtoteles libro Rhet. 1. quòd in bello Troiano non admodum egregiam operam nauaſſe uiderentur. Poteſt & huc detorqueri, ueluti ſi quis ita inſulſe ſcripſiſſet aduerſus bonas literas, ut eas ſua infantia commendaſſet potius quàm infamaſſet, κορινθίοις &c. Plutarchus in uita Dionis aliquanto diuerſius interpretatur adagium, Ἀρέσκει ὥσπερ ὁ σιμωνίδης φησὶν ὦ σόσοι σγυκλῳ, τοῖς κορινθίοις ὃ μὴ ψέγειν τὸ ἴλιον, ὑπερεβεβοσαι μετὰ τῶν ἀχαιῶν, ὅτι καὶ κεῖνοις οἱ περὶ γλαυκὸν ἦλθ ἀρχῆς κοίρανοι γεγονότες σωτηρίας προθύμως. id eſt, Sanè quemadmodum inquit Simonides Soſsie Seneccio, Corinthijs non indignatur Ilium, quòd una cum Achiuorum copijs uenijſſent ad bellum, propterea quòd illis quoque promptis animis fuiſſent auxilio, Glauci comites, & ipſi è Corinthijs oriundi. Ex his Plutarchi uerbis liquet illud ſentire prouerbium, leuius offendi oportere, ſi quando læſerint qui quondam ſint benemeriti, ſed præſentem offenſam ſuperioribus officijs condonare.

Maras. XLV

Μάρας, id eſt, Maras, hoc nomine ferunt fuiſſe quempiam apud Beroeam Syriæ ciuitatem ditiſſimum quidem illum, uerum nihilominus humanum & officioſum in omneis, tum ciues, tum hoſpites. Vnde uulgò receptum, ut id uocabuli tribueretur uiris, qui ad niultorum utilitatem nati uiderentur. De hoc longiuſcula narratur fabula in Græcorum Collectaneis, ſed mihi ſat uiſum eſt attigiſſe, ne male collocarem operam. Nam neſcio quo pacto prouerbium adulterinum & ſuppoſititium eſſe uidetur. Si quem tenet cognoſcendi libido, extat opus quod Aldus abſolutis iam adagijs meis excudit.

A' Nannaco. XLVI

ἀπὸ νανν άκου. id eſt, A' Nannaco. Cum ſignificamus rem ab extrema uſque antiquitate repetitam. Nannacus rex ante Deucalionem fuiſſe narratur, qui diluuium futurum præuiderit. De quo mentionem fecimus & alibi. Meminit huius & Stephanus in dictione ἰώνιοι, referens alterum ab eodem ortum prouerbium, ἐπὶ νανν άκου κλαύσειν. id eſt, Sub Cannaco flere. Etiamſi in Stephano pro νανν άκου legimus ἀενάκου. Latini conſimili figura dicunt, ab Aboriginum ſeculo repetita, & perinde quaſi cum Euandri matre loquaris. Non diſcrepat ab hoc illud, παλαιότερος & κόδρου, καὶ ἀρχαιότερα ἢ διφθέρας λέγεις. id eſt, Antiquior Codro, & antiquiora diphthera loqueris.

Aſinus ad tibiam. XLVII

ὄνος πρὸς αὐλόν. id eſt, Aſinus ad tibiam. Dicendum ubi quis ea quæ ſcite dicuntur, nec animaduertit, nec intelligit, nec laudat. Sunt enim animantia quædam, quibus nonnullus muſices ſenſus ineſſe uidetur: ut equis, anibus, ſerpentibus. Aſinum nihil mouet cantus. Germanum eſt illi, ὄνος πρὸς λύραν. id eſt, Aſinus ad lyram.

Oreſti pallium texere. XLVIII

Ὀρέστῃ χλαῖναν ὑφαίνειν. id eſt,

Oreſti texere lænam, dicebatur qui nimis pararet abſurdo. Nam Oreſtes per inſaniam ueſtes dilacerabat. Eſt hemiſtichium heroici carminis decerptum ex Ariſtophan. in Auibus,

Εἶτα δ' Ὀρέστῃ χλαῖναν ὑφαίνειν, ἵνα μὴ ῥιγῶν ἀποδύνῃ. id eſt,

Poſtea Oreſti texere lænam, ut ne horridulus ſpolier quem. Scholium admonet Oreſtem λωποδύτην quempiam ſimulando inſaniam in tenebris aggredi ſolere homines, coſq; ueſtitu ſpoliare. Vnde non inepte dicetur, ubi quis admonet dandum aliquid homini furaci ne rapiat. Adagium non eſt natum ex Ariſtophane, ſed ab illo eſt affectatum. Nam

hac

Ayuntamiento de Madrid

hac periphrasi notat hyemem.

Pandeletias sententias. XLIX

Πανδελετίας γνώμας. id est, Pandeletiam sententiam, appellat in Deterioribus Cratinus, ut citant, morosam ac molestam. A' Pandeleto quopiam sycophanta, ex eorum genere, qui quo quaestum faciant, dicas impingunt grandes, ut ait Phormio Terentianus, & simili studio ferunt suffragia.

Sibylla uiuacior. L

Sibyllæ uiuacitas prouerbio locum fecit. Propertius Elegiarum libro secundo,

At me non ætas mutabit tota Sibyllæ.

Sibyllæ ætatem pro quantumuis longa posuit. Hanc Vergil. sexto Aeneidos lib. longæuam sacerdotem uocat. Et Seruius eum enarrans locum, adscribit Apollinem amore Sibyllæ captum, ei poscendi quod uellet arbitrium dedisse, illam haustis arenis, tantum popposcisse uitæ. Id Apollo fieri posse respondit, si Erythræam insulam relinqueret, nunquam eam reuisura. Venit itaq; Cumas, ubi corporis uiribus defecta, in sola uoce uitam retinuit. Quod ubi cognouissent illius ciues, incertũ inuidia, an commiseratione, epistolam ad eam miserunt, creta, antiquo more signatam. At illa uisa terra patria, in mortem resoluta est, ita uati suæ uerba dedit Phœbus.

E' flamma cibum petere. LI

Terentius in Eunucho dixit in parasitum, eiusmodi esse, ut uel è flamma cibum peteret, hoc est, quiduis cibi causa passurum, facturumq;. Explicat prouerbium Catullus in Epigrammatis.

Bononiensis Rufa Rufulum fallit,
Vxor Meneni, sæpe quam in sepulcretis
Vidistis ipso carpere è rogo cœnam,
Cum deuolutum ex igne, prosequens panem
A' semiraso tonderetur ustore.

Reddidit Harpocratem. LII

Catullus in Epigrammatis prouerbiali specie dixit, Reddidit Harpocratem, pro eo quod est, imposuit silentium. Carmen est huiusmodi,

Gellius audierat patruum obiurgare solere
Si quis delicias diceret aut faceret.
Hoc ne ipsi accideret, patrui perdespuit ipsam
Vxorem, & patruum reddidit Harpocratem.
Quod uoluit fecit, nam quamuis irrumet ipsum
Nunc patruum, uerbum non faciet patruus.

Harpocrates deus ita apud ueteres fingebatur, ut digito admoto ori, silentium indiceret, qualis & apud Romanos dea Angerona.

Qui probus Atheniensis. LIII

Plato lib. De legibus primo refert prouerbium, τότε ὑπὸ τῶν πολλῶν λεγόμενον, ὡς ὅσοι Ἀθηναίων ἐσὶν ἀγαθοὶ, διαφερόντως σοὶ τοιοῦτοι, δοκεῖ ἀληθέστατα λέγεσθαι. id est, Et quod uulgò dicitur, ex Athenienſibus qui probi ſint, eos egregie probos eſſe, ueriſſime dictum uidetur. Sentit autem Plato, in male inſtituta, maleq; morata Republica qui boni ſint, eos natura & inſignite bonos eſſe. Quippe qui neque fingere putandi ſunt probitatem, nimirum inter improbos quibus morum ſimilitudine poterant etiam commẽdari: neq; corrumpi queant depraua tis aliorum moribus, & uitiorum contagio. Idem dici poteſt de ciuitate Romana, in qua non corrumpi, eximiæ cuiuſdam integritatis argumentum eſt. Simili argumento Simo Terentianus colligit probitatem filij ſui. Deflecti poteſt ad uitam aulicam, aut ſtudij genus ad perniciem inuitans.

Digna cedro. LIIII

Digna cedro dicuntur, quæ promerentur immortalitatem, & eiuſmodi iudicantur, ut poſteritati conſecrari debeant. Horatius in Arte poëtica.

Speramus carmina fingi Poſſe linenda cedro.

Perſius item, Et cedro digna locutus.

Sumptum ab arboris natura, cuius ſucco quæ ſunt illita, non ſentiunt cariem. Nam hac arte Numæ libros cum eſſent charticei, duraſſe ad annos quingentos triginta quinque, terræ infoſſos, narrat Plinius lib. 13. cap. 13. Idem lib. 16. cedrum inter æternas materias commemorat. Dioſcorides ait maxime probari ſuccum huius arboris, craſſum, pellucidum, & odore uehementiore, quiq; non deſluit, ſed guttis concreſcit manetq;. Vim habet diuerſam, uiua corpora corrumpit, mortua ſeruat incorrupta. Vnde à nonnullis dictam eſſe tradunt, νικρῶν ζωὴν. id est, Cadaueris uitam. Eodem pertinet illud,

Nec ſcombros metuentia carmina, nec thus. Item Marti.

Ne nigram cito raptus in culinam,
Cordylas madida tegas papyro. Et Horatius,
Aut fugies Vticam, aut uinctus mitteris Ilerdam.

Telemachi olla. LV

Τηλεμάχου χύτρα. id est, Telemachi olla. Meminit huius adagionis Athenæus lib. 9. tradens Telemachum Acharnenſem fuiſſe quempiam, qui plerunq; uictitarit fabis. Vnde conijcere licet in ſordidos dici conſueſſe.

Alia res ſceptrum, alia plectrum. LVI

Equidem haud omnino contenderim eſſe prouerbium, ſed tamen ipſe ſermonis habitus coloriq;, adeo ſimilis eſt prouerbio ut uix ſimilior ſit ficus ficui, quod Stratonicus citharœdus regi Ptolemæo reſpondit, pertinacius ſecum de arte canendi diſputanti, ἕτερόν ἐστιν ὦ βασιλεῦ σκῆπτρον, ἕτερον δὲ πλῆκτρον. id est, Alia res eſt ô rex, ſceptrum, alia uero plectrum. Locus erit utendi, quoties diues ac potens, fortuna ſua fretus, uelut ex æquo diſputat cum erudito, cum multo aliud ſit diuitem aut fortunatum eſſe, aliud literatum.

Quæ dolent, ea moleſtum eſt contingere. LVII

Amphis in Ampelurgo apud Stobæum,

ἐν οἷς ἂν ἀτυχήσῃ ἄνθρωπος τόποις,
ἥκιστα τούτοις πλησιάζων ἥδεται. id est,
In quibus homo eſt non admodum felix locis,
Minime ſuaue eſt admouere ad hæc manum.

Vnuſquiſque inuitus audit ſua incommoda, maxime ea quæ ſint cum aliqua infamia coniuncta. Veluti turpitudinem generis, uitium formæ: proinde ciuilitatis eſt nemini ſuum refricare nullus, nec hulcus tangere.

Aurum igni probatum. LVIII

ὁ χρυσὸς ζῷ πυρὶ δοκιμαζόμενος. id eſt, Aurum igni probatum, dicitur is cuius fides rebus aduerſis explorata ſpectataq; eſt. Vtitur hac ſimilitudine M. Tullius in epiſtolis familiaribus lib. 9. Pindarus item in Nemeis hymno quarto, ὁ χρυσὸς ἐξέμαξεν αὐγὰς ἔλειξεν ἅπάσας. id eſt, Aurum coctum omnem nitorem oſtendit. Rurſum in Pythijs hymno decimo, πειρῶντι δ' ὁ χρυσὸς ἐν βασάνῳ πρέπει καὶ νόος ἀρθὸς. id eſt, Experienti uero aurum in indice relucet & mens recta. Theognis,

Εὑρήσεις δ' ἐν πᾶσιν ἐπ' ἔργμασιν, ὥσπερ ἄπεφθον
Χρυσὸν, ἐρυθρὸν ἰδεῖν, τριβόμενον βασάνῳ. id eſt,
Omnibus in rebus me comperies uelut aurum
Purum, dulce, rubens, indice quum atteritur. Idẽ alibi,
Εἰς βάσανον δ' ἐλθὼν παρατριβόμενός τε μολίβδῳ
Χρυσὸς ἄπεφθος ἐὼν, καλὸς ἄπας ἂν ἴοι. id eſt,
Venit ubi ad cotem, & confertur in indice plumbo
Purum aurum quum ſit, totum erit egregium.

Vſurpat hanc collationem & diuus Petrus apoſtolus epiſtola priore, πολὺ τιμιώτερον χρυσίου τοῦ ἀπολλυμένου διὰ πυρὸς δὲ δοκιμαζομένου. id eſt, Multo precioſius auro quod perditur, ſiue auro peſtifero, quod tamen per ignem probatur. Eſt autem illud auro non citra miraculum peculiare, ut igni non ſolum non fiat deterius, ſed magis ac magis eniteſcat. Itidem is, qui uere bonus eſt, obiectus malorum procellis, illuſtrat animi

Ayuntamiento de Madrid

uirtutem,non amittit. Plinius lib.33.ſcribit ob eam præcipue cauſam aurum omnibus metallis prælatum, quòd uni rerum nihil igni depereat, tuto etiam in incendijs durante materia. Quin imò, quo ſæpius arſerit,hoc magis proficiat ad bonitatem. Idq; argumentum eſſe probi auri, ſi ſimiliter rubeat, ut ignis,atque ipſum obrizum appellant.

Lunam detrahere. LIX

Τὴν σελήνην καταγαγεῖν.id eſt,Lunam detrahit. Conſueuit dici de eo, cui res uehementer aduerſæ uiderentur. Interpres Apollonij in librum quartum natum autumat ab Aglaonice Hegemonis filia, quæ cum ob aſtrologiæ peritiam, lunæ defectus præſciret, iactabat ſeſe lunam è cœlo deducturam in terras: Eam uocem tam arroganter audiuit. Nemeſis: moxq; pœnas ſumpſit. Atque hinc prouerbij origo.

Leonis ueſtigia quæris. LX

Τοῦ λέοντος ἴχνη ζητᾶς. id eſt, Leonis ueſtigia quæris. Dicterium in eum, qui uerbis ferox eſſet, re timidus. Ductum ab apologo quopiam Aeſopico,quo narrat uenatorem quendam paſtorem obuium rogaſſe,nuncubi leonem uidiſſet,ut eum ſibi commonſtraret. Atque eum reſpondiſſe:Equidem tibi leonis ueſtigia mox oſtendero: neque enim procul abſunt. Tum ille,ſatis eſt,inquit, neq; enim ultra quicquam requiro. Conuenit cum eo, quod alio poſitum eſt loco, ἄρκτον παρέσυρε τὰ ἴχνια ζητᾶς. id eſt, Cum urſus adſit, ueſtigia quæris.

Non una uehit nauis. LXI

Οὐ μία ναῦς ἄγει id eſt, Non una uehit nauis. Prouerbij perſonam ante ſe gerit. Quo conueniet uti, quoties maiorem hominum multitudinem ſignificamus, quàm ut eos una nauis poſſit capere. Veluti ſi quis dicat, τοὺς ἀπαιδεύτους οὐ μία ναῦς ἄγει. id eſt, Indoctos non una nauis uehit. Eſt autem apud Theognidem,

Τοὺς δ' οὐχ' εὑρήσεις διζήμενος, οὐδ' ἐπὶ πάντας
Ἀνδρώπους, οὓς ναῦς μὴ μία πάντας ἄγει. id eſt,
Hos non inuenies homines ſcrutatus & inter
Omnes, quos ſanè non uehit una ratis.

Horna meſsis. LXII

Plautus in Moſtellaria, hornã meſſem prouerbiali figura dixit, pro maximo emolumento,quaſi dicas, tantum lucri,quantum eo anno ſit prouenturum in agris. Comici uerba ſunt hæc.

Iam pridem me Caſtor frigida non laui magis lubenter,
Nec unde me melius Scapha reres ædificatum.

Hæc dicuntur à perſona puellæ. Tum lena, optans ut ex eius forma quàm plurimum commodi capiatur:

Euentus, inquit, omnibus uelut horna meſsis fiat.

Id puellæ quippe ſimplex,quid ſibi uellet,non ſatis intelligens. Quid, inquit, ea meſsis attinet ad meam lauationem. Huic figuræ confine eſt illud eiuſdem in Curculione, Vindemia hæc huic anni non ſatis eſt ſoli:ſignificat adeo bibacem,ut uniuerſum uinum,quod eo ſit prouenturũ anno parum ſit illius ſti.

Glaucus comeſa herba habitat in mari. LXIII

Γλαῦκος φαγὼν πόαν οἰκεῖ ἐν θαλάσσῃ. id eſt, Glaucus comeſa herba habitat in mari. Dictum apparet per iocum de ijs, qui cum perierint, tamen uulgò creduntur uiuere, qualis opinio complureis annos noſtratium animos occuparat ad inſaniam uſq; de principe CAROLO Burgundionum duce,qui cum interiiſſet in bello,tamen haud deerant,qui non dubitarent magno periculo rerum ſuarum aſſeuerare: illum adhuc in uiuis eſſe. De Glauco Græci fabulam adferunt huiuſmodi. Glaucus quiſpiam fuit Anthedonius piſcator, natandi peritia longe omnium primus. Is quo magis eſſet miraculo, commentus eſt impoſturam huiuſmodi. Enatabat è portu ſpectantibus Anthedonijs, donec iam extra proſpectum eſſet. Ibi reuerſus in terram ſeceſſit in locum aliquem ſemotum, atque in eo dies complureis commorabatur. Deinde cum uideretur, redibat nans in portum,ſpectantibus ijs qui ſtabant in littore: Mirantibus autem amicis ac ſciſcitantibus,ubi nam genium tam diu commoratus eſſet, adſimulabat in marinis fluctibus interim uerſatum eſſe ſeſe. Auxit miraculum altero commento. Hybernis menſibus, cum cæteri piſcatores nihil piſcium capere poſſent, ille ciues rogabat, quoſnam piſces adduci uellent. Quoſq; iuſſiſſent, aduehebat, uidelicet iam ante paratos in hunc uſum,atque alibi concluſos.Euenit tandem ut hic impoſtor à belua quadam marina deuoraretur,Isq; fuit eius comœdiæ finis. Porrò cum non rediret ex more, populari fama iactatum eſt,Glaucum guſtata herba factum immortalem,& in mari uitam agere. Interpres Apollonij poëtæ conſimilia tradit de Glauco,piſcatorem fuiſſe qui cum aliquando multitudine piſcium quos ceperat, defatigatus eſſet, onus in media abiecit uia. Ibi uero res accidit mira dictu, unus è piſcibus, iam moriens guſtata herba reuixit. Id Glaucus obſeruans, eadem herba comeſa, immortalis eſt redditus. Tandem tædio uitæ ſemet abiecit in mare. Sunt qui prodant eum uerſum in deum marinum,ſunt qui in piſcem: de quo complura tradidit Athenæus libr.7. apud quem alicubi citatur Alexis ὑπὸ ἀπεγλαυκωμένῳ. Quod ſi reliquas fabulas Græculorum de Glauco cupis cognoſcere,lege ſeptimum Athenæi librum,qui uſq; ad nauſeam uomitumq; garrit de Glauco piſce, de Glauco dæmone, mihi non licet tantum nugarum hic repetere. Hoc commentum animo penè reclamante adſcripſi. Nam ut ſimpliciter, quod ſentio, dicam, mihi ſubolet Græcum ſcriptorem, quiſquis is fuit, in hoc finxiſſe prouerbium, quo fabulam hanc liceret commemorare. Malui tamen hoc operæ ludere, quàm quibuſdam parum eruditis anſam calumniandi præbere,quod inſciens præterierim,in quod id excuſis etiam Græcorum commentarijs habeatur.

Pergræcari. LXIIII

Si apud Græcos prouerbia ſunt,χαλκιδίζειν,λεσβιᾶν,κορινθίζειν, & id genus alia complura,quid eſt quo minus habeatur adagium apud Latinos, quod in Moſtellaria dixit Plautus, Pergræcari pro eo quod eſt, genialem agere uitam? Nam quid ſit pergræcari, ipſa Plauti uerba ſatis indicant.

Dies, inquit, noctesq; bibite, pergræcamini.
Amicas emite, liberate, paſcite
Paraſitos, obſonate pollucibiliter.

Hactenus ille. M.Tullius in Verrem actione 3. Fit ſermo inter eos & inuitatio ut Græco more biberetur. Græcorum gens male audit paſſim apud poëtas Latinos, & item apud Ciceronem,non ſolum quaſi uoluptatibus addicta,& effœminata delicijs, uerumetiam quaſi lubrica fide. Siue quòd olim Romanis adhuc rudibus, & antiquam illam obtinentibus ſeueritatem, Græcorum elegantia luxus uidebatur. Siue quòd ſtudiorum æmulatio,ac mutuum odium in cauſa fuit, ut eiuſmodi probra de Græcis conſcriberent. Siue quòd uere Græcorum nonnulli tales apud Italos fuerunt,quales eos depingit Iuuenalis,id quod non inficiatur & Lucianus in lib. De mercede ſeruientibus, ut ex illis gentem omnem æſtimauerint.

Conos artoxya. LXV

Κόνος ἀρτοξύη.id eſt,Conos artoxya. De ſimilibus & inter ſeſe reſpondentibus. Quidam eruditi putant conon piſtorium eſſe inſtrumentum, non diſſimile Artoxyæ, quòd panarium ſcalprum uidetur ſignificare. Cæterum ex his quæ mox ſequuntur apud Suidam,apparet Conos munuſcula quæpiam fuiſſe, quæ pueris dono darentur aptæ ætati,cuiuſmodi ſunt armillæ. Proinde uide, ne competat in eos qui uili leuiq; munuſculo compenſant operam alicuius.

Ne ligula quidem dignus. LXVI

Κοχλιάριος οὐκ ἄξιος. id eſt, Ne ligula quidem dignus, dicebatur homo nequam, & nullius pretij. Quod prouerbij durat etiam hodiernis diebus apud Latinos uulgò iactatum. Tametſi

Ayuntamiento de Madrid

metſi magis arbitror piſcis cordulæ uilitatem prouerbio feciſſe locum. Is eſt pelamis, niſi quòd minor, ut teſtis eſt Plinius libro 32. capite 11. Cordylarum uilitatem oſtendit & Martialis libro undecimo,

Prima tibi dabitur uentri lactuca mouendo
Vtilis, & porris fila reſecta ſuis.
Mox uetus & tenui maior cordyla lacerto,
Sed quæ cum rutæ frondibus oua tegat.

Mox poëta pretioſa memorat ut fallat ſodalem,
Mentiar ut uenias, piſces, conchylia, ſumen,
Et cortis ſaturas atque paludis aues.

Iuxta nauem. LXVII

Κατὰ ναῦν, id eſt, Iuxta nauem dicuntur quæ digeſta ſunt ordine, quæq; quadrant ac congruunt, propterea quod inſtrumenta nauium ſuo quæq; loco reponi ſoleant. Equidem addubito num in his uerbis ſit prouerbium, quæ adſcribuntur, κατὰ ναῦν ἄριστα. id eſt, Iuxta nauem carbaſa. Neque enim omni nauigio quæuis uela congruunt.

Iuxta cubitum profecit. LXVIII

Κατὰ πῆχυν ἐπιδίδωσι. id eſt, Iuxta cubitum profecit. De eo dicebatur, qui promotus eſſet ad meliora: ſiue cum quis ordine legitimo progreditur, ſiue cum magnis proficit acceſſionibus. Cubitus enim & modum ſignificat, ut intelligas nihil tranſiliendum, & modum grandiuſculum, ut accipias incrementum amplius. Nam minuta latis digitis, aut palmorum porrectu metiri conſueuimus.

De tuo capite aguntur comitia. LXIX

Prouerbiali figura dixit Plautus in Aululari a,

Ibo intro ubi de capite meo ſunt comitia.

Deliberabatur enim, ducturúsne eſſet puellam, nécne, quam amabat. Sumptum eſt à comitijs Romanorum, in quibus populi ſuffragijs noui magiſtratus creabantur. Itaque cum ſtatuitur de re quapiam à qua pendeat felicitas alicuius, tum de capite illius fieri comitia recte dicentur.

Vſque ad rauim. LXX

Quemadmodum Græci dicunt, ἄχρι κόρυ. id eſt, Vſque ad ſatietatem, ita Plautus, & quidem lepidius dixit uſque ad rauim, pro eo quod eſt, improbe, ſæpius, clamoſe, adeo ut uox etiam toties uociferanti rauceſcat. Eſt in Aululari a ad hunc modũ,

Huccine detruſiſti me ad ſenem parciſſimum,
Vbi ſi quid poſcamus, ad rauim poſcamus prius
Quàm quicquam detur?

Cereri ſacrificant. LXXI

Item quemadmodum Græci dicunt ἔρσῃ θύουσιν. id eſt, Lari ſacrificant, ita Plautus propemodum indicat apud Latinos dici ſolere, Cereri ſacrificant, ſi quando in conuiuio uinum deeſſet, propterea quòd in huius ſacris nefas eſſet inferre uinum, ſicut apud Græcos in quarundam dearum ſacrificijs, ut oſtendimus in prouerbio νηφάλια ξύλα. Locus eſt in Aululari a, his fermè uerbis,

Cererin' mi Strobile hi ſunt facturi nuptias?
Quî? Quia temeti nihil allatum intelligo.

Inutilior blace. LXXII

Βλακὸς ἀχρειότερος. id eſt, Blace inutilior, aut nequior, In hominem nihili, nullíusq; bonæ frugis dicebatur. Sumptum à piſce uſque adeo uili, inſipido ac male olenti, ut à canibus quoq; faſtidiatur. Eſt autem piſcis non diſſimilis Siluro, ſi quid credimus Græcarum etymologiarum farragini. Nunquam enim audiui canes eſſe piſcium auidos. Et ſi Silurus is eſt, quẽ uulgus appellat Sturionem, hic inter piſces uel primas tenet. Addit locum eſſe iuxta Cumas, paluſtrem opinor ac ſterilem, cui nomẽ Blacia, unde ſuſpicatur ortum prouerbium. Heſychius & piſcem pro blace blaciam uocat. Adijcit, in Alexandria tributum eſſe, dictum Βλακωνόμιον, quod illic pendunt aſtrologi, eo quòd blaces, hoc eſt fatui ad illos commeent, petentes ex aſtris oracula. Illud conſtat, etiam homines ſtupidos, ignauos, molles & inſipidos dici βλάκας, unde βλακεύειν, molliter & ignauiter agere, & βλακικῶς pro ſtulte & inſulſe. Apparet ab hac uoce Latinos dixiſſe Flaccos, & flaccidos, & flacceſcere. ἀλλὰ περὶ βλακὸς ἄλις.

ἀλιτήριος. LXXIII

ἀλιτήριος, uulgò dicebatur, qui per uim raperet aliena. Natum ex euentu huiuſmodi. Temporibus Aetolici belli, tanta frumentariæ rei penuria incidit Athenienſibus, ut pauperes coacti fame captiuorum farinam diriperent, inde uox traduci cœpit ad hominem quocunq; modo ſceleratum. Plutarchus in commentario De curioſitate, diuerſam huius nominis originem reddit. Nempe cum Athenis fame uehementer laboraretur, & hi qui iuſſi fuerant, frumentum non efferrent in publicum, ſed domi clanculum molerent ac noctu, curioſi quidam obambulantes obſeruato molarum ſtrepitu, eos prodiderunt: atque hi quidem Aliterij dicti ſunt, quemadmodum & ſycophantæ. Verum ab hoc commento diuerſa memorat in Problematibus, uolens aliterium à fugiendo dictum. Nam Græcis ἀλέω utrunq; ſignificat, molo & fugio: eoq; uocabulo ſcribit notatum cum qui tantæ fuiſſet improbitatis, ut quiſquis eum effugere ualuiſſet, is felix haberetur. Ariſtophanes in Equitibus, Aliterios appellat eos qui uiolarunt templum Palladis. ὡς τ' ἀλιτηρίῳ σε φημὶ γεγονέναι τ' τ' θεᾶ. id eſt, Ato te eſſe de numero Aliteriorum, qui deæ arcem inuaſerunt. Interpres multa recenſens hoc quoque commemorat. Cylon quidam per tyrannidem occupauit arcem, ac deprehenſus eſt ſpoliare templum Mineruæ. At ipſe quidem effugit nactus opportunitatem, cæterum illius amicos qui ad aram deæ confugerant, inde retractos occiderunt Athenienſes. Vnde qui uiolaſſent ſupplices, ἀλιτήριοι dicebantur. Etenim qui uiolato deæ templo ſupplices interfecerant, poſtea ſupplicio capitis affecti ſunt. Deniq; & Ceres dicta eſt ἀλιτήρια, Et Iuppiter ἀλιτήριος, quod in publica fame ſeruaſſent molitores ne farina diriperetur. Quin & illud admonent: ἀλιτηρίους dici, qui fruſtrantur ſpe ſua, nec perficiunt quod tentarunt. Ambiguitas hinc eſt, quod ἀλέω duo ſignificat, molo & oberro. unde & ἀλίτης erro. Porrò ut ἀλιτήριος uſurpatur pro ſacrilego & impio, ita ἀλιτρόφωνα dicuntur, qui ſacrilegium committunt.

Piſcis nequam eſt, niſi recens. LXXIIII

Piſcis nequam eſt, niſi recens, manet in hunc uſque diem uulgò celebre. Dicitur autem peculiariter in hoſpitem, aut uulgarem amicum, qui primo quidem aduentu non ingratus eſt, cæterum ante triduum exactum putet. Plautus,

Quaſi piſcis itidem eſt amator lenæ, nequam eſt, niſi recẽs.

Iocatur apud Alexidam quiſpiam citante Athenæo, quòd cum nonnulli frugaliores abſtinerent ab ijs quibus eſſet anima, ipſe nihil huiuſmodi attuliſſet, nempe mercatus piſces mortuos. At hodie qui uendunt, tremore manus aſſimulant uiuere, ante biduum mortuos.

Nihil homini amico eſt opportuno amicius. LXXV

Gratiſſimum eſt officium quod præſtatur in tempore. Contrà intempeſtiuum officium, plerunq; moleſtũ eſſe ſolet. Plautus,

Nil homini amico opportuno amicius.

Et diuerſo nihil differt ab inimicitia, intempeſtiua beneuolẽtia.

Aſinum in rupes protrudere. LXXVI

Prouerbium olet, quod ſcribit Horatius in Epiſtolis,

Qui male parentem in rupes protruſit aſellum.

Quadrabit in quoſdam peruerſo natos ingenio, qui quum ipſi non ſapiant, nolint tamen bene conſulentium monitis obtemperare. Hi ſunt etiam ultro quò tendunt impellendi, ut uel malo docti tandem agnoſcant ſtultitiam ſuam. Natum eſt à ruſtico quopiam, qui cum aſinum ſuum per alpes niuibus

Ayuntamiento de Madrid

obtectas duceret, ista; freno non obediret, iratus in rupes protrusit,

Et merito, quis enim inuitum seruare laboret?

Videre mihi labda. LXXVII

Δοκᾶς δέ μοι καὶ λάβδα γοῦν τὸν Λεσβίαν. id est, Mihi uidere & labda iuxta Lesbios. fellatricem indicat uelut ænigmate primæ literæ, quæ communis Lesbijs, & uitio quod ei tribuitur genti, quemadmodum indicauimus alibi. Sumptum ex Aristophanis Concionatricibus.

Postica sanna. LXXVIII

Persius posticam sannam, prouerbialiter appellat clanculariam irrisionem, à gestu ridentium aliquem à tergo,

Posticæ occurrite sannæ. Idem,

O' Iane à tergo quem nulla iconia pinsit,

Nec manus auriculas imitata est mobilis albas,

Nec linguæ tantum, sitiat canis Apula quantum.

Nam huiusmodi gestibus ab occipitio derident quidam.

Coruus serpentem. LXXIX

Κόραξ τὸν ὄφιν. id est, Coruus serpentem, ubi quis suo ipsius inuento perit, sumptum ex Apologo quodam Æsopi. Coruus esuriens serpentem in aprico dormientem conspicatus rapuit, à quo morsus perijt. Cognatum ei quòd alias retulimus, κόραξ τὸν σκορπίον. id est, Cornix scorpium. Torquere licebit & in hominem ob edacitatem periclitantem: ueluti Diogenes Cynicus, comesso polypo crudo perijt.

Cæneihasta. LXXX

Τὸ κυνῆ & δόρυ. id est, Cæneihasta. Cæneus Elati filius, Lapitharum rex prius fuerat elegans puella: è puella conuersus est in uirum, annuente Neptuno quem ad coitum admiserat. Cui illud etiam donatum est, ne saucius ullis uulneribus fieri, ferróue occumbere posset, quemadmodum refert Ouidius 12. Transformationum libro. Ferunt hunc certasse cum Apolline. Prætereà morem huic fuisse, ut qui ad se uenirent, iuberet per suam hastam iurare, unde prouerbium arreptum, ut indicat enarrator Apollonij in Argonauticôn primum librũ. Quem locum adducit Eustathius in primum Iliados librum. Is addit illum cum esset ætatis suæ hominum præstantissimus, fixo in medio foro iaculo, præcepisse dijs ut numerarent, qua ferocia offensus Iuppiter, pœnas de illo sumpsit. Cum enim bellum gereret cum Lapithis, esseté; inuulnerabilis, hoc pacto deuicit hominem: Lapithæ quercus & abietes in eum iaculantes deiecerunt illum in terram.

Pepones. LXXXI

Πέπονες. id est, Pepones, prouerbiali conuicio dicuntur homines molles & effœminati, parumq; uiri. Homerus Iliados B.

ὦ πέπονες, καὶ ἀλεγεινέ, ἀχαιΐδες, οὐκ ἔτ' ἀχαιοί. id est,

O' pepones, mala probra, Achiuæ, non enim Achiui.

Eustathius in septimum huius operis librum, ostendit similitudinem sumptam ab eo fructu, qui simul atque maturuit, dulcis quidem est, uerum flaccidus & inutilis. Quanquam eadem uox aliquoties non conuiciantis est, sed blandius & amicius appellantis, uelut Iliad. Z.

ὦ πέπον, ὦ μενέλαε. id est, O' pepon, ὁ Menelae.

Ῥυπονόμυλος. LXXXII

Græci prouerbiali cõuicio sordidos & impendio parcos, ῥυπονόμυλος appellant, ducto cognomine ab ijs quibus sordes in unguibus insident, nec tantillum sumptus facere uolunt, ut tonsori dent nummulum qui repurget ungues. Nam ῥύπος proprie sordes eas significat, quæ in summis unguibus manuum ac digitorum colliguntur, & κόνυλος articulum digitorum. Iul. Pollux lib. 6. cap. 4. eosdẽ uocat ζυγοβλῆτας quasi sicce uiuentes. Quidam adigium sic efferunt ἄχθομαι αὐτῷ ὡς ῥύπῳ. id est, Molestæ sunt mihi illius sordes. Latini item immoderatam parsimoniam, hoc est, uitium luxui contrarium, sordes appellant: hominem ei uitio obnoxium, sordidum.

Iuuenari. LXXXIII

Iuuenari dixit Horatius, tum nouæ, tum prouerbialiter, in Arte poëtica. Græci item νεάζειν, νεανίζειν, νεανεύειν, consimili modo usurpant, pro eo quod est iuuenum more iactantius, inconsideratius, inconsultius agere, aut si quid aliud ei ætati peculiare uidetur. Quod quo longius traducatur, hoc fuerit uenustius: ut si quis orationem floridam phaleratamq; dicat νεανίζειν. Eiusdem est formæ γυναικίζειν, pro gestu cultuq; repræsentare mulierem. Ob inscitiam rerum & impotẽtes affectus ætas illa magis est lubrica, unde & νεανικῶς factum dicunt Græci, quòd maiore impetu quàm iudicio gestum est. Basilius in epistola quadam, Καὶ γὰρ ἐνταῦθα δῆλον ὅτι τοὺς ὅπως καταστησομένους τὸν ἔσω ἄνθρωπον οὐδὲ ὡς τὸ τέλειον ἐφθακότας ἀλλ' ἡλικίας μέσον, τότους περιφερεῖσθαι καὶ σαλεύεσθαι, καὶ παροιμίᾳ φησὶν. Et hic nimirum qui nondum perfecti sunt secundum interiorem hominem, nec adhuc ad perfectum ætatis modum peruenerunt, circumagi, ac fluctuare dicit prouerbium. Reperitur & ἀνεμάζειν, pro eo quod est iuuenilia facere. Sic usus est Hyperides in oratione contra Mantitheum, & Lysias aduersus Nicarchum tibicinem. Laberius citante Nonio, pro eodem dixit aduleſcenturire, incipio aduleſcenturire, & neſcio quid nugarum facere.

Laudant ut pueri pauonem. LXXXIIII

Prouerbij faciem habet, quod scripsit Iuuenalis in auaros, qui carmina laudant duntaxat, nihil autem largiuntur poëtæ.

Didicit laudator auarus

Tantum admirari, tantum laudare diſertos,

Vt pueri Iunonis auem. Idem alibi,

Pobitas laudatur & alget.

Notior est metaphora, quàm ut oporteat explicare.

Ouidius alicubi de pauo,

Laudatas ostendit auis Iunonia pennas,

Si tacitus ſpectes, illa recondit opes.

Λευκοπατίας. LXXXV

Λευκοπατίας, olim appellabatur formidoloſus. Clearchus in Vitis, ut citat Zenodotus, ait quorundam epati uitium quoddam accidere, quod eos timidos reddat, atque hinc prouerbio iactatum cognominis sconma. Videtur autem compoſita uox, ἀπὸ τοῦ λευκὸς καὶ ἧπαρ, quòd palleant plerunque quibus epar est uitiatum, id quod apparet in amantibus. Pallor autem formidoloſis conuenit.

Emori risu. LXXXVI

Prouerbiales hyperbolæ sunt & illæ, Emori risu, diffluere risu, pro uehementer ridere. Homerus Odyſſeæ Σ.

ἀτὰρ μνηστῆρες ἀγαυοὶ

Χεῖρας ἀνασχόμενοι γέλῳ ἄδαπνον. id est,

Deinde procorum ſplendida turba

Præ risu emoriens nimio ſuſtollit ad alta Aſtra manus.

Vsurpauit & Terentius in Eunucho, Omnes risu emoriri.

Hipparchi murus. LXXXVII

Ἱππάρχου τεῖχος. id est, Hipparchi murus, dicebatur res quæpiam quæ magnis constaret impenſis. Hinc natum, quòd Hipparchus Piſiſtrati filius Academiam muro ſepſit. Atque huius rei nomine, magnam pecuniæ uim ab Athenienſibus exegit. Autor Suidas.

Hodie nullus, cras maximus. LXXXVIII

ὁ νῦν μὴ ὢν, ἄφνω δ' ὑπερμέγας. id est,

Qui nullus hodie, cras erit uel maximus.

De eo cui repente præterq; ſpem ingens aliquis honos acceſſerit. Et uulgò qui ex infima conditione ad dignitatem euehuntur, è nihilo dicuntur emerſiſſe. Extat apud Aristophanem in Equitibus.

Samiorum mala metuis. LXXXIX

Τὰ σαμίων ὑποπτεύεις. id est, Samiorum metuis mala. Dictitatum de ijs qui metuerent proditionem. Narrant Athenienſes

Ayuntamiento de Madrid

enſes olim in Samios quoſcunq; cepiſſent, inclementius ſeuiſſe, atq; alios interemiſſe, alios confixiſſe ſama, id eſt ſupplicij genus. Samij uicißim ſi quos cepiſſent Athenienſium, hos ad eundem modum excruciabant. Vnde prouerbium, Samij literati. Nam Suidas indicat hoc dici ſolitum de his qui metuerent immedicabiles calamitates. Idem indicat Samen dici genus calamitatis Samiæ, quod Atheniēſes notas infames inuſſerint Samijs captis, mox Samij uicißim Athenienſibus. Duris Samius ſcriptor multa tragice exaggerat de crudelitate Periclis & Athenienſium in Samios, quæ Plutarchus putat magna ex parte conficta in inuidiam Periclis & Athenienſium. Simili figura dictum eſt illud τὰ μαγνήτων καυδᾶ.

Pygmæorum acrothinia coloſſo adaptare. XC

Ἀκροθίνια τῶν πυγμαίων κολοσσῷ ἐφαρμόζειν. id eſt, Acrothinia Pygmæorum coloſſo accommodare dicebantur, qui inanem ac ſtultam ſumerent operam, aut qui præter decorum minima maximis adaptarent. Veluti ſi quis rem friuolam & minutam ampliſſimis copioſiſſimiſq; laudibus proſequeretur. Philoſtratus in Niceta: οὐγνόησε δὲ ἀκροθίνια πυγμαῖα κολοσσῷ ἐφαρμόζων. id eſt, Non intelligebat autem ſeſe Pygmæa acrothinia coloſſo accommodare. Quanquam Suidas hunc locum citans, πυγμάων dicit, non πυγμαῖα. Meminit adagij Euſtathius in Odyſſeæ φ. Coloßi dicuntur uaſtæ prodigioſæq; magnitudinis ſtatuæ. Nam hinc uox Græcis dicta putatur, quòd illarum proceritatē uiſus humanus non aſſequatur. Pygmæorum qui longißimi ſunt, duos pedes & quadrantem non excedunt. Vnde & nomen inditum putant à cubitali proceritate. Eſt autem gens extremas Aegypti partes inhabitans, agricolationi dedita, bellum ſubinde gerens cum gruibus. Belli cauſa eſt, quòd grues ſublegunt ſemina, famemq; inducunt ei regioni. Ita ſcholiaſtes in tertium Iliad. Horum fœminæ quinto anno pariunt, octauo ſterileſcunt. Pygmæorum meminit Iuuenalis Satyra 13. Et in hos plurimus iocus in Græcorum Epigrammatibus. Porrò acrothinia Græcis primitiæ dicuntur, quòd hæ ſoleant è ſummo aceruo tolli. ἄκρον ſummum, & θῖνες frumentorum acerui dicuntur.

Dij tibi dent tuam mentem. XCI

Dij tibi dent tuam mentem, in inſanum congruit, & ſua dignum mente. Quid enim precemur infelicius ſceleſtis hominibus? Martialis,

Dij mentem tibi dent tuam Philœni, Horatius,
Quid facias illi? iubeas miſerum eſſe libenter
Quatenus id facit.

Contrà Demea Terentianus, Mentem meliorem uobis dari.

Cura eſſe quod audis. XCII

Ad prouerbij ſpeciem accedit Horatianum illud,

Cura eſſe quod audis.

Conuenit in diuites, qui ita demum felices fuerint, ſi id ſtudeant eſſe quod audiunt ab adulatoribus. Carmen Horatij ſic habet,

Tu recte uiuis, ſi curas eſſe quod audis.
Iactamus iam pridem omnis te Roma beatum,
Sed uereor ne cui de te pluſquam tibi credas.

Cautus enim metuit, &c. XCIII

Qui non ex animo, ſed mali metu continent à maleficio, in eos quadrabunt hæ prouerbiales eiuſdem metaphoræ.

Cautus enim metuit foueam lupus, accipiterq;
Suſpectos laqueos, adopertum miluius hamum.

Nam alijs aliæ tenduntur inſidiæ, lupi fouea frondibus contecta capiuntur. Vnde apud Plautum ſeruus minatur ſe lenoni, cui nomen Lycus, foueam effoſſurum. Similis eſt illa de fuſte, Vertere modum formidine fuſtis.

Si coruus poſsit tacitus paſci. XCIIII

Si breuis apologus, autore Fabio, paræmiæ genus eſt, cur non illud etiam prouerbijs annumeremus, quod ſcripſit Horatius,

Sed tacitus paſci ſi poſſet coruus, haberet
Plus dapis, & rixæ multo minus inuidiæq;.

Quidam exiſtimant mutuo ſumptum ex Apologo, quem in libro De deo Socratis refert Apuleius, de coruo prædam nacto, quam uulpes ita intercepit, dum arte perſuadet illi, ut canere incipiat. Quadrat in eos, qui ſi quid bonæ rei nacti ſunt, continuo iactant oſtentantq;, atq; ad eum modum efficiunt, ut alij tum obſiſtant, quo minus eiuſmodi plura commoda nanciſcantur, tum quæ nacti ſunt, interuertant.

Clauam extorquere Herculi. XCV

Qui ſibi uendicare conatur quod alius iam potentior occupauit, non infacete dicetur clauam uelle Herculi extorquere. Idq; iam pridem apud eruditos prouerbij uice celebratur. Natum eſt autem ab apophthegmate Maronis, cui cum Zoili quidam uitio darent, quòd non paucos uerſus Homeri pro ſuis uſurpaſſet, reſpondit, hoc ipſum magnificum eſſe facinus, uel Ioui fulmen eripere, uel clauam extorquere de manu Herculis. Macrobius lib. Saturnalium 5. de Marone qui ſic uſurpauit Homerica, ut fecerit ſua. Quia cum tria hæc ex æquo impoßibilia putentur, uel Ioui fulmen, uel Herculi clauam, uel uerſum Homero ſubtrahere, quod & ſi fieri poſſet, alium tamen nullum deceret, uel fulmen præter Iouem iacere, uel certare præter Herculem robore, uel canere quod cecinit Homer. hic opportune in opus ſuum, quæ prior uates dixerat transferendo, fecit ut ſua eſſe credantur.

Bis interimitur, qui ſuis armis perit. XCVI

Mimus eſt prouerbialis, incertum cuius. Senecæ titulo celebratur, ſed falſo. Bis interimitur qui ſuis armis perit. Magis dolent incommoda, quibus ipſi dedimus occaſionem. Natum apparet ex Aeſopico apologo. Hunc Gabrias quidam uerſibus Iambicis complexus eſt ad hunc modum,

Βλέπῃ τὸ κῆθος ἀετὸς ζωὸν ἐν πάλαι,
ἀλγῶν ὑ λοιπὸν ἦτο πολλὰ δακρύων.
Βλέπων δ' ὀϊστὸν πτερῷ ἐπηρμένον,
Βαβᾶ, πτέρον μὲ τὸ πτερωτὸν ὀλλύῃ. id eſt,

Quondam icta pectus aquila uulnus inſpicit.
Multumq; lacrymans præ dolore conſtitit.
Pennatum ut autem ſpiculum cernit, papæ,
Ait, ala me aliger am graui exitio dedit.

Adagium Græcum, quod ex hoc item apologo ſumptum eſt, alio diximus loco.

Mulierem ornat ſilentium. XCVII

Sophocles in Aiace flagellifero,

Γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει. id eſt,

Decus addit uſque fœminis ſilentium.

Sententia prouerbialis quam Seruius in primum Aeneidos citat ex Sophocle. Mulier animal natura loquax, nulla re magis cohonestatur quàm ſilentio, maxime apud uiros, cum de rebus ſerijs agitur. Sumptum eſt ex Homero, apud quem eſt non ſemel illud,

Μῦθος δ' ἄνδρεσσι μέλῃσι. id eſt,

Fueritq; uiris oratio curæ.

Nec diuus Paulus ius facit mulieribus ut uel in eccleſia loquantur, ſed domi uiros ſuos interrogent.

Imitabor nepam. XCVIII

Imitari nepam dicitur, qui retrocedit. Id erit prouerbialius, ſi torqueatur in eum qui in deterius uſque degenerat, ἐπὶ τὰ μανδαβάλα. Nam nepa, quemadmodum autor eſt Feſtus Pompeius, Afrorum ſidus, appellatur cancer, uel, ut quidam putant, ſcorpius, qui & ipſe retrogradus eſt. Nonius Marcellus negat eam uocem aliud ſignificare quàm ſcorpium, ex M. Tullij De finibus lib. 5. Serpere anguiculos, natare anaticulos, uolare merulas, cornibus uti uideamus boues, nepas

Ayuntamiento de Madrid

aculeis, ſuam denig; cuiq; naturam eſſe ad uiuendum ducem. Citat & Manilium,

_Ad ſidera uectam
Erigonen, ictúq; nepam, ſpolioq; leonem. Hæc Nonius. At ſi nepa nihil eſt quam ſcorpius, mirum cur Cicero maluerit dicere nepam. Quanquam ſcorpio quoq; peculiare eſt retrocedere, ſi quid offendat, & cancer ictu uulnerat. Plautus in Caſina, Retrouerſum cedam ad parietem. Imitabor nepam.

Quod alius condiuit coquus, aliter condiam. xcix

Vbi quis rem omnem nouat ac perturbat, conueniet Plautinum illud ex eadem fabula, non dubium quin prouerbiali dictum forma.

Ibo intro, ut id quod alius condiuit coquus, ego nunc uicißim
Vt alio pacto condiam, quicquid prandij eſt, ut paratum ne ſiet,
Sietq; ei paratum, quod paratum non erat.

Odi puerulos præcoci ſapientia. c

Apuleius in apologia ſecunda, uerſiculum hunc neſcio ex quo poëta citat, ceu uulgo celebrem.

Odi puerulos præcoci ſapientia.

Vulgò inualuit opinio, ut credant puerulos maturius ſapientes, aut non fore uitales, aut dementes futuros, ſimul atque ad ætatem maturam peruenerint. Plinius lib. 7. refert Catonem Cenſorium uelut ex oraculo prodidiſſe, ſenilem iuuentam præmaturæ mortis eſſe ſignum. Et apud Senecam lib. Controuerſiarũ 2. controuerſia prima, Ceſtius de ingenio Alfij Flauij prædicare conſueuit, tam mature magnum ingenium non eſſe uitale. Talem puerum Sophocles ἀνδρόπαιδα uocat. Citatur autem hic uerſiculus ab interprete Pindari in Pythijs hymno 2. Ὦ ἀνδρόπαιδα δεσπότης ἀπόλεσα. id eſt, Puerum uirilem, dominus ipſe perdidi. ἀνδρόπαιδα uocat, quòd ætate puer, uiri ſapientia præditus eſſet. Adiutare licebit ad diſcipulum qui in ipſis ſtatim rudimentis ſibi placeat. Ariſtoteles libr. Rhet. 2. refert hanc ſententiam ex poëta neſcio quo,

Οὐ χρὴ τόδ' ὅτις ἀρτίφρων τὸ φυκ' ἀνὴρ
Παῖδας τιθεισοῦς ἐνδιδάσκειν σοφούς, id eſt,
Quiſquis ſapit, non unquam oportet, plus ſatis
Docendo pueros, mox philoſophos reddere.

CHILIADIS QVARTAE CENTVRIA II.

Δόρειος ἵππος. i



Οὔρειος ἵππος. id eſt, Dureus equus, de clandeſtinis inſidijs dicebatur, aut ubi repente complures apparerẽt, qui latebant antea. Sumptum ab equo Homerico, in quo Græcorum proceres abditi, repente proſilientes, Troiam ceperunt. Hunc Homerus Durateum appellat, ut Odyſſ. Θ. quòd trabibus eſſet contextus.

Αἶσα γὰρ ἦν ἀπολέσθαι ἐπὴν πόλις ἀμφικαλύψῃ
Δουράτεον μέγαν ἵππον, ὅθ' ἔατο πάντες ἄριστοι
Ἀργείων, Τρώεσσι φόνον καὶ κῆρα φέροντες. id eſt,
Fatum enim erat perituram urbem, ſimul ingrederetur
Durateus præcelſus equus, qui clauſerat omneis
Primores Danaũm, luctumq; necemq; ferentes Troianis.

Plutarchus in uita Themiſtoclis, narrat illum aliquando dono rogaſſe equum à Philide nutritore equorum. Eum is ubi negaſſet, comminatum fuiſſe ſe breui ex illius domo facturum equum Δουράτεον, ſignificans ſe crimina ipſius ac domeſticorum prolaturum in lucem. Nec inſcitum fuerit, ſi quis ludum alicuius eruditi, Durateum equum appellet, quòd ex eo breui tempore ſummi uiri prodierint. De laudatis uiris qui ſubito alicunde emerſerunt, apud eruditos frequens eſt, ut ex illius domo uelut ex equo Troiano, prodiſſe dicantur. M. Tullius Philippica ſecunda, ad egregij facinoris ſocietatem retulit. In huius me conſilij ſocietatem tanquam in equum Troianum includi cum principibus non recuſo. Ariſtophanes in Auibus, prouerbiũ detorquet in emphaſim roboris ac magnitudinis.

ἵππον ὑπόντων μέγεθος ὅσον ὁ Δόρις.

Interpres admonet alluſum ad equum æreum inſigni magnitudine, qui in acropoli ſtabat, Palladi dicatus à Charidemo, quod ipſa teſtabatur inſcriptio. Verum is ad imitationem equi Troiani compoſitus erat. M. Tullius actione in C. Verrem ſexta, Troianum equum accipit pro extrema calamitate: Quem concurſum factum in oppido putatis? quem clamorem? quem fletum mulierum, qui uiderent equum Troianum introductum, urbem captam eſſe dicerent &c. Portas per quas introductus fuerat equus Durius, Homerus Iliad. γ. σκαιὰς, hoc eſt, ſiniſtras appellat, quòd leua mente Troiani equum illum induxerint in ciuitatem. Idem pro Murena dicit equum Troianum intus eſſe, cum ſentit reipub. periculum eſſe à ciuili diſcordia: intus, inquit, intus eſt inquam, equus Troianus, à quo nunquam me conſule, dormientes opprimemini. Idem pro M. Cælio, An equus Troianus fuerit, qui tot inuictos uiros muliebre bellum gerentes tulerit ac texerit?

Cum adſit uia, ſemitam quæris. ii

δδὸν παρόντος τοῦ ἀτραπὸν ζητεῖς. id eſt,
Cum præſto ſit uia, tu requiris ſemitam.

Citatur ab Euſtathio in Odyſſeæ N. Eſt autem ἀτραπὸς ſemita, quæ diuerſa ſit à uia plauſtrorum, quam regiam uocant. Conueniet adagium in tergiuerſatores, qui quo præſens negotium ſuffugiant, diuerticula captant.

Ἐ culmo ſpicam conijcere. iii

Euſtathius Odyſſeæ ξ. enarrans hunc uerſum, quem nos alio citauimus loco,

ἀλλ' ἔμπης καλάμῳ γέ' ὀΐομαι ἀσφοδέλοιο
_Γνῶσκειν.

Oſtendit Vlyſſem ad prouerbium alluſiſſe, quod plene ſic efferatur. ἐκ καλάμης δῆλος ἐστὶν ὁ τεθεισμένος στάχυς. i. Ex culmo perſpicitur ſpica demeſſa. Etiam in ſene apparet cuiuſmodi fuerit iuuenis. Meminit huius loci Ariſtoteles lib. Rhet. indicans per metaphoram ſenectutem dictam culmum.

Βυσσοδομεύειν. iiii

Βυσσοδομεύειν. frequenter eſt apud Homerum, non citra prouerbij ſpeciem, pro eo quod eſt alto pectore moliri quippiam, & clanculum in animo ſtruere inſidias. Translatum à fundamentis ædificiorum quæ profunde iaciuntur Odyſſeæ P.

ἐσθλ' ἀγορεύοντες κακὰ φρεσὶ βυσσοδόμευον. id eſt,
Dicebant bene, ſed mente alta prauaſtruebant. Idem alibi,
Δόλον φρεσὶ βυσσοδομεύων. id eſt,
Fraudem alta mente uolutans.

Accerſitum malum. v

ὑπαισαγὸν κακόν. id eſt, Accerſitum malum dicitur, cuius ipſe tibi cauſam præbueris. Homerus Odyſſeæ Σ.

ἦ τάχα τίς σ' ἄτης ὑπασαγὸν κακὸν ἕξει. id eſt,
Næ mox perditus Irus habebit, quod ſibi quærit
Vltro malum.

Eurymnus. vi

Εὔρυμνος. id eſt, Eurymnus dictus eſt olim prouerbio, qui per calumniam conaretur fidos amicos inter ſeſe committere. Nam hic cum moliretur ſerere diſſidium inter Caſtorem & Pollucem, alterum apud alterum inſimulans, poſt deprehenſus, utrique grauiſſimas pœnas dedit. Hoc autem ferè ſolet accidere ijs qui malis artibus ſtudent dirimere eos quos inſolubili uinculo natura copulauit, ut uxorem & maritum, parentem & filium, ac fratres. Fit enim ut hi redeant in gratiam, & præteritæ ſimultatis pœnas utrique repetant ab autore.

Ayuntamiento de Madrid

autore. Id euenit Athenis Hyperbolo, qui Niciam ac Alcibiadem conatus est committere.

A furijs oriundus. VII

Ἐξαννῶν ἀποῤῥώξ. i. A furijs profectus. Olim dicebatur tetra, fœda, ſq; ſpecie, quiq; μανικὸν βλέπῃ. quemadmodum ait Ariſtophanes. Item quod noxium & exitiale ſit id à furijs ortum aiunt, quemadmodum Aiax in tragœdia,

ἆρα δι' ἐξαννῶν τοῦτ' ἐχέλκυσε ξίφος. id eſt,
An non mucronem hunc furia cudit tartari.

Similes uidentur captiuis ex Pylo. VIII

Ἐοίκασι Τοῖς ὀκ Πύλῳ λαφθεῖσι τοῖς Λακωνικοῖς. id eſt,
Captiuis mihi Similes uidentur è Pylo Laconicis.

Eſt apud Ariſtophanem, ἐν νεφέλαις. Dici ſolitum de ijs qui multu ſunt miſerando, nempe pallidi, ſqualidi, macilenti. Pylus ciuitas quæpiam Laconicæ, quam obſeſſam Cleon expugnauit. Qui uerò ſuperfuerant à cæde, ſecum abduxit Athenas extenuatos, confectos, pallidos, deformi ſpecie, ſicuti conſentaneum eſt accidiſſe, tum ob diuturnam obſidionem, præſertim in inſula deſerta, quæ rerum neceſſariarum copiam maligne ſuppeditabat, tum quod poſt expugnatam urbem complureis dies in uinculis habiti fuiſſent. Hæc fermè Zenodotus. de Pylo dictum eſt nobis aliàs in prouerbio, Pylus ante Pylum.

Γύργαθον φυσᾷς. IX

Γύργαθον φυσᾷς id eſt, Gyrgathum ſpiras, in inſanum fruſtraq; uociferantem iaciebatur. Gyrgathus lectus eſt, in quo paralytici, menteq; capti, quiq; uocantur dæmoniaci, uincti iactant ſeſe, multa minitantes, ſed fruſtra. Conueniet igitur in atroces ſine uiribus iras. Heſychius indicat Gyrgathon dici uas quoq; in quod piſtor coctos reponit panes. Græca uox à uoluendo dicta uidetur.

Decora teipſum. X

Γέραιρε σαυτὸν. id eſt, Honeſta teipſum. Iocus prouerbialis in eum qui ſe magnificentius gereret. Nam γεραίρειν uenerari eſt, & honorem habere.

Byzeni libertas. XI

Βυζίων παῤῥησία. id eſt, Byzeni libertas, ubi quis audacius liberiusq; loquitur. A Byzeno quodam Neptuni filio, cui mos fuerit mira in dicendo libertate uti. Stephanus commemorat Βυζίην Scythiæ ciuitatem, unde Byzeni. Eius gentis peculiare eſt intrepidè loqui.

ἀχρεόγιλως. XII

ἀχρεόγιλως, prouerbiali noueq; compoſito uerbo dicebatur nugator, quiq; rebus ineptis oblectaretur. Nam ἀχρεόγιλως perinde ſonat, quaſi dicas temere ridentem, quod uitij uel ſtultitiæ ſignum eſt, uel dementiæ.

Protinus apparet, quæ plantæ frugiferæ futuræ. XIII

Αὐτίκα καὶ φυτὰ δῆλα ἃ μέλλῃ καρπιμ' ἔσεσθαι. id eſt,
Protinus apparet quæ fructum planta datura eſt.

Vnde in pueris elucet indoles futuræ probitatis. Protinus in diſcipulo præſentire licet profectum futurum.

Perijt ſus. XIIII

Ἀπόλωλεν ὗς καὶ τάλαντον καὶ γάμος. id eſt,
Perijt mihi ſus, & talentum, & nuptiæ.

Dici ſuetum, ubi quis fruſtratus perdidiſſet operam impenſam. Natum à quodam, qui cum apparaſſet ad nuptias omnia, non eſt eas aſſecutus. Affine illi, Oleum & operam perdidi.

ἀμφιθαλὴς ἔρως. XV

ἀμφιθαλὴς ἔρως id eſt, Vtrinque florens amor, olim dicebatur, quoties uterq; pariter eſſet incolumis, ac mutuo reſponderet amore. Nam dimidiati dicimur, quoties amicus diſtrahitur, uelut altera pars noſtri. Extat apud Ariſtophanem in Auibus in calce fabulæ. Talem amorem in Eunucho optat Phædria: utinam eſſet mihi pars æqua amoris tecum. Congruit huic Pindaricum illud in Pythijs, φιλέων φιλέοντ' ἄγων ἄγοντα προφρόνως. id eſt, amans amantem, & ducens ducentem libenter.

Ex amphitheto bibiſti. XVI

ἀμφιθέτῳ ἔπινες. id eſt, Ex amphitheto bibiſti. Dicebatur in eum qui meracius ac largius potaret. Amphitheta enim erat poculi genus, ita factum, ut quauis ex parte poſitum ſtaret, nullumq; certum haberet fundum. Probabilius eſt quod inter uaria addit Heſychius. Amphitheton eſſe poculum quod ob magnitudinem ambabus tollitur ac reponitur, id Hollandi nautæ uocant buſam.

Pronomi barba. XVII

Πρωνόμου πώγωνα. id eſt, Pronomi barba, de prælonga dicebatur. Ariſtoph. in Concionat.

ἀργύρριος γὰρ ὁ πρωνόμου πώγων' ἔκειτο Λήθης. id eſt,
Hic uſq; latuit ergo Pronomi Argyrrhium
Geſtare barbam. Pronomus tibicen quiſpiam fuit prolixa barba, geſtamine non admodum appoſito profeſſioni, Quandoquidem tibicinum molliciem etiam prouerbia notant. Argyrrhius exercitus dux quiſpiam fuit effœminatus & cinædus, nihil habens uiri præter barbam. Taxatur eodem in loco, Epicratis oratoris cuiuſdam barba, cui ob id ipſum uulgari ioco cognomen inditum σακισοφόρῳ, teſte ſenario, quem Ariſtophanis interpres citat ex Platone comico.

ἄναξ ὑπτίων ἐπίκρατες σακισφόρε. id eſt,
Rex barbæ Epicrates ſcutifer.

Barbam ob ſimilitudinem ſcutum uocat, & alibi, ἅπασα καὶ μίσῃ σάκει πρὸς πώγωνα ἔχουσα. Ariſtoph. in eundem.

Κἀγὼ γ' ὑπερέπτης δι' ὀλίγῳ καλλίονα. id eſt,
Mihi barba multo pulchrior atq; Epicratis.

Conueniet igitur in quoſdam, qui alioquin molliſſimi, uultus ueſtium, ſeueritate, uitæ continentiam præferunt. Eſt frequens iocus apud Lucianum in barbam philoſophorum, Itidem apud Horatium, Iuſſit ſapientem paſcere barbam. Martialis item in huiuſmodi quendam iocatur.

Omnibus ueſtigijs inquirere. XVIII

πᾶσιν ἴχνεσι ζητεῖν. i. Omnibus inquirere ueſtigijs dicitur, qui ſumma cura, ſummaq; diligentia rem perueſtigat. Metaphora ſumpta eſt à uenatoribus. M. Tull. Actione in Verrem 4. Ex iſtis etiam tu retibus effugere te poſſe confidis? Quum te nos non opinione dubia, ſed tuis ueſtigijs perſequamur, quæ tu in tabulis publicis ac recentia reliquiſti. Rurſus in eadem, Vt omnes mortales iſtius auaritiæ non iam ueſtigia, ſed ipſa cubilia uidere poſſint. Item Actione ſexta: Illos ego accuſatores puto fuiſſe, qui huiuſmodi hominum furta odore, aut alicubi leuiter preſſo ueſtigio perſequebantur. Nam nos quidem quod facimus in Verre, quem in luto uolutatum totius corporis ueſtigijs inuenimus. In Oratione pro Cluentio: Quid? Albiana pecunia, ueſtigijs ne nobis odoranda eſt, an ad ipſum cubile nobis ducibus uenire poſſumus? Et paulo poſt: Cluentij nummus nullus iudici datus ullo ueſtigio reperitur. In Piſonem: An uerò tu parum putas inueſtigatas eſſe à nobis labes imperij tui, ſtrageſq; prouinciæ? quas quidem nos non ueſtigijs odorantes ingreſſus tuos, ſed totis uolutationibus corporis, & cubilibus perſecuti ſumus.

Apros immittere fontibus. XIX

Qui ſibi accerſit, optátue perniciem allatura, in hunc quadrat Vergilianum illud, Et liquidis immiſit fontibus apros. Neq; enim id ſine prouerbij ſpecie dictum apparet. Siquidem apri non tantum bibunt è fonte impreſſis pedibus, uerumetiam uolutant ſeſe.

E canis podice. XX

ὀκ κυνὸς πρωκτ. id eſt, E canis culo. Dictum uidetur à Luciano,

Ayuntamiento de Madrid

pro eo quod eſt, rebus anxijs atq; anguſtis, quòd ea pars arctior ſit huic animanti, quamobrem & excernunt difficilius. Nam aſſinum ſuum finit his uerbis, ἐνταῦθα θεοῖς σωτῆρσιν. ἵδυορ καὶ ἀναθήματα ἕθηκα, μὰ δία οὐκ ἐπ κακοὺς πρακτοῦ, τοῦτο δὲ τὸ ϝ λόγε, ἀλλ' ἀϝ ὅνε πεπειγόλας, διὰ μακρᾶ πάνυ, καὶ οὕτω δὲ μόλις οἴκαδε ἀνασωθεὶς. id eſt, Hic dijs ſeruatoribus rem diuinam feci, donaq; ſuſpendi, nimirum non è canis podice, quemadmodum uulgò dici conſueuit, quin magis ex aſſini curioſitate, poſt multum deniq; temporis, idq; etiam uix, domum incolumis reuerſus. Vulgò iactatur & in Zenonem, teſte Laërtio, quòd in canis poſtico de Rep. conſcripſiſſet, uel quòd nimis anxie, uel quòd inepte. Verum de hoc prouerbio meminimus alibi.

E' cantu dignoſcitur auis. XXI

Refertur & hoc à quibuſdam, etiamſi mihi nondum apud idoneos autores repertum, E' cantu dignoſcitur auis, alioqui non indignum quod in prouerbiorum ordinem allegatur. Senſus congruit cum illo, Qualis uir, talis oratio. Iactatur uulgò ſimillimum huic, E' plumis auem dignoſci, è cultu ſpectari uitam & ingenium hominis.

Canis ſæuiens in lapidem. XXII

Κύων ἀὲς ϝ λίθον ἀγανακτοῦα. id eſt, Canis indignans in lapidem. Competit in eos qui mali ſui cauſam imputant, non ipſi autori, ſed alteri cuipiam. Veluti ſi quis iracundiæ uitium iuuentæ, non ſtultitiæ attribueret, unde proficiſcitur. Plato libr. de Rep. 5. damnans eos qui cæſorum cadauera deſpoliant, ait hos perinde facere, ut ſolent canes ſæuientes in lapidem, eo qui iecit omiſſo. Pacuuius apud Nonium in armorum iudicio. Nam canis cum eſt percuſſus lapide, non tam petit illum qui ſe iecit, quàm eum ipſum lapidem quo ictus eſt petit.

Profundum ſulcum. XXIII

Βαθεῖαν ἄυλακα. i. Profundum ſulcum. Refertur & hoc in adagionum Collectaneis, addunt dictum de ijs qui cogitationibus profundis ac penitioribus rem expenderent. Sumptum eſt autem ex Aeſchyli tragœdia, cui titulus, ἐπὶ τοῖς ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας. In qua uerſus hi dicuntur de Amphiarao,

Βαθεῖαν αὔλακα διὰ φρενῶν καρπούμενον
ἀϝ ἧς τὰ κάλλιστα βλαστάνει βουλεύματα. id eſt,
Sulco è profundo pectoris fructum metens,
Rectæ unde cogitationes germinant.

Citatur aliquot locis in Moralibus à Plutarcho & à Platone ſecundo de Republica libro. Alluſit ad hoc prouerbium aliquot locis M. Tullius, ut in epiſtolis ad Atticum libr. 4. Ne βαθύτης mea, quæ in agendo apparuit, in ſcribendo ſit occultior. Rurſus libr. 5. Admirabere meam βαθύτητα, cum ſalui redierimus, tanta mihi μαλθακία huius uirtutis datur. Rurſum lib. 6. epiſt. 1. Nam nulla re ſum delectatus magis, quàm meam βαθύτητα in Appio tibi, liberalitatem in Bruto probari uehementer gaudeo. Mihi uidetur rectè quadraturum & in eos qui ſe metiuntur non ex aliorum opinione, ſed ex rectè ſeciſue factorum conſcientia.

Herniоſus uſq; ad gulam. XXIIII

Ἑρνὸς μέχρι ϝ μυκτῆρος. id eſt, Herniоſus uſq; ad gulam. Quadrabit in uehementer herniоſum. Carmen eſt apud Ariſtophanem in Equitibus,

Ἑρνὸν γενέσθαι δεῖ σε μέχρι ϝ μυκτῆρος. id eſt,
Sis herniоſus oportet ipſam uſq; ad gulam.

Ariſtophanis interpres oſtendit fuiſſe & apud Diphilum.

Benignior pellace uulpe. XXV

Ὦ πολεῖν ἵλαως ἀλώπεκος ἀλώπηξ. id eſt,
Pellace quanto eſt blandior uulpecula.

De eo qui commodi ſui cauſa ſimulat beneuolentiam. Archilochi uulpeculam commemorat Plato lib. de Repub. 2. ἐκ ἧς ὑπεκδὺς τὸ λοιπὸν, ὡς ἀληθῶς μοι οἱ σοφοὶ, καὶ τὴν ἀλώπεκα βιᾶται καὶ κύβεον σύνδεσμος, ἐπὶ τοῦτο δὲ ῥαπτέον ὅλως, πρόσωπα μὲν καὶ σχῆμα κύκλῳ περὶ ἑαυτὸν σκιαγραφίαν ἀρετῆς περιγραπτέον, τὸν δ' ἔτ σοφωτάτε ἀρχιλόχε ἀλώπηκα ἑλκτέον ἀζόπισθεν. id eſt, Itaque poſteaquam opinio, quemadmodum declarant homines ſapientia præditi, etiam ipſam ueritatem cogit, quod felicitatis eſt proprium, ad hanc ſanè prorſus incumbendum eſt, ac ſibi quiſque ceu ueſtibulum ac uirtutis umbram circumponere debet, ſed ita ut ſapientiſſimi Archilochi uulpem à tergo trahat. Hæc ibi Glauco laudans iniuſtitiam, quo Socratem ad iuſtitiæ prædicationem excitet. Archilochi uulpeculam commemorat & diuus Baſilius, cum aliàs tum in libello ad nepotes ſuos, & Philoſtratus in Imaginibus. Multi ſunt apologi de uulpis aſtutia, ex his quis ſit Archilochi, non ſatis liquet.

Non ut prior lædam, ſed ut iniuriam retaliem. XXVI

Senarium hunc quidam ex Olynthia Menandri citant, quidam ex Theriſtis Chæremonis.

ὡς οὐχ ὑπάρχων, ἀλλὰ τιμωρούμενος. id eſt,
Vt qui prior nolim malo laceſſere,
Sed iam datum malo retaliem malum. Conuenit cum illo Terentiano, Sic exiſtimet, reſponſum non dictum eſſe.

Non nauigamus ad Hippolaitas. XXVII

Οὐχ ἱππολάϊτας πειρατὰς πλοῦμες. Equidem ad hunc modum reperio ſcriptum in uulgatis exemplaribus, uerum ex his uerbis non uideo quæ ſententia poſſit exſcalpi. Dicam igitur quid mihi uero proximum uideatur, non quòd alios uelim protinus ſequi meam diuinationem, ſed ut eruditis coniectandi ueri qualemcunq; ſuppeditem occaſionem. Quid ſi legas, Οὐχ ἱππολαΐτας πειρατὰς πλοῦμες. id eſt, Non nauigamus ad eximios Hippolaitas, ut ſit admonentis, parcius utendum eſſe rebus præſentibus, neq; enim nauigari ad eum locum, unde rerum eiuſmodi copia exuberat, ut quod temere prodegeris, facilè poſſis ſarcire. Nam in Græcorum commentarijs hoc tantum adſcriptum inuenio, ἐπὶ τ βραχέα κεκτημένων. id eſt, De ijs qui pauca poſſident. Hippola uerò uetuſtiſſima ciuitas fuit Laconicæ, non procul à mari, quam olim conſentaneum eſt ob portus commoditatem, mercimonijs floruiſſe. Meminit huius Pauſanias in Laconicis his quidem uerbis, καὶ ἐπὶ θαλάσσῃ ναὸς ἔτιν ἀφροδίτης καὶ ἄγαλμα ὀρθὸν λίθε. ἐντεῦθεν ἀποσχόντι ϝ διακοσίε ϛαδίοις, ἐν ᾗ Ἑλεῖδες ἄκρα ταινάρε, καὶ πόλεως ἐρείπια ἱππόλας ἔτιν, ἐν ᾗ αὐτοῖς ἀθηνᾶς ἱερὸν ἱππολαΐτιδος. id eſt, Et ad mare templum eſt Veneris, & ſtatua recta lapidea. Hinc recedenti ſtadia triginta, oſtia ſumma Tænari, & ciuitatis Hippolæ ruinæ ſunt. Et in his Mineruæ phanum Hippolaitidis. Meminit huius urbis & Stephanus. Ne quam prætermittam coniecturam, & illud excute lector, num pro Hippolaitas legendum ſit Hippobotas. Is eſt populus Chalcidenſis, cuius meminit Plutarchus in uita Periclis, olim opibus, gloriaq; cum primis clarus. Nam ipſum nomen ab agrorum fertilitate inditum eſt, quaſi dicas equorum altricem, quorum regionem pulſis indigenis, & deducta colonia occuparunt Athenienſes. Huius rei mentionem facit & Herodotus in Terpſichore.

Epiphyllides. XXVIII

Refertur & hic ſenarius Ariſtoph. è comœdia quæ inſcribitur Ranæ, in prouerbia,

ἐπιφυλλίδες ταῦτ' ἔτι καὶ ϛομύλματα. id eſt,
Epiphyllides ſunt hæc & ampullæ meræ.

Eum aiunt conuenire in blandiloquos, & phaleris uerborum inſtructos magis, quàm egregijs factis. Epiphyllides enim Græcis dicuntur minutiores botri maioribus adhærentes. Calliſtratus omnes minutulos racemulos Epiphyllidas appellari ſcribit, quòd ſub pampinis lateant. Nam hinc nomen quòd foliis adhæreant. Eſt autem id luxuriantis arboris

Ayuntamiento de Madrid

arboris argumentum. Theocritus in Aita meminit de puſtulis naſo innatis, quæ mendacem arguunt. Id ſuo loco dicetur.

ἀπ' ἀκροφυσίων. XXIX

ἀπ' ἀκροφυσίων, prouerbialiter dicebant pro eo quod eſt, recens ab officina profectum, perinde quaſi modo productum à follibus, aruariáq; fornace. Nam ab his ſumpta metaphora. Ariſtophanes,

ῥήματά τε κομψὰ καὶ πάγια ἀπὸ λήκυθίων
Πάντα ἀπ' ἀκροφυσίων καὶ ἀπὸ κινναβρυμάτων. id eſt,

Dictáq; ſplendida, & luſus oſtentare, omnia à follibus & archetypis. Porrò cinnabeuma uocatur exemplar, & ſimulachrum ad cuius imitationem pictores ac ſtatuarij ſignum effingunt, ac repræſentant. Vnde quod nuper natum eſt, id ἀπὸ τ' κινναβρυμάτων uenire dicitur.

Super te hæc omnia Leparge. XXX

ἐπί σοι τάδε πάντα λέπαργε. id eſt,

Super hæc te cuncta Leparge.

Hemiſtichium heroicum dici ſolitum in eum, cui ne poſt laborem quidem exhauſtum datur reſpirare. Tranſumptum à bubus, quibus perfunctis iam agricolandi labore, labor is etiam reliquus eſt, ut aratrum, reliquáq; inſtrumenta domum referant. Ea ſolent imponi, qui ſit è duobus robuſtior. Taurum autem λέπαργον appellat, ob candorem pili. Videri poſſunt uerba aſini ſub onere collabentis ad bouem, qui rogatus ut ſarcinæ partem reciperet recuſauit, moxq; deficiente aſino, coactus eſt totam ſarcinam unà cum aſini pelle geſtare.

Laqueus auxiliari uidetur. XXXI

ἀμιὼς ὡς ἔοικεν ἡ πάγη. i. Laqueus ita ut uidetur & bono fuit. Dictitari conſueuit, quoties incommodum alicui uerteretur in bonum. Veluti ſi quis Turca bello captus, ſeruiret apud Chriſtianos, iſq; hac occaſione noſtræ religionis ſacris initiaretur. Aut ſi diues ad inopiam redactus, hac occaſione fieret ex luxurioſo ſobrius, ex impio pius, huc pertinet quod philoſophus ille, Zeno, ni fallor, dicebat ſe tum proſpere nauigaſſe, poſteaquam naufragium fecerat.

ἀμυχὴ πίναν. XXXII

ἀμυχὴ πίναν dicuntur qui hauſtim auideq; bibunt, nec inter bibendum ſpiritum reciprocant, ſed potum in aluum non ſecus atq; in dolium infundunt. Sonat autem ἀμυχὴ quaſi dicas, citra ſuctum. Traduci poterit ad eos qui ſermonem nullo delectu, nimis auide accipiunt. Aut qui immodica lectione obruũt ingenium, quum magis expediat, ſubinde cogitationem admiſcere lectioni. Similis potatio Græcis dicitur ἄμυξις, quod inter bibendum labia non claudantur.

Amphidromiam agis. XXXIII

ἀμφιδρομίαν ἄγεις. id eſt, Amphidromiam agis. Adagium ad uarios uſus poterit accommodari: uel ad eos qui pueros oſtentant, ac circumferunt, aut munuſcula captant, ambiuntq;. Sumptum à priſca conſuetudine, qua mulieres quæ in partu adfuiſſent, & in obſtetricando iuuiſſent, quinta poſt die manus abluere ſolent, ac puerum curſu laribus circumferre. Eoq; die munuſcula miſitabantur à cognatis, ſepiæ plerunq; & polypi, decimo à partu die nomen indebatur infanti. De munuſculis huiuſmodi meminit & Terentius in prima Phormionis ſcena. Et Plautus in Truculento, in qua fabula Phronesium meretrix Dinarcho cupienti accumbere in ſacrificio pro puero accititio, iubet potius illud agat, quod quinto die fieri conſueuit. Quanquam Heſychius & Amphidromiam ſeptimo die ſcribit celebrari ſolitam. Plato in Theæteto, τὰ ἀμφιδρόμια, uocat genere neutro. Idem facit Ephippus apud Athenæum lib. Dipnoſophiſt. 9.

Canens uitæ palmum. XXXIIII

ᾄδων τὸν σπάνιον ἢ βίον πρὸς ἄνηθον. i. Canens uitæ palmum ad anethum. De parco dictum, qui re tenui leuiculáq; tranſigit uitam, atq; interim exiſtimat ſe laute uiuere. Morem hunc quibuſdam eſſe uidemus, ut quum nihil apponant in menſa quod edi poſſit, ne ieiunum omnino conuiuium appareat, narrent fabulas, aut cantillent, ut his modis ciborum oblitionem inducant conuiuis.

Qui non litigat, cœlebs eſt. XXXV

Diuus Hieronymus tanquam prouerbio iactatum citat, Qui non litigat, cœlebs eſt. Indicat adagium rixoſum eſſe omne coniugium, nec eſſe tranquillam uitam, niſi in cœlibatu. Iuuenalis,

Semper habet lites, alternáq; iurgia lectus,
In quo nupta iacet: minimum dormitur in illo.

Adſtipulantur huic ſententiæ uerſus aliquot prouerbiales,

Χειμὼν κατ' οἴκους ἔρις γυναικὸς ἀνδρί. id eſt,
Mulier in ædibus atra tempeſtas uiro. Item,
Ζῆλος γυναικὸς πάντα συμπολεῖ δόμον. id eſt,
Incendit omnem fœminæ zelus domum. Item,
Οὐδὲν γυναικὸς χεῖρον οὐδὲ μὴ καλῆς. id eſt,
Muliere nil eſt peius, atq; etiam bona.

Sed Heſiodus, ut modeſtius, ita & uerius opinor.

Οὐ γάρ τι γυναικὸς ἀνὴρ λαίζεται ἄμεινον
Τῆς ἀγαθῆς, αἳ δ' αὖτε κακῆς ὀλίγῳ ἔλλο. id eſt,
Sors potior muliere proba, non obtigit unquam
Vlla uiro, contraq; mala nil tetrius uſquam eſt.

Præſtat uni malo obnoxium eſſe quàm duobus. XXXVI

Ariſtophanes in concionatricibus ſenarium hunc prouerbialem refert,

ἐνὶ γὰρ σωέχθαι κρεῖττον ἢ δυοῖν κακοῖν. id eſt,
Vni atq; genuinis præſtat inuolui malis.

Quoties utrunque malum euitari non poteſt, danda tamen opera, quo declinemus alterum, & in id quod minus habeat incommoditatis incurramus.

Vtrunque. XXXVII

Enarrator Apollonij citat hunc ex Callimacho uerſiculum,

ἀμφότερον κέντρον τι βοῶν καὶ μέτρον ἀρούρης. id eſt,
Vtrunq; eſt, ſtimulusq; boum, menſuráq; terræ.

Dici poteſt de re quapiam ad diuerſum uſum accommodabili. Quemadmodum ſuperius oſtenſum eſt de gladio Delphico. Sentit autem Callimachus de uirga, quam ἄκαιναν Græci uocant, Latini ni fallor, decempedam. Eam aiunt à Theſſalis inuentam, pedum longitudine decem. Hac eadem paſtores pedi uice conſueuerunt uti.

Chius. XXXVIII

Χῖος ἀπατᾶν. id eſt, Chius cacans. Ariſtophanis interpres in pacem, indicat prouerbio iactatum in eos qui contaminarent, conſpurcarentq; ciuitatem. Nam hac occaſione conſueuerunt calumniam ſtruere Chijs. Vnde non perperam accommodabitur & in illos qui captata occaſione calumniantur aliquem. Quemadmodum lupus Aeſopicus agnum accuſat, quòd ſibi bibenti turbarit aquam. Ariſtophanes in ea quam modo citaui fabula.

ἢ πόλις ἢ χίος δῆτ' ἢ σὺν τοῖσιν ὀφλήσεις.

Probabile eſt adagium ab euentu natum, quem refert Plutarchus in Apophthegmatibus Laconicis. Chij quum apud Lacedæmonios peregrinarentur, poſt cœnam uomuerunt in curia Ephororum, quorum apud eam gentem erat ſumma autoritas, quin & in horum cathedras in quibus ſedere conſueuerunt, incacarunt. Ac primum quidem diligenter inquiſitio facta eſt, qui nam hoc deſignaſſet ſcelus, ſeueriter animaduerſuris, ſi quis ciuium hoc perpetraſſet. Vbi ſenſerunt id à Chijs factum, per præconem edixerunt, Chijs permiſſum eſſe intemperanter agere.

Furari littoris harenas. XXXIX

Littoris harenas furari dicitur, qui rem ab omnibus neglectam & incuſtoditam tollit. Ouidius in Amoribus,

Ille

Ayuntamiento de Madrid

Ille poteſt uacuo furari littore harenas,
Vxorem ſtulti quiſquis amare poteſt.

Conuenit cum illo quod alibi retulimus ex Ariſtotele, ἐν ὑδρίαις τὴν ὑδρείαν. i. In foribus aqualem. Aptius per negationem uſurpabitur prouerbium, ut quis littoris harenas furetur?

Colubrum in ſinu fouere. XL

ὄφιν ἐν (ᾧ) κόλπῳ θάλπειν. i. Serpentem in ſinu fouere, dicitur, qui complectitur amore, ſtudioq; proſequitur hominem ingratum, & aliquando per occaſionem nociturum. Sumptum eſt ab apologo quodam qui Aeſopi nomine fertur. Eum Gabrias quidam iambis expreſſit in hunc modum,

ἔθαλπέ τις γεωργὸς ἐν κόλποις ὄφιν
Ὥρᾳ κρύους. ἐπεὶ δ' ἐθέρμηνε ἥδετο,
Επλαξε δ' ἄλγεσταπαγκάρδιον τάχος.
Οὕτω κακοὶ ποιοῦσι τοὺς διεργέτας. id eſt,
Sinu fouebat quidam agricola uiperam
Gelu rigentem, at hæc calorem ut ſenſerat,
Ferit fouentem, moxq; perimit uulnere.
Ingrati ad hunc benemeritos tractant modum.

Eſt & alter apologus, de gallina fouente ſerpentis oua, quam admonet hirundo, ne in ſuam perniciem foueat.

Præter Sibyllam leget nemo. XLI

Diuus Hieronymus irridens Iouiniani ſtilum, ut perturbatum & obſcurum, ſcribit Plautinarum literarum illud in eum quadrare. Has præter Sibyllam leget nemo. Eſt autem hic locus in Pſeudolo Plautina, ubi quidam literas ab amica ſcriptas irridens, notulis male concinnatis, cuiuſmodi ferme ſcriptura mulierum, Quærunt, inquit, hæ literæ ſibi liberos. Alia aliam ſcandit. Has quidem pol credo nemo niſi Sibylla legerit, interpretari alium poſſe neminem. An obſecro hercle, habentq; gallinæ manus? Nam has quidem gallina ſcripſit.

Nihil profuerit bulbus. XLII

Athenæus Dipnoſophiſtarum libr. 2. ſenarium hunc prouerbij nomine refert.

Οὐλέν σ' ὀνήσῃ βολβὸς ἂν μὴ νεῦρ' ἔχῃς. id eſt,
Neruis carentem iuuerit bulbus nihil. Martialis item,
Nil aliud bulbis, quàm ſatur eſſe potes. Bulbus autem ad irritandam Venerem ualet. Licebit ad uerecundiorem uſum trahere, Nil prodeſſe ſtudium, ni uis adſit ingenij.

Quæ dantur. XLIII

M. Tullius libr. epiſtolarum ad Atticum 6. Απογνὺς ἀλόγως ἃ ἀπίεν ἐπαπῶν, Αἰσχρόν τοι δῶρόν τε μύλην. Méque obiurgauit ueteri prouerbio, τὰ μὴ διδόμενα. Vtitur eodem & alio quodam loco. Non admodum liquet quid ſibi uelit, niſi quòd conijcere licet, τὰ μὴ διδόμενα, uerſum eſſe poëtæ cuiuſpiam: eſt enim hemiſtichium iambicum, quod admonet quod à fortuna datur, id boni conſulendum eſſe, & ferendum æquo animo, quod mutari non queat. Plato in Gorgia uidetur indicare prouerbium, νῦν ὑ ἐλεύσθω, καὶ ὡς ἔοικεν ἀνάγκη μοι νῦν τὸν παλαιὸν λόγον τὸ παρὸν ὦν ποιεῖν, καὶ τοῦτο λέγεσθαι τὸ διδόμενον παρά σε. id eſt, Nunc autem mendacio deluſus ſum, atque ut uidetur, neceſſe eſt mihi iuxta uetus prouerbium, Quod adeſt boni conſulere, idq; quod abs te datur accipere. λῶιον δ' ὅτι διδοῖς ἐπαίνει. alibi dictum eſt. Eodem pertinet: ut poſſumus, quando ut uolumus non licet.

Sydera addere cœlo. XLIIII

Addere cœlo ſydera pro eo quod eſt, adiungere quibus ipſis ſumma eſt copia, prouerbiali ſchemate dictum, uel illud ſat ſigni fuerit, quòd Ouidius ſecundo Elegiarum amatoriarum libro, duobus prouerbijs intertexuit,

Quid folia arboribus, pleno quid ſydera cœlo?
In freta collectas alta quid addis aquas?

Pamphili furtum. XLV

Παμφίλου νοσφισμός. i. Pamphili ſublatio. Pamphilus hic ueteris comœdiæ conuitijs notatus eſt, quòd ærarium expilaſſet. Conuenit in peculatores, qui è publico ſuffurantur.

Pegaſo uelocior. XLVI

Πηγάσου ταχύτερος. id eſt, Pegaſo uelocior. Hyperbole prouerbialis de præuelocibus. Nota fabula de æquo alato. Ita Pindarus Olymp. hymno 9. Καὶ ἀγάνορος ἵππου θᾶσσον καὶ ναὸς ὑποπτέρου. id eſt, uelocius & generoſo equo, & alata naue.

Crepitu probabis. XLVII

Πλαταγῇ δοκιμάσεις. i. Plataga probabis. De ijs qui ridicule explorant alterius in ſeſe animum. Sumptum à uulgari ioco puellarum, quæ impoſito pollici medioq; digito papaueris ſõlio palmam illidunt: quod ſi crepuerit, amoris argumentum eſt, ſin minus, non amantis indicium. Id Suidas indicat fieri ſolere ſõlio papaueris aut anemonæ, quod πλαταγώνιον dicitur ἀπὸ τοῦ πλατάσσω. id eſt, à ſtrependo. Alluſit ad prouerbium Ammianus libr. 14. Quod quum uerè & ex animo dicitur, ſolet amor ex leui crepitu monſtrari. Vnde locus erit prouerbio, ubi ex dicto ſimplici deprehenditur animus hominis. Apud alios πλαταγὼ reperio, pro inſtrumento quo mouemus ſtrepitum, & πλαταγῆν pro crepitum mouere.

Multa docet fames. XLVIII

Πολλῶν διδάσκαλος λιμὸς γίγνεται. id eſt,
Fames magiſtra eſt artium complurium. Ouidius,
Ingenium mala ſæpe mouent. Perſius, Ingeniq; largitor
Venter negatas artifex ſequi uoces.

Multorum feſtorum Iouis glandes comedit. XLIX

Πολλῶν πανηγύρεων Διὸς βαλάνους ἔφαγεν. i. Multorum feſtorum Iouis glandes comedit. De ſene longoq; plurimarum rerum uſu docto, perinde ualet quaſi dicas, multas uixit Olympiadas. Quercus autem Ioui ſacra: unde nuces iuglandes. Simili ioco & hodie dicunt noſtrates, comedit multa oua paſchalia: ſenem indicantes.

Prodico doctior. L

Προδίκου σοφώτερος. id eſt, Prodico doctior, Aiunt hunc Prodicum in dijudicandis litibus & arbitrijs inter diſſentientes amicos, acerrimi fuiſſe iudicij. Ariſtophanes in Centauro citante Suida,

ἐγὼ γὰρ εἴ τις ἀδίκως, θέλω δίκην Δοῦναι προδίκου. id eſt,
Ego namq; ſi quis præter æquum fecerit,
Prodicum uolo negotium cognoſcere.

Subeſt autem alluſio ad uocabulum nominis: Prodicus enim ueluti præiudicatorem ſonat, qui ante de lite pronuntiet, quàm ad iudices delata ſit. Fuit huius nominis & ſophiſta quidam, cuius meminit Plato locis aliquot.

Mendico ne parentes quidem amici ſunt. LI

Πτωχοῦ φίλοι δ' οὐ γεννήτορες. i. Mendico ne parentes quidem amici ſunt. Diuitiæ conciliant amicos, paupertas nec illos habet amicos quos natura coniunxit. Tantum ualet in hominum uita, cuius momentum oportuit eſſe leuiſſimum, ſi res non ex noſtris cupiditatibus, ſed ex uſu metiremur.

Malus ianitor. LII

Πυλωρὸς κακός. i. Ianitor malus. i. indiligens præfectus, aut cuſtos. Natum à dicto Thericyonis cuiuſdam, qui cum uideret Philippi copias, Iſthmicas anguſtias occupaſſe, ſic ait, κακὸς πυλωρὸς ὑμᾶς ὦ κορίνθιοι ἡ πελοπόννησος ἔχει. i. Malos ianitores uos ô Corinthij, Peloponneſus habet. Siquidem anguſtias locorum, Græci pylas. i. portas, appellant. Refertur à Plutarcho in Apophthegmatis.

Audi chelidonem. LIII

Πύθι χελιδόνος. id eſt, Audi chelidonem, id eſt, in tempore curato tua negotia. Quidam à theologo quodam ortum autumant, cui nomen Chelidoni. Nam aiunt huic fuiſſe morem

Ayuntamiento de Madrid

rem obseruatis prodigijs colligere rerum exitus. Atq; huius opinionis autor citatur Mnaseas Patrensis, ἐν ᾧ περίπλῳ. Nonnulli malunt ad auem hirundinem referri, quòd stridula sit auis ac lugubris, siue quòd ueris prænuntiet aduentum.

Ominabitur aliquis te conspecto. LIIII

Σὲ δ' εἰσιδόμενος ἄνθρωπος ἰδέσθω. i. Qui te conspexerit, augurium poterit capere. Dici consueuit in deformes, fœdoq; aspectu. Veteres ex primo hominis occursu sumebant omen. Occurrere formoso felix omen habebatur: occurrere deformi nigroq; contra. Romanus quidam imperator, Hadrianus opinor, ut erat omnium superstitionum obseruantissimus, ex Mauri cuiusdam scurræ occursu, mortem ominatus est. Ille iussus abire, dictum addidit ominosius: totum uicisti, totum feci sti, nunc deus esto. Nam imperatores defuncti, solennibus quibusdam cæremonijs referebantur in numerum deorum. Iuuenalis:

Et cui per medium nolis occurrere noctem.

Non admodum misces. LV

Οὐ μάλα κυκᾷς. i. Non admodum misces, id est, non multum potes, neq; prodesse, neq; nocere. Pericles dictus est totam misceuisse Græciam eloquentia sua, quod arbitratu suo uersaret omnia. Et apud M. Tullium omnia miscere dicuntur, qui immodica potentia perturbant reipublicam.

Asini cauda. LVI

Οὐκ ἔρια τίλλει ὄνος. i. Asini cauda non facit cribrum, ubi quis ad hoc, aut illud dicetur inutilis. Cribrum è pilis equinis fieri consueuit, non è uillis asininæ caudæ. Suspicor hoc ex huius ætatis fece sumptum ab Apostolio.

Ipso cratere. LVII

Αὐτῷ κρατῆρι γίνῃ κακά. id est, Ipso cratere contingant mala. Dicitari solitum de ijs in quos recidit, quod per insidias in alios moliebantur. Craterem enim quasi malorum fontem uocat, unde Κρατὴρ κακῶν. id est, Crater malorum, de quo dictum est aliàs.

Gutta uini. LVIII

Σταλαγμὸς εἷς μελίσσης χόανον ὕδατος ὁ μίγνυται. i. Gutta uini non miscetur aquæ mille congijs. Cum paululo boni nimia mali uis admiscetur. Diluitur enim & euanescit, si paruillum uini plurima corrumpat aqua.

Bos porrecto ultra Taygeton capite. LIX

Ταῦρος ὑπερκύψας τὸ τάυγετον ἀπὸ τῆς Εὐρώτα ἔπιεν. id est, Taurus porrecto ultra Taygeton capite bibit ex Eurota, de re uehementer absurda. Simillimum illi, Quid si cœlum ruat? Natum ex apophthegmate Geradæ Lacedæmonij, is ab hospite quopiam interrogatus, quæ pœna foret adulteris apud Lacedæmonios, negauit esse ullos adulteros apud Lacedæmonios. At instans ille quid si quis existeret, inquit, quam pœnam daret? Is, inquit, taurum maximum dependeret, qui producto ultra Taygetum montem capite, biberet ex Eurota, cumq; hospes arrideret, & unde taurus tam ingens? Lacedæmonius uicissim, at unde apud Lacedæmonios adulter? Refertur à Plutarcho in uita Lycurgi.

Ad cribrum dicta. LX

Τὰ πρὸς κόσκινον. i. Ad cribrum dicta. Quæ uera compertaq; uideri uellent, ad hunc appellabant modum. Finitimum illi, τὰ ἀπὸ τρίποδος & sumptum à diuinationis genere, quod suspenso circumactoq; cribro peragebatur, quemadmodum aliàs indicauimus ex Aristotele & Luciano.

Iouis tergus. LXI

Διὸς κώδιον. id est, Iouis tergus. De re sordida quidem, sed tamen in usum aliquem seruata. Nam olim uictimæ pellem seruabant in pompis Eleusinis circumferendam, uel substernendam pedibus eorum, qui piaculo quopiam tenebantur ad expiationem.

Mala ultro adsunt. LXII

Fertur & huiusmodi sententia in prouerbiorum Collectaneis, Διζημένοισι τἀγαθὰ μόλις παραγίνεται, τὰ δ' ἢ κακὰ καὶ μὴ διζημένοισι. i. Bona uix accedunt ijs qui quærunt: mala uel non quærentibus obtingunt. Idem & uulgo dicunt idiotæ, neq; tamen non uere: Mala ultro adesse, uel inuocata. Et tamen passim uitijs nostris accersimus bellum, lites, morbos, quasi sua sponte parum adsit malorum.

A' uicinis exemplum habent. LXIII

Ἀπὸ τῶν γειτόνων ἔχουσι τὸ παράδειγμα. id est, A' uicinis sumunt exemplum. Qui faciunt quippiam aliorum exemplo prouocati. Vicinus enim uicino morbum suum affricat, & malorum commercio reddimur deteriores. Huc nimirum alluſit Terentius in Andria,

Quid istuc tam mirum est, de te si exemplum capit?

My sortitus es. LXIIII

Ἔλαχες τὸ μ. id est, M. litera tibi sorte obtigit. Aenigma in stultos. Nam Græcè μωρὸς hanc initialem habent. Cum aliquando Dionysio M in sortibus obuenisset, quidam per iocum ait, μωρολογεῖς, διονύσιε. Stulta loqueris Dionysi. At ille detorquens aliò, μονομαχήσω μέν, inquit, singulari proinde certamine depugnabo. Ad hunc quidem modum refertur in Collectaneis Græcorum, sed mendosè, quod liquet ex Plutarcho, qui narrat Dionysium respondisse μοναρχήσομεν, quod interpretes uerterunt, Monarchæ erimus, decepti scripturæ uitio. Legendum enim μοναρχήσω μενῶ, ut μενῶ sit unica dictio, quæ non inferat tantum, sed aduersetur potius. Corrigit enim alterius diuinationem, & subijcit, imò potius ero monarcha: quis enim sic loquitur, erimus monarchæ. Ad hæc μοναρχήσομεν, non sonat erimus monarchæ, sed simus monarchæ. Postremo si legas, ἢν ut sit inferentis, non corrigentis, quid aliud dicit Dionysius, quàm ideo se fore monarcham, quod stultus esset?

In Pythij templo cacare. LXV

Ἐν πυθίου χέσαι. i. In Pythij templo cacare dicebatur, qui rem nefariam & periculosam faceret, quòd Pisistratus tyrannus extructo templo inscripserat, ne quis inibi uentrem exoneraret, & aduenam quendam deprehensum è medio sustulit.

In terra pauperem. LXVI

Ἐν γῇ πένεσθαι μᾶλλον ἢ πλουτοῦντα πλεῖν. id est,

Egere præstat in solo, quàm diuitem Sulcare fluctus.

Satius est paululum habere tuto, quàm multum cum periculo. Nec placebant cuidam opes de funibus pendentes, multo minus quas eripere uentis in manu est. Prouerbium admonet certum fortunam, licet modicam, incertis quamlibet amplioribus anteponendam.

Inter pueros senex. LXVII

Ἐν παισὶ μὲν γέρων, ἐν τοῖς γέρουσι παῖς. i. Inter senes puer, idem at in pueris senex. Conueniet in hominem grandiusculum, maiorem quàm ut puer uideri possit, minorem quàm ut uir. Dictum est autem ab æmulis in Hermogenem rhetorem. Accommodare licebit in hominem sic eruditum, ut inter idiotas uideri possit doctulus, inter eruditos indoctus.

In sola Sparta expedit senescere. LXVIII

Ἐν σπάρτῃ μόνῃ λυσιτελεῖ γηράσκειν. id est, Vna in Sparta expedit senescere. Dictum est, quòd apud Spartanos summus honos senibus habebatur olim. Torqueri poterit ad quoslibet, penes quos uirtus in pretio sit. Refert Plutarchus in Laconicis, sed incerto autore. Dictum autem à quodam hospite, cum uideret apud Lacedæmonios iuuenes tantum honoris habere senioribus. Marcus Tullius in Catone maiore, similem sententiam ascribit Lysandro. Lysandrum, inquit, Lacedæmonium dicere aiunt solitum, Lacedæmone esse honestissimum domicilium senectutis, Nusquam enim tantum tribuitur ætati, nusquam est senectus honoratior, Nota est historia de

sene

Ayuntamiento de Madrid

ſene, cui cum ingreſſo Theatrum, nullus Athenienſium daret locum, ſoli Lacedæmoniorum legati canitiem illius reueriti & aſſurgendi officio uenerati ſunt, & inter ipſos honoratiſſimum locum ceſſerunt: cui facto cum applauderet Athenienſium populus, quidam è Lacedæmonijs dixit: Scire quidem populum Athenienſem quid deceat, ſed negligere. Narratur à multis, nominatim à Valerio Max. lib. 4. cap. 5.

Ne maior thylaco acceſsio. LXIX

Lucianus in Encomio Demoſthenis: σοὶ δ' ἴσως ἐυλάβϛα τὸ ἀπὸ παροιμίας σκῶμμα ὅπῃ τὴν ἀσυμμετρίαν ἐπαγαγέσθαι, μὴ σοὶ μᾶλλον προσκέοιτο τὸ θύλακῳ. i. At tu fortaſſe uereris ne in te torqueatur illud prouerbiale dicterium, de male reſpondente proportione, nempe ne tibi thylaco maior ſit acceſſoria ſarcinula. Thylacus enim culeus eſt, ſiue mantica parata geſtandis oneribus. Neq; me clàm eſt in uulgatis exemplaribus eſſe τὸ ἐπίγραμμα, non τὸ ἐπίσαγμα, Verum niſi ſcripturam mutaris, nulla ſententia poteſt elici. Eſt autem ἐπίσαγμα à σάττω, uelut oneris adſertura. Translatum autem à mulionibus, qui præter legitimum onus uaſcula quædam ſuperimponunt. Ergo cum digreſſio longior eſt quàm ipſa res, uti licebit hoc prouerbio. Baſilius idem alijs uerbis expreſsit libro De ſpiritu ſancto, ἢ οὕτω γε ἂν τὸ ἐπιφόρημα πολλαπλάσιον ἦν τῆς κεφαλῆς. i. Ad iſtum alioqui modum acceſſorium multo maius eſſet ipſo principali.

Acarnici equi. LXX

ἀκαρνικοὶ ἵπποι i. Acarnici equi, qui dicebantur equi maximi. Finitimum illi cuius meminit etiam Ariſtoteles, ἵππῳ θεσσαλικῇ. i. Equa Theſſalica. Vergilius item in Georgicis tribuit primam laudem equis Epiroticis,

-Eliadum palmas Epirus equarum.

Acarnanes enim ſunt iuxta Epirum, quemadmodũ & Theſſali. Conueniet uti de re quàpiam eximia, aut inſigni præmio.

Contribulis factus ſerua ordinem. LXXI

Ξυνωμότης γεγονὼς τάξει τὴν τάξιν. i. Tribulis factus ſerua ordinem. i. poſtea quam aſcitus es in ordinem aliquem, fungere tuo officio, quemadmodum & cæteri faciunt. Natum à tribubus Athenienſium. Populus Athenienſis diſtributus erat in tribus duodecim, ad menſium numerum. rurſum una quæq; tribus in triginta genera, quemadmodum uocant, ad dierum numerum, unde γεννῆται uocabantur, non coniuncti ſanguinis propinquitate, ſed in eandem tribus partem aſciti.

Glaucus alter. LXXII

Γλαῦκος ἄλλος ἱππόβρωτος. i. Glaucus alter ab equis deuoratus. Quadrabit in hominem alendis equis exhaurientem facultates ſuas. A fabula natum, qualis fertur & de Acteone.

Gorgonem Perſeus aggreditur. LXXIII

Γόργονα περσεὺς ἐχείρωσατο. i. Gorgonem Perſeus adortus eſt, Vbi quis egregium facinus incæpsit. Notiſſima fabula eſt. Ne hoc quidem prouerbium aſſcripturus eram, ni mihi repertum eſſet in Græcorum Collectaneis.

Vincula Tyrrhena. LXXIIII

Δεσμοὶ τυῤῥηνοὶ i. Vincula Tyrrhena, dicebantur odioſa negotia quibus diſtringebatur aliquis. Traductum à uinculis quibus Tyrrheni captiuos uinciebant grauibus & moleſtis.

Diu delibera. LXXV

Δηρὸν βουλεύϛ. i. Diu delibera. Non ſtatim aggrediendum negotium. Carmen integrum fertur huiuſmodi,

Δηρὸν βουλεύϛ, ἵν' ἔχῃς καὶ πολλὸν ἀμείνων. id eſt,
Conſultato diu, multo ut præcellere poſsis.

Lente conſultandum, at ubi ſtatueris, maturè quod opus facto faciendum eſt. Qui ſecus faciunt, iis non raro ſolet euenire Platonicum illud, ut feſtinantes in principio, ſerius perueniant ad finem.

Epimenideum corium. LXXVI

ἐπιμενείδειον δέρμα. id eſt, Epimenidia pellis. De re repoſita, miraculiq; loco ſeruata. In nonnullis codicibus ſcriptum offendi Epimelidium, ſed deprauate, ni fallor: aſſcriptum erat huius pellem adſeruari abditam, ceu rem ſacram apud Lacedæmonios. Indicat autem Eudemus tractum ab Epimenide Cretenſi, qui legitur perpetuo ſomno dormiſſe 47. aut ſi Laërtio credimus, 57. annos, neq; paucos poſtea ſuperuixiſſe. Vnde conſentaneum eſt huius reliquias, ut miraculi monimentum ſeruatas fuiſſe.

Volaticum iuſiurandum. LXXVII

Ταχυβάμονες ὅρκοι. Ad eum modum appellabant iuſiurandum irritum, quod euaneſceret auolaretq;, ſimul atque pronuntiatum eſſet, cuiuſmodi ſunt amantium. Hæc ſententia magis arridet Suidæ. Quanquam Ariſtarchus apud Eudemum, κατ' ἀντίφρασιν accipit, quaſi tardum oporteat eſſe iuſiurandum, neque temere proferendum: neque enim ſtatim euaneſcere, ſi quid iuraris.

Superatus es à gallo quopiam. LXXVIII

ἀττάγης τινὸς ἀλεκτρυόνος. i. Superatus es à gallo quopiam. Locus prouerbialis in ſeruos qui dominos à tergo ſequuntur, ſupplices uidelicet & abiecti, cuiuſmodi ſolent eſſe galli ſuperati in pugna. Nam hæc auis uicta, ſilere ſolet, canere, ſi uicciſſet, ut autor eſt Cicero in Diuinationibus. Addunt gallum in pugna ſuperatum ultro ſequi victorem. Sumptum eſt ex Ariſtophane, niſi me fallit memoria. Refertur ab Eudemo.

Βατακάρας. LXXIX

Βατακάρας, De pinguibus dictum & impotentibus Eudemus meminit, addens eſſe legendum κατὰ συρολιῶ. Quibus uerbis quid ſibi uelit, nondum ſatis liquet, niſi ſenſit exprobratam ingenij tarditatem. Etenim quæ uiuido ſunt ingenio, caput erigunt. Capite eſſe deiecto hebetioris ac ſegnioris animi ſignum eſſe ſolet. Nam Græca uox hinc dicta eſt. βατὰξ enim, ut indicat Heſychius, apud Tarentinos pronum ſignificat, & κάρα caput. Vnde βάττάρα Thracibus dicuntur Bacchæ, Bacchi numine afflatæ, quæ & Baſſarides dicuntur, ut indicat Etymologicus. Hinc uox deducta ad meretricem quæ ſe proſternit quibuslibet. Apud Athenæum lib. 4. καρηβαροῦντες dicuntur, qui crapula grauatum habent caput. Conueniet in tenulentum ac ſomnolentum. Quemadmodum uſurpauit diuus Baſilius in Epiſtola quadam.

Exæquo partire. LXXX

Ἐξίσου δίδου πᾶσιν. i. Ex æquo da omnibus. Translatum ab ijs qui conuiuium aut hæreditatem partiuntur. Quadrabit in iudicem, aut principem quem oportet æquabile ius reddere.

ἐπάυλια δῶρα. LXXXI

ἐπάυλια δῶρα, dicebantur magnifica munera: ſic enim appellabantur apud Græcos, quæ poſtero poſt nuptias die ſponſæ pater adducebat ſponſo ac ſponſæ, pompæ cuiuſdam ſpecie. Præcedebat enim puer candida toga, facem geſtans ardentem. Poſt hunc caniſtrifer, poſt hunc longa ſeries adportantium aurum, pelues, ſmegmata, lecticas, pectines, lectos, alabaſtros, ſandalia, ſcrinia unguentaria, interdum & dotem ipſam. Addunt & ipſum diem à nuptijs ſecundum ἐπαύλιον, quòd ſponſa tum inducatur in cubile. Adagium accommodari poterit & in eos qui iactant ſuam beneficentiam. Opinor autem hæc eſſe quæ iureconſulti uocant παράφερνα.

In pedes retrocedit. LXXXII

ἐπὶ πόδα ἀναχωρεῖ. id eſt, In pedem retrocedit, de eo qui metuit locum potentiori, & reuocat ſe in tutum, ab athletis aut gladiatoribus ſumptum uidetur. Hoc eſt quod Latini dicunt referre pedem. Quadrabit & in eos qui mutant inſtitutum.

In armis acciſſat. LXXXIII

ἐπὶ τοῖς ὅπλοις ἀκκίζεται. id eſt, In armis acciſſat. In eum qui ſibi placet

Ayuntamiento de Madrid

placet, sesēq; quasi contemplatur in armis suis. Conueniet in quemuis sibi stultè placentem. Refertur præter alios etymologico. De Accone muliere quæ ad speculum inepte sibi blandiebatur, dictum est alibi in prouerbio Accissare.

In Lipsydrio pugnas. LXXXIIII

Ἐπὶ Λεψυδρίῳ μάχῃ, i. In Lipsydrio pugnas. Lipsydrium locus erat haud procul à Parnethe, quem mœnibus cinxerant tyranni qui profugerant ex urbe, prius condiderant Alcmæonidæ, sed in hos obsessos, victosq; à Pisistrati copijs, obliqua cantio cani cœpta est huiusmodi. ἀλλ' ἀλλὰ Λεψυδρίου προδοσίταρον οἷος ἄνδρας ἀπώλεσας, μάχιον δ' ἀγαθός γε καὶ δικάζειν ὅπερ ἔδει ξὺν οἷον πατέρων ἦσαν. i. Heu heu Lipsydrion, sociorum proditor, quales uiros perdidisti, ad pugnandum idoneos & claros, cum ostenderent è qualibus essent orti maioribus. Prouerbium dictum in strenuos & bellicosos uiros. Locus nomen habet ab aquarum inopia.

Desertum obtueri. LXXXV

Ἔρημον ἐμβλέπειν. i. Desertum intueri dicebatur, qui fixis & attonitis intueretur oculis. Metaphoram mutuati sunt ab ijs qui pelagus immensum, aut solitudinem taciti intuentur. Multis adest hoc oculorum uitium, ut paulo longius semoti non exacte uideant. Iis siquando dicendum est in hominum frequentia, quoniam in neminem certo figunt oculos, desertum intueri uidentur. Citatur Aristophanes ex Polyido.

Esto promus. LXXXVI

Ἔσω ταμίας, τἄλλα δ' ἐὰν βέλῃ κύων. id est,

Sis condus, in reliquis canis esto si libet.

Aiunt dictum in eum cui felicitas immerenti contigisset, peculiariter in Eunuchos. Suidas indicat Athenis fuisse magistratum decemuiris commissum, qui pecunias in arce Palladis positas seruarent, quas sacras & publicas appellabant, una cum ipso Palladis simulacro, ac reliquis templi ornamentis. Erant & Tamiæ triremium, qui præfectos triremibus solent comitari, ueluti custodes. Is magistratus interdum furacibus committebatur, cum oportuerit incorruptos atque integræ fidei uiros ad id asciscere, quasi nihil referret qualis suscipias prouinciam, modo commissa sit. Per ironiam dici potest ei qui dignitatem inuadit, nihil laborans quam eruditionem, quósue mores postulet ea dignitas, quasi dicas esto, dignitate episcopus, moribus uel canis, si libet. Solent autem reges gazas suas & uxores eunuchis committere.

Ephemeri uita. LXXXVII

Ἐφημέρου ζωή id est, Ephemeri uita. De ijs qui statim emoriuntur aut pereunt: ab animantibus quæ sic appellantur, quòd ultra diem non uiuant. Aristotcles lib. De natura animal. 5. prodit ad hunc modum de Ephemeris: Hypanis, inquit, fluuius apud Cimmerium Bosphorum sub solstitio fert ueluti folliculos acinis maiores, quibus quadrupedes uolucres erumpunt, quod genus animalis in postmeridianum tempus usque uiuit & uolat, mox declinante sole marcescit ac languet, mox occidente emoritur, uita non ultra unum diem peracta, unde ἐφήμερον appellatum. Retulit similia Plinius libr. 11. cap. 36. nisi quod ait animal dictum ὑμερόβιον. Aristotelem citat. M. Tullius Tusculanarum quæst. libr. 1. addens Hypanim ab Europæ parte profluere in Pontum.

Canis mendico auxilians. LXXXVIII

Κύων ψῷ πτωχῷ βοηθῶν. i. Canis mendico auxilians. Vbi quis nobis aduersatur, & diuersis studet partibus, is cuius auxilio nitebamur. Nam canes infesti sunt mendicis, ueluti ἐμετέχοντες, nisi si quando frusto panis corrumpuntur.

Iuppiter aquilam delegit. LXXXIX

Ζεὺς ἀετὸν ἕλετο. id est, Iuppiter aquilam delegit. Vbi quis asciscit sibi præclaros suisq; rebus accommodos. Poëtæ fingunt aquilam Ioui fulmen porrigere, quòd hæc auis omnium altissimè subuolet, nec ictu fulminis lædatur. Eiusdem usus est opera in rapiendo catamito puero.

Aut minus animi, aut plus potentiæ. XC

Ἢ φρονεῖν ἔλαττον ἢ δύνασθαι δεῖ μεῖζον. i. Oportet aut minus animosum esse, aut plus posse. Conuenit in feroces, quorum arrogantiæ non supperant uires. Aut qui non timent iritare, quem uincere non possunt. φρονεῖν accipi potest pro sapere, qui sunt humili fortuna, ijs multa dissimulanda sunt, quando quidem quod uident perperam fieri, non queant uetare, & quod sentiunt fieri oportere, non possunt efficere. Plutarchus in Laconicis tribuit Archidamo Zeuxidami filio, cum filium uideret præcipitantius & inconsideratius pugnantem cum Atheniensibus: ἢ τῇ δυνάμει πρόσθες, ἢ τῇ φρονήματι ὕφες. i. Aut adde uiribus, aut detrahe animo.

Felicitas à Deo. XCI

Θεὸς ἢ δαίμων ὅτῳ δὴ τυχεῖν βροτός. id est,

Felicitas datur deùm homini munere.

Vt res nostræ bene cedant, id in nobis situm non est, sed à superum arbitrio pendet. Hominũ est conatus, Dei est euentus.

Hystricis seta. XCII

Θρὶξ ὕστριχος. i. Pilus hystricis dici poterit, dicterium acriter in quempiam tortum. Ab animante sumptum, cui mos irrito, pinnas aculeatas quibus illi tergum inhorret, teli ritu eiaculari, etiam procul, idq; facit intenta cute. His igitur ora canum urgentium figit. Est autem hystrix de genere Erinaceorum, nisi quòd huic longiores aculei. India & Africa potissimum hystrices generat, ut autor est Plin. lib. 8. cap. 35.

Alter Ianus. XCIII

Ἰανὸς ἕτερος. i. Ianus alter. Quadrabit uel in prouidum ac circumspectum, uel in ancipitem & perfidum. Persius:

O Iane à tergo cui nulla iconia pinsit.

Sumptum à Iano bifronte, cuius notior est fabula, quàm ut sit hoc loco percensenda.

Veste circumfers ignem. XCIIII

Εἱμάτιον τὸ πῦρ περιφέρεις. i. Veste circumfers ignem, ubi quid ridicule fit. Aut ubi quis suum ipsius malum fouet, ueluti scortum, aut adulatorem, aut fictum amicum.

Erinnys ex Tragœdia. XCV

Ἐρινὺς ὡς τραγῳδίας. i. Erinnys ex tragœdia. De fœdis aniculis. Sumptum ex Aristoph. Pluto, quo loco dictum est de Penia:

Ἴσως ἐρινύς ἐστιν ὡς τραγῳδίας. id est,

At forsan est Erinnys ex tragœdia.

Strabo Geographiæ lib. 4. tradit insulas esse 10. in occano Gaditano, nomine Cassiterides, quarum una prorsus inculta sit, in reliquis habitare homines colore fusco, tunicis utentes ad talos usq; demissis, pectoribus cingulo obuinctis, baculos manu gestantes, in summa, persimiles furijs tragicis. Quibus ex uerbis apparet hoc habitu furias in tragœdijs induci solere.

Æqualitas haud parit bellum. XCVI

Ἴσα πόλεμον οὐ τίκτει. id est, Æqualitas bellum haud parit, Æqualitate continetur concordia. Æqualitas discordiarum est mater. Est Solonis apophthegma, quemadmodum scribit Plutarchus in huius uita, admonens dictum hoc fuisse uulgò celebre, τὸ ἴσον πόλεμον οὐ τίκτει.

Piscis primum à capite fœtet. XCVII

Ἰχθὺς ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ὄζειν ἄρχεται id est, Piscis à capite primum incipit putere. Dictum in malos principes, quorum contagione reliquum uulgus inficitur. Apparet ab idiotarum uulgò sumptum.

Etiam Bætylum deuorares. XCVIII

Καὶ βαίτυλον ἂν κατάπινοις. i. Etiam Bætylum deglutires. In uoracem & omnia concoquentem. Nam Bætylus dicitur saxum illud fasciis obuinctum, quod pro Ioue deuorauit Saturnus, ut testatur & Hesychius.

Malum

Ayuntamiento de Madrid

Malum uas non frangitur. XCIX

Κακὸν ἄγγος ὃ κλᾶται. *i. Malum uas non frangitur. Qui deterior, is nonnunquam uiuacior, & in periculis tutior. Simili metaphora dicunt et hodie uulgò malam herbam non perire.*

Etiam quercus bacchatur. C

Καὶ δρῦς μαινὰς ἐγένετο. *i. Etiam quercus Mænas facta est. De ijs qui uix deliniuntur: ab Orphei fabula, quercus sua citharæ demulcente. Menades enim sunt mulieres afflatæ Baccho.*

CHILIADIS QVARTAE CENTVRIA III.

Vita molita. I



Ἀπλεσμένος βίος. *i. Vita molita, siue uictus, ut ita loquamur, farinatus. Suidas indicat adagium uariè accipi. Quosdam usurpare de uita priscorum, qui glandibus uescebantur, fortassis ob id quòd illis seculis ignotus adhuc esset carnium & piscium esus, solaq; glandium farina uictitarent mortales: Alios de his quibus citra laborem uita lauta contingeret, propterea quòd aliquandiu post frumenta reperta, farinæ faciendæ ratio nesciretur. Est autem farina paratior, si cui libeat uesci. Alioqui proscindendum aruum, serendum triticum, metendum, excutiendum, molendum, pinsendum: Nonnullos de ijs qui in magna rerum, quas desiderarent affluentia, uitam agerent, ut affine sit illi quod alio positum est loco, ὁ γὰρ ἄκανθος i. Non enim spinæ. Cæsar commentariorum lib. 1. Trium mensium molita cibaria sibi quenq; domo efferre iubent. Huc alludere uidetur Aristoph. in Equitib. quum Cleon populo blandiens ita loquitur.*

ἀλλ' ἄλφιτ' ἤδη σοι πολὺ ἐσκευασμένα. *id est,*
At ego paratas tibi farinas iam dabo.

Cui respondet altera persona,

ἐγὼ γὰρ μαζίσκας γε διαμεμαγμένας
Καὶ τἄψον ὀπτὸν μυδὲν ἄλλ' ἅμ' ὄδατι. *id est,*
Bene maceratas ego dabo tibi massulas,
Pisceq; coctum, nil aliud quàm uescere.

Hoc posterius pertinet ad prouerbium quod ante retulimus, uictus maceratus, Rursus in eadem fabula, quum Cleon offerret μαζίσκας μεμαγμένας, alter respondet,

ἐγὼ δὲ μυσίλας μεμυσιλημένας, *panem intelligens iam iure maceratum ac madefactum, & ob id paratum esui. Ac mox offert uinum iam temperatum, ut statim posit bibi,*

ἔχε καὶ τριῶν κεκραμένον ἓξ καὶ δύω. *id est,*
Dilutum habe, quod ebibas, tria ac duo.

Nam olim uinum non bibebatur nisi aqua dilutum, quod apud Germanos insuetum est. Optimam autem temperaturam existimabant, si tribus uini cyathis duo aquæ adderentur. Porrò quæ parata sunt, ea gratiora esse paulo post declarat populus. Quum enim alter iactaret se suo periculo rapuisse quod dabat, alter coxisse, respondet,

ἔπειθ' ὁ μέν, ἀλλὰ σὺ παραδέντος οὐ χάεις. *Significans illi deberi gratiam, qui cibum paratum apposuerit.*

Malum est bonum. II

Κακὸν τὸ καλὸν ἔστι μὴ κατὰ τύχην. *id est,*
Bonum malum sit, tempore haud datum suo.

Nihil gratum quod intempestiuum. Pharmacum in tempore datum, saluti est, secus datum, mortem adfert. Citatur apud Athenæum lib. 7. hic uersiculus ex Timone,

Ὥρη ἐρᾶν, ὥρη γαμεῖν, ὥρη πιπαύεσθαι. *id est,*
Tempus amandi, tempus habendæ coniugis, est quod
Rebus ab his tandem moneat desistere tempus.

Caricum sepulchrum. III

Καρικὸς τάφος. *id est, Caricum monumentum. De re magnifica sumptuosaq;. Sumptum à Mausoli sepulchro, quod est apud Caras. Plinius libr. 36. cap. 5. ostendit opus hoc inter septem orbis miracula commemoratum, idq; potissimum ob artificum famam. Patebat ab austro & septentrione sexagenos ternos pedes. Breuius à frontibus, toto circuitu pedes quadringentos undecim. Attollebatur in altitudinem uiginti quinque cubitis. Cingebatur columnis quadraginta sex. Ab oriente cælauerat Scopas, à septentrione Bryax, à meridie Timotheus, ab occasu Leochares. Opere nondum absoluto periit Artemisia. Latini huiusmodi monumenta uocant mausolea. Martialis lib. 1.*

Aëre nec uacuo pendentia mausolea,
Item Propertius lib. 3.
Nec mausolei diues fortuna sepulchri.

Malum munus. IIII

Κακόν γε δῶρον ἴσον ὀργὴ ζυμίᾳ. *id est,*
Munus malum est perinde uti dispendium.

Nocet, non iuuat, qui largitur noxia. Veluti si quis adulescenti subministret pecuniam, aut stulto commutat imperium, aut indocto sacerdotium.

Inani spe flagrat. V

Κενεῖσιν ἐλπίσι θερμαίνεται. *id est, Inanibus spebus incenditur. In eum qui frustra sibi magna pollicetur. Spes enim stultis addit animos, etiamsi procul absint. Sapiens etiam si sperat, dissimulat. Decerptum apparet ex Sophocle, apud quem Aiax ita loquitur,*

Οὐκ ἂν πρεπαίμην δόλιον λόγον βροτῶν,
ὅς τις κενοῖσιν ἐλπίσιν θερμάνεται. *id est,*
Haud emero uirum mente nulla præditum,
Quemcunq; inanes spes mouent & incitant.

Aeschines contra Timarchum, ἐλπίδων κενῶν ἐμπλήσας. i. Postea quam illum implesset inanibus spebus.

Voluitur dolium. VI

Κυκλισθαι δὸς τῷ. *id est, Reuolutum est dolium. In eum qui commouetur alieno exemplo, siue instinctu ad stulte quid faciendum. Nam dolium facili impulsu quò uelis uoluitur. At sapiens tetragono similis, semper fixus & immotus. Apparet esse natum ab historia de Diogene in publico ciuitatis tumultu uoluente dolium, quam refert Lucianus lib. De conscribenda historia.*

Ceram auribus obdis. VII

Κηρὸν τοῖς ὠσὶν ἐπαλείφεις. *i. Ceram auribus oblinis. In eos qui recusant audire uel æqua, uel iniqua. Natum ab Vlyssis cera, qua suas ac sociorum aures obturat apud Homerum, aduersus Sirenarum cantilenas.*

Corui luscinijs honoratiores. VIII

Κόρακες ἀηδόνων ἀηδεσιμώτεροι. *i. Corui luscinijs honoratiores. Cum indocti doctis præferuntur, improbi probis, blaterones eloquentibus, rapaces ac furaces cordatis & integris uiris. Aut cum plus tribuitur improbitati & audaciæ, quàm eruditioni ac sapientiæ.*

Commune naufragium. IX

Κοινὸν ναυάγιον τοῖς πᾶσι παραμύθιον. *id est, Commune naufragium, omnibus solatium. Multo facilius fertur malum quod nobis est cum omnibus, aut cum multis commune. Quin & hodie iactatur inter Scholasticos, miserum est solatium habere calamitatis socium.*

Cypariſsi fructus. X

Κυπαρίττου καρπὸς. *id est, Cypariſsi fructus, de uerbis dictu magnificis, cæterum inutilibus. Prouerbium fluxit à natura arboris, quam Plin. lib. 16. scribit, natu morosam esse, fructu superuacuam, baccis toruam, foliis amaram, odore uiolentum, ac ne umbra quidem gratiosa: Hactenus Plinius. Atq; huiusmodi cum sit, tamen proceritate, unde & conifera uocatur à poëtis, ac perpetuo uirore, neque non nascendi difficultate,*

nouum

Ayuntamiento de Madrid

nouum aliquem fructum polliceri uidetur. Theophraſtus autem lib. De cauſis plantarum 1. ſcribit ſemen cupreſſi adeo eſſe minutum, ut uix oculis percipi poſſit. Neque enim huius eſſe fructum totum id quod pilæ ſpeciem gerit, ſed quod conoinnaſcitur, perquam tenue & exile, laricis ſemini proximum, quod pilula ſua dehiſcente dilabitur, nec legi niſi ab experto poteſt.

Ματτυάζειν. XI

Athenæus Dipnoſophiſtarum lib. 14. refert cibi genus, primum à Theſſalis repertum, ſed quod Athenis quoq; fuerit in deliciis, cum ſubeſſent imperio Macedonum, quorum lingua dicebatur μάττυα, à Græca uoce μάττω quod eſt pinſo, ſiue macero: unde dicta ſit & μάζα, quæ & ipſa prouerbio locum fecit, ut ὑπερμαζᾶν dicerentur, qui lautius uiuerent: poſt quicquid eſſet opiparum & elegans in cibis, μάττυα dicebant, etiam in auibus, piſcibus, oleribus ac fartis, & ματτυάζειν, qui ſumptuoſiùs uiuerent. Citantur in teſtimonium uerſus ex Alexide,

Σκεύαζετ', ἀλωχᾶσθε, προπόσεις τίθετε,
Λέπεσθε, ματτυάζετε. id eſt,
Facite apparatus & epulis incumbite,
Lepamini atque mattyazete.

Cæterum Atticis λέπεσθαι dicuntur, qui intemperanter indulgent Veneri, huc ni fallor alludentibus quod λεπίζω ſonet deglubo, quæ uox & Latinis uſurpatione facta eſt obſcœna. λέπος enim Græcis pellem ſignificat. De Mattyis qui plura uolet cognoſcere, legat finem 14. libri, quem modo citaui, & mattyis explebitur affatim. Tot autoribus Athenæus docet quid ſit mattya. Idem libr. 4. tradit apud Lacedæmonios ματτύω dicta bellaria quæ poſt ἄκλῳ, id erat conuiuij genus, apud illos dabantur, quæ quidem & ἐπαίκλα uocabantur. Meminit huius cibi & Martialis lib. 9. Mattya ſola iuuant.

Matiolœchus. XII

Ματιολοιχὸς uulgato conuitio dicebatur liguritor, & in minimis etiam rebus exquiſitus. Quin & Heſychius indicat quod puſillum ſit, id Græcis dici μάτιον. Aiunt autem eſſe cibi genus. Equidem in commentarijs Græcorum inuenio, μάτιον uocari, quod eſt minimum, aut genus menſuræ. Proinde quadrat in eos qui per fraudem minimis è rebus ſectantur compendium, ἀπὸ τῆ ματίς καὶ λοχεῦσαι, niſi mauis à λέχειν. Vſurpatur ab Ariſtophane in Nebulis, inter multa epitheta, quibus uirum improbum notat. Interpres tam uariè exponit ut ſatis fateatur ſe neſcire, ſcribens dici de eo qui malignam dat menſuram, de parco ac ſordido, de eo qui cogitat inania ſiue nanciſcitur friuola.

Poſt Marathonem pugna. XIII

Μετὰ τὴν μαραθῶνα μάχη. id eſt, Poſt Marathonem prælium. Vbi quis poſt calamitatem in aliam nouam rurſus incidit. Marathon locus eſt Atticæ, crebris cladibus inſignis, ubi acerrima pugna fuit cum Perſis. Refert Herodotus lib. 6. Simile huic, μετὰ πόλεμον ταραχή. Poſt bellum tumultus.

Ne uities muſicam. XIIII

Μὴ κακόργει τὴν μουσικήν. id eſt, Ne uities muſicam, id eſt, ne loquaris diſcrepantia, ne noua moliaris, Plutarchus in Apophthegmatis refert ita loquutum Emerepen, in Phrynidis cantoris organo duas ex nouem incidentem fides, quòd ſeptem ſatis eſſe duceret.

Aſtutior coccyce. XV

Μηχανικώτερος κόκκυγος. id eſt, Coccyce aſtutior, dicebatur, qui aſtu ſibi conſuleret. Sumptum ab auis ingenio, ouas ſuis ſibi ſcientis in nidos alienos, maximè palumbium, de qua abunde Plinius & Ariſtoteles.

Heſperidum mala. XVI

Μῆλα ἑσπερίδων δωρεῖσθαι. id eſt, Mala Heſperidum largiri dicuntur, qui magna ſplendidaq; largirentur. Nota eſt fabula de malis aureis. Huc alluſiſſe uidetur Maro noſter in Bucolico carmine.

Aurea mala decem miſi, cras altera mittam.

Solæ Lacænæ uiros pariunt. XVII

Μόναι λάκαιναι ἄνδρας τίκτουσι id eſt, Solæ Lacænæ uiros pariunt. Apud Lacedæmonios fortiſſimi uiri naſcebantur, & apud eoſdem matres ſeuere natos educebant. Natum eſt prouerbium ex apophthegmate Gorgûs Lacænæ Leonidæ uxoris, cui cum peregrina quæpiam dixiſſet, Μόναι τ ἀνδρῶν ἄρχετε ὦ λακαιναι id eſt, Solæ uiris imperatis Lacedæmoniæ: reſpondit: Μόναι γὰρ τίκτομεν ἀνδρας. id eſt, Solæ enim parimus uiros. Refert Plutarch. in uita Lycurgi.

Myrteam coronam ambis. XVIII

Μυρσινοῶ, id eſt, Myrteam cupere dicebatur: qui tyrannidem aut magiſtratum ambiret. Nam olim principes myrteis corollis coronabantur, ſiquidem Suidæ credimus.

Præuertit ancoræ iactum deus. XIX

ἀλλ' ἀντέπιασε τὴν ἐπ' ἄγκυραν θεός. id eſt,
Sed anteuertit ancoræ iactum deus,

Cum res præter ſpem euenit. Traductum à nautis, quibus accidit ſæpenumero, ut cum parant ſeſe ut ancoram iaciant, in portum appulſuri, repellantur à uentis, & in mediam tempeſtatem reuocentur.

Pro Delo Calauriam. XX

ἀντὶ δήλου καλαυρίαν. id eſt, Pro Delo Calauriam. Eſt in fabulis, Neptunum cum Latona permutationem feciſſe, ut illa Calauriam inſulam Neptuno concederet, poſſideret Delum, proq; dato Tænaro reciperet Pythonem. Eſt autem Calauria exigua inſula, haud procul à Peloponeſo. Pauſanias in Corinthiacis tradit Calauriam olim fuiſſe ſacram Apollini, Delphos Neptuno, hos inter ſe commutaſſe loca. Meminit eius rei Strabo quoque lib. 8. Trœzen, inquit, ſacra Poſidoni, id eſt, Neptuno eſt, unde & Poſidonia dicta quondam. Eminet autem è mari ad quindecim ſtadia: ne ipſa quidem obſcura ciuitas. Huius portui dicto Pogon imminet Calauria, exigua inſula, circuitu ſtadiorum triginta. Hic erat aſylum Neptuno ſacrum. Et fama eſt hunc deum commutatione facta cum Latona, data Delo recepiſſe Calauriam, Cum Apolline uero pro Pytho recepiſſe Tænarum. Ephorus autem ipſum refert oraculum.

ἴσην τοι, δῆλόν τε καλαυρίαν τε νεμέσθαι.
Πυθώ τ' ἠγαθέην, καὶ ταίναρον ἠνεμόεντα. id eſt,
Nil refert Delos fuerit ue Calauria culta,
Pythóue excellens, at peruia Tænarus auris.

Ea res in prouerbium abijt, quoties manus manum lauat, & officium officio penſatur.

Antiquior Codro. XXI

Πρεσβύτερος κόδρου. De priſcis, & ob antiquitatem admirandis. Codrus antiquiſſimus Atticæ rex, cuius alibi nobis facta mentio. Ad hunc genus ſuum referebant, qui generoſi uideri uolebant.

Hirundo totos ſchœnos anteibit. XXII

Πρόσω τις χελιδὼν ὅλους σχοίνους παρεῖται. id eſt, Hirundo quæpiam totos ſchœnos præteribit. Vbi quis immenſo uincit interuallo. Nam σχοῖνος Græcis menſuræ genus quæ ſicut exiſtimat Herodotus li. 1. ſexaginta complectitur ſtadia. Quemadmodum & docet Hermogenes in libello cui titulus περὶ μεθόδου δεινότητος, oſtendens eſſe uerbum Aegyptium quemadmodum paraſanges Perſicum. Etiamſi Plinius lib. 12. cap. 14. quadraginta ſtadia tribuit ſchœno, quæ efficiant paſſuum quinque milia. Rurſus idem lib. 5. cap. 10. ſcribit ſchœnum patere ſtadia triginta, unde uarietas uidetur accidiſſe ſcribarum uitio. Quanquam ſuſpicor hoc loco Chelidonem

Ayuntamiento de Madrid

pro uiro accipiendum, cuius alibi facta est mentio, qui haud scio an cursu celeritateq; præcellucrit.

Nihil cocio est. XXIII

Plautus in Asinaria: Vetus est, nihili cocio est, dictum uidetur in eos qui pollicentur in futurum, nec exhibent rem præsentem. Laberius apud Gellium cocionem peruulgato uerbo dixit, quem ueteres ariolatorem dixerunt. Dicuntur autem hæc apud Comicum à lena quæ prædicabat sibi oculatas esse manus, atque id demum credere quod uideret. Quod autem alij legunt coctionem, id neq; carminis ratio patitur, nisi uocalem elidas. Ex Festo Pompeio propemodum licet conijcere coctionem esse legendum. Ait enim coctiones appellatos à cunctatione, quòd in emendis uendendisq; mercibus, tarde perueniant ad iusti pretij finem. Proinde apud antiquos primam syllabam, per u literam, non per o scribi solitam. Arbitror huic astipulari, quod scribit Annæus Seneca lib. Epistolarum 11. differens non esse cessandum à benemerendo, quòd aliquando inciderimus in hominem ingratum. Et post malam, inquit, segetem serendum est, Sæpe quicquid perierat assidua infelicis soli sterilitate unius anni restituit ubertas. Est tanti, ut gratum inuenias experiri & ingratos. Nemo tam certum habet manum, ut non sæpe fallatur. Aberrent, ut aliquando hærent. Post naufragia, maria tentantur. Fœneratorem non fugat à foro coactor. Cito inerti ocio uita torpebit, si relinquendum est, quicquid offendit. Hactenus Seneca. Quo loco num coactor legendum sit, nescio, studiosis expendendum relinquo. Iuxta etymologiam cunctio siue cunctio, aut mutata litera contio dicendum esset, ni quod Festus Pompeius ostendit eundem esse coctionem, & cocionem. Is in dictione Arulator, consentit cum Gellio, confirmans eundem esse cotionem cum arulatore. Arulatorem autem dici à uoce Græca ἄρῃς, id est, tolle, quod merces eas sequatur, ex quibus si quid ceciderit lucri, possit tollere.

Non nauigas noctu. XXIIII

Οὐ νυκτὶ πλοεῖς. id est, Non noctu nauigas. De eo cui nihil est certi quod sequatur, propterea quòd nocturnis temporibus certius nauigant nautæ, propter stellarum notas, de quibus alias dictum est. Chrysippus, ut citant, negationem detraxit, νυκτὶ πλοεῖς, manente, sicut ego quidem arbitror, eadem sententia. Nam quid alioqui fuerat memorandum, si Chrysippus citra negationem extulisset, quasi uerò non idem iuris sit in quauis oratione. Quanquam autem nautæ noctu stellarum indicia sequuntur, longe tamen certior interdiu nauigatio.

Mores hominum regioni respondent. XXV

Καὶ τῶν φυτῶν τὰ σπέρματα, καὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ βίοι τοῖς χώραις συνεξομοιοῦνται. id est, Et plantarum semina, & hominum mores ad regionis habitum respondent. Refertur & hoc in Græcorum prouerb. Collectaneis. Alioqui non eram adscripturus. Equidem arbitror natum ab apophthegmate, cuius meminit Plutarchus. Vt triticum in nonnullis agris degenerat, in aliud genus, solo uitio: ita pro qualitate regionis uariantur hominum ingenia. Montani asperi ferè sunt & inhumani. Littorales ferinæ prædones & immites. Campestres molles & humani. Herodotus in calce libri ultimi, satis declarat primum è Cyri responso natũ esse. Etenim quum Persæ rerum potiti postularent, ut ex aspera regione, quam tum incolebant, transferrentur in commodiorem ac feraciorem, annuit quidem, sed admonitis ut post hac sese parurent ad seruiendum, non ad imperandum: φιλέαρ γὰρ ἐκ τῶν μαλακῶν χωρέων μαλακὸς γίνεσθαι. Οὐ γάρ τοι δὴ αὐτῆς γῆς εἶναι καρπὸν τε θωμαστὸν φέρειν, καὶ ἄνδρας ἀγαθοὺς τὰ πολέμια. id est, Ex mollibus enim regionibus molles homines nasci solere. Neque enim eiusdem esse terræ fructum egregium producere, & uiros in re bellica præstantes.

Cum cane simul & lorum. XXVI

Σιὼ ⟨ῷ⟩ κυνὶ καὶ τὸν ἱμάντα. i. Vnà cum cane lorum quoque. Clausula est heroici carminis. Eudemus indicat dici quoties simul omnia pereunt, ut nihil omnino sit reliqui, ne spes quidem recuperandi quod periit.

Teiptum inspice. XXVII

Μὴ τὸ μὲν ἀλλὰ καὶ τὸ σὸν φῦλον & σκόπει. id est,
Age non meum, uerum & tuum inspicito genus.

Teucer in tragœdia quapiam in Agamemnonem sibi generis uitium probro uertentem, quòd nothus esset, regerit huiusmodi conuitium, quòd & ipse genus duxisset à Clisthene effœminato. Stultum est in alterum dicere, quod in te possit retorqueri. Adagium refert à Plutarcho.

Ne mihi uacuam abstergas. XXVIII

Theocritus in Syracusijs:

Μὴ φῶς μελιτώδες ὃς ἁμῶν κατέχοις ἄϊν,
Πλὴν ἐρός, ὃν ἀλέγω, μή μοι κύνελκε ἀπομάξῃς. id est,
Ne quisquam extstat Proserpinæ, quem dominum, uno
Excepto, agnoscamus, ego id non curo, caueto,
Abstergas ne mi uacuam.

Subesse prouerbium uidetur in eo quod ait: Μή μοι κενὴν ἀπομάξῃς. Subaudiendum autem γνώθου, χέζα, aut simile quiddam. Apparet esse communantis aut timentis alapam aut colaphum. Nam locus nondum satis liquet. Eruditi itaq; relinquimus excutiendum diligentius. ἀπομάττειν dicuntur & plastæ qui argillam oblinant, dum fingunt imaginem. Solent quidam simulare officium, quasi uelint aliquid sordium à mala abstergere, & interim imprudenti illinunt aliquid sordium. Quemadmodum inducunt Bacchum ficie, gypso, & uuarum succo oblita. Interpres tamen homo nec admodum doctus, nec diligens, mauult subaudiri mensuram, fortasse χοίνικα. Quod in mensura redundat, abstergetur terete baculo. Fallit igitur qui nondum plenam absterget, ita simulans aliquid redundare. Sentit se non esse illi ancillam, ut ab eo debeat obiurgari. Heri offensi dejurabant seruos suo dimensos: hoc est, ni fallor, quod ait, non sum sollicita, ne mihi mensuram uacuam abstergeas.

Cum sis nanus, cede. XXIX

Νάνος ὢν ὕπεικε. id est, Nanus cum sis, cede. De pusillis dictum. Nani enim homunciones appellantur infra modum humani corporis, & prodigiosæ breuitatis. Iuuenalis:

—Nanum Atlanta uocamus.

Νάνος enim Græcè dicitur quasi μὴ ἄνω, quòd non excrescat in altum. Citatur Theophrastus, qui senserit nanos dici, quibus pudendum membrum sit iusto maius, quod in hoc hominum genere inueniri probabile est. Quadrabit in tenues & humilis fortunæ homunculos, ac quemadmodum ait Horatius moduli bipedalis, qui potentes sumptu conantur æquare.

Nocte lucidus interdiu inutilis. XXX

ἐν νυκτὶ λαμπρὸς, ἐν φάει δ' ἀνωφελής. id est,
In nocte lucens, luce uerò inutilis.

De præposteris qui sapiunt, ubi nihil est opus, cum opus est, ibi dormiunt. Cæterum ipse magis arbitror competere in eum qui inter indoctos uideatur aliquid esse in literis, inter eruditos nihil sapiat. Aut inuertendum est prouerbium:

ἐν φάει λαμπρὸς, ἐν νυκτὶ δ' ἀνωφελής.

Sumptum à gemma quadam, cuius alibi fecimus mentionem.

E' Tantali horto fructus colligis. XXXI

Ταντάλου κῆπον τρυγᾷς. id est, Ex Tantali horto fructum colligis, id est, ea consectaris quæ nusquam sunt, aut quibus frui non licet. Quod quidem appositè dicetur in mundanis addictos uoluptatibus. Nam ij dum is ueluti tenuilenti fruuntur, egregiè felices sibi uidentur. Verum simulatque respuerunt, iam uelut experrecti, intelligunt omnia illa nihil fuisse, nisi mentis non admodum sanæ somnium.

Telen

Ayuntamiento de Madrid

Telenico pauperior. XXXI

Τελγίνικ πωγέστερ id eſt, Telenico pauperior. Nam is uſque adeo notæ paupertatis fuit, ut Seriphij uerbum inde finxerint, dicantq; τελγινᾶσαι pro euacuare.

Telenicia echo. XXXII

Τελγινίκιος ἠχὼ i. Telenicia echo, recte dicetur oratio fatui. Sic enim uocant crepitum uaſculorum inanium. Sumpto epitheto ab eodem, de quo modo diximus Telenico. Quanquam Plutarchus inter argute dicta Epaminundæ, meminit Tellenis cuiuſdam peßimi tibicinis, cui diſſimillimus fuerit Antigenidas. Expendat igitur lector an ab hoc malit deductũ prouerbium. Etenim de Tellenis canilenis aliâs nobis dictum eſt.

Terebintho ſtultior. XXXIII

Τερεβίνθου ἀνοήτερος. id eſt, Terebintho dementior, inſtupidum ſibiq; placentem, quòd arbor ea late porrigat ramos, quod eſt inſolenter oſtentantium ſeſe, ad hæc nigrore inſignis, foliis craßis, ſucco item pingui & reſinoſo, tum aliâs alia ſpecie. Parit quidem cum uite, ſed diſſimilem fœtum.

Mœnia Semyramidis. XXXIIII

Τεῖχος σεμυράμιδος. id eſt, Muri Semyramidis, de muris inexpugnabilibus dicebatur, egregieq; munitis. Ouidius lib. Metamorphoſeon 4. Vbi dicitur altum

Coctilibus muris cinxiſſe Semyramis urbem.

Manum admouere. XXXV

Τὴν χεῖρα ἐπιβάλλειν. id eſt, Manum apponere dicebantur, qui ſeſe inſinuarent in rei cuiuſpiam egregiæ communionem. Translatum à ſacris, in quibus nonnunquam fieri ſolet, ut alijs rem diuinam facientibus, alius aliquis adueniens, admota uictimæ manu, fiat & ipſe particeps ſacrificij.

Patris eſt filius. XXXVI

Τοῦ πατρός ἐστι τὸ παιδίον. id eſt, Patris eſt filius. Ita loquuntur, ubi quis mores imitatur patrios. Et in genere, eius filium uocamus quemlibet quem moribus expreſſerit, quòd liberi ferè parentes referre ſoleant. Hunc titulum Varro uni ex Menippeis indidit, citãte Nonio Marcello. Varronis autem tituli ferè prouerbiales ſunt. Philoſtratus in Ariſtide commemorat, ſophiſtam hoc prouerbio notaſſe Alexandrum, quòd patris ambitionem imitaretur.

Paruo emptas carnes. XXVII

Τὸ εὐωνον κρέας οἱ κύνες ἐσθίουσιν. id eſt, Paruo emptas carnes, canes edunt. Quidam putria emunt obſonia, ne pluſculum inſumant nummorum. Ea cum nullus attingit, canibus aliquoties edenda ſeruantur. Sapit & hoc uulgus horum temporũ.

Qui domi compluitur. XXXVIII

Τὸν οἴκοθεν βρεχόμενον ὐδὲ θεὸς οἰκτείρει. id eſt, Qui domi compluitur, huius ne deum quidem miſeret, uulgò Græcis iactatum. Senſus eſt eum modis omnibus ſuo malo uideri dignum, qui ſit uſque adeo ignauus, ut nec domi ſuæ poßit à pluuia tutus eſſe. Eiuſdem farinæ cum ſuperiore prouerbium, ni me prorſus fallit naſus.

Tragicus Theocrines. XXXIX

Τραγικὸς Θεοκρίνης. i. Tragicus Theocrines. Vſurpauit hoc adagium Demoſthenes aduerſus Aeſchinem. Theocrines, primum tragœdiarum actor fuit, deinde calumniator, & ſycophanta. Vnde Demoſthenes in oratione pro Cteſiphonte, Aeſchinem tragicum Theocrinem uocat. Extat eiuſdem aduerſus hunc Theocrinem oratio, quanquam nonnulli Dinarcho tribuunt. Vſus eſt hoc prouerbio diuus Hieronymus, ni fallor, in Epiſtola ad Furiam, De uiduitate: Vbicunque uiderent Chriſtianum, ſtatim illud de triuio τραγικὸς Θεοκρίνης. Hoc conuicij iaciebant in Chriſtianum, quaſi ſanctimoniæ ſimulator magnificis uerbis aliorum uitam criminaretur.

Tragicum malum. XL

Τραγικὸν πάθος. id eſt, Tragicum malum dicetur ingens, cuiuſmodi finguntur in tragœdijs. Nam ab ijs abſtinet comœdia. Quintilianus duo facit affectuum genera: quoſdã enim atrociores eſſe, hos amat tragœdia: quoſdam mitiores, his utitur comœdia, ac tragicos quidem πάθη uocant, Comicos ἤθη. Tragœdia ſemper habet triſtem exitum. Comœdia lætum. Vnde Plautus citante Feſto Pompeio, Comœdice dixit pro ſuauiter: Euge, heus aſtitiſti & dulce & comœdice.

Cæcus auribus ac mente. XLI

Τυφλὸς τὰ τ' ὦτα, τόντε νοῦν, τὰ τ' ὄμματ' εἶ. id eſt,

Tu ſimul & aure & mente & oculis cæcus es.

Quadrat in hominem planè ſtupidum.

Cæcum inſomnium. XLII

Τυφλὸν ὄνειρον. id eſt, Cæcum inſomnium, de re friuola uanaq;. Quædam enim inſomnia portendunt aliquid, quædam inania ſunt, quemadmodum ſunt & bruta fulmina.

Aſinos non curo. XLIII

Τοὺς δ' ὄνους ἔμοι μέλῃ. id eſt, Cæterum aſinos nil moror. Congruit in eum qui domeſticis contentus opibus, non quærit aliena. Nam cui plauſtrum eſt domi, huic non eſt opus aſinis conductitijs. carmen integrum alibi citauimus.

Plurium calculus uincit. XLIIII

Τῶν πλειόνων ψῆφος νικᾷ. id eſt, Plurium calculus uincit. Quoties in conſilio ceditur multitudini. Plinius in Epiſtolis queritur, numerari ſententias, non expendi. Et Liuius: Pars, inquit, maior meliorem uicit.

Ὑπενθωσμένη. XLV

Ὑπενθωσμένη, dicitur iam propinqua partui. Sumpta metaphora à ficis poſt immiſſos pſenas matureſcentibus. Hoc quid ſit, explicuimus in prouerbio ἀνεξέναστος. Deflecti poteſt ad ingenium ad hoc aut illud uehementer propenſum.

Subditicius es. XLVI

Ὑποβολιμαῖος εἶ. id eſt, Suppoſititius es. Subditicij ſiue ſubmiſſitij uocantur partus adſimulati: inde transfertur in hominem fictum, & per dolum ab alio quopiam allegatum ſuboratumq;. Finitimum illi κίβδηλος ἄνθρωπος.

Subiugus homo. XLVII

Ὑποζυγιώδης ἄνθρωπος. id eſt, Subiugus homo. Qui non arbitratu ſuo, ſed alieno iuſſu facit quippiam. Traductum à iumentis iugalibus. Huc pertinent illæ metaphoræ prouerbiales, Mittere ſub iugum. Horatius:

Sic uiſum eſt Veneri, cui placet impares
Formas atque animos ſub iuga aheneа
Sæuo mittere cum ioco.

Item deijcere iugum, quod ſcripſit M. Tullius in prima Philippicarum, Subducere collum iugo. Ouidius,

Et tua læſuro ſubtrahe colla iugo. Excutere iugum.

Piſtillo nudior. XLVIII

Ὑπέρψυμνότερος. id eſt, Piſtillo nudior. De uehementer tenui. Cognatum illi, παπάλης γυμνότερος. id eſt, Paxillo nudior. His enim cortex detrabitur.

Piſtillo caluior. XLIX

Ὑπέρφαλακρότερος. id eſt, Piſtillo caluior. Prouerbialis item hyperbole, de magnopere glabris. Nam ima piſtilli pars, calui cranium referre uidetur. Transferri poteſt ad inſigniter egenos, aut ſimplices, ac diſſimulandi ignaros.

Aurum ſubæratum. L

Ὑπόχαλκον χρυσίον. id eſt, Subæratum aurum, dicetur homo nequaquam ſyncerus, ſed aliud præ ſe ferens, aliud intus occulens. Sumptum à nomiſmatis adulteratis.

Nihil de uitello. LI

Νεοττὸν ὐδὲν μοι δέδωκας. id eſt, Nihil mihi de uitello dediſti. Quadrat in eos qui impartiant deteriora, meliora ſibi ſeruantes. M. Tullius in lib. De diuinat. 2. narrat huiuſmodi fabulam, unde conſentaneum eſt hoc mutuatum eſſe prouerbium: Quidam ſomniarat ſe uidere ouum ex lecti cubicularis faſcia pendens illigatum, id ſomnium cum ad coniectorem retuliſſet,

Ayuntamiento de Madrid

reſponſum eſt, theſaurum indicari: proinde foderet eo loco quo ſe ſomniarat ouum uidere, ubi fodiſſet, reperit aurum argento circumtectum. Miſitq; paululum ex argento coniectori, diſſimulans inuentum aurũ. Coniector accipiens, nihil'ne, inquit, de uitello?

Queruli in amicitia. LII

Οἱ φιλομεμφεῖς ἐς φιλίαν ὀκ εὐφυεῖς. *id eſt, Qui queruli ſunt in amicos, non ſunt ad amicitiam idonei. Conniuere ad amicorum uitia, hæc res & iungit, iunctos & ſeruat amicos. Sententia uidetur deſumpta ex Herodoto. Conſtabit tamen trimeter ſi legas, εἰ φιλομεμφῆς, ἐς φιλίαν ὀκ εὐφυῆς. Nec tamen uideo quid ſit φιλομεμφῆς. Si legimus φιλομεμφῆς, addenda eſt coniunctio, εἰ ἢ φιλομεμφῆς, ita conſtabit uerſus,*

Qui querulus eſt, amicitiæ haud accommodus.

Cleomenes ſuperat cubile. LIII

ὁ κλεομένης ἢ κοίτης ὑπερέχει. *id eſt, Cleomenes cubile ſuperat. De eo qui magis abundaret rebus ſuperuacaneis quàm neceſſarijs. Dictum apparet à quopiam, corpore quàm pro lectuli modo maiore. Sicut & Iuuenalis:*

Lectus erat Codro, Procula minor.

Diues promiſſis. LIIII

ὁ μὲν λόγος θαυμαστὸς, ὁ δ' ἢ λέγων ἄπιστος. *id eſt, Magnifica quidem oratio, cæterum non habetur fides loquenti. Quoties aliquis ingentia pollicetur, quæ non uideatur præſtiturus. Plutarchus in Apophthegmatis regum & imperatorum tribuit Eudæmonidæ, qui cum audiſſet Stoicum opinor quempiam dixiſſe, quòd ſolus ſapiens eſſet bonus imperator, ὁ μὲν λόγος θαυμαστὸς, ὁ δ' ἢ λέγων ὁ στωϊκὸς ἀπίστως. id eſt, Admiranda quidem oratio, cæterum qui dicit, nunquam cinctus fuit tubarum ſtrepitu. Refert idem in Laconicis integre, ὁ μὲν λόγος θαυμαστὸς, ὁ δ' ἢ λέγων ἄπιστος, ὁ γὰρ στωϊκὸς ἀπίστως. Idem conuenit in theologos cœleſtia quædam docentes, cum orationi uita non reſpondeat.*

Vterque ambo. LV

ὁ μὲν ἑκάτερος ἀμφότερος, ὁ δ' ἢ ἀμφότερος δλέτερος. *id eſt, Vterq; ambo, ambo neuter. Inſtar ænigmatis eſt, cuius meminit Plutarchus in Moralibus, & extat in Græcis Epigrammatis. E` duobus fratribus, quorum alteri nomen erat ἑκάτερος, alteri ἀμφότερος, ille bonæ frugis erat, hic nequam. Hos cum Philippus uidiſſet, hoc in eos iocatus eſſe fertur. Quadrabit in duos aliquos, quorum alterius nequitiam, alterius probitas compenſat.*

Os ineſt orationi. LVI

ὀγκῶν ἔνεστι τῷ λόγῳ. *id eſt, Sermoni ineſt os ac uigor. De oratione non inani, ſed ſolidus habente ſententias. Dictum hoc Themiſtocli tribuitur, uidetur è poëta quopiam deſumptum. Eſt enim iambicus dimeter. Quintilianus item rerum inuentionem appellat orationis oſſa Sumpta ſimilitudine ab animantium corporibus, quæ oſſibus ſuſtinentur, colligantur neruis, ueſtiuntur carnibus & pelle, cohærent anima, mouentur actu.*

Fluuius non ſemper fert ſecures. LVII

Οὐκ ἀεὶ ποταμὸς ἀξίνας φέρει. *id eſt, Non ſemper ſecures fert fluuius, id eſt, non protinus tibi ſpheres idem quod alijs feliciter ceſſit. Natum ab apologo Æſopico: Cuidam cædenti ſyluam, ſecuris è manibus excidit. Mercurius inuocatus reddidit argenteam. Neganti ſuam eſſe, reddidit auream. Hanc quoque ſuam eſſe neganti, ferream tandem reſtituit, & illas inſuper donauit. Alius quidam eundem euentum ſperans, data opera, paſſus eſt elabi ſecurim. Et cum periſſet, nec Mercurius implorantem adiuiſſet, expoſtulanti, prior ille reſpondit ad hunc modum: οὐκ ἀεὶ ποταμὸς ἀξίνας φέρει. Quanquam hic apologus uariè narratur in alijs commentarijs, nempe adfuiſſe Mercurium, & prolata aurea ſecuri rogaſſe, num ea eſſet quæ periſſet, atque eo protinus affirmante ſuam eſſe, Mercurium offenſum hominis impudentia, nec ferream reſtituiſſe.*

Non eſt Dithyrambus ſi bibat aquam. LVIII

Οὐκ ἔστι διθύραμβος ἂν ὕδωρ πίνῃ. *id eſt, Haud Dithyrambus eſt, aquam ſi potitet.*

Non adeſt hilaritas, cum deeſt uinum: languet poëtarum ingenium, ni uino concalefcat. Vnde teſte Flacco:

Laudibus arguitur uini uinoſus Homerus. Et,
Ennius ipſe pater, nunquam niſi potus ad arma
Proſilijt dicenda. Et,
Nulla placere diu nec uiuere carmina poſſunt,
Quæ ſcribuntur aquæ potoribus.

Quin ut refert in Sympoſiacis Plutarchus, Æſchylus tragœdias ſuas potando ſcripſit. Excitat enim uini calor inueniendi uim quæ torpet nonnunquam in iciunis, mouet phantaſias, addit impetus, ſubminiſtrat fiduciam. Addit Gorgias non rectè ſuam tragœdiam Marti tribuiſſe, cùm Baccho magis ſit adſcribenda. Dithyrambi canebantur in honorem Bacchi, qui & ipſe διθύραμβος dictus eſt, quòd bis uatus uelut è duabus ianuis prodierit.

Poſt acerba prudentior. LIX

Παρὰ τὰ πικρὰ φρονιμώτερος. *id eſt, Poſt mala prudentior. Finitimum illi:* Ρεχθὲν δὲ τε νήπιος ἔγνω.

Pluto in Sympoſio, ἃ δὴ καὶ σοὶ λέγω ἀγάθων μὴ θαυμάσῃς ὑπὸ τέτε, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἄλλων παθημάτων γνόντα σὺ λαθεῖν ἐῶσα, καὶ μὴ τῇ τὸν παροιμίαν, ὥσπερ ὑπὸ παθόντα γνῶναι. id eſt, Quæ ſanè & tibi dico Agathon ne ab hoc fallaris, ſed meis doctus malis caueas, neque, quemadmodum habet prouerbium, ſtulti more malo accepto ſapias. Congruet in eum qui ſuo malo redditus eſt cautior.

Pauſone mendicior. LX

Παύσωνος πτωχότερος. *id eſt, Pauſone mendicior. Pauſon pictor quiſpiam fuit, inſigni tenuitate, quemadmodum apud Iuuenalem Codrus. Hunc notat Ariſtoph. in Pluto, apud quem cum Penia exclamaſſet, ὦ πόλις ἄργος κλύεθ' οἷα λέγει. id eſt, O` urbs Argos, quod ait audi, reſpondet Chremylus, παύσωνα κάλει τ ξύσσιτον. id eſt, Pauſonem adhibe tibi conuiuam.*

Vltra Hyperbolum. LXI

Ὑπὲρ τ ὑπέρβολον. *id eſt, Vincit Hyperbolum. Hyperbolus quiſpiam erat, mirum in modum appetens litium. Vnde conuenit in eos qui ſimili laborant morbo. Plutarchus in uita Alcibiadis, Thucydides Peloponneſiaci belli lib. 8. & Ariſtophanes in Equitibus oſtendit Hyperbolum fuiſſe hominem modis omnibus improbiſſimum, nec ulla re, clarum, aut potentem, niſi uitio linguæ. Præterea M. Tullius lib. De claris oratoribus ita ſcribit de Saturnino: Homo ſimillimus Athenienſis Hyperboli, cuius improbitatem ueteres Atticorum comœdiæ notauerunt. Ariſtophanes præter alia ſcribit & hoc de Hyperbolo:*

ἀνδρα μοχθηρὸν, πολίτην ὀξίνην ὑπέρβολον. id eſt,
Improbum uirum, atque ciuem uapam acidumq; Hyperbolum.

Sus in uolutabro cœni. LXII

Ὗς λελουμένη εἰς κύλισμα βορβόρου. *id eſt, Sus lota redijt ad uolutabrum luti, cum quis iterat tam expiata flagitia, ſicut indicauimus alibi. Extat in Epiſtolis diui Petri. Huic affine eſt quod habent Prouerbia Sirach, Qui lauatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid prodeſt lotio illius?*

Ob textoris erratum. LXIII

Ὑφάντε πταίσματος, ὑπάτης ἐτύφθη. *id eſt, Ob textoris erratum, hypetes uapulauit, cum quod hic peccauit, alius dependit. Quid ſit hypetes, nondum apud autores reperi.*

Mendax Atraphaxis. LXIIII

Ψεύδων πλέα ἀτραφάξις. *id eſt, Referta mendacijs Atraphaxis.*

De

Ayuntamiento de Madrid

De tumidis ac uentoſis. Atraphaxis oleris genus, quod celeriter in altum ſurgit. Latinis atriplex dicitur, affinis, ni fallor, betarum generi, quæ & ipſæ ſubito grandeſcunt alioqui ſtatuæ. Id quod indicat & Theophraſtus in Hiſtoria plantarum lib. 1. cap. 5. Eadem herba ab eodem lib. 7. cap. 1. recenſetur inter eas quæ celeriter proueniunt, nempe die à ſatu octauo. Eſt caule grandiore, ſed molli carnoſáq;. Suidas admonet dictum in Cleonem, qui falsò calumniaretur equites in concilio: cui cum fides haberi uideretur, dictum eſt: Ἀτραφάξιος πλέαν εἶναι τὴν βαλλήν. id eſt, Concilium plenum eſſe mendaci Atraphaxi, quo dicto ſimul notata eſt, & Cleonis in calumniando uanitas, & populi facilitas in credendo. Eſt enim illud proprium calumniæ è leuiſſimo malo ſubito maximam excitare tragœdiam. In hanc fermè ſententiam Suidas. Adagium ſumptum eſt ex Equitibus Ariſtophanicis.

Inflige Plagam ab aratro. LXV

Παῖε τὴν ἀπ' ἀρότρου. id eſt, Inflige plagam aratri: ſiue impinge uomerem, cum iubebimus ſtrenue pugnare, licet ſine arte. Natum aiunt ab huiuſmodi fabula quam narrat Pauſanias lib. Elia. 2. Glaucus quidam Caryſtius cum terram aratro proſcindenti fortè fortuna uomis excidiſſet ab aratro, ſublatum aptauit manu uice mallei. Quod ubi conſpexiſſet pater Demylus, iuuenem produxit in Olympia, ad pugilum certamen: uerum ubi iam artis imperitus, plagis afflictus penè deficeret, pater acclamauit: παῖε τὴν ἀπ' ἀρότρου, admonens ut ſic peteret hoſtem, quemadmodum uomere ſolet uulnerare terram. Hac uoce redijt animus iuueni, uicitq;. Idem poſtea bis uicit Pythia, octies Nemea, item octies Iſthmia. Autor Pauſanias.

Summis ingredi pedibus. LXVI

Qui clanculum aut cautim, ac pedetentim, quod aiunt, conantur aliquid, ſummis pedibus ingredi dicuntur. Græci iucundius efferunt aduerbio compoſito, ἀκροποδιστί. Idem uolent illa: Suſpenſo gradu, & ſuſpenſis pedibus. Traductum à geſtu eorum qui ſic ingrediuntur, ut ſtrepitum pedum nemo ſentiat: aut qui uiæ diffiſi, cautim & leuiter figunt ueſtigia. Aliquanto diuerſius eſt quod eſt apud Platonem in Lachete, καὶ ἅδην ἄκρῳ ποδὶ ἐπιβάντες. id eſt, Ne ſummo quidem pede ingredientes: quod pertinet ad illam formam, ſummis labris deguſtare, ſummis digitis attingere.

Cœlum digito attingere. LXVII

Prouerbiali nimirum hyperbole, digito cœlum attingere, dicuntur, qui longè ſupra mortalium conditionem, ac dijs proximi eſſe uidentur. M. Tullius ad Atticum libr. 2. Noſtri autem principes digito ſe cœlum putant attingere, ſi nulli barbati in piſcinis ſint qui ad manum accedant. Cognatum illi quod aliàs ex eodem retulimus, in cœlo eſſe. Ad conſimilem modum Horatius:

Quod ſi me lyricis uatibus inſeris,
Sublimi feriam ſidera uertice. Ouidius:
Huic tu cum placeas & uertice ſidera tangas.

Et apud Theocritum in Hodœporis. ὅτι πόκ' ἤδη
ἀνυσάμαν τὸν ἀμνόν, ἐς οὐρανὸν ὔμμιν ἀλεῦμαι. id eſt,
Agnum quando tuli, uobis in ſidera abibo.

Lyſimachus cum ad Thraciam peruenisſet, uelut occupatis extremis regni finibus: Nunc, inquit, Byzantij ad me ueniunt, poſteaquam cœlum attingo lancea. Eam uocem inſolentiſſimam ita caſtigauit Paſiades Byzantius, qui tum fortè aderat, ut diceret, Abeamus, ne lanceæ mucro cœlum pertundat.

Corinthiari. LXVIII

Κορινθιάζεσθαι. Veteres uulgato ioco dicebant eos, qui ſcortationibus ac luſtris indulgerent, quíue lenocinium exercerent: qui quæſtus hodie nuſquam uberior quàm apud Venetos. ſumptum eſt à meretricibus Corinthienſibus, de quibus ſuo loco dictum eſt. Tantus enim illic honos habebatur meretricibus, ut quemadmodum ex autoribus docet Athenæus, illic in templo Veneris proſtarent, atq; in ſolennibus precibus illud addi ſoleat, ut dij augerent meretricum numerum. Quin & illud refert, meretrices facto ſacro Veneri, ciuitatem extremo periculo laborantem ſeruaſſe placata Venere. Prouerbij meminit huius Stephanus De urbibus, Ariſtophanis allegans Cocalum.

Si tanti uitrum, quanti margaritum? LXIX

Diuus Hieronymus in epiſtola quadam ad Demetriadem uirginem: Solent miſeri parentes & non plenæ fidei Chriſtiani, deformes, & aliquo membro debiles filias, quia dignos generos non inueniunt, uirginitati tradere: ſi tanti, ut dicitur, uitrum, quanti margaritum? Vtitur eodem compluſculis alibi locis, uſurpatur & à Tertulliano in libello ad Martyres. Hoc dicto ſumma rerum inæqualitas ſignificabatur. Inter gemmas prima laus olim fuit unionibus, uitrum uiliſſimum: & tamen gemmas nonnihil imitatur. Si tanto ſtudio curas, ut uiuat corpus, quàm eſt danda opera quo uiuat animus? Si nihil non facis quo placeas homini principi, quanto magis enitendum, ut placeas principi deo? Si tantis ſudoribus parantur opes perituræ, uel uſu, uel furto, cur non magis incumbimus, ut cœleſtes opes accumulemus? In his & huiuſmodi locus erit prouerbio.

Hæret in uado. LXX

Diuus Ambroſius in commentarijs quos ædidit in Euangelium Lucæ, non inelegans uſurpauit adagium, ſignificans Chriſti genealogiam, quæ diuerſe feratur ab euangeliſtis, explicari non poſſe. In abruptum, inquit, diſputationis uenimus: hæremus in uado. Metaphora nimirum à nauigio ducta, quòd uado illiſum fruſtra circumagitur: neque curſum inſtitutum tenere poteſt, id quod euenit his qui incidunt in ſyrtes, aut in ſalebras. Ad hunc etiam modum effert prouerbium M. Tullius lib. De finibus bonorum 5. Venit ad extremum, hæret in ſalebra. Rurſum aliàs eodem in opere: Hic ſi definire, ſi diuidere potuiſſet: ſi loquendi uim, ſi deniq; conſuetudinem teneret, nunquam in tantas ſalebras incidiſſet. Sunt autem ſalebræ fluminum aut uiarum obſtacula, à ſaltu dictæ. Non diſſimili figura dixit idem Cicero, Aqua hæret. Sic enim ſcribit Q. fratri: Hic aqua mihi hæret, ſignificans nihil eſſe profectum in cauſa. Suſpicor dici ſolitum de cauſa prorogata. Etenim ut non infunditur aqua niſi dicturo, nec fas eſt loqui poſt extillatas clepſydras, ita cum ſeruatur quod reliquum eſt aquæ, interrumpitur dicentis oratio. Plautus in Pſeudulo, Perij, nunc homo in medio luto eſt, nomen neſcit, hæret hæc res.

In culmo arare. LXXI

Ἐπὶ καλάμῃ ἀροῦν. id eſt, In ſtipula arare dicuntur, qui labore nunquam intermiſſo uim mentis exhauriunt: aut qui nunquam deſinunt ab amicis petere quod dent. Sumpta metaphora à nimium auidis agricolis, qui ſegetem non patiuntur unquam interquieſcere, ſed aſſidua cultura ſuccum omnem ſoli exhauriunt, ſtatim à meſſe nouam ingerentes ſementem. Suidas citat ex Lyſia.

Taciturnior Pythagoreis. LXXII

Σιωπηλότερος ἔσομαι τῶν πυθαγόρᾳ τελεσθέντων. id eſt, Taciturnior ero quàm hi qui Pythagoræ ſunt initiati. De uehementer taciturnis uſurpari ſolet. Sumptum à Pythagoræ ſchola, in qua quinquenne ſilentium indicebatur auditoribus, quàm ἐχεμυθίαν uocant à cohibendo ſermone. Suidas prouerbij titulo refert & Zenodotus in Collectaneis.

Attagenæ nouilunium. LXXIII

ἀττάγας νεμηνία. id eſt, Attagenæ nouilunium. Refertur à Suida: nec explicatur, niſi quòd è diuerſis locis haud difficile coniectura colligi poteſt dictum fuiſſe in turbam abiectorum & ſeruilium hominum. Siquidem Attagen auis eſt paluſtris,

Ayuntamiento de Madrid

uersicoloribus plumarum maculis distincta, unde seruum hominem stigmaticum, & cui tergum ob plagarum uibices, uarijs punctis esset picturatum, Attagenam uocabant. Porrò ad nouam lunam, sic enim Græci uocant initium mensis, cum Calendas non habeant, & serui distrahebantur apud Athenienses, & militum delectus agebatur.

Ingens interuallum. LXXIIII

M. Tullius in Epistolarum ad Atticum lib. 6. senarios hos ceu prouerbiales usurpat.

Πολλὰ δ' ἐν μεταχμίῳ
Νότος κυλίνδει κύματ' εὐρέος ἁλός. id est,
Multas at undas uoluit in medio Notus
Vasti maris. Significãs illud procul abesse. Licet huc quoq; torquere, ut significes rem adhuc procul abesse à periculo.

Viuus, uidensq;. LXXV

Quod in Eunucho dixit Terentius: Viuus, uidensq; pereo, id M. Tullius indicat prouerbiali figura dictum esse. Sic enim scribit in oratione pro P. Sextio: Ille Cyprius miser qui semper socius, semper amicus fuit, de quo nulla unquam suspicio durior ad senatum, aut imperatores nostros allata est, uiuus, ut aiunt, & uidens est cum uictu suo ac uestitu publicatus. Vsurpat aliquot locis & Diuus Hieronymus. Quin & illud quoque cum uictu suo ac uestitu prouerbium sapit.

Præstat habere acerbos. LXXVI

M. Tullius in dialogo De amicitia. Scitum est enim illud prouerbium Catonis: Multo melius de quibusdam acerbos inimicos mereri, quàm eos amicos qui dulces uideantur. Equidem ut præclaram esse sententiam fateor, ita prouerbium esse negauerim. Primum quòd nullam omnino prouerbij speciem præ se ferat: deinde quòd prouerbia uulgi sunt, non huius aut illius. Vnde legendum arbitror: Scitum est enim illud Catonis, aut illud uerbum Catonis, tamen adscribendum putauimus, ne quis indiligentiæ prætermissum existimaret.

Columnas rumpere. LXXVII

Aelianus prodidit in Samo quondam fuisse animalia uasta magnitudine, Neades uocantur, quorum uoce terra rumperetur. Vnde prouerbium natum in clamosos & improbe loquaces, ut postes & columnas dicantur rũpere. Vsus est eo Vergilius in Philistum rabulam, & obtrectatorem. Item Iuuenalis:

Frontonis platani conuulsaq; marmora clamant.

Leporis uita. LXXVIII

Λαγώου βίον ζῇν id est, Leporis uitam uiuere dicuntur, qui semper anxij trepidiq; uiuunt. Quòd id animal omnium prædæ expositum, nec somnum quidem capit, nisi oculis apertis. Demosthenes in Aeschinem: Λέγω βίον εἶναι δειλὸν καὶ ζημίων καὶ λύπης πλήρη σφόδρα id est, Leporis uitam uiuebas, timens ac tremens, ac semper expectans ut uapulares. Vsus est & Plutarchus in libello περὶ φιλοπλουτίας, quem pridem Latinum reddidimus, λαγωῶν δειλότερος scripsit Athanasius in apologia prima: & apud Strabonem, Phrygijs leporibus timidior, de quo dictum est alijs per occasionem.

Victi non audent hiscere. LXXIX

Νικώμενοι ἄνδρες τῇ ἀγρυξίᾳ δέδενται. id est, Qui uincuntur silentio uincti sunt. Plutarchus in libello cui titulus: Quo pacto quis utilitatem capere possit ex inimicis, citat ex Pindaro. Conuenit cum illo quod alibi retulimus: Quid nisi dolor uictis? Est autẽ uerbum perquam elegans ἀγρυξία, ubi quis non audet hiscere, à uerbo γρύζειν, de quo non semel dictum est.

Thersitæ facies. LXXX

Θερσίτειον βλέμμα. id est, Thersitica facies. De prodigiosè deformi dici solitum, quòd Homerus scripserit hunc omnium qui ad Troiam uenissent, fœdissimum fuisse. Ac totum hominem à capite, quod aiunt, usque ad pedes ita graphice depingit, & corporis uitia & animi morbos, ut dicas pessimum ingenium in domicilio se digno habitasse. Locus apud Homerum est Iliad. lib. 2. notior quàm ut hic referat adducere. Venustius erit si ad animum transferatur: ueluti si de formoso, sed moribus improbo dicas. Si corpus aspicias, Nireus est: si animum, plusquam Θερσίτειον βλέμμα reperies. Adagij mentionem fecit Suidas.

Picifer. LXXXI

Κιττοφόρος. id est, Picifer. Vulgare conuitium uidetur in hominem infimum & despicatissimæ sortis. Siquidem Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte, dicit Aeschinem hoc nomine ab æmulis compellatum, quemadmodum & λικνοφόρον, quòd picas & uannos capite baiularet. Nam his in mysterijs Bacchanalibus utebantur, quòd ea auis sacra sit Baccho, & uannus in omnibus mysterijs adhibebatur. Vnde Maro,

Et mystica uannus Iacchi,

In numerato. LXXXII

In numerato habere, si ad animi rem transferatur, prouerbij rationem habuerit, uelut Octauius Augustus, ut refert Seneca, pronuntiauit de Vinitio oratore, quòd ingenium in numerato haberet, propterea quòd in causis agendis ingenio esset præsentissimo, & quicquid alijs præstaret diutina cogitatio, id illi prima statim animi intentio daret. Sumptum est ab his qui res suas ad certissimum calculum redegerunt, hoc est, ad pecuniam numeratam. Quintilianus in 6. De actore, inquit, facilè dicente ex tempore dictum est olim ingenium cum in numerato habere. Vide prouerbium, Numero dixisti.

Quantum habet. LXXXIII

Quantum habet quisque, tanti fit. Quod scripsit Horatius in Satyra prima,

Nil satis, inquit, quia tanti quantum habeas, sis.

Item Iuuenalis Satyra 3.

Quantum quisque sua nummorum seruat in arca,
Tantum habet & fidei.

Non recensuissem inter prouerbia, ne quis clamitaret me sententias collegisse, non adagia, nisi D. Augustinus in libro De disciplina Christiana nominatim prouerbij titulo citasset. Vnde & illud prouerbium inquit, Quantum habebis, tantus eris. Quanquam & Horatius satis indicat uulgò iactatum sententiam eo quod præcesserit:

At bona pars hominum decepta cupidine falso.

Vsurpat & Apuleius in Apologia, Tanti reuera estis, quantum habetis. Videtur ex Euripide uenisse in uulgi sermonem. Cuius & hunc uersum inter cæteros refert Seneca.

Vbique tanti quisque, quantum habuit, fuit.

Imis ceris eradere. LXXXIIII

Imis ceris eradere, pro eo quod est, delere penitus, sic ut nullum omnino memoriæ pristinæ uestigium extet. Sumptum ab his qui in ceratis scriptitant tabulis, his mos est ita nonnunquam uersum stilum per summum æquor ceræ ducere, ut qualiacunque tamen prioris scripturæ remaneant uestigia. Aliquoties funditus delent. D. Hieronymus ad Chrysogonum, Ita nostræ es necessitudinis penitus oblitus, ut illam epistolam quam in corde Christianorum scriptam Apostolus refert, non parua litura, sed imis, ut aiunt, ceris eraseris. Conueniet in profundam obliuionem uel amicorum, uel pristinæ fortunæ, uel si quid est simile.

Macilenta manu pinguem pedem. LXXXV

Hesiodus in opere quod inscripsit, Opera & dies, uelut enigmate quodam explicuit paupertatem.

Λιπαρὸ δὲ σαχὼν πόδα χειρὶ πιέζοις. id est,
Gracili autem manu pinguem pedem premas.

Manus enim gracilescunt fame, pedes intumescunt frigore. Carmen sic habet,

Μή σε κακὸς χειμὼν & ἀμηχανίη καταμάρψῃ
Σιτὼ σφίγξ, λιπαρὸ δὲ σαχὼν πόδα χειρὶ πιέζοις. id est,

Ne

Ayuntamiento de Madrid

Ne te deprehendant inopem mala tempora brumæ,
Atque pedem premere incipiat manus arida pinguem.

Venuſtius erit, ſi longius transferatur ad uiaticum parandum ſenectuti, aut ſimilia.

Non ſemper erit æſtas. LXXXVI

Ad eundem fermè ſenſum pertinet & illud ex eodem libro,

Οὐκ ἀεὶ θέρος ἐσσεῖται, ποιεῦσθε καλιάς. id eſt,
Aeſtas non ſemper fuerit, componite nidos.

Non ſemper uirebit ætas, para, quò ſe recipiat ſenectus, Aut, non ſemper erit proſpera fortuna, munias animum philoſophiæ decretis, quo fortunam aduerſam poſſis contemnere. Admonet & Cato agricolas, cogitent quàm longa ſit hyems. Notus eſt apologus de formicis exprobrantibus cicadæ, quòd totum æſtatem nihil aliud quàm ceciniſſet ociоſa, eoq; mendicaret in hyeme, hoc dictum oportuit adoleſcentum pileis inſcribi, Neque enim tantum admonet parandam eſſe rem in ſenectam, uerumetiam eruditionem, uirtutem, honeſtam famam, quæ præſidia ſunt optima ſenectutis.

Cum exoſsis ſuum rodit pedem. LXXXVII

Conſimili figura ſignificauit egeſtatem in eodem opere,

ὅτ' ἀνέρι ὀφ πόδια τρώλια. id eſt,
Quando pedes edit ipſe ſuos is qui caret oſſe.

Exoſſem uocat Polypum, quòd oſſibus careat. Is creditus eſt nonnullis ſua brachia rodere, cum deeſt cibus. Eſt enim edacißimus, quanquam Plinius exiſtimat id illi accidere à conchis, uerum præciſa renaſci credit, quemadmodum caudas lacertis. Alcæus apud Athenæum libro ſeptimo,

ἐλιὼλ' ἐμαυτὸν ὡς πολύπους. id eſt,
Comedo meipſum more polypi. Vnde & αὐτοφάγος dictus. Verum hanc opinionem & Athenæus reijcit.

Centum plauſtri trabes. LXXXVIII

Tam ſimile eſt prouerbio, quàm eſt ouum ouo, quod ſcripſit Heſiodus in eodem opere, cui titulus, ἔργα καὶ ἡμέραι.

ἑκατὸν δέ τε δοκοὺς ἁμάξης. id eſt,
Centum autem lignis plauſtrum compingitur unum.

Eo tempeſtiuiter utemur, quum ſignificabimus id quod à nobis petitur, magno conſtare. Facilè enim alienis utimur, non expendentes quanti conſtiterint ei qui præbet. Carmen Heſiodi ſic habet,

ῥηϊδίως δ' ἔπος ἅπαν, βόε δὸς καὶ ἅμαξαν,
ῥηϊδίως δ' ἀπαυρήσαις, σάφα δ' ἔργα βόεσσι.
Φησὶ δ' ἀνὴρ φρένας ἀφρεὸς πλήξασθαι ἄμαξαν
Νήπιος, ὃς δὴ τόν' οἶδ' ἑκατὸν δέ τε δοκοὺς ἁμάξης. id eſt,
Nam dictu eſt procliue, dato plauſtrumq; boues q;.
At procliue negare, ſed en tauris labor inſtat,
Cogitat aſt animo diues compingere plauſtrum
Stultus, & haud nouit, centum id compactile lignis.

Itaque quoties ad id quod molitur aliquis, pluribus adminiculis opus eſt, uelut ad gerendum magiſtratum, ad ſcribendum librum, ad nuncupandi, ad inſtituendam familiam, ad longinquam peregrinationem, non ineptè uſurpabimus Heſiodi uerbum ἑκατὸν δέ τε δοκοὺς ἁμάξης.

Araneas eijcere. LXXXIX

Habet illud quoque prouerbij ſpeciem, quod eſt apud eundem in eodem opere,

ἀμφὶ ἀραχνίῃ ἐλάσσας ἀράχνια. id eſt,
Vaſis eijcias, quas nectit aranea telas.

Sic enim ſignificant inanitatem & inopiam etiam hodie. Ad eundem modum Catullus,

-Nam tui Catulli Plenus ſacculus eſt aranearum.

Quo dicto nunc nihil eſt uulgò uulgatius. Lucianus in Pſeudologiſta, ὀλοώτερος καὶ ἀραχνίων μίτος. id eſt, Caric & araneis diſſertus.

Muris circuncurrentibus. XC

Τῶν τοίχων περιτροχόντων. id eſt, Parietibus circuncurrentibus.

Plutarchus in Sympoſiacis deca. 7. problemate 5. indicat muliebre fuiſſe prouerbium, quo ſecretum ſignificabant, mariti uidelicet teſtes & arbitros arcentibus. At bonorum uirorum huiuſmodi uoluptates etiam ac luſus ait oportet eſſe, ut nihil egeant uallo parietum. Licebit uti, cum ſignificabimus, aliquid ali monſtri, & ob id captari ſecretum.

Κεραυβόλος. XC

In eodem opere, problemate 2. docet homines præfractos, & aſperis moribus, & intractabiles κεραυβόλους uocari ſolitos, quam uocem haud ſatis commode uerteris Latinè. Sumptam autem metaphoram ab agricolis, apud quos ſemina quæ prius quàm in terram decidant, incidant in cornu boum, κέρατα βόλα dicantur, παρὰ τὸ εἰς κέρατα βάλλεσθαι. Hæc aiunt prouenire cæteris multo duriora, unde & ἀτεράμονα uocantur. Qui ſcripſit Etymologicon indicat hanc uocem ſemel duntaxat uſurpatam à Platone, ſumptamq; à leguminibus, quæ nec igni, nec aqua molleſcant: cuiuſmodi quædam uidemus admixta leguminibus minuta nigraq;. Locus eſt apud Plat. lib. De legibus 9. Quo quidem loco uidetur interpres ignoraſſe quæ ſint κεραυβόλα. Vertit enim legumina fulminis tactu prædura, quaſi dictum eſſet κεραυνοβόλα. Porrò cur id accidat, ut ſemina quæ in cornua boum impegerint, aut non proueniant, aut proueniant ſicciora durioraq;, Plutarchus hanc adfert cauſam: quòd ea quæ à manu calida ſtatim excepta terra foueantur, magis adiuuantur calore, qui ſeminibus eſt amicus. At quæ in cornua incidant, proiecta magis uidentur quàm ſeminata, & mora frigus colligunt. Theophraſtus dubitat num friuolum ſit quod de Ceraſbolis iactant agricolæ.

Reſpublica uirum docet. XCII

Πόλις ἀνὴρ διδάσκει. id eſt, Reſpublica uirum docet, Significat neminem ad rem gerendam idoneum eſſe poſſe, niſi qui ſit uſu exercitatus. Plutarchus citat ex Simonide, tametſi hemiſtichium carminis heroici. Quantumlibet diu uerſatus in agro, non fies idoneus adminiſtrandæ reipublicæ, niſi uixeris in foro, in curia, in frequenti populo. Alluſit huc Socrates Platonicus, quum inuitatus ad loca amœna in agris, reſpondit ſe cupidum eſſe dicendi, arbores autem nihil docere.

Faber cum ſis. XCIII

Plutarchus in præceptis ciuilibus, ſenarium hunc haud dubie prouerbialem, ex Euripide citat.

Τέκτων γὰρ ὢν, οὐκ ἐπιτήδες ξυλογμά. id eſt,
Cum ſis faber, opera haud facis fabrilia.

Congruet in eum qui tentat ad quæ non eſt idoneus, uel ob imperitiam, uel ob naturam alienam, ueluti ſi quis infans & ad perſuadendum ineptus, ſuſcipiat legationem, aut indiligens diſpenſet rem domeſticam: aut ſenex, ſiue inualidus militiam capeſſat, ſi uenetur ſacerdos, rhetoricetur Scotiſta. Iamdudum & illud Horatianum ceßit in prouerbium, quod hinc imitatum uidetur, Tractant fabrilia fabri.

Aquam igni miſcere. XCIIII

Inter prouerbia quibus ἀδύνατον ſignificamus, referendum & illud, τοῦ ὕδατι μιγνύναι, id eſt, Ignem aquæ miſcere. Plutarchus in libello cui titulum fecit, περὶ πρώτου ψυχροῦ, adducit huius prouerbij teſtimonium, ſtudens probare aquæ propriũ eſſe frigiditatem, potius quàm ἀëris. Pugnat autem utraque qualitate ignis cum aqua: quippe calidus & ſiccus cum humida & frigida. Narrat eodem in loco morem fuiſſe apud Perſas, ut ſupplex in fluuium deſcenderet, ignem geſtans, minitans ni conſequeretur quæ petebat, ſe ignem miſturum in aquam. Atque ad eum modum impetrabat quidem quæ rogabat, ſed mulctabatur, quòd minatus eſſet ſe facturum, id quod eſſet contra rerum naturam. Nam aqua hoſtis eſt ignis, eumq; ſemper extinguit. Id ſupplicandi genus apud barbaros maximum habebatur, & in quo non eſſet fas recuſare quod petebatur. M. Tullius Philippica 13. Prius unda cum flamma redibit in

Ayuntamiento de Madrid

gratiam. Rursus prius undam flammamq́; , ut ait poëta nescio quis , prius denique omnia quàm aut cum Antonijs Respub. aut Antonij cum repub. redeant in gratiam.

Velut è specula. XCV

ὡς ἀπὸ σκοπιᾶς. id est, Velut è specula. Similitudo prouerbialis, cum quis rem uelut oculis subiectam, totam undique contemplatur. Siquidem ex alto commodissimè spectantur omnia, propterea quòd nihil obstet, quod impediat prospectum. Vtitur Plutarchus in libello, cui titulus, De Romanorum fortuna.

Velut in cratere. XCVI

ὥσπερ ἐν κρατῆρι φιλοτησίῳ. id est, Velut in cratere philotesio. Prouerbialis & hæc collatio, qua significabimus res antea turbulentas componi sedariq́; , & prius inter sese inimicos in gratiam redigi. Dicitur autem crater philotesius, quem in conuiuijs porrigunt alijs alij, ceu amicitiæ symbolam ac pignus. Veluti qui filiam alicui desponderet, futuro genero prælibans, φιλοτήσιον κρατῆρα porrigebat. Scythæ quoq; amicitias, quarum sunt pertinacissimi, cratere conciliabant, ut testatur in Toxaride Lucianus. Quin & Christus ipse nostræ religionis princeps, arcanam illam cum suis amicitiam poculo consecrauit.

Sero uenisti. XCVII

ὀψὲ ἦλθες. id est, Sero uenisti. Competit in eos, qui post tempus rem aliquam aggrediuntur, ueluti, si iam ætatis uitio frigidus, uxorem paret ducere, aut grandior literas addiscere. Natum ex oraculo, quod Pythia uates ædidit cuidam consulenti, num deberet ad rempublicam tractandam accedere, ὀψέ μ' ἦλθες ἀρχὴν καὶ διπλαγωγίαν διξόμενον, καὶ παρ' ὥραν στρατηγὸν κόπαις θύραν. id est, Sero uenisti, me de principatu & reipublicæ administratione consulens, & alieno tempore militiæ pulsas ianuam. Meminit Plutarchus in commentario, cui titulus, ἀ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον.

Prius antidotum quàm uenenum. XCVIII

Diuus Hieronymus aduersus Rufinum respondens, Quomodo eorum præfationes librorum, quos nescias, accuses, quæ quodam uaticinio futuræ calumniæ responderunt implentes prouerbium, prius antidotum quàm uenenum, subaudi adhibes. Conuenit uti, quoties aliquis se purgat antequam accusetur. Antidotus enim aduersus uenena datur. Hanc nemo sumit, nisi gustato ueneno. Quanquam sunt qui se prænuniant antidotis, ne noceat si fors contingat sumere toxicum. Quemadmodum fecisse legimus Mithridatem.

Statua taciturnior. XCIX

His etiam temporibus in prouerbio est, Statua taciturnior. In hominem uehementer infantem, ac tacitum. Vsus est hac hyperbole Horatius in epistola ad Iulium Florum.

_Statua taciturnius exit,
Plerunque, & risu populum quatit.

Itidem Iuuenalis diuitem quempiam, sed infantem & indoctum, Mercurij statuæ similem facit,

_Truncoq́; similimus Hermæ.

Consimili forma diuus Chrysostomus libro περὶ ἡσυχαστῶν 6. De tardo & stupido, τοῦτο δὴ τὸ μέγιστον τῶν λίθων ἀδὲν διαφέρ. id est, Tum illud quod Græci dicere solemus, à saxeis nihil differret, quod & alibi retulimus. Xenophon in Symposio: ἀνάνδρων γὰρ μᾶλλον ἂν ἤκουσαις, ἢ τῶν λίθων id est, Illorum igitur uocem minus audias quàm saxearum statuarum. Statuæ frequenter habent speciem sapientum & eloquentium ulrorum, ipsæ tamen nihil loquuntur.

Hoc noueram prius quàm. C

Plutarchus in libello cui titulus, Philosophum maximè debere disputare cum principibus, irridens eos qui duplicem facerent philosophiæ rationem: alteram in affectibus sitam, quæ à Mercurio Hegemone, id est, ductore proficisceretur: alteram in efferendo positam, quam Diactorus Mercurius, id est, nuntius Largiretur: ἔωλόν ὄρνιν, inquit καὶ ὑποπτίπτω φῶ τοῦτ' ἐμοὶ μὲν ἤδεμεν πάλαι θεόγνιν γεγενῆσθαι. id est, Frigidum, & obsoletum est, coniungaturq́; cum illo, Hoc noueram antequam Theognis natus est. Vsurpat idem in eandem sententiam, in libello cui titulus, πῶς ἂν μὴ χρᾶν ἔμεζεν νῦν τὸν πυθίαν, citans è comico quopiam. A. Gell. lib. 1. Noctium Attic. cap. 3. citat ex Lucilio. Contra patriam, inquit Cicero, arma pro amico sumenda non sunt. Hoc profecto nemo ignorauit, & prius quàm Theognis, ut Lucilius ait, nasceretur. Non est dubitandum, quin hic senarius sit prouerbialis, quo rem frigidam & ineptam significabant. Apparet sumptum à Theognide tragœdiarum scriptore, quem frigidissimum fuisse testatur Suidas, & ni fallor memoria, Plato. Nam fuit huius nominis alter quoque, cuius extant sententiæ.

CHILIADIS QVARTAE CENTVRIA IIII.

Phocensium desperatio. I

Φωκέων ἀπόνοια, siue φωκικὴ ἀπόνοια. id est, Phocensium, siue Phocica desperatio, de stultis & insanis consilijs dici solitum admonet Stephanus. Verum ex Plutarcho Cheronensi conijcere licet dici solitum, ubi desperatis rebus ad extrema consilia ueniretur. Natum est autem ex euentu huiusmodi. Atrox odium & irreconciliabilis simultas, atq; ut Plutarchi dicã uerbis, ἄσπονδος πόλεμος erat inter Thessalos & Phocenses: quòd hi primores illorum in suis urbibus, ad unum omnes eodem die trucidassent, illi uicissim illorum obsides ducentos quinquaginta in crucem sustulissent. Deinde Thessali contractis omnibus copijs, per Locrenses irruperunt, edicto promulgato, ne cuiquam proiectioris ætatis parceretur: pueri cum mulieribus in seruitutem abducerentur. Daiphantus itaque qui fuit unus è tribus, quibus Phocensium res erat commissa, suasit uti uiri quidem Thessalis obuiam irent, cum illis conflicturi, cæterum mulieres uni cum liberis, ex uniuersa Phocide congregatas, in uno quopiam loco seponerent, congesta ingenti lignorum materia: & adhibitis custodibus mandarent, ut simulac intellexissent, sese uictos in prælio, continuo pueros & uxores, iniecto igni exurerent. Id reliquis comprobantibus, exurgens quidam negauit æquum fieri, ni consilium hoc, uxorum quoq; suffragijs comprobatum fuisset, Quod si non placeret, non esse cogendas. Itaq; mulieres, ubi rem cognouissent, ipsæ inter se habito consilio, Daiphantum collaudarunt, qui rectissimè consuluisset Phocensium rebus. Eadem autem uideri & uxoribus & liberis eorum. His ita peractis, congressi cum Thessalis Phocenses, superiores extiterũt. Ac decretum quidem illud Græci Phocensium desperationem appellarunt, quod etiam si feliciter cessisset, tamen temerarium parumq́; cordatum uidcretur. Huiusmodi ferè Plutarchus. Similia ferè narrat Pausanias in Phocicis, meminit & prouerbij, quod ait ex hoc cœtu dici solitum, ἐπὶ πάντων βουλευμάτων ἀναλγήτων. hoc est de omnibus consilijs quæ carent dolore. Meminit & Stephanus indicans dici solitum περὶ τῶν τὰ ἀναλγῆ βουλευομένων.

Suspensa manu. II

Plin. in Epist. lib. 6. Suspensa manu, dixit pro eo quod est leuiter parumq́; accurate. Tu uerò inquit, nõ debes suspẽsa manu cõmendare mihi, quos tuẽdos putas. Fit enim uenustius, si à corpore ad animũ transferas. Quint. declama. 12. in eundẽ sensum usurpat, leui manu, tanquam prouerbium. Cicero leui brachio

Ayuntamiento de Madrid

chio, de quo dictum est aliâs. Itidem dicemus suspenso pede, pro sensim ac tacite. Ammianus lib. 14. Sesequ; suspensis passibus iniecerunt in scaphas.

Extremum occupet scabies. III

Olim pueri cursu certantes, clamare solebant: Occupet extremum scabies, adhortantes hac uoce singulos ad cursum, ac male precantes ei qui fuerit omnium postremus. Id deductum est in adagium quo utebantur, qui significarent sese quocunque modo uelle uincere, neque commissuros ut inter postremos sint. Ita qui per fas nefasq; rem augent, ne non sint inter optimates, qui malis artibus emergunt ad magistratus, qui rationibus quibuslibet ampla uenantur sacerdotia, possunt aliò uocanti respondere: Extremum occupet scabies. Quanquam nihil uetat, quo minus in bonam partem detorqueamus, ut si qui summis uiribus adnititur, ne ab æqualibus, eruditione, aut rectè factis, aut officijs ab amico superetur, dicat, Occupet extremum scabies. Hoc igitur prouerbium pueris acceptum ferimus, quemadmodum & illud τὸ κῆ σαυτὸν ἔλα. Et euangelicum hoc Matth. 11. Cecinimus uobis, & non saltastis. Vsus est Horatius in Arte poëtica:

Occupet extremum scabies, mihi turpe relinqui est.

Originem Acron indicat.

Ἡμερόκοιται. IIII

Vulgari ioco fures dicti uidentur ἡμερόκοιται, quòd interdiu dormiant, noctu uigilent. Sic enim Hesiodus in Operibus ac diebus,

Μήποτε σ' ἡμερόκοιτα δυὴρ ἀπὸ χρῆμαδ' ἕλυται. id est,
Ne solitus dormire die tua tollere possit.

Apte torquebitur in tollionem & furacem. Est & piscis eiusdem nominis, ut indicat Suidas, Phoca opinor.

In omnia potentes. V

In eos qui plurimum possunt uel nocere, uel prodesse, quadrabit illud Hesiodi:

ἐν τοῖς γὰρ τέλος ἐστὶν ὁμῶς ἀγαθῶν τε κακῶν τε. id est,
Est enim in his pariter sita summa bonique malique.

Quod quidem à poëta de dijs dictum, accommodare licebit, uel in hominem cuius summa sit autoritas, uel in rem quæ plurimum habeat momenti. Veluti in principem, aut uehementer gratiosum, siue in pecuniam per iocum, uel in literas ac uirtutes serio.

Ne uni nauí facultates. VI

Quin illud etiam ad prouerbiorum classem, si longius deflectatur, referendum uidetur, quod est in eodem opere.

Μή δ' ἐπὶ νηυσὶν ἅπαντα βίον κοίλῃσι τίθεσθαι. id est,
Ne bona tu pa[illegible]ratibus semel omnia mandes.

Ne quid aggrediaris in quo sint uniuersa periclitanda, Non omnis statim alea iacienda est. Periculosa est nautica negotiatio. Naufragium enim tollit omnia. Tutius est cum terra commercium. Alibi retulimus dictum Laconis, qui negabat sibi placere diuitias quæ penderent à funibus.

Vrit absq; torre. VII

Versum hunc ceu prouerbialem subinde Plutarchus usurpat,

ἥνθ' ἄτερ δάλοιο, καὶ ὠμῷ γήραϊ θῶκεν. id est,
Exurit sine torre, grauiq; dat illa senectæ.

Nempe uxor improba, quæ moribus suis senium uiro præmaturum conciliat. Idem lepide transferetur ad auaritiam, ad ambitionem, ad inuidiam, amorem obscœnum, similiaq; animi uitia, quibus obnoxij torquentur & contabescunt.

Adhuc cœlum uoluitur. VIII

Quoties significamus adhuc superesse spem, & nondum omne tempus quod melioris fortunæ solet occasionem adducere, exactum esse, conueniet illud Theocrit. ex Charit.

Οὔπω μιλῶν ἄγων ἑκαμ' ἐρανὸν, ἀλλ' ἐνιαυτούς. id est,
Nondum defessus prouolucre desijt æther
Menses atque annos.

Quod enim unus annus negat, alter ultro defert.

Multæ rotæ uoluentur. IX

Prouerbialiter extulit, & ad eandem pertinet sententiam, quod proxime consequitur,

πολλοὶ κυκήσουσιν ἔτι ζοχὸν ἅρμα τ' ἵπποι. id est,
Permultis uoluetur adhuc rota mota caballis.

Id est, Multum adhuc temporis restat, multæq; rerum incident mutationes. Quod quidem adagium & hodie nostrati uulgo in ore est. Frigidius enim est quod quidam interpretantur de certaminibus Olympicis, de quibus illic non agit poëta in carmine Bucolico.

Ne nomen quidem. X

Prouerbiali figura dictum est & illud in eadem Ecloga.

Βοᾶς δ' ἔτι μηδ' ὄνομ' εἶναι. id est,
Vlterius nec nomen erit belli atq; tumultus. Itidem Paulus ad Ephesios: Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in uobis. Quid enim? Itáne scelus est nominare auaritiam, aut libidinem? Non opinor, sed Apostolus ut grauiter uitia detestaretur, usus est hyperbole prouerbiali. Nam inter pios nominatur & Iudas & Pilatus.

Ceruus canes trahit. XI

Inter adagia quibus ἀδιάλοιπον, seu præposterum quippiam significamus, adnumerandum & illud quod est apud Theocritum in Thyrside,

Τὸν κύνας ὁ ἔλαφος ἕλκει. id est, Canes ceruus trahit.

Præposterum enim est, ut ceruus uenetur canes. Carmen Theocriti sic habet,

Δάφνις ἐπὰ θνάσκει· τὸν κύνας ὦ ἔλαφος ἕλκοι, id est;
Postquam Daphnis obit, ceruus trahat ipse molossos.

Ad consimilem formam Vergilius in Pharmaceutria,

Nunc & oues ultro fugiat lupus.

Bubo canit luscíniæ. XII

Item illud quod proxime consequitur,

Κὴξ ὀρέων τοι σκῶπες ἀηδόσι γαρύσαιντο. id est,
Buboq; montanus philomenis occinat ipsis. Cum infans suadere conatur eloquenti, aut ineruditus docere doctissimũ.

Ne uidit quidem oleum. XIII

Ecloga cui titulus νομεῖς, scatet prouerbialibus sententijs ac figuris, quarum de numero primum est illud,

Καὶ πόκα τλῶς ἔλαιον ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὀπώπῃ; id est,
Et quando ille oculis, oleum conspexerat unquam?

Conueniet in eos qui sunt artis alicuius prorsus rudes & inperiti. Veluti si quis profiteatur rem medicam, qui nunquam didicerit quicquam illius artis, uenuste notabitur hoc uersu,

Καὶ πόκα τλῶς ἔλαιον ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὀπώπῃ;

Vngebantur enim athletæ, quo membris cuaderent durioribus, unde per oleum significant certamen. Quanquam scholia declarant quosdam hoc ad arborem referre, quod in Olympiacis oleastro siue olea coronari solebant.

Et me mater &c. XIIII

Item illud quod in eadem sequitur,

Κἠμ' ἔφαθ' ἁ μάτηρ πολυδεύκεϊ ἤμεν ἀμένω. id est,
Me quoq; Pollucem mea mater uincere dixit.

Cum quis anteponitur, aut æquatur ijs cum quibus nullo modo conferendus est. Matres enim amore cæcutiunt in filios, & formosissimos putant qui sunt deformes, fortissimos qui sunt ignauissimi. Porrò Pollux pugil optimus fuisse creditur. Testè Flacco,

Castor gaudet equis, ouo prognatus eodem Pugnis.

Suade lupis ut insaniant. XV

Rursum in eadem,

Πέσαι τοι μίλων καὶ τὼς λύκως ἀοτίκα λυσσᾶν. id est,
Hoc quoq; Milo lupis mox persuadeto rabire.

Vbi quis animum inducit ad rem stultissimam, quam non aggrederetur, nisi insanus. Nam lupi insaniunt uel sua sponte

Ayuntamiento de Madrid

ueluti si quis tyrannum instiget ad crudelitatem, cum plus satis sæuiat suopte ingenio. Rabies propria canum est, unde Scholiastes Theocriti putat hoc uelut absurdum proponi. Sed canes aliquando rabiunt, lupi nunquàm non rabiunt.

Rore pascitur. XVI

In hominem prætenui corpore, quadrabit illud ex eodem Idyllio, quod dictum est in uitulam macram,

Μὴ πρώκας σιτίζεσθαι ὥσπερ ὁ τέττιξ; id est,
Rore ne uiuit more cicadæ?

Dores enim rorem appellant πρῶκα, quòd πρωΐ. id est, mane cadat. Porrò cicadas rore ali, testis est Plinius libro 11. cap. 36. Ore carent, sed habent in pectore fistuloso quiddam aculeatum linguis simile. Eo rorem lambunt. Cum excitatæ subuolant, reddunt humorem, quòd solum argumentum est illas rore pasci. Neq; enim ad excrementa corporis ullum foramen est. Vnde Maro,

Dumq; thymo pascentur apes, dum rore cicadæ.

Venustius erit si transferatur ad ingenium, siue stilum ieiunum & aridum. Aut per ironiam, in hominem uehementer obeso corpore.

Tuam ipsius terram calca. XVII

Cum iubebimus cuipiam ut suo loco se contineat, neque se recipiat in nostra, quadrabit illud ex eiusdem Hodœporis,

Τὴν σαυτοῦ πατέων ἔχε τὰς ὁδούς. id est,
Quin propriam calcans terram, quercetu teneto.

Conueniet ubi parum fidemus alicui, nec uolemus in domesticam recipere consuetudinem.

Nihil limile. XVIII

Ad iniquam comparationẽ significandam ualebit illud ex eodẽ,

ἀλλ' ὁ σύμβλητ' ἔστι κυνόσβατος καὶ ὁδὶ ἀνεμώνη
Πρὸς ῥόδα. id est,
Imò res est stulta cynosbaton aut Anemonam
Composuisse rosis.

Cynosbatos Græcis sonat canis rubum, est fruticis genus, sed rosam producit contemptam, minimeq; grati odoris. Anemonam Dioscorides papaueris speciem facere uidetur.

Ne fascines. XIX

ἵνα μὴ βασκάνῃς με. id est, Ne me fascines. Dici solitum ubi quis rem suauem nactus, præsentibus impartit aliquid, ne solus fruens alios contristet. Indicat hoc Aristoteles sectionis uigesimæ problemate 24. Vbi de mensa communi aliquis sibi prius statim sumeret aliquid, intuenti communicans dicebat, ne me fascines, Itaq; sumpturi cibum prius edebant rutam, ceu remedium aduersus fascinum. Tum enim metuebant noxam fascini, quoties uel auidius uescerentur, uel alicuius incommodi suspicione tenerentur, aut cibum haberent suspectum quem capiebant. ita fiebat, ut semper cum perturbatione uel biberent uel ederent, flatu simul hausto: qui si expellitur, simul exit cibus, si retinetur, mouet tormina. Itaq; ruta prius comesa, & stomachum & reliquum corpus calfacit, ut spiritus ille inclusus discuti atque abigi possit. Vnde & illud prouerbiale quiddam habet, ruta opus est, ubi significabimus periculum cuiuspiam incommodi, quemadmodum de baccare & apio diximus aliâs.

Non omnis fert omnia tellus. XX

Vt Vergilianum illud, Non omnis fert omnia tellus, prouerbium erit, si traducatur ad diuersus ingenij dotes, aut non quiduis à quouis esse petendum: ita prouerbij rationem habebit illud Theocriticum, ex Cyclope,

ἀλλὰ τὰ μὲν θέρεϊ, τὰ δὲ γίγνεται ἠμὶ χαμῶνι. id est,
Illa quidem producit hyems, illa educat æstas.

Cum significabimus aliud agendum iuueni, aliud seni, alijs atq; alijs temporibus diuersis moribus utendum. Quid autem quæq; ferat tellus eleganter describit Vergil. in Georgicis, & Hermippus apud Athenæum libr. 1.

Dum uirent genua. XXI

Nec illud caret prouerbij specie, quòd est apud eundem in Thyonicho,

Πειᾶν τι δεῖ οἷς γόνυ χλωρόν. id est,
Quando uirent genua, tum aliquid faciamus oportet.

Studendum bonis literis, dum adhuc uiget ingenium. Ducenda est uxor, sed iuueni.

Consimilem ad modum Horatius,

Dumq; uirent genua,
Et decet, obducta soluatur fronte senectus.

Quanquàm hæc ipsa figura, genu uiret, prouerbialis est, quoties iuuentutem significamus.

Neq; pessimus, neq; primus. XXII

Mediocritatem hoc pacto significare licebit,

Οὔτε κάκιστος οὔτε πρῶτος. id est,
Neq; pessimus, at nec Primus.

Lepidius fiet, si ad ingenij laudem transferatur. Nam apud Theocritum in Thyonicho de milite dictum est: qui seipsum modeste iactat.

Scit quomodo Iupiter duxerit Iunonem. XXIII

In curiosos, & quid quisque domi faciat perueſtigantes, conueniet illud ex Syracusanis,

Πάντα γυναῖκες ἴσασι κοὐκ ὡς ζεὺς ἤγαγε' ἥρην. id est,
Nouit fœmineum genus omnia, nouit & illud
Iunonem quo pacto duxit Iuppiter olim.

Scholiastes Theocriti putat significari furtiuas Iouis & Iunonis nuptias, quales describit Homerus.

Εἰς εὐνὴν φοιτῶντε φίλας ἐλάθοντο τοκῆας. id est,
Coniugij subiere thorum clam utroq; parente.

Adiungit fabulam, quam retulerit Aristoteles nescio quis in lib. quem scripsit De tẽplo Hermiones. Iupiter insidians sororis pudicitiæ, quum fortè uidisset illã semotam ab reliquis dijs: nam ne dijs quidem uirginibus tutum est obambulare solas: seipsum uertit in cuculum, consediteq; in monte, qui prius dictus erat Thronax, nunc Coccyx dicitur. Eo uero die Iuppiter excitauit ingentem tempestatem. Iuno itaq; sola peruenit in mõtem, consediteq; eo loci, ubi nunc est Iunonis Teliæ, hoc est, perfectæ templum. Cuculus autem ob tempestatem horridus ac tremens deuolauit, consediteq; in Iunonis genibus. Eum Iuno misertа texit ueste sua. Hic rex deorum repente è cuculo factus Iupiter, Iunonem complexus est. Quumq; illa metu matris recusaret coitum, Iuppiter promisit se ducturum illam in uxorem. Hinc natum existimant prouerbium. Addit huius Iunonis simulachrum in templo fuisse [illegible]catum hac imagine, ut in throno sedens sceptrum dextera teneret, in cuius fastigio sederet cuculus. Equidem uix credo hanc fabulam apud ueteres inueniri, sed suspicor ab ocioso quopiam grammatico fuisse confictam. Adeo sapit anile quiddam. Huic simillimum est quod scribit Plautus in Trinummo, Sciunt quid in aurem rex reginæ dixerit, sciũt quid Iuno fabulata cum Ioue: quæ neq; futura neq; facta, tamen illi sciunt.

Vbi paueris impera. XXIIII

In eadem Ecloga, παισάμην ἐπέταισι. id est,
Præcipito postquam satiaueris esca.

Ad eum modum respondent mulieres cuipiam obiurganti, quòd loquaciores essent, & silentium imperanti. Conueniet ubi quis imperiosior est in eos, de quibus nihil est meritus.

Gallus in suo sterquilinio plurimũ potest. XXV

Quòd scriptum est in ludicro Senecæ, prouerbij speciem habet. Intellexit, inquit, neminem parem sibi Romæ fuisse, illicq; non habere se idem gratiæ. Gallum in suo sterquilinio plurimum posse. Allusit ad Claudium imperatorem Lugduni natum, Hodieq; de cane uulgo dicunt, eum in suo sterquilinio plurimum audere, in alieno timidiores fumus omnes,

in suo

Ayuntamiento de Madrid

in ſuo quiſque regno ferocior eſt & animoſior.

Iſthmum perfodere. XXVI

Iſthmum perfodere dicebantur, qui magno quidem conatu, ſed irrito molirentur aliquid. Ductum ab Iſthmo Corinthiaco, qui efficiebat, ut naues longo & ancipiti ambitu iuxta peninſulam circumagerentur. Vnde complures illum adorti ſunt, qua erat anguſtiſſimus perfodere, nempe Demetrius rex, Dictator Cæſar, C. princeps, Domitius Nero, infausto ut omnium patuit exitu, incepto. Autor Plinius lib. 4. cap. 4. Tranquillus oſtendit, idem tentatum à Caligula. Philoſtratus in uita Apollonij negat Neronem deſtitiſſe uictum operis difficultate: ſed quòd timeret, ne admiſſum mare, perituram Aeginam portenderet, aut res nouas in imperio Romano cooriturus: nam id prædixerant Aegyptij uates. Quin & uetuſtiſſimus ſcriptor Herodotus libro Hiſtoriæ ſuæ primo, prodidit Cnidios Iſthmum qua anguſtiſſimo ſpatio, nempe quinque ſtadiorum, ſpectabat continentem, perfodere adortos, quo inſulam facerent, cæterum ictos ſcopulos in fodientium oculos reſiliſſe, deinde Delphicum Apollinem ab eis conſultum trimetris reſpondiſſe,

Ἰσθμὸν μὴ συζώστε. μᾶλλ' ἀΐστατε.
Ζεὺς γὰρ κ' ἤθελε πᾶσιν, εἰ κ' ἐβέλετο. id eſt,
Neq; cingite Iſthmum mœnibus, neq; fodite.
Nam ſi Ioui id uiſum, locaſſet in ſalo.

Denique Nicanor Seleucus aggreſſus eſt Iſthmum qui dirimit Euxinum & Caſpium mare, nec perfecit, à Ptolemæo Ceraunо interfectus.

Lingere ſalem. XXVII

Olim tenuis fortunæ hominibus ſal pulmentarij uice fuit, uti nũc quibuſdam eſt acetum. Quæ res & in prouerbium abiit, tametſi nõ ſatis liquet cuiuſmodi id fuerit. Sed præſtiterit ipſius Plinij uerba ſuper hac re ſubſcribere ex libri trigeſimiprimi capite ſeptimo: Varro, inquit, ueteres etiam pulmentarij uice uſos, autor eſt. Eſitaſſe enim ſalem cum pane & caſeo, ut prouerbio apparet. Perſius in ſatyra quinta,

Iura, ſed Iuppiter audiet. heu heu.
Vare reguſtatum digito terebrare ſalinum,
Contentus perages, ſi uiuere cum Ioue tendis.

Hoc eſt, uirtus ages pauperrimam.

Selliſſare. XXVIII

Σελλίζειν prouerbiali ioco dicebantur, glorioſi, fiſtuq; præturgidi. Suidas admonet ſumptum à moribus Selli cuiuſpiam, qui cum re eſſet perquàm tenui, tamen affectabat haberi diues. Torqueri poterit & in eos, qui ſe doctrinæ iactitant ac uenditãt opinione, cũ à literis ſint alieni. Heſychius indicat Græcis idem ſignificare σελλίζεσθαι καὶ ψελλίζεσθαι. Quia uoce ſe mel atq; iterum uſus eſt Plato in Gorgia: & ψελλὸς dicitur, qui ſigma craſſius profert, qua de re nõnihil attigimus in prouerbio ὁ ψελλὸς ὀπτᾶτευς. Addit Heſychius nonnunquã σελλὰ νίζειν, idem eſſe quod, ἀλαζονεύεσθαι, uidelicet aſtipulans Suidæ.

Cecidis & Buphoniorum. XXIX

Τὰ κηκάδα καὶ Βουφονίων. id eſt, Cecidis & Buphoniorum, de re magnopere priſca, & ob uetuſtatem iam pridem obſoleta, deſuetaq;. Ariſtophanes in Nebulis,

ἀρχαῖα γὰρ καὶ δὴ πολιώδη, καὶ τετίμηκε ἀνάμιξα,
Κἀκηκάδι καὶ Βουφονίῳ. id eſt,
Priſca hæc ſanè atq; obſita canis, nec non oppleta cicadis,
Ac Cecide cum Buphonijs.

Siquidem Cecides peruetuſtus quiſpiam Dithyramborũ Poëta fuit, cuius ſcripta iam ſtium olebant, unde in iocum uulgarent abierunt. Quemadmodum iure ridentur hodie, qui immodica & intempeſtiua affectatione uetuſtatis, è duodecim tabulis, ex Ennio, Luciliоq; petunt ſermonem, perinde quaſi cum Euandri matre loquantur: nec ullum uerbum elegans eſſe putant, niſi quod ſit ab uſu uulgi, & noſtro ſeculo procul remotum.

Item Buphonia feſtum quoddam erat apud Athenienſes, ob uetuſtatem neglectum iam ac deſitum, ſic appellatum à cæde boum. Huiuſmodi ludos adhuc durare uidemus apud Italos, præcipue Romanos, priſcæ uidelicet etiamnum inſaniæ ueſtigia, quos idi Taurcos uocant. Adagio licebit per iocum uti, cum ſignificabimus aliquid ceu nimis priſcũ negligi: ueluti ſi notare uelis pontifices, epiſcopos, & ſacerdotes, quod Euangelica præcepta, de paupertate, de tolerandis iniurijs, de contemptu uitæ: aut priſcorum põtificum decreta, de ſimoniacis, de deligendis abjq; corruptela epiſcopis, de ſubmouendis ſceleroſis, iam pro antiquatis habeant, dicas licebit, ταῦτα κηκάδα καὶ Βουφονίῳ i. Hæc Cecidis ſunt & Buphoniorum.

Serenitati nubem inducit. XXX

Non tam ouum ouo ſimile, quàm illud prouerbij faciem præ ſe fert, quod refertur à Plutarcho in cõmentario De dignoſcendo adulatore ab amico. συλλὰ γὰρ ἐπάγει νέφος. i. Serenitati nubem inducit. De eo, qui inter pocula ludosq;, nirulentum aliquid admiſcet, quod offuſcata hilaritate frontem corruget, ſupercilijq; contrahat. Ad eundem modum Horat. lib. 3. Ode. 15. de anu deformi, quæ ſe puellarum choris admiſcebat,

Et ſtellis nebulam ſpargere candidis.

Μονόγραμμοι. XXXI

Olim homines macie prætenues, ueſculi, ac decolores, prouerbiali ioco μονόγραμμοι uocabãtur. Lucilius, Vix uiuo homini ac monogrammo. Rurſum idem alibi, Quæ pietas monogrammi. Nonius Marcellus ductum autumat à pictura, quæ prius quàm coloribus corporatur, umbra fingitur. Non perperam quidem Marcellus, uenuſtius tamen erit adagium, ſi ad ueterum picturam reſpiciamus: quæ primitus omnium conſenſu, ab umbra hominis lineis circunducta cœpit initium, quod uocant deliniare. Deinde ſingulis coloribus pingi cœptum eſt, easq; picturas, μονοχρώματος appellabant. Mox ars diſtinxit ſeſe, & inuenit lumen atq; umbras, ut quædam eminere, quædam abdi premiq; uiderentur, differentia colorum. Deinde adiectus eſt ſplendor, quem alium à lumine uolunt eſſe, medium tamen inter lumen & umbram: proinde eundem Tonon uocant. Nam commiſſuram ac tranſitum colorum, ἁρμογὴν appellant. Huiuſmodi ferme Plinius libr. 35. cap. 5. Conueniet igitur in hominem deformem, nullo aut eodem uultus colore, cuiuſmodi priſcorum erant imagines. M. Tull. lib. De natura deorum 2. Non enim uenis & neruis & oſſibus continentur: nec eſcis nec potionibus ueſcuntur, ut aut nimis acres, aut nimis concretos humores colligant. Nec his corporibus ſunt, ut aut caſus, aut ictus extimeſcant, aut morbos metuant, ex defatigatione membrorum. Quæ uerens Epicurus monogrammos deos, & nihil agentes commentus eſt. Illi autem pulcherrima forma præditi, puriſſimaq; in regione cœli collocati, ita feruntur, moderanturq; curſus, ut ad omnia conſeruanda & tuenda conſenſiſſe uideantur. Monogrammos appellat Cicero informes, nullaq; ſpecie.

Aliorum medicus. XXXII

Manet hoc dictum his quoq; ſeculis celebratiſſimum, quod refertur à Plutarcho in commentario De dignoſcendo aſſentatore ab amico, è poëta quopiam,

Ἄλλων ἰητρός, αὐτὸς ἕλκεσι βρύων. id eſt,
Alijs medetur, ipſius hulceribus ſcatens.

Vtitur eo & in commentario, quem inſcripſit aduerſum Coloten. Conueniet in hos, qui alijs ſapiunt, non ſibi, alijs oculati ſunt & cauti, non ſibi: alios conſolari norunt, ipſi ſua mala non ferunt æquo animo. In eundem ſenſum uſus eſt Chriſtus apud Lucam. Iudæis enim admirãtibus eius dicta factaq;, ac dicentibus, Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ ἰωσὴφ; id eſt, An non hic eſt filius Ioſeph: reſpondit ad hunc modum, Πάντως ἐρεῖτέμοι τὴν παραβολὴν ταύτην, ἰατρὲ, θεράπευσον σαυτόν. ὅσα ἠκούσαμεν γενόμενα ἐν τῇ καπερναοὺμ, ποίησον καὶ ὧδε ἐν τῇ πατρίδι

Ayuntamiento de Madrid

πάντως. i. Omnino dicetis mihi parabolam hanc, Medice cura teipſum. Quæcunq; audiuimus facta in Capernaum, facito & hic in patria tua.

Laplana uiuere. XXXIII

Lapſana uiuere lepide dixeris eos, qui perparce, nimiumq; tenuiter uiuunt. Conſentaneum eſt enim iocum illum militarem in populare fabulam abiiſſe, quo Cæſariani milites alternis uerſibus exprobrabant, quòd apud Dyrrachium lapſana uixiſſent. Eſt autem Lapſana, olus ſylueſtre ac uulgare, paßimq; proueniens, trium foliorum, ex Braßicarum, ni fallor, genere. Verum ſi quis forte requiret, Plinij uerba ſunt hæc libro decimonono, capite octauo. Nec non olus quoque ſylueſtre eſt trium foliorum, Diui Iulij carminibus, præcipue iocis militaribus celebratum. Alternis quippe uerſibus exprobrauere lapſana ſe uixiſſe apud Dyrrachium, præmiorum parſimoniam cauillantes. Eſt autem id cyma ſylueſtris. Hactenus Plinius. Idem libro 20. Cymam inutilem eſſe dicit, & concoctu difficilem. Cymam autem interpretatur in caulibus dici delicatiorem tenerioremq; cauliculum, qui & in lappis & aſparagis gratiam habet. Dioſcorides ait Lapſanam Romanis & napium dici, cuius folia ſimul & caules elixi comeduntur: putat hanc ſtomacho magis amicam quàm lapathum, cuius meminit Horatius, de cœna frugali loquens,

Aut herba lapathi, prata amantis, & graui
Malue ſalubres corpori.

Haud contra oſtium. XXXIIII

Οὐ κατὰ θύρας. i. Haud contra ianuam, pro eo, quod eſt, non proprie ad rem, & apte ad id, de quo agitur, prouerbiali certe figura dictum eſt ab Ariſtotele, libro Phyſicorum quarto, Οὗτοι μὲν οὐ κατὰ θύρας πρὸς τὸ προβλημα ἀπαντῶσιν. i. Iſti quidem igitur haud contra oſtium occurrunt quæſtioni. Argyropylus οὐ κατὰ θύρας uertit, non recte, neque non recte tamen id quidem. Perinde ualet, quaſi dicas, ad ſcopum. Illud expende lector, num hoc adagium illi ſit affine, τίς ἂν θύρας ἁμάρτοι; id eſt, Quis aberrauerit à ianua?

Climacides. XXXV

Κλιμακίδες. id eſt, Scalulæ, per iocum uocari poterunt, qui ſe diuitibus ad quiduis obſequij ſubmittunt, etiam ſi ſordidiſſimum ſit. Sic autem uulgato conuicio ſunt appellatæ mulierculæ quædam Cypriæ, adulatrices apud Syros, quòd regum uxoribus ſubmitterent ſeſe, ut per eas ceu per ſcalas currum conſcenderent. Meminit Plutarchus in libello de diſcernendo adulatore ab amico. Et Athenæus lib. Dipnoſoph. 6. Et Valerius Maximus Rerum memorabilium lib. 9. cap. 1.

Valeat amicus cum inimico. XXXVI

Ἐρρέτω φίλος σὺν ἐχθρῷ. i. Valeat amicus cum inimico. Quadrat in eos, qui toti ad ſe ſpectant, nec amici magis quàm inimici rationem habent: cuiuſmodi fertur Timon ille Miſanthropos. Plutarchus in commentario quem modo citauimus, Εἰ μηδαμῶς μηδαμῶς ἐπαινέσειεν τὸ, ἐρρέτω φίλος σὺν ἐχθρῷ. i. ſi nequaquam placet illud, Valeat amicus cum inimico. Eſt autem Græcis hemiſtichium carminis trochaici.

Manica. XXXVII

Μανικὰ Phrygio prouerbio dicebantur ingentia, egregiaq; facta, ducta uoce à Mane quodam priſco apud ipſos rege, quem ferunt uirum fuiſſe præpotentem, & admirabili uirtute præditum. Autor Plutarchus in libello de Oſiride. Quin & Latini inſanum uocant, quod eſt præter uulgarem modum. Inſanire libet. Et, inſano iuuat indulgere labori.

Ruta cæſa. XXXVIII

Ne in rutis quidem & cæſis, haud dubie prouerbiali ſpecie dictum eſt à Cicerone libro de Oratore 2. pro eo quod eſt, nulla in parte. Sed dicet te, cum ædes uenderes, ne in rutis quidem & cæſis, ſolium tibi paternum receptiſſe. Quo quidem loco illud obiter admonendum, in uulgatis Tullij codicibus perperam pro receptiſſe, legi reliquiſſe, id quod ſatis liquere poteſt ex Nonio Marcello, qui in dictione receptitius, hunc ipſum Ciceronis adducit locum. Eſt enim hoc loco recipere idem, quod excipere. Porrò quid ſibi uelint ruta cæſa, nam uerba ſunt peculiaria iureconſultis, abunde patet ex Pandect. lib. 19. tit. 1. Lege decimaſeptima: Si ruta, inquit Vlpianus, cæſa excipiantur in uenditione, ea placuit eſſe ruta, quæ eruta ſunt, ut harena, & ſimilia: cæſa ea eſſe, ut arbores cæſas & carbones, & his ſimilia. Gallus autẽ Aquilius, cuius Mela refert opinionem, recte ait fruſtra in lege uenditionis de rutis & cæſis contineri, quia ſi non ſpecialiter uenierint, ad exhibendum de his agi poteſt. Neque magis de materia cæſa, aut de cæmentis, aut de harena cauendum eſt uenditori, quàm de cæteris, quæ ſunt precioſiora. Meminit & in Topicis de rutis & cæſis M. Cicero. Nam ne præterirem aliquid, quod ad argumentum in omni ratione reperiendum pertinet, plura fortaſſe, quàm abs re deſiderata erant, ſum complexus: ſtaciq; quod ſæpe liberales uenditores ſolent, ut cum ædes, fundumue uendiderint, rutis cæſis receptis, concedant tamen aliquid emptori, quod ornandi cauſa apte & ſuo loco poſitum eſſe uideatur. Meminit & in Partitionibus. Et cum ſignificabimus inclementius tolli omnia, neque quicquam fieri reliqui, uenuſte dicemus, ne rutis quidem ac cæſis receptis, ut iureconſultorum more loquar.

Aetna, Athon. XXXIX

Aetnam & Athonem montes in moleſtiæ, tædijq; prouerbium abiiſſe, teſtatur Lucilius apud A. Gell. li. 16. ca. 9. etiã ſi locus is deprauatus habetur. Lucilij uerſus, quos adducit, ſunt hi,

Verum hic ludus ibi, ſuſq; omnia, deq; fuere.
Suſq; & deq; fuere inquam omnia ludus iocusq;.

Illud opus durum, ut Setinum acceßimus finem ἐπὶ τὸ λοιπὸν, ut aiunt, Montes Aetnæ omnes atque aſperi Athones. De Aetna Siciliæ monte dictum eſt, quòd gigantem ſua mole premat, iuxta poëtarum fabulas. Siue quòd crebris incendijs grauis ac perniciоſus olim eſſet accolis. Vnde & M. Tullius in Catone maiore, dixit omnis Aetna grauius. De Atho uero, quòd ob ingentem celſitudinem, umbra ſit moleſtus, quam in Lemnum uſq; trecentis diſßitum ſtadijs mittit, alibi diximus. Pomponius Mela tradidit huius cacumen altius, quàm unde cadant imbres: eius rei coniecturam ex eo colligi, quòd de aris, quas in uertice ſuſtinet, non abluitur cinis, ſed quo relinquitur aggere manet. Obſtat & nauigantibus, quòd toto longe dorſo procedat in pelagus, qua continenti adhæret, Vnde & à Xerxe perfoſſus. Athenæus libr. 10. commemorat Eryſichthonem quendam inexpletæ uoracitatis, uulgo dictum fuiſſe βορᾶς ἄθωνα i. Voracitatis Athonem.

Immunem uenire. XL

Immunem Latini uocant, quem ἀσύμβολον Græci, nempe cum, qui nihil confert ad conuiuium. Horatius in Odis.

Nardi paruus onyx eliciet cadum.
Non ego te meis
Immunem meditor tingere poculis
Plena dices ut in domo.

Sed pluſculum habebit gratiæ, ſi transferatur ad res animi, puta doctrinam, uerſus, aut ſimile quippiam. Aulus Gellius libr. 6. cap. 13. indicat uocem hanc in prouerbium abiiſſe. Ne omnino, ut dicitur, immunes & aſymboli ueniremus, conuiuabamus ad cœnulam, non cupedias ciborum, ſed argutias quæſtionum. Terent. in Phormione, Téne aſymbolum uenire unctum atque lautum è balneis? Apud Athenæum Ephippus eleganter dixit immuni manu,

ἀλλότριον εἰσελθὼν ὀψὸν ἐσθίειν μάθε,
ἀσύμβολον τε χεῖρα προσβάλλειν βορᾷ. id eſt,
Ingreſſus alienum edere diſce obſonium,
Edulijsq; porrigere immunem manum.

Soterichi

Ayuntamiento de Madrid

Soterichi lecti. XLI

Apparet Soterichi lectos in uulgarem iocum abiisse de re nili priscaq; & minime ambitiosa, & rudis artificij. Sic enim Seneca Ennianos de Cethego uersus irridens. Qui huiusmodi uersus amant, inquit, liceat sibi & eosdem admirari & Soterichi lectos. A. Gellius, nam ab hoc ista referuntur lib. 12. cap. 2. Dignus sane Seneca uideatur lectione ac studio adolescentium, qui honorem & colorem ueteris orationis Soterichi lectis compararit, quasi minime scilicet gratiæ, & relictis iam contemptisq;. Conijcere licet Soterichum fabrum fuisse quempiam, cuius opera priscam illam & rudem simplicitatem præse tulerint. Nam Romæ postea argentea triclinia diuitibus in usu fuisse, testatur Plinius libro 13. cap. 11. Huiusmodi inter pictores fuisse Fuluium, Rutubam, & Placidianum, in sermonibus indicat Horatius,

Vel cum Pausiaca torpes insane tabella,
Qui peccas minus atq; ego, cum Fului Rutubæq;
Aut Placideiani contento poplite, miror
Prælia rubrica picta, aut carbone.

Peribis si non feceris. XLII

Vbi quis in eum redactus est locum, ut nec aggredi rem possit citra magnum incommodum, neque tuto omittere, conueniet illud ex oraculo profectum: deinde populari, ut solet, sermone iactatum: peribo, si non fecero: si faxo, uapulo. Refertur ab Aulo Gellio, lib. Noctium 3. cap. 3. è Plautina comœdia, cui nomen Fretum. Versus Plautini sunt hi:

Nunc illud est, quod Arietini responsum magnis ludis:
Peribo, si non fecero: si faxo, uapulabo.

Porrò quænam sit historia redditi oraculi, Gellius ipse testatur sibi non liquere, & in hoc hos Plauti uersiculos enotasse, ut historiam quæreret. Sunt autem uersus iambici tetrametri catalectici. Vnde dicitur uerbum, adiectum, opinor, ab interprete submouimus. Nam in uulgatis codicibus scriptum est, magnis ludis dicitur.

Ex se fingit uelut araneus. XLIII

Prouerbialis uidetur & illa collatio, aranei ex sese texentis telas, & hominis ex seipso comminiscentis mendacia. Sic enim Plutarchus in libello, cui titulus De Ostride, Οἷα ποιοῦσι καὶ λογογράφοι καθάπερ οἱ ἀράχνια γινώσκοντες ἀφ' ἑαυτῶν ἀπαρχὰς ἀνυφαίνοντες ὑφάνσεσι καὶ ἐπιστάσεσι id est, Qualia poëtæ & oratores, uelut aranei gignentes ex seipsis à nullis suggesta, exordia texunt, producuntq;. Plinius tradit maiores araneas in terra cauernarum exigua uestibula præpandere, minimas non texere: tertium genus erudita operatione esse conspicuum. Orditur, inquit, telas, tantiq; operis materiæ uterus eius sufficit: siue ita corrupta alui natura statu tempore, ut Democrito placet, siue est intus quædam lanigera fertilitas: tam moderato ungui, tam tereti filo, & tam æquali, deducit stamina, ipso se pondere usus. Texere à medio incipit, circinato orbe subtegmina adnectens: maculasq; paribus semper internallis, sed subinde crescentibus, ex angusto dilatas indissolubili nodo implicat. Nec abhorrent ab his, quæ Aristoteles refert lib. De natura animalium 9. addens araneos, mox ut editi sunt fila mittere, non ex interioribus, uelut excrementa, quemadmodum sentit Democritus, sed de summa corporis parte, ueluti corticem, aut in morem hystricis de cute spinas iaculantis. Non texunt autem, neq; uenantur, nisi fœminæ. Mas fruendi comes est, non laborandi.

Boue uenari leporem, & similia. XLIIII

Τῷ βοῒ τὸν λαγὼ κυνηγετῶν i. Boue leporem uenari, dicuntur qui rem absurdam, stultam, ac præposteram aggrediuntur. Veluti si quis in curia Romana, citra pecuniam ambiat episcopi dignitatem. Plutarchus in commentario, De animi tranquillitate, Οὐδὲ γὰρ ὁ τοξεύων ὡς ἀφῶ βαλόμενος οὐ βοῒ τὸν λαγὼ κυνηγετῶν, ἀλυσχάς ἐστιν, οὐδὲ γὰρ ἵπποι καὶ σαγήναις ἐλάφους μὴ λαμβάνοντι, μηδὲ εἰς ἅλμαν ἁλιεύονται μοχθηροὶ, ἀλλὰ ἀβελτερία καὶ μοχθηρία τοῖς ἀδυνάτοις ἐπιχειροῦσιν i. Neq; enim qui aratro uelit iaculari, ac boue uenari leporem, infortunatus est. Neq; ei qui piscatorijs retibus cernuos non ceperit ullus malus aduersatur genius, sed stultitiæ & peruersitas, aggrediuntur quæ fieri non possunt. Non quiduis est accommodum ad omnia, ueluti si quis homini studijs & ocio nato, bellum, aut rempublicam administrandam mandet, ὡς βοῒ τὸν λαγὼ κυνηγετῶν. Aut si quis stupido & insulso iudicia committat. Citat in eodem libello uersus, ni fallor Pindari, ὧν ἅρμασιν ἵππος, ἐν δ' ἀρότρῳ βοῦς, παρὰ ναῒ δ' ἰθυπρῴρᾳ ταχεῖα δελφὶς, κάπρῳ δὲ βαλεύοντι φόνον κύων δὲ τλάσυμον ἀζαλέᾳ. i. In curribus equus, in aratro uero bos, nauem autem præuertitur quàm ocyssime Delphinus. Vt apro paranti mortem, canis est fortis inueniendus, nam hæc quoq; prouerbij speciem habent.

Ab diagrammate. XLV

Plutarchus in libello De discrimine inter adulatorem & amicum, ὁ δὲ κόλαξ ἀφ' ἑνὸς διαγράμματος ἀεὶ τὸ ἡδὺ, καὶ πρὸς χάριν ἅπαντας ὑποκρέκεται, ὅτε ἔργον εἴη ἀντεῖπεῖν, ὅτε ξύμφορα λυπεῖν, ἀλλὰ μόνῳ παρέπεται βαλομένῳ, συνᾴδων ἀεὶ καὶ συμφθεγγόμενος. id est, Adulator autem ab uno diagrammate semper id quod iucundum est, quodq; blanditur solitus succinere, neque facto resistere nouit, neque uerbo contristare, sed tantum obsecundat uolenti, semper illi concinens & consonans. Palàm est prouerbij specie dictum esse ἀφ' ἑνὸς διαγράμματος. Est autem diagramma pictura, descriptioq; philosophorum, qua rem exponunt oculis, ut perinde ualeat, quasi dicas, de eadem formula.

Non filius Achillis. XLVI

Inter carmina nobilium poëtarum, quæ à doctis uice prouerbiorum usurpantur, hæc quoq; referri posse uidentur.

Οὐ πᾶς ἀχιλλεύς· ἀλλ' ἀχιλλεὺς αὐτός εἶ. id est,
Haud satus Achille, uerum Achilles ipsius es.

E tragœdia quapiam aut comœdia sumptum uidetur. Est enim uersus trimeter iambicus. Vsurpatur à Plutarcho in eodem commentario quem inscripsit, Qua ratione sit adulator ab amico dignoscendus. Ait enim adulatorem modis omnibus sic amicum imitari, ut illud in eum dici possit, Οὐ πᾶς ἀχιλλεύς, &c. Itidem Terentianus Parmeno in Gnatonem Thrasonis orationi subseruientem,

Hem alterum hunc ex hoc natum dicas.

Vlysses pannos exuit. XLVII

In eodem quem modo dixi commentario Plutarchus hunc Homericum uersum usurpat, non sine specie prouerbiali, ex Odyssea χ.

Αὐτὰρ ὁ γυμνώθη ῥακέων πολύμητις Ὀδυσσεύς. id est,
Vilibus at pannis mox est exutus Vlysses.

Accommodare licebit ijs, qui genere uitæ subito commutato è pauperibus diuites, è squalidis nitidi, è tristibus hilares, existiunt. Nam Vlysses simul atque pannos in quibus mendicum apud procos egerat, exutus magnificis uestibus ornatus esset, repente uisus est alius. Plutarchus torquet in adulatorem, qui polypi more omnium studijs sese accommodat, adeo ut qui paulo ante apud amicum philosophiæ deditum, prolixam barbam ac pallium gestarit, assidue uersans in libris, nihilq; crepans nisi numeros, rectangulos & triangulos Platonis: si forte fortuna in amicum inciderit, uoluptatibus addictum, continuo mutata figura uelut à Circe transformatus, Sardanapalus fiat.

Subito alius. XLVIII

Simili modo torquet & illud Homeric. ex Odyss. π. in hominem repente mutatum, quiq; subito alius factus esse uideatur,

ἀλλοῖός μοι ξεῖνε φάνης νέον ἠὲ πάροιθεν. id est,
Hospes nunc alius mihi, quàm dudum esse uideris.

Congr

Ayuntamiento de Madrid

Congruit huic illud Theocriti,

ἀρτίς ἐξαπίνας με θεὸς βροτὸν ἄλλον ἔτευξεν. id eſt,
Num quo alius ſubito factus ſum numine diuum.

In durum & implacabilem. XLIX

In hominem impendio rigidum & implacabilem recte torquebitur illud Homericum, ex Odyſſeæ K.

Σοὶ δέ τις ἐν στήθεσι μενεπτόλεμος νόος ἐστί. id eſt,
At tibi non unquam placanda in pectore mens eſt.

Plutarchus in commentario De dignoſcendo ab amico adulatorem, ait hunc uerſum obijci ſolitum Antonio ab aſſentatoribus, quòd Cleopatræ efflictim amanti non reſponderet in amore.

Aſinus balneatoris. L

ὥσπερ ὄνος βαλανέως. id eſt, Vt aſinus balneatoris. Dictum eſt in eos qui ex ſuis laboribus ipſi nihil fructus caperent. Plutarchus in libello, περὶ τῆς φιλοπλουτίας. Οὐδὲν τῷ πάσχοντι, ὥσπερ ὄνος βαλανείου ξύλα καὶ φρύγανα κατακομίζων, ἀεὶ καπνὸν καὶ τέφρας ἀναπιμπλάμενος, λουτροῦ δὲ μὴ μετέχων, μηδὲ καθαριότητος. id eſt, Nihil inde capiens cõmodi, uelut aſinus balneatoris, qui ligna & ſarmenta defert, ſemper fumo ac fauillis oppletus, nunquam autem particeps balnei, neque teporis, neque mundiciei. Loquitur de diuite parco ac ſordido, qui cum ſit onuſtus diuitijs non fruitur tamen.

Lychnobij. LI

Apparet λυχνοβίους prouerbiali ioco dictos, qui lucernariam uitam ducerent, ut torqueri poſſit, uel in nocturnum potorem, uel hominem ſupra modum ſtudioſum, qui quemadmodum dictum de Demoſthene, plus abſumat olei, quàm uini: uel in ſordidum & parcum, quaſi de lucernario oleo uicitantem. Seneca libro Epiſt. 22. epiſtola 122. dictum oſtendit in luciſugam quendam, cuius tota uita erat præpoſtera, adeo ut quicquid hominum uulgus interdiu ſolet facere, id ille faceret noctu. Sub noctem expergiſcebatur, diluculo ibat cubitum. In quem ita iocatus Varius lepidiſſimus fabulator, ut eum diceret admodum frugaliter uiuere, quippe qui nihil inſumeret niſi noctem. Et quibuſdam illum ſordidum & ſuarum dicentibus, uos, inquit, illum & Lychnobium dicetis. Eſt autem in ioco uox ambigua, ut intelligas eum uſqueadeo non ſordidum, ut lucernas etiam abſumeret: uel adeo parcum, ut lucernis uicitaret. Cæterum alluſum eſt ad uitam hominis præpoſteram, cuiuſmodi deſcribit in eadem Epiſtola, & Butam quendam Atilium.

Quaſi Sutrium eant. LII

Sutrium peruetuſtum Hetruriæ oppidum. Id olim defecerat à Romanis, cum quibus inierant ſocietatem. Camillus ad id delectus à ſenatu, ut eos cogeret ad fidem. Is ne in apparando commeatu multum temporis tereretur, utq; Sutrini ipſa celeritate opprimerentur, edixit, uti ſinguli milites trium dierum commeatum ſecum exportarent. Id deinde uerſum eſt in prouerbium, quod uſurpari conſueuit, quoties aliquis ſuo ſumptu nauat operam alijs. Sic enim interpretatur Feſtus Pompeius in fragmentis quibuſdam, quæ Romæ inueniuntur. Arbitror eandem eſſe hiſtoriam quam aliquanto aliter narrat Titus Liuius lib. ab urb. cond. 6. Plautus in Caßina, Tum quoq; facito, ut ueniant, quaſi eant Sutrium. Iubet Alceßimus, ut ſuos ad ſeſe mittat, ſed ſuopte cibo inſtructos. Notum eſt carmen Catulli, quo Fabullum ad cœnam uocat, ſed ita ut ipſe ſecum adferat quicquid ad lautam cœnam pertinet.

Αὐτολήκυθοι. LIII

Αὐθολήκυθοι, uulgato uerbo diccbantur, qui non ex animo, ſed uentris cauſa colerent amicos, inde conficta uoce, quòd ſponte ad Lecythum commearent, & inuocati præſto eſſent in conuiuijs. Eoſdem Ταπεζίτας quoque uocatos fuiſſe teſtatur, & ab Eupolide, τοὺς περὶ τάγηνον καὶ μετ' ἄεισον φίλους. i. Circum ſartaginem & poſt prandium amicos dictos fuiſſe. Plutarchus in libello cui titulus, Quo pacto quis dignoſcere poßit adulatorem ab amico, ἀλλὰ μὴν καθάπερ οἱ πολλοὶ τοὺς αὐτολήκυθους τούτους λεγομένους καὶ ταπεζίτας καὶ μετὰ τὸ χύτλ χᾶρας ὕλωρ, ἀκουομένους, ὡς τις εἶπε, κόλακας νομίζωμεν. id eſt, Sed ne quemadmodum uulgus hominum facit, Autolecythos iſtos, qui uocantur, ac menſales, quiq; tum demum audiunt, poſteaquam aqua manibus infunditur, ſicuti dixit quidam, exiſtimemus adulatores. Vſus eſt eo uerbo Demoſthenes in oratione aduerſus Cononem. Interpretes uarie exponunt: uel de his qui ad quiduis perpetiendum parati ſunt, uel de pauperibus, qui præter lenticulam nihil poſſident: uel de ijs, qui faciles ſunt ad depromendam pecuniam, quòd quidam ſoleant in lenticulis pecuniam recondere, atque alijs item modis, quorum nihil conuenit cum ſententia Plutarchi. Apud Athenæum libr. 4. uocantur ἀλλοδαποφάγοι, quibus dulce eſt aliena uiuere quadra. Refert ibidem quiddam non illepidum: orta diſceptatione quæ nam aquarum eſſet optima, quum alij præferrent Lernæam, alij Pirenæam, alij aliam, Carneus iuxta Philoxeni ſententiam dixit, τὸ χύτλ χαρὼν ὕλωρ ἥδιστον, ſuauiſſimam aquam quæ manibus infunditur, quòd ea declaret cœnam eſſe paratam, quum conuiuator iubet conuiuas lauare. Congruit cum eo quod alibi dictum eſt, Feruet olla, uiuit amicitia.

Melitæus catulus. LIIII

Μελιταῖον κυνίδιον. id eſt, Melitæus catellus dicebatur is, cuius opera nulli ſeriæ rei conducebat, ſed duntaxat animi cauſa alebatur, cuiuſmodi non mediocris eſt multitudo in diuitum familijs. Aliorum canum uarius eſt uſus. Sunt quibus ædium cuſtodia delegata eſt, ut noctibus aduerſus fures excubias agant. Hi uocantur οἰκουρεῖ Sunt quorum opera in uenatibus utimur, qui θηρευτικοὶ dicuntur. Sunt quorum nullus eſt uſus, niſi ut cum ocioſis ac delicatis matronis luſtent, qui noſtris quoq; temporibus, mirum ſint in delicijs. Atq; ij μελιταῖοι uocantur, nimirum ab inſula Melita, inter Corcyram nigram & Illyricum ſita. Autor Plin. lib. 3. cap. ultimo. Itidem Strabo & Stephanus. Horum meminit Ariſtoteles Sectionis decimæ problemate 14. indicans eos omnibus membris puſillos gracilesq; fuiſſe, & hac dote commendantur, quemadmodum ſunt qui ſine nanis & pumilionibus non poſſunt uiuere. Apud Lucianum in Lapithis γελωτοποιὸς Alcidamantem Cynicum, μελιταῖον κυνίδιον uocat. Athenæus libr. duodecimo ſcribit Sybaritis uehementer in delicijs fuiſſe canes Melitæos. Qui quidem hoc eſſe uidentur in genere canum, quod nani & pumiliones inter homines. At Maßiniſſa merito laudatur, quòd pro ſimijs & catulis maluit pueros alere, uſque ad annum tertium, deinde remittebat eos ſuis parentibus. Sed intolerabilius eſt quod apud Britannos complures alunt greges urſorum ad ſaltationem, animal uorax & maleficum. Cuiuſmodi ſunt & ſimiæ, licet minus uoraces. Nec pudet has Chriſtianorum eſſe delicias, tot egenis eſurientibus. Verum quid iſta deploramus, quum obambulent qui exemplo ab Italis orto, puellam aut puerum circumferunt geſticulationes ineptas edoctum, & unius puellæ calamitas alit ocium quatuor aut quinq; robuſtorum nebulonum. Et huiuſmodi ludos æquis oculis ſpectant homines Chriſtiani.

Ilico hyems erit. LV

Ariſtoteles in Problematis ſectione tertiadecima, refert hunc uerſum, nullo citato autore, ſed ueluti uulgò iactatum.

Εἰ ὁ νότος βορέαν προκαλέσσεται, αὐτίκα χειμών. id eſt,
Ilico hyems ſit ubi Boream accerſiuerit Auſter.

Cauſam hanc adfert, quòd Notus ſuapte natura nubem & imbrem affatim colligat. Proinde ſi hoc tempore Boreas acceſſerit, congelaſcunt omnia huius rigore, atque ita protinus hyems. Adijcit in eodem problemate carmen alterum conſim

Ayuntamiento de Madrid

consimili ferè sententia,

Εἰ βορέας πηλὸν καταλάβεται, αὐτίκα χειμών. id est,
Molle lutum Boreas si prenderit, ilico hyems fit.

Id tametsi uulgò simpliciter dictum apparet, tamen nos eò deflectere poterimus, ut dicamus ingens periculum imminere, si malum malo successerit. Veluti si qui immodice discrutiat sese studij laboribus, amare etiam incipiat: aut si qui prius principi parum gratus fuit, in plebis etiam odium ueniat: aut si regi uehementer leni, placidoq; succedat admodum rigidus, aut contra. Nam huiusmodi subitæ mutationes, maximos rerum motus solent excitare.

Eundem calceum omni pedi inducere. LVI

Galenus Therapeutices lib. 9. ἐκεῖνοι μὲν ὅτε ζητοῦσιν, ὅτε ἰῶνται, ἀλλὰ καὶ κεῖ τῶν παροιμίαν, ἐνὶ καλαπόδῳ πάντας ὑποδέουσιν. id est, Isti quidem igitur neq; inquirunt, neque sciunt. Quin magis iuxta prouerbium, eodem calciamento calceant omnes. Loquitur de quibusdam medicis imperitis, qui non habita ratione morborum, eadem remedia admouent omnibus, cum diuersa mala, diuersam curationem desiderent. Non dissimile illi, quod alio dictum est loco, Scis simulare cupressum. Ad hanc formam pertinet, quod adducit Hieronymus in prima præfatione Commentariorum, quos ædidit in Epistolam ad Ephesios, Nec ad instar imperiti medici uno collyrio omnium oculos uelle curare.

Cochleæ uita. LVII

Κοχλὶς βίον. id est, Cochleæ uita. De ijs, qui parce paruoq; uiuunt, aut contracti à negotijs, luceq; forensi semoti. Notum est animal, unde sumpta est metaphora. Plutarchus in libello, περὶ φιλοπλουτίας, οὐ γὰρ τοιαῦτα πράγματα συνέχει, καὶ ταράττει μὴ προβῆναι σεαυτὸν, κοχλὶς βίον ζῶν διὰ τὴν μικρολογίαν. id est, Tu uero tantum molestiarum sustines turbans ac torquens teipsum, cum ob parsimoniam cochleæ uitam uiuas. De Cochleis quæ cum caletur, succo uictitant suo, aliàs retulimus ex Plautina Captiui duo.

Bello parta. LVIII

ἐκ πολέμου. id est, Ex hostium regione. Vbi quis immodice insumeret. Solemus enim celerius ac temere profundere, si quid hostibus sit ereptum. Quod quidem adagium & hodie passim audiuimus uulgò dictitari in lurcones & helluones. Plutarchus in libello cui titulum fecit, ὑγιεινὰ παραγγέλματα, ἐμπίπλασθαι πάρ' ἑτέροις τ̃ πολυτελῶν, καὶ ἀπολαύειν, καθάπερ ἐκ πολέμου ἁρπαλῶς ἐπισιτιζομένους. i. Impleri apud alios cibis sumptuosis, fruiq; uelut ex hostili regione raptis, ampliter sese cibo onerantes. Vsurpat idem Sympoſiace decadis septimæ, problemate sexto. Satyrus apud Athenæum lib. 4. id genus homines depingit his uerbis, καταβλέποντες τ̃ ἀγρὸν, διαφθείροντες τὴν οἰκίαν, λαφυροπωλοῦντες τὰ ὑπάρχοντα. id est, Proculcantes agrum, diripientes domum, pro spolijs uendentes facultates. Nam λαφυροπωλεῖν, est prædas hostib. detractas sub hasta uendere. Atque ea solent minoris æstimari, ueluti aliena. Hinc Græcis λαφύσσεται dicuntur, qui luxu prodigunt rem familiarem, ut indicat Athenæus libr. 11. & eiusmodi profusio λαφυγμὸς dicitur, & λαφύσσειν præditi, aut intemperanter profundere seu deuorare, ut indicat Suidas. Nam λάφυρα spolia dicuntur, uiuis hostibus detracta, quemadmodum σκῦλα mortuis.

Panis lapidosus. LIX

Illud si quis prouerbium esse negabit, cum hoc equidem non admodum digladiabor, certe dignum est, ut assidua usurpatione in adagiorum contubernium cooptetur, quod refertur à Seneca libr. De beneficijs 2. Panis lapidosus. Sic enim Fabius Verrucosus appellabat beneficium, ab homine duro aspere datum, quem esurienti necessarium sit accipere, durum & acerbum esse. Ita quidam contatione, toruitate uultus, asperitate orationis, ostentatione molestia, corrumpunt beneficium, ut nemo sit accepturus, qui possit eo carere.

E Patroclis domo uenit. LX

ἐκ παβολίας. id est, E Patroclis domo. In sordidos, sumptum à moribus Patroclis cuiusdam Athenienſis prædiuitis quidem, uerum impendio parci sordidiq;, quem uetus comœdia talem ferme depingit, qualem Plautus Euclionem, teste Aristophanis interprete, cuius uerba Suidas quoque refert, qui & prouerbium esse uult. Est autem in Aristophanis Pluto. Is quum esset squalidus, incultus & sordibus obsitus, rogatus unde uenisset,

Πόθεν γε φαῦλον αὐχμῶν βαδίζεις; id est,
Vnde igitur adeo sordidus squalensq; uenis? dicito.

Atq; ille respondet,

ἐκ παβολίας ἔρχομαι
ὃς οὐκ ἐλούσατ' οὐδ' ὅτου πρῶ ἐγένετο. id est,
E Patroclis domo,
Qui haud lauit unquam posteaquam natus est.

Iam in procliui quàm imber. LXI

Non absq; prouerbij specie dictum est illud à Plauto in fabula, cui titulus est Captiui duo.

Tam hoc tibi in procliui quàm imber est, quando pluit.

Nam procliue proprie dicitur, quod ex alto deorsum propendet. Arduum est autem onera subinoliri in altum, deorsum uero uel sua sponte deuoluuntur.

Et post malam segetem serendum est. LXII

Equidem non pugno esse prouerbium, etiam si prouerbij similimum est illud epiphonema Senecæ, libr. Epistolarum undecimo, Et post malam segetem serendum est. Quo licebit uti, quoties res parum ex animi sententia cecidit, & significabimus non esse desistendum à conatu. Quanquam Seneca loquitur de ijs, qui refugiunt in ullum hominem beneficium collocare, quòd semel inciderint in ingratum. Eiusdem generis est, quod eodem subnectitur loco: post naufragium maria tentantur.

Spes seruat afflictos. LXIII

Plutarchus in libello De ratione uictus, indicat uulgatum fuisse prouerbium de spe, nec tamen explicat, quodnam id fuerit. Τὸς πολίους δὲ μαλακίᾳ καὶ ἀκρασίᾳ σωτήριον ἔχουσα παροιμίαν ἐλπὶς ἀναπείθῃ καὶ προσάγεται βαδίζῃν ἀναστάντας ἐπαμῶαι ἐπὶ τὴν σωτηρίαν. id est, Plerosque uero spes intemperantiæ mollicieiq; patrocinante prouerbio adducit huc, ut relictis stratis, ad consuetum redeant uitum. Quòd autem sit illud prouerbium quod intemperantiæ suæ prætexunt homines, declarat in his quæ sequuntur. ὡς οἶνῳ δὴ τὸν οἶνον, κραιπάλῃ δὲ κραιπάλην ἀξελόντας καὶ διαφερόντας. id est, tanquam uinum uino, & crapulam crapula eiecerint ac discusserint. Ex his apparet Plutarchum alluſisse ad prouerbium, Clauum clauo pellere. Quod quidem & hodie manet æque celebratum inter compotores. Addũt iocum de pilo canis rabidi, & experiuntur facetiam multis exitialem. Quanquam & obiter alluſum est ad hoc quod extat in sententijs, e comœdijs ut apparet collectis.

ἀνὴρ ἀτυχῶν, σώσεται ταῖς ἐλπίσι. id est,
Spes seruat hominem, rebus in duris bona.

Notum est illud Naſonis.

Spes bona dat uires, animum quoq; spes bona firmat.
Viuere spe uidi, qui moriturus erat.

Deinde Pindaricum illud apud eruditos pene cessit in prouerbium,

ἐλπὶς γηροβόσκος. id est,
Spes altrix senectæ.

Sic enim Plutarch. in libello De tranquillitate animi. καὶ τὸν μύθον ἄλλοτε καὶ βεβαιότερον τ̃ παιδικ̃ς γηροβόσκον ἐλπίδα.

Ayuntamiento de Madrid

πιδᾶ & id est, Et memoriam iucundiorem, ac firmiorem. Pindarica ſpe, ſenectæ altrice. Refert autem hunc Pindari locum Plato lib. de Repub. 1. ὅτι ὃς ἂν δικαίως καὶ ὁσίως τὸν βίον διαγάγοι, γλυκεῖα οἱ καρδίαν ἀγάλλοισα, ἣ γηροτρόφος & σωοφρὼν ἐλπίς, ἃ μάλιστα θνατῶν πολυτρόφον γνώμαν κυβερνᾷ. id est, Propterea quòd qui iuſte pieq; uitam peregerit, huic dulcis cor exhilarans, ſenectutis altrix, familiaris eſt ſpes, quæ maxime uerſatilem mortalium mentem gubernat.

Tria ſaluberrima. LXIIII

In eodem opere, quandoquidem nullo autore refert, uidetur & hoc prouerbio fuiſſe iactatum. Sed præſtat ipſius uerba tranſcribere. οὐδὲν ἄριστα λέγεται τροφῆς ἀκοέλιου, καὶ πότων ἀσκνίλιου καὶ στέμματος & ὑσίης σωτηρίαν, ὑγιανότατα ἔναι. id eſt, Vnde optime dictum eſt, ueſci citra ſaturitatem, non refugere laborem, naturæ ſemen conſeruare, eſſe ſaluberrima.

Admoto capite. LXV

Plutarchus in libello cui titulus, ὡς ἂν τις διακρίνοι τὸν κόλακα τοῦ φίλου, uerſum hunc qui apud Homerum frequenter obuius eſt, ceu prouerbialem uſurpat,

ἀγχοῦ σχὼν κεφαλὴν, ἵνα μὴ πολυθρυλλὰδ' οἱ ἄλλοι. id eſt,

Admoto capite, reliqui ne audire ualerent.

Admonet eo loco, ſi quid obiurgandus eſt amicus, ut id fiat primum in tempore, deinde comiter & amice magis quàm aſpere, poſtremo clanculum ſemotis arbitris, οὕτω ἄμεινον ἢ ἔχοι. τὸ ἀγχοῦ σχὼν κεφαλήν i. Vnde optimum eſt illud, Admoto propius capite. Pro eo Liuius lib. ab urb. cond. 10. dixit conferre capita, Conſules uelut deliberabundi capita conferunt.

Cur ceſſatum eſt. LXVI

Eodem in commentario uſurpat & hunc Homeri uerſum ex Iliados Λ.

Τυδείδη, τί νυ δὴ τετληότε λειόμεθα θοὸν & ἀλκήν. id eſt,

Dic quidnam acciderit nobis, ut Martia uirtus
Tydide exciderit animis?

Licebit uti quoties communem culpam apud amicum agnoſcemus, & in re quapiam male ceſſatum eſſe ſignificabimus.

Abijciendum procul. LXVII

Cùm uitium aliquod, aut rem alioqui noxiam admonebimus procul abijciendum eſſe, conueniet uerſus ille, ni fallor, Homericus,

Εἰς ὄρος & ἢ ἐς κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης. id eſt,

In montem tumidáſue frementis in æquoris undas.

Sic & Horatius in Odis, lib. 3. Oda 14.

Vel nos in capitolium,
Quò clamor uocat, & turba fauentium,
Vel nos in mare proximum
Gemmas & lapides, aurum & inutile,
Summi materiam mali
Mittamus, ſcelerum ſi bene pœnitet.

Contra Theognis non opes, ſed ipſam paupertatem iubet, ἐς μεγακήτεα πόντον ῥίπτειν. i. In immenſum mare proijcere. Item hominem uehementer peſtilentem in extremas inſulas deportandum dicimus.

Teſtudinem equus inſequitur. LXVIII

Plutarchus in libello quem ſcripſit aduerſus Stoicos. Πολλῷ γὰρ τοῦτο σχετλιώτερόν ἐστι, καὶ μᾶλλον ἀπήρτηται τῆς ἐννοίας, τὸ μηδὲν ὑπὸ μηδενὸς περικαταλαμβάνεσθαι, μηδ' εἰ χελώνην, τὸ δέ λόγος φασὶ, μὴ ὄπισθε διώκοι ἀετὸς ταχὺς ἵππος. id eſt, Multo uero illud indignius, & à cogitationibus ſciunctius, nihil à quoquam comprehendi, nec ſi teſtudinem, id quod prouerbio dicitur, à tergo inſequatur Adraſti celer equus. Conueniet uti, cum rem præpoſtere & abſurde geri ſignificamus. Finitimum eſt illi, quòd aliâs à nobis dictum eſt, Teſtudinem Pegaſo comparas, & Citius teſtudo leporem præuerterit.

Stultior Melitide. LXIX

Μωρότερος & μελιτίδης. i. Stultior Melitide. Melitides unus eſt è feliciſſimis illis fatuis, quos Homer. ſuo carmine nobilitauit. Hic iam euerſa Troia, ueniſſe legitur auxilium laturus Priamo, ut menuit Euſtathius decimum Odyſſeæ librum enarrans. Lucianus in Amoribus μελιτίδην ἢ κόρινθον οἴει με πρὸς θεῶν i. Melitidem aut Corœbum me putas per deos? Prouerbium refertur à Zenodoto, docens hunc comicorum conuiciis fuiſſe traductum ob ſtultitiam, nec potuiſſe numerare ſupra quinq;, et ducta uxore nouam nuptam non attigiſſe, ueritum ne ſe illa accuſaret apud matrem. Commemorat eodem in loco & alium quendam inſigniter ſtultum, qui dubitarit ex utro parente fuiſſet natus. De Melitidis ſodali Corœbo meminimus alibi. Pauſanias admonuit, Corœbum unà cum Butalione ac Melitide ab Ariſtophane inter fatuos numerari. Eadem Suidas, adferens hoc carmen ex Ariſtophane.

Τέως δ' ἀβελτερώτατοι κεχώνται μαμάκυθαι, μελιτίδαι κάδωται. id eſt, Hactenus abiectiſſimi, inhiantes Mamacuthæ, Melitidæ deſident.

Non pluit, &c. LXX

Plutarchus in cauſis naturalibus refert hunc uerſiculum prouerbio iactatum apud priſcos.

Μυκέτι νυκτὸς ὕῃ, ἤκιν τέκῃ ἀγροτέρα σῦς. id eſt,

Iam non nocte pluit, qua ſus fœtum ædit agreſtis.

Quærit autem, cur domeſticæ ſues ſæpius idq; incerto tempore pariant, contra feræ ſemel duntaxat, atque iiſdem firmè diebus. Hi ſunt initio æſtatis, quæ pars anni minimum eſt obnoxia pluuiæ, præſertim apud Græcos. Non alium equidem uideo prouerbij uſum, niſi ſi quis ſignificare uelit exacto uere, aut autumno, ſerenitatem fore. Quòd ſi libebit longius etiam detorquere, per iocum licebit uti, cum ſignificabimus, ubi hoc aut illud euenerit, quod breui ſit euenturum, finem malorum nobis fore.

Electro lucidior. LXXI

ἠλέκτρου διαφανέστερος & id eſt, Electro pellucentior. De re magnopere dilucida, aut de forma ſupra modum nitida, quod electrum miro quodam more pelluceat. Vnde Vergilius, liquidum appellat. Liquidóue poteſt electro.

Lucianus in amoribus. ἠλέκτρου φασὶν, ἢ & σιδωνίας ὑέλου διαφανέστερος & id eſt, Electro, ut aiunt, aut Sidonio uitro pellucentior. Sidonium autem uitrum uocat, quòd ea ciuitas artificio uitri fuerit olim nobilis.

Tam perit, quàm extrema faba. LXXII

Feſtus Pompeius oſtendit prouerbio dici ſolere, Tam perit, quàm extrema faba, propterea quòd extremæ fabæ plerunque aut proterantur, aut decerpantur à prætereuntibus. Quadrabit igitur in hominem, ſeu rem omnibus omnium iniurijs expoſitam. Velut ſi quis dicat theologiam tam perire, quàm extremam fabam, quòd paſſim ab indoctiſſimis tractando corrumpatur.

Tyria maria. LXXIII

Tyria maria prouerbio dicebatur, de re magnopere tumultuoſa, periculiq; plena. Feſtus Pompeius inde natum adagium indicat, quòd Pœni Tyro oriundi adeo potentes maris fuerunt, ut per hos omnibus mortalibus nauigatio eſſet periculoſa. Citatq; Afranium qui ſcripſerit de quopiam, quòd Tyria maria conciret, hoc eſt, ingentes turbas excitaret.

Altera manu fert aquam, &c. LXXIIII

Τῇ μὲν ὕδωρ φορεῖ, τῇ δὲ ἑτέρῃ τὸ πῦρ. id eſt, Altera manu fert aquam, altera ignem. In eum torqueas licebit, qui cum coram ſit blandus, occulte noceat. Aut in bilinguem, & nunc laudantem, nunc uituperantem, aut in diuerſa ſentientem. Finitimum illi Plautino,

Altera manu fert lapidem, panem oſtentat altera.

Refertur adagium à Plutarcho, in commentario De primo frigore, Τῇ μὲν ὕδωρ ἐφόρει δολοφρονέουσα χερεί, τῇ δὲ ἑτέρῃ τὸ πῦρ. id eſt, Altera quidem aquam geſtabat doloſa manu, altera

Ayuntamiento de Madrid

altera uero ignem. Loquitur autem de muliere diuersis & contrarijs instructa. Mirum est autem idem dictum hodie totidem uerbis in ore esse uulgò.

Vapula papyria. LXXV

Vapula papyria, Sisinius Capito scribit prouerbio dici solitum, si quando uolebant significare se negligere minas aliquorum: hoc tantum reperimus in fragmentis Festi Pompeij. Suspicor esse natum à Papyrio prætextato, à quo mater comminando plagas, frustra conata est exscalpere, quid actum esset in senatu. Proinde Papyri legendum, non papyria, nisi mauis subaudire lege, ut sit comminantis pœnam legis papyriæ. Aut ni magis placeat, ut intelligas de Papyria, uxore Pauli Aemilij, quæ repudiata est à marito, cum repudij causam nemo scire potuerit. Quid enim facias? diutinandum est, ubi non succurrunt autores.

Quasi millus cani. LXXVI

Sapit & hoc prouerbium, quod apud eundem ad populum dixit Scipio Aemilianus. Nobis, inquit, reiq; publicæ, præsidio eritis, quasi millus cani. Nam millus est collare canum uenaticorum, coriaceum, confixum clauis ferreis eminentibus aduersus impetum luporum, ad hunc igitur modum, certum firmumq; præsidium significabimus.

Non liberat podagra calceus. LXXVII

Plutarchus in commentario περὶ τῆς ἀδυμίας, refert huiusmodi sententiam, ceu uulgò iactatam, alioqui ipsa quoque figura prouerbium præ se ferentem. Οὔτε ποδάγρας ἀπαλλάττει καλτίον, οὔτε δακτύλιος πολυτελὴς παρωνυχίας, οὔτε διάδημα κεφαλαλγίας. id est, Nec podagra liberat calceolus, nec precioſius anulus unguium uitio, quam παρωνυχίαν uocant, Latini reduuium, nec diadema capitis dolore. Plutarchus utitur adhunc modum, si diuitiæ, reliquaq; fortunæ munera, non tollunt morbos corporis, quanto minus mederi possunt animi malis? Anulus insigne doctoris est, at is non tollit ingenij stuporem. Diadema regum insigne est, sed id non adimit homini stultitiam: purpureus galerus eximiæ pietatis insigne est, uerum nec is liberat ab impietate mentis.

Vno digitulo. LXXVIII

Vno digitulo, summam negotij facultatem significabant. Terent. in Eunucho. Qui mihi nunc uno digitulo fores aperis fortunatus, Næ tu istas faxo, calcibus sæpe insultabis frustra. Hieronymus in dialogo Luciferiani & Orthodoxi. Hanc igitur hastam, quam totis uiribus misisti, de qua nobis minitaris, uno, ut aiunt, digitulo repellam. Huc pertinet & illud, quod alibi dictum est, Minimo prouocare. cum significamus, nos uel nullo negotio posse uincere.

Muli Mariani. LXXIX

Muli Mariani, castrensi prouerbio dicti sunt uaricosi milites, qui ex C. Marij ducis instituto, in furca tabella interpositis, sua onera portare consueuerunt, ut testatur & Festus Pompeius. At Plutarchus in uita C. Marij originem adagij bifariam refert. cum Marius imperator milites cursu, uarijsq; ac longis itineribus, gestandisq; oneribus exerceret, atq; illi iam assueti, non grauatim tacitiq; ea ferrent, castrensi ioco ἡμίονοι μαριανοί, id est, Muli Mariani dicti sunt. Hinc translatum est in quosuis, qui facile pererent imperatis. Meminit adagij & Iulius Frontinus libro strategematon quarto hisce uerbis: Caius Marius recidendorum impedimentorum gratia, quibus maxime exercitus agmen oneratur, usta & cibaria militum in fasciculos aptata furcis imposuit, sub quibus & habile onus & facilis requies esset, unde & in prouerbiũ tractum est, Muli Mariani, nimirum ob laborum tolerantiam, quòd Homerus ἡμιόνους ταλαεργοὺς identidem appellat. Sunt qui diuersam adagij originem referant. Quum enim Scipio Numantiam obsidens statuisset inspicere non arma modo militum, uerum etiam equos, mulos & currus, & quo pacto hæc quisque sibi haberet exercitata atque apparata, Marium produxisse equum pulcherrime ab ipso nutritum, præterea nullum habitudine corporis, manſuetudine ac robore, longe cæteris antecellentem. Itaque quum imperator Marij iumentis delectaretur, ac subinde horum faceret mentionem, tandem factum est, ut iocosa laude, qui non officio se præstaret assiduum, patientem ac industrium, mulus Marianus diceretur. Et hanc alteram prouerbij originem refert Plutarchus in uita Marij, quam modo citaui. Seneca in ludicro libello, quem scripsit in Claudium Cæsarem, mulos perpetuarios nominat. Festinius erit, si detorqueatur in hominem immenso studio, aut perpetuis negotijs uehementer distractum.

Osculana pugna. LXXX

Festus Pompeius iudicat Osculanam pugnam prouerbio dici solitam, quoties uicti uincerent: Idq; inde natum, quòd Valerius Leuinus imperator, prius à Pyrrho uictus, paulo post eũdem regem deuicerit. Citat Ticinium, qui huius adagij fecerit mentionem. Quanquam hic quoque locus mutilus ac truncus est apud Festum.

Osce loqui. LXXXI

Osce loqui uetusto prouerbio dicebantur, qui turpiter parumq; pudice loquerentur. Ab Oscorum moribus allusione sumpta, quòd apud eos spurcarum libidinum impunitus usus fuerit, unde & obscœna dicta quidam putant, quæcunque factu dictuue turpia sint, etiamsi refragatur Festus Pompeius. Citat autem Ticinium quendam, qui scripserit ad hunc modum: Osce & Volsce fabulantur, quia Latine nesciunt.

Serò molunt deorum molæ. LXXXII

Plutarchus in commentario cui titulus, περὶ τοῦ ὑπὸ τῆς θείας δικαιοσύνης τιμωρεῖσθαι, ὡς ἐκ ὀξέως, τὶ χρήσιμον ἔνεστι, τοῖς ἐπὶ δὴ τούτοις ἀλῆναι λεγομένοις μύλοις τῶν θεῶν. id est, Itaque non uideo quidnam utilitatis insit, istis deorum molis, quæ serò dicuntur molere. Cæterum ex his, quæ præcedunt eodem in loco, colligere licet dici solitum de his, qui licet serius, tamen aliquando pœnas dant malefactorum, uindici deo.

In transcursu. LXXXIII

Plutarchus in commentario De liberis educandis, ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐκ παραδρομῆς μαθεῖν ὠφελείας γύμνασμα ἕνεκεν. id est, Sed hæc quidem ex transcursu discere, ueluti degustandi causa. Metaphora plane prouerbium sapit. Quintilianus pro eo dixit, in transitu. Plinius mauult in transcursu. Idem ualet, obiter.

Tribus uerbis. LXXXIIII

Tribus uerbis pro pauciſsimis dicere prouerbiale est. Diuus Hieronymus in dialogo Luciferiani, & Orthodoxi, Tribus, ut aiunt, uerbis, rem istam grandem dissoluisti. Item Geta Terentianus in Phormione negat quosdam tria inter se commutaturos uerba. Pindarus in Nemeis hymno 12. τρία ἔπεα διαμεῖψαι. id est, Tria uerba sufficient. Tametsi me non fugit hic interpretes superstitiosius philosophari de tribus uerbis. Marcus Tullius pro Cluentio. Accusabat autem Scamandrum uerbis tribus: uenenum esse deprehensum, &c. Consimili figura, sexcenta dicimus pro multis. Proinde sexcentas mihi dicas scribito. Contra uerbo rem expedire dicitur, qui paucis explicat: & ne syllaba quidem attingere, qui nihil omnino meminit. Ita Galenus in Erasistratum opinor, ὡὸς δὲ οὐκ ἀδίκητα, τὰς μὲν τ' πέψεως ἀποτυχίας διαφέρων & ὡς πολλάς τε οὔσι καὶ κατὰ πολλὰς γίνονται προφάσεις, ὅπερ δὲ τῶν αἱματώσεως σφαλμάτων, ὅδ' ἄχει συλλαβῆς μιᾶς φθεγξάμενος. id est, Quî fit ut non pudeat, quòd quum de concoctionis uitijs distinxerit, & quòd multa sint, & uarijs ex causſis accidant, de generandi sanguinis defectibus, ne uno quidem uerbo, ne una quidem syllaba loquutus sit.

Ayuntamiento de Madrid

Ne punctum quidem. LXXXV

Diuus Hieronymus in Epistolis, Et apostolicæ uoluntatis sequentes uestigia, ne punctum quidem, ut dicitur, aiit unguem transuersum ab illius sententijs recedamus. Apud Mathematicos punctum minimum quiddam est in dimensione corporis, adeo ut diuidi non possit, quod imaginatione porrectum in longum, lineam efficit: rursum in latum porrecta linea, superficiem efficit. Ad eundem modum Terentius in Andria.

Tum tempori's ad hoc mihi punctum est.

Incita equum iuxta nyssam. LXXXVI

Κέντει τὸν ὦλον πρὸς τὸν νύσσαν. id est, Stimula equum iuxta lineam siue metam, dicebatur ubi sermo loquentis aberraret ab eo quod esset institutum. Natum uidetur ex Iliados Homericæ ψ. ubi Nestor multis uerbis docet filium Antilochum quomodo debeat equos regere, addit & hoc,

ἐν νύσσῃ δέ τοι ἵππος ἀριστερὸς ἐγχριμφθήτω. id est,

Cæterum equum læuum constringat linea metæ.

Sumptum ab equestri cursu, qui inter præscriptas metas ac lineas agebatur, quas transilire nefas erat. Ad quod haud dubiè Fabius alluserit, in undecimo Institutionum oratoriarum libro, referens Cæsium Seuerum lineam poscere solitum, aduersus eos qui in aliena transirent subsellia, ueluti qui præscriptum limitem egrederentur. Finitimum illi, ἐκτὸς τῶν ἐλαιῶν. id est, Extra oleas. Item illi, ὅπερ ἐκ τῆς ἰσκαμμάθα πηδᾷν. Vsurpauit prouerbij titulo Gregorius Nazianzenus in oratione De sancto pascha, ἀλλάτι τόσων ἡμῖν τάχα ἂν εἴποι τις τῶν φιλόζωων καὶ θερμοτέρων, κίνει τὸν ὦλον πρὸς τὸν νύσσαν, τὰ δὲ ἑορτὴ φιλοσόφως. id est, Sed hic fortassis aliquis nobis dixerit ex his qui amant dies festos, ac calidiores sunt, incita equum iuxta nyssam, ac de festo differe. Vtitur eodem prouerbio in oratione De natali Iesu Christi. Idem uariauit nonnihil in oratione contra Eunomianos, μὴ δὲ καθάπερ ἵπποι θερμοὶ καὶ δυσκάθεκτοι τὸν ὑπὲρ ἄτων λογισμὸν ἀποῤῥίψαντες πόῤῥω δὲ νύσσας θέωμεν. id est, Ne uelut equi feruidi & intractabiles, posteaquam rationem ceu sessorem excusserimus, & religiosam cautionem pulchre nos septis cohibentem, procul à meta curramus.

Præstat inuidiosum, &c. LXXXVII

Nihil tam uulgari sermone iactatum, quàm hæc sententia. Præstat inuidiosum esse quam miserabilem. Nam inuidia ferè comes est felicitatis, miseratio calamitatis. Est autem apud Herodotum in Thalia, ubi Periander ita loquitur filio, οὐ γὰρ μαθὼν ὅσῳ φθονέεται κρέσσον ἔστι ἢ οἰκτίζεσθαι. id est, Tu uero doctus, quanto satius sit, inuidiosum esse quam miserandum. Extat epigramma Græcum Palladæ in hanc sententiam,

ὁ φθόνος εἰκάζομαι τῇ τινὶ ἀρούρῃ ἐστιν ἀμείνων,
Οἱ βασκαινόμενοι λαμπρὸν ἔχουσι βίον.
Τὸν δὲ λίαν ἀτυχεῖς οἰκτέρομεν, ἀλλάτις ἔλθῃ
Μήτ' ἄγαν ὀλλύμενον, μήτ' ἐλεεινὸς ἐγώ.
Ἡ μεσότης γὰρ ἄριστον, ἐπὴ τὰ μὲν ἄκρα τέφυκεν
Κινδυνώδης ἐπάγειν, ἴσχεται δ' ὕβριν ἔχει. id est,

Peior liuore est miseratio, Pindarus inquit,
Nam sunt felices quos petit inuidia.
Horum nos contrà misereat, quorum aspera sors est.
At mihi donari non cupio alterutrum,
Vt nimium felix, uel sim miserabilis ulli.
Nam præstat cunctis rebus adesse modum.
Quandoquidem celsæ uicina pericula sorti,
Imaq; deprimitur non toleranda ferens.

Est autem apud Pindarum primo hymno Pythiorum,

ἀλλ' ὅμως, κρέσσον γὰ εἰκάζομαὶ φθόνον,
Μὴ παρίεν καλὰ, νώμα δικαίῳ πηδαλίῳ σφᾶς ὄρον. id est,

Veruntamen melior est commiseratione inuidentia,
Ne omitte honesta, guberna iusto clauo exercitum.

Rursus in Nemeis hymno octauo, ὄφρα δὲ λόγοι φθονεροῖσιν, ἄπτεται ἐσλῶν ἀεί, χαρόντεσσι δ' ὀκ ἐείζει. id est, Obionium est inuidis obtrectatio. Attingit autem honestos, cum deterioribus non contendit. Rursus Pythiorum undecimo,

ἴσχει τι γὰ ὄλβος ὀ μείονα φθόνον,
ὁ δὲ χάμηλα πνέων ἄφαρ βρέμει. id est,

Habet enim felicitas haud minimam inuidiam.
At qui humilia spirat, in obscuro fremit.

Ἐν nassa escam petere. LXXXVIII

Admodum certe prouerbiali figura dictum est à Plauto, citante Festo Pompeio,

Nunquam hercle ex ista nassa hodie escam petam.

Et Cicero ad Atticum libro quintodecimo, epistola ultima, Ex hac nassa exire constituì non ad fugam, sed spem mortis meliorem. Est autem nassa piscatorij uasis genus, quo postea quam intrarit pisces, exire non potest. Vnde prouerbialia fuerint & illa, In nassam incidere, & è nassa elapsus.

Nec mulieri, nec gremio credendum. LXXXIX

Idem Festus indicat huiusmodi prouerbium uulgò dictitatum fuisse, Nec mulieri, nec gremio credi oportere: quòd illa incerti, ac leuis sit animi, & plerunq; fiat, ut in gremio posita, cum in obliuionem uenerint, exurgentibus procidant. Itidem sinui commissa decidant, nisi cingaris. Itaque M. Tullius silentium promittens, ait: In sinu est, nec discingor,

Vnà cum templis & aris. XC

Plutarchus locis aliquot in Symposiacis significat antiquitus fuisse morem, ut quoties unicuiq; deo res diuina fieret, omnibus simul uota fierent, uidelicet ne Calydonij suis tragœdia renouaretur. Inuocantes autem deos, addebant hæc uerba ceu solennia, ἅμα σὺν ναοῖς καὶ βωμοῖς. id est, Vnà cum phanis & aris. Non admonet quidem ille palàm esse prouerbium, tamen ita uidetur usurpare, ut conijcere possis, prouerbio dici solitum, cum nihil omnino prætermissum uolebant significare. Quemadmodum & hodie uulgo dicunt, Vna cum uestibus & calciamentis. Et demigrarunt unà cum sarcinis & impedimentis.

Mercurius superuenit. XCI

ὁ ἑρμῆς ἐπαναλήλυθεν. id est, Mercurius superuenit. Ita loqui consueuerunt, si quando silentium oriretur in conciliabulo multorum, significantes, non esse fas loqui Mercurio præsente, qui sermonis sit autor. Ominosum & hodie putatur, si quando in cœtu, aut conuiuio, subitum omnium silentium fuerit obortum. Refertur adagium à Plutarcho in commentario, περὶ τῆς ἀδολεσχίας. Affine est illi, quod alibi dictum est, Lupus in fabula.

Dulce pomum cum abest custos. XCII

Γλυκὺ ὀπώρα φύλακος ἐκλελοιπότος. id est,

Custos ubi deest, dulce pomum est scilicet.

Senarius est prouerbialis, quo licebit uti cum significabimus impunitate malos ad peccandum prouocari. Sumpta metaphora à pueris & adolescentibus, qui sibi non temperant, quò minus furentur poma, si senserint abesse custodem. Vtitur Plutarchus in libello quem inscripsit, ἐρωτικὸς, in philosophos, qui sub prætextu philosophiæ, libidini suæ seruiunt. παράφασις δὲ φιλία καὶ ἀρετή. κοινωνία δὲ καὶ ψυχρολουσία καὶ τὰς ὀφρῦς αἴρειν, καὶ φιλοσοφᾶν φασὶ, σαφρονῶν ἔξω δὲ τοῦ νόμου. εἶτα νυκτὸς καὶ κατ' ἡσυχίαν.

Γλυκὺ ὀπώρα φύλακος ἐκλελοιπότος. id est,

Igitur occasio amicitiæ ac uirtus est. Sordidatur autem puluere frigidaq; lauat, attollit supercilia, ac philosophari se prædicat, & foris sobrius est ob legem, deinde noctu clanculum.

Pomum suaue est, tunc ubi custos abest.

Extat in prouerbijs Hebræorum, Aquæ furtiuæ dulciores sunt

ſunt. Et Pindarus in Iſthmijs hymno ſexto, Τὰ ϗ πᾶς δίκαν γλυκὺ ϖικρῶ]άτα μίνῃ τιλοῦτα. *id eſt, Id quod præter honeſtum dulce eſt, manet finis amariſſimus.*

Sanior es piſce. XCIII

Prouerbialiter haud dubie dixit Iuuenalis, Sanior es piſce. Nam ad eum modum, hodieq; uulgò loquuntur, Tam ſanus es quam piſcis. Id inde ſumptum eſt, quod creditum eſt, piſces non ſentire morbos. Quanquam huic ſententiæ refragatur Ariſtoteles lib. De natura animalium 8. atq; hunc ſecutus Plin. lib. 9. Siquidem ægrotare piſces hoc argumento colligunt piſcatores, quòd aliquoties inter eiuſdem generis præpingues ac uegetos, aliquot capiunt extenuatos, ac languentibus ſimiles, colorecq; immutato. Quanquam uniuerſo piſcium generi non incidit peſtis, quemadmodum frequenter accidit hominibus, ac cæteris animantibus, non cicuribus modo, uerumetiam feris.

E' Creta raptus. XCIIII

Plutarchus in commentario De puerorum educatione, καὶ τὸς μὲν θήβησι καὶ τὸς ἥλιδι φυκτέον ἐρῶ]ας καὶ τ' ὀκ κρήτης κα]αδέμενον ἁρπαγμὸν, τὸς ϗ λακεδαίμονι ζηλωτέον. *id eſt, Thebanorum quidem ac Helienſium amores oportet fugere, cumq; qui uocatur è Creta raptum, Athenienſium uerò & Lacedæmoniorum imitari. Apparet furtiuum amorem his nerbis olim ſignificatum fuiſſe, quòd aliquoties illinc uirgines à negotiatoribus aducherentur.*

Euparyphus ex comœdia. XCV

Admodum prouerbiali figura dixit Plutarchus in Sympoſiacis, ὥσπερ εὐπάρυφόν τι κωμῳδίας, *hominem ſignificans magnifice ueſtitum, ac magnam ſeruorum turbam paſſim trahentem. Nam huiuſmodi fiuguntur in comœdijs milites glorioſi. Quorum inſigne eſt chlamys purpurea, quemadmodum indicat Donatus. Ita Lucianus De milite,* τὸν εὐπάρυφον λέγω τ' ἐν χλαμύδι. *id eſt, Euparyphum illum dico, illum chlamydatum. Vnde diuites omnes ſplendide cultos,* εὐπαρύφους *appellant Græci, quod ipſum prouerbiale quiddam habet. Nam Paryphis ueſtimenti genus eſt, cuius meminit Iulius Pollux lib. 7. Id utrinque purpuram habebat aſſutam, quòd uirgæ purpureæ inuertextæ ueſtibus Ianum lingua Paryphi uocantur. Idem admonet* εὐπάρυφον nouæ comœdiæ uerbum eſſe. *Contra tenues & humiles nullo cultu inſignes tunicati dicuntur. Cornelius Tacitus in dialogo De oratoribus. Quos ſæpius uulgus imperitum & tunicatus hic populus tranſeuntes nomine uocat & digito demonſtrat. Similiter Horatius.*

Vilia uendentem tunicato ſcruta popello.

Nam prætexta nobilium erat, & toga ciuium erat inſigne. M. Tullius contra Rullum. Iam uero qui metus erat tunicatorum illorum. Item pro M. Cælio. Nobis quidem olim annus erat unus ad cohibendum brachium toga conſtitutus, & ut exercitatione ludoq; campeſtri tunicati uterentur.

Tranquillo quilibet gubernator eſt. XCVI

Seneca in epiſt. quadam ad Lucilium, Alioqui gubernatoris artem adeo non impedit tempeſtas, ut oſtendat. Tranquillo enim, ut aiunt, quilibet gubernator eſt. Ait autem illic, fortunam aduerſam, ac rerum difficultatem, non ſolum non obeſſe ſapienti, uerumetiam uirtutem in his maxime proferre ſeſe, quæ rebus ſecundis, ac pacatis latebat. Non magnum eſt administrare rempublicam, cum omnia pace conſtant.

Neque Lydorum carycas. XCVII

Μήτε λυδῶν καρύκας, μήτε μαζιγων φόρυς. *id eſt, Neque Lydorum condimenta, neq; flagrorum crepitus. Conſtabit trochaicus tetrameter catalecticus, ſi addas articulum,* Μήτε τ' λυδῶν, & καρύκας *per geminum cappa legimus apud Heſychium & Athenæum. Heſychius indicat,* καρύκω *dici offam è ſanguine uarijſq; condimentis confectam. Athenæus hunc uerſiculum adducit,*

Εἰώθας ἀς ταυτὸν καρυκεύειν, μέλι,
Σεμίδαλιν, ὠά. πάντα γὰρ τἀναντία. *id eſt,*
Miſcere in unum conſueuiſti, mel, ad hæc
Similaginem, ouа. Cuncta enim contraria.

Vnde καρυκάζειν, *pro miſcere uarias rerum ſpecies, &* καρυκεύματα *pro cibis uarie conditis, &* καρυκεία *conditura exquiſitior. Sed quibus rebus quibuſq; modis genus hoc edulij conficiatur, ſerio declarat lib. 12. dicens hoc inuentum eſſe Candauli, qui hinc ſibi nomen celebre peperit. Suidas refert adagium, nec exponit. Conijcere licet dici ſolitum, quoties mediocrem uitæ rationem, aut conditionem ſignificarent, quæ pariter & à ſummis delicijs, & ab extremis malis abeſſet. Legimus enim Lydos luxu delicijſq; fuiſſe corruptiſſimos, adeo ut ludijs nomen dederint: tum barbaros, haud ſcio an Lydos, de Tyrrhenis certum eſt, ad tibiæ modos ſolere ſeruos cædere, ſummam molliciem cum ſumma ſeuitia coniungentes. Venuſtius erit, ſi ad animi res transferatur, uelut ad orationem, nec omnino ruſticam nec operoſius expolitam. Vnde* καρυκεύειν *dicuntur, non ſolum qui uarijs condimentis inficiũt cibos, uerumetiam, qui ſermonem multiplici uerborum & figurarum lenocinio condiunt: aut qui, concionem è diuerſis male cohærentibus contexunt, qui mos eſt quibuſdam oſtentatoribus. Exponunt paucis ſcripturam, addunt quæſtionem Sorbonicam, aſſumunt aliquid ex iure Cæſareo, nonnihil ex iure Pontificio, tum ex Ariſtotele, ex poëtis. His omnibus Colophonem addunt, anilem fabulam, hoc eſt uere* καρυκεύειν. *Quanquam huius adagionis & alibi nobis, ni fallor, facta mentio.*

Tanquam de narthecio XCVIII

Prouerbij ſimillimum eſt, & illud Ciceronis in ſecundo De finibus bonorũ libro, tanquam de narthecio, pro eo quod eſt, ex parato, & ad manum. Nam narthecium opinor, uocat pyxidem, unde pharmacopolæ depromunt medicamenta. Verba Ciceronis ſic habent, Iam doloris medicamenta illa Epicurea, tanquam de narthecio promant, Si grauis, breuis: ſi longus, leuis.

Quod non opus eſt, aſſe charum eſt. XCIX

Catoniana uelut oracula uidentur apud ueteres in prouerbium abijſſe, non ſecus atque illa Apollinis, Noſce teipſum, & Ne quid nimis. Quorum de numero commodiſſime dictum eſt quod in Epiſtola quadam ad Lucilium refert Seneca, Quod non opus eſt, aſſe charum eſt. Vult autem Cato diligentem patrem familiâs uendacem eſſe, non emacem, & emere non quod opus eſt, ſed quod neceſſe eſt. Nam quod non opus eſt, inquit, aſſe charum eſt: hoc eſt, quantumuis paruo emptum, tamen charum eſt, ſi nec opus eſt eo. Vocat neceſſe, quo carere non poſſis, uelut arator aratro: opus quod uſui futurum ſit, ſiquis habeat, ſed eiuſmodi tamen, ut carere poſſis. Porrò quod opus non eſt, id eſt prorſus ſuperuacaneum & inutile. Poteſt ad complures accommodari ſententias: ut ſi quis dicat artem quampiam minimo negocio poſſe diſci, quæ tamen nihil ſit frugis allatura, reſponderi poſſet, Quod opus non eſt, aſſe charum eſt.

Nunc tuum ferrum in igni eſt. C

Eius ferrum in igni eſſe dicebant, cuius negotium iam ageretur. Præmollitur enim ferrum igni ad cudendum. Ita Seneca in ludicro libello, quem ſcripſit de morte Claudij imperatoris. Hercules enim qui uideret ferrum ſuum in igni eſſe, modo huc, modo illuc curſabat, & aiebat, Noli mihi inuidere, mea res agitur: deinde ſi quid uolueris inuicem faciam, manus manum lauat. Alluſit eo, quod Hercules quoq; ex homine factus eſſet deus, id quod ambiebat Claudius. Alexander Magnus interrogatus quomodo potitus eſſet Græcia, reſpõdit, μιᾷ

Ayuntamiento de Madrid

ἀναβαλλόμενος. id est, Nil recrastinans. Refert Homeri Scholiastes Iliad. β.

CHILIADIS QVARTAE CENTVRIA V.

Ne bos quidem pereat. 1

IAM ante prouerbijs aliquot nobis declaratum est quantum utilitatis adferat bonus uicinus, quantum incommodi malus. Sed quæ conducunt ad uitæ felicitatem, iterum atque iterum expedit inculcare, quo penitius infigantur animis. Neq; enim ea res tantum habet locum in parandis ædibus aut fundo, sed in omni pene uita: ut quod Portius Cato prodidit de commodo uicino habendo, non solum ad agricolas pertineat, uerumetiam ad unumquenq; nostrum. Etenim si quis iam prouectior ætate uitæ totius cursum relegat, comperiet maximam bonorum malorumq; partem à bonis malisq; uicinis fuisse profectam. Hesiodi carmen Columella tanquam prouerbiale refert.

Μηδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ' ἐμὴ γείτων καλὸς εἴη. id est,

Nec bos intereat, uicinus si improbus absit.

At leuis est bouis iactura, si cum his malis conferatur, quæ capiuntur ex improbis conuictoribus, ex fucatis amicis, ex uxoribus & famulis parum fidelibus. At Catonis quidem sententiam nonnulli reijciendam esse duxerunt, quòd in nobis situm non est, qualem habeamus uicinum, quem nonnunquam mors aliaq; diuersæ causæ nobiscum mutant. Id tametsi negari non potest, sapienter tamen à Catone præceptum est, ut agricola quantum in ipso est, curet habere bonum uicinum, nec bonum tantum, sed & commodum. Bonus enim esse potest, qui tibi commodus non sit. Id ut contingat, duæ res potissimum adiuuabunt, diligentia in parando agro, & commodi mores erga uicinum. Frequenter enim habemus malum uicinum, quòd ipsi nos præbeamus malos uicinos. Quemadmodum igitur, ut eleganter scribit Columella, sapientis est fortuitos casus magno animo sustinere, ita dementis est ipsum sibi malam facere fortunam. Quod facit qui nequam uicinum suis nummis parat, cum à primis cunabulis, si modo liberis parentibus est orundus, audisse potuerit:

Οὐδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ' ἐμὴ γείτων καλὸς εἴη.

Quod non solum de boue dicitur, sed de omnibus paribus rei nostræ familiaris, adeo quidem ut multi prætulerint carere penatibus, & propter iniuriam uicinorum sedibus suis profugerint. Nisi aliter existimamus diuersum orbem, uniuersas gentes petijsse relicto patrio solo, Acheos dico & Hiberos. Albanos quoque, nec minus Siculos, & ut primordia nostra contingam, Pelasgos, Aborigines, Arcadas, quàm quia malos uicinos ferre non potuerint: Ac ne tantum de publicis calamitatibus loquar, priuatos quoq; memoria tradidit, & in regionibus Græciæ & in hac ipsa Hesperia detestabiles fuisse uicinos: nisi Autolycus ille potuit cuiquam tolerabilis esse conterminus, aut Auentini montis incola, Palatinis ullum gaudium finitimis suis Cacus attulit. Malo enim præteritorum quàm præsentium meminisse, ne uicinum meum nominem, qui nec arborem prolixiorem stare nostræ regionis, nec inuiolatum seminarium, nec pedamentum annexum uineæ, nec etiam pecudes negligentius pasci sinit. Iure igitur, quantum mea fert opinio, M. Portius talem pestem uitare censuit, & in primis futurum agricolam præmonuit, ne sua sponte ad eam perueniret. Hactenus quidem Columella declamatoria quadam eloquentia, simul & Catoni patrocinatus est, & nos docuit, quanta pestis sit malus uicinus. Tametsi Cato non solum de uicini moribus sentit, uerumetiam quàm lauta sit re. Vicini, inquit, quo pacto uiteant id animaduertito. In bona regione bene nitere oportebit. Interdum enim nitor arguit agri bonitatem, in solo uero parum fertili declarat industriam agricolæ. Porrò quemadmodum diligens uicinus extimulat ad studium bene colendi, ita uicinorum luxus & ignauia, corrumpit uicini familiam. Itidem & prepotens uicinus opprimit propinquum pauperem, & supra modum tenues uicini semper aliquid abradunt, siue precibus, siue furto. Iam cum morosis & improbis uicinis nunquam rixa non est, nunc de finibus, nunc de damno dato, nunc de stillicidio, nunc de semita actiue, nunc de prospectu aut de lumine. Quod si fortuna nobis dederit talem uicinum, nec liceat mutare, reliquum est, ut nostra commoditate reddamus illum ex malo bonum, certe caueamus ne lacessitus fiat incommodior. Turpissimum enim fuerit si nostris moribus ex commodo uicino faciamus incommodum. Videlicet hoc est quod præcipit Cato: Vicinis bonus esto. Et ne satis esse putares si ipse temperes ab iniuria uicini, adiungit familiam ne flueris peccare. Mox indicat, quid utilitatis capiatur ex bonis uicinis: si te, inquit, libenter uicinitas uidebit, facilius tua uendes, operas facilius locabis, operarios facilius conduces. Si ædificabis, operis, iumentis, materia iuuabunt. Si quid bona salute usus uenerit, benigne defendent. Olim igitur qui fundum proscribebãt uenalem, præconem edocebant, quibus dotibus esset ager cõmendabilis, quàm salubri cœlo, quàm commodo situ, quàm fertili solo, quàm bene ædificatis uillis. Sed uir acerrimi ingenij Themistocles, quum fundum uenderet, iussit huiusmodi dotibus & illud adijci, quòd haberet bonum uicinum. Id factum primum risu iocoq; multitudinis acceptum est, mox intellectum est hanc agri commẽdationem esse præcipuam. Plurimum itaq; refert ad totius uitæ commoditatem, qualem quisq; uicinum sibi deligat, tum quo pacto, qui contigit utatur. Princeps qui ditionem ambit, quam sine maximo negotio, summoq; ditionis auitæ dispendio tueri non possit, malam uiciniam sibi adiungit. Rursum qui cordatos ac fidos consiliarios, qui magistratus integros & reipub. amantes asciscit, bonos uicinos adiungit. Neq; minimum interest quas nationes in affinitatem adglutinet. Qui dotis aut honoris gratia sponsam asciscit incommodis moribus, aut cui sint cognati procaces, malos uicinos sibi adiungit. Qui cum improbis init amicitiæ fœdus, malam uiciniam accersit. Qui ductus amore censuum conijcit sese in collegium aut monasterium impiorum aut etiam superstitiosorum, malam uiciniam sibi parat. Prima igitur cautio sit in deligendo, proxima in corrigendo, postrema in fugiendo quod corrigi non potest. Quanquã ne fuga quidẽ debet carere cautione. Alioqui in uitium ducit culpæ fuga, si caret arte: neque raro fit, ut odio mali præcipitemus nos in aliud grauius malum. Raro pœnituit amicitiæ, qui iudicio delegit amicum. Et sæpe nostra culpa fit, ut rescindatur amicitia quòd amicis bonis utamur non bene, tum quòd parum commodos amicos nec ferre nouimus nec emendare. Neque uero leuius peccant, qui cum inciderint in amicos pestilentes, nesciunt sese subducere, sed aut hærent his quos oderunt clanculum, aut non dissuunt amicitiam, sed abrumpunt. Idem accidit mei similibus in deligendis ac retinendis studiorum nostrorum patronis & altoribus. Negligimus oblatos, aut amplectimur nobis parum aptos, aut si quis obtigit accõmodus, non studemus illius erga nos benenolentiam mutuis officijs alere. In prima certe parte grauissime peccaui adolescens. Etenim si tum respondissem fauoribus magnatum qui me cœperant amplecti, futurus eram aliquid in literis, sed immodicus libertatis amor effecit, ut diu cum perfidis amicis, & peruicaci paupertate colluctarer. Nec erat finis futurus, nisi GVILHELMVS ille VVARAMVS Archiepiscopus Cantuarien. uir non tam ob tituli munerisq; dignitatẽ, quàm ob egregias summoq; præsule dignas uirtutes reuerendus, me ueluti fugientem in amicitiæ fuæ nassam

Ayuntamiento de Madrid

naſſam pellexiſſet. Guſtata duntaxat illius humanitate contuli me in Italiam. Ibi ceſſantem neque quicquam minus quàm de repetenda Britannia cogitantem, ultro reuocat delato ſacerdotio. Hoc quoq; neglectum eſt. Cæterum ubi me uentus alius retuliſſet in Angliam, ſic aſtrinxit non tam benignitate, quanquam ea quoq; fuit & eſt in illo ſingularis, quàm morũ amabili quadam iucunditate, miráq; in amando conſtantia, id quod in uiris primatibus ſanè rariſſimum eſt, ut nolens illi præberem manus. Hæc erat eſca qua me pertraxit in ſuum ius. Ita meo bono captus ſum, hoc uno nomine felix, quòd hic Mæcenas obtigit, ſed longe feliciſſimus futurus ſi maturius contigiſſet. An illum huius alumni pœniteat neſcio, certe mutuis in illum officijs meo animo nondum ipſe ſatisfeci, nec uideor unquam ſatisfacturus. Proinde mihi rogandi ſunt omnes, qui bonarum literarum, qui religionis amore ducuntur, ut ſi quid fructus non pœnitendi ceperunt ex meis lucubrationibus, huic ſanctiſſimo præſuli pro me gratias agant, atque adeo ſi poſſint referant. Referent autem ſi non patientur illius memoriam apud poſteros intermori, cuius benignitati debeũ, quicquid ex libris meis hauſerũt, ſi quid omnino frugiferum hauſerunt. Obſtrepunt undiq; querimoniæ, deplorantium ſibi ad ſtudiorum cultum deeſſe mæcenates. Atqui Mæcenas non ſtatim amplexus eſt Vergilium aut Horatium, nec Meuio Bauióue fuit Mæcenas. Illud primum agat adoleſcens, ut egregium aliquod ſpecimen ceu pignus de ſe præbeat non peritum quod in ipſum conferatur. Nec ſatis eſſe putet, quibuſcunque rationibus abſtuliſſe munus uel prædam uerius. Non eſt improbitate petendi ambienda benignitas, ſed literis ac moribus ſemper in melius proficientibus. Sic inuitat fundus agricolam ad uberiorem ſementem, ſi quod creditum erat, bona fide multóq; cum fœnore reddat. Nec eſt ſubinde mutandus patronus, ut relicto quem defatigaſti, quæras integrũ, & una quercu excuſſa, ſub alia colligas. Sic uni aut duobus ſeruiendum eſt, quaſi ſis perpetuo ijſdem uſurus. Nunc quàm multos uidemus qui ſuis moribus & literas odio, & patronos pudore inuidiáq; onerant. Eſt quidem nonnulla gratitudinis pars literis dictisq; celebrare nomen patroni, ſed magni refert quo quem modo laudes. Vana laudatio, fidem abrogat etiam uerà prædicantibus: itaq; fit, non ut lector melius ſentiat de laudato, ſed peius de laudante. Immodicæ laudes conciliant inuidiam potiuſquam gloriam. Iam qui laudibus uehunt ea quæ bonorum ac ſapientum iudicio damnantur, laudando uituperant. Primum quod adfers ad Encomium, ſit uerum: deinde quod uerum eſt ſic tractetur ut fiat etiam ueriſimile. Abſint autem poëtarum quorundam hyperbolæ, quibus ex homine quum libet, deum faciunt: hæ uirtutes potiſſimum depingantur, quæ fauorem ac beneuolentiam conciliant, quod genus ſunt, pietas, integritas, pudicitia, modeſtia, benignitas, morum candor ac facilitas. Nihil eſt humano ingenio inuidentius, nihil hominum iudicijs moroſius. Proinde ſi quid attingendum erit earum rerum quas uulgus ſic miratur ut inuideat poſſidentibus, id arte tractãdum eſt, ne faſcinatio ſit metuenda laudato. Nullus inuidet opulento, qui quod uel ex benignitate fortunæ, uel ſine fraude partum poſſideat, ſic habet, ut diſpenſator ſit potius quàm dominus. Neq; quiſquam inuidet potenti, qui potens eſt reipub. commodis, qui quantũ eminet dignitate, tantum ſe ſubmittit modeſtia, comitate uincens etiam humiles. Nullus inuidet formoſo, qui naturæ dono pudorem ac pudicitiam adiunxit. Nullus inuidet ualenti aut longæuo qui magno plurimorum bono ualet ac uiuit. Quod ſi cui deeſt ingenium aut ars ad hæc pro dignitate tractanda, abſtineat potius quàm uelut malus pictor bonam formam imperitia ſua reddat deteriorem. Alexander ille fortaſſe moroſius, qui nullius manu pingi ſuſtinebat niſi Apellis, Nemo tamen egregio corpore, à Fuluo Rutubáq; pingi cupiat. Quod emittis in lucem publicam tale ſit, ut poſteritatis memoriam polliceatur. Deniq; ſic temperanda laudatio, ut hoc officium non appareat eſſe tributum eius animo quem laudas, nulli enim minus expetunt, aut ſuſtinent etiam laudari, quàm qui maxime promerentur: ſed ipſi potius uirtuti, quam nolentem etiam ſequitur ſua gloria, ſed alijs ad ſimilia ſtudia prouocandis. Sic & utiliter laudabitur qui promeritus eſt, & citra periculum inuidiæ, aut aſſentationis ſuſpicionem. In defunctorum autem laudes uberius effundenda eſt uis eloquẽtiæ, quum iam mitior eſt inuidia, & minor adulandi ſuſpicio. Hactenus oſtendi quomodo ſtudioſi ſuis patronis commendari queant, Nunc paucis attingam quibus rationibus & ſtudijs ipſis fauorem omnium ualeant conciliare. Multis enim in locis iam linguæ bonæq; quas uocant literæ magna flagrant inuidia: quod quidem ſit partim culpa maiorum, qui putant autoritati ſuæ detrahi ſi quid nouæ eruditionis accedat iuuentuti, cõtentiq; his, quæ pueri didicerunt, alia nec doceri patiuntur, nec ſuſtinent diſcere, uel quia piget uel quia pudet: partim etiam eorum uitio, qui hæc uetera noua inuehunt. Sunt enim in hoc ordine quidam intolerabili inſolentia, qui ſimulatque tenuerint duodecim uerba Latina, & quinq; Græca, Demoſthenes ac Cicerones ſibi uidentur, effutiunt ineptos libellos, nonnunquam & uirulentos, liberales diſciplinas omnes miro faſtu aſpernantur, & in harum profeſſores ſcurriliter debacchantur. Nec deſunt qui bonis literis ad res peſſimas abutuntur, ad ſeditioſam maledicentiam, ad concutiendã, luxandam, & labefactandam concordiam tranquillitatemq; reipub. Chriſtianæ. At qui olim his literis erant inſtructi, principum tumultus ſua facundia componebant, cum hæreſtarchis belligerabantur, celebrabant diuorum memoriam, carmine proſaq; decantabant Chriſti laudes, exhortabantur ad contemptum huius mundi, ad amorem rerum cœleſtium. Talis erat Baſilius, talis Nazianzenus, talis Ambroſius, talis Prudentius, talis Lactantius, in quibus linguarum ac politioris literaturæ cognitio ideo caret inuidia, quia ſeruiuit pietati. Solent autem & hominum mores ſtudijs imputari: quemadmodum hodie nõ pauci ſunt qui deteſtantur Euangelium, ob impuros quorundam mores Euangelij nomine ſe, è uenditantium. Quod ſi quemadmodum Paulus cauens ab omni ſpecie mali, glorificat Euangelium ſuum, omnibus omnia factus ut omnes lucrifaciat, ita literarum huiuſmodi profeſſores integritate morum, comitate temperantiaq; linguæ commendarent ſuam profeſſionem, longe plus eſſet fructus, & inuidiæ minus. E` diuerſo, ſi maiores ciuiliter & æquis animis reciperent, non nouas aduenas ſed ueteres hoſpites poſtliminio ſeſe recipientes, ſentirent ſibi non mediocrem lucem neq; uulgarem utilitatem ex harum acceßione accreſcere. Nunc cum ueteribus amicis perinde atque cum hoſtibus irreconciliabile bellum gerunt. Noua uocant quæ ſunt uetuſtiſſima, uetera nominant, quæ ſunt noua. In priſcis eccleſiæ doctoribus ſacrorum uoluminum cognitio, cum linguarum & humanioris literaturæ peritia fuit coniuncta. Idem uidemus in priſcis philoſophis, medicis, iureconſultis. Vbi foloeciſſat Ariſtoteles aut Hippocrates? Nónne facundi ſunt Plato & Galenus? In ueteribus autem Iuriſperitis quæ fuerit utriuſque linguæ peritia, quæ Romani ſermonis tum puritas tum maieſtas, declarant hæc ipſa fragmenta quæ glorioſius Iuſtinianus nobis pro ſolidis uoluminibus obtruſit, quanquam hæc ipſa ſcatent undique mendis prodigioſis. Nouum eſt pueris ad grammaticam inſtituendis inculcare modos ſignificandi, prælegere delira gloſſemata, quæ nihil aliud doceant quàm impure loqui. Nouum eſt adoleſcẽtem ad philoſophiæ, Iuris, medicinæ, Theologiæ ſtudium recipi, qui ob inſcitiam ſermonis nihil intelligat in ueteribus autoribus. Nouũ eſt à Theologiæ adytis excludi, niſi qui diu ſudarit in Auerroë & Ariſtotele. Nouum eſt adoleſcentibus

Ayuntamiento de Madrid

philoſophiæ candidatis inculcari nugas ſophiſticas, & commentitias quaſdam difficultates, meras ingeniorum cruces. Nouum eſt in publicis ſcholis, aliud reſponderi ſecundum uiam Thomiſtarum & Scotiſtarum, Nominalium & Realium. Nouum eſt illic excludi argumenta quæ petita ſunt ex diuinorum uoluminum fontibus, ſola uero recipi, quæ ducuntur ex Ariſtotele, ex epiſtolis decretalibus, ex placitis ſcholaſticorum, ex gloſſematis iuris pontificij profeſſorum, aut ſimilitudinibus plerunque frigidis ex iure Cæſareo detortis. Si nouis offendimur, hæc uere noua ſunt. Si uetera probamus, uetuſtiſſima ſunt quæ nunc offeruntur: niſi forte nouum eſt, quod ab Origenis ſeculo proficiſcitur, & uetus eſt, quod ante trecentos annos exortum ſemper in deteritus profecit. Sed his etiam iniquiores quidam non uerentur priuatim ac publice, atque adeo in ſacris etiam concionibus deblaterare, has literas eſſe fontes omnium hæreſeon, non animaduertentes hanc blaſphemiam cadere in Hieronymum, Ambroſium & Auguſtinum, aliosq; complures, quibus doctoribus gloriatur eccleſia. Huiuſmodi ſtolidiſſimas nugas inculcant auribus adoleſcentium in ſecretis confeſſionibus, Caue à Græcis, ne fias hæreticus, fuge literas Hebræas ne fias Iudæorum ſimilis, abijce Ciceronem, ne cum illo damneris. O graues admonitiones. Nec cogitant futurum, ut hæc pueri paſſim effutiant ridenda cordatis omnibus. Eadem inſtillant parentum auribus, hoc agentes ut ipſis mandetur liberorum inſtituendorum cura. Facile imponitur mulierculis & ſimplicibus idiotis ſanctimoniæ fuco. Verum olim nihilo rectius lupo commiſeris, quàm talibus uentribus liberos. Quid audio? Valdenſes, pauperes à Lugduno, Vuicleuus, linguas ac bonas literas calluerũt? Deinde num Hieronymus hæreticus fuit, quia linguis & omni literarum genere præcelluit? Si quis Gallicæ duntaxat linguæ peritus, ſua lingua ſcriberet opiniones hæreticas, an protinus admonereimus omnes ne quis diſceret Gallice? Nuper etiam principum aulis perſuadere cœperunt, totum hunc tumultum, & Lutheraniſmi & ruſticanæ ſeditionis, ex linguis humanioribusq; literis eſſe natum. Habent aulæ Midas ac Thraſones ſuos, ſummiq; principes hoc magis patent talium inſidijs, quo magis ingenui ſunt, quoq; uehementius indulgent ſuis affectibus. Si de hæreſi periclitatur qui Græce & Hebraice nouit, quòd Lutherus harum linguarum rudis non eſt, quur non potius in tuto eſſe dicitur, quòd Ioannes epiſcopus Roffenſis, quòd Hieronymus Aleander Archiepiſcopus Brunduſinus propugnatores ſunt nutantis eccleſiæ, quorum hic omnibus linguis excellit, ille treis linguas ætate iam uergente non uulgari ſtudio amplectitur. Addunt & aliam calumniam. Forte in ſecretis admiſſorum confeſſionibus adoleſcentum audiunt aliquid laſciuiæ, qui morbus peculiaris eſt illi ætati. Rogant quos autores legant, quum audiunt Vergilium aut Lucianum, ſtudijs imputant ætatis aut hominis uitium, traducuntq; protinus & ætatem & literas, quaſi uero non multo peiora audiant ab ijs, qui nullas omnino literas attigerunt. Et enim quemadmodum literarum ſtudium non liberat ab omnibus uitijs, ita negari non poteſt, quin à multis arceat ætatem lubricam. Nihil autem tam ſanctum, quin is qui natura improbus eſt, uertat in occaſionem peccandi. Quòd ſi tollendum eſt quicquid quomodocunque præbet turpitudinis occaſionem, quur tantopere laudatur coactus iſte cœlibatus? An putant ignotum, quæ lerna malorum hinc naſcatur? Sed quis tandem erit fructus, ſi ſtudiorum profeſſoribus inuicem ſeſe laceranubus collabantur omnes honeſtæ diſciplinæ, quod iam magna ex parte factum uidemus locis aliquot? At ſine his uita hominum, non eſt hominum ſed ferarum. Quid igitur ſupereſt, niſi ut linguæ bonæq; literæ poſtliminio redeuntes ac uelut à radice repullulantes, ciuiliter & comiter ſeſe inſinuent in ſodalitatem earum diſciplinarum, quæ tot iam ſeculis regnant in Academijs, neq; cuiuſquam ſtudium inceſſant, ſed omnium ſtudia potius adiuuent. Deferant nonnihil autoritati profeſſionis, deferant aliquid inolitæ & uelut in naturam uerſæ conſuetudini, deferant aliquid & ætati multorum non facile ad diuerſa flexili. Quos uiderint inſanabiles, ſuo relinquant ingenio, ne maiores excitent tragœdias. Qui tractabiliores erunt, hos ineſcent tempeſtiuis ac blandis admonitionibus. Sic admoneant, ſic adſint, ſic corrigant, ut officioſa pediſſequa monet, adeſt, corrigit heram ſuam. Merito regina diſciplinarum omnium eſt Theologia, uerum hæc erit & honeſtior, & inſtructior, ſi tam utiles pediſſequas qua decet comitate receperit in ſuum famulitium. Præclara res eſt philoſophia, ſed huic plurimum accedet dignitatis ſi ueteres amicas agnouerit. Honeſta hera eſt iuris prudentia, uerum huic ornamenti non parum adferent tam elegantes famulæ. Egregia res medicina, ſed abſq; linguarum & ueterum literarum cognitione pene cæca eſt. Ad hunc modum ſi ſua bona uiciſſim inter ſeſe communicent, utræque fient & locupletiores & ſplendidiores. Monarchas autem illud admonitos uelim, ne ſuſurronibus huiuſmodi præbeant aures, cogitent potius quantum fructus ac dignitatis ex hoc ſtudiorum genere, rebus ipſorum ſit acceſſurum, & olim acceſſerit. Poſtremo res omnium & publice & priuatim erunt feliciores, ſi ſuo quiſq; uicino bonum uicinum præſtiterit. Vt ad prouerbium redeam, congruit illi, quod alibi commemoratum eſt, Aliquid mali propter uicinum malum, quod uſurpauit Demoſthenes in oratione contra Callicrean, ὅκ ἦν ἄρα ἀπόλοιτο Ἀθηναῖοι χαλεπώτερον ἀδὲν ἢ γάτου θυγατρὸς καὶ πλεονέκτης τυχεῖν. id eſt, Non erat quicquam ô Athenienſes pernicioſius quàm improbum uicinum, uec ſuis contentum, eſſe nactum.

Caput artis, decere quod facias. II

Quintilianus lib. Inſtitutionum oratoriarum undecimo, uidetur ueluti uulgo celebratum adducere: Caput eſt artis decere quod facias. Ipſius uerba ſubſcribam: Vnum etiam his adijciendum eſt, cum præcipue in actione ſpectetur decorum, ſæpe aliud alios decere. Eſt enim latens quædam in hoc ratio & inenarrabilis: & ut uere dictum eſt, caput eſſe artis decere quod facias, ita nec ſine arte eſſe, nec totum arte tradi poteſt. Hactenus Fabius. Id uſurpare licebit, non ſolum ubi quid fiet parum decore: ueluti ſi cantillet aut luſitet ſenex, ſi præeat & obiurget iuuenis: uerumetiam cum negabimus quibuslibet quiduis eſſe decorum. Quod ſæpenumero uideamus euenire, ut quod ab hoc dictum aut factum placet uniuerſis, ſi idem tentet alius, etiamſi doctior peritiorq;, nemo tamen ferat. Id cum quotidie uideamus accidere, tamen cur accidat, ratio reddi non poteſt.

Domus recta. III

Anneus Seneca libro Epiſtolarum familiarium 16. Videbimus quod parum reciſum ſit, quod parum ſtructum, quod non huius recentis polituræ. Cum circumſpexeris omnia, nullas uidebis anguſtias inanes. Deſit ſanè uarietas marmorum, & conciſſura aquarum à cuniculis interfluentium, & pauperis cella, & quicquid aliud luxuria, non contenta decore ſimplici miſcet, quod dici ſolet, domus recta eſt. Hactenus Seneca. Quòd ſi locus non uacat mendo, ſignificat uulgò domum rectam uocari, non quidem opulentam & ambitioſam, ſed cui nil deſit iuſtæ ſupellectilis. Ad eundem modum Marcus Tullius Græcorum linguam ambitioſæ meretrici confert, quæ multo luxu ſuperfluat: Latinorum honeſtæ ac pudicæ matronæ, cui nihil deeſt, quod ad honeſtam pertineat mundiciem.

Non eſt beatus, eſſe qui ſe neſciat. IIII

Idem in eodem opere uerſiculum hunc è poëta quopiam allegat Comico: Non eſt beatus, eſſe qui ſe neſciat, haud dubium quin populari ſermone iactatum, cum autoris nomen non adſcrip

adſcripſerit. Senſus eſt, haud eſſe ſatis, ut adſit felicitas, ni felicitatem tuam intellexeris. Huc alludens Vergilius:

O fortunatos nimium, bona ſi ſua norint, Agricolas.

Eodem pertinet, quod Martialis inter felicitatis calculos hunc quoque commemorat:

Quod ſis eſſe uelis.

Quid enim felicius libertate? Atqui uideas non paucos qui ſortem deplorent ſuam, quòd in principum aulis locum non inueniant: miſeros ſe putant, quòd ſeruire non liceat. Verum ut beatus non eſt, qui ſe non putat beatum: ita bis miſer eſt, qui cum animi malis ſit infelix, tamen ſibi uidetur felix. Etenim ut qui ſanus eſt, & ſibi uidetur ægrotus, non fruitur ſuo bono: ita qui morbo tenetur, non intelligens ſuum malum, longiſſime abeſt à ſanitate: quippe qui uſqueadeo ſanus non ſit, ut ſit etiam inſanabilis.

Amicus certus in re incerta cernitur. V

Marcus Tullius in Lælio, ſenarium hunc ex Ennio citat prouerbij ſpecie:

Amicus certus, in re incerta cernitur.

Quo ſignificatum eſt, amici fidem in rebus aduerſis explorari. Nam quod cum periculo coniunctum ſit, id dubium appellant, pro quo Ennius poſuit incertum, affectans ἐναντίωσιν & προσωνεμασίαν, quibus ſchematis impẽdio delectatus eſt, atque adeo non ipſe ſolum, ſed & omnis illa ætas uſque ad M. Tullium. Plautus item, eum amicum pronunciat, qui in re dubia iuuat. Habent eandem ſententiam Hebræorum prouerbia, Omni tempore diligit qui amicus eſt, & frater in angustijs comprobatur.

Auarus niſi cum moritur, nil recte facit. VI

Omneis fermè Publianas ſententias uideo prouerbiorum uice fuiſſe celebratas, nec iniuria ſanè. Nihil enim illis fingi poteſt nec argutius, nec iucundius. Cuius Mimos ipſi nuper emendatos non grauati ſumus breuiſſimis ſcholijs explicare. Quamobrem non eſt animus eos omnes in hunc ordinem aſciſcere, præter unum aut alterum, qui mihi præter cæteros arrident, quorum hic unus eſt:

Auarus niſi cum moritur, nil recte facit. Etenim qui ſeſe pecuniæ ſtudio addixit, nulli commodus eſt dum uiuit. Sola mors, uoluptatem & emolumẽtum adfert hæredi.

Bona nemini hora eſt. VII

Arriſit & hic: Bona nemini hora eſt, quin alicui ſit mala. Ita fortuna temperauit res mortalium, ut quod huic lætum eſt, alij pariat dolorem: quod alij lucro eſt, alij damnum adferat. Nemo diteſcit, niſi malo alterius. Nemo uincit in bello, niſi exitio alterius. Niſi mauis pro alicui legere alicubi.

Spontanea moleſtia. VIII

Celebratur inter Græcos, cum primis bellus & elegans trimeter.

Αὐθάδητος λύπη τις ἢ τέκνων στοργή. id eſt,

Vltroneus dolor eſt parare liberos.

Dici non poteſt, quantum & quàm moleſtum negotium ſit, educare filios, præſertim cum adeo pauci ſint, qui parentum officio reſpondeant. Verum hanc moleſtiam, non eſt cui poſſint imputare, cum liceat cœlibem uiuere. Longius trahi poteſt, ad eos, qui ſibi ſponte periculum ac moleſtiam accerſunt. Atque adeo ſimilis propemodum conditio eſt, tollentium liberos, & ſcribentium libros. Tuendum, emendandum, quod ſcripſeris, & tamen non eſt quem incuſemus, cum nobis liberum ſit dormire.

Sapiens ſua bona ſecum fert. IX

Σοφὸς ἐν αὑτῷ περιφέρει τὰ ὄντα id eſt, Sapiens opes ſibi ſecũ habet ſemper ſuas, à Biantis, ni fallor, apophthegmatum natum, qui rogatus, cur nihil exportaret rerum ſuarum ex incẽdio patriæ, Ego uero, inquit, omnia mea bona mecum porto: ſignificans ea quæ uere noſtra ſunt, intra nos eſſe, uelut eruditionem ac uirtutem. Vt rurſum quæ uere mala ſunt noſtra, non licet effugere, quantum libet commutetur locus.

Citius Telegoræ donarim. X

Telegoras apud Naxios prædiues quiſpiam ac præpotens erat, cui quod quotidie multa mißitarentur, uulgato ſermone receptum eſt, ut uenditores paruo licitantibus dicerent, μᾶλλον προίλοιμαι (ὦ) τελεγόρᾳ δοναι. i. Malim Telegoræ dare. Refertur apud Athenæum lib. Dipnoſophiſtarum octauo ex Ariſtotele. Rem longius proſecuti ſumus in prouerbio, Nullus malus magnus piſcis. Nec uideo quis uſus adagionis eſſe poßit, niſi ſi dicamus officiũ rectius gratuito collocari penes probos ac magnos, quàm mercede penes improbos ac uiles.

Hecatæ cœna. XI

Veteres cœnam perparcam & impendio frugalem Hecatæ cœnam appellabant, quòd apud inferos tenuißimo uictu, minimóq; cibo, eóq; uilißimo uiuitur, iuxta poëtarũ theologiam. Siquidem umbræ plebeiæ malua porroq; uictitant, Hecate Mœnides ac Triglidas piſces, apud nos contemptißimos, habet in delicijs, ut ſibi ſacros. Vnde & Athenis locum eſſe dictum Triglam, atque inibi ſimulacrum Hecates Triglantinæ. Alij Triglam illi ſacram putant ob nominis rationem à ternione dicti, cum triformis ſit & Hecate. Extat apud Athenæum lib. 7. meminit & 8. Meminit & Lucianus alicubi. Verum illud expendat eruditus lector, an prouerbium accipi poßit de cœna illa, quam ſingulis menſibus in trinijs Hecatæ collocabant diuites, diripiebant pauperes. Cuius rei meminit etiam Ariſtophanes in Pluto:

Παρὰ δὲ ἑκάτης ἔξεστι τοῦτο σύνεδρον,
Εἴτε τὸ πλῆθος, εἴτε τὸ πανὸν βέλτιον, φησὶ δ' αὕτη
Τοὺς μὲν ἔχοντας καὶ πλουτοῦντας δεῖπνον χθὲς μόνα προσάγειν,
Τοὺς δὲ πένητας τ' ἀνθρώπων ἁρπάζειν, πρὶν καταβαίνει. i.

Hoc ex Hecata ſi uis didici ſſe licebit,
Vtrum potius, ditem eſſe an egenum, quandoquidem iubet illa,
Hos quibus eſt res quoque benignam menſe uno ponere cœnam,
Cæterum egenos hanc prædari, prius ac deponere poſſunt.

Quo quidem loco in hanc ſententiam ſcribit interpres. Olim in triuijs uenerabantur Hecaten, quòd eadem tribus nominibus appelletur, Luna, Artemis & Hecate. Cæterum ſub nouilunium diuites mittebant cœnam ueſpere, ueluti cœnam Hecatæ in triuijs. Pauperes autem eſurientes diripiebant ac deuorabant, quæ erant appoſita, dicentes quod Hecate comediſſet. Itaque congruet, ubi res per tumultum diripitur.

Mens uidet, mens audit. XII

Νοῦς ὁρᾷ καὶ νοῦς ἀκούει id eſt, Mens uidet, mens audit, Hemiſtichium prius uidetur carminis Trochaici, tetrametri, catalectici. Refertur ab Ariſtotele quaſi uulgò iactatum Sectionis undecimæ problemate 33. ubi propoſita quæſtione quur noctu acrius audianus quàm interdiu, inter alias cauſas & hanc reddit, quòd interdiu animus uarijs negotijs diſtrahitur: qui niſi ſit præſens, nec corporis ſenſus officio ſuo fungantur, adeo ut mente alienata, nec corporis dolorem interdum ſentiamus: & ipſe ſum expertus in cruciatu dentium, ac calculi multo leuiorem reddi doloris ſenſum, ſi poßis animum in aliquem cogitationem alienam intendere. Ὥσπερ, inquit, ἅπτεται τὸ, νοῦς ὁρᾷ καὶ νοῦς ἀκούει. Noctu uerò, quoniam oculorum ſenſus quieſcit, & animi cogitatio tranquillior eſt, tum aurium meatus non minus patent noctu quàm interdiu, nec minus capaces ſunt ſonorum, ſed eos facilius etiam renuntiant animo, quod tum nullis actionibus diſtrahatur, nec oculorum ſenſu auocetur, quemadmodum in die, fit ut acutior ſit aurium ſenſus.

Ayuntamiento de Madrid

Locus erit adagio, ubi iubemus quempiam attentum esse, quemadmodum dicimus, hic esto, & isthic sum. De mente peregrinante nobis dictum est alias.

Thymbra uictitans. XIII

Θυμβροφάγοι. id est, Thymbra uictitantes adagio dicebãtur, uel qui tutius ac liberius uitam agerent, uel qui moribus essent parum blandis, uel qui hilariter citraq; sollicitudinem paruo contenti uiuerent, quòd Thymbra, quam eandem cuniculam dicunt, herbæ genus sit, quam Plinius non distinguit à Satureia, Columella distinguere uidetur.

Et satureia, inquiens, thymi referens, thymbræq; saporem. Est autem saporis subamari, in agris passim prouenit, & pratensis ad remedia præstantior est hortensi, ut autor est Dioscorides, locis gaudens petricosis. Hortensis cibis aptior. Prouerbium recensuit Suidas & Hesychius. Fertur Epaminondas mire frugalẽ uitam egisse, itaq; de prandio parco tenuiq; dixisse, το τοιοῦτον ἄριστον οὐ χωρεῖ πρόσοψον. id est, Tale prandium non recipit prodītionem. Sensus autem dicti geminus est, uel quia nemo molitur insidias rebus modicis, uel quia qui modicis contenti sunt non facile corrumpuntur, ut prodant rempublicam. Amphis apud Athenæum libro decimo:

Εὐτελὲς δὲ δεῖπνον οὐ ποιεῖ παροινίαν. id est,
Vbi cœna frugi est, nulla debacchatio.

Græcus trimeter uidetur corruptus inuersione duarum dictionum: Restituetur si legas, δεῖπνον δὲ εὐτελὲς. & subdit ex Alexide, Ex prolixis conuiuijs primum nasci scommata, è quibus ferè plus est doloris quam uoluptatis. Hinc maledictum. Id regitur ac reciprocatur in dicentem, mox à uerbis ad uerbera. Non ita qui Thymbra uictitant.

Doryphorematis ritu. XIIII

Græci λοιφόρημα uocant satellitium illud ex barbarorum fece conductum, quòd olim tyranni ad custodiam corporis adhibebant, nunc à regibus magis fastus quàm tutelæ gratia alitur: nec à regibus modo, uerumetiam à summis pontificibus. In tragœdijs igitur sic addebatur regum personis λοιφόρημα, ut astarent modo, nihil etiam loquerentur. Vnde qui taciti assident, λοιφορήματος τρόπον adesse dicuntur. Sic Athenæus libro quinto. παρεμβαλλόντός τινα λόγον πασιστράτου, χρὴ δὲ καὶ τοῦτον μὴ παρεῖναι λοιφορήματος τρόπον. id est, Cum inijceret sermonem quendam Pisistratus: Neque enim oportet hunc adesse more Doryphorematis: hoc est, tacitum & nihil adferentem in medium. Vsurpatur à Luciano in libello De conscribenda historia, his quidem uerbis: εὐνοεῖ ὦ φίλων, ὡς μὴ μόνος ἄφωνος εἶναι ἐν ὄντως πολυφώνῳ, μὴ δ' ὥσπερ κωμικὸν λοιφόρημα κεχηνὼς σιωπῇ περιφοιτῶμεν. id est, Igitur amice, ne solus essem mutus in tempore tam uocali, neque ueluti comicum Doryphorema hians cum silentio obambularem.

Musicam docet amor. XV

Plutarchus adducit & hoc adagium trochaico uersu expressum,

Μουσικὴν ἔχων διδάσκει, κἂν τις ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν. id est,
Musicen docet amor, & si fuerit indoctus prius.

Sensus est, amorem ad industriam excitare animum, artiumq; & omnis elegantiæ magistrum optimum esse. Socrates in cõuiuio Platonis, putat animam immersam corpori uelut expergisci amoris stimulis, & hinc primos ad honesta impetus capere, tanquam excusso ueterno. Vnde deum hunc idem Plato παντὸς ἐπιχειρήτου appellat, quod nihil non experiatur. Siquidem è taciturno reddit loquaculum, è uerecundo stupidoq; comem ac blandum, è negligente diligentem. Extat in hanc sententiam non illepida fabella Boccatij, ni fallor, de Cimone, qui tactus amore puellæ, ne posset ut rusticus fastidiri, omni literarum ac morum genere semet expoliuit. Nam Musicen hic sentit literas, quas antiquitas nouem Musis dicabat.

Alluſit ad prouerbium Bion in Bucolicis, qui quum multis uersibus docuisset, Musas semper esse comites amoris, subijcit.

Μάρτυς ἐγὼν, ὅτι μὴν & ὀδ' ἔπλετο πᾶσιν ἀληθὴς. id est,
Testis ego dictum hoc haud unquam fallere quenquam.

Potest & ad uerecundiorem usum detorqueri prouerbium, si dicas non mediocrem esse gradum ad discendum, amasse præceptorem. potest & ad pium, si dicas charitatem esse uirtutum omnium magistram, quæ nisi adsit, nihil recte feceris.

Sicyon arrodens uxor lacernam texe. XVI

Athenæus libro Dipnosophistarum 3. heroicum hunc ut prouerbialem adducit,

Τὸν σικυὸν τρώγουσα γυνὴ, τὴν χλαῖναν ὕφαινε. id est,
Arrodens Sicyon uxor subtexe lacernam.

Apparet esse uerba mariti iubentis, ut uxor tenui contenta uictu perageret opus suum. Nam Sicyon seu Sicyos bulbi genus est, aut certe peponis: nonnulli putant cucumeris. Vox ea propemodum quadrat in huius temporis principes, qui strenuè profundunt, quod populus esuriens summis laboribus parauerit. Idq; suum ius esse putant, ut ceu fuci quidam alienis fruantur sudoribus. Hermolaus Barbarus Corollarijs in Dioscoridem, cap. 300. 66. uidetur aliud diuinare, scribens ex Aristotelis sententia, pleraſque textrices esse impudicas: An Sicyos Venerem temperet nescio.

Tetigit lapidem à cane morsum. XVII

Plinius libro 29. cap. 5. De ueneno rabidi canis agens: Tanta, inquit, uis mali est, ut urina quoque calcata rabiosi canis noceat maxime hulcus habentibus. Remedium est fimum caballinum, aspersum accto, & calefactum in uino appositum. Minus hoc miretur, qui cogitet lapidem à cane morsum, usque in prouerbium discordiæ uenisse. Hactenus Plinius. Cuius è uerbis conijcere licet, uulgò creditum fuisse, si quis lapidem à cane morsum contigisset aut calcasset, eum iracundiorem euadere, & ad dissidia propensum. Fortassis ita dictitabant in hominem conuiciatorem ac rixosum: Hic lapidem calcauit à cane morsum.

Erecti. XVIII

Athenæus in Dipnosophistarum lib. 5. Καὶ τὸ θαυμάσιον, ὅτι παρεμένοι καὶ καρηβαροῦντες ὑπὸ δὲ μέθης, ὁπότε τι τῶν ἀγομένων θεασαίμεθα, πάντες ὀρθούμεθα. δοκεῖ τὸ δὴ λεγόμενον, ἀνιστάμενοι. id est, Et quod dictu mirum, cum depressi essemus, & capite grauato temulentia, quoties spectassemus aliquid eorum quæ inferebantur, omnes expergiscebamur, recti, quod dici solet, surgentes. Accommodum erit, ubi significabimus aliquem toto pectore attentum ad rem quampiam. Erigunt enim se totos, & summis nonnunquam insistunt pedibus, qui auscultant aut spectant auidius.

E' clibano boues. XIX

Prouerbium sapit quod scripsit Aristophanes ἐν ἀχαρνεῦσι.

Εἶτ' ὀξενίζω, παρεστὼς δ' ἡμῖν ὅλος
ὁ κεκαυμένος βοῦς. id est,
Accepit inde, & appositi totos boues
E' clibano nobis.

Vsus erit, quoties efferemus splendorẽ conuiuij, aut insignem educitatem. Consimili figura uocabant Hecatomben, id quod aliquanto post sequitur apud eundem poëtam: καὶ πολυπόδων ἑκατόμβη. id est, Et polyporum hecatomben.

Sequitur perca sepiam. XX

Athenæus libro 7. nullo autore refert huiusmodi prouerbium: ἕπεται πέρκη μελανούρῳ. id est, Comitem sibi ducit sepia percam. lib. 10. ex Aristophane adducit, nec addit in quem sensum soleat usurpari, nisi quòd conijcio dictum de improborum societate. Apud eundem paulo inferius adducuntur hi uersus Numenij, qui de piscibus prodiderit:

Φυκίδι

Ayuntamiento de Madrid

Φυκίδας ἀλφηςήν τε καὶ ἐν χροιῇσιν ἐρυθρὸν
Σκορπίον, ἣ πέρκῃσι καθηγηταὶ μελάνεσσιν.

Feri puer. XXI

Athenæus lib. Dipnosoph. 15. demonstrat olim prouerbio solitũ acclamari ἴε παιών, quo significabant quempiam suo munere defunctum. Itidem fermè, quemadmodum nos absolute uirtuti gratulantes dicere solemus: Macte animo, macte uirtute. Narrat enim, cum quispiam è conuiuio discessisset probe potus, ac magnopere somnolentus, cæteros in eum acclamasse ἴε παιών. Huius adagij fieri mentionem apud Clearchum in prouerbijs quod ab huiusmodi natum euentu tradit: Cum Latona Apollinem ac Dianam ex Chalcide Delphos deportaret, iamq; ad Pythonis specum uenisset, & draco concitus in eos prouolaret, Latona puellam ulnis baiulans, Apollinis præsidium implorans, clamabat ἴε παῖ, cum is forte fortuna arcum teneret, ac perinde uelere, ἴε παῖ, quasi dicat, ἔρριε παῖ. id est, Mitte ac percute fili. Nonnullos deflexis nonnihil uocibus efferre, ἴε παιὴρ, idq; prouerbio dici solere, quoties in rebus afflictis opem imploramus. Rursum alij putant acclamari hoc pacto feliciter suo perfunctis munere, & eo quod expetebant potitis. Cæterum ob assuetudinem non uideri prouerbium, quod his uocibus solenniter uterentur in sacris Apollinis.

ἴη παιὴρ ἴη παιὴρ, ἴη παιάρ.

Vnde & ἰαμβικὸν ῥῖμα ἔχον ortum existimãt, quod & ipsum impetum ac celeritatem habet. Etenim si producas priorem in ἴη, carmen erit hexametrum heroicum: sin corripias iambicum. Porrò quod apud Athenæum: in ἴε & ἴη nunc aspiratur, nunc tenuis est, nescio an librariorum incuria factum sit. Ouidius in Arte amandi uidetur usurpasse pro acclamatione, qua gratulantur uictori uotiq; compoti:

Dicite io Pæan, & io bis dicite Pæan,
Decidit in casses præda petita meos.

Pulchre fallit uulpem. XXII

Παλύσκαλὸς τὴν ἀλώπεκα. i. Decipit pulchre uulpem. Suidas recenset duntaxat, nec explicat. Apparet dictum in eum qui dolis caperet astutum, cuiq; frustra tenduntur insidiæ. Nam παλύσσειν est arte illectare. Vnde & columbæ exoculatæ, quas aucupes in reti ponũt, quo subsultantes, reliquas deceptas alliciant, παλύσσεσθαι dicuntur. Et qui feris tendunt casses, παλαστὰς uocantur. At uulpem dolo circumuenire difficile est.

Aut piscem olet, aut florem. XXIII

Aut piscem olet, aut timallum. Ambrosius Hexaëmeron libr. 5. cap. 2. testatur dictum in eum qui bene oleret, quòd timallus piscis sit odore gratissimus, & æque fragrans eiusdem nominis flos. Sed præstiterit Ambrosij uerba subscribere: Neque te inhonoratum nostra prosecutione timalle dimittam, cui à flore nomen inoleuit, seu Ticini unda te fluminis, seu amœni Atesis unda nutrierit, flos es. Denique sermo testatior, quod de eo qui gratum redolet suauitatem, dictum facete sit aut piscem olet, aut florem: ita idem pronuntiatus est, piscis odor esse, qui floris. Quid specie tua gratius? quid suauitate iucundius? quid odore fragrantius? Quod mella fragrant, hoc tu corpore tuo spiras. Verum haud scio an pro timallo apud Ambrosium legi debeat tithymallus, cuius uaria genera recenset Plinius lib. 26. cap. 8. cuiusq; subinde meminit Dioscorides locis diuersis.

Equi dentes inspicere donati. XXIIII

Sunt quædam & hodie uulgò iactata, non indigna quæ ueteribus adagijs annumerentur, quod genus est illud, nõ oportere equi dentes inspicere donati. Cum significamus æqui boniq; consulendum, qualecunq; est quod non emitur, sed gratis donatur. Siquidem equum empturus dentes inspicit, in quibus ætatis indicia certissima sunt, ne circumueniatur. At inciuile sit idem facere in equo donaticio. Vsus est tamen hoc prouerbio D. Hieron. in præfatione Commentariorum quos inscripsit in Epistolam Pauli ad Ephesios. Parum, inquit, eloquens sum. Quid ad te? Disertiorem lege. Non digne Græca in Latinum transfero, aut Græcos lege, si eius linguæ habes scientiam, aut si tantum Latinus es, noli de gratuito munere iudicare, & ut uulgare prouerbium est, equi dentes inspicere donati. Hactenus Hieronymus. Sed hanc hominum inciuilitatem quam incusat Hieronymus, nos nuper & experti & admirati sumus. Dedimus Nouum Testamentum, innumeros locos uel emendauimus, uel explicuimus, idq; non æstimandis uigilijs. Incredibile dictu, ut obstrepuerint, ut reclamauerint theologi quidã ac monachorum uulgus, quibus is meus labor plurimũ adiumenti adferebat. Quorum ut quisq; maximè egebat hac mea industria, ita odiosissimè reclamabat, ingratum hominum genus, quibus si quispiam largiatur prandiolum aliquanto lautius, unde distenti ac tenulenti discedant, tantum non adorant hominem: & qui tantum utilitatem gratis donat, tot sudoribus constantem, etiam conuicijs insectantur.

Grata breuitas. XXV

Χάεις βαιοῖσιν ὀπηδεῖ. id est, Adiuncta est paruis gratia rebus. Hemistichium est carminis heroici, specie numerum prouerbiali. Nam idem hodieq; sic uulgatum est, ut nihil tritius. Quædã mole placent ac magnitudine. Sunt quæ ob id ipsum grata sunt, quod minuta, ueluti gemmæ quædam ac sculpturæ. Idem usu uenit in epistolis ac libris, qui non raro ipsa breuitate redduntur commendatiores, præsertim apud fastidiosos & occupatos. Sunt in delicijs & pumiliones, non ob aliud quàm insignem corporis paruitatem.

Amicitias immortales esse oportet. XXVI

T. Liuius lib. 10. De bello Macedonico & Asiatico, cuius fragmentum debemus aureæ Magontiæ, scribit in hunc modum: Vulgatum illud, quia uerum erat, in prouerbium uenit, Amicitias immortales, inimicitias mortales esse debere. Sic enim legẽdum esse, uel ipse sermonis tenor admonet. Rectè quidem admonet prouerbium, uerum eò redierè mores mortalium, ut simultates sint immortales, amicitiæ plus quàm uitreæ: plusq; possit una Ate quàm centum Litæ, atq; omnium tardissime senescat ira, beneuolentia ad quamuis leuem occasionem intereat: quæ si farciatur, nequicquam coit & rescinditur. Arbitror in causa esse quòd ab istis philosophis didicimus, commodo publico neglecto, suis quisq; priuatis commodis seruire. In hanc sententiam citat carmen Aristoteles Rhet. libr. 2. quod alibi, ni fallor, retulimus:

Οὐδὲὶς ἑταῖρὸς ὅτις οὐκ ἀεὶ φιλεῖ. id est,
Non est amicus quisquis amare desijt.

Citat ibidem & alterum carmen.

ἀθάνατον ὀργὴν μὴ φύλασσε θνητὸς ὤν. id est,
Ne maneat immortalis ira te penes,
Mortalis ipse quum sies.

Ad bonam frugem. XXVII

Qui commutatis ad meliora studia moribus resipiscunt, prouerbio dicebantur ad meliorem frugem sese recipere. Vsurpat M. Tullius in actione pro M. Cælio. Et se ad bonam frugem, ut dicitur, recepisse, gratulatusq; homines atq; illustres fuisse. Item Plautus in Trinummo, Certum est ad frugem applicare animum. Lampridius in Heliogabalo, Milites se parsuros dixerunt, si ad bonam frugem rediret. Vnde frugi & bonæ frugi dicuntur, qui suo funguntur officio, præsertim serui quos ad operam præstandam alimus. Vlpian. ad legem Aquil. cap. Inde Neratius. Sed si bonæ frugi seruus intra annum mutatis moribus occisus sit. Item Digest. lib. 11. ti. De seruo corrupto cap. Si quis seruum. Interesse fructuarij uidetur, bonæ frugi seruum esse. Rursum eod. lib. & tit. cap. 3. §. iij. Sed utrum ita demum tenetur, si bonæ frugi seruum perpulit ad delinquendum

Ayuntamiento de Madrid

dum. Plautus in Caſſina, credo pol eſſe, ſi tu frugi bonæ es. Rurſus in Pſeudolo. Cupis me eſſe nequam, tamen ero frugi bonæ. Nequam oppoſuit frugi. Nequam enim nulli eſt uſui. Et ita frugi hominem dicimus, quemadmodum nequã, & utraq; uoce indeclinabili. Columella De re ruſt. li. 1. Eiuſdem agilitatis homo frugi melius quàm nequam faciet. Et in Declamationibus frugi filius opponitur luxurioſo. Hinc & frugalis dicitur. Sumptũ uidetur ab agris, qui cultu reddũtur frugiferi.

Per manus tradere. XXVIII

Quod ſucceſſione quadam ab alijs ad alios deuenit, per manus tradi dicitur: quod translatum uidetur ab his qui nauim aut plauſtrum exonerent. Idem frequenter fit in militia, uelut in commentario Belli ciuilis primo: Saxa, inquit, prærupta multis locis iter impediebant, ut arma per manus neceſſario traderentur, militesq; inermes ſubleuati alij ab alijs magnam partem itineris conficerent. Rurſus belli Gallici libr. 7. Quidam ante portam oppidi Gallus per manus ſebi ac picis traditas glebas in ignem è regione turris proijciebat. In eodem. Nonnulle de muris per manus demiſſæ. Item lib. 8. Tale conſilium ſui recipiendi inierunt: faſces ubi conſederant, per manus ſtramentorum ac uirgultorum quorum ſumma erat in caſtris copia, inter ſe traditos, ante aciem collocauerunt. Verum hic nullus eſt tropus. Qui quoties accedit, tranſit in ſpeciem prouerbialem, quomodo frequenter obuium eſt apud autores. Velut apud Fabium lib. 12. Non ea modo quæ conſcripta ſunt hiſtorijs, aut ſermonibus uelut per manus tradita, quæq; quotidie aguntur, noſſe, uerum ne ea quidem quæ à poëtis ficta ſunt, negligere. Item Liuius lib. ab Vrbe condita 5. Etiam ſi nobis cum urbe ſimul poſitæ, traditæq; per manus religiones nullæ eſſent. Idem lib. 9. Tum diſciplina militaris tam inde ab initijs urbis tradita per manus, in artis perpetuis præceptis ordinatæ modum uenerat. M. Tullius in oratione De prouincijs conſularibus: Nam ut C. Iulius omnibus à ſenatu eximijs ac nouis rebus ornatus, per manus hanc prouinciam tradat ei cui minimè uos uelitis. Quin & Iureconſultis per manus tradi dicitur, quod de manu in manum datur. Veluti Papinianus lib. Pandect. 29. tit. De iure codicillorum, Quod per manus traditum eſt, codicillis hæreditatem dari non poſſe rationem illam habet, & cætera. Plautus in Trinummo: E' manibus dedit ipſe mihi in manus: De Epiſtola loquitur. Fit autem iucundius, quoties ad res animi prouerbium accommodatur, quemadmodum cum dicimus inſtitutum, aut opinionem, aut conſuetudinem, aut diſciplinam aliquam, per manus traditam ad nos uenisſe.

De manu in manum. XXIX

Vt non arbitror idem eſſe cum ſuperiori, ita non uſquequaque diſſimile eſt, quod ſcribit Cicero libr. Epiſt. famil. 7. Totum denique hominem tibi trado de manu, ut aiunt, in manum tuam iſtam & uictoria & fide præſtantem. Traduntur enim & qui commendantur. Terentius: Hanc in manum dat. Item Horatius:

Vt tibi ſe laudare ac tradere coner. Item:
Hunc hominem uelles ſi tradere.

Mira de lente. XXX

Rodolphus Agricola uir immortalitate dignus, libr. Dialecticæs. 3. teſtatur apud Græcos prouerbio dici ſolere, egregia de lente, quoties res humilis & puſilla magnificis laudibus attolleretur: perinde quaſi lentem minutum ac uile legumen ſplendidis encomijs efferas. Opinor Græcis efferri hunc in modum: λαπὰ πεῖ φακῆ.

Non una manu capere. XXXI

Οὐ τῇ ἑτέρᾳ λαπτέον. id eſt, Non una tantum manu capiendum. De re lubrica uariaq;, captuq; difficili. Nam huiuſmodi ſolemnis utranque admouere manum. Vſus eſt Plato in ſophiſta: ὁρᾷς ὅτι ὡς ἀληθῶς λέγεται τὸ ποικίλον εἶναι τοῦτο τὸ θηρίον, καὶ τὸ λεγόμενον, οὐ τῇ ἑτέρᾳ λαπτέον. id eſt, Vides igitur uere dici, beſtiam hanc eſſe uariam, neque (quod dici ſolet) unica manu capiendam. Sumptum eſt à uenatu, in quo ferè quædam miris artibus ex ipſis uenantium manibus frequenter elabuntur, quibus adſimulem putat hominem ſophiſtam, ad elabendum omnibus dolis inſtructum. Accommodari poteſt & ad opimum ſacerdotium, quod nemo facilè aſſequitur, niſi ſumma ui adnitatur.

Omnes laqueos effugere. XXXII

In eodem dialogo non diſſimilem huic allegoriam adducit, ueluti prouerbio iactatam: Difficile omnes laqueos effugere. Quod ipſum à uenatu translatum eſt, in quo ſic undique ſepiuntur exitus, ut neceſſe ſit feram in aliquas inſidias incidere, ὀχθηρὰ γὰρ ἡ παροιμία, τὸ τὰς ἁπάσας μὴ ῥᾴδιον εἶναι διαφεύγειν. id eſt, Siquidem rectè habet prouerbium, quo dicitur, haud facilè eſſe omnes laqueos effugere.

Hoſtis domeſticus. XXXIII

Rurſum in eodem domeſticum hoſtem prouerbio ſolitum dici teſtatur, ubi malum non aliunde proficiſcitur, ſed ex nobis ipſis naſcitur: uelut quum quis ipſe ſe prodit, aut redarguit, ipſe ſua bili aut liuore ſeſe conficit: ὐκ ἄλλωθεν ἀλοῦναι τῶν ἐλεγχόντων, ἀλλὰ τὸ λεγόμενον, εἰκῶθεν τὸ πολέμιον καὶ ἐναντιωσόμενον ἔχοντες. i. Non opus habent alijs qui redarguant, ſed iuxta prouerbium, cum domi hoſtem habeant, quiq; ſit aduerſaturus &c. Agit, opinor, de ſophiſta, qui cum ſit loquax, ipſe ex ſeſe præbere ſolet quo reuincatur.

Capere ciuitatem. XXXIIII

Plato in eodem dialogo ſignificat prouerbio dici ſolere: Capere ſiue expugnare ciuitatem, qui rem difficilem eſſet aſſecutus. Neq; enim ciuitas primo ſtatim impetu capitur. Illic hoſpes animat Theætetum, ut quod inſtituit, perſequatur, eò quod qui ad leuiores difficultates aut hæret, aut reſilit, nunquam aliquid perficiet in eo quod eſt diſputationis caput. Verba Platonis ſic habent: Θαῤῥεῖν ὦ θεαίτητε χρὴ τὸν καὶ σμικρόν τι διωλάμενον ἐς τὸ πρόσθεν ἀεὶ προϊέναι. τί γὰρ ὅν' ἀθυμῶμεν ἐν τέτοις, ἐξὸν ἄρτι ἐν ἄλλοις, ἢ μηδὲν ἐν ἐκείνοις ἀνύτειν, ἢ πάλιν ἐς τὸ πισθεν ἀπωσθέντες, σχολὴ πω τὸ τῇ τῶν παροιμίαν λεγόμενον, ὅτε τοιοῦτον ἂν ποτε ἕλοι πόλιν. i. confidere oportet Theætete, fore ut qui uel paululum aliquid potuerit, ſemper ultra progrediatur. Quid enim facturus ſit in alijs qui in his animum deſponderit? aut nihil in illis efficiens, aut retrocedere etiam compulſus: haud unquam ille talis, urbem, quod dici ſolet, ceperit. In bello facile eſt in excurſionibus aut pagorum incendijs aliquid deſignare: at munitas urbes expugnare perdifficile eſt. Simile eſt illi: Timidi nunquam ſtatuerunt Trophæum.

Diuinum excipio ſermonem. XXXV

Plato libr. De repub. 6. demonſtrat prouerbij uice in ore fuiſſe uulgò: θεῖον δέξαιμι λόγον. i. Diuinum excipio ſermonem, quoties, opinor, glorioſius aliquid dictum eſſet, ominis gratia deos excipiebant, qui nihil non poſſunt, & quibus nemo præſcribit. Platonis uerba ſubſcribam: Οὔτε γὰρ γίνεται ὅτε γέγονεν ὀλ' οὖν μὴ γένηται, ἀλλοῖον ἢ θᾶττον πρὸς ἀρετὴν, παρὰ τὸ τότων παιδείαν πεπαιδευμένον ἀνθρώπων, ὦ ἑταῖρε. θεῖον μέν τοι καὶ τὴν παροιμίαν δέξαιμι λόγον. i. Neque enim ſunt, neq; fuerunt, neq; futuri ſunt mores aliter ad uirtutem inſtituti quàm ad horum inſtitutionem. De humanis loquor amice, at diuinum iuxta prouerbium excipio ſermonem. Apparet eſſe fragmentum carminis iambici:

Θεῖον δέξαιμι λόγον, Fortaſſis ex Homero natum:
Θεοὶ δέ τε πάντα δύνανται. i. Diui tamen omnia poſſunt.

Accommodari poteſt ad ſummos principes, ueluti pontificem, aut cardinales, aut monachos.

Vna pertica. XXXVI

Vna pertica, pro eo quod eſt eadem opera. Plinius Secundus libr.

Ayuntamiento de Madrid

lib.8.Epiſt.2.Nam regione,inquit,tota,& nouitas remiſſionis, & forma laudatur, ipſis etiam, quos non una, ut dicitur pertica, ſed diſtincte gradatimq; tractaui. Quanto quis melior & probior,tanto mihi obligatior abit,expertus eſſe non apud me, ὧν ἀ'ἰᾷ τιμᾷ ἀμᾷν κακὸς ὠδὲ καὶ ἐσθλός i. Virtus malus ac fortis pretio ducuntur eodem.Sumptum uidetur ab his qui metiuntur agros. Perticam poſuit pro decempeda. Nam Seruius Sulpitius,ut indicat Feſtus Pompeius,dixit perticam eſſe lineam qua diuiduntur agri,& uerſus eſt Homericus lib. Iliad.9. quem alibi recenſuimus atq; expoſuimus.

Sarta tecta. XXXVII

Sarta tecta,pro conſummatis,probeq; curatis, & in quibus nihil ſit omiſſum, ex ſolennibus uerbis iureconſultorum abijt in prouerbium. Plautus in Trinummo: Ne tibi ægritudinem pater parerem,parſi ſedulo.Sarta tecta tua præcepta uſq; habui mea modeſtia.M.Tul.lib.Epiſt.fami.13.Hoc mihi da,atq; largire, ut Marcum Curium ſartum & tectum, ut aiunt, ab omni incommodo,detrimẽto,moleſtia, ſyncerum integrumq; conſerues.Idem in Verrem Actione tertia,In ſartis tectis uerò quemadmodum ſe geſſerit, quid ego dicam? Idem in concione ad populum priuſquam iret in exilium. Si igitur aliquo tempore his hominibus conſuliſtis, quorum animus eſt religionis pietate defunctus, debetis mihi quoque proſpicere, qui numini deorum conſecratum,ſartum tectum ab omni periculo conſeruaui.Idem in Verrem actione eadem. Quapropter ita me de præturæ criminibus auditote, ut ex utroq; genere, & iuris dicendi, & ſartorum tectorum exigendorum ea poſtuletis,quæ maximè digna ſunt eo reo.In eadem.Quæſiuit quis ædem Caſtoris ſartam tectã deberet tradere.Alijsq; locis compluribus:uelut in eundem Verrem actione 5.Vlpianus lib.Pandect.1.tit.De officio proconſ.& legati,cap. Si in aliquam.Aedes ſacras & opera publica circumire,inſpiciendi gratia, an ſarta tectaq; ſint, uel an aliqua refectione indigeant. Item Celſus Pandect.lib.7.tit.De uſu fruct.cap.hactenus, loquens de reficiendis ædificijs: hactenus tamen inquit, ut ſarta tecta habeat: ſi qua tamen uetuſtate corruiſſent,neutrum cogi reficere.Ac mox: Vnde Celſus de modo ſarta tecta habendi quærit &c. Rurſus libr.48. tit.ad legem De repetundis, cap. Lex Iulia. Illud quoq; cauendum ne in acceptum feratur opus publicum faciendum, frumentúmue publicè dandum, præbendum,apprehendendum, ſarta tecta tuenda,antequam probata, perfecta, præſtita legerint. Feſtus Pompeius docet ueteres ſarte dixiſſe pro integre, quamobrem & opera publica quæ locantur ut integra tecta præſtentur, ſarta tecta locantur. Nam ſarcire eſt integrum facere. Sed Feſtus legiſſe uidetur,ſarte tecta,pro integre tectis:Niſi forte legendum eſt in prioribus, ſarta & integra.

Pulmo prius ueniſſet. XXXVIII

Pulmo prius ueniſſet, dictum eſt olim in lentos ac ceſſatores. Opinor quòd pulmo cum perpetuo moueat, nunquam tamen loco ſe promouet. Plautus in Epidico:Dij immortales ſoccos iuſſi adimere pedibus.Pulmo enim quod perhibent,prius ueniſſet quàm tu adueniſti mihi.

Pedem conferre. XXXIX

Pedem conferre, à militia ſumptum. Vſurpatur ubi propius acceditur ad rem. Cicero in actione pro Plancio: Non poſſum magis conferre pedem,ut aiunt, aut propius accedere. Huius obiter & alibi meminimus ex Quintiliano. Sumptum uidetur ex Homero apud quem illud frequens eſt, ἐγγὺς ἴοντες. id eſt,prope uenientes,hoc eſt,comminus congreſſi.Idem non minus iucunda figura extulit Vegetius De re militari libr.3. capit.14. Prima autem & ſecunda acies, cum ad ſpathas & pila,ut dicitur,uentum fuerit,totum ſuſtinet bellum. Spathas autem uocabant gladios longiores: quemadmodum pila, haſtas breuiores,nimirum quinq; ſemis pedum, quæ deinde ſpicula ſunt dicta. Autor Modeſtinus. Huiuſmodi pugnæ genus deſcribit Q. Curtius libr.3. Ergo cominus coacti conſerere, gladios impigre ſtringunt, tum uerò multum ſanguinis fuſum eſt,duæ quippe acies ita cohærebant,ut armis arma pulſarent, mucrones in ora dirigerent: non timido, non ignauo ceſſare tum licuit: collato pede quaſi ſinguli inter ſe dimicarent, in eodem ueſtigio ſtabant, donec uincendi locum ſibi facerent. Et Maro,

–Hæret pede pes,denſuſq; uiro uir.

Qui multum obſuit. XL

Sicut eiuſdem artificis eſt egregie mentiri, & uera dicere, ita eiuſdem eſt prodeſſe plurimum ac lædere. Id olim prouerbio iactatum fuiſſe teſtatur Thucydides libr.6. in oratione Alcibiadis, τοῦτο δὴ ὑπὸ πάντων προβαλλόμενον λόγον, ὡς ἀ πολέμιός γε ὢν σφόδρα ἐβλαπτον, καὶ ἂν φίλος ὢν ἱκανῶς ὠφελήσω. i. Dictum uidelicet illud quod ab omnibus uſurpatur, quòd ſi hoſtis cum eſſem, uehementer nocui, etiam ſi ſim amicus,magnopere quiuero prodeſſe.

Non uulgari ancora nititur. XLI

Demoſthenes in oratione pro Cteſiphonte:Οὐκ ἐπὶ τῆ ἀφῆ ὁρμεῖ τοῖς πολλοῖς i. Non eadem ancora nititur qua uulgus, ſignificans illum nouis,minimeq; uulgaribus præſidijs niti.Suidas admonet eſſe prouerbium,& ſubaudiendum ancoram.

Non pluris quàm ſimias. XLII

Simia ridiculum animal,& uulgò contemptum,non uni prouerbio locum fecit. Dion Pruſenſis in libr. De Troia non capta. Quos ego,inquit, non pluris facio quàm ut dici ſolet, ſimias.

Aſpis à uipera. XLIII

Tertullianus libr. aduerſus Marcionem 3. prouerbij titulo refert:Aſpis à uipera, cum peſſimus à peſſimo ſumit mali quippiam. Deſinat, inquit, nunc hæreticus à Iudæo, aſpis quod aiunt,à uipera mutuari uenenum.Refertur autem inter Diogenis apophthegmata, qui conſpicatus duas fœminas inter ſe conferentes clàm ſermonem, protulit uerſiculum è comœdia quapiam ſumptum;

ἀσπὶς παρ' ἐχίδνης φάρμακον λαμβάνεται. id eſt,

Sumit uenenum à uipera aſpis mutuo.

Vtriuſque ſerpentis uenenum immedicabile, pariterq; noxium, niſi quòd uiperæ morſus magnis enecat cruciatibus, aſpidis adeo nullum adfert dolorem, ut nec uoluptas deſit, ſi Plinio credimus.Eſt autem aſpidis genus,quod abſque morſu, conſpuens hominem ueneno, perimit, unde Græcis dicta πτυάς. Vſus erit quoties qui per ſe malus eſt, contagio mali fit deterior.

Neq; intus,neq; foris. XLIIII

Ireneus lib.1.cap.9.refert hoc prouerbium,dicens hoc quadrare in mulierculas quaſdam, quæ cum intelligerent ſe fuiſſe deluſas à diſcipulis Valentini, non tamen ſe committebant eccleſiæ, ut remedio pœnitentiæ reciperentur in conſortium unde diſceſſerant, inter utrunque degentes,nec Valentinianis adhærebant,nec eccleſiæ ſeſe reconciliabant.Simili figura dicunt hodie,neq; caro eſt,neq; piſcis,de homine qui ſibi uiuit, nec ullarum eſt partium.

De toga ad pallium. XLV

Certè ſpeciem habet prouerbij quod refert Tertull.in libel. De pallio: Hæc nimirum indignitas erit à toga ad pallium, cuius duplex erit uſus: uel cum ad diuerſum uitæ genus ſeſe contulerit aliquis,uel cum à fortuna honeſtiore ad humiliorem,uelut ſi quis ex aulico fiat monachus, aut è præfecto pædagogus,è conſule rhetor. Toga Romanorum erat,pallium Græcorum. Poſt pallium cœpit eſſe geſtamen philoſophorum. Confine illi, Ab equis ad aſinos.

Extrema linea. XLVI

Quoniã olim initiũ unde curſus incipiebatur,ducta linea notabatur,rurſus extremũ linea ſignabatur, idcirco à linea incipere ſiue

Ayuntamiento de Madrid

ſiue ad lineam redire dicebantur, qui rem ab initio repetebant, Et quod in quaq; re poſtremum eſt, extremam lineam appellabant. Ita Terentianus Phædria. Poſtremò extrema linea amare nonnihil eſt. Et Tertullianus libr. quem aduerſus Hermogenem ſcripſit, uocat eum ignorantium extremam lineam, quod ultimus eſſet hæreticorum. Siquidem adhuc erat in uiuis, quum ea ſcriberet Tertullianus.

Cæcus & claudus non intrabunt templum. XLVII

Recenſetur libr. Reg. 2. cap. 5. Quum Dauid omnium tribuum conſenſu ſuſcepiſſet regnum totius gentis Iſraëliticæ, iamq; conſtituiſſet regiã ſuam ſtatuere in mõte Sion, quæ tum erat arx Hieroſolymæ, quam id temporis obtinebant Iebuſæi, denuntiatum eſt illi à Iebuſæis, nõ futurum ut ingrederetur urbem, ni prius amouiſſet cæcos & claudos. Id ubi factum eſſet, abijt in prouerbium: Cæcus & claudus non intrabunt templum. Nec ſatis conuenit inter interpretes, quid hoc loco ſibi uelit cæcus & claudus. Quidam exiſtimant per contemptum dictum, Huc non ingredieris, niſi ſuſtuleris propugnatores mœnium, quibus tuendis ſufficiunt cæci claudiq; noſtri. Hebræi ſolent affingere fabulas, per quas explicent nodum quæſtionis. Aiunt in mœnibus urbis poſitas fuiſſe duas imagines, Iſaac & Iacob: quorum ille legitur cæcutiſſe ſenio, hic claudicaſſe ex lucta cum angelo. Has ideo collocatas, ut eſſent monumentum fœderis, quod olim pepigerant cum Abraham, quæ de re meminit libri Geneſos caput 21. His igitur ſublatis capta eſt arx, & natum prouerbium, cuius ſenſum non ſatis perſpicio. Nam quòd in Leuitico cæcus & claudus arcentur à ſacris miniſterijs templi, non uideo quid faciat ad hanc hiſtoriam. Si diuinare licet: fortaſſis in ſummis tectis ædium erant imagunculæ, quales ſolent imponi faſtigijs ædificiorum. Eas uulgò cæcos & claudos appellabant, quod nec ambularent affixæ, nec cernerent. Non patebat igitur ingreſſus in aream, niſi tranſcenſis ædium faſtigijs. Proinde Dauid præmij loco promiſit militiæ principem futurum, quiſquis primus contigiſſet domatum fiſtulas. Fortaſſis adagio locus erit, quoties excluditur aliquis ab honore uelut indignus. Merito enim excluduntur qui uidebantur excludere. Et huiuſmodi imagines in templorum tectis affiguntur foris, quum ipſum templum nunquam ingrediantur.

Homini diligenti. XLVIII

Homini diligenti ſemper aliquid ſupereſt. Chryſoſtomus homilia in Ioannem 19. refert hoc dictum, ut tritum uulgi ſermone prouerbium. Qui uerè diligens eſt in negotio, nunquam ſibi ſatisfacit, ſemperq; uidet aliquid quod operi cœpto adijciat, cum ignauis quicquid egerint nimium uideatur.

Fuit & Mandroni ficulna nauis. XLIX

ἦγένετο καὶ μάνδρωνι συκίνη ναῦς. i. Fuit & Mandroni ficulna nauis. In eos dici ſolitum qui præter meritum ad felicitatem atq; opes euecti, priſtinæ conditionis non meminerunt, ſed præſenti rerum ſucceſſu inſolentius abutuntur: ita ut ferè mos eſt, τοῖς νεοπλούτοις. i. Iis qui ad nouas diuitias ex infima fortunæ conditione prouehuntur. A Mandrone quodam ſumptum, qui indignus & immerens, ex nauicularia factus eſt imperator. Nauim autem ficulnam per contemptum dixit. Nam ficulnum in genere uocant Græci, quicquid imbecille, aut contemnendum ſignificare uolunt.

Lupus in fabula. L

Hoc prouerbium quum in prima æditione quæ Lutetiæ prodita eſt, non indiligenter eſſet à nobis explicatum: tamen neſcio quo caſu uidetur omiſſum in cæteris æditionibus. Solitum eſt autem dici, quoties is de quo cõfabulatio eſt, de improuiſo interuenit. Quod inde ſumptũ putat Donatus, interpres Terentij, quòd lupus ei quem prior uiderit, uocem adimere dicitur, ut cum cogitatione in qua prius fuerat, ſimul & uocem amittat & uerba. Nec deſunt qui huius ſeu rei, ſeu opinionis cauſam philoſophicam reddere conentur, uidelicet quòd lupus natura ſit hoſtis homini, & ideo ſpiritus quoſdã ac uim natiuam ab illius oculis proficiſcentẽ in eum quẽ conſpexit inopinato, uires illius obſtupefacere, atq; hinc eſſe ſubitum ſilentium. Donatus huc pertinere putat quod alibi citatum eſt à nobis Theocriticum illud: λύκοι εἶδες Rurſum illud Maronis: Lupi Mœrim uidere priores, quum uocem per ætatem ademptam paſtor quereretur. Sunt qui ex nutricum fabulis natum exiſtimant, quæ narrant ludificato puero terrore lupi, uerum lupum à cauea paulatim ueniſſe ad limen cubiculi. Nam eſt & in apologis, matrẽ, ut puerum uagientẽ compeſceret lupum frequenter inclamaſſe, ut niſi deſineret plorare, deuorandum offerret. Tandem lupum ſpe prædæ ueniſſe: ſed fruſtra hiantem abijſſe, hac tantum ſententia doctiorem, non eſſe fidem habendam fœminæ pollicenti. Nam hoc, opinor, ſenſit Donatus. Locus enim in libris euulgatis non uidetur cohærere mendo. Tertiam opinionem reijcit Donatus, quæ putat hinc natũ: cum in Neuiana fabula repræſentaretur, quomodo Romulus & Remus aliti ſint à lupa, repente uerum lupum actioni interueniſſe: quo factum ut ſubitum eſſet totius fabulæ ſilentium, quòd talis ſpectator inexpectatus interueniſſet. Sic uſus eſt Terentianus Syrus in Adelphis, ſilentium innuens Cteſiphoni, quòd Demea pater adoleſcentis, quem ruri eſſe credebat, præter expectationem adeſſet. Feſtiuius etiam uſus eſt Plautus in Sticho. Atq; eccum, inquit, tibi lupus, in ſermone præſens eſuriens adeſt. Loquitur enim de paraſito Geliſino, qui fratribus de ipſo confabulantibus derepente interuenit. Addit enim prouerbio gratiam, alluſio ad hominis ædacitatem: quemadmodum apud Theocritum, ad nomen adoleſcentis, de quo dicitur, λύκοι εἶδες. Vtitur & M. Tull. Epiſt. ad Atticum, lib. 13. De Varrone loquebamur, lupus in fabula. Venit enim ad me. Ferè fit autem ut quoties interueniat, de quo colloquimur, obmuteſcamus: propterea quòd ſiue laudabatur, pudet in os dicere, quod rectè narratur de abſente: ſiue uituperabatur, timemus offendere.

Prolixius Iliade. LI

Μακρότερα τῆς ἰλιάδος λαλῶν. i. Prolixiora Iliade loquens. Refert Iulius Pollux, lib. De rerum uocabulis 6. cap. 26. adiungens ei quod alibi docuimus, competere in homines uehementer garrulos, τὸ ὂν δωδώνης χαλκεῖον, & ἀράβιος αὐλός ſic enim ibi refertur. Hunc in ſenſum uſus eſt & Aeſchines in Demoſthenem, qui locus nobis alibi citatus eſt. Non diſſimile eſt huic Ilias malorum. Sed quoniam hoc coarguit immenſis malis, quod nunc referimus immodicæ loquacitati, ſeparare uiſum eſt ob uſum diuerſum. Eſt autem Ilias nobile opus Homeri, quo Troiæ captæ hiſtoriam libris uigintiquatuor explicat, quum Vergilius duodecim libris complexus ſit, quod ex utroq; opere uiſum eſt decerpere.

Apud nouercam queri. LII

Qui deplorant infelicitatem ſuam apud eos, qui nihil auxilij ſint laturi, uel gauiſuri magis conquerentium malis, apud nouercam queri dicuntur, quòd nouercæ ferè male uelint priuignis. Ballio leno in Pſeudolo Plauti:

Nam iſthuc quod nunc lamentare, non eſſe argentum tibi,
Apud nouercam querere.

Leno pro ſe ſuppoſuit nouercam. Quod dictum Pſeudolus ſimulans ſe non intelligere, Eho, inquit, an unquam huius nupſiſti patri?

Animus habitat in auribus. LIII

Veteres animo ſedem in oculis dedere, plerique in corde. At Herodotus in Polymnia, iuxta uulgi ſermonem ut uidetur, docet animum habitare in auribus, quòd qui bene audiunt, uoluptate afficiantur, qui ſecus, exacerbentur. Herodoti uerba ſubſcribam, Καὶ νῦν ἔτι τόγε ἔδεικνυσο, ὡς ἐν τοῖσιν

Ayuntamiento de Madrid

τοῖσιν ὠσὶ τῶν ἀνθρώπων οἰκεῖα ὁ θυμὸς, ὃς χρηστὰ μὲν ἀκούσας, τέρψιος ἐμπίπλει τὸ σῶμα, ὑπηνωτίαι δὲ τετοισὶ ἀνοιδέει. id est, Et nunc illud sanè discito, quòd in auribus hominum habitet animus: qui quum bona audierit uoluptate corpus implet: quum his diuersa, molestia afficit. Opinor hunc esse sensum adagij, quòd ex his quæ audimus maximè placatur, aut irritatur animus. Nam hæc potissimum iter est ad animum hominis. Comiter ac blandè dictum, sæpe atroces iras uertit in beneuolentiam, & asperior sermo prouocat capitales inimicitias. Quin & conuitio quidam iugulantur, non aliter quàm ferro aut ueneno. Proinde pestilentissimum homicidarum genus est, quod hoc seculo potissimum regnat, qui uenenum aspidum portant in lingua, & qui idem peragunt lingua, quod sicarij ferro.

Inscitia confidentiam parit. LIIII

ἀμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει. id est, Inscitia quidem confidentiam, prudentia uerò contationem parit. Extat apud Thucydidem libr. Peloponnesiaci belli 2. Diuus Hieronymus in Epistola ad Eustrigium ita refert, imperitia confidentiam, eruditio timorem creat. Refert & Plin. Epist. lib. 4. Sicut ἀμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει: ita recta ingenia debilitat uerecundia, peruersa confirmat audacia. Vtitur eodem & Lucianus in Nigrino, ut dubium non sit quin hæc sententia fuerit olim uulgi sermone protrita. Cognitio rerum reddit hominem contationem ad aggrediendum negotium, hinc nimirum est, quòd iuuentus audacior est quàm senectus: &, ut docet Quintilianus, fortius dicunt qui minus habent artis: cum interim cordatus orator ac periculum intelligens initio trepidet. Et qui minus sapiunt, minus habent pudoris. Et qui nondum didicere, quid sit scire, nullius rei sibi non arrogant scientiam. Deniq; maximè bellum affectant, qui quid sit bellare nunquam experti sint. Quemadmodum hodie sub adolescentibus principibus miserè tumultuatur orbis.

Non statim finis apparet. LV

Herodotus in Polymnia, significat hoc olim prouerbio dici solitum, Non statim cum principio apparere rei exitum, ἀλλὰ τὸ παλαιὸν, inquit, ἔπος ὡς εὖ ἔρηται, τὸ μὲν ἄμα ἀρχὴ τὸ τέλος καταφάνηναι. id est, Et uetus adagium, quo rectè dictum est, non statim cum initio apparere finem. Conueniet in quorundam præproperas spes, qui negotio uix cœpto statim arbitrantur se rem factam habere, quum sæpe exitus non respondeat initijs. Vulgi iocus est in Batauum quendam, qui iussus sumere catapotia, rogauit medicum quid essent effectura. Cum medicus respondisset fore ut moueretur aluus, deuorauit, moxq; nondum egresso medico, clamauit se cacaturire, nimirum suspicans statim apparere finem unà cum principio. Alter quidam eiusdem sapientiæ, quum à parentibus missus esset in Galliam, ut gallicè disceret, quum illic egisset quatriduum, querebatur apud suos, quòd nondum loqueretur gallicè, putans hanc uim habere solum ipsum, ut quisquis adisset Galliam, ilicò gallicè loqueretur. Sunt & huiusmodi quidam, qui simul atque filius triduo uersatus est in ludo literario, mirètur eũ nondũ scire literas, queranturq; operam simul & impensam perisse, Poterit ad seria torqueri. Rebus honestis strenue uacandum, ut olim liceat egregiorum laborum opimam messem metere. Semper in hac uita rectè faciendum, olim non defutura præmia, etiamsi non contingant in hoc mundo.

Philippide tenuius. LVI

Athenæus libr. Dipnosophist. 12. ostendit Philippidem comœdiarum scriptorem sic tenui fuisse corpore, ut etiam φιλιππωσθαι dixerint, pro macruisse. Refert autem prouerbium ex Aristophonte, ὃν ἡμέραις αὐτὸν ἧττον ἰσχνότερον ἀποφαίνω φιλιππίδου. id est, Intra triduum graciliorem illum reddam Philippide. Rursus ex Menandro.

ὁ λιμὸς ὑμῶν τ' καλὸν τοῦτον λαικὸν
φιλιππίδου λεπτότερον ἀποδείξει ταχέως. id est,
Vestrum ubi fames formosulum hunc momorderit,
Reddet caduer macrius Philippide.

Rursus ex Alexide citat hoc dictum, ψυκτηρίδιον φιλιππίδου λεπτότερον. id est, Poculum Philippide gracilius. Accommodabitur non inuenuste ad orationem ieiunam, aut disputationem ociosæ subtilitatis.

Quæ semel ancilla, nunquam hera. LVII

Vt uulgò iactatum refertur in Græcis epigrammatis, libr. primo, titulo Palladæ.

Μή τοι δουλίσασα γυνὴ, δέσποινα γένηται
ἔστι παροιμιακὸν. id est,
Si quæ ancilla semel fuit, haud unquam dominetur,
Vt prouerbium habet.

Videtur ideo dictum, quod qui ex humili fortuna subuehuntur ad res amplas, soleant esse cæteris insolentiores, minusq; tolerabiles quàm qui felices nascuntur.

Exurere mare. LVIII

Admonuimus ἀδιάφορα fermè pertinere ad cognationem prouerbiorum. Quod genus est illud quod refert Vergilius Aeneidos lib. 9.

—Maria ante exurere Turno,
Quàm sacras dabitur pinus.

Nec dissimile est quod habet Propertius,

Tu prius & fluctus poteris siccare marinos,
Altaq; mortali detrahere astra manu.

Obedientia felicitatis mater. LIX

Aeschylus in ἐπὶ τοῖς ἑπτὰ θήβαις.

Παθαρχία γάρ ἐστι δὴ εὐπραξίας
Μήτηρ, γυνὴ σωτῆρος, ὀρθῶς εἶπα λόγου. id est,
Felicitatis mater obedientia,
Coniunxq;, ut aiunt, sospitatoris Iouis.

Fingit poëta Iouem sospitatorem, cuius beneficio contingat salus: huic esse uxorem, cui nomen πειθαρχία. id sonat obedientiam, sed propriè qua paremus magistratibus ac principibus: ex horum coniugio natum esse filiam cui nomen εὐπραξία. id est, felicitas. Principis est consulere saluti ciuium, Id conatur bonis & æquis legibus, populi est his obtemperare, si uelit esse felix. Sed utinam non essent Ioues ἀλιθεῖς, quibus uxor esset ἀρετὴ, & filia εὐτυχία.

Ver ex anno tollere. LX

ὃν ἐκ γειμῶνος τὸν ἦρα ἐξαίρειν. i. Ver ex anno tollere dicebatur, qui id quod in negotio quopiam erat præcipuum tolleret. Meminit Herodotus in Polymnia. Lacedæmonij & Athenienses missis in Siciliam legatis, petebant à Gelone Syracusano & societatem & suppetias, aduersus Xerxem bellum inferentem Græciæ. Nec recusauit Gelo, modo se imperatorem uel maritimarum rerum uel terrestrium copiarum constituerent: quam conditionem quum repudiarent legati, iussit eos illico discedere, ac renuntiare Græcis, ὅτι ὁ ἐκ τοῦ γειμῶνος τὸν ἦρα αὐτοῖς ἐξήρηται. Ver ipsis ex anno sublatum esse, uidelicet illud subindicans, suum exercitum præcipuum esse Græciæ florem ac robur, qui si deesset, defuturum illi quod esset præcipuum. Ver enim anni præcipua pars est. Meminit Aristotel. libro Rhetoric. 3. inter metaphorarum genera. Rursus Rhetoricorum libr. 1. ostendit hoc dictum esse Periclis in epitaphio qui dixerit, τὸν νέον ἐκ τῆς πόλεως ἀπηρῆσθαι ὥσπερ τὸ ἦρος ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐξῃρῆσθαι. i. Iuuentutem è Repub. sublatam esse, perinde ac si uer ex anno tolleretur. Potest deflecti lõgius, ut dicantur uer eximere anno, qui linguarum ac bonarum literarum peritiam sustollant è scholis.

Etiam

Ayuntamiento de Madrid

Etiam si Cato dicat. LXI

Plutarchus in uita Catonis Vticẽsis, narrat tantam Catonis apud populum fuisse fidem & autoritatem, ut de rebus incredibilibus prouerbio diceretur, Τοῦτο μὲν δὴ κάτωνος λέγοντος ἄπιστόν ἐστιν. id est, Istuc incredibile est, etiam si dicat Cato. Et orator quidam cum hyperbolicos diceret uni testi non esse credendum, adiecit, ne Catoni quidem. M. Tullius Epistolarũ ad Atticum lib. 2. Quid Cato ille noster, qui mihi unus est pro centum milibus. Similis erat autoritas Aristidis apud Athenienses ac Xenocratis, cui uni populus remisit iusiurandum, quum alioqui nullus illic testis admitteretur absq; iureiurando. Huic affine est,

Nec iurato, isthuc crediturus sim.

Decipienti semel. LXII

Suspicor esse uulgò iactatum apud Italos, quod refert Ioannes Campanus uir suo seculo magnus, & admirabilis ingenij lib. De fugienda ingratitudine 2. Decipienti me semel, dij male faxint, faxintq; bene, si bis idem deceperit. Quod semel falli perfidiæ decipientis par sit imputari: uerum qui semel expertus, rursum fidem habuerit eidem, dignus uideatur qui fallatur. Confine est illi quod alibi recensuimus, Improbe Neptunum accusat, qui iterum naufragium facit. Quoniam Campanus erat uariæ reconditæq; lectionis, fieri potest ut hoc dictum alicubi citatum legerit. Nam uidentur esse duo senarij pauculis immutatis,

Decipienti semel me, dij faxint male.

Faxintq; bene, si bis idem deceperit.

Nam ipse Campanus adducit titulo ueteris prouerbij, quanquam uetus dici potest, quod nostra quoque memoria natum est.

Qualis hera, tales pedisequæ. LXIII

Et hodie uulgò dicitur ex Athanasij symbolo detortum, Qualis pater, talis filius. Huic simillimum est peruetus adagium, libr. Epist. ad Atticum 5. epist. 11. Si uerum est, inquit, illud, ὁποῖα ἡ δέσποινα, τοιαῦται καὶ θεραπαινίδες. i. Qualis hera, tales & ancillæ. Quanquam nec hoc multum abest à senario Δέσποιν' ὁποία, τοιαῦτ' ἡ θεραπαινίδες. Plato libr. De repub. 4. Ἢ οὐκ ἀεὶ τὸ ὅμοιον ὂν ὁμοίου παρακαλεῖ. i. Aut non semper quod est simile, simile accersit.

Bibere mandragoram. LXIIII

Inest uis somnifica mandragoræ, adeo ut enecet etiam largiore potu, si Plinio credimus, Historiæ mundi lib. 25. cap. 11. Dioscorides indicat radicem uino decoqui ad tertiam partem, ex eo colato sumi cyathum aduersus insomnium. Datur & secandis aduersus intolerabilem cruciatum. Quin & sedi immissa herba, glandis uice, somnum facit. Hanc Pythagoras ἀνθρωπόμορφον appellauit, quòd radix imitetur hominis formam. Vnde Columella in carmine semihominem dicit,

Quamuis semihominis uesano gramine fœta

Mandragoræ pariat flores.

Eandem circeam appellant, quòd radix illius amatorijs ueneficijs credatur utilis. Vnde qui cessant in officio dormitantq;, multam mandragoram bibisse dicuntur. Sic usus est Iulianus in epistola quadam ad Callixenem, Οὐ φανεῖται πολλὴν πάνυ μανδραγόραν ὠπιπωκώς; id est, An non uidetur multam hausisse mandragoram? Vsurpat & Demosthenes in Philippica 4. ἀλλὰ μανδραγόραν πεπωκόσιν, ἢ τι φάρμακον ἄλλο τοιοῦτον ἐοίκασιν ἀνθρώποις. id est, Similes uidentur his qui mandragoram biberunt, aut aliud simile pharmacum. Itidem qui dormitant in negotio, sub mandragora dormire dicuntur. Lucianus in Timone, ὅπου καθάπερ ὑπὸ μανδραγόρᾳ καθεύδεις. id est, Quandoquidem ueluti sub mandragora dormis. Hoc non est dissimile illi, quod alibi retulimus, Bibe elleborum.

Ne pictum quidem uidit. LXV

Quemadmodum de uehementer ignoto dicimus, ne natum quidem noui, sic dicimus, ne pictum quidem uidit. Multas enim urbes & res, atque etiam homines nunquam nobis conspectas, ex pictura utcunque nouimus. M. Tullius libro De finibus bonorum ultimo: Dicis eadem omnia & bona & mala, quæ quidem dicunt, qui nunquam philosophum pictum, ut dicitur, uiderunt. Plautus in Asinaria: Nam neque unquam fictum, aut pictum, neque scriptum in poëmatis, ubi lena bene agat. Venustius etiam fiet, si longius transferatur. Rhetoricam ne pictam quidem uidit. Virtutem ne pictam quidem. Nam pinguntur hæc quoq;.

Scrupulum iniicere. LXVI

Scrupuli sunt minuti lapilli, qui inter ambulandum insiliunt in calceos hominis, ac pedem torquent, inde iniicere scrupulum dicitur, qui sollicitudinem iniicit animo cuiuspiam. Et scrupulum eximit, qui sollicitudinem eximit. Terentius in Adelph. Timet, iniecisti scrupulum homini. M. Tull. 4. De finib. in fine disputationis, Scrupulum inquam abeunti? Sed uidebimus, Hoc non dissimile est illi quod aliàs retulimus, Infixo iaculo fugere. Rursum Terentius in Andria. At mihi unus etiam scrupulus restat, qui me habet male.

In angulo. LXVII

ἐν γωνίᾳ. id est, In angulo fieri dicitur, quod fit in occulto. Quod usurpatum in Euangelijs à domino Iesu Christo, reperitur esse apud Platonem in Gorgia, Τὸν λοιπὸν βίον βιῶναι, μετὰ μειρακίων ἐν γωνίᾳ ξυῶν ἢ τετραόρῳ ψυδυείζοντα. id est, Reliquum uitæ degere cum adolescentulis tribus aut quatuor in angulo susurrantem. Item Lucianus in Concione deorum, μηκέτι τοῦτο ποιεῖτε ὦ θεοί, μηδὲ κατὰ γωνίας συρρεφόμενοι, πρὸς ἓν ἄλλήλοις κοινολογεῖσθε. id est, Ne posthac susurros miscete ô dij, nec ad angulos conuersi, alijs alij ad aurem conspirate. M. Tullius libr. De oratore primo. Quibus ego de his rebus omnibus in angulis consumendi ocij causa, ut differant &c. Sic & illud in Euangelicis literis prouerbialiter est dictum, Super tectum prædicare, pro eo quod est, palàm & in publico prædicare. Nunquam enim legimus apostolos de tecto clamasse.

Calidum mendacium. LXVIII

Calidum facinus, θερμὸν ἔργον, pro audaci dici, monuimus aliàs. Simili figura dici solere calidum mendacium pro audaci & impudenti, docet Plautus in Mostellaria,

Calidum hercle audiui esse optimum mendacium.

Aut non est mentiendum, aut est fortiter mentiendum: alioqui mox deprehenditur, qui uerecunde mentitur. Quemadmodum Aeschinus Terentianus, Non istas quod sciam.

Muti citius loquentur. LXIX

Ad ἀδυνάτων genus pertinet & hoc quod habet Plautus in Persa, Muti prius loquentur quàm ego.

Ne hoc inquit, cuiquam homini dicerem, edictum est mihi Magnopere, nec cuiquam homini crederem,

Omnes muti ut prius loquerentur hoc quàm ego.

In transennam inducere. LXX

In transennam inducit qui dolo fallit. Plautus in Persa,

Hunc ego hodie hominẽ in transennam doctis ducam dolis.

Itaq; huic insidiæ paratæ sunt, prope aggrediar uirum.

Ab aucupibus sumptum est, qui intra cancellos escam spargunt insidiantes auiculis. Vnde & hodie qui dolo captus est, intra transennam esse dicitur. Huic simillimum, In foueam & in laqueum inducere, quorum alibi meminimus.

Ab transenna cibum petere. LXXI

Ab transenna cibum petere dicitur, qui periculo proximus est. Plautus in Bacchid.

Nunc ab transenna hic turdus lumbricum petit.

In senem dicitur, legẽtem epistolam, per quam erat fallendus.

Ab

Ayuntamiento de Madrid

Ab eadem metaphora ſumptum, cuius modo meminimus.

Omnes adhibere machinas. LXXII

M.Tull.lib. Epiſt. ad Brutũ, *Ad reliquos hic quoq; labor mihi acceſſit, ut omnes machinas adhibeam ad tenendum adoleſcentem, item Plato De legibus lib.7.* Οὐκοῦν φαμὲν ἅπασαν μηχανὴν μηχανήν. *i. Itaque dicimus omnem adhibendam machinam. Rurſum in eodem,* πᾶσαν μηχανὴν προσφέρων *id eſt, Omnem machinam admouens. Sumptum eſt ab his qui ſumma ui oppugnant arcem aut oppidum, nullum machinæ genus non admouentes, nihilq; relinquunt intentatum.*

Leo chordula uinctus. LXXIII

Lucianus in libello De mercede ſeruientibus, Νῦν δὲ τὸ τοῦ λόγου, λέων κεκόμψ διδεὶς ἄνω καὶ κάτω περισύρομαι. *id eſt, Nunc autem quod dici ſolet, Leo filo uinctus, ſurſum ac deorſum circumferor: cum quis exiguo commodo captus, apud aulicos oſtentatur paſſim, quòd princeps tantum abſit uirum, Hoc enim principes ſibi glorioſum ducunt, ſi epiſcopos aut doctos uiros cogant ſua relinquere negotia, & aulicæ ſeruire pompæ.*

Sinapi uictitare. LXXIIII

Triſtes ac ſupra modum tetrici ſinapi uictitare dicuntur, quod hodieq; uulgò tritum eſt, Plautus in Truculento,

Si ecaſtor hic homo ſinapi uictitet,
Non cenſeam tam triſtem eſſe poſſe.

Ariſtoph. in Equitibus conſimili figura dixit, Tueri ſinapi,

Κἄβλεψε νάπυ, καὶ τὰ μέτωπ' ἀνέσπασε. *id eſt,*
Tornum tuens, ut qui ſinapi uictitant,
Frontem ſeueram contrahebat.

Interpres Ariſtophanis admonet napy ſemen eſſe, unde fiat ſinapi. Huius uis eſt ciere lachrymas, coq; Ennius apud Macrobium triſte uocat.

Nec triſte quærunt ſinapi, neq; mœſtum cepe.
De cepis aliàs nobis eſt dictum.

Pueri ſenesq; LXXV

In principio Chiliadum admonuimus omneis fermè huiuſmodi figuras eſſe prouerbiales, quæ conſtant ex contrarijs, maximi minimiq;, iuuenesq;, ſenesq;, dijs atque hominibus, Sacra prophanis, fas nefas, ſanda infanda. Horatius. Parui properemus & ampli, cum omnibus ſentiat huc eſſe connitendum. Plato lib. De legibus 7. ἀλλὰ τὸ λεγόμενον πάντ' ἄνδρα καὶ παῖδα, καὶ τὸ θηλυτὸν, &c. *i. Imò quod dici ſolet, omnem puerum ac ſenem pro uiribus, &c.*

Omni uoce. LXXVI

Quod ſumma contentione aſſeritur, omni ſeu tota uoce dicitur prædicari. Vehemens enim affectus animi ſolet uocem intendere. Plato libr. De legibus 10. Πᾶσαν δὴ τὸ λεγόμενον φωνὴν ἴλυτι *id eſt, Omni emiſſa uoce. Clare loquimur cum aſſeueranus, & quanto poſſumus clamore ſonamus, ſi quid magnopere nos commouet. Poteſt & in hunc uſum accommodari, ut omnem uocem promere dicatur, qui modis omnibus conatur perſuadere, nunc blandiens, nunc obiurgans, nunc pollicitans, nunc minitans.*

Arcus tenſus rumpitur. LXXVII

Plutarchus in libello cui titulum fecit, An ſit ſeni adminiſtranda reſpub. Τόξον μὲν *inquit,* ὡς φασιν ἐπιτεινόμενον ῥήγνυται, ψυχὴ δ' ἀνιεμένη. *i. Arcus, quemadmodum aiunt, cum intenditur, rumpi ſolet, contra animus cum remittitur. Refertur autem in epitaphio Theophraſti, qui tantiſper uiguit dum eſſet in labore, ſimul atq; remiſit ſtudium, interiit.*

Οὐκ ἄρα τοῦτο μάταιον ἐπὶ μερόπων τιν' ἐλέγχει
Μῦθος ὁ τοξεύειν τόξον ἀνιέμενον.
Δηρὸν καὶ θεόφραστος ἔως ἐπόνει μὲν ἄπαυστος
Ἦρ δίμας, εἶτ' ἀνιεὶς, κάτθανε παρομιλῶν.
Frangi ut ſtudij tenſum laxaueris arcum
Veridici ſanè uerba fuere uiri.

Nanq; opere aſſiduo ualuit Theophraſtus, & idem
Laxato ſtudio, membra ſoluta obit.

Ne Apollo quidem intelligat. LXXVIII

Quod uehementer eſſet obſcurum, & intellectu perdifficile, id negabant uel ab Apolline poſſe intelligi. Athenæus libro Dipnoſophiſt. 3. Τί ἦν ἐπιστολὴ δηλοῖ, νομίζω ἐγὼ μηδὲ τὸν Ἀπόλλω διαγνῶναι. *i. Quid autem ſibi uelit epiſtola, arbitror equidem nec ipſum Apollinem intelligere. Adducit inibi ſcenarium ex Antiphane.*

Ταυτί δ' ὅτι ποτ' ἐστὶν ἀλλ' οὐδ' ἀπόλλων μάθοι. *id eſt,*
Nec Apollo, quid ſibi hæc uelint, intelligat.

Deſtitutus uentis remos adhibe. LXXIX

Cùm res non ſuccedit ut uolumus, ad alia præſidia confugiendum eſt, aut cum fortuna eſt aduerſa, tum magis adlaborandum. Refert adagium Hermolaus in epiſtola quadam Græca, quæ Politianicis admixta eſt, καὶ ἢ ἀνέμων στερηθῇ ἐλαύνειν φασὶν, ἐπὶ τὰς κώπας χώρει. *i. Et deſtitutus uentis, ad remos, quod aiunt, te confer.*

In pace leones. LXXX

Ariſtophanes in Pluto,

ὄντες οἰκοι μὲν λέοντες, ἐν μάχῃ δ' ἀλώπεκες. *id eſt,*
Cum leones ſint domi, ijdem in Marte ſunt uulpeculæ.

Ariſtophanis interpres oſtendit prouerbium iactatum in Lacones, qui in Aſia infeliciter rem geſſerant.

οἶκοι λέοντες, ἐν ἐφέσῳ δ' ἀλώπεκες. *id eſt,*
Domi leones, in Epheſo uulpeculæ.

Ad hoc nimirum alluſit Comicus. Plutarchus in comparatione Syllæ & Lyſandri refert hanc ſententiam tanquam uulgò tractatam in principes. Sic enim de Lyſandri frugalitate prædicat.

ἀλλ' ἄλλη τις ἄλλῃ ἀποφυγὼν τοῦτ' τὸ πρόσακτον,
Οἶκοι λέοντες ἐν ὑπαύλῳ δ' ἀλώπεκες. *id eſt,*

Imò ſi quis alius effugerat illud quod uulgò circumfertur.

Domi leones, ſed foris uulpeculæ.

Olim fortaſſe ſic emergebant potentes, poſt & domi & foris leones eſſe cœperunt, aut ſi quod animal leone uiolentius. Conueniet in eos qui præpoſtere ſe gerunt: ibi feroces, ubi nihil erat opus: ibi fugaces, ubi res poſcebat uirum: aut qui in ſuos ſeui, non itidem audent aduerſus inimicos, quod Ciceroni obijcit Saluſtius, uidelicet quòd contumelioſius in amicos, ſupplex inimicis. Aut in illos qui ſimulata manſuetudine perueniunt ad tyrannidem.

Certiſſima paupertas. LXXXI

Sententiam prouerbialem refert Iunius Columella libr. De re ruſt. 12. cap. 2. Præparatis igitur receptaculis, oportebit ſuo quicq; loco generatim, atq; etiam ſpeciatim nonnulla diſponere, quo facilius, cum quid poſtulabit uſus, recipere poſſit. Nam uetus prouerbium eſt, paupertatem certiſſimam eſſe, cum alicuius indigeas, uti eo non poſſe: quia ignoretur ubi proiectum iaceat, quod deſideratur. Hactenus Columellæ uerba retulimus. Sentit autem, ni fallor, ſi quis habeat domi, quod cum utendum eſt, inueniri non poteſt, eum magis egere eo quod habet, quàm ſi non haberet. Etenim qui non habet, rogat alicunde commodato: qui habet, ubi uentum eſt ad articulum quo ſit utendum: nec ſuum habet, quod ubi ſit, neſcit: nec alienum habet quo poſſit uti.

Mercator nauiga & expone. LXXXII

Strabo lib. Geographiæ ſuæ 14. refert huiuſmodi prouerbium, ἔμπορε κατάπλευσον, ὄλβελε, πάντα διήρπασται. *id eſt, Mercator adnauiga, expone, omnia diuendita ſunt. Ait natum à Cilicibus olim piraticam exercentibus, quorum præcipuus quæſtus erat ex mancipijs, quæ propter opportunitatem loci facilè capiebantur, & celerrimè diſtrahebantur, quòd Delus quæ nõ procul aberat, emporium præſtaret, & amplum & pecun*

Ayuntamiento de Madrid

pecuniosum,ut illic eodem die præsente pecunia,multa mancipiorum millia distrahi possent & auehi. In causa erat illud quoque, quòd Romani ex Carthagine Corinthoq; subuersis uehementer locupletati fuerant, eoq; pluribus mancipijs uti cœperunt. Si quid habet prouerbium præter rei gestæ memoriam, potcrimus uti,quoties significabimus rei cuiuspiam esse tantam auiditatem ut nulla copia sufficiat: præsertim si quid mali sit quod expetitur: quemadmodum nihil auidius emitur, quàm nugaces quidam & seditiosi libelli, fastiditis bonis autoribus.

Nisi crura fracta &c. LXXXIII

M.Tull.in Philippica 13.docet prouerbio fuisse iactatum in C. Plancum, eum perire non posse, nisi crura ei fracta fuissent. Is incenderat curiam, ob quod facinus cùm esset eiectus in exilium,tamen pòst armatus ausus est redire in urbem. Adagium autem ductum est ab his qui ob scelera subiguntur in crucem, tantaq; est malitiæ uiuacitas,ut nec illic mori possint:nisi fractis cruribus mors acceleretur. Iocatur autem Cicero Planco fuisse fracta crura,cum legibus esset adempta potestas redeundi in ciuitatem. Et tamen uixit ac redijt. Asscribam M.Tullij uerba: Sequuntur alij tribunitij, C.Plancius in primis qui si senatum dilexisset, nunquam curiam incendisset: quo scelere damnatus, in eam urbem redijt armis, à qua excesserat legibus:sed hoc ei commune cum plurimis dissimillimis. Illud tamen uerum quod in hoc Planco prouerbij loco dici solet,perire eum non posse,nisi crura ei fracta essent. Fracta sunt, & uiuit. Hoc tamẽ ut alia multa aquilæ fertur acceptum. Hactenus Tullij uerba recensuimus. In quorum postremis iocus est in aquilam, quo significatur armata manus. Nam uexilla Romanorum præcipua habebant aquilam. Meminit & in oratione pro Roscio Amerino: Sin autem sic agetis, ut arguatis aliquem patrem occidisse,neq; dicere possitis,aut quare, aut quomodo, aut tantummodo sine suspicione latrabitis, crura quidem uobis nemo suffringet: sed si ego hos bene noui, literam illam cui uos ubique eo inimici estis, ut etiam eas omnes oderitis, ita uehementer ad caput affigent, ut postea alium neminem nisi fortunas uestras accusare possitis. Quidam putant hic significari θ, de quo dictũ est in prouerbio θ, præfigere: mihi magis uidetur sentire de τ, quod crucis habet imagiuem, & in crucem suffixis solent frangi crura. Et hæc quidem litera rei absoluebantur, sed interim actor referebat notam calumniæ & impudentiæ,qui crimen atrox obiecerit,quod nullis argumentis probare ualebat.

Cuculus. LXXXIIII

Olim qui fuissent in re quapiam parum honesta deprehensi, uulgari probro Cuculi dicebantur. Id ortũ à uinitoribus qui serius cœpissent putare uineam, nec hoc munus absoluissent priusquam audiretur ea auis, uelut cessationem exprobrans agricolis. Huius uocem imitantes uiatores, deridebant uinitores. Ita Plinius libr.18.cap.26. In hoc temporis interuallo 15.diebus primis agricolæ rapienda sunt ea quibus peragendis ante æquinoctium non sufficerit,dum sciat inde natam exprobrationem fœdam putantium uites per imitationem cantus alitis temporarij,quem cuculum uocant. Dedecus enim habetur opprobriumq; meritum, falcem ab illa uolucre in uite deprehendi, ut ob id petulantiæ sales etiam cum primo uere ludantur. Auspicio tamen detestabiles uidentur. Adeo minima quæq; in agro naturalibus trahuntur argumentis. Porrò quos Plinius petulantiæ sales appellat, apud quasdam nationes & hodie licet agnoscere. Vernis enim mẽsibus cum auditur coccyx,si tamen hic est cuculus,id quod sentit Gaza, coniugati mutuis salibus inter sese ludunt, dicentes, tibi canit hæc auis, significantes uxorem parum uigilanter custoditam. Quin & Plautus in Asinaria, sic facit uxorem conuitiantem marito in amica deprehenso. At etiam cubat cuculus, surge amator, i domum. Ac mox. Cano capite te cuculum uxor ex lustris rapit. Horatius Sermon.lib.1.Satyra 7.

Tum Prænestinus salso multumq; fluenti
Expressa arbusto regerit conuitia,durus
Vindemiator & inuictus,cui sæpe uiator
Cesserit,magna compellans uoce cuculum.

Hæc nimirum congruunt cum his quæ scribit Plinius, probro solere obijci uindemiatoribus, si cuculus eos deprehendisset putantes uineam. Eum Horatij locum sic explicat Porphyrio. Nam solent leuia rustici circa uiam arbusta uindemiantes à uiatoribus cuculi appellari,cum illi prouocati tantum uerborum amaritudinem in eos effundant,ut uiatores illis cedant,contenti eos cuculos iterum atq; iterum appellare. Acron hæc adfert. Hoc autem ipsa re nouimus,quòd uiatores sæpe uindemiatores conuitijs agant, quum transierint,& illi respondent ita, ut cuculum eum appellent, quasi pigrum, & recitant hoc custodibus,eo quod semper assideant. In his Porphyrionis & Acronis uerbis, uideo mendas aliquot subesse. Cum his conuenit illud Plautinum. Etiam cubat cuculus,quòd grauatim surgeret assessor puellæ. Quin arbitror in conuitio cuculi, alludsum ad uocem cubandi. Vnde pro leuia in uerbis Porphyrionis fortasse legendum lenti. Iam quod quidam ex cuculo faciunt cucullum,ex aui uestem, nihil est necesse, cum hæc uox penultimam habeat productam, apud Plautum in carmine trochaico,

At etiam cubat cuculus,surge amator, i domum. Ac mox,
Cano capite te cuculum uxor ex lustris trahit.

Trochaicus est. In Pseudolo pro generali conuitio uidetur usurpasse, Quid fles cucule uiues. Nisi forte lachrymantem ac singultientem amatorem cuculum appellat, quasi κοκκύζοντα. similiter in Mercatore, Isthæc filio non credam qui obsequitur patri, huic non ut mero cuculo. Itidem in Persa: Tua quidem cucule causa non hercle si os præciderint tibi, metuam morticine.

Arator nisi incuruus præuaricatur. LXXXV

Prouerbij speciem habet quod refert Plinius libr.18. capit.19. Arator nisi incuruus, præuaricatur. Præcipit ut arator arcuum primum rectis sulcis proscindat,mox & obliquis subigat, id fieri uix potest, nisi toto corpore incumbat labori, unde & Vergilio dictus est curuus arator. Cæterum præuaricari est à recto sulco diuertere. Vnde & in causis præuaricari dicuntur, qui causam diuersam adiuuant. Videlicet hoc est quod ait Plinius. Inde translatum hoc crimen in forum. Ibi itaque caueatur, ubi inuentum est. Transferri potest ad quemuis, ut leno nisi periurus est, præuaricatur. Miles nisi impius est, præuaricatur. Conueniet in negotium quod absq; magnis sudoribus peragi non potest.

Metiri digitis. LXXXVI

Qui rem accuratius expendit quàm oportet, digitis metiri dicitur,ueluti si quis cum amico rationem ineat,uter in alterum plus contulisset officiorum. M.Tull. in paradoxo 3. Poëtam non audio in nugis, in uitæ societate audiam ciuem digitis peccata dimetientem sua, Si sunt uisa breuiora? leuiora qui possunt uideri,cum quicquid peccetur,perturbatione peccetur rationis atq; ordinis? Alluxit huc Cicero,quod poëtæ carminis pedes digitis metiri soleant,unde & Horatius,

Legitimumq; sonum digitis callemus & aure.

Non optimus autem poëta uidetur,qui non statim aurium iudicio deprehendit carminis uitium.

Salem & caseum edere. LXXXVII

Plinius lib.21. cap.7. indicat prouerbium, quod tamen non refert. Siquidem inter laudes salis & hoc refert. Varro etiam pulmentarij uice usos ueteres autor est: esitasse enim salem cum pane & caseo, ut prouerbio apparet. Conijcere licet

tale

Ayuntamiento de Madrid

tale fuisse dictum, nihil conuiuio deerat; habuimus salem & panem & caseum. Aut ne sis solicitus quo me apparatu accipias, præter salem, panem & caseum nihil requiram. De Xenocratis caseo dictum alibi.

In agro furculario capras. LXXXVIII

Varro De re rust. lib. 1. cap. 2. dictum hoc ueluti legem agricolariam adfert: Colonus in agro furcalario ne capras compascat. Deflecti potest ad eos qui noxiarum rerum aut hominum admixtu corrumpunt teneram ætatem: ueluti si quis sacris uirginibus adiungat iuuenes lasciuos, aut adolescentibus addat lasciuas puellas. Aut si quis studijs admisceat uoluptates studijs inimicas. Nam capra plantis omnibus non uulnere tantum, sed & ueneno dentium pestifera est, præsertim oleæ & uiti, unde & Baccho immolatur uindictæ gratia, Minerue nihil caprini generis, quòd ille uitis repertor dicitur, huic sacra est olea.

Oportet agrum imbecilliorem esse. LXXXIX

Columella lib. 1. cap. 3. testatur apud Afros agricolas huiusmodi prouerbium fuisse celebre, oportet agrum imbecilliorem esse quàm agricolam. Hoc ænigma sic explicuit Vergilius, specie non minus prouerbiali:

Laudato ingentia rura, Exiguum colito.

Sed præstat ipsa Columellæ uerba adscribere. Adhibendum modum mensuræ & rebus, idq; ut non solum aliud acturis, sed & agrum paraturis dictum intelligatur, ne maiorem quàm calculorum ratio patitur, emere uelit. Nam huc pertinet nostri poëtæ sententia:

Laudato ingentia rura, Exiguum colito.

Quod uir eruditissimus (ut mea fert opinio) traditum uetus præceptum numeris signauit. Quippe acutissimam gentem Pœnos dixisse conuenit, imbecilliorem agrum quàm agricolam esse debere, quoniam cùm sit colluctandum cum eo, si fundus præualeat, allidi dominum. Nec dubium quin minus reddat laxus ager non rectè cultus, quàm angustus eximie. Conueniet in eos qui student imperio proferendo, cum hoc ipsum quod habent, non possint administrare, aut qui suscipiunt munus, cui gerendo sunt impares. Congruet cum eo quod alibi retulimus, Spartam nactus es, hanc orna.

Ab ipsa messe. XC

Non est animus conuerrere in hoc opus, quicquid aliquam prouerbij speciem habet. Pauca quæ sese casu obtulerunt uisum est non præterire, præsertim si commodius & argutius dicta uidebantur. Quod genus est illud apud Senecam Epist. lib. 3. epistola 22. Ab ipsa messe discedam? Agit enim de his qui uel commodis uel spe commodorum detinentur, quo minus semet explicent à negotijs, quasi deserturi agrum, quum instat messis. Quàm multi sunt in principum aulis, quos tædet eius uitæ, discruciantur q; libertatis desiderio, uerum istis ad libertatem aspirantibus reclamat cupiditas: Tam magnas spes relinquam? Ab ipsa messe discedam?

Cum farcinis enatare. XCI

Nec minus commode dictum est in eadem epistola: Nemo cum farcinis enatat, id est, nemo sese recipit in libertatem, nisi contemptis præmijs seruitutis. Non enim potest euadere occupationes, qui curarum autoramentum non potest negligere. Congruit cum eo quod alibi retulimus ex Martiale, Totis pilea farcinis redemi: rursum cum apologo quem adducit Horatius de uulpe pasta in cantera frumentaria.

Dosones. XCII

Plutarchus in uita Pauli Aemylij tradit Antigonum regem, Demetrij nepotem, eo quòd benigne promitteret omnibus, nec præstaret promissa, populari ioco dictum fuisse Dosonem, quasi Latinè dicas Dabonem, quòd ille quiduis petentibus respondere soleat Δώσω. id est, Dabo. Tales sunt χρηςελόγοι, de quibus alibi nobis dictum est. Ouidius:

Promittas facito, quid enim promittere lædit?
Pollicitis dines quilibet esse potest.

Huiusmodi Dosonibus scatent aulæ principum. Cras, mox redi.

Humeris sustinere. XCIII

Quorum autoritas diligentiaq; plurimum ualet in conseruanda salute cuiuspiam, ij dicuntur humeris sustinere. M. Tullius pro L. Flacco: De summa reipub. taceo, quam uos uniuersam hoc iudicio, uestris inquam humeris iudices sustinetis. Ammianus Marcellinus lib. 16. Vbi bellorum inundantium molem humeris suis quod dicitur uehens, scindebatur in multiplices curas. Huic affine est humeris referre. Cicero pro domo sua: Dicebas te tuis humeris me custodem urbis in urbem relaturum. Ab hac metaphora dicuntur Atlantes reipub. qui eam suis humeris sustinent, alioqui collapsuram.

Arcem ex cloaca facere. XCIIII

Qui rem hominemue nihili laudibus magnificis attollunt, dicuntur arcem ex cloaca facere. M. Tullius pro Cn. Plantio: Nunc uenio ad illud extremum quod dixisti, dum Plantij in me meritum uerbis extollerem, me arcem ex cloaca facere, lapidem è sepulcro uenerari pro deo: neque enim insidiarum periculum ullum neq; mortis fuisse. Hactenus Cicero. In cuius uerbis & illud prouerbij figuram habet: Lapis è sepulcro, de homine nullius potentiæ.

Archimedes non posset melius describere. XCV

Archimedes Syracusanus geometra fuit celeberrimus, nusquam non intentus figuris geometricis, adeo ut pingens sit interfectus. Ex quo prouerbij specie dictum est illud, quod est apud M. Tullium in oratione pro A. Cluentio: Si ut tu dicis, gratiæ conciliandæ causa quadraginta istorum accessio millium quid ualet? Si, ut nos dicimus, ut quadragena millia nummûm sedecim iudicibus darentur, non Archimedes potuit melius describere. Solent enim Geometræ mathematicas figuras in puluere depingere.

Porta itineri longissima est. XCVI

M. Varro lib. De re rust. 1. cap. 2. subindicat uulgò dici solere, Portam itineri esse longissimam, cuius arbitror eundem esse sensum, qui est illius: Dimidium facti qui cepit, habet. Quin & hodie dicunt bonam itineris partem confectam ei qui portam egressus sit: semper enim est quod iter apparentem remoretur, & si nihil sit negotij, remorantur amicorum affectus: apud nostrates autem non creditur profectio futura felix, nisi dies aliquot dati fuerint conuiuijs, & compotationibus amicorum. Varronis uerba subscribam. Vultis igitur interea uetus prouerbium, quod est, Romanus sedendo uincit, usurpemus dum iste uenit? & simul cogitans portam itineri dici longissimam esse, ad subsellia sequentibus nobis præcedit.

Deorum concio. XCVII

Θεῶν ἀγορὰ. id est, Deorum concio, siue curia. Hesychius indicat dici solitum in eos qui libere magnaq; cum autoritate loquuntur, perinde quasi dij loquantur hominibus. Addit Athenis esse locum huius cognominis. Conueniet in diuites aut præpotentes, qui nonnunquam cum stultissimè loquantur, tamen freti opibus ac potentia, pro oraculo uolunt haberi quicquid dixerint. Cognatum est illi quod alibi retulimus, Argenti fontes loquuntur.

Camarine loqui. XCVIII

Huic non dissimile est quod extat apud eundem, καμαρινᾶς λέγειν. id est, Camarine loqui, pro eo quod est audacter, præcise & seueriter loqui. Vnde natum sit, non satis liquet, nisi quod Iuuenalis Camarinos inter uetustæ nobilitatis familias recenset,

Ne tu, inquit, sis Creticus aut Camarinus.

Ayuntamiento de Madrid

Hesychius indicat militum zonas dici καμάρας. Itaque fieri potest, ut ab horum ferocia prouerbium duxerit originem. Idem docet columnas quasdam, in quibus erat depictus Asiæ circuitus, dictas καμάρους. Fortassis ab hac ostentatione dicti sunt καμαρικῶς loqui, qui sese iactarent barbarico more. Rursum idem ostendit καμαύλαν dici cubile, in quo sunt plures cameræ. In sito quisq; cubiculo quæ nult loquitur. Possem adferre plures diuinationes, nisi uererer hæ ipsæ esse plus satis lectori.

Glossogastores. XCIX

Qui linguam habent uenalem, ex loquentes quæ uentri conducunt, Comicorum salibus taxati sunt, dictiq; γλωσσογάστορες, uoce ridicule ex lingua & uentre composita. Quadrabit in malos aduocatos, in concionatores quorum oratio quæstum sapit: in assentatores. Autor est Iulius Pollux libro De rerum uocabulis secundo. Athenæus libro tertio, docet eiusmodi homines à poetis aliquot dictos κνισσοκόλακας & κνισσολοιχάς, quòd ob culinæ nidorem adulentur, & nidorem liguriant: morbum dictum κνισσολοιχίαν. Ita Iuuenalis,

Te putat ille iuæ captum nidore culinæ.

Pereant amici &c. C

M. Tullius in oratione pro Deiotaro rege refert hunc uersiculum ut prouerbio iactatum.

Pereant amici, dum unà inimici intereant.

Dicit eandem sententiam Græco quoque uersiculo celebrari, quem nondum comperi. Nisi forte is est cuius fragmentum ante retulimus, ἐχθρὸς φίλῳ σὺν ἐχθρῷ, id est, ualeat amicus cum inimico. Ciceronis uerba subscribam. Itaq; cùm esset ei nuntiatum Domitium naufragio periisse, etiam te in castello circumsederi, de Domitio dixit uersum Græcum eadem sententia qua etiam nos habemus latinum: Pereant amici, dũ unà inimici intereant. Quòd ille si esset tibi inimicissimus, nunquam tamen dixisset: ipse enim mansuetus est, uersus inanis. Congruet in illos qui nec amicis parcunt, nec inimicis, modo quòd impense cupiunt, assequantur. Versus autem non solum inanis est, uerumetiam immanis, cum humanitatis sit, & inimicos inultos sinere, ne lædat amicos. Neque dubitem contendere à Cicerone immanis scriptum, quod scriba depranarit in inanis, cum mansuetus non respondeat inani, sed immani, nec in hoc uersu quicquam sit inane, hoc est, gloriosum, aut friuolum, sed fœditas homine indigna. Quanquam carmen apud Cic. non satis constat suis numeris, constabit si legas,

Pereant amici, inimici dum intereant simul.

Talis est & ille quem alibi retulimus,

Me mortuo terra incendio misceatur.

CHILIADIS QVARTAE CENTVRIA VI.

Plenis uelis. I

PASSIS uelis plenisq; uelis agere dicuntur, qui toto impetu summoq; conatu moliuntur aliquid. Ita M. Tull. pro domo sua ad Pont. Quid tandem si tu in illis reipub. tenebris cæcisq; nubibus & procellis senatum à gubernaculis deiecisses, populum è naui exturbasses, ipse Archipirata cum grege prædonum impurissimo plenis uelis nauigasses, si quæ tum promulgasti, constituisti, promisisti, uendidisti, perferre potuisses, qui locus terrarum uacuus extraordinarijs fascibus atque imperio Clodiano fuisset? Hactenus Cicero. Philostratus in Polemone: ἐπὰν ὥσπερ οὐρίαις τισὶ τύχῃ, πλησέσιν ἱστίοις ἐς τὴν ἐκείνου φιλοσοφίαν ἀφῆκεν. id est, Postea quam audiuit Euphratem Tyrium, plenis uelis ad illius philosophiam se contulit. De similibus figuris aliàs nobis non semel dictum est.

Pecunia absque peculio. II

Apparet olim fuisse prouerbium inter agricolas iactatum, Pecuniam sine peculio fragilem esse. Refertur Pandect. lib. 32. tit. De legat. & fid. com. cap. Si chorus. His uerbis, Quæ mobilia mea erunt, do, lego, nummos ibi repositos ut mutui darentur, non esse legatos Proculus ait. At eos quos præsidij causa sepositos habet, ut quibusdam bellis ciuilibus factis essent, eos legato contineri, & sæpe audisse rusticos senes ita dicentes: Pecuniam sine peculio fragilem esse: pecuniam appellantes, quòd præsidij causa reponeretur. Retulimus alibi prouerbium, quod admonet ne totam substantiam uni credamus naui, ne nihil supersit unde damnum sarciatur, si nauis interierit. Ita solent senes summam aliquam seponere, ne nihil superesset, si res incendio, bello, aut furto periret. Si libebit adagium alio deflectere, poterit accommodari ad eum qui non omnia consilia sua communicat amicis. Aut qui felicitatis summam non ponit in rebus extrarijs, sed in animi bonis, ut illis casu perditis habeat quò confugiat, nec despondeat animum. Quod enim proprie nostrum est, peculium dicitur. Ea uerò demum proprie nostra sunt, quæ fortuna non potest eripere.

Rana cum locusta. III

Impar certamen expressit hac figura Theocr. in Thalysijs,

Βάτραχος δέ ποτ' ἀκρίδας ὥς τις ἐείσατο. id est,

Sic certo ueluti si certet rana locustis.

Addit Scholiastes Græcis ranam dici βάτραχον quasi βαρύβρεχον, ob uocis asperitatem.

Musarum aues. IIII

Μουσᾶν ὄρνιθες, in eadem Ecloga dicti sunt poetæ, quòd assidue modulentur sua carmina.

Καὶ μουσᾶν ὄρνιχες ὅσοι ποτὶ χῖον ἀοιδὸν
ἀντία κωκυθίζοντες ἐτώσια μοχθίζουσι. id est,

Quotquot aues musarum, audent certare poetæ
Chio, Coccyssando, opera conantur inani.

Ad pedes, ad caput. V

Non sine prouerbij specie dictum uidetur illud Theocriti in Pastoribus, de rebus copiosis & affluentibus,

ὡρ μοι πρὸς κεφαλᾶς, καὶ πὰρ ποσὶ κἄτα κεῖνται. id est,

Ad caput, adq; pedes, quarum me uellera cingunt.

Sermo est pastoris iactantis opes suas quibus undiq; affluebat.

Pfydracia. VI

Theocritus in Aita,

Ψευδέα δ' οὔνος ὑπεξθεν ἀραιὰς ὧδε ἀναφυσᾷ. id est,

Non mihi nascentur nares mendacia supra.

Scholiastes ait apud Siculos, qui supra nares haberent pustulas albas, quas illi uocant ψυδράκια siue ὀνθους aut ὀνθλους pro mendacibus haberi solitos uulgo. Quin & hodie uulgò dicunt, Nasus tuus arguit mihi te mentiri. Idem iocus est uulgi de miraculis unguium, quin & ipsas narium pustulas Græci ψύσματα uocant: ut indicat idem Scholiastes. Amans hoc ænigmate significat se nihil mentiturum de amica, Ionas ψυδρακας appellãt uarias pustulas. Hinc diminutiuum ψυδράκια, ἐξανθήματα. quod in summa cute efflorescant. Res ipsa planè superstitiosa est, & casum esse puto quòd noui quendam cui non nasus tantum, sed tota pene facies Pfydracijs erat operta. Nec ullum unquam animal uidi uanius aut impudentius mendax.

Cum sacco adire. VII

Prouerbiali sobriè dictũ est, quod adfertur ex Paulo lib. Pandec. 46. ti. De sol. et liber. cap. Quod dicimus, Quod dicimus, inquit, in eo hærede, qui fideiussori testatoris id quod ante aditam hæreditatem ab eo solutũ est debere statim soluere, cũ aliquo scilicet temperamẽto temporis intelligendũ est, nec enim cum sacco adire debet. Hæc ibidem. Non dubium est, quin hic sermo fuerit uulgò iactatus de quouis qui postulat, ut statim exhibeatur quod petit. Alioqui non ad omnia recipienda

sacco

Ayuntamiento de Madrid

ſacco eſt opus, uelut ad oleum aut uinum. Græcis θυλακίσαι dicitur, qui cum pera ſequens poſtulat aliquid, qui mos eſt mendicorum: unde prouerbium, mendicorum peras ſemper eſſe inanes. θύλακος autem uas eſt farinarium. Heſychius indicat eam uocem fuiſſe peculiarem Tarentinis.

Officere luminibus. VIII

Officere luminibus dicitur, qui gloriam alterius obſcurat. Hic ſermonis color ſumptus eſt ex literis iureconſultorum, in quibus cauetur ex ſeruitutibus prædiorum, ne uicinus altius ſublato ædificio officiat luminibus uicini. Ita Paulus Pandect. lib. 8. tit. De ſeruitutibus urbanorum prædiorum cap. 3. Luminum, inquit, ſeruitute conſtituta id acquiſitum uidetur, ut uicinus lumina noſtra excipiat. Quum autem ſeruitus imponitur, ne luminibus officiatur, hoc maximè adepti uidemur, ne ius ſit uicino inuitis nobis altius ædificare, atq; ita minuere lumina noſtrorum ædificiorum. Id eleganter aliò detorſit M. Tullius in Bruto, Nam ut Philiſci & Thucydidis conciſis ſententijs interdum etiam non ſatis apertis officit Theopompus elatione atq; altitudine orationis ſuæ, quod idem Lyſiæ Demoſthenes: ſic Catonis luminibus obſtruxit hæc poſteriorum quaſi exaggerata altius oratio. Idem pro C. Rabirio Poſthumo, de C. Cæſare loquens. Nec amicum pudentem coruere patitur, nec illius animi aciem perſtringit ſplendore ſui nominis, nec mentis quaſi luminibus officit altitudo fortunæ & gloriæ.

Manu longa & manu breui tradere. IX

Libro Pandectarum quadrageſimoſexto, titu. De ſolutionibus ſcribitur hunc in modum: pecuniam mihi debes aut aliam rē, ſi in cōſpectu meo ponere te iubeam, efficitur, ut & tu ſtatim liberēris, & mea eſſe incipiat. Nam tunc quod à nullo corporaliter eius rei poſſeßio detinetur, acquiſita mihi & quodammodo manu longa tradita exiſtimanda eſt. Simili figura dictum eſt breui manu dare, lib. Pandect. uigeſimotertio, tit. De iure dotium, capite Licet ſoleat. Quoties autem extraneus accepto fert debitori dotis conſtituendæ cauſa, ſiquidem nuptiæ inſecutæ non fuerint, liberatio non ſequetur, niſi forte ſic accepto tulit, ut uelit mulieri in totum donatum. Tunc enim credendum eſt breui manu acceptum à muliere & marito datum. Quæ ſi deflectas, plus habebunt ueneris: ueluti qui promißis agit, ac ſpem tantum oſtendit, longa manu dat, quod animo contueri poßis, non ſtatim etiam tollere. Contra, qui præſens ac ſtatim exhibet quod promittit, breui manu dat. Pueri aſſem oſtendunt elephanto, nec audent porrigere. De longis regum manibus alibi dictum eſt.

Iynge trahor. X

Qui uehementi & impotenti deſiderio trahuntur ad aliquid, Iynge trahi dicuntur. Ita Pindarus in Nemeis hymno 4. ἴυγγι ἕλκομαι ὕπνος id eſt, Iynge trahor animo. Interpres addit huiuſmodi fabulam. Iyngem aiunt fuiſſe filiam Echûs, alij Pithûs, quæ quum amatorijs uenenis incitaſſet Iouem in amorem Iûs, à Iunone irata uerſa eſt in auem, qua mulieres uti conſueuerunt in amatorijs ueneficijs, quemadmodum indicat Theocritus in Pharmaceutria,

Ἰυγξ ἕλκει τυτλώον ἐμὸν πόσιν ἐκ δόμα τὸν ἄνδρα. id eſt,
Per te Iynx meus ille domum uir quæſo trahatur.

Quidam Iyngem uertunt motacillam, quòd caudam aſſidue moueat.

Dij omnia poſſunt. XI

Hemiſtichium Homericum,

Θεοὶ δέ τε πάντα δύνανται. id eſt,
At cœleſtes omnia poſſunt.

Quadrabit in monarchas, quibus promptum eſt facere quicquid animo collibitum fuerit, ſiue iure, ſiue iniuria. Pindarus in Pythijs hymn. 3. Θεὸς ἅπαν ἐπέλπεται τέκμαρ ἀνύτειν. id eſt, Deus autem pro ſua libidine omnem exitum perficit.

Timidi mater non flet. XII

Probus Aemylius in uita Thraſybuli, teſtatur hoc uelut ænigma uulgò iactatum, timidi matrem non flere, quòd in bello qui contemnunt hoſtem nihilq; metuendum ducunt, quoniam ſibi parum cauent, ferè pereunt, & matribus luctum adferūt cum orbitate. Contra qui nihil non metuit, neq; quicquam omnino contemnit, is tutioribus utens conſilijs, raro uenit in periculum. Thraſybulus enim quum indixiſſet bellum triginta tyrannis, qui Athenas oppreſſerant, & caſtellum Atticæ Phylen occupaſſet, non plures ſecum habuit quàm triginta commilitones. Hoc, inquit, initium fuit ſalutis Atticorum, hoc robur libertatis clariſſimæ ciuitatis. Neq; uerò hic non contemptus eſt primo à tyrannis, neq; eius ſollicitudo, quæ quidem res & illis contemnentibus perniciei, & huic deſpecto ſaluti fuit. Hoc enim illos ad perſequendum ſegnes, hos autem tempore ad comparandum dato fecit robuſtiores. Quo magis præceptum illud omnium in animis eſſe debet, nihil in bello oportere contemni, nec ſine cauſa dici. Timidi matrem flere non ſolere. Quanquam ſatis conſtat hunc locum deprauate legi, unde conijcio ſic ſcriptum fuiſſe, Neque uerò hic modo contemptus eſt primo à tyrannis, ſed eius etiam ſolitudo. Itaque modo deprauatum eſt in non, & ſolitudo in ſolicitudinem, & deprauatio deinde trahit deprauationem, ut anſa anſam. Sentit enim Probus ipſum Thraſybulum, ut hominem mediocriter nobilem ac diuitem deſpectui fuiſſe tyrannis. Deinde hoc magis fuiſſe contemptui, quòd tam paucos haberet ſuæ factionis homines. Retulimus alibi de fortitudine quæ erumpit in neruum.

Teuthidum more. XIII

Themiſtocles, ut in ipſius uita refert Plutarchus. Eretrico cuidam exprobrans ignauiam dixit, ἦ γὰρ ἔφη καὶ ὑμῖν περὶ πολέμου τίς ἐστι λόγος, οἱ καθάπερ αἱ τευθίδες μάχαιραν μὲν ἔχετε, καρδίαν δὲ οὐκ ἔχετε. id eſt, Sanè, inquit, & uobis aliquid de bello dicendum eſt, qui Teuthidum in morem gladium quidem habetis, cor autem non habetis. Quidam Teuthidas putant eſſe, quas nos uocamus ſepias. Sepia autem de genere mollium eſt, & arbitror huic generi cor non ineſſe.

Samij literati. XIIII

Plutarchus in uita Periclis citat hunc uerſiculum ex Ariſtophane Comico,

Σαμίων ὁ δῆμός ἐστιν ὡς πολυγράμματος. id eſt,
Populus Samiorum ualde literatus eſt.

Arbitror hoc inde dictum, quòd quum Samij captiuis Athenienſium inuſißiſſent noctuam, Athenienſes uiciſſim. Samiorum captiuis inurebant Samænam, quam in collectaneis opinor dictam σάμαν. Id erat nauis genus lato uentre, à prora ueluti ſuilli roſtri ſpeciē præferens, unde & hic uerſus iactatus eſt.

Ναῦς δέ τις ὠκυπόρος καμία ὑὸς ἦλθ' ἔχουσα. id eſt,
Nauis erat uelox Samia, ſpecieq; ſuilla.

Dicta eſt Samæna, quòd à Samijs reperta ſit. Conueniet igitur in cicatricoſos, & ſtigmatum plenos. Heſychius & Suidas addunt apud poētam dictum in Babylonios è piſtrino prodeuntes, ſtigmatibus notatos. Verum Ariſtoteles etiam huius dicti monſtrat originem. Quum Samiorum gens eſſet afflicta à tyrannis, ob inopiam adminiſtrantium rempublicam, coacti ſunt aliquot è ſeruis admittere in conſortium adminiſtrandi magiſtratus. Sic Ariſtoteles. Seruile eſt autem ac noxiorum ſtigmatis notari. Apud Plautum in Caßina: Si hic literatus me ſinat. Literatum appellans notis inuſtis inſignem, Plinius lib. 18. cap. 3. inſcriptos appellat. At nunc eadem illa, uincti pedes, damnatæ manus, inſcripti uultus, exercent. De Attagena diximus aliâs. Nec deſunt qui cauſam diuerſam adferant, quòd apud Samios inuentæ ſint uiginti quatuor literæ à Calliſtrato. Sic Andron in Tripode. Idem Ionum literas tradidit Athe-

Ayuntamiento de Madrid

nienſibus. Probabile eſt igitur à repertis traditiſq; literis, iocum fuiſſe uerſum ad ſtigmata. Nam Samij ſimul & accipiebant, & tradebant infames notas. Nicanor Alexandrinus grammaticus populari ioco dictus eſt ſtigmaticus, quòd de ſcripturæ diſtinctiunculis, quas Græci στιγμὰς appellant, curioſe ſcripſerit.

Samij mores. XV

Σαμίαικὸς τρόπος. id eſt, Samij mores. Quidam referunt ad calumniandi uitium, quod, ut dictum eſt, Samij notas & inurerent alijs, & paterentur ab alijs. Alij malunt referre ad nouam nauigij ſpeciem, quam apud eos reperit Polycrates tyrannus. Itaq; quadrabit in eos qui ſuos quoſdam habent mores à cæterorum moribus diſſidentes.

Λαικόπλουτοι. XVI

Callię barbarus quiſpiam clam indicauit magnam auri uim in puteum quendam coniectam. Is & occidit indicem, ne proderet, & aurum ſuſtulit. Vbi res innotuit, in comœdiarum iocum uerſum eſt, ut qui malis artibus ſubitò diteſcerent, λαικόπλουτοι dicerentur. Refert Plutarchus in uita Ariſtidis, Attigit & Heſychius.

Abydus, Abydenus. XVII

Abydenorum mores in prouerbium abierunt. Nam Abydeni dicti ſunt ſycophantæ, ceu molles & effœminati. Meminit adagij Pauſanias & Suidas, quorum hic oſtendit etiam res nihili, nugasq; meras Abydum dici, quemadmodum de Tricis & Apinis alibi retulimus: opinor quòd id temporis frigeret Abydus ob uetuſtatem. Vnde Sinopen meretricem Abydum uulgò dictam indicat Athenæus lib. 13. quòd iam anus à nemine adiretur. Heſychius indicat quempiam apud poëtam quendam ἀβυδικόμαν dictum, quòd de ſycophantia ſeſe uenditabat, Suidas, ni fallor, alicubi citat ex Ariſtophane. Zenodotus ſic effert prouerbium ἄβυδος πόλις. id eſt, Abydus ciuitas. Stephanus indicat prouerbium dictum ab Abydenis Mileſijs. Nam hinc profecta eſt Abydus Helleſpontica. Verum hæc propius attinent ad prouerbium quod ante retulimus, Ne temere Abydum.

ἀθερίζειν. XVIII

Græcis ἀθερίζεται quod reijcitur ac nihili fit. Translatum à ſummis hordei ſpicis, quæ ceu cuſpides habent, quæ nulli ſunt uſui, ſed inter metendum pereunt. Eas Græci uocant Atheras. Sic ex Galeno annotauit uir ille diuinus Hermol. Barbarus. Sunt qui putent ſpicas inutiles ac reijculas dici Athericas, quod à meſſoribus ac triturantibus negligantur.

Manuari. XIX

Sicut fures multis artibus inſtructi ſunt, ita ſtudium illorum uarijs nominibus appellabatur: uelut inuolare & manticulari, pro eodem Laberius citante Nonio Marcello dixit, Manuari, nec dubium quin ea uox ioco populari fuerit iactata, quemadmodum & hodie, quoniam furandi uerbum nimis odioſum eſt, mitiore uerbo dicunt, digitauit, ſi quid furto ſublatum uolunt intelligi, ſimul ut effugiant actionem iniuriarum. Quid dis? Appellas me furem? Nequaquam, ſed manuatorem. Huiuſmodi uoces obſoletæ non carent gratia, ſi in loco adhibeantur, nec ſine περιπαλίξει, ut priſci loquebantur, aut ut uetere uerbo utar.

Ad coronidem uſque. XX

Μέχρι κορωνίδος. id eſt, Vſque ad coronidem, quum extremum finem rei cuiuſpiam ſignificamus. A' nauibus translatũ putant literatores, quibus aliquid roſtri ſpeciem gerens ſolet addi. Nam Corone Græcis cornicem ſonat, coronis corniculam. Apud Homerum uſurpatur κορώνη pro annulo, aut ſi quid aliud apponitur oſtio. Idem uelut ornamenti gratia perfectis omnibus additur. Vnde Euſtathius indicat Letum rerum finem χρυσῆν κορώνην prouerbio dici ſolere. Plutarchus in lib. De fortuna Alexandri refert Philoxenũ à Dionyſio coniectum in latomias, id erat nomen teterrimo carceri, quòd tragœdiam quam illi caſtigandam tradiderit, ἀπὸ μὲν ἀρχῆς μέχρι κορωνίδος περιέγραψεν. uidelicet circunducta linea ſignificans totam eſſe diſpungendam. Idem aduerſus Stoicos, οὐκ ἀφ' ὁδοῦ κοὐδ' ἀρχῆς ἄχρι κορωνίδος. id eſt, Ab ingreſſu & initio uſque ad coronidem. Iucundius erit, quoties transfertur ad animum, ueluti ſi quis ſtudiorum coronidem dicat, aut moneat, ut egregijs cœptis auream addat coronidem: aut uitæ laudabiliter actæ iubeat auream imponi coronidem, hoc eſt mortem piam. Quanquam coronis dicitur interdum quod accedit abſoluto operi, ut Martialis, Multáq; coronide longus, qualia ſunt in conuiuijs, quæ Græci uocant ἐπιδόρπισματα, ſiue μεταδόρπια, quòd cœnis addantur. Latini, ni fallor, bellaria uocant. Cuius uocis eadem fuerit gratia, ſi ad res animi transferatur, uelut ad acceſſionem quæſtioni propoſitæ additam, aut aliud ſimile. Poſtremò grammatici quoties perſona actoris eodem metri genere finit quo cœperat, Coronidem uocant: camq; notant uelut roſtri figuram exprimentibus lineis. Attigeramus hoc prouerbium, in eo quod eſt, A' capite uſque ad calcem, ſed tribus duntaxat uerbis.

Sine ut incolumis redeat. XXI

Habet prouerbij ſpeciem quod eſt apud Theocritum in Hodœporis,

Εἶα λέγ' ἤν τι λέγῃς, καὶ τὸν ξένον ὡς πόλιν αὖθις
Ζῶντ' ἄφες. id eſt,
Dic age ſi quid dicis, & hoſpes ut unde profectus,
Viuus có redeat, permittito.

Sic & hodie dicimus ijs qui uerbis minacibus & conuicijs ſtrepunt. Eia, ſine hominem uiuere. Verba ſunt Laconis ad Comatam, qui de ſe arroganter in alterum contumelioſe fuerat loquutus. Tametſi locum uariè interpretatur Scholiaſtes.

E' ueſtigio. XXII

Non ignotum eſt Latinis è ueſtigio fieri, quod citra moram ac protinus fit, quod priſci dicebant extemplo. Eadem figura reperitur & apud Græcos ὀπὸ ποδὸς pro ilico, uelut in Theocriti uerno itinere:

ὅς ὀπὸ ποδὸς ἄνυε κραίπαρ. id eſt,
Qui tum protinus extruxit fontem.

De ἐκ ποδὸς, quod ſignificat ab imis, uelut à pedibus uſque ad caput, dictum eſt alibi.

Quiſquis tarde uenit ad cœnam. XXIII

Theocriti ſcholiaſtes indicat hos ſenarios prouerbio fuiſſe iactatos,

ὅστις ἐπὶ δεῖπνον ὀψὲ κλιθεὶς ἔρχεται,
ἢ χωλός ἐστιν, ἢ οὐ δίδωσι συμβολάς. id eſt,
Quiſquis uocatus tardus ad cœnam uenit,
Aut claudus eſt, aut non dat ille ſymbolas.

Theocritus ſic habet,

ἢ μετὰ δαῖτα κλητὸς ἐπέρχεαι, id eſt,
An quoquam ad cœnam properas conuiua uocatus?

Et addit, eos qui uocati ſunt celerius ire, qui non uocati tardius. Etenim qui uocatus ſe uenturum promiſit, inciuile putat, ſi conuiuatori ſit in mora. Qui non uocatus uenit, uel pudore tardior eſt, uel quòd excluſus ſpe alterius conuiuij. Ita qui ſymbolum dedit, properat ne mulctetur damno, ſi poſt tempus uenerit. Qui non dedit, huius rei ſecurus, ut lubet ambulat.

Gargara bonorum. XXIIII

Innumerabilem hominum rerúmue uim priſci gargara dicebãt, ficta ni fallor uoce, à ſtrepitu quem facit hominum congregatorum multitudo, aut rerum effuſarum copia. Ariſtomenes ἐν Βοιωτοῖς apud Suidam & Ariſtophanis interpretem.

ἡμῖν γὰρ ἔνδον γάργαρα. id eſt,
Nobis enim intus gargara.

Citatur

Citatur & Tragicus quispiam, Sophron opinor, qui scripserit, χρημάτων τε γάργαρα. id est, Pecuniarum gargara. Vnde & γαργάρεω, uerbum, quod significat perstrepo præ multitudine. Vt Cratinus.

ἀνδρῶν ἁρίστων πᾶσα γαργάρει πόλις. id est,
Vrbs uniuersa hæc optimis strepit uiris.

Rursus ex fabula cui titulus Λίμναι, citatur hic uersiculus,

ἀνδρῶν ἐπακτῶν πᾶσα γάργαρ' ἐστία. id est,
Viris adactis tota perstrepit domus.

Cæterum quod est apud Homerum, κάρηϊσε δ' ὑπὸ γαῖα ποδῶν ἰόντων. id est, Pedibus quoq; terra strepebat, mutata literula κάρηισε dictum pro γάργαιρε, Denique cancros existimant dictos γαργαρούς ob pedum multitudinem. Macrobius lib. Saturnalium 5. docet Gargara montem esse, & eiusdem nominis oppidum monti subiectum in Mysia, ut apparet, quæ frugum est feracissima, ut hinc factum sit, ut qui immensam rerum copiam significare uellet, gargara nominaret. Exempla citat ex Alcæo, Aristomene, quæ scribarum inscitia desiderantur. Aristophanes ἐν ἀχαρνεῦσι, risus causa duas uoces coniunxit, immensam multitudinem significantes ἀλλ' ὠδὶ ὠδὶ ψαμμοκόσιοι γάργαρα. Siquidem ψαμμοκόσια. dicunt Græci, quæ uel æquant harenarum numerum, ad eam formam qua dicunt ζῶια κόσια & ἑξακόσια. Alexis apud Athenæum lib. 6.

ἑνδόα καλῶν τὸν οἰνέταν
ἕν' ὄντα καὶ μόνον, ὀνόμασιν δὲ χρώμενον
Ψαμμοκόσιοις. id est,
Famulum intonabat euocans
Vnum atque solum, cæterum uocabulis
Vtens ad id innumeris.

Loquitur de paupere ostentatore diuitiarum, qui cum non haberet nisi unum famulum, tamen pro foribus euocabat eundem uarijs nominibus, ut hospites crederent plurimos esse domi. Et huius compositæ uocis meminit Macrobius loco quem modo citauimus.

Onobatis. XXV

Apud Cumanos mulier in adulterio deprehensa ducebatur in forum, ut illic lapidi insistens, omnibus esset conspicua. Deinde impositã asino, atq; ita per totam ciuitatem circunductam, reducebãt ad lapidem, ut ibi rursus esset omnibus spectaculo. His actis habebatur infamis per omnem uitam, & ignominiæ gratia ὀνόβατις dicebatur, quod asinum equitasset. Lapis autem nefastus ac detestabilis habebatur in quo steterat mulier. Quadrabit in quamuis prostitutæ famæ. Asinus apud Cumanos erat iocus prouerbialis, qua de re nobis dictũ est aliâs. Illud hic annotandum, quomodo decreuerit legum seueritas. Apud Hebræos adultera lapidabatur. Apud Romanos aliquãdo minitabatur lex Iulia. Apud Cumanos summa ignominia supplicij loco erat. Nunc apud Christianos ludus est adulterium, apud quos tamen matrimonium est sacramentum. Quid superest, nisi ut præmia decernantur his qui multorum uxores constuprarunt? Olim incestæ prophanæ uiæ defodiebantur. Nunc uiolare uirginem Christo dicatam pietas est. Verum quod ad prouerbiũ attinet. Refertur à Plutarc. in Probl.

Monophagi. XXVI

Μονοφάγοι dici poterunt sordidi & inhospitales, qui neminẽ inuitant ad conuiuiũ. Aeginensiũ qui ad bellũ Troianum profecti fuerant, multi perierant in pugna, plures tempestas absorpserat. Paucos igitur qui domum incolumes redierunt, cùm recepissent cognati, uidentes reliquos ciues ob desiderium suorum in luctu ac mœrore uersari, non arbitrati sunt conuenire, ut uel palàm lætitiam suam declararent, uel dijs ob illorum salutem rem diuinam facerent: sed suos quisq; quos incolumes receperant, domi clàm conuiuijs & gratulationibus excipiebant, ipsi ministrantes patribus, cognatis, fratribus, ac necessarijs, neminem alienum admittentes. Hoc imitantes Aeginetæ, cum Neptuno sacrificant, dies 16. gestantes Thraso, quos uocant, clàm apud sese conuiuia celebrant, neq; seruorum quisquam adesse sinitur. Mox Veneri sacrificantes festũ soluunt. Itaque qui sic sacrificabant, μονοφάγοι dicebantur.

Eamus Athenas. XXVII

Ἴωμεν εἰς ἀθήνας. Eamus Athenas. Plutarchus in uita Thesei refert Athenienses Minois uiolentia, simulq; rerũ inopia afflictos, iniisse fœdus cũ illo, his quidem cõditionibus ut quotannis in Cretam mitterent septẽ pueros, ac totidẽ puellas, quos quidam existimant à Minotauro solitos interimi. Aristot. dissentit: sed cum uetusti cuiusdam uoti religione tenerẽtur Cretenses, illas hominum primitias mittebant in Delphos: quibus eò proficiscentibus adiunxerũt sese multi Cretensium filij. Cæterum cum illic ob terræ sterilitatẽ ægre sibi pararent uictum, uenerunt in eã Italiæ partẽ, quæ quondam Iapygia dicta est. Hinc in Thraciam profecti, Bottiæi dicti sunt. Vnde uirgines Bottiæorum sacrificio quodam absoluto canere solent, Eamus Athenas, his uerbis testificãtes desideriũ patriæ quondã relictæ. Huius sentẽtiæ citat autorẽ Aristotelẽ in rep. Bottiæorũ. Licebit uti, si quãdo nos melioris fortunæ relictæ pœnitebit.

Abderitica mens. XXVIII

Abderitæ in stuporis insaniæq; fabulã abiere, quod perspicuum est ex epigrammate Martialis lib. 10. de eo qui damnatus in theatro repræsentauit Mutium Scæuolam, ac manũ imposuit igni, sed iussus, sed acrioribus paratis supplicijs, ni faceret.

Si patiens fortisq; tibi durusq; uidetur,
Abderitanæ pectora plebis habes.

De Bœotis & Batauis aliâs nobis dictum est. Abderitanis autem natura peculiarẽ fuisse mentis stuporẽ indicat M. Tull. in libris De natura deorũ. Et Plin. lib. 25. cap. 8. docet huic urbi uicina esse pascua, in quibus equi pasti inflammantur rabie, quemadmodum apud Potniam asini. Est autem in Thracia, condita dictaq; ab Abdera sorore Diomedis, patria Democriti physici, iuxta Pomponium Melam. Stephanus ciuitatem dictam autumat ab Abderito filio Erimi, Herculi adamato, quem Diomedis equi dilacerauerant.

Maritimi mores. XXIX

Non abest à prouerbij specie quod Plautus in Cistellaria dixit, Maritimos mores pro uarijs & inconstantibus, quales ferè sunt amantium, qui cum ferantur impotentibus cupiditatibus, tamen sibi nõ constant. Queritur autem apud Comicum adolescens de amore mentem in uarios affectus rapiente, Ita, inquit, mihi omnia ingenia sunt: quod lubet, non lubet iam id continuo. Ita me amor lapsum animi ludificat, fugat, agit, appetit, raptat, retinet, iactat, largitur, quod dat, non dat, deludit. Modo quod suasit, dissuadet: quod dissuasit, id ostentat. Maritimis moribus mecum experitur. Quemadmodum autem mare nunquam conquieſcit, & subinde mutat faciem: ita ferunt homines maritimos nonnihil ex maris ingenio referre. De Euripo dictum est nobis aliâs.

Pecuniæ pedibus compensantur. XXX

Inter Catonis dicta quæ prouerbiorum uice celebrantur, referuntur, & illud Pecuniã pedibus compensari, quod tamen in libris eius uiri nondum reperi: sed fieri potest, ut hoc M. Tul. ioco dixerit. Nec dissimile ueri est multas Catonis sententias fuisse celebres, quas ille dixit tantũ, non scripsit. Ciceronis ex oratione pro L. Flacco uerba subscribam, Si te Crassi agri delectabãt, hic alicubi in Crustumino, aut in Capenati parauisses. Verũ esto, Catonis est dictũ, pedibus compensari pecuniã, longe omnino à Tiberi ad Caicum &c. Sententiam autẽ hanc esse arbitror, si longius absit fundus plus impendiorum esse domino, & minus ad eum redire lucri. Id damni sarcitur pedibus domini, si non grauetur subinde fundum inuisere.

Ne incalceatus in montes. XXXI

Theocritus ἐν ῥοιαῖσι,

Ayuntamiento de Madrid

Εἰς ὄρος ὀκχ' ἕρπεις μὴ ἀνάλιπος ἔρχεο βάτῃ,
ἐν δ' ὄρεϊ ῥάμνοιτε καὶ ἀσπάλαθοι κομόωνται. id est,
Batte caue pedibus nudis perrepere montem,
Quippe rubis, tribolisq; uiret mons undique denſus.

Qui ſuſcipit uitæ genus, armet ſeſe aduerſus occurſura incommoda, ne pœniteat ſuſcepti.

Non incedis per ignem. XXXII

Οὐ δ' ἐπὶ πυρὸς βέβηκας, id est,
Non incedis per ignem.

Theocritus in Hodœporis,

Μὴ σπεῦδ' ὅ γάρ τι σπεύδαλπτο. id est,
Ne propera, neque enim igne caleſcis.

Scholiaſtes indicat ſubeſſe prouerbium, quo ſignificabant aliquem plus ſatis feſtinare. Nam paſtor ut erat, protinus uolebat canendi certamen inire. Alter non probans tantam celeritatem, prouocat ad locum commodiorem. Properant enim qui per ignem incedunt, & celeritas reddit elementum innoxium quemadmodum non læditur qui manum per mediam flammam mittit, aut prunam ardentem ſubito manu correptam abijcit. Qui uerſatur in re periculoſa, dicitur & ipſe per ignem incedere. De quo prius nobis dictum eſt.

Calamoboas. XXXIII

Antipater cum nec uellet, nec poſſet congredi comminus cum Carneade, qui magna uehementia inuehebatur in Stoicos, ſemet ad ſcribendum uertit, multoſq; libros ædidit maledicos & ineptos, in quibus paſſim contradicet Carneadi. Hinc uulgò cognomen adeptus eſt καλαμοβόας, quòd non lingua, ſed calamo uociferaretur. Meminit Plutarchus in libello περὶ τῆς ἀδολεσχίας.

Non ſoli Atridæ amant uxores. XXXIIII

Quoties ſignificabimus ſuam cuique dolere iniuriam, contumeliam aut damnum, nec oportere quenquam impune lædi, conueniet Homericus ille uerſus ex Iliados I.

Ἦ μοῦνοι φιλέουσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων
Ἀτρεΐδαι. id est,
Num ſolis hominum Atridis affectus amorq; Vxorum eſt?

Eum Sextus Cœlius, citante Vlpiano, ceu uulgò iactatum adfert lib. Pandect. 48. tit. Ad legem Iuliam de adulterijs, lege, Si uxor. Vergilius imitatus eſt lib Aeneid. 9.

Nec ſolos tangit Atridas Iſte dolor.

Auris Batua. XXXV

Quemadmodum Græci dicunt, βοιώτιον ὦς. id eſt, Bœoticam aurem, pro pingui craſſaq;, itidem Martialis Epigram. lib. 6. Batuam aurem dixit agreſtem, inelegantem tetricamq;,

Túne es, túne ait ille Martialis,
Cuius nequitias iocosq; nouit,
Aurem qui modo non habet Batuam,

Sic enim legit Domitius Calderinus, quãquam nonnulli mutarant pro Batuam, ſcueram. Erant Batui Germaniæ populi, Cathorum pars, qui domeſtica ſeditione pulſi, extremã Gallicæ oræ uacua cultoribus ſimulq; inſulam inter uada ſitam occupauere: quam mare Oceanum à fronte, Rhenus amnis tergum ac latera circũluit. Gens tum bello ualida, ut quæ Germanicis bellis eſſet exercitatiſſima, tum opibus pollens, quòd Romana militia non exhauriretur, quandoquidem erat his cũ imperio ſocietas, ut uiros tantum armaq; miniſtrarent: quemadmodum copioſius prodidit Corn. Tacitus lib. 20. Conuenit inter pleroſq; doctos, nec id refragãtibus coniecturis, eam inſulam cuius meminit Tacitus, eſſe quam nunc Hollandiam uocant, terram mihi ſemper & celebrandã, & uenerandam, ut cui uitæ huius initium debeam. Atq; utinam illi nos tam poſſimus honeſtamento uiciſſim eſſe, quàm illa nobis non eſt pœnitenda. Nam quòd Martialis eam gentem ruſticitatis inſimulat, quòd eãdem Lucanus trucem uocat: aut nihil ad nos pertinet, aut etiam laudi uertendum arbitror utrunq;. Siquidem quæ gens non aliquando fuit rudior? Aut quando Romana gens laudatior, quàm cum præter agriculturam, & militiam nihil artium noſſet? Quod ſi quæ quondam in Batuos dicta ſunt, contendet aliquis ad huius temporis rationem pertinere, quæ maior laus Hollandiæ meæ poterit tribui, quàm ſi dicatur à Martialis iocis abhorrere, quos etiam ipſe nequitias appellat. Vtinãq; Chriſtianis uel omnibus aures eſſent Batuæ, quo peſtilentes eius poëtæ facetias, aut non admitterent, aut certè his non caperentur. Quod ſi quis id ruſticitatem uocare uelit, nos conuicium haud illibẽter agnoſcimus, uidelicet cum integris Lacedæmonijs, cum priſcis illis Sabinis, cum laudatiſſimis Catonibus commune. Lucanus autem, opinor, ita truces appellat Batauos, ut Vergilius acrem Romanum. Alioqui ſi mores domeſticos ſpectes, non alia gens eſt ad humanitatem, ad benignitatem propenſior: cuiq; minus adſit uel feritatis, uel truculentiæ. Ingenium ſimplex, & ab inſidijs, omniq; fico alienum, nullis grauibus obnoxium uitijs, tantum ad uoluptatem, præcipuè conuiuiorum aliquanto deditius. Cuius rei causam eſſe puto miram rerum omnium exuberantiam quibus uoluptatis ſtudium irritari ſolet: idq; partim ob commoditatem importationum, quod non ſolum occupat duo nobiliſſimorum fluminum oſtia, Moſæ, Rheniq;, uerumetiam quòd ali quanta ſui parte Oceano alluitur, partim ob natiuam regionis ubertatem, ut quæ paſſim nauigabilibus ac piſcoſis interluatur fluuijs, paſcuis uberrimis abundet. Ad hæc auium infinitam copiam paludes ſaltuſq; ſuppeditant. Proinde negant aliam inueniri regionem, quæ ſimili ſpatio tantum oppidorum contineat, mediocri quidem magnitudine, ſed incredibili politia. In domeſticæ ſupellectilis nitore palmam uni concedunt Hollandiæ negotiatores, quibus pleraque pars orbis eſt peragrata. Mediocriter eruditorum nuſquam gentium frequentior numerus. Ad exquiſitam eruditionem, præſertim antiquam, quo non perinde multi perueniant, aut uitæ luxus in cauſa eſt, aut quòd apud illos plus honoris habetur egregiæ morum integritati, quàm egregiæ doctrinæ. Nam ingenium non eſſe negatum illis plurimis conſtat argumentis, quanquam mihi ſanè quàm mediocre contigit, ne dicam exiguum ut cætera pleraque.

Κρανοχυτρολήκυθον. XXXVI

Hominem ſtulte nugacem Græci uocabant κρανοχυτρολήκυθον, uoce ridicule compoſita, ἀκρανὸς quæ proprie dicitur aqua impetu ſcatens, & χύτρα olla, & ληκῦθος quod eſt nugari. Ollas autem ſtupidos appellamus. Refertur à Suida. Extat apud Ariſtophanem in Equitibus, quo dicto notaſſe uidetur homines immodice nugaces. Nam & λήκυθος quidam fontes dici putant παρὰ τὸ λίαν ἐκβύειν. Indicat hoc Vlpianus enarrans tertiam Demoſthenis Olynthiacam. Alibi retulimus prouerbium, Luſciniæ nugis inſidentes. id eſt, ἀνθ' ὀνὸς λέσχαις ἐγκαθήμενοι. Sed poſt comperi λέσχας Græcis dici nonnunquam ſedilia quædam publica in quibus Athenienſes ocioſi complures pariter ſedebant, quibuslibet de rebus inter ſe nugantes, Qualia ſunt hemicyclia. In teſtimonium proferunt hoc carmen ex Homero,

Οὐκ ἐθέλεις ἐύδμητον χαλκοῖσιν ἐς δόμον ἐλθὼν
Ἥπερ ἐς λέσχην. Hæc ſedilia fuiſſe Apollini conſecrata ſcripſit Cleanthes. Quidam eum deum appellant λέσχιον ὄνειαρ.

Fabarum arroſor. XXXVII

Κυαμοζῳὸξ, id eſt, Fabarum arroſor dicebatur, qui in creandis magiſtratibus uendebat ſua ſuffragia, eoq; quæſtus gratia ſedulo uerſabatur in comitijs, Quod utinam hodie non fieret in creandis ſummis eccleſiæ proceribus, & orbis monarcha. Tunc à populo conuicio notati ſunt, qui magiſtratulum ambienti fauebant accepta pecunia. Nunc palàm donantur ingentia præmia, qui ſuffragantur in creando ſummo pontifice & Cæſare. Quin & ipſi principes quidam ſimpliciter

uendunt

Ayuntamiento de Madrid

uendunt magistratus, & miramur collabi ciuitatum disciplinam. Priusquam repertus est usus calculorum, quos Græci ψήφους appellant, suffragia nigris & albis fabis ferebantur. Vnde fabis uictitare dicebantur, quibus hinc erat quæstus. Suidas citat senarium, sed ut ferè solet, tacito autoris nomine.

Κρινεῖ δὲ τόδε ὁ κυαμοτρώξ ἀττικός. id est,
Hos iudicabit non fabæ esor Atticus.

Prouerbij meminit & Hesychius, indicans hunc morem fuisse apud Aetolos, ut cui alba faba obtigisset, is magistratū susciperet. Vnde ferre suffragia, siue sortiri, κυαμεύειν appellabant, & iudicem κυαμοβόλον. nam & iudicijs quibusdam non uoce, sed calculis ferebantur sententiæ. Manet in hodiernum usque diem mos, ut in Epiphanijs rex conuiuij faba deligatur. Extat autem & apud aristophanem in Equitibus,

Νῷν γ' ὀργὴ δεσπότης ἄγροικος ὀργὴν, κυαμοτρώξ. id est,
Nobis agresti est dominus ira, qui fabas Arrodit.

Dici poterit & in tenuem parcumq;. Nam hinc sumpta est metaphora in magistratus affectatores, aut ex suffragijs suis uenantes quæstum.

Manci pera. XXXVIII

Narrant locum fuisse uicinum Hymetto, cui nomen fuerit κυλλοῦ πήρα. id est, claudi mantica, in eo fuisse templum sinuq; fontemq;, unde fœminæ steriles bibebant, & fiebant fœcundæ. Suidas indicat & compositè dici κυλλοπήραν, admonens esse prouerbium in eos qui artificio uim admouent naturæ. Hesychius ostendit Aristophanem in Centauro, lupanar appellasse κυλλεῦ πήραν, quòd huius nominis locus decliuis sit ac præceps. Conueniet in illos, qui bulbis alijsue medicamentis irritant libidinem. Quidam elleboro succurrunt ingenio, & quibusdam medicaminibus memoriæ.

Vndarum in ulnis. XXXIX

Suidas refert hunc senarium ex Aristophane,

Καὶ ταῦτ' ἔχοντες κυμάτων ἐν ἀγκάλαις. id est,
Atque id quidem quum essent in ulnis fluctuum.

In ulnis undarum esse dicebantur, qui in summis rerum difficultatibus uersabantur. Neque enim suauiter iactant maris undæ, quos amplexæ fuerint. Allusum est ad nutrices quæ pueros in ulnis circumferunt, & agitatione mouent, ut fiant uegetiores, quod ipsum infantibus natura gratū est, somnosq; conciliat. Verum alta est fluctuum iactatio.

Fluctus mutus. XL

Κῦμα κωφόν. i. Fluctum mutum appellabant, qui nondum edebat fragorē, sed iam incipiebat intumescere. Primum enim tacitis undis insurgit mare, mox exasperata tempestate, procul fremit ac resonat. Dici potest de bili hominis quæ nondum erupit in conuicium, sed tacite inardescit. Veluti si dicas, Cede κύματι κωφῷ, desine contendere, ne disputatio exeat in rixam. Aut obsiste κύματι κωφῷ, reprime iram efferuescentem.

Caricum uinum. XLI

Καρικὸς οἶνος, Suidas indicat fuisse prouerbium de uino, ut opinor, tenui, quod non adferret hilaritatem, qualis erat Carica musa de qua dictum est alias. Quicquid enim uile, lugubre, molestum, aut querulum, Caricum dicebatur. Sed haud scio an apud Suidam pro οἶμος scriptū sit οἶνος, nisi quod Hesychius nescio quid attingit de Carica uite, uelut inculta & incomposita. Nam genus hoc militare, negligit agricolationem.

Οἰόλυκος. XLII

Herodotus in Melpomene, hoc est lib. 4. refert, quum Theres quidam adornaret longinquam nauigationem, ac filius ipsius adolescens negaret se futurum eius nauigationis comitem, τοιγαροῦν ἔφη αὐτὸν καταλείψειν ὅϊν ἐν λύκοισι. id est, Itaq; relinquam eum, inquit, ouem inter lupos. Ex eo dicto nomen inditum est adolescentulo οἰόλυκος, uoce composita ex oue & lupo. Dici poterit in hominem desertum ac destitutū auxilio. Quod si quis negabit hoc esse prouerbium, patiatur appendicem esse eius quod alibi retulimus, Ouem lupo commisisti. Nam probabile est ab hac historia natum prouerbium.

Ναικιασοφεύειν. XLIII

Ναικισσοφεύειν dicebantur qui studio quippiam eleuarent. Alij putant ναικισσοφεῖν dici solitum ei, qui quum uideretur confiteri, non confitebatur, perplexis uerbis occultans mendacium, quod ferè solent hæretici in discrimen adducti. Vox composita uidetur ἀνὰ, quod est adfirmantis, & νίσσα pica, & ῥέω quod est fluo, quòd inuoluta loquacitate negent, quod affirmare uidentur, rursus affirment quod negant. Meminit Hesychius.

Cui nullum negotium erat, Hermenen muro cinxit. XLIIII

Strabo lib. geographiæ 12. refert huiusmodi prouerbium.

ὅτις ἔργον δὲν εἶχεν, ἁρμένιον ἐτείχισεν. id est,
Qui negoci nil habebat, Harmenæ murum addidit.

Est enim trochaicus tetrameter. Tradit autem Hermenen uicum esse Sinopēsium, portū habentem. Cuius meminit & Stephanus, situm indicans in Paphlagonia, & à nonnullis dictum ἁρμένιον, quòd hic sanè carminis ratio non patitur. Neuter indicat originem aut sensum adagij. Coniectare licet uicum fuisse frigidum, quem aliquis cinxerit muro ut fierct oppidulum, æque frigidum. Non enim dixit ἔκτισεν, quod interpres uidetur somniasse qui uertit construxit, sed ἐτείχισεν. hoc est muro cinxit.

Nec animans, nec inanime. XLV

Prouerbiali figura dictum est apud Platonem lib. De legibus 8. πάντων τῶν τε ἐμψύχων καὶ τῶν ἀψύχων. id est, Omnium & animātium & inanimorum, quum nihil omnino significamus excipiendum. Simili figura dicimus, Iuuenumq; senumq;, & bipedum ac quadrupedum nequissimus. Item nec dijs nec hominibus placet, Nec uiuis parcit, nec mortuis. Locum Platonis citauimus integrum in prouerbio, σκιαμαχεῖν.

In idem conspirare. XLVI

Εἰς τὼ αὐτὸ ξυμφῦσαι. id est, In unum coalescere. Plato de legib. 4. τὸ δὲ συμπνεῦσαι καὶ καθάπερ ἵππέων ζεῦγος, καθ' ἕνα ἅς τοῦτο, τὸ λεγόμενον, ξυμφῦσαι χρόνῳ πολλῷ καὶ παγχάλεπον. id est, Cæterum conspirare ac uelut equitum iugum, singulos in idem, ut dici solet, coalescere, multo eget tempore, estq; perdifficile. Interpres ξυμφῦσαι uertit, unum & idem efflare, quum magis uideatur dictum à φύω nascor. Itaq; mihi magis arrisit coalescendi uerbum. Quanquam huius rei iudicium doctis defero. Si iungas duos equos inter se ignotos, non ferunt sese. Tandem assuetudine diutina, posteaquam uterque alterius halitui assueuerit, concordes sunt. Itaque pariter anhelasse sub eodem iugo gignit concordiam. Et Verg. ait,

—Vdoq; docent inolescere libro.

Hic telam texuit, ille diduxit. XLVII

Apud Iulium Pollucem lib. 7. cap. 10. refertur senarius suppresso autoris nomine, ni forsitan Nicophanes est in Pandora,

ὁ δ' ὀξυφαίνειθ' ἑτέρος, ὁ δὲ διάζεται.

Quanquam legendum arbitror, ὁ μὲν ὀξυφαίνειθ' ἑτέρου, ὁ δὲ διάζεται, siue quod probabilius est διάζετο. nam uocem ἑτέρος etiam metri ratio respuit. Iam si nobis textor quispiam Græcus exponeret quid sit διάζεσθαι, quod ut indicat Pollux, Attici dicebant, περιφορεῖσθαι, non esset difficile prouerbij sensum enarrare, Nam Suidas tantum habet διάζομαι· ὑφαίνω. Hesychius paululum lucis addiderat, dicens διάζεται, διασχίζεται, si διάζεται ueniret à themate διάζομαι. Quod si διάζεσθαι est stamini quod superest addere, sensus erit, Alter orsus est, alter perfecit.

Σκιαμαχεῖν. XLVIII

Olim qui inaniter laborabant σκιαμαχεῖν dicebantur, hoc est cum umbra pugnare. Plato lib. De legib. 8. καὶ ἔστι πάντων τῶν τε ἐμψύχων καὶ τῶν ἀψύχων ἀποφαίνασθαι πόλις, ἐμμελὲς

Ayuntamiento de Madrid

συγλυμαχῶν, ἄγαγε δὴ ἐτολμήσαμέν ἂν αὐτοὶ πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς σκιαμαχεῖν ὄντως ; Adhæc ſi quando omnibus & animatis & inanimatis deſtituti, nullum haberemus concertatorem, num ſuſtinebimus ipſi contra nos ipſos, uerè umbraticam exercere pugnam? Idem in Apologia Socratis ἀλλ' ἀνάγκη ἀτεχνῶς ὥσπερ σκιαμαχεῖν ἀπολογούμενόν τε, καὶ ἐλέγχειν μηδενὸς ἀπαντῶντος. id eſt, Sed neceſſe eſt omnino, ut cum umbra pugnem, ſimul & defendens & accuſans, quum nemo reſponderit. Idem De rep. lib. 7. ἀλλ' ὅταν ὡς νῦν αἱ πολλαὶ, ὑπὸ σκιαμαχέντων τε πρὸς ἀλλήλους καὶ φασιαζόντων περὶ τῆς ἀρχῆς, οἰκῶνται. id eſt, Non per ſomnium, ut nūc complures ciuitates, ab ijs qui cum umbra pugnant, ac de principatu ſeditiones excitant, habitantur. Huc fortaſſe pertinet quod ſcribit Florus Epitome in Librum T. Liuij 49. Quum enim Scipio rem in Africa fortiter ac feliciter gereret, Cato in ſenatu reliquos, qui militarent in Africa umbris militare dicebat, Scipionem uigore. Iulius libro ſexto, indicat eos qui molliter ac deliciosè uiuerent, σκιαφοφίας appellari ſolitos, uelut educatos in umbra, & ob hoc impatientes pulueris atq; ſolis, & σκιαφοφεῖσθαι. qui uoluptatibus effœminantur. Nam luxus & libido luciſugæ ſunt, amant tenebras & ſecretum. Porrò ludus umbraticæ pugnæ durat etiam hodie non illepidus, Hunc qui exercet pro utroque reſpondet, & pro ſe, & pro umbra. Hoc admonere uiſum, quo magis liqueat quod ex apologia citauimus. Meminit & Lucianus in Sectis. Vide prouerbium cum Laruis luſtari.

Per fluuium traducere. XLIX

Διαβιβάζειν τὸν ποταμόν id eſt, Tranſmittere per flumen dicebantur, qui difficultatem explicabant rei, quam ineruditiores aut inualidiores explicare non poterant. Translatum à torrentibus aut fluuijs profundioribus quàm ut cuiuis tutum ſit traijcere. Itaque qui ſunt robuſtiores atq; exercitatiores, pueros, mulieres, aut alioqui imbecilles ſuſceptos in humeros tranſmittunt. Plato lib. De legib. 10. ἐγὼ σφῶν ὥσπερ νῦν δὴ λέξάμενος διαβιβῶ τὸν ποταμόν. id eſt, Ego uos quemadmodum modo feci, ſuſceptos, ultra fluuium transferam. Verba ſunt hoſpitis Athenienſis, qui diſputationem tradit Cliniæ & Megillo, pollicens ſe adfuturum, ſi quid hæſerint.

Gangamon. L

Iul. Pollux lib. 10. cap. 40. docet genus eſſe retis inuolutis flexibus ſinuoſum ac perplexum, quòd à Græcis dicatur γαγγάμων ἀγὼ quod eſt capio, ut indicat etymologicus, putans & γαγγάμιον appellari, unde & γαγγαμεύειν dici qui piſcantur hoc retis genere, & γαγγαμᾶς. Aut idem eſt cum ſagena, aut ſimillimum. Pollux citat Aeſchylum, qui negotium inuolutum & explicatu difficile, γαγγάμωνα dixerit, quemadmodum dicimus naſſam. Vnde uentris locum circa umbilicum γαγγάμωνα dictum, quòd illic apparet circumuolutio quædam neruorum. Fortaſſis & interior aluus ſic appellatur, quòd inteſtina in ſeſe complicentur, ne mox effluant ſtercora.

Sacer manipulus. LI

Ἱερὸς λόχος. id eſt, Sacer manipulus olim dicebatur quemadmodum dicimus ſacram ancoram iaciendam, aut rem ad triarios rediiſſe. Athenæus li. 13. declarat apud Thebanos exercitus partem fuiſſe quam illi ἱερὸν λόχον nominabant, eam conſtitiſſe ex amantibus & amatis, & ob id præcipuum belli robur in his fuiſſe ſitum, quòd amor reddat fortiſſimos, ad mortis etiam contemptum animans. Vſus erit, ſi quis dicat rem Chriſtianam hodie à monachis uelut à ſacro manipulo pendere.

Poſtico diſcedere. LII

Galenus περὶ τῶν φυσικῶν δυνάμεων lib. 2. ἐπὶ δὲ τὸν πολλῶν ὀλιγωνατα, τῇ κυπαίᾳ τῇ παροιμίᾳ πρὸς ἀσκληπιάδου ἀπεχωρήσαμεν. id eſt, Si ex pluribus conſtat, poſtico, quod dici ſolet, ad Aſclepiadem receſſimus ſiue deſecimus. Poſtico autem recedere dicitur qui furtim abit, alijs inſcijs ſeſe ſubducens. Sic Horatius, Poſtico fille clientem: quod & hodie non raro faciunt magnates. Idem alia forma dixit, In Criſippi furtim præcepta relabor. Thomas Linacer uir incomparabili doctrina, κυπαίᾳ uertit per horti poſticum. Aedes quibus eſt adiunctus hortus, duas habet ianuas, anticam & poſticam. Antica ſpectat ad publicam uiam, poſtica ducit ad hortum: per hanc elabebantur, qui clanculum abire cupiebant. Quoſdam pudet παλινῳδεῖν, ſed diſſimulanter tranſeunt in alienam ſententiam, alij per occaſionem ſubducunt ſe negotijs. In hos congruet prouerbium.

Vtres Thylaci. LIII

ἀσκὸς καὶ θύλακος. id eſt, Vter & Thylacus dicebatur, qui cibo potuiq; indulgebat. ἀσκὸς enim uter eſt uinarius, θύλακος uas farinarum. Athenæus lib. 11. refert hos uerſus ex Alexis Heſione, qui dicuntur ſub perſona Herculis,

ἄγετε κύλικα, καὶ λαβὼν ἀζῆς συκῆς
ἔλκα, καταπλεῖ, κατάτε τὴν παροιμίαν
ἀεί ποτ' ἐὺ μὲν ἀσκὸς εὖ ὁ θύλακος ἄνθρωπος. id eſt,
Calicem popoſcit, ac datum, crebro bibens
Trahitq; & hauſit, & ut habet prouerbium,
Semper bene uter, thylacus ſemper bene eſt Homo.

Itidem Horatius,

Si uentri bene, ſi lateri pedibuſq; tuis, quid
Diuitiæ poterunt regales addere maius?
De lurconibus ac uentribus dictum eſt aliàs non ſemel.

Ignarium dare. LIIII

Seneca libro De beneficijs 4. refert ut uulgò iactatum, ut doleat, inquit, tibi, ut poſtea conſideratius loquaris, quod dicere ſolemus, ignarium dabo. De lapide pyrete ſentit, ni fallor, quem alij uiuum, nonnulli ignarium uocant, quòd plurimum habeat ignis, ut attritu digitos adurat, & alioqui ponderoſiſſimus. Itaq; dicebatur ignarium dare, qui ſuggereret quod dolore quodam retiocaret hominem à peccando: quemadmodum lapis digito additus, uel pondere, uel attritu non ſinit hominem obliuiſci, cuius gratia ſumpſeras eum. M. Tul. haud abſimili forma dixit in Antonium Philippica 2. Num expectas dum te ſtimulis fodiam? Hæc te, ſi ullam habes partem ſenſus, lacerat, hæc cruentat oratio. Terentius: Noli fodere latus. Perſius,

Atque aliquis cubito ſtantem prope tangens.

His enim geſtibus admonemus, quemadmodum & uellendo aurem, de quo nobis prius dictum eſt.

In morbo conſumat. LV

Seneca libro De beneficijs 2. Quingenti, inquit, denarij ſunt, illud, quod dici ſolet, in morbo conſumat. Zeno cuidam promiſerat quingentos denarios mutuo, admonitus ab amicis, hominem eſſe malæ fidei, tamen credidit, uel ob hoc quia promiſerat, & ſumma erat exilis. Solent igitur creditores cum ſentiunt non reddituro creditum pecuniam, nec exiſtimant operæpretium ob tantillum legibus agere, dicere, habeat, conſumat in morbo. Qui ſermo dubium habet ſenſum. Poteſt enim ab amico dici, qui nolit deeſſe amico quod impendat ſi morbus inciderit: poteſt & ab inimico, qui malo uiro morbum optet.

Vel Megaram uſque. LVI

Manet is ſermonis color & hodie, ubi quid ſignificamus magni pretij, nobisq; uehementer expetitum dicimus, huius rei gratia uel in Indiam uſque proficiſcerer. Aut digna res eſt cuius gratia uel in Hyberniam uſque nauigetur. Socrates apud Platon. in Phædro, ἢ γὰρ ἂν ἀσμένως καὶ διημερεύοις ἐν οἷς λόγοις, ἴσως οὖν ἂν ὅτας ὑπερεύφυκα ἀνδρῶν, ὥσπερ ἂν βαλίζων ποιῇ τὸν περίπατον μεγάφαθε, καὶ κατὰ ἡρόδικον πρόσβατε δὴ τύχῃ πάλιν ἀπίης, ὃ μέσον ἀπολαφθῶ. id eſt, Nam profectò feſtiui & in publicum utiles fuerint

Ayuntamiento de Madrid

fuerint ſermones. Mihi ſané tanta cupiditas eſt audiendi, ut ſi pedib. uel Megaram uſq; ambules, ac mox iuxta morem Herodici, ubi ad mœnia acceſſeris, denuo abſcedas, non te ſim relicturus. Ambigue dictum eſt κῆ ἡρόδικον. Incertum enim utrum Herodicus quiſpiam hoc dixerit, an Herodicus aliquis in populi riſum abierit, qui cum tantum itineris confeciſſet, uel oblitus aliquid, uel mutata ſententia, à mœnibus Megarenſibus redierit Athenas, quomodo Phædria Terentianus à diuerticulo redit in urbem. Vnde hoc ipſum iuxta Herodicum prouerbij ſpeciem habet, in hominem incerti conſilij, aut qui ſero mutat ſententiam, cum deliberandum ſit antequam incipias. Simile illi, Dignum propter quod uadimonium deſeratur.

Omnem uocem mittere. LVII

Πᾶσαν φωνὴν ἱέσθαι. i. Omnem uocem mittere dicebantur qui nihil omittebant, quo perſuaderent. Etenim qui totus eſt in hoc ut perſuadeat, nunc argumentatur, nunc obiurgat, nunc blanditur, nũc pollicetur, nunc minitatur, καὶ πανταχοῦ γίνεται ut flectat audientem. Plato De legibus 10. μυλαμῶς ὦ ξένε, ἀλλ' ἅπερ τυγχάνῃ γε ὄσα καὶ σμικρὰ πειθώτις περὶ τὰ τοιαῦτα, δεῖ μυλαμῆ κάμνειν, τόνγε ἄξιον καὶ μικρὸν νομοθέτην, ἀλλὰ πᾶσαν τὸ λεγόμενον, φωνὴν ἱέντα, ὡς παλαιῷ νόμῳ ἐπίκουρον γίγνεσθαι λόγῳ, ὡς ἀεὶ θεοί. id eſt, Nequaquam ô hoſpes, ſed ſi forte fuerit uel exigua perſuadendi ratio, circa huiuſmodi, haud quaquam oportet defatigari, præſertim legum autorem, ſi modo ullius ſit precij: quin potius, emiſſa quod dici ſolet, omni uoce, ueteri legi ſuppetias ferre debet, docens rationibus eſſe deos. Idem in Phædro τότε τοι ἕνεκα χρὴ πάντας τὸν λόγους ἄνω καὶ κάτω μεταφέροντα ἐπισκοπεῖν. id eſt, Huius itaq; gratia oportet, omnibus rationibus ſurſum deorſum uerſatis, diſpicere &c. Sumptum uidetur ab incantamentis, in quibus ſi parum mouent preces, adhibent efficaciores. Id alicubi indicat Plato, tametſi locus in præſentia non ſuccurrit. Indicabitur cum occurrerit. Vide num omnem uocem dicat omnem contentionem, Solent enim patroni cauſarum quum magno ſtudio cauſam agunt uocem intendere. Paulus apoſtolus ad Galatas capit. 4. quum ait, ἤθελον δὲ παρεῖναι πρὸς ὑμᾶς ἄρτι, καὶ ἀλλάξαι τὴν φωνήν μου, tale quiddam ſenſiſſe uidetur. Nam qui nunc obiurgat, nunc blanditur, nunc ſe prædicat, nunc ſemet demittit, nunc territat, nunc conſolatur, utcunque poſtulat eorum utilitas quos perire non uult, ueluti doctus incantator mutat uocem ſuam, ut aliquo pacto perſuadeat.

Magadari. LVIII

Μαγαδίζειν ſiue μαγαδίνδην dicebantur olim, qui bilingues eſſent, eodem ore laudantes ac uituperantes, blandientes & obiurgantes, pudice & obſcœne loquentes. De magadide multa diſſerit Athenæus lib. 14. dubitans citharæ ne genus ſit an fiſtulæ. Quidam eandem putant cum ſambuca, nonnulli & cum pectide. Verum hoc nihil ad prouerbium, quando conſtat organum eſſe δίφωνον, quod ſimul emittit geminam uocem grauem & acutam, harmonia quæ dicitur διὰ πασῶν. Citatur ex Alexandride hic ſenarius.

Μάγαδιν λαλήσω, μικρὸν ἅμα σοὶ καὶ μέγαν. id eſt,
Magnum ac puſillum, proloquar Magadin ſimul.

Ait uetuſtum eſſe genus, repertum à Lydis, nomen inditum eſt à Thrace quodam, cui nomen erat Magdus. Alij putant inuentum eſſe Sapphûs. Pindarus magadin appellat ψαλμὸν ἀστραφθόγγον, qualis eſt cantio, quum ſimul concinunt uiri & pueri impuberes. Hac de re non nihil attigimus in prouerbio, Ex eodem ore calidum & frigidum efflare.

Chalcenterus. LIX

Χαλκέντερος olim dicebatur inſigniter patiens laborum, atque indefatigabilis, uelut habens ærea inteſtina, qualem fabulæ narrant fuiſſe Talò cuſtodem inſulæ Cretæ, Hoc cognomen inditum eſt Didymo grammatico, ob incredibilem numerum librorum quos ſcripſiſſe dicitur. Eadem de cauſa Origenes dictus eſt Adamantius.

Origanum tueri. LX

Ὀρίγανον βλέπειν, dicebantur qui robur & maſculum animum præferebant. Suidas refert hoc carmen ex Ariſtophane, uti conijcio, licet metro depraua to,

Παρέξομ' ἀνδρεῖον τὸ λῆμα, μὴ βλέπουσ' ἀ τ' ὀρίγανον. i.
Præbebo meipſum animo uirilem, ac tuentem origanum.

Sumptum ab acrimonia herbæ, ut reſpondeat illis alibi dictis, tueri ſinapi aut naſturtium. Quidam cunilam uocant, eius generis, quod Dioſcorides appellat heracleoticum. Nam eſt aliud genus dictum ὀλίτης, eſt tertium quod Panaces Heracleum uocant. Ita Dioſcorides lib. 3. Plinius libr. 20. cap. 14. tradit origanum non diſſimile pulegio ſylueſtri.

Thurium lema. LXI

Θούριον λῆμα dicebant animum intrepidum & ad bellum paratum. Nam λῆμα genere neutro Græcis ſonat uoluntatem, animum ſiue propoſitum, aut dignitatem & autoritatem, uox dicta à λῶ quod eſt uolo. Nam λῆμμα quod ſcribitur per geminum μμ. uenit à λάβω ſiue λαμβάνω, eſt argumentum quod aſſumitur ad probationem. Thurion autem dicitur quicquid eſt uehemens ac bellicum. Vnde Hom. θούριδα ἀλυκὴν. i. Thurium robur appellat. Quin & ipſe Mars dictus eſt θοῦρος, à θορεῖν quod eſt inſilire. Suidas citat ex Ariſtoph. Inuenitur & θούριος λόγος, pro ſermone diuinitus afflato ac uehementi, quum quis intrepide cum autoritate loquitur.

Nec elephantus ebiberet. LXII

Οὐδ' ἂν ἐλέφας ἐκπίοι. id eſt, Nec elephantus quidem ebiberet. De poculo prægrandi, quum elephantus proboſcide imminenſam aquarum uim quum libet, hauriat. Athenæus libro 11. citat ex Epinico.

ἐλέφας ἐλέφαντα πειράζει ῥυτὸν
Χωροῦντα δύο χόας, οὗ οὐδ' ἂν ἐλέφας ἐκπίοι. id eſt,
Duas choas capientem, ut hunc ne elephas quidem
Ebibere poſſit.

Rhytus autem poculi genus eſt, ſpecie cornu, quod uidetur eburneum fuiſſe, impoſitum imagini elephanti. Subijcit autem, οὐδὲν ἐλέφαντος γὰρ διαφέρεις οὐδὲ σύ. id eſt, Nam ne tu quidem quicquam differs ab elephanto, ut eſſet quadruplex elephanti mentio. Prouerbium hoc poſterius ante retulimus, hoc loco non citato. Porrò choa, menſuræ genus eſt. Dicetur in librum inſulſum ac loquacem, quem ne patientiſſimus quidem perlegere ſuſtineat.

Κυαθίζειν. LXIII

Qui poculis indulgebant, κυαθίζειν dicebantur quaſi dicas cyathiſſare, quemadmodum cothonizin, de quo nobis prius dictũ eſt. Indicauit & hoc Athenæus. Mihi uidetur potius in eos conuenire, qui parce bibunt, nec ſextarios hauriunt, ſed cyathis ſubinde repetitis, tamen inebriantur. Solent enim quidam ita proponere. Quiſq; bibet heminam non amplius, & ſæpenumero fit ut paulatim incalefcente libidine, plus bibant.

Sacer piſcis. LXIIII

ἱερὸς ἰχθύς. id eſt, Sacer piſcis dicebatur, cui nemo nocebat, ſed ſui iuris erat. Suidas indicat eſſe apud Homerum, Quicquid enim ingens ac præclarum haberi uolebant ueteres, ἱερὸν appellabant, uelut apud Hom. ἱερὸν μὲν & ἀλκινόοιο. id eſt, Sacra uis Alcinoi. Per iocum dici poterit in hominem prægrandem & in precio habitum, quum ſit ſtupidus & infans. Meminit & Athen.

Φελλέας. LXV

Φελλέας leuis dicitur, quaſi dicas ſuberinus. Nam φελλὸς cortex eſt arboris ſemper fluitans, qui Latinis dicitur Suber. Vnde & φελλεὺς dicitur locus aſper, ac petricoſus, aptior ad paſcendas capras, quam ferendas fruges, quod terra ueluti

Ayuntamiento de Madrid

ſupernatet ſaxis. Vnde & φελλέυς dicitur, quod fluitat, nec habet radices. Quin & hodie lingua Britannica commodum hominem minimeq; difficilem, φελλία uocat. Hanc morum leuitatem Græci uocant εὐήθειαν, quæ uox in uicium ſonat. Plato libro De repub. 3. εὐλογία ἆρα καὶ εὐαρμοστία καὶ εὐσχημοσύνη καὶ εὐρυθμία, ἐνηδίαν ἀκολουθεῖ, οὐχ ἥν ἄνοιαν ὀνομάζομεν καλοῦμεν ὡς εὐήθειαν, ἀλλὰ τὴν ὡς ἀληθῶς, εὖτε καὶ καλῶς τὸ ἦθος κατεσκευασμένην διανοίαν. i. Ergo ſermonis probitas, morum compoſitio, decus & concinnitas ſequitur εὐήθειαν, non hanc inquam, quam uitio blandientes uocamus eo nomine, qua ſit morum bonitas, quum ſit amentia, ſed mentem uere moribus bonis pulchriſq; inſtructam. De his nonnihil attigimus in prouerbio, Subere leuior. De profundo ſulco animi dictum eſt aliàs.

Methyſocottabi. LXVI

Vulgari conuicio μεθυσοκότ]αβοι dicebantur bene poti, quaſi cottabo temulenti. Cottabus enim poculi genus eſt. Athen. li. 15. refert ex neſcio quo autore, ex Ariſtoph. ni fallor.

Πόρνην ὑ σίμαιθαν ἰόντες μεγάραθεν
Νεανίαι κλέπ]ουσι μεθυσοκότ]αβοι. id eſt,
Scortum Simæthan, Megaram abegit ac tulit
Furto, iuuentus, Cottabis probe uuida.

ἴσον ἴσῳ. LXVII

ἴσον ἴσῳ. id eſt, Par pari dicebant, ubi quid ex æquo moderatum ſignificabant. Sermo ductus à potoribus, qui frequenter de æqualitate diſputant, interdum pugnis & enſibus. Sed olim æqualitas erat, ut tantundem adderetur aquæ quantum eſſet uini. Athenæus libro 11. ex Ariſtophanis fabula, cui titulus Philonides, citat,

Τοιγαροῦν ἐμοὶ μὲν ἀρτίως ὁ διαπότης
Δὶ ἀρετὴν τ' ἀνεκλέαν ἐνυβρικὼς ἀστιδία
Ὑπεραφύσησαν ὕφωσαν ἴσον ἴσῳ κιρναμένῳ
Προσφέρων ἔδωκεν. id eſt, Proinde iam nuper meus
In Thericleis mihi uirtutis ergo præſtitæ,
Scutum herus pulchre rotundum, deferens dono dedit,
Spuma inundans, delicatum, temperatum par pari.

Ex Stratone conico citat hoc carmen.

ἑρμῆς ὅν' ἔλαχε' οἱ μὲν ὀκ προχοΐδιν
Οἱ δ' ὀκ καδίσκα ἴσον ἴσῳ κιρναμένῳ. id eſt,
Sors quam trahunt alij quidem è prochidio.
Alij ex Cadiſco temperato par pari.

Primus trochaicus eſt imperfectus, & hic legendum arbitror prochoidion: utrunq; uas eſt uinarium. ἑρμῆς autem pro ſorte ponitur, quæ prima ducitur, ut aliàs docuimus. Idem eodem libro refert ex Hermippo, Ἀπυδς' ἐκπιὼν

Ὡς ἀντιπάλῳ' ἴσον ἴσῳ κιρναμένῳ. id eſt,
Quem ſpiritu uno exhauſeram,
Suauiſſime, contemperatum par pari.

Alibi retulimus par pari, uerum non eſt idem prouerbium. Illud de penſatione dicitur, hoc de mixtura æquali. Velut utinam natura uitam hominum miſcuiſſet ἴσον ἴσῳ, nunc nimio plus eſt mali quàm boni. Hæc autem uerba ἴσον ἴσῳ ponuntur uelut abſolute, præter rationem conſtructionis, quemadmodum dicimus διὰ πασῶν.

Recto pectore. LXVIII

Ammianus Marcellinus libr. 17. His literis diu libratis, recto pectore, quod dicitur, conſideratéq; reſponſum eſt. Recto pectore dictum eſt pro eo quod erat ingenue citráq; diſſimulationem, ut ueritatis ſimplex eſt oratio. Qui probant quod probandum eſt, damnant quod damnandum eſt, recto pectore loquuntur. Qui nihil non probant, aut nihil non damnant, non agunt recto pectore.

Cothoniſare. LXIX

Κωθωνίζειν ſiue κωθωνίζεσθαι dicebantur, qui largius biberent, & potationem largiorem κωθωνισμὸν appellabant. Eam Mneſitheus medicus apud Athen. libro 11. putat conducere ualetudini corporum. Plato corrigendis moribus. Seneca ingenio, excludunt tamen ebrietatem, nec id niſi raro fieri ſinunt. Ἀκροκώθωνες, ſiue ut ſcripſit quiſquis collegit etymologicon ἀκρατοκώθωνες, dicti qui meracius biberent, quos Heſychius putat dictos ἀκροδώρακας. Aſcribit enim μεθυσοι. Verum ex Plutarcho in Sympoſiacis, & Ariſtotele in Problematibus, apparet ἀκροδώρακας dici qui nondum prorſus ebrij ſunt, toto corpore rigato, ſed pectore ſummo duntaxat. Indicat & Iulius Pollux libr. 6. ex autore Hyperide: & Athenæus citans eundem in oratione contra Demoſthenem. ὑπακωθωνίζεσθαι pro intemperantius bibere refert Pollux ex autore Critia. Cothon autem poculi genus eſt, de quo nonnihil aliàs attigimus.

Τρυγόβιοι. LXX

Homines ſordidos ac parcos olim populariſ iocus τρυγοβίους appellabat, quaſi fece uictitantes. Qui ſplendidiores ſunt ubi uentum eſt ad fecem, aperiunt aliud uas. At ego noui diuites, qui fecem nouem annorum apponerent in menſa, liberis & amicis non uulgaribus. Quidam adeo natura miſeri ſunt, ut non patiantur bibi uinum, niſi poſteaquam uel acuit uel euaſuit. Adagium indicauit Pollux libr. 6. cap. 4. Euſtathius oſtendit perparcos τρυσιβίους dici, quòd anxij cumq; genitu uiuant. Ridetur apud A. Gellium libr. 11. cap. 7. qui de ninium frugali quodam dixerit, Hic eques Romanus apludam edit & floces bibit. Priſci ruſtici frumenti furfurem appellabant apludam, flocem, uini fecem è uinaceis expreſſam, quemadmodum fraces ex oleis.

Loquax talpa. LXXI

Homo nullius iudicij, ſed tamen impendio uerboſus, loquax talpa dictus eſt populari conuicio. Quod primum dictum eſt in Iulianum Capellam, poſteaquam uenerat in publicum odium: nam talpæ noſtri, ut cæci ſunt, ita iunt æque muti. Idem dictus eſt σίμιος ἐν πορφύρᾳ. id eſt, ſimia purpurata, cuius alibi meminimus. Refert Ammianus libro 17.

Non contis aut ramulis. LXXII

Idem lib. eodem de Antonio quodam ad honorem menſæ regalis apud Perſas euecto & ad ius ferendæ ſententiæ admiſſo, non contis, inquit, aut ramulis, ut aiunt, id eſt, non flexiloquis ambagibus uel obſcuris, ſed uelificatione plena, in rempub. ferebatur, eoq; incitatus regem. Quanquam pro ramulo legendum arbitror remulo: nam contis & remis impellunt nauim, qui uentos habent aduerſos. Pars eſt magis adagij quod alibi recenſuimus, uelis remiſq;, quàm nouum adagium.

Extra calcem. LXXIII

Idem lib. 21. Ne igitur extra calcem quod dicitur ſermo decurrens lecturo faſtidium ferat, ad explicanda proſpecta reuertamur. Quanquam arbitror ſcripturam uitiatam, legendum autem eſſe extra callem, pro extra uiam, quod alibi nobis dictum eſt, ubi quis digreditur à re propoſita.

Ex perpendiculo. LXXIIII

Idem lib. eodem, ex perpendiculo dixit, pro eo quod erat exacto iudicio, Palatinas inquit dignitates, uelut ex quodam tribuens perpendiculo: & ſub eo nemo celſum aliquid acturus, in regiam repentinus adhibitus eſt, uel incognitus. Ad hanc formam & illa pertinent, quæ cum alibi frequenter, tum apud Gellium ſunt libro 2. cap. 1. ad amuſſim exigere, & librili perpendere, & ad æquilibrium æſtimare. Et apud Plinium libr. 36. cap. 25. ad regulam ac libellam exigere. Præterea digitis metiri, trutina penſare, ad unguem facere, aliáq; quorum nonnulla ſuis locis indicauimus, quæ omnia plus habent uenerис, ſi ad res animi transferantur. Sumpta metaphora à perpendiculo fabrorum, quo explorant uel æqualitatem ſoli, uel parietis rectitudinem. Amuſſis eſt penſilis, in imo plumbum habens affixum, additur in medio

Ayuntamiento de Madrid

medio regulæ quæ conſtat duobus gnomonibus, hac explorant æqualitatem ſoli. M. Tullius in Verrem actione 3. Tu Verres hic quod moliare nihil habes, niſi forte uis ad perpendiculum columnas exigere. Dicunt ei ferè nullam eſſe columnam, quæ ad perpendiculum eſſe poſſit. Nam hercle inquit ſic agamus, columnæ ad perpendiculum exigantur &c.

Acolo non ſico. LXXV

ἀκόλῳ τὰ χάλη ὁ σύκῳ βύει. *i.* Acolo non ſicui immergere labra. Suidas indicat dictum, ubi promitteretur proſpera ualetudo, aut ſignificaretur rebus fortiter utendum. Nam ἀκόλους Græci uocant, minutas offulas. Interdum & fragmenta panis, παρὰ τὸ μὴ κολλᾶν ſ. *i.* Quòd non cohæreant. Heſychius indicat ἀκόλους ueſcentem reddere bilis expertes ac placidos, cum ficus incendat ſanguinem. Vidimus Italos ſi quando bilem uellent eximere, dies aliquot nihil ſumere præter offulas paſculas ex aqua cum paululo butyri recentis decocta. Quidam addunt herbarum ac radicum pauxillum. Prouerbium adhortatur ad uictum tenuem.

Πωταπλόα. LXXVI

Athenæus libro 11. commemorat poculi genus quo olim ϖωτάπλοον dicebatur, quod in publicis ludis adhibebatur. Ephebi quidam curſu contendebant Athenis. Currebant autem geſtantes uiteum ramum onuſtum fructu qui dicebatur ὄγχος. Initium curſus erat à templo Bacchi uſq; ad templum Palladis, cui cognomen σκιράς. Victor in eo certamine capiebat calicem dictum ϖωτάπλοον, atq; ita tripudiabat in choreâ. Nomen inditum calici, quòd in eo quinq; rerum ſpecies eſſent commixtæ, uinum, mel, caſeus, farina & paululum olei. Accommodari poterit ad orationem ex uarijs argumentis conſarcinatam. Simile quoddam uas erat fictile, quod Græci κέρνον appellant, Baccho ſacrum. In eo plures erant rerum ſpecies, ſed diſtinctæ cyathulis inter ſe connexis. Athenæus nominatim recenſet circiter ſedecim. Vt igitur farraginem dicimus rem uariam atq; ex diuerſis generibus conflatam, ita poterimus uel ϖωτάπλοον uel κέρνον dicere. De copiæ Cornu dictum eſt alias. Nec his diſſimile eſt quod ſatyram dixere priſci, quo de ſuo dicetur loco.

More Carico. LXXVII

Σχήματι καρικῷ. id eſt. Figura ſiue modo carico, fieri dicebatur, quod ſordide incompoſteq; fiebat, præſertim in rebus obſcœnis: quod tamen ad alia transferri poteſt, uelut ad mores indecoros atq; inciuiles, ad orationem inconditam. Legimus & ϖλοίῳ καρικῷ id eſt, naue Carica.

Μυσικαφοί. LXXVIII

Μυσικαφοὶ dicebantur agere, qui dure ac ſicce uiuerent, Vox ficta uidetur à mure & palea, quòd mus in re puſilla uehementer laboret: niſi malumus dictum à μύσσω quod eſt ſicco, & μύσις præfocatio, quaſi ſi quis feſtuca præfocetur. Nam Heſychius indicat ſic hanc uocem pronunciandam, ut dicitur, ἀκονιτί, uſurpatam autem à Cratino in fabula cui titulus, Horæ. Alij uirum quempiam μυσίκαφον dictum exiſtimant, qui ex ſe quidem nihil uenuſtiorum dicteriorum adferre poterat, ſed tamen libenter aliorum dictis arridebat. Et huius nominis mentionem factam, apud Apollophanem Comicum. Torquebitur igitur in hominem parcum ac ſordidum, aut in frigide iocoſum.

Μύτης. LXXIX

Impendio tacitus, aut in Venerem ſolutior dicebatur μύτης, quaſi dicas mutitor, à μὺ mutorum ſyllaba, de quo nobis aliàs dictum eſt, Eſt huius nominis piſcis fœmina, quæ ſine mare non paſcitur. Hinc & in libidinoſos, aut ſupra modum uxorios, rectius autem in uiroſas fœminas. Autor Heſychius.

Qui inſpuerit in cauernam formicarum, &c. LXXX

Idem indicat uulgari ſermone fuiſſe iactatum, ὡς ὁ μυγμηκιάν, οἰδᾶ τὰ χάλη. *i.* Quòd qui inſpuerit in agmen formicarum, huic intumeſcant labra. Hoc ſeu uere fit, ut ex halitus repercuſſu uirus aliquod afficiat conſpuentis os, ſeu temere creditum, torqueri poterit in eos qui multitudinem imbecillium quidem, ſed tamen numeroſam & concordem prouocant. Heſychius autorem citat Dinolochum. Is fuit comœdiarum ſcriptor, Epicharmi filius.

Nemo ſibi naſcitur. LXXXI

Hæc ſententia Platonis ſic eſt ab eruditis omnibus celebrata, ut optimo iure poſſit inter prouerbia recenſeri. Eam primus Plato prodidit in epiſtola quam ſcripſit ad Archytam, Ἀλλὰ κἀκεῖνο δεῖ σε ἐνθυμεῖσθαι, ὅτι ἑκὰς ἡμῶν ἐκ αὐτῶ μόνον γέγονεν, ἀλλὰ τᾶ γενέσιος ἡμῶν, τὸ μέν τι ἁ πατρὶς μερίζεται, τὸ δέ τι οἱ γεννήσαντες, τὸ δὲ εἱ λοιποὶ φίλοι, πολλὰ δὲ καὶ τοῖς κατὰ τοῦτ' ἀρέσκεται τοῦς τὸν βίον ἡμῶν καταλαμβάνουσι id eſt, Quin & illud tibi conſiderandum eſt, quod quiſque noſtrum non ſibi tantum natus eſt, ſed ortus noſtri partem ſibi uendicat patria, partem parentes, partem amici cæteri. Multa uero dantur & occaſionibus quæ incidunt in uitam noſtram. Adducit hunc locum M. Tullius libr. De officijs 1. Sed quoniam, inquit, ut præclare ſcriptum eſt à Platone, non nobis ſolum nati ſumus, ortuſq; noſtri partem patria uendicat, partem parentes, partem amici. Quam ſententiam cum dilucide, commode & eleganter uerterit Cicero, miror quare Seneca dicere maluit, Nemo ſibi contigit. Nam uidetur exprimere uoluiſſe illud ἐγένετο, ſic enim ſcribit ad Lucilium libr. 5. Epiſt. 32. Vis ſcire quid ſit quod faciat homines auidos futuri? Nemo ſibi contigit. Videtur enim hoc imputare parentibus, quod non ſtatim expetimus optima. Subijcit enim, Optauerunt itaq; tibi alia parentes tui, ſed ego contrà, omnium tibi eorum contemptum opto, quorum illi copiam. Vota illorum multos compilant, ut te locupletent. Idem ſtudij fuiſſe uidetur Quintiliano, ut omnia ſecus diceret quàm dixerat Cicero. Quare fit, ut non raro dicat ineleganter atq; etiam obſcurius.

Piræus non fert uaſa inania. LXXXII

Iulius Pollux libro 6. cap. 6. refert hoc ex Ariſtotele. Ὁ παροιμία μὴ κτυαγγίαν ἄγειν. id eſt, Piræum non uehere uaſa inania. Piræus portus erat Atticæ. Huc appellebant uaſa mercibus onuſta. Eodem conueniebant adoleſcentes conuiuium acturi, indicat hoc Antipho in Eunucho Terentiana. Aliquot adoleſcentuli coimus in Piræo in hunc diem, ut de ſymbolis eſſemus. Eſt eiuſdem nominis portus Corinthiacus, ubi conſentaneum eſt maiorem fuiſſe luxum. Hinc ductum ſcomma in eos qui gaudent ſemper cibo potuq; diſtendi. Expende num apud Pollucem legendum παραιᾶα, ut ad hominem referatur, quando Stephanus indicat, locum & hominem qui prius Piræus dicebatur, poſtea dictum παραιᾶα.

Cradophagus. LXXXIII

Ruſticum & ſordidum ueteres κραδοφάγον, per iocum appellabant, quaſi κραδαιοφάγον. Nam κράδαια uocant arboris fici fòlia. Iidem dicebantur βαλανοφάγοι, quaſi priſco more glandibus uiuentes.

Sapiens diuinat. LXXXIIII

Donatus in Hecyram indicat prouerbium eſſe, diuinare ſapientem, quòd ex coniecturis prudenter collatis colligit uerum, non ſolum de præteritis, uerum etiam de futuris, quanquam in hac fabula quidem Laches diuinans tota errat uia. Cuius tamen coniecturam approbans Phidippus ait, planè hic diuinat, nam id eſt, Reliqua pete ex prouerbio, Qui bene conijciet.

Ιαμβίζαν. LXXXV

Ιαμβίζαν priſci dixerunt, pro conuiciari ac maledicere, uocem ducta ab Iambe fœmina inſignite maledica. Probabilius eſt ab Iambo pede ductum, qui conuicijs repertus eſt, impetum fe-

rientis

Ayuntamiento de Madrid

rientis atque impetentis exprimens. In quo congruit & illud, quod à breui orsus desinit in longam, quemadmodum iniuria ex leuioribus initijs exit in grauem tragœdiam, quod indicauit & Homerus, ἢτ' ὀλίγη μὲν τὰ πρῶτα. id est, Quæ primum exigua est. Vnde & hominem ad conuiciandum propensum ἰάμβιλον appellant. Huiusmodi fermè Suidas & Hesychius.

Testaceum flagellum. LXXXVI

Κεραμικὴ μάστιξ. id est, Testaceum flagellum dicebatur ostracismus, de quo nobis abunde dictum est in prouerbio Ostraci conuersio. Flagellum autem uocabant, quòd hoc exigerentur in exilium, Testaceum, quòd testulis soleant ea ferri suffragia.

Arietis ministerium. LXXXVII

Κριοῦ διακονία, Arietis ministerium, Suidas & Zenodotus sic referunt, quasi dici solitum de officio in ingratos collocato. Siquidem aries cornibus ferit pascentem. Hesychius ita refert, quasi congruat in eos qui spe cuiusuis præmioli inseruiunt indignis. Quum pueros inuitamus ad ministerium, pollicemur aliquid, puta talos aut nuces. Itidem in apologo quopiam opinor dixit Aries, inunge, dabo tibi talos. Addita stellula in æditione Aldina indicat κατάλειψον esse uerbum subditititium, opinor legendum κατάλειψον ἀπ ἀλείφω. Huius obiter mentionem fecimus in prouerbio, Aries nutricationis præmium. Est aliud in ingratos prouerbium quod superius à nobis relatum est.

ἀντ' εὐεργεσίης ἀγαμέμνονα δῶσαν ἀχαιοί. id est,
Pro beneficijs uinxerunt Agamemnona Graij.

Reperi citatum citra autoris titulum. Interim in scholijs Græcanicis inueni: in porticu Stoæ, quæ Varia dicebatur & Regis, complures fuisse Mercurij statuas, partim à plebeijs, partim à principibus positas: una erat ex his, quæ carmen hoc insculptũ habebat antiquis literis. Hinc uenit in prouerbium. Hoc quicquid est suo loco erat addendum, sed iam ea charta exierat manus meas.

In tuum ipsius caput. LXXXVIII

Quoties in autorem mali malum retorquetur aut recidit, Græci dicunt Εἰς τὸν αὐτοῦ κεφαλὸν. Demosthenes in oratione περὶ παραπρεσβείας, ὀνοῦν ταῦτα σωκύκετο ὅτ' & κατηράτο τῇ παρρησίᾳ, ἃ νῦν ἐς κεφαλὸν ὑμᾶς αὐτῷ δεῖ βλαστεῖν. i. Hæc igitur optabat iste, patriæq; imprecabatur, quæ nũc uos oportet in ipsius caput uertere. Ita Cteſippus in Euthydemo Platonis, ἀ μὴ ἀγροικότερον ἦν εἰπεῖν, εἶπον ἄν σοι εἰς κεφαλὸν. id est, Nisi dictu rusticius esset, dicerem, tibi in caput. Nam sophista collegerat, eos procurare interitum adolescentis qui uellent eum doctum euadere, quum nondum esset doctus: nam perit quod desinit esse quod erat, & incipit esse quod non erat. Ita Maro,

Quod dij prius omen in ipsum Conuertant.

Apud Aristophanem in Pluto Penia ratiocinatur, si omnes homines diteſcerent, fore ut Chremylus ipse cogeretur arare, fodere, reliquosq; labores exhaurire, ut iam afflictior uiueret diues quàm antehac uixerat pauper. Chremylus autem memor laborum, quos in paupertate pertulerat, abominatur hoc uerbum, & in Peniæ caput reprecatur dicens, ἐς κεφαλόν σοι. id est, in caput tibi: ut subaudias, recidat. Celius ad M. Ciceronem, libro 8. At Domitius quum manus ad os opposuit, te ad IX. Calend. Iun. subrostrarij, quod illorum capiti sit, dissiparant periſſe.

Iracundior Adria. LXXXIX

Qui moribus parum est commodis, & irritabili ingenio, Adriæ comparatur prouerbio. Ita Flacci amica, qui cum fecerat diuortium,

Tu leuior cortice, & improbo Iracundior Adria.

Ipse fatetur se subiracundo fuisse ingenio,

Irasci celerem, at sic ut placabilis essem.

Item in satyra cuius initium, Iam dudum ausculto, Aeschines in Demosthenem, dicit eum moribus fuisse adeo asperis & inconstantibus, ut cum Adria facilius sit habere commercium quàm cum illo: non quòd illud mare sit cæteris sæuius, imò uix aliud mitius: sed ita uisum est Italis, qui si nauigassent mare Britannicum aut Danicam, faterentur Adriam indignum esse maris uocabulo.

Bos marinus. XC

Βοῦς ἐνάλιος. id est, Bos maritimus, de magnis, insulsis & ad nihil utilibus, quales sunt phocæ, tantum pascentes, nec operi, nec esui utiles, contra quàm boues terrestres. Refertur à Suida. Suspicor autem legendum βοῦς ἐνάυλιος ut sit idem quod mox sequitur βοῦς ἐν ἀυλίῳ κάθηται. id est, bos in stabulo sedet. Sic enim refertur in Collectaneis Tarrhæi ac Didymi. Estq; hemistichium Iambici trimetri.

Bos in stabulo. XCI

Βοῦς ἐν ἀυλίῳ. id est, Bos in stabulo, dicebatur inutilis & in ocio uitam agens. Hesychius indicat à Cratino dictum in fabula cui titulus, Deliades, quanquam huius alibi meminimus.

Canis ad cibum. XCII

Κύων ἐπὶ σῖτον. id est, Canis ad cibum. De ijs qui in suum properant exitium. Qui canem uolunt occidere, cibo ostenso alliciunt. Hesychius indicat hoc esse simile illis, βοῦς ἐπὶ σφαγὴν, καὶ ὗς ἐπὶ λιτομὰς. id est, Bos ad mactationem, & sus in uincula.

Bos in quadra argentea. XCIII

Βοῦς ἐπὶ τίνακος ἀργυροῦς. id est, Bos in quadra argentea. In eos qui personam sustinent, officium aliquod egregium pollicentem, nec ulli tamen sunt usui, nisi ad uoluptatem aut fastum. Simillimum est illi quod alibi retulimus, bos septimus. Olim apponebantur bellaria, sic efficta, ut nouæ lunæ cornua præ se ferrent, quòd luna nascens ac desinens cornuta uideatur. Quin & lunæ dicebantur huiusmodi bellaria. Qua de re Suidas citat epigramma non inelegans.

Πῶι βοῦς ὑπ' ἄρχων ἄυλακας γῆς οὐ τέμνῃς,
ἀλλ' ὡς πάροινος & ἀγρότης ἀνακλίνῃς;
Πῶς οὐχὶ καὶ σὺ πρὸς νομὰς ἀποβλέχῃς,
ἀλλ' ἀργυροῦν ἕδωλον ἑστηκὰς βάγις;
ἕστηκα τὴν σὴν δεξιλέγχων ἀργίαν. id est,
Quî nam fit, ut bos quum fles, aruum haud ares,
Sed ebrij in morem recumbis rusticis?
Quin hirce tu quoq; curris hinc in pascua,
Sed potius hic imago stas argentea?
Hic sto, tuam redarguens inertiam.

Meminit huius bouis Iul. Pollux libro 6. cap. 11. demonstrans hoc cibi genus inferri solere Apollini, Dianæ, Hecatæ, & Lunæ. Finguntur & hodie uariæ animantium species in bellarijs. Huic non dissimile est, quòd Galli uocant regem chartarum, qui titulo uerius quàm opibus rex est.

Accepta candela. XCIIII

Diphilus apud Athenæum libr. 15. in fabula cui titulus ἀγνοία. Λαβοῦσ λύχνον λυχνεῖον ἐζητοῦμεν. id est, arrepta candela, candelabrum quærebamus, quum res improuide geritur: oportuit enim candelabrum esse paratum, antequam candelam attingeres.

Vacuam inhabitare. XCV

Κενῷ ἐγκατοικεῖν δόμῳ. id est, Vacuam inhabitare domum dicuntur, qui speciem rei magnificam ostentant, quum ipso bono uacui sint. Plato trimetrum citat, haud dubium quin ullo iactatum, quandoquidem autoris nomen tacet, καὶ ἄσκεψ ὁπόθεν δόξας φρονεῖν ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτα ἀφεὶς, εἴτε λυρήματα χρὴ φᾶναι εἶναι, εἴτε φλυαρίας, ἐξ ὧν μισοῦσιν ἐγκατοικοῦσ δόμοις, ζηλῶν οὐκ ἐλέγχοντας ἄνδρας τὰ μικρὰ ταῦτα, ἀλλ' οἷς ὅτι ἡ βίος, ἡ δόξα, ἡ δόλος ἀλλὰ πολλὰ ἀγαθά. id est,

Ayuntamiento de Madrid

id eſt, Eáq; exerce undecunq; uideberis ſapere, omiſſis iſtis ad oſtentationem facientibus, ſiue deliramenta ea uocari decet, ſiue nugas,

Ex quibus inanes incolas tandem domos,

Neq; magnificas uiros qui hæc minuta redarguunt, ſed illos potius, quibus adeſt res familiaris & honeſta fama, aliáq; multa bona. De uacuo gratiarum ſcrinio diximus aliàs.

Στλωιῶσαι. XCVI

Στλωιῶσαι eſt alterum aſperis conuicijs inceſſere. Athenis erat feſtum quoddam, in quo ius erat dicterijs & conuicijs in alios ludere. Vnde σλωιῶσαι, dici cœperunt, qui liberius in quempiam debacchabantur. Feſto nomen erat σλωία. σλυὸν enim proprie dicitur, quod aſperum auribuſq; moleſtum eſt. Ita Heſychius & Etymologus. Simile illi de plauſtro loqui.

A'ſexagintauiris uenio. XCVII

Athenienſes mire delectabantur ijs, qui riſum dictis aut factis mouere norunt, adeo ut ad hoc in diomeo, aut heracleo ſexaginta conuenirent, qui in ciuitate nominabantur ſexaginta uiri, quemadmodum nos dicimus duumuiros, triumuiros, & decemuiros magiſtratum ſignificantes, ut ſi quid ridiculè dictum eſſet, uulgò ita loquerentur οἱ ἑξήκοντα τῶτο εἶπον. id eſt, Sexaginta uiri hoc dixerunt, aut ἀπὸ τ ἑξήκοντα ἔρχομαι. id eſt, à ſexaginta uiris uenio. Refert Athenæus lib. 14. Erat Athenis tribus quæ diccbatur Διομεῖς, à Diomo quodam Colytti filio, unde Διομεῖον, ut ex Heſychio licet conijcere. Poterit per ironiam dici in dictum illepidum & agreſte, dictum ſexaginta uiris dignum: aut in ſtulte dicacem, hic nobis uenit à ſexaginta uiris.

Capite geſtare. XCVIII

Quos tenere amamus, capite geſtare dicimur. Plato lib. De repub. 10. καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ σοφίᾳ οὕτω σφόδρα φιλοῦνται, ὥςε μόνον ὐκ ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς περιφέρουσι αὐτὸς οἱ ἐραῶντες. id eſt, Et huius ſapientiæ gratia tam uehementer amantur, ut amici tantum non eos in capitibus circumferant. Translatum apparet à matribus ac nutricibus, quæ infantulos cunis impoſitos, capite portant. Simili figura Cicero dixit, oculis ferre, pro uehementer amare: & in ſinu ferimus, quos ſingulari affectu proſequimur.

Demiſsis auriculis. XCIX

Qui deiecto ſunt animo, auriculas ſuper humeros habere dicuntur. Ita Plato libro De repub. 10. τὰ ὦτα ἐπὶ τ ὤμων ἔχοντες. id eſt, Auriculas ſuper humeros habentes, hoc eſt, animis deiectis & ægris. Sumptum eſt à iumentis, quæ ſic aurium motu teſtantur affectum animi, quemadmodum homines fronte & oculis. Nam uni homini, ut ait Plinius libro 11. natura auriculas dedit immobiles. In iumentis autem & quadrupedibus ferè omnibus, auſcultantibus ſunt erectæ, feſſis marcidæ, nutantes pauidis, ſubrectæ furentibus, reſolutæ ægris. Inde eſt illud Flacci,

Demitto auriculas ut iniquæ mentis aſellus,
Quum grauius dorſo ſubijt onus.

Quin & hodie uulgò qui ſpe ſua fruſtrantur, dicuntur auriculas demittere, & auriculas habere pendulas.

ἀγαθοδαιμονίζαι. C

Agathodæmoniſtæ dicebantur olim, qui parce biberent. Tantum Heſychius autor ex re nomen habens, niſi fortè hoc operis quod habemus, epitome eſt eius quod ille ſcripſit. Proditum eſt Socratem nunquam de primo cratere bibere ſolitum, ſed ſecundo ſeruare ſitim. Tertium autem craterem ἀγαθῦ δαίμονος appellabant. quemadmodum alibi declaratum. Itaque qui ſitim ſeruabant tertio crateri ἀγαθοδαιμονίζειν dicebantur. Itali raro bibunt in conuiuio, nec niſi ſaburrato, ut Plautino uerbo utar, ſtomacho. Nos potu auſpicamur conuiuium, & potu claudimus, fruſtra reclamantibus medicis.

CHILIADIS QVARTAE CENTVRIA VII.

In frigidum furnum panes immittere. I



Περὶ ψυχρὸν ἐπινὸν τὰς ἄρτους ἐπιβάλλειν. id eſt, In frigidum furnũ immittere panes dicuntur & hodie, qui docet indocilem, qui monet auerſum, aut qui alioqui ſumit inanem operam. Refertur apud Herodotũ lib. 5. cui tit. Terpſichore. Conſultis manibus Meliſſa apparens, negauit ſe indicaturam ubi reconditum eſſet depoſitum, cũ ipſa algeret nuda. Nihil enim ſibi profuiſſe ueſtes, quibuſcum fuerat ſepulta, quòd non eſſent exuſtæ. Aſtruxit fidem ſuis dictis hoc indicio, ὅτι ἀς ψυχρὸν τ ἐπινὸν περίαναλε τὰς ἄρτους ἐπέβαλε. i. quòd in furnũ quum frigeret, Periander ingeſſiſſet panes. Hoc ænigma ſolus Periander renunciatum intellexit, ſibi conſcius, quòd cum exanimi coierat. Hoc ad prouerbij ſenſum opinor eſſe ſatis, quo nobis licet caſtius ac uerecundius uti.

Mercurio dextro. II

Heſychius indicat ueteres in iactu quodam ſolere ominis gratia præfari Mercurium, quemadmodum in conuiuijs, ἀγαθὸ δαίμονα, καὶ λῶιον σωτῆρα, de quibus ſuo dictum eſt loco. Idem indicat in ſortibus ducendis, primam ſortem dici ſolere Mercurium. Per iocum uſurpare licebit, ubi quid aggredimur noui. Qui de ſumma periclitantur, dicuntur omnem iacere aleam, qui primum tentant aliquid, dici poſſunt Mercurium ducere. Iulius Pollux lib. 6. cap. 9. indicat in κρεωνομίᾳ id eſt, carnium partitione, primam carnium portionem ἑρμᾶ κλῆρον. id eſt, Mercurij ſortem appellari ſolere.

Ne Mercurio quidem credere. III

Strabo libro 2. De narratione parum probabili, ἣν οὐδὲν ὠφελῆ ἑρμῆ πιστεῦσαι τὶς λέγοντι. id eſt, Quam ne Mercurio quidem credat aliquis narranti. Tametſi locus mendoſus eſt, ut ſunt pleraq; in hac prima editione. οὐδὲ ſine controuerſia legendum eſt. Proprie conueniet in eos qui longinquis peregrinationibus circumacti, narrare ſolent prodigioſa. At uiatorum deus habebatur Mercurius.

Mercuriale. IIII

ἑρμεῖον Græci uocabant lucrum præter expectationem oblatũ, à primitijs quas olim in uijs ponebant Mercurio, ijs uiatores ueſcebantur. Alij malunt ductum ab aceruis lapidum, quos in itineribus ambiguis Mercurio ſacros ponebant, quorum meminerunt & Hebræorum prouerbia: Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij, ita qui tribuit inſipienti honorem: quanquam hic uarie translatus eſt Græcis. Quidam ita ſunt interpretati, ὅς ἀποδιεσμένυ λίθον ἐν σφενδόνῃ, ὅμοιός ἐστι ᾧ δωρόντι ἄφρονι δόξαν. id eſt, Qui religat lapidem in funda, ſimilis eſt tribuenti ſtulto gloriam. Alij pro Hermæo uerterunt πολυάνδρειον, qui locus eſt multorum ſepulturæ deſtinatus, & lapidem accipiunt non quoduis ſaxum, ſed gemmam. Nec multum inter ſe diſcrepant, qui uerterunt polyandrium, & qui Hermæum. Nam & ſepulchra plebeiorum habebant congeriem lapidum, unde illud Maronis,

Monte ſub hoc lapidum tegitur Baliſta ſepultus.

In locum ſordidum ac funeſtum ſtulte mittas gemmam. Non enim ornat locum, ſed ſordidatur à loco. In Hermæum uero ſi mittas quenuis lapidem, nihil eſt gratiæ, Nec enim extat in turba lapidum, ſingulorum officium: ſi gemmam, multo ſtultior es. Sed illorum eſt argutiſſima ſententia, qui uerterunt fundam. Non enim tantum perit officium tuum, ſed in tuum malum reſilit: ueluti ſi ſtulto lapidem innectas fundæ, dediſti quo te feriat. Verum hæc non ſunt proprie huius inſtituti. Suidas citat hæc abſq; nomenclatura, Οὐ χρὴ τοὺς ἄλλως ἀγαπήσας τὸ ἑρμεῖον, οὐδὲ εὐδοκεῖς ἄρα μηδὲν ἀδικεῖν

Ayuntamiento de Madrid

ἀδικεῖν εἰ ἐκὼν παρ ἑκόντος ὁτιοῦν ἐωνήσατο. i. Non iuxta cæterorum morem captus amore lucri, nec arbitratus se nihil peccare, si uolens à uolente quiduis mercatus esset. Idem refert hanc sententiam tacito item autoris nomine, Ἑρμαῖον ὄγκος τῶν κακοήθων ἅπας ὑπεικτός. i. Lucrum est improborum, quisquis est humanus ac modestus. Bonorum enim lenitas, inuitat malorum audaciam. Refert & illud ex Damasceno ut apparet, ᾧ ἐδόκει ἑρμάιῳ ἐντετυχέναι, ὃ μοὶ συμπεπτύχῳ. id est, Videbatur sibi in hermæum incidisse, quisquis in me incederat. Recreat enim uiatorem, ubi dubius de uia repperit acernum Mercurij. Idem acernus dicitur λόφος ἑρμαῖος. id est, Tumulus siue collis Mercurialis. Philostratus in sophistis Hermæum appellat thesaurum in ædificio repertum, & aliàs pro insigni lucro fortè obiecto usurpat.

Filum neuisti, & acu opus est. V

Prouerbij faciem habet uersiculus ut apparet anapæsticus, quem Iulius Pollux lib. 10. refert ex Hermippi satis,

ῥάμμα ἐπέκλωσας, προσοδεῖ καὶ ῥαφίδος. id est,
Filum ductum est, opus est & acu.

Cum significamus non satis esse cœpisse, nisi pari industria perficias. Didicisti artem, superest exercitatio. Didicisti grammaticam, restat dialectica. Didicisti sacras literas, restat bona uita.

Caluus cum sis. VI

Gregorius theologus in epistola quadam ad Eustochium sophistam, quem lacessiuerat. καὶ δόλιε ὑπὸ σὲ παροιμίας σὲ ἰδιωτικῆς ἐπαιδεύθην φαλακρὸς ὢν κεῖ μὴ νυστάζειν ἀντιπρόσωπος, μηδὲ τὴν σφενδόνην κατ' ἐμαυτῆ, γλῶσσαν πρὸς τὸ κακῶς λέγειν ἑτοιμοτέραν. id est, Ac non saltem à prouerbio plebeio didicerim, cum sim caluus, non obuersa fronte obnuere arieti, neque uesparum nidum in me prouocare, nimirum linguam ad maledicendum quàm ad benedicendum promptiorem. De non irritandis crabronibus dictum est aliàs.

Argenteus puteus. VII

Φρέαρ ἀργυροῦν. id est, Argenteus puteus. Athenæus libro 11. indicat olim ingens poculum dici solitum puteum argenteum: nam cyathi pusilli erant. Sunt & hodie qui delectantur è profundis poculis haurire, atq; ut inquit ille, proluere labra, habentes in ore prouerbium, Multa aqua ori admota probe macerari barbam. Iocus est à tonsoribus, qui rasuri prius calida macerant barbam.

Malo asino uehitur. VIII

Quibus res sunt parum secundæ, mala asella uehi dicuntur, ἐπ' ὄνῳ πονηρᾷ ὀχούμενοι. Suidas ceu prouerbiale refert in dictione πονηρὸς. Felices enim eximijs equis insidere gaudent, quo celerius perueniant eò quò uolunt, nec inscite iacietur in hominem parum feliciter coniugatum.

Allium in retibus. IX

Σκόροδον ἐν δικτύοις. id est, Allium in retibus, de sordido commeatu dicebatur, hinc natum quòd Attici, quoties nauigationem, aut expeditionem adornabant, commercabantur allia, eaq; retibus imposita secum ferebant. Item in obsidionibus urbium in precio erat allium: unde illud citra nomenclaturam apud Suidam, ἀπόλλυμαι τὰ σκόροδα ποθούμενος. i. Perdo allia in obsidione. Thraces præcipue delectantur allijs, utpote calidis, cum regionem inhabitent frigidam. Quin & hodie nautarum deliciæ sunt allium, non ingratus & rusticorum cibus, utcunq; execratus Horatio. Locus erit adagio, si quem admoneas, ut philosophiæ studium aggressurus, paret sese ad frugalem uictum, ad uigilias ac labores, sine quibus non paratur eruditio, σκόροδον ἐν δικτύοις.

Sybaritici sermones. X

Συβαριτικοὶ λόγοι Hesychius narrat ἄκαιρον quempiam, Sybaritam opinor, apud Græcos summo studio incubuisse, ut orationis quoq; genus haberet lautum & opiparum: unde iocum prouerbialem ortum, ut oratio nitidior & accuratior Sybaritica diceretur. Ea solet carere fide, Nam ueritatis simplex ac breuis est oratio: talis enim solet hominis oratio esse qualis uita. In exemplo sunt Mœcenas & Apuleius, ille delicijs effœminatus, hic Afer & magus. De Sybaritarum apparatu dictum est in prouerbio, Sybaritica mensa.

Maturior moro. XI

Πεπαίτερος μόρου. De Hectore Aeschylus in Phrygibus ita loquitur apud Athenæum lib. 2.

ἀνὴρ δ' ἐκεῖνος ἦν πεπαίτερος μόρου. id est,
Porrò uir ille erat moro maturior.

Dici potest uel in hominem miti ingenio præditum, uel in mollem, uel in uehementer propensum ad aliquid, uelut in uirginem nupturientem. Addit ex Nicandro huius arboris fructum primum omnium apparere. Additur & huic arbori uellicatio, ad maturitatem. Opinor sici genus esse, cum scribitur per omicron, μόρον.

Flos cinis. XII

D. Augustinus libr. aduersus Petiliani literas 2. cap. 60. irridens quòd aduersarius iactaret, quòd suorum animabus impletum esset cœlum, corporum memoria terræ floruissent, respondit, Sanè de corporibus eorum multorum terrarum flores uidemus, sed sicut solet dici, flos cinis. Donatistæ suos qui sibi manus attulissent, quiue prouocassent alios ut ab eis occiderentur, ni mallent occidi, in numerum martyrum referebant, eorum monumenta frequentantes: unde flores illos cinerem uocat. Dici solitum uidetur in fugacitatem humanæ uitæ. Hodie floret iuuentus, cras erit in sepulchro. Et iuxta Prophetam, Omnis caro fœnum.

Homo semper contradicens. XIII

Galenus libr. quo refellit Iulianum, nescio quem calumniantem aphorismos Hippocratis, refert hanc sententiam, ut uulgò celebratam, δόλιον ὄντα ἀπειραντολογώτερον ἀνθρώπου i. Nihil est pertinacius ad contradicendum quàm homo. ἀπειραντολογία est uitium quo quis garriendi finem nescit facere. Conuenit in eos qui nunquàm fatentur se uictos. Hoc uitio maxime laborant stupidi & imperiti.

Insanire cum insanientibus. XIIII

Τοῖς μαινομένοις συμμαίνειν. id est, Cum insanientibus insanire dicebatur, qui se moribus quorumlibet attemperabat. Vsurpauit Galenus libro περὶ φυσικῶν δυνάμεων 1. Ἐπὶ δ' ἱκανῶς ἀδολεσχήσαμεν οὐκ ἐκόντες, ἀλλ' ὡς ἂ παροιμία φησὶ, μαινομένοις ἀναγκασθέντες συμμαίνειν, πάλιν ὑπὲρ τὴν τῶν οὔρων ἐπανέλθωμεν διάκρισιν. i. Postea quam satis nugati sumus haud sponte, sed iuxta prouerbium, coacti cum insanientibus insanire, rursus ad urinarum discretionem reuertamur.

Callipygos. XV

Καλλίπυγοι dicebantur eleganti forma præditæ. Athenæus libro 12. ad huiusmodi fabulam refert originem prouerbij. Duæ sorores rustici cuiusdam filiæ, de formæ præstantia inter se decertabant in uia publica. Accessit adolescens, qui formas admiratus, patri seni ostendit. Is maiorem præferens, eius amore captus est. Profectus in urbem, lecto cœpit decumbere. Morbi causam exposuit fratri natu minori. Is rus profectus, conspectis puellis, minoris amore correptus est. Pater uirginum collocat eas huius filijs, quas ciues ob insignem formam appellarunt καλλιπύγους. Harum opibus extructum est Veneri templum, quam & ipsam à puellis dixere καλλίπυγον. De quibus Cercidæ Scazontem citat,

ἦν καλλιπύγων ζεῦγος ἐν συρακόσαις. id est,
Par callipygôn quondam erat Syracusis.

Eosdem appellant θυγάτηρας, ut alibi diximus, in prouerbio λευκόπυγοι.

Quod

Ayuntamiento de Madrid

Quod uolumus sanctum est. XVI

D. Augustinus libro contra Cresconium grammaticum quarto. Non iam ut uetus prouerbium fertur, quod uolumus sanctum est, sed etiam quando uolumus, & quandiu uolumus. Alibi ni fallor, citat ex Ticonio Donatista. Est hemistichium carminis heroici. Genus hoc hominum hodie regnat in mundo, qui pietatem non exigunt ad Christi regulam, sed ad suos affectus, & quicquid uehementer amant, hoc uideri uolunt etiam sanctum, in rebus natura sceleratissimis sibi mire blandientes. Sanctum autumant gestare tale cingulum. quamobrem? quid paruo negotio cupiunt haberi pro sanctis. At neque sobrie, neque caste uolunt uiuere, nec iniurias perpeti. cur ita? quia durum est ac difficile.

Ne crepitu quidem digiti dignum. XVII

Athenæus libro 12. De Sardanapali epitaphio loquens, καὶ τελευτήσας ἀδάκτυλον ἢν (ὡς μυήματος τύπω τοῖς δακτυλοις, εἰς καταγέλωτ' ὅτι ἄξια τὰ τ' ἀνθρώπων πράγματα, ὃν ἄξια ὄντα λόγου δακτύλων. id est, Et mortuus declarat in monumenti statua digitis, quàm deridiculæ sint res hominum, ne digitorum quidem crepitu dignæ. Mox Aristobulus apud eundem indicat Sardanapali sepulchro impositam fuisse statuam, dextræ manus digitis ea specie compositis, qua solemus edere crepitum. Et gestus is, & prouerbium in hodiernum usque diem manet apud nostrates, cum aiunt, ne huius quidem facio.

Coriaceum auxilium. XVIII

Σκυτίνη ἐπικουρία. id est, Coriaceum siue Pelliceum auxilium apud Atticos infirmum & imbecille dicebatur. Refertur apud Hesychium. Athenæus libr. 12. indicat dictum in quendam Samyrionem macilentum, quod præter pellem nihil haberet. Apud eundem libro 13. Antiphanes philosophos macilentos notans, μετὰ σοφιστῶν τὰ λίαν λεπτῶν, ἀσίτων, σκυτίνων. id est, Cum sophistis per Iouem macilentis, impastis, pelliceis. Tales erant olim philosophi, & hodie sunt qui uultu tristes uendunt sanctimonias.

Tanagræus cetus. XIX

Obesum ac prægrandi corporis mole ταναγρικὸν κῆτος appellabant, à Tanagra Bœotiæ ciuitate, quam Homerus γραῖαν uocat, Lycophron Pœmandriam appellat maritimam, ad quam delatus cetus immani magnitudine prouerbio locum dedit. Refertur ab Athenæo libro 12.

Legatus non cæditur, neq; uiolatur. XX

Scholiastes in Iliados quartum refert hoc prouerbium, πρέσβυς ὁ τυπτόμενος οὐκ ὑβρίζεται. id est, Orator nec percutitur, nec uiolatur. Quod præconum genus olim habitum fuerit sacrum. Id iure gentium receptum est, ut legati publica fide ueniant & redeant inuiolati, etiam si perferant atrocia: quales olim erant feciales ac patres patrati. Nunc in medijs etiam bellis caduceatoribus parcitur. Deflecti poterit ad bene monentem, siue recta consulentem, siue concionantem libere. Legatus est, refert mandata sui principis, aut ait negotium publicum, non est fas illi uim admouere.

Herculani lecti. XXI

Ἡρακλεῖοι στρωμνά. id est, Herculani lecti dicebantur molles ac delicati. Testis est Athenæus libro 12. quod dictu mirum est, cum Cynici sibi uindicent Herculem, quemadmodum hodie Carmelitæ sibi uindicant prophetam Eliam. Sed is qui hæc loquitur apud Athenæum, hoc agit ut persuadeat Herculem mollem ac uoluptuariam egisse uitam: cæterum quæ de illius laboribus feruntur apud poëtas; mera esse figmenta. Sic homines blandiuntur suis uitijs.

Ἀποσκυθίσαι. XXII

Athenæus lib. 12. narrat, quòd Scythæ, cum multis calamitatibus premerentur, per luxum ac delicias omnibus populis quibus imperabant, detondebant comam: unde cæteri rasuram ignominiæ iudibriíq; causa factam, appellabant ἀποσκυθίσαι. Simile quiddam legimus 2. Reg. libr. cap. 10. Anon rasit dimidium barbæ seruis Dauid, præciditq; uestes usq; ad nates, ne mirum ignominiæ causa. Quæ res atrocis belli causa fuit. Conueuiet in quosdam asperis moribus, quibuscum uix quisquam habet commercium, nisi discedat cum ignominia.

Macilentior Leotrephide. XXIII

Λεπτότερον Λεωτρεφίδης ἢ Θαυμαντίδος. id est, Gracilius Leotrephide ac Thaumantide. Leotrephides insigni macilentiæ corporis conuicorum salibus locum dedit, in quem Hermippi uersus referuntur apud Athenæum lib. 12.

Θύουσιν ἤδη βοίδια
Λεωτρεφίδης λεπτότερα καὶ Θαυμαντίδος. id est,
Immolant nunc buccula
Exiliores Leotrephide ac Thaumantide.

Notatus est à multis & Cinesias poëta, procero, sed tam gracili corpore, ut corticibus arborum circuncinxerit ne inflecteretur, ob id ab Aristophane dictus φιλύρινος. Nobilitatus est & Philetæ poëtæ, qui globos plumbeos pedibus addebat, ne uentis abriperetur. Tanta erat corpusculi tenuitas. Congruet in homines exiles ac prætenues. Iucundius erit, si transferatur ad inopiam ingenij, aut dictionem aridam, iciunam & exanguem.

Cape nihil, & serua bene. XXIIII

Λάβε μηδέν καὶ κράτει καλῶς. id est, Cape nihil, & serua bene. Videtur in eos dictum, qui cum docent friuola, tamen inbent auditores menuisse. Galenus de Platonis & Hippocratis placitis libro 3. ὅτω γὰρ μόνως εἶναι πασθήσεται τὸ κατὰ τὴν παροιμίαν λεγόμενον ὑπάρχαν αὐτῇ, τὸ λάβε μηδέν καὶ κράτει καλῶς. id est, Siquidem hoc uno modo persuadebitur, quod adsit illi illud prouerbij, Cape nihil, & serua bene. Congruet in doctrinam inutilem ac falsam.

Μυσόβαι. XXV

Et hodie uulgò dicuntur μυσόβαι. id est, muscarum abactores, qui friuolis officijs cuipiam obseruiunt, quòd à Persarum delicijs natum indicat Athenæus libr. 11. qui in conuiuijs μυσόβας adhibebant, quod nunc apud Italos plebeium est. Et μυσοβᾶν est abigere muscas, quòd quadrabit etiam in illos qui tenere amant quempiam, ut minimo etiam illius incommodo offendantur, ut conueniat cum illo quod alibi retulimus ex Homero,

Ὡς ὅτε μάτηρ
Παιδὸς ἐεργῇ μιῆφι θοὸν κλέα λέξεται ὕπνῳ. id est,
Non secus atq; genitrix
Muscam arcet puero somno mulcente cubanti.

Miserior monomachis. XXVI

Non caret prouerbij specie quod ex Posidippo Comico refert Athenæus lib. 4. τῶ μονομαχέντων ἀθλιώτερος. i. Miserior his qui monomachiam exercent. Nam hi durissima lege committuntur, ut aut alter aut uterq; pereat. Carmen sic habet,

ὁ μὴ πεπλευκὼς ἀθλίως ἑώρακεν κακόν.
Τῶν μονομαχέντων ἐσμὲν ἀθλιώτεροι. id est,
Vidit mali nil, nauigandi qui est rudis,
Ipsis monomachis miseriores nos sumus.

Hos Latini uocabant gladiatores, quo spectaculo quum nihil possit immanius esse, tamen olim Romanis erat in delicijs. Lepidius fiet, si transferatur ad contentionem cum homine improbissimo susceptam, quasi pugnam dicas gladiatoriam.

Zenonium est & lentem coquere. XXVII

Timon Phliasius apud Athenæum libr. 4. καὶ Ζωνώνειον γε φανῆν ἑψῆν. id est, Zenonis est & lentem coquere. Zenon Stoicorum princeps fuit, qui docet sapientem omnia recte facere, nec

Ayuntamiento de Madrid

nec referre quid agat, sed in minimis pariter ac maximis sapientem esse sui similem. Ex quo consequitur, ad lenticulam recte coquendã opus esse sapiẽtia Zenonis. Natũ ex apophthegmate quod refert Diogenes Laërtius. Cum enim Zenon differeret sapientem omnia recte facere, quidam irridens obiecit, Igitur & lenticulam recte coquet. Zenon annuit, & collectionẽ approbauit. Serio licebit uti, cũ dicemus esse uiri boni etiã in rebus minutissimis sui similem esse: aut egregium artificem in quacunq; materia declarare qualis sit artifex.

Oliuam ne comedas. XXVIII

Chrysip. apud Athenæum lib. 10. in opere περὶ τ καλ, tradit huiusmodi sententiam, μήποτε ἐλαίαν ἔσθιε ἀκαλήφῃ ἔχων χειμῶν & ὥρᾳ. i. Ne quando comederis oleam, cum habeas urticam hyberno tempore. Opinor illũ sentire de herba, non de pisce. Nec usum adagij uideo, nisi si quando significabimus extremam uictus parsimoniam, ut nec urticæ quicquã adhibeatur condimenti. Mox subijcit, βολβοφακῶ uelut delicias, cibi genus ut Græca uox indicat ex bulbis & lenticula confectum. βολβοφακῶ, βαβαὶ, βαβαὶ. Vrtica calida est, sed minoris constat quàm oleũ. Subindicat autem æstluis mensibus nec oleo, nec urtica opus esse. Talis uictus decebat istos qui sibi uidentur Pauli & Antonij, luxu propiores Sardanapalo.

Olla lenticulam attigit. XXIX

Epicharmus apud Athenæum eo quem modo citauimus loco, χύτρα ὀ φακίας ἥψατο. Sed olla lenticulam attigit. Conueniet in eos qui uehementer propensi sunt ad aliquid, uelut huc nati, ut ultro nulla data occasione se conferant ad id quod appetunt. Olla fictilis uidetur amare lentem, ac ueluti ultro uenire ad lentem. Simile illi quod alibi retulimus, Ipsa olera olla legit, & equum in planiciem.

Qui non zelat. XXX

Diuus Augustinus aduersus Adimantum cap. 13. indicat uulgò iactatum, qui non zelat, non amat. Quod sanè & hodie fertur, cum negant illic esse amorem ubi non est zelotypia. Verum est ex amoris uehementia nasci zelotypiam, sed eadem interdum nascitur ex inopia mentis. Deus in arcanis literis zelotes dictus est, quòd solus amari uelit, nec patiatur quicquam amari præter ipsum, nisi ametur propter ipsum.

Lens deus. XXXI

Apud Athenæum libro 4. refertur hic trimeter, ut apparet prouerbialis.

Φακός σε δαίμων, καὶ φακὴ τύχη λάβοι. id est,

Te lens deus corripiat & fortuna lens.

Φακὸς dicitur lens cruda, φακὴ cocta, ut indicat Etymologus. Conueniet quoties eadem ad fastidium iterantur. Dæmon autem Græcis fortunam sonat, unde cacodæmones dicuntur infelices, & idem sonat τύχη, nec interest, nisi quod dæmon est mas, τύχη fœmina.

Trabs in omnibus. XXXII

Δοκὸς δ' ἐπὶ πᾶσι πέπτυκται. i. Trabs in omnibus facta est. Videtur hemistichium ex poëta quopiam, quo significatum est nihil esse tam certum quin obstet scrupulus, cogens nos ad exactiorem rei considerationem. De trabe in oculis meminit Euangelium. Porrò græca uox δόκ& anceps est ad trabem, quam δοκὸν malunt sonare, & ad considerationem, quàm δόκον. Notum est illud Socratis φρόντισον. i. sollicite considera. Diuerbium refert Galenus de differentijs pulsuum libr. 3. Translatum apparet ab aratione, quam difficilem reddit trabs subinde occurrens in aruo proscindendo.

Ex libro gubernatores. XXXIII

Galenus in libro quem conscripsit de suis libris, Αλλ' οἱ μὲ μαθόντες παρὰ διδασκάλοις, ὁμοιότες δὲ τ τὴν παροιμίαν, τοῖς δὲ βιβλίοις κυβερνήταις ταῦτα ζητοῦσι. id est, Cæterum qui non didicerunt sub præceptoribus, sed iuxta prouerbium similes sunt gubernatoribus è libro, istiusmodi quærunt. Idem libro De compositione pharmacorum tertio ὁμοίως τοῖς τ τὴν παροιμίαν λεγομένοις ἐκ βιβλίων κυβερνήταις. id est, Adsimilis ijs qui prouerbio dicuntur gubernatores è libro. De mutis magistris alibi dictum est.

Fractis auribus. XXXIIII

Galenus contra Thrasybulum, ὧν ἔστι τὰ θαυμαζόμενα ταυτὶ συγγράμματα, πᾶσι ὑπὸ τ τὰ ὦτα κατεαγόσιν περιφερόμενα. i. Quorum sunt admirandi isti libri, qui circunferuntur ab his qui fractas gerũt aures. De pugilib. ni fallor, sentit, qui postea facti medici scribunt libros: aut potius de libris imperitorum medicorum qui leguntur à pugilibus, qui solent habere laceras aures more suum, oculos sugillatos, totam faciem tuberibus notatam, ex arte quam exercent, Galenus enim crebro destomachatur in athletarum genus. Vsus est hoc adagio Plato in Gorgia, nec satis liquet quo sensu. Etenim cum Socrates dixisset se audire quòd Pericles reddidisset Athenienses deteriores, nimirum ignauos ac timidos, loquaces & auaros, ut qui primus mercenaria stipendia instituisset: Callicles respondet, τ τὰ ὦτα κατεαγότων ἀνδρῶν ταῦτα ὦ σώκρατες. i. Ab his qui aures habent fractas audis ista ô Socrates. Sentit opinor, de athletis & barbaris, quibus ignaui uidentur à militari ferocia alieni. Hanc coniecturam meam tantisper ualere uolo, dum aliquid adferatur exploratius. De perforatis auribus dictum est aliàs. Conueniet in hominem pugnacem, & ut notantem multos, ita notatum à nullis.

Coruus albus. XXXV

De rarís inuentu dixit Iuuenalis,

Coruo quoq; rarior albo.

Ammianus in epigrammate,

Θᾶττον ἴδῃς λευκὸν κόρακα πτερύγεσσί τε χηλώνας

Εὐρεῖαν. id est,

Aut albus coruus prius, aut testudo uolucris, Inuenietur.

Galenus lib. περὶ φυσικῶν δυνάμεων. primo, taxans Lycum quendam, qui nec Erasistratum sequeretur, nec ipse uerum adferret, ait, ὥστε ὁ λύκος & ὅτ' ἀληθῆ λέγων φάσκοι τις ἐρασιστράτῳ λευκῷ τοῦτον τὸν τ τὴν παροιμίαν ἔοικε κόραξι, μήτε αὐτοῖς τοῖς κόραξιν ἁρμόττειν δοκοῦντα μιγνύμενος διὰ τὴν χρόαν, μήτε ταῖς περιστεραῖς διὰ τὸ μέγεθος. id est, Itaq; Lycus dum palùm est eum neq; uera loqui, neq; eadem cum Erasistrato, similis uidetur albo coruo, qui nec ipsis coruis admisceri possit ob colorem, nec columbis ob magnitudinem. Conueniet in hominem sui ingenij, & alienum à sensu communi. Sunt enim quos pudet usquam cum quoquam consentire, quasi nihil uerum sit, nisi diuersum sit.

Asino fabulam. XXXVI

Galenus περὶ φυσικῶν δυνάμεων. lib. 3. τοῖς δ' ἄλλοις ὅτῳ γένοιτο τὸ γράμμα περιττὸν, ὡς ἂν καὶ μῦθον ὄνῳ τις λέγῃ. i. Reliquis uerò tam inutile fuerit scriptum, quàm si quis asino narret fabulam. Extat in Græcorum Collectaneis, ὄνῳ τις ἐλέγει μῦθον, ὁ δ' τὰ ὦτα ἐκίνει. id est, Asino quispiam narrabat fabulam, at ille mouebat aures. Ad hoc alluslt Galenus libro De differentia pulsuum 2. ἐπὶ τούτοις ὁ μὲν γέρων ὥσπερ ὄνος ἔσεισεν ἅπαξ τὰ ὦτα. id est, Ad hæc senex quidem ille, uelut asinus quatiebat auriculas, opinor, quòd non assentiretur. Existimo nobis de his aliàs dictum nonnihil.

Sub aliena arbore fructum. XXXVII

Ex aliena arbore fructum legere dicuntur, qui fruuntur aliorum laboribus. Ita Fabius apud Liuium lib. ab urb. cond. 10. Fabius, inquit, quam arborem conseruisset, sub ea legere alium fructum, indignum ducere. Finitimum est illi, Alienam messem metit.

Milium terebrare. XXXVIII

Κέγχρον τρυπᾶν. id est, Milium perforare dicuntur, qui in re difficili, sed prorsus inutili laborant. Galenus libro De præscientia, taxans sophistas, qui putant philosophiæ studium

uehemen-

Ayuntamiento de Madrid

uehementer inutile, ſic loquitur, Αλλ' ἁπάντων μαθημάτων ἀχρήσταλον τοῦτο νομίζουσιν, ὁμοίως ὡς κίγχρου ζυπᾶν. id eſt, Quin potius omnium diſciplinarum hoc exiſtimant inutiliſſimum, perinde, ut milium perterebrare. Sic enim arbitramur legendum, quum in æditis libris habeatur τὸ κίγχρου. id eſt, minutum leguminis genus, quod haud facile perterebres gemmarum more, quum perterebrati nullus ſit uſus. Simile ſtudium fuit illius, qui grana milij è longinquo mittebat per foramen acus.

Lanam in officinam fullonis. XXXIX

Qui præpoſtere rem gerunt, ueluti ſi quis Theologo committat puerum in grammaticis rudimentis inſtituendum, lanam in officinam fullonis ferre dicitur. Fullonum enim ars, non rudem lanam, ſed iam contextum pannum tractat. Galenus De differentia pulſuum lib. 2. Ὡς τις ἂν ἀκεραίως τούτοις ἐπιστῆναι βάλλεται, γεγυμνάσθαι πρότερον χρὴ περὶ τὰς κατηγορίας. τὸ γὰρ Αρκεσιλάου καλὸν, ὡς ἔοικεν, οὐκέτ' ἂν γναφεῖον φέροι. Τάξις γάρ ἐστιν ὥσπερ ἐρίων ἐργασίας, ὅτου μὴ μαθήματος διδασκαλίας. id eſt, Quod ſi quis exacte hæc uelit aſſequi, prius exercitatum eſſe oportuit circa prædicamenta. Nam ſcitum eſt, quod dixit Arceſilaus, nemo defert lanam in officinam fullonis. Quemadmodum enim eſt ordo in operandis lanis, ita eſt & in diſciplinis. Refert hunc inter Academicos Laërtius, qui ſolitus ſit non ferre eos qui liberales diſciplinas non ſuo tempore attingerent, ut ſi quis uelit diſcere poëticen, aut rhetoricen ignarus grammatices.

De fumo ad flammam. XL

Ammianus Marcellinus lib. 14. Vtq; ſolet manum iniectantibus fatis hebetari ſenſus hominum & obtundi, his illecebris ad meliorem expectationem erectus, egreſſuſq; Antiochiam, Meleto dictante, prorſus ire tendebat de fumo, ut prouerbium loquitur uetus, ad flammam. De eo dictum, qui ſe à rebus dubijs, in præſens exitium coniecit. Alibi retulimus ex Plauto, Flamma fumo eſt proxima.

Calicum remiges. XLI

Κυλίκων ἐρέται. id eſt, Calicum remiges dicti ſunt, qui aſſidue perpotarent, uinum pro remo ducentes. Ita Dionyſius cognomento æreus, apud Athenæum lib. 10. in Elegijs,

Κάπτιτες οἶνον ἄγοντες ἐν ἀρεσίᾳ Διονύσου
Συμποσίᾳ ναῦται καὶ κυλίκων ἐρέται. id eſt,
Si qui uina trahunt in remigio tibi Bacche
Potandi nautæ, remigium calicum.

Ingens poculum quaſi ſinus eſt, In hoc trahunt, non remis, ſed lingua: neque raro faciunt naufragium, iactura quum pecuniæ tum mentis.

Ab unguibus incipere. XLII

Ἐκ τῶν ὀνύχων ἄρχεσθαι, dicuntur, qui à leuiſſimis minimeq; ad rem pertinentibus ordiuntur. Ita Baſilius in epiſtola quadam, καταγέλαστόν ἐστιν, ὅταν τῶν ὀνύχων ἄρχεσθαι καὶ μὴ ἀπὸ τῶν αὐτῶν κεφαλῶν διαλέγεσθαι. id eſt, Ridiculum eſt ex unguibus initium ſumere, ac non potius cum ipſis illorum capitibus colloqui. Caput rei dicitur quod eſt illius præcipuum. Vſus erit quoties admonebimus, ut omiſſis parergis ac friuolis, agatur de cauſa. Aut ſi quis uelit emendare reipub. ſtatum, ordiatur à principibus potius quàm ab humilibus, qui non multum adferunt momenti, uel ad perniciem ciuitatis, uel ad ſalutem.

Muſcæ. XLIII

Μῦαι olim dicebantur qui delectabantur aliena menſa, quos Plautus muribus comparat ſemper alienum edentibus cibum. Apud Athenæum libro ſexto paraſitus quiſpiam ſe muſcæ confert,

Δαπτῶν ἄκλητος μῦα. id eſt,
Quod inuocatus cœnitare amo, muſca ſum.

Aduolat enim hoc inſectum ad cibum alienum, & ægre poteſt abigi. Apud eundem Hegeſander narrat, quum Alexander dixiſſet ſe morderi à muſcis, ſic uocabat paraſitos, iamq; conaretur illas abigere, Cineſias unus eius ordinis qui forte aderat, profecto aliæ muſcæ ſiticuloſæ magis urgebunt te ſemel guſtato tuo ſanguine. Extat apologus de erinacio, qui uoluit uulpi μυσόβους eſſe. Plautus in Mercatore deflexit ad hominem curioſum & ad omnia aduolantem. Muſca eſt meus pater. Nihil pote illum clam haberi, Nec ſacrum nec tam prophanum quicquam eſt, quin adſit ibi ilico.

Bæon malus piſcis. XLIIII

Athenæus lib. 7. teſtatur apud Atticos fuiſſe prouerbium. μή μοι βαιὼν κακὸς ἰχθύς. id eſt, Ne mihi Bæon piſcis nequam. Nec indicat uſum prouerbij, tantum oſtendit apud Epicharmum βάιονα dictum piſcem quendam: nomen inditum uidetur à breuitate. Laudantur enim magni piſces. Dicetur in hoſpitem ingratum ac molectum.

De ſportula cœnare. XLV

Athenæus lib. 8. Græci τὸ ἀπὸ σπυρίδος δεῖπνον, id eſt, Cœnam è ſportula proprie uocabant, quoties aliquis ſibi paraſſet cœnam, eaq; in ſportulam compoſita, iret apud alium cœnaturus. Quod genus & hodie durat inter homines frugi, qui nec grauari uolunt ſumptu, nec alios grauare. Lepidius erit, ſi transferatur ad eum, qui ſic adit diſcendi gratia, ut ipſe uiciſſim adferat quod doceat, ut fiat eruditionis permutatio.

Tibicen uapulat. XLVI

Eubulus apud Athenæum libro 19. ait fuiſſe morem, ſi quid peccaſſet coquus, tibicinem ſolere uapulare. Philyllius apud eundem,

Οτι ἂν τύχῃ
Μάγειρος ἀδικήσας τὸν αὐλητὴν λαβεῖν
Πληγάς. id eſt,
Quicquid coquus
Peccauerit, tibicen accipere ſolet
Plagas.

Proinde coquus quiſpiam apud eundem ait, ſe non rem priſcam, ſed ab ipſo inuentam narrare, ἵνα μὴ, inquit, ὁ αὐλητὴς πληγὰς λάβῃ. id eſt, Ne tibicen uapulet. Ob id opinor, quod coquos lædere tutum non ſit, iuxta ſententiam aliquanto poſt apud eundem citatam.

Οὐδεὶς μάγειρον ἀδικήσας, ἀδρὸς & διάφευγεν. id eſt,
Nullus homo Leſo indemnis euaſit coquo.

Quanquam Græcus uerſiculus non uſcat mendo.

Execrationes ſerere. XLVII

Ἀρὰς σπείρειν. id eſt, Execrationes ſerere, dicebantur qui diris deuouerent aliquem: inde natum quòd apud Cyprios eſſet ſolenne, quoties ſererent hordeum, addito ſale, deuouere quibus male uellent, Tantum Heſychius. Docet Plinius quædam non feliciter ſeri, niſi cum conuicijs. Eſſe etiam genus, quod terræ infoditur, ac pede compreſſa additur execratio, Ne unquam exeas. De Lindiorum ſacro diximus aliàs.

Aqua & terra reddamini. XLVIII

Ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε. id eſt,
In terram uertamini aquamq;.

Pro eo, quod eſt, rediguamini in nihilum ac pereatis. Hemiſtichium hoc ſic refertur ab Heſychio, quaſi prouerbio iactatum. Sumptum eſt autem ex Iliados. π. Nam his uerbis Menelaus increpat Græcorum ignauiam, quòd nullus auderet cum Hectore prouocante monomachiam ſuſcipere.

ἀλλ' ὑμᾶς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε.

Interpretatur Plutarchus in uita Homeri, & Alexander Aphrodiſeus lib. primo, problemate 77. reddit cauſam phyſicam quur ita locutus ſit Homerus. Ex terra & aqua gignuntur omnia, & in hæc reſoluuntur omnia. Ab hac forma non

Ayuntamiento de Madrid

abhorret, quod ex Epicharmo citat Plutarchus in consolatione ad Apollonium: σωικεῖθι καὶ διῳκείθη, καὶ ἀπῆλθεν ὅθεν ἦλθε πάλιν, γᾶ μὲν εἰς γᾶν, πνεῦμα δὲ ἄνω. τὸ δὲ χαλεπὸν; ὃ δὲ ἔφη. id est, concreta sunt, & discreta sunt, & abierunt rursum unde uenerant, terra quidem in terram, spiritus uero sursum. In his quid acerbum? nihil. loquitur de morte quæ est dissolutio corporis & animæ. M. Tullius lib. Tusculanarum quæstionum 3. citat ex Euripide,

Reddenda est terræ terra, tum uita omnibus
Metenda ut fruges, sic iubet necessitas.

Hanc sententiam Antiochus scribit placuisse Chrysippo, sed dissentiente Carneade. Eandem sententiam ἀνιγματικῶς protulit Ecclesiastes Hebræus. Denique Aristoteles Rhetoricorum lib. 2. subindicat, qui olim seruitutem profitebantur, eos terram & aquam domino tradere solitos, uelut omnium rerum ius abdicantes & in herum transferentes. καὶ ὅτι inquit, διδόναι γῆν καὶ ὕδωρ δουλεύειν ἐστί. id est, Et quod dare terram & aquam seruire est.

Mars communis. XLIX

Incertum ac uarium belli euentum notabant hoc dicto, ἄρης κοινός. id est, Mars communis. Sumptum est ex Homericæ Iliados Σ.

Ξυνὸς ἐνυάλιος καί τοι κταίοντα κατέκτα. id est,
Communis Mars, iniquum aequum perimit perimentem.

Quod dictum Aristoteles lib. Rhetor. 2. inter prouerbiales sententias commemorat. Rursum eodem libro,

Νίκη δ' ἀπαμείβεται ἄνδρας. id est,
Nunc his nunc illis contingit uincere.

Titus Liuius belli Punici lib. 10. Quum tuas uires, tum uim fortunæ, Martemq; belli communem propone animo: utrinq; ferrum corpora humana erant: nusquam minus quàm in bello euentus respondent. Rursus ab urb. cond. lib. 8. Quid illum facturum fuisse, si, quod belli casus ferunt Marsq; communis, aduersa pugna euenisset? Iterum eodem lib. Nostra certamina Romani non uerba legatorum, nec hominum quisquam disceptator, sed campus Campanus, in quo concurrendum est, & arma, & communis Mars belli decernet. Et in eodem aliàs. Ibi in concilijs Numitius imperator eorum, affirmando communem uere Martem belli utrunque aciem pari cæde prostrauisse, &c. Rursum lib. ab urb. cond. 7. Samnitium inquit, bellum ancipiti Marte gestum. Apud eundem frequens est, æquo Marte discessum est, quotles neutri parti cessit uictoria. M. Tull. Philippica 11. Sed ut concedam incertos exitus esse belli, Martem communem, tamen pro libertate, uitæ periculo decernendum. De Marte communi nonnihil attigimus in prouerbio, Omnium rerum uicissitudo. Porrò ἐνυάλιος Homero Mars dicitur, ab ἐνυὼ quam belli fortunam esse putant.

Lex in manibus. L

ἐν χειρῶν νόμῳ. id est, Lege manuum dicitur, quum res ui geritur, non ex præscripto legum. Aeschines contra Timarchum φυλακτέον ἡ τοῖς μὲν ὀλιγαρχικοῖς καὶ τοῖς τὴν ἄνισον πολιτείαν πολιτευομένοις, τοὺς ἐν χειρῶν νόμῳ τὰς πολιτείας καταλυοντας. id est, His uero qui sequuntur oligarchiam, & apud quos inæqualis est reipub. administratio, cauendi sunt qui lege quæ est in manibus stata, ciuitatis statum labefactant. Manuum legem appellat uiolentiam siue ius belli. Vsus est in hunc sensum Polybius Historiæ libro primo, τῶν ἡ πολεμίων ὅς ποτε κρατήσειε, τοὺς μὲν ἐν χειρῶν νόμῳ διέφθειρε, τοὺς ἡ ζωαγρίας πρὸς αὐτὸν εἰσαναχθέντας ὀπίσω ἔπεμπε τοῖς ἰδίοις. id est, Ex hostibus quoscunque deuicisset aliquando, alios uiolenta manu perimebat, eos uero qui uiui capti ad eum adducebantur, bestijs obijciebat. Rursus lib. 2. Ἐν ᾧ τούτῳ τῷ καιρῷ συνέβη γάϊον μὲν τὸν ὕπαλον παραβόλως ἀγωνιζόμενον, ἐν χειρῶν νόμῳ τελευτῆσαι τὸν βίον. id est, Per idem hoc tempus accidit, ut Caius consul dum audacius pugnat, manuum lege uitam finierit. De ἄντα κυβεία dictum est aliàs. Apud Plautum seruus quispiam minitatur se manu litem acturum.

Nil inanius quàm multa scire. LI

Apud Athenæum libro 13. Hippon, qui dictus est ἄθεος, citatur autor huius uersiculi,

Πολυμαθημοσύνης δὲ οὐ κρεῖσσον ἄλλο. id est,
Non aliud magè inane puta quàm plurima scire.

Citatur idem ex Timone,

Πολυμαθημοσύνης δὲ οὐ κρεῖσσον ἄλλο.

Conueniet in eos qui malunt multa discere quàm utilia. Hebræus Ecclesiastes non abhorret ab hac sententia: qui apponit scientiam, apponit & dolorem, & in multa scientia multa indignatio. Contra laudata est Hippiæ πολυμαθία.

Κύκλῳ περιέλκειν. LII

Qui arte circumagit quempiam, ut quum se putet aliquid egisse, nihil egerit, aut in idem recidat unde uolebat extricari, κύκλῳ περιέλκεσθαι dicitur. Ita Plato in Charmide ὦ μιαρὲ ἔφην ἐγώ, πάλαι μὲ περιέλκεις κύκλῳ ἀπαιρυπόμενον. id est, O scelerate inquam, iamdudum me in orbem circumagis non sentientem. Fit enim hoc arte sophistica, ut qui contra disputat, post assueret ambagibus circumactus quod prius negabat, aut contra. Metaphora ducta ab equis, qui circumacti, eò reducuntur, unde prius resiliebant pauidi. Similis ludus exercetur in Labyrinthis. Confine illi, In easdem ansas incidisti.

Iouis lac. LIII

Quod insigniter esset lautum in cibis, Iouis lac ueteres appellabant. Euripid. apud Athenæum lib. 14.

Καὶ τυρὸς ὀπίας ἔστι καὶ Διὸς γάλα. id est,
Est succulentus caseusq; & lac Iouis.

Apud eundem frequenter inter ciborum delicias commemoratur, Διὸς ἐγκέφαλος, de quo aliàs diximus. Persæ, si quid esset exquisite lautum, appellabant Διὸς ἢ βασιλέως ἐγκέφαλον. id est, Iouis & regis cerebrum, propterea quòd rex Persarum solet dare præmium honorarium, si quis nouum aliquod edulij genus reperisset. Clearchus apud eundem lib. 12. quanquam eadem, multis alijs uerbis commemorat. Videntur antiqui quicquid eximium uideri uolebant, Ioui tribuisse. Inde illud è Satyra,

Et Iouis auribus ista seruas.

Mæsonica dicteria. LIIII

Dicteria petulantius iacta, prisci Mæsonica uocabant, σκώμματα μαισωνικὰ, à Mæsone quodam histrione comœdiarum Megarensi, cuius inuentum est persona, quam à repertore, Græci μάσωνα uocabant: reperit enim personam famuli & coqui. Quin & ueteres Græci coquum urbanum μάσωνα uocabant, exterum τέττιγα. In comœdijs autem semper inducuntur coqui dicaces, præsertim apud Plautum. Id testatur Philemon alicubi,

Εφησ' ἄρρεν' οὐ μάγειρον εἰς τὴν οἰκίαν
ἔλαφ'. ἁπλῶς γὰρ συνίημι μὰ τοὺς θεούς
ὧν λέγει σωφρονῶ. id est,
Recepi in ædes non coquum, sed masculam
Sphingem, nihil enim per deos intelligo
Simpliciter, ex his quæ loquitur.

Conuenit cum Hipponacteo præconio.

Necessitas magistra. LV

Suidas ex Carchedonio citat hoc prouerbium,

Χρεία διδάσκει, κἂν ἄμουσος ᾖ, σοφόν. id est,
Catum è rudi reddit magistra necessitas.

Tempus, rerũ usus, ipsaq; necessitas excitat ingenium ad discendas artes. Idem indicat Græcorum sententia, σοφία πενίαν ἔλαχεν. & apud Aristophanem Penia iactat se artium

tium inuentricem. A' Perſio uenter dicitur magiſter artis ingenijſq; largitor. Et ut ait Q. Cur. Neceßitas ignauiam acuit.

Victus ſpinoſus. LVI

Βίος ἀκανθώδης. id eſt, Vita ſpinoſa, aſpera, dura, ac priſca, qualem agebant illi, quibus glandes erant loco placentarum. Suidas coniungit hoc Atticis prouerbijs, quibus mollem ac delicatam uitam declaramus, ueluti contrarium. Idem indicat eodem ſenſu dici, Βίον ἀβίωτον. id eſt, Vitam non uitalem, hoc eſt, triſtem & inſuauem. Nam Latinis interdum uiuere dicuntur, non qui ſpirant tantum, ſed qui genialiter uiuunt. Contra Græcis ἀβιότως ἔχειν dicuntur, quibus deſunt uitæ præſidia. Aeſchines aduerſus Timarchum ἀτιμῶν τοιαύτην γυναῖκα, καὶ τὸν βίον ἀβίωτον αὐτῇ παρασκευάζων. id eſt, Ignominia notans eiuſmodi mulierem, & uitam non uitalem reddens. Turpiter enim uiuere non eſt uiuere. Poteſt intelligi & de acciſis facultatibus. Idem in oratione περὶ τῆς παραπρεσβείας, ἀβίωτον εἶναί μοι τὸν λοιπὸν βίον νομίζω. id eſt, Reliquam uitam mihi non uiuendam exiſtimo, hoc eſt, infelicem & calamitoſam.

Beſtia beſtiam nouit. LVII

Ariſtoteles libro Rhetoricorum primo, Inter ſimilitudinis & affinitatis prouerbia refert & hoc,

ἔγνωκε λὰξ θὴρ θῆρα. id eſt,

Nouit profecto fera feram.

Videtur fragmentum iambici trimetri, utcunq; depranatum eſt apud Ariſtotelem. Θὴρ Græcis beſtia dicitur, ſed proprie fera aut noxia, quod genus ſunt apri, lupi & uiperæ. Vnde hominem moribus efferatis, ingenioq; agreſti, θηριώδη uocant. Congruet ubi conuenit inter duos pariter improbos. Simile illi, Furemq; fur cognouit, & lupum lupus.

Cæci præſcriptio. LVIII

Τυφλοῦ παραίλυσις. id eſt, Cæci iußio ſiue exhortatio, dicitur abſurda, quoties ipſe qui præſcribit non intelligit quid dicat. Socrates apud Platonem in Theæteto, redarguens abſurdam Theæteti præceptionem, iubentis, ut qui rectam haberent opinionem, rectæ opinioni aſſentirentur, confert illius orationem loro aut piſtillo circumuolubili, ſed rectius putat dicendum, Cæci iußionem, τυφλοῦ παραίλυσις ἂν καλοῖτο τὸ λεχθὲν τοιοῦτον. τὸ γὰρ ἃ ἔχομεν ταῦτα προσλαβεῖν κελεύειν, ἵνα μάθωμεν ἃ λοξάζομεν, πάνυ γενναίως ἔοικεν ἐπιστομίζειν. id eſt, Sed rectius cæci præceptio dicatur: ſiquidem iubere, ut ea quæ habemus accipiamus, ut diſcamus, ea quæ opinamur, planè conuenit homini inſigniter caliganti. Aliàs relatum eſt nobis illud Horatij. Cæcus uti ſi monſtret iter. Item, cæca ſpeculatio.

Ibyci equus. LIX

Ἴβυκος ἵππος. id eſt, Ibyci equus in iocum prouerbialem abijſſe uidetur, de ijs qui nolentes præter ætatem ac uires ad periculoſum negotium adigerentur. Dicti originem refert Plato in Parmenide. Ibyco poëtæ equus erat iam annoſus athleta, multis certaminibus detritus. Is quum ad certamen currui iungeretur, extimuit, uidelicet expertus eiuſmodi ludorũ aleam. Ridente populo Ibycus ſurgens, equus, inquit, domini ſimilis eſt, nã & ipſe iam ſenex ad amandũ compellor: equo ſuo ſeſe comparãs, quod ipſe non minus intempeſtiuus eſſet ad amores quàm uetulus equus ad certamen. Nam admonet hoc quoque Suidas, Ibycum uulgò male audiſſe ob aduleſcẽtulorum amorem. Hac imagine Parmenides queritur ſeſe ſenem adigi ad rerum difficillimarum explicationem. Huc alluſiſſe uidetur Horatius in Epiſtolis. Non eadem eſt ætas, non mens. &,

Solue ſeneſcentem mature ſanus equum, ne
Peccet ad extremum ridendus, & ilia ducat.

Portaſſe dum in hoc adagiorum piſtrino uerſor, uidebor alicui non multum diſſimilis equo Ibyci. De Ibyci gruibus dictum eſt aliàs.

In craſtinum ſeria. LX

Εἰς ἄνεσιν τὰ σαββατεῖα. id eſt, In craſtinum ſeria. Plutarchus in uita Pelopidæ narrat hanc uocem apud Græcos abiiſſe in prouerbium. Originem dedit Archias uir opulentus ac potens, ſed parum ſobrius. Huic inter conuiuium allata eſt epiſtola, qui pertulit, admonuit, ut ſtatim legeret: de ſerijs enim rebus ſcriptam eſſe. tum ille uino madidus, riſit, ἀκῦρον, inquit, εἰς ἄνεσιν τὰ σαββατεῖα. id eſt, In craſtinum igitur ſeria, ſtimulq; acceptam epiſtolam puluillo ſuppoſuit cui inſidebat, ac ſermonem cum Philida cœptum pergebat. Quin & hodie inciuile eſt in conuiuijs tractare ſeria. Apud Hollandos adoleſcens audiui fabulam non alienam ab hoc adagio. Quidam in conuiuio accumbebat igni uicinior, ita ut ima ueſtis adureretur. Id animaduertens è conuiuis quidam, habeo, inquit, quod tibi nunciem. tum alter, ſi quid, inquit, triſtius eſt, nolo audire in conuiuio, ubi conuenit feſtiua lætaq; eſſe omnia. Non eſt, inquit, admodum lætum. mox alter, poſt conuiuium, inquit, ſeria. ubi cœnatum eſſet hilariter, Nunc, inquit, dicito quicquid uoles. Oſtendit illi ueſtem à tergo enormiter aduſtam. Ibi ſtomachari cœpit quòd non admonuiſſet in tempore. Volebam, inquit, at tu uetabas, μετὰ δεῖπνον σαββατεῖα.

Cuniculis oppugnare. LXI

Ὑπονόμοις πολεμεῖν id eſt, Cuniculis bellare, dicitur qui non aperta ui, ſed diſſimulanter ac dolis rem gerit. Contra qui palàm agit quod agit, machinis agere dicitur. Caij Cæſaris potentia iam ad manifeſtam tyrannidem ſpectante, Catulus Luctatius uir ſummæ apud Romanos dignitatis, ſurgens in ſenatu ait, οὐκ ἔτι ὑπονόμοις Cæſar, ἀλλ' ἤδη μηχαναῖς ἀρεῖ τὴν πολιτείαν. id eſt, Cæſar non iam cuniculis, ſed machinis tollit rempub. Suffoßiones clàm fiunt, machinæ, hoc eſt, arietes, onagri, baliſtæ palàm admouentur. Dictum Plutarchus refert in uita Caij Cæſaris. Plus uenerís habebit, ſi ad res animi transferatur, ueluti ſi quis dicat malos genios interdum oppugnare nos machinis, cum palàm terrent aut illectant, interdum cuniculis, quoties falſa ſpecie pietatis imponunt obrepunt; incautis.

Exitij nulla ratio. LXII

Ὀλίδρα οὐδὲ λόγος. id eſt, Exitij nulla ratio. Refert Plutarchus in uita Eumenis. Is cum ſatagens rerum ſuarum ſuperiorem adiſſet Phrygiam, intra Celenas hybernauit: ubi quoniam reperit Alcetam, Polemonem & Docimum de imperio contra ipſum decertantes. τοῦτο γάρ ἔφη τὸ λεγόμενον, ὀλίδρα δὲ οὐδὲ λόγος. id eſt, Exitij nulla ratio. Sentiens opinor, cum imminet homini fatale exitium, deum adimere conſilium ac rationem. Apparet eſſe hemiſtichium carminis iambici ὀλίδρα δ' οὐδὲ λόγος. Huic affine eſt quod habet Quintilianus libro 5. De coniectura loquens. Præterea, inquit, cur potißimum illo loco, illo modo ſit aggreſſus: qui & ipſe diligentißime tractatur pro eodem locus, an etiam ſi nulla ratione ductus eſt, impetu raptus ſit & abſque ſententia. Nam uulgò dicitur, ſcelera non habere conſilium.

Qui lucerna egent, infundunt oleum. LXIII

Plutarchus in uita Periclis refert Anaxagoram Pericli in adminiſtranda republic. magno adiumento fuiſſe, uerum ubi iam grauaret ſenectus, & à Pericle publicis intento negocijs negligeretur, decreuerat inedia finire uitam. Id ubi reſciuit Pericles, accurrit ad ædes philoſophi, precibusq; & lacrymis conatus eſt illum ab inſtituto reuocare, idq; ſua ipſius cauſa magis quàm Anaxagoræ. at ille iam agens animam dixit, ὦ περίκλεις, οἱ μὲν λύχνῳ χρήσαντες, ἔλαιον ὑπιχέουσιν. id eſt, O Pericles, & quibus lucerna eſt opus, infundunt oleum: exprobrans illi neglectum amici unde non uulgarem capiebat utilitatem, cum qui egent lucerna, ob uſum qualemcunque curent illam, abſtergentes atq; infundentes oleum. Et quibus

Ayuntamiento de Madrid

opus est fructu, stercorant agrum.

In uentrem insilire. LXIIII

Ες τὴν γαστέρα ἐφάλλεσθαι. id est, In uentrem irrumpere dicitur, qui curam omnem ad cibum ac potum confert. Ita Plutarchus de Lucullo in ipsius uita. Ατε δὴ μὴ διατρικῶς μηδὲ στρατηλατικῶς λοιπὸν ἀλλὰ πολεμοῦντος, ἀλλὰ δὴ τοῦτο τὸ λεγόμενον ἐς τὴν γαστέρα ἐφαλλομένου, καὶ ὅπως ὑφαιρεθῇ τὴν τροφὴν ἅπαντα πραγματευομένου. id est, Vtpote cum Lucullus iam non palàm, neque ad ostentationem bellaret, sed quemadmodum dici solet, in uentrem impetum faceret, nihil non moliens ut hosti commeatum subtraberet. Non hic repetam quomodo locum hunc uertit Leonardus Iustinianus. Sunt quos non alia ratione melius uincas, quàm si uentrem impetas. Huius stratagematis exemplum edidit nobis ille non minus eruditione quàm stemmatis clarus Hermanus à noua aquila comes. A Dominicano quodam profectus erat præfatiuncula, quasi staret à Capnione, degenerans à maiorum suorum moribus ac pietate. Expostulauit cum maledico, minitans omnia, tanto magis ille ferociebat, tandem amici comitis hoc iniere consilium. Denunciarunt collegio, si maledicum abijcerent se cæteros sodales pro innoxijs habituros. Sin minus, in omnes uelle retorquere quòd omnium consensu maledicus ille fuisset ausus. Cum negligeretur denunciatio, missus est qui interdiceret ne quisquam ex eo sodalitio colligeret oua cæsósue in ditione comitis aut cognatorum illius. Neglectum est interdictũ, itum est ad Ooptochiam ac tyrologiam: sed posteaquàm irrumpentibus Comitis famulis ægre euasserunt, orta inter sodales seditione, Maledicus ad conditiones pacis coactus, Chirographo testatus est se comitem semper habuisse, & habere & habiturum esse pro docto, generoso & pio uiro. fassus est se illa scripsisse quæ objiciebantur, neque enim licebat inficiari quod per typographos erat euulgatum. At quæ scripserat in comitem, non competebant nisi in hominem degenerem ac impietatis fautorem. Itaque suo chirographo nihil aliud effecit, nisi ut maledicentiæ adiungeret scurrilem impudentiam. Hac tamen satisfactione uir animi generosissimi uereq; Christiani fuit contentus, me uehementer approbante. Duto huc respexisse Terentium, cum ait, pugnos in uentrem ingere. Nam parasiti nulla parte magis læsi possunt quàm uentre.

O domus Anti quàm dispari domino dominaris. LXV

Videtur & illud Ennij carmen prouerbijs asscribendum, quod refert M. Tullius Offic. libro primo, O domus antiqua quàm dispari domino dominaris. Id conueniet in disciplinam commutatam in peius eorum uitio qui successerunt. Veluti in domum, in urbem, in Academiam, in monasterium aut collegium ad peiora degenerans. Quanquam suspicor carmen Ennianum in codicibus esse uitiatum, legendum autem: O domus Anti, quàm dispari domino dominaris: ut notarit Antij successorem. iam quoniam in dispari prima syllaba natura longa est, sublato s, quod Ennius subinde facit: nisi forte pro Anti mauis Anci, aut Anni, quem Lucilius taxat alias: fit brevis. Itaque constat metrum. Scriba parum eruditus, putans antiquam unicam esse dictionem, mutauit antiqua. Alius nolens omittere quod erat in plerisque codicibus, adiecit quàm. Respexit huc M. Tullius Philippica secunda, O tecta ipsa misera quàm dispari domino, quanquam quomodo iste dominus? sed tamen quàm à dispari tenebantur.

Sortem & usuram persoluere. LXVI

Καὶ τὸν τόκον καὶ τὸ κεφάλαιον ἐκτίνειν dicuntur, qui serius quidem, sed grauius puniuntur, aut qui differunt uindictam, ut per occasionem lædant grauius. Nam prorogatione crescit usura. Dion libello περὶ τῆς ἀνίας. ὥσπερ τὰ θηρία πολλάκις ἠρεμοῦσι κοιμώμενα ἢ ἐμπεπλησμένα, τὴν μὲν φύσιν οὐκ ἀποβεβληκέναι τὴν αὐτῶν. παραπλησίως ἡ καὶ οἱ πόνοι χρόνον τινὰ ὅταν ἐκλαβωσιν, ἔπειτα συμβάσεως προφάσεως, καὶ τόκον φασὶ καὶ τὸ κεφάλαιον, τὴν πονηρίας ἐκτίνυσι. id est, Quemadmodum noxiæ bestiæ sæpenumero quietem agunt, siue cum dormiunt, siue cum cibo expletæ sunt, quanquam naturam interim suam non exuerunt. Similiter & illi ad tempus aliquod non læserunt, at ubi se dederit occasio, & usuram, ut aiunt, & sortem maliciæ persoluunt.

Ad incitas. LXVII

Quos urgeret extrema necessitas, his res dicebatur ad incitas redisse. Plautus in Trinummo. Hem nunc hic cuius est, subaudi ager, ut ad incitas redactus, id est ad extremam inopiam. Idem in Penulo. Tace modo, profectò ad incitas lenonem redigent, si eas abduxerit: quin potius disperibit fixo, quàm unum calcem ciuerit. Sed haud scio an hic legendum sit, unum calcum ciuerit. Nonius Marcellus admonet incitam dici egestatem. & uerũ dicit, sed non absq; tropo. Nam in his duobus locis quæ retulit è Plauto, extremam quidem inopiam significat, at non statim ubicunque ponuntur incitæ, significatur egestas. Lucilius incita dixisse uidetur in neutro genere. Illud ad incita cum redit atque interneciones. Item, Commanducatus corrupit ad incita adegit. At Isidorus libro 18. usurpauit genere masculino. Calculi, inquiens, partim ordine mouentur, partim uagi, qui uero moueri omnino non possunt inciti dicuntur. Cio, moueo est, inciti quasi immobiles, quos Græci dicerent ἀκινήτους. Satis liquet prouerbium ductum à lusu calculorum, in quo erant certæ lineæ ad quas reductus calculus moueri iam non posset. Quadrabit & in eos qui confutati manifestis argumentis, non habent quod respondeant, quòd dialectici uocant metam Silentij.

Centro & spacio circumscripta. LXVIII

Plutarchus in præceptis ciuilibus, ἂν δὲ ἡ τὰ τῆ οὐσίας μέτρια, καὶ κέντρῳ καὶ διαβήματι τινὶ γραφόμενα πρὸς τὴν χρείαν. id est, Quòd si facultates modicæ fuerint, & centro & spacio circumscriptæ ad usum. Sentit fortunas tam angustas, ut nisi certa dimensione dispensentur, non sint ad necessarios usus sufficturæ. Veluti qui supputatione facta quantum habeant annui census, subducunt quantum quoque mense, quaque hebdomade, quoque die possint impendere. Quod si hospitis aduentus, aut similis casus fecerit sumptus paulo largiores, id sequentium dierum parsimonia sarcitur, ne non constet ratio. Idem de futili loquacitate docet responsionem esse κέντρῳ καὶ διαβήματι circunscribendam, ne quid respondeatur ultra quàm requirit percontatio. Quidam enim de uno interrogati, respondent de pluribus. Metaphora translata est, à circulo qui fit circino circunducto: in medio, centrum est immobile, hinc spacium undique æquale ad lineam obeuntem. Vnde & circumscripta dicuntur, quæ certis finibus continentur.

Roscius. LXIX

Roscius histrio tam erat felix in agendis fabulis, ut quisquis in arte quapiam insignis esset, Roscius uocaretur. Id indicat M. Tullius lib. De oratore 1. Itaque hoc est iam diu consequutus, ut in quo quisq; artificio excelleret, is in suo genere Roscius diceretur. Idem in 2. De oratore. Soleo sæpe mirari eorum impudentiam qui agunt in scena, gestum spectante Roscio. Quis enim se commouere potest, cuius ille uitia non uideat. Rursus in Bruto. Et in scena Roscium esse intelligat. Hic est ille Roscius Ciceronis concertator, quem ornauit hoc elogio, ut diceret Virum fuisse tam bonum, ut unus indignus esset qui in scenam prodiret, & eundem tam præclarum artificem, ut solus dignus esset qui in scena uersaretur. Eodem igitur tropo quo uehementer in consilijs callidum Dædalum uocamus,

Ayuntamiento de Madrid

mus, in laboribus patientem Herculem, in diſputando inuictum Achillem, in iudicando Ariſtarchum, patronum in cauſis agendis egregie dextrum, Roſcium licebit appellare.

Philoteſius crater. LXX

Κρατὴρ φιλοτησίου dicitur, quo in conuiuijs conciliantur amicitiæ, qui mos etiamnum durat apud Germanos, quibus turpiſſimum eſt, poſt acceptum Philoteſium poculum, ueterum offenſarum quamuis capitalium meminiſſe, ne iudices quidem admitterent actionem iniuriarum. Plutarchus in comment. De fortuna Alexandri, qui Barbaros armis, Græcos ciuilibus inſtitutis conabatur ad humaniorem ac ſanctiorem uitæ rationem adducere, ὥσπερ, inquit, ἐν κρατῆρι φιλοτησίῳ μίξας τὸν βίον, καὶ τὰ ἤθη, καὶ τοὺς γάμους καὶ διαίτας. id eſt, Velut in philoteſio poculo miſcens uitas, mores, coniugia, ac uiuendi rationes. Apud Plautum in Pſeudolo, ſeruus ebrius dijs proximum putat, manu cădida cantharum dulciſſrum propinare mitiſſimam amicitiam. Heſychius indicat hanc φιλοτησίαν ſolere adhiberi poſt cœnam, cum in ſignum amicitiæ ex eodem poculo de eodem uino bibunt omnes. Qui mos apud nos nondum exoleuit, ſed rarior eſt ob metum nouæ lepræ, qua plerique laborant. Aſconius Pedianus in actionem aduerſus Verrem tertiam, putat hoc eſſe quod M. Tullius criminatur Verrem cum ſuis potaſſe more Græco. Nam uulgus exiſtimat illos Græco more bibere, qui largius ac cyathis grandioribus bibunt. At ipſe magis probat, ut intelligamus eos Græco more bibere, qui merum bibunt. Id autem ſolent facere Græci, ut cum in conuiuio libant, primum ſalutent deos paululum è cyatho profundentes, dein amicos ſuos: totiesq; bibunt merum, quoties deos aut charos ſuos nominatim uocant. Ita ferme Pedianus. Quidam putant hunc craterem etiam ἀγαθοδαίμονα appellari.

Cithara incitat ad bellum. LXXI

Plutarchus lib. De fortuna Alexandri 2. declarat hunc ueterem cubum apud Lacedæmonios ſolere decantari,

ἥκει γὰρ ἄντα τοῦ σιδήρου τὸ καλῶς κιθαρίζειν. id eſt,
Vergit ad lætale ferrum, lepide cithara canere,

Quo ſignificabant certis citharæ modis ſedari motus animorum, alijs addi uigorem ad prælium. Cum Alexander audiſſet Antigenidam tibia modos incinentem, qui uocantur Harmatij, adeo inflammatus eſt, ut ſimul cum armis exurgens manus iniecerit in proxime aſſidentes.

Bathyclis poculum. LXXII

Βαθυκλέους κύλιξ. id eſt, Bathyclis calix, dictum uidetur in eos qui diuitijs ſuis ſoli fruuntur, nemini quicquam impartientes. Apud Plutarchum in conuiuio ſeptem ſapientum Ardalus quidam ſic alloquitur Aeſopum. Tu nunquam huc tranſmittes poculum ad nos, cum uideas iſtos tunquam Bathyclis calicem inter ſeſe tranſmittere, cæterum alij nemini impartientes. Cui reſpondet Aeſopus. At ne hoc quidem poculum eſt publicum. Siquidem uni Soloni iamdudum aſtat. Bathycles Græcis ſonat profundæ gloriæ, quo nomine uidetur fuiſſe quiſpiam dines ſibi uiuens, ſibiq; bibens.

Lunæ radijs non maturescit botrus. LXXIII

Plutarchus hunc Ionis ſenarium ceu prouerbialem adfert, diſſerens quòd luna, quoniam radios habet imbecilliores quàm ſol, excitare poſſit humores, concoquere non poſſit.

Μέλας γὰρ αὐταῖς ὁ τρύγας βότρυς. id eſt,
Neque enim his niger maturus efficitur botrus.

Conuenit in eos qui conantur quod ob defectum uirium non queunt perficere. Refert idem in comment. De facie apparente in orbe lunæ. Accedet plus ueneris, ſi uolentes ſignificare diſciplinas humanas non præſtare felicitatem, dicamus μέλας γὰρ αὐταῖς ὁ τρύγας βότρυς. In αὐταῖς ſubaudiendum eſt ἀκτῖσιν. id eſt, radijs.

Calliæ defluunt pennæ. LXXIIII

Callias apud Græcos quiſpiam fuit, qui per luxum ac libidinem patrimonium abligurierat. In eum uulgaris iocus extitit, Καλλίας πτερορρυεῖ. id eſt, Callia defluunt pennæ. Solet enim hoc interdum auibus accidere, uel morbo, uel certis anni temporibus. Quemadmodum & quadrupedibus quibuſdam mutantur pili aut uili. Vnde & deplumati dicuntur ac detonſi, qui facultatibus exuti ſunt. Hoc uerbum πτερορρυεῖν frequenter per iocum uſurpatur apud Ariſtophanem in Auibus.

Ἐν πλάτῃ. LXXV

Ἐν πλάτῃ dictum, accipiendum interpretantur Græci, cum paululum ultra præſcriptum ſignificant eſſe concedendum, præſertim in his quæ ſunt humanitatis. Veluti ſi quis pollicitus ſolutionem ad diem auguſti decimum, reddat poſtridie. Iulianus Pandect. libro 46. titu. De ſolut. & liber. cap. Ratum autem dominus habere debet, mox quum primum certior factus eſt, ſed hoc ἐν πλάτῃ, & cum quodam ſpatio temporis accipi debet. Et hunc Iuliani locum citat Vlpianus, eodem libro tit. Rem ratam haberi, cap. Quo enim. Rurſus lib. 13. tit. De conditione triticiaria, cap. in hac actione. Verius eſt, inquit, quod Seruius ait, condemnationis tempus ſpectandum: ſi uero deſierit eſſe in rebus humanis, mortis tempus. Sed etiam ἐν πλάτῃ ſecundum Celſum erit ſpectandum. Non enim debet breuiſſimum uitæ tempus æſtimari. Iterum libro 22. titul. De probationibus, capit. 28. Nec hoc quæritur, num aliquis meminerit quo die, aut quo conſule factum ſit, ſed num hoc aliquo pacto probari poſſit, quando id opus factum ſit: & hoc Græci ἐν πλάτῃ dicere ſolent, & cætera. Hactenus Pandectæ. Verum illud ἐν πλάτῃ, non norunt Caletij, qui ad horam undecimam iuſſi claudere portas ciuitatis, ſtatim ad primum nolæ ictum occludunt, repulſis & qui foris ſtant, & qui egredi cupiunt, utriſque portæ proximis. Cum denunciatur anathema qui ad diem præſcriptum non ſoluerint, liberantur à fulmine, ſi ab eo die intra decimumquartum liberarint fidem ſuam. Hæc ad iuris æquitatem pertinent.

Per Satyram. LXXVI

Variarum rerum mixturam ſparſim nulloq; ordine congeſtarum ueteres Satyram appellabant. Apparet uocem primum deductam à laſciuia Satyrorum, temere nunc huc, nunc illuc ſalientium. Hinc deflexa eſt ad cibi genus, quod ex diuerſis herbarum formis conflatum eſt: præterea ad lancem uarijs rerum generibus onuſtam, quæ ſic dijs offerebatur, non diſſimilis illi poculo quod Græci πενταπλοῦν, à quincuplici rerum differentia, ſiue κρᾶσιν & à mixtura uocabant, de quo nobis ſuprà dictum eſt. Feſtus ait Saturam ſiue Satyram dici cibum uarijs rerum generibus conditum, aut legem alijs multis conſertam legibus, itaq; in ſanctione legum aſſcribi ſolere, neue per Satyram derogato aut abrogato, cum ſignificant totam legem eſſe ſeruandam. Citat Annium Luſcum ex oratione quam habuit aduerſus Tyberium Gracchum: Imperium quod plebs per Satyram dederat, id abrogatum eſt. Citat & C. Lelium ex ea quam pro ſe dixit. Poſtero die quaſi per Satyram legem ſententijs exquiſitis, in deditionem accipitur. Legem Satyram interpretătur, quæ eadem multas res complectitur, quemadmodum Iugurtha acceptus eſt in deditionem, ſed multis præſcriptis conditionibus, ut XXX. daret elephantos, pecus atq; equos multos, cum magno argenti pondere. Vſus eſt hoc adagio Iuſtinianus in præfatione Pandect. Et primo quidem, inquit, anno hoc opus tradebatur legentibus, non ſecundum edicti perpetui ordinationem, ſed paſſim & quaſi per Satyram collectum, & utile cum inutilibus permixtum, maxima autem parte inutilibus deputatis. Itidem Saluſtius in bello Iugurthino. Quaſi per Satyram ſententijs exquiſitis in deditionem accipitur. Hæc Saluſtius dicit de Iugurtha, nec

Ayuntamiento de Madrid

ſunt in cuiuſquam oratione, nec ibi quiſquam aderat Lelius: unde neceſſe eſt locum apud Feſtum eſſe mutilum. Verba Lelij ſunt omiſſa, ſimul cum nomenclatura Saluſtij.

Ne præceps fueris ad iurandum. LXXVII

Nonnullis haud uulgariter eruditis uidetur & hoc adagijs annumerandum, quod refert Vlpianus lib. Pandect. 12. cap. 13. tit. De iureiurando, circa finem. Si quis, inquit, iurauerit in re pecuniaria per genium principis, dare ſe non oportere, uel intra certum tempus, & peierauerit, uel ſi dare oportere, uel intra certum tempus iurauerit ſe ſoluturum, nec ſolueritt, Imperator noſter cum patre reſcripſit, fuſtibus caſtigatum dimittere, & ita ei ſuperindici προπετὼς μὴ ὄμνυε. id eſt, Ne fueris ad iurandum præceps. Habebit prouerbij ſpeciem, ſi quis hominem poſt acceptum malum admoneat, προπετὼς μὴ ὄμνυε.

Ex ſyngrapha agere. LXXVIII

Sunt & illæ formæ à iuriſconſultis ductæ uerſæ in prouerbium. Ex ſyngrapha agere, obſignatis tabulis agere, pro eo quod eſt, rigide parumq; ciuiliter, ſed uelut ex obligatione. Cicero pro Murena: pergitis ne uos tanquam ex ſyngrapha agere cum populo? Syngrapha Latinis ſonat conſcriptionem, quòd utriuſque manu conſcripta utriſque partibus tradi ſolebat: & in hoc ſyngraphæ differunt à tabulis, quòd tabulæ ab una parte tantum ſeruari conſueuerint. A chirographo, tabulis codicillis differt Syngrapha, quòd in illis non ſcribantur niſi acta, in hac etiam contra fidem actionis pactio uenit, & non numerata pecunia, aut non integre numerata pro temporaria uoluntate hominum ſcribi ſolet. Ita propemodum Aſconius Pedianus in Verrinarum tertiam.

Iniuria ſoluit amorem. LXXIX

In Græcorum Epigrammatibus prouerbij titulo citatur ὕβρις ἔρωτας ἔλυσε. id eſt, Iniuria ſiue contumelia ſoluit amores, quòd contemptus amor plerunque uertitur in iram, ira in odium. Sic in comœdia Phædria, Excluſit, reuocat, redeam?

Non ſi me obſecret. Item Horat.
Nam ſi quid in Flacco uiri eſt,
Non feret aſſiduas potiori te dare noctes,
Et quæret iratus parem.
Nec ſemel offenſæ cædet conſtantia formæ,
Si certus intrarit dolor.

In epigrammate queritur amans hoc dictum falſo iactari uulgò, quòd ipſe ab amica excluſus non ſine conuicio, cum iuraſſet ſe toto anno non rediturum ad illam, poſtridie diluculo ſupplex ad eam redierit. Carmen ſic habet,

ὕβρις ἔρωτας ἔλυσε, μάτην ὅδε μῦθος ἀλᾶται,
ὕβρις ἐμὴν ἐρίθηλ μᾶλλον ἐρωμανίην. id eſt,
Falſum eſt quod iactant, iniuria ſoluit amores,
Morbum quippe meum prouocat illa magis.

In genere tamen uerum eſt officijs mutuis ali benenolentiam, iniurijs extingui.

Diſerte ſaltare. LXXX

Cornu. Tacitus in dialogo De oratoribus, ſignificat hoc conuicium fuiſſe uulgò iactatum in oratores ſuorum temporum, qui laſciuia uerborum & leuitate ſententiarum licentiaq; compoſitionis hiſtrionales modos exprimebant, atque adeo laudis, & gloriæ, ingenijq; loco iactabant, ſaltari cantariq; commentarios ſuos, oratores temere dicere, hiſtriones diſerte ſaltare. Argutia dicti in hoc ſita eſt: oratores hiſtrionice dicebant, quòd illis erat indecorum, hiſtriones ad oratorum actionem ſeſe accommodabant: ita factum eſt, ut illi peius dicerent, hi ſaltarent melius. Hiſtrionum eſt ſaltare, oratorum dicere, quod qui perite faciunt, diſerti uocantur. Iocus autem duo diuerſa coniunxit.

Quod pulchrum, idem amicum. LXXXI

Τὸ καλὸν φίλον. id eſt, Quod pulchrum, amicum. Inter prouerbia conciliantium amicitiam, refertur & hoc apud Platonem in Lyſide, καὶ πανδημεὶ κατὰ τὴν ἀρχαίαν παροιμίαν, τὸ καλὸν φίλον εἶναι. id eſt, Ac propemodum apparet iuxta uetus prouerbium, quod pulchrum eſt, amicum eſſe. Qui commodi gratia amat, non amat uere, ſed quod pulchrum eſt, per ſe amatur. Vnde Ariſtoteles, percontanti qui fieret ut libentius colloqueremur cum formoſis quàm cum deformibus, reſpondit, eam percontationem eſſe cæcorum. Nihil autem uirtute pulchrius, eoq; nec amabilius quicquam.

Mortuo leoni & lepores inſultant. LXXXII

Extat epigramma Græcum, cuius argumentum ſumptum eſt ex Homericæ Iliados χ. ubi Hectorem ab Achille iam interfectum circunſiſtunt Græci mortuo inſultantes, nec quiſquam erat qui extincto non aliquod uulnus infligeret. Sic enim habet Homerus,

ἄλλοι δ' περίδραμον υἷες ἀχαιῶν,
Οἳ καὶ θνήσαντος φυὴν καὶ εἶδος ἄγητὸν
Ἕκτορος, ἀλλ' ἆρα οἵ τις ἀνατιτύσκετο παρεῖσιν. id eſt,
At reliqui accurrunt Graij, cinguntq; cadauer
Hectoris, eximiam ſpeciem formamq; ſtupentes.
Nec tamen abſtitit exanimi ſine uulnere quiſquam.

Ac paulo poſt:

ὡς ἄρα τις εἶπεσκε, καὶ οὐτήσασκε παραϛάς. id eſt,
Dixerat hoc aliquis, ſimul & uulnus dedit aſtans.

Epigramma ſic habet,

Βάλλετε νῦν μετὰ πότμον ἐμὸν δέμας, ὅττι καὶ αὐτοὶ
Νικηθὲν σῶμα λέοντος ἐφυβρίζουσι λαγωοί. id eſt,
Nunc telis petitote meum poſt fata cadauer,
Audet uel lepus exanimi inſultare leoni.

Dictum eſt aliàs de his qui mordent mortuos, cum lacrimis luctantur, & cum umbris depugnant.

Lingua non redarguta. LXXXIII

Plato in Theæteto, Ἀτὰρ ὡς ἔοικεν ἐὰν ὅτι ὀρθῶς, δεξαίμεθα τι ξυμβήσεται. ἢ μὰν γλῶττα ἀνέλεγκτος ἡμῖν ἔσται, ἢ δὲ φρὴν οὐκ ἀνέλεγκτος. id eſt, At ut uidetur ſi poſſe reſponderis, Euripideum quiddam nobis accidet, lingua quidem nobis erit irredarguta, mens autem non erit irredarguta. In eos quadrat qui rationibus conuicti, non cedunt tamen, ſed tergiuerſantur, reclamantes aduerſus ſuam ipſorum conſcientiam.

Pugno tenere. LXXXIIII

ἀπείρξ τῶν χειρῶν λαβέσθαι. id eſt, Pugno ſtringere dicitur, quod ipſo contactu ſentitur. Sic Plato in Theæteto, ὅτι δέδοκεν ἄλλο εἰδέναι εἶναι, ἢ ὃ ἂν διώνται ἀπείρξ τῶν χειρῶν λαβέσθαι. id eſt, Qui nihil eſſe putant, quicquid non poſſint ſtrictum manibus apprehendere. Loquitur de his qui non exiſtimant quicquam eſſe in rerum natura præter res corporeas, & ſenſibus expoſitas: actiones, generationes, & huius generis alia quæ intellectu, non ſenſibus percipiuntur, exiſtimant eſſe inania uocabula. Talis uiſus eſt Platoni Diogenes, qui dicebat ſe cyathos & menſas uidere, cyatheitates ac menſeitates quas Plato commemorabat, non uidere. Sed uiciſſim audiuit, Nimirum oculos quibus cyathi & menſæ uidentur, habes: mentem qua cyatheitates ac menſeitates cernuntur, non habes. Tam craſſum ingeniorum genus Plato ueluti prophanum à philoſophiæ myſterijs iubet arceri. Verius enim ſunt quæ non uidentur, quàm quæ uidentur: & certius ea ſcimus quæ ratione colligimus, quàm quæ manibus contrectamus. ſenſus enim iudicium fallax eſt.

Haud ſolide. LXXXV

Οὐ παγίως. id eſt, Haud firmiter, Plato in Theæteto, miror quamobrem prouerbij loco retulerit, niſi forte ob metaphoram duriuſculam παγίως, addidit ὡς φασιν. Agit enim illic Socrates de his quæ ſuapte natura firma non ſunt, ſed alijs adhæren

Ayuntamiento de Madrid

hærentia reciprocis motibus uariantur, ut sint aut non sint, uelut album & nigrum, agens & patiens: locus sic habet. καὶ πάντα τὸν αὐτὸν τρόπον ὑποληπτέον, αὐτὸ μὲν καθ' αὑτὸ μηδὲν εἶναι, ὃ δὴ καὶ τότε ἐλέγομεν. ἓν δὲ τῷ πρὸς ἄλληλα ὁμιλίᾳ πάντα γίγνεσθαι καὶ πανταχοῦ ἀπὸ τῆς κινήσεως. ἐπεὶ καὶ τὸ ποιοῦν εἶναί τι καὶ τὸ πάσχον αὐτῶν, ὅτι ἐνδέχεται, ὡς φασιν, ἕκαστα εἶναι πρὸς. *id est, Atque ad eundem modum de reliquis sentiendum est, unumquodq; per se nihil esse, quod sanè ego & tu dicebamus, sed in mutuo inter se congressu omnia fieri, & omnifaria, uidelicet à motu. Quandoquidem & agens esse aliquid, & patiens, unumquodque per se intelligere, sicut aiunt, solide non possumus. Aristoteles lib. Rhet. 2. ait, senes ob rerum experientiam semper addubitare, neque quicquam asseuerare, sed omnibus dictis addere,* ἴσως καὶ τάχα. *id est, fortè & forsitan.* πάγιον ἢ οὐδέν. *id est, nihil fixe.* πάγιον *Græcis dicitur quod compactum est, à* πήγω *quod est figo siue compingo. Inde* πάγιον *pro solide & certò. Accidentia quodammodo fluunt. Substantia solida est: & eorum quæ dicuntur ad aliquid, ratio pendet aliunde: patris enim ratio perit patri, si mortatur filius, cum nihilo secius subsistat patris substantia. Quin & Latinis res soli dicuntur, bona immobilia: & à solo solidum dicitur quod integrum est & compactum, Id Osci solum uocant pro toto. Iuuenalis, Nobilitas sola est atque unica uirtus. Sic hanc uocem frequenter usurpat diuus Hieronymus. Hinc Sextus Pompeius Festus, dicta putat soli ferrea tela, quæ totà ferrea sunt: & hominem solertem, quòd omnes artes calleat. Et solenne, quòd omnibus annis fit, indidem & terram solum dicimus, quòd fixa sit & compacta, non profluens aëris & aquarum more. Huic contrarium est quod habet M. Tullius libro De finibus 2. Quæ dici eadem de cæteris uirtutibus possent, quarum omnium fundamenta uos in una uoluptate tanquam in aquis ponitis. Vox à Græcis deducta uidetur, ὅλον, & aspiratione uersa in s, solum.*

Aut abi, aut exuere. LXXXVI

Plato in Theæteto significat apud Lacedæmonios hunc fuisse morem, ut in publicis certaminibus neminem cogerent ad congressum, sed legem edicebant ἢ ἀπιέναι, ἢ ἀποδύεσθαι, *id est, aut abire aut exui. Græcis autem* ἀποδύεσθαι *dicuntur, qui se parant certamini quod campestriati luctarentur olim, cætera nudi. unde hæc ipsa uox* ἀποδύεσθαι *quoties transfertur ad rem animi, uelut ad disputandum, aut repugnandum carni, prouerbij uim habet. Ita frequenter usurpat diuus Chrysostomus, ac diuus Basilius. Simile est id quod alibi dicitur, aut bibat aut abeat.*

Crisonem Himeræum præcurrere. LXXXVII

Prodigiosa celeritas Crisonis uidetur locum dedisse prouerbio. Sic enim Socrates apud Platonem in Protagora, rogatus ut institutam cum Protagora disputationem perageret, βούλομαι μὲν οὖν χαρίζεσθαί σοι εἴ μοι δυνατὰ δίδου. Νῦν δὲ ἔστιν, ὥσπερ ἂν εἰ δίδου μοι πείσοντι ἢ ἱμερόδρομῳ δρόμῳ δραμεῖν ἑπέσθαι, ἢ τῶν δολιχοδρόμων ἢ τῶν ἡμεροδρόμων διαθεῖν τε καὶ ἕπεσθαι. *id est, Optarim quidem tibi morem gerere, si quod petis, meæ facultatis esset. Nunc perinde est, ac si me roges ut Crisonem Himeræum insignem cursorem sequar, aut dolichodromon quempiam, aut hemerodromon perpetuo æquem cursu sequarq;. Himera Siciliæ ciuitas est, quanquam eiusdem nominis est altera in Africa. Vnde Crison dictus est Himeræus, celeritate currendi celebris, qualem refert libro 7. Plinius fuisse Philippidem, & Canistium Lacedæmonium, cumq; his Philonidem Alexandri Magni cursorem. Dolichodromi dicebantur, qui perpetuo impetu duodecim stadia decurrebant. Hemerodromi, qui totum diem à mane usque ad uesperam citra respirationem currebant. Plinius scribit puerum nouem natum annos à meridie usque ad uesperam continuasse cursum. Vnde Græci poëtæ solem appellant* ἡμερόδρομον, *quòd singulis diebus cursum suum peragat, quasi uero noctu requiescat in diuersorio Thetidis.*

Charadrion imitans. LXXXVIII

Χαραδρίου μιμούμενος. *id est, Charadrion imitans, dici solitum de dissimulante ac rem utilem occultante. Suidas refert hunc senarium Scazontem ex Hipponacte,*

Καὶ μὴν καλύπτει μοῦν χαραδρίου πυρᾶς. *id est,*
Et num Charadrion quæso uenditor celat.

Item Aristophanes in Auibus,

ἄλλως δὲ ὅπως ὡς ἴσως' ἐς τὴν λόχμιον
ἐμβὰς ἐπῴζει χαραδρίου μιμούμενος. *id est,*

Alioqui upupa ut uidetur saltum ingressa abdidit se, Charadrion imitans. Quo loco interpres ferè cum Suida consentiens, narrat huic aui uim inesse medicam, ut illius aspectu facile sanentur, qui laborant ictero siue regio morbo: eámq; ob causam qui uendunt occultant eam, ne licitator remedium sentiat priusquam emerit. Addit eam auem mutare colorem ad similitudinem eorum quibus admouetur: non deesse tamen qui sentiant non aspectum, sed esum auis, habere remedium. Vocem autem distingui accentu, nam si pronuncies ultima acuta χαραδρίου *declarari auem, si penultima acuta* χαράδριον *diminutiuum à* χάραξ *significari uoraginẽ, siue terræ hiatum, quòd in hunc delabens aqua melodiam quandam reddere uidetur. Tantum ex his quæ indiligenter à Suida sunt congesta tradere licuit. Meminit huius auis & aliàs Comicus in eadem fabula* ὕδωρ ἐφύδρου κάτωθεν ἐς τὸν ἀέρα εἰ χαράδριοι. *id est, Aquam ex imo portabant in aërem Charadrij. Interpres addit aui nomen inditum, quòd in uoraginibus gaudeat uersari. Socrates apud Platonem in Gorgia, quum Callinicen eò pellexisset, ut fateretur beatam uitam non esse sitam in copia rerum, sed in perpetuo influxu: nam qui satur est, aut non sitit, quoniam nec molestiam sentit, nec uoluptatem, lapidis more uiuit, potius quàm hominis: ita subijcit:* χαραδριῶ τινὰ αὖ σὺ βίον λέγεις ἀλλ' οὐ ποτῷ ὅστε λίθῳ. *Rursus tu Charadrij quandam narras uitam, non mortui lapidis ue. Marsilius uertit auem, quum Socrates uideatur sentire de uoragine, in quam quum perpetuo decurrat aqua, nunquam tamen expletur: nisi forte Charadrius auis est de numero uoracium, quemadmodum & Larus, ut hinc nomen inuenerit à Charadra ductum.*

Quantum pedibus potes. LXXXIX

Socrates in Gorgia Platonis ita loquitur, σωφροσύνου μὲν δικαιότερον μὴ ἀκολασίαν ἢ φυλακτέον, ὡς ἔχει τοδὶ ὅπως ἂν ἡμῖν. *id est, Temperantiam quidem sectari atque exercere oportet. Contrà intemperantiam fugere, quantum quisq; nostrum pedibus ualet. Id quo longius transfertur à rebus corporeis, hoc magis accedit ad prouerbium celeritatis. Quod in corpore sunt pedes, hoc in animo sunt affectus, quibus expetimus aliquid aut refugimus.*

Vasis instar. XC

ἀγγεῖον δίκην. *id est, Vasis instar loqui dicitur, qui quum ob imperitiam ex se nihil posit adferre, ab alijs audita profert. Fons ex se liquorem habet, uas ni aliunde infuderis siccum est. Homines autem qui uacant eruditione, per aures implentur. Socrates in Phædro Platonis* ὅτι μὲν δὴ παρ' ἐμαυτοῦ οὐδὲν αὐτῶν ξυνῴδηκα τῷ ὄντι οἶδα, σοφὸς ἐμαυτῷ ἀμαθίαν, λέληθα δὲ οἶμαι δι' ἀλλοτρίων πολλῶν καὶ πάνυ δὴ ἀκοῆς πεπληρῶσθαί με δίκην ἀγγείου. *id est, Nihil horum ex meipso excogitaui fateor, imperitiæ mihi conscius. Superest igitur opinor, ut alicunde ex alienis fluentis per aures fuerim impletus instar uasis.*

Vt lupus ouem. XCI

ὡς λύκος ἄρνα φιλεῖ. *id est, Vt lupus ouem amat, qui sui commodi*

Ayuntamiento de Madrid

modi gratia ſimulat amorem. Nam is uulgò dicitur amor, quum reuera ſit odium. Iuuenis enim quum puellam uenatur, ut illi pudicitiam, theſaurum incomparabilem eripiat, ut pro honeſta fama turpi rumore traducat, ut parentibus, amicis ac bonis omnibus inuiſam reddat: denique ut quod eſt omnium charißimum, bonam mentem eripiat, queſo quid deterius hoſtis faciat hoſti? Socrates citat carmen in Phædro ueluti populari uſu iactatum.

ὡς λύκοι ἄρνα φιλοῦσ', ὡς παῖδα φιλοῦσιν ἐραςά. id eſt,
Vt lupi oues, ita amat puerum ueſanus amator. Maro:
Torua leæna lupum ſequitur, lupus ipſe capellam,
Florentem cytiſum ſequitur laſciua capella.

Et Horatius:

Non ego te tigris ut aſpera,
Getulúsue leo frangere perſequor.

In nauibus educatus. XCII

ἐν νηυσὶν τεθραμμένος. id eſt, In nauibus educatus dicebatur, qui rudis eſſet & alienus à moribus liberalibus ſenſúq; communi. Solet enim ferè nauticum genus ſuo elemento reſpondere, quod à ciuilium hominum commercio ſubmotum uiuat: Ita Plato in Phædro, πῶς ἐκ ἂν οἴει αὐτὸν ἡγεῖσθαι ἀκέραιον ἂν ναυσὶν τεθραμμένον. id eſt, An non putas illum exiſtimaturum, ſeſe audire homines in nauibus alicubi educatos. Plautus in Ciſtellaria, mores agreſtes appellat maritimos, imò potius inconſtantes, quòd mare uicibus æſtuarijs accedat recedatq;. Plauti uerba ſic habent, Ita me amor lapſum animi ludificat, fugat, agit, appetit, raptat, retinet, iactat, largitur, quod dat non dat, deludit, modo quod ſuaſit diſſuadet, quod diſſuaſit id oſtentat, maritimis moribus mecum experitur, ita meum frangit amantem animum.

Quod utile honeſtum. XCIII

Τὸ μὲν ὠφέλιμον καλὸν, τὸ δὲ βλαβερὸν αἰσχρόν. id eſt, Quod utile eſt, honeſtum eſt, quod autem noxium, turpe. Hoc Plato de Repub. 5. refert quaſi uulgò iactatum κάλλιστα γὰρ δὴ τοῦτο καὶ λέγεται καὶ λελέξεται, ὅτι τὸ μὲν ὠφέλιμον καλὸν, τὸ δὲ βλαβερὸν αἰσχρόν. id eſt, Nam pulcherrime profecto hoc & dicitur & dicetur, quod utile eſt, id eſſe honeſtum, quod noxium, id eſſe turpe. Agit enim illic de fœminis ad omnia maſculorum munia pariter uocandis, ſi modo reperiantur æque utiles reipub. Vult igitur illarum corpora nudari ciuitatis cuſtodibus, & ſi uideantur habiles, unà cum maſculis publicitus exerceri. Vehementer autem contemnit illos qui rideant nudata fœminarum corpora, modo ob reip. commodum. Dubitat & M. Tullius an turpe ſit uiro bono nudum ſaltare in foro, ſi liceat eiuſmodi ſaltatione ſeruare rempub. ſed hominum uulgus inuertit ſententiam, honeſtum eſſe quicquid eſt utile, quum philoſophis nihil ſit utile, niſi quod honeſtum eſt.

Magis quàm ſol Heracliti. XCIIII

Qui ſine ſpe reparationis deficiunt, eos Socrates apud Platonem De rep. libro 6. μᾶλλον ἢ ἡρακλειτάν τινα ἄλλα ἀποσβέννυσθαι, hoc eſt, Magis ipſo Heraclito ſole extingui dixit. Agit illic de ſenibus qui ad perdiſcendas philoſophiæ difficultates idonei non ſunt, in adoleſcentia defatigati. Heraclitus enim exiſtimauit ſolem ſcaphæ ſpeciem habere, eiuſq; lumen deficere quoties cauum ad ſuperiora uertitur, ſed rurſus fieri lucidum poſtquam inuertitur. Non diſſimile ſomnium de ſole prodidit Xenophanes, qui putauit eum in occaſu perire, ſed exortu nouum fieri ſolem. At ſenes nunquam renouantur ad uigorem iuuenilem. Huc alluſiſſe uidetur Horatius in Odis.

Damna tamen celeres reparant cœleſtia lunæ,
Nos ubi decidimus &c.

Cœnum barbaricum. XCV

Βόρβορος βαρβαικὸς. id eſt, Cœnum barbaricum, pro uehementi ſtupore mentis apud Platonem lib. De republ. 2. ponitur. Laudat enim illic Dialecticam quæ ſola mentem ignorantiæ immenſam erigit attollitq; à uulgaribus opinionibus, ad ſolidam ueri cognitionem. καὶ ὡς ὄντι, inquit, ἐν βορβόρῳ βαρβαικῷ τινι τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα κατορωρυγμένον ἡρέμα ἕλκει καὶ ἀνάγει ἄνω. id eſt, Ac re uera barbarico quodam cœno demerſum animi oculum, paulatim trahit ſubuehit'que ſurſum. Barbarus à borboro per contemptum dictum uidetur.

Non è quercu aut ſaxo. XCVI

Οὐκ ἀπ' ἀρυὸς ἢ ἀπὸ πέτρας. id eſt, Non è quercu ſaxóue, quum ſignificamus non conſtare materia externa, ſed ex animi uirtutibus. Veluti uulgus ciuitatem appellat, muros ac domos è lapidibus ligniſq; conſtructas. Eccleſiam appellat ſtructuram ſimili materia congeſtam, quum reuera ciuitas conſtet hominum moribus, & eccleſia ſit animorum in uera religione conſenſus. Plato libro De republica octauo, ἢ οἴει ἀπ' ἀρυὸς ἢ ἀπὸ πέτρας τὰς πολιτείας γιγνέσθαι, ἀλλ' οὐχὶ ἐκ τῶν ἠθῶν τῶν ἐν ταῖς πόλεσιν. id eſt, An exiſtimas è quercu quamlibet, aut è ſaxo reſpubl. fieri, ac non potius ex moribus eorum, qui in ciuitatibus uerſantur?

Pſallium inijcere. XCVII

Ψάλλιον ἐμβάλλειν. id eſt, Pſallium inijcere dicuntur, qui ferocientem animum moderamine quopiam premunt, metaphora ſumpta ab equis animoſioribus. Plato libr. De legibus tertio, ὁ δὲ τρίτος σωτὴρ ὑμῖν, ἅτε παρῳδῶσαν καὶ θυμοειδῆ ἀρχὴν ὁρῶν, οἷον ψάλλιον ἐπιβαλὼν αὐτῇ, τὴν τῶν ἐφόρων δύναμιν. id eſt, At tertius uobis ſeruator, luxuriantem etiamnum frementemq; conſpiciens principatum, ueluti pſallium illi iniecit, Ephororum potentiam. De Lacedæmoniorum repub. loquitur, in qua quinque Ephori ſunt inſtituti, ad temperandam regiam potentiam. Pſallium autem eſt circulus, qui freno additur, unde & pro freno ponitur interdum. Niſi fortè alluſit ad bubalos, qui circulo ferreo naribus iniecto circumaguntur, unde prouerbium, Naribus trahere, quod alio dictum eſt loco.

Principium, medium, finis. XCVIII

Plato libro De legibus 4. refert hoc quaſi uulgò decantatum, deum uniuerſitatem rerum omnium complecti, hoc eſt, principium, medium & finem. Ab illo enim omnium quæ ſunt, initium, incrementum, & ſumma. Ἀνδρὸς τοίνυν θεῖον ἀνδρὸς, ὁ μὲν δὴ θεὸς, ὥσπερ ὁ παλαιὸς λόγος, ἀρχήν τε καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων ἁπάντων ἔχων, εὐθείαν περαίνει, κατὰ φύσιν περιπορεύόμενος. id eſt, Sic igitur illis loquamur, Deus quidem ὁ uiri, quemadmodum & uetere prouerbio dicitur, omnium quæ ſunt, principium, finem ac medium continens, rectum peragit curſum, ſecundum naturam circumiens.

Orphica uita. XCIX

ὀρφικὸν βίον. id eſt, Orphicam uitam. Plato libro De legibus ſexto dixit uitam innoxiam, & à luxu ſanguinolentiſq; dapibus puram. Huiuſmodi ſiquidem uitæ rationem Orpheus inſtituiſſe uidetur, ut non ſolum ſanguine pecudum non inquinarent aras deorum, uerum ne ueſci quidem ullius animantis carnibus ſuſtinerent, ſed libis ac frugibus melle conſperſis ſacra facerent, nec alijs ipſi ueſcerentur. Platonis uerba ſunt hæc ἀλλ' ὀρφικοί τινες λεγόμενοι βίοι ἐγένοντο ὑμῖν τοῖς τότε. id eſt, Sed orphica quædam, ut dicitur, uita tum erat ueſtris illo ſeculo. Videtur Orpheus hoc conatus apud Thraces, quod Pythagoras tentauit apud Ionios, Numa apud Romanos.

Candidus ſermo. C

Λευκὸς λόγος Græcis dicitur oratio dilucida perſpicuaq;, à colore qui inter cæteros plurimum habet lucis. Vnde λευκότερον

Ayuntamiento de Madrid

τερον ἀπᾶν dicuntur qui clarius efferunt quod sentiunt, hoc est, σαφέστερον. Et λευκὴ φωνὴ dicitur quæ facile penetrat aures auditorum. Huiusmodi metaphoræ sunt, quæ sumuntur è propinquo, ut quum sentire dicuntur aut uidere qui rem intelligunt, tenere qui meminerunt, odorari qui suspicantur, cæcutire qui errant. E᾽ proximo ducuntur, quum quod oculorum est transfertur ad aures, uelut hoc.

CHILIADIS QVARTAE CENTVRIA VIII.

Ambrones. I

AMbrones olim uulgò dicebantur, qui rapto malisq; artibus uiuerent. Originem indicat Festus Pompeius, admonens eam fuisse Galliarum gentem, quam quum mare inundans finibus suis depulisset, per aliena oberrantes rapinis ac prædationibus se suosq; alere cœperunt. Manus erat formidabilis non numero tantum, dicuntur enim fuisse triginta milia, uerumetiam tum animorum ferocia tum ratione pugnandi. Siquidem conferti rhythmis & concentu quodam in hostem ferebantur, subinde intonantes, Ambrones Ambrones: siue ut hac uoce suos in unum conuocarent, siue ut hostibus terrorem incuterent. Ab his uicti fuerant Romani duces Manlius & Cepio: sed primum à Liguribus fracti sunt, mox à C. Mario prostrati, tandē ad aquas Sextias unà cum Cimbris ac Teutonibus deleti sunt. Ita fermè Iulius Florus in epitoma libri 68. & Plutarchus in uita C. Marij. Simili modo Cilicis uocabulum abijt in conuicium rapacitatis ac prædationis.

Vinaria angina. II

De ἀργυράγχῃ, id est, Angina argentaria quæ multis præter Demosthenem uocem intercipit, iam antea diximus. At Festus Pompeius indicat iocum iactatum in eos qui uino præfocantur, laborare uinaria Angina, quam οἰνάγχῃ posis dicere. Ipse noui Romæ quendam haud uulgariter eruditum, qui hac angina serio perijt. Hermicus appellabatur, natione Lusitanus. Correptus erat febricula uir corpore supra modum obeso, & ob id spirituosus. Decumbentem intuisit Christophorus Fischerus, patria Anglus. Vin tu inquit, Hermice auscultare medicis meras nugas præscribentibus? Bono uino rectius proluetur hoc malum, simulq; iussit adferri uinum Corsicum quadrimum. Propinauit ægroto, iubens bono esse animo. Ille persuasus hausit affatim, ac mox intercluso spiritu cœpit animam agere. Quosdam ebrietas è taciturnis reddit loquacissimos, quosdam contra tam mutos quàm ullus est pisces, citra ualetudinis periculum. Vtinam hæc οἰνάγχῃ minus frequens esset apud Germanos.

Titiuillitium. III

Titiuillitium uox erat olim nullam quidem rem certam declarans, sed uelut interiectio contemptum extremum indicabat, qualis est apud Græcos τεπαλὸ. Plautus citante Festo Pompeio, Non ego isthuc uerbum emptitem titiuillitio. Locus autem est in Casina. Similis uox est apud eundem Festum Buttubata, quæ tamen usus sit Neuius pro nugatorijs nihiliq; rebus. Nonius autem putat pipolo, conuicij fuisse uocem. Plautus in Aululatia, Ita me bene amet lauerna, iam nisi uasa reddi iubes pipolo hic differam ante ædes.

Nihil potest, nec addi nec adimi. IIII

De perfectis operibus ita uulgò dici solitum indicat Aristoteles libro Moralium Nicomachiorum 2. ὅθεν ἐπὶ τῶν ἔργων τοῖς τὰ ἔχουσιν ἔργοις, ὅτι οὔτε ἀφελεῖν ἔστιν, οὔτε προσθεῖναι. id est, Vnde de operibus quæ bene habent ita solent prædicare, nec adimere posis, nec addere. Nam ut bene sit aliquid præstat mediocritas, tollit excessus, aut defectus: excessum inducit, qui addit, defectum, qui adimit. De Lucillio scripsit Horatius,

Quum flueret lutulentus, erat quod tollere uelles.

De Demosthene ac Cicerone dictum est, illi nihil posse demi, huic nihil posse addi.

Virtus simplex. V

Dubitari posit utrum uersus sit uulgò iactatus, quem ut omnibus notissimum citra nomenclaturam retulerit Ethicorum 2. Aristoteles, an imprudenti exciderit uersus pentameter. Differens enim è sententia Pythagoræ, errorem esse infinitum, uirtutem finitum, quemadmodum in nemore mille modis aberratur à recta uia, quum ea sit unica, eoq; uicium esse in procliui, uirtutem in arduo, quemadmodum facilè est à scopo aberrare, sed scopum attingere difficile est: subiungit,

ἐσθλοὶ μὲν γὰρ ἁπλῶς, κακοὶ δ᾽ ἁπλῶς ἢ κακοί. id est,

Est simplex uirtus, omnigenum uicium.

Extra fumum & undam. VI

Aristoteles eodem libro refert uersum Homericum ut uulgò decantatum.

ὡς ἔ μὴ καπνοῦ καὶ κύματος ὀντὸς ἔεργε Νῆα. id est,

A᾽ fumo nauim simul atq; à fluctibus arce.

Aristoteles indicat esse uerba Calypsus adhortantis Vlyssem, ut neq; nimium littori uicinus nauiget, fumum sequutus, neq; se profundo credat pelago, sed in medio secet uiam: quòd ibi periculum sit à saxis & uadis, hic ab undis. Argyropylus autem interpres ea uerba tribuit Circæ, quid secutus nescio.

Communis tanquam Sisapo. VII

Prouerbiali schemate sine controuersia dictum est. M. Tullius Philippica 2. Domum dico? Quid erat in terris ubi in tuo pedem poneres? præter unum Misenum, quod cum socijs tanquam Sisaponem tenebas. Sensit Antonium Misenum non habuisse ut ueram possessionem, sed ut uenam redemptam ad quæstum. Plinius libr. 33. cap. 7. docet minium quod Græci μίλτον appellant, nonnulli Cinnabar, apud priscos non tantum summo in precio, sed etiam in magna religione fuisse. Nam festis diebus simulachra deorum minio oblinebantur, quemadmodum & triumphantes, quod tamen Galba senex in se fieri passus non est, ut refert Cornelius Tacitus. Sisapo autem Beticæ oppidum est, olim Romanis uectigale, uenas habens miniarias. Neq; enim temere Romam aliunde minium aduehebatur. Negat autem Plinius ullius rei Romanis fuisse diligentiorem custodiam. Neque enim ibi fas erat perfici minium excoquiq; ubi nascebatur: uena signata ad dena milia ferè pondo annua, Romæ laudabatur. In uendendo lex præscribebat precij modum, ne in immensum excederet. Sed multis modis adulterabatur, Vnde, inquit, præda societati. Et mox de minio adulterino, Hoc ergo adulteratur in officinis sociorum. Ex his liquet eam regionem in multos socios fuisse diuisam, quemadmodum & hodie metalla argentaria auraríaue iuxta certos tractus à redemptoribus occupantur.

Quanta uix cœlo capi posit. VIII

Hac hyperbola M. Tullius Philip. 2. famæ celebritatem expressit, de his loquens qui C. Iulium tyrannidem affectatem occiderunt: præsertim quum illi eam gloriam consequuti sint, quæ uix cœlo capi posse uideatur. Vergilius,

Imperium terris, sed famam terminat astris.

At Maro Daphnidem facit & ultra sidera notum. Et Horatius, sublimi feriam uertice sidera. Apud M. Tullium frequenter obuium est: in cœlum laudibus ferre.

Modo palliatus, modo togatus. IX

In hominem inconstantem ac lubricæ fidei diuersarumq; partium eleganter torquebitur: ueluti si quis subinde mutato

Ayuntamiento de Madrid

uitæ genere, nunc Cidarim gestet theologicam, nunc cum paludamento militari incedat. M. Tullius Philippica 5. Accipiet ne excusationem is qui quæstioni præerit Græci iudicis, modo palliati, modo togati? Pallium Græcorum est, ut toga Romanorum: utraque tamen uestis pacis est, quemadmodum saga sunt belli.

Ad saga. x

Sagum tunicula erat militaris. M. Tullius non sine specie prouerbij aliquoties dicit ad saga iri, pro eo quod est apparari bellum, & ad arma procurrere. Ita Philippica 6. Properent quod uideo facturos, uos saga parate. Est enim ita decretum, ut si ille autoritati senatus non paruisset, ad saga iretur. Rursum in eadem: iustitium edici, saga sumi, dixi placere. Et superius in quinta. Iustitium indici, saga sumi, dico oportere. Post in septima: arma, saga, bellum flagitauerunt. Rursus 8. Delectus tota Italia decreti, sublatis uacationibus, saga cras sumentur. Iterum in eadem. Equidem P. C. quanquam hoc honore usi togati esse solent, quum est in armis ciuitas, statui tamen à uobis cæteris̄q; ciuibus in tanta atrocitate temporis tantis̄q; perturbatione populi Romani non differre uestitu. Rursus Philippica 13. Te non intelligis delectu tota Italia habito, consulibus missis, Cæsare ornato, sagis denique sumptis, hostem iudicatum? Ac 14. frequenter, ad saga issemus, cras sagati prodeamus, ad saga sumenda discedere, ad saga iuisse, redisse ad togas. Actione in Verrem tertia coniungit similia: Quum coëgeris homines miseros calamitosos quasi desperatis nostris legibus & iudicijs ad uim, ad manus, ad arma confugere.

Igni ferro'q; minari. xi

Qui extremam denuntiant inimicitiam igni ferroq; minari dicuntur, quod uerbum & hodie uulgò tritissimum est. Qui ciuilius bellum gerunt, tantum abigunt prædas, à cæde incendioq; abstinent. M. Tull. Philipp. 13. Sanctiore erunt credo, iure legati quàm duo consules, contra quos arma fert, quàm Mutina quam obsidet, quàm patria cui igni ferroq; minitatur. Rursum Philippica 12. huic urbi ferro igniq; minitantur. Venustius erit quoties ad animi res transfertur, ueluti si quis dicat philosophos cuipiam igni ferroq; minitari, quòd in eum parèt atrociter scribere. Sic quibuscum nolumus nobis quicquam esse commercij, ijs aqua & igni interdicimus.

Neque terræ motus timet, neq; fluctus. xii

Aristoteles libr. Moralium Nicomachiorum 3. docens eos, qui non habitu uirtutis, sed immanitate quadam naturæ nihil omnino formidant, nequaquam appellandos esse fortes, sed μαινομένους καὶ ἀναλγήτους, hoc est, insanos & stupidos sensuq; expertes, ἆρ' οὖν inquit, ἄντις μαινόμενος & μὴ ἀνάλγητος, εἰ μηδὲν φοβοῖτο μήτε σεισμὸς μήτε κύματα, καθάπερ φασὶ τοὺς Κελτούς. id est, Fuerit autem quispiam insanus ac doloris sensu uacans, si nihil metuat, neque terræ concussiones, neque fluctus, quemadmodum de Celtis prædicant. Nihil enim horribilius mari commoto, terræ uerò concussio uidetur inferorum ad superorum sedem eruptionem minitari. Tanta autem erat quorundam Galliæ Germaniæq; gentium immanitas, ut nec his terrerentur, quæ maximè sunt natura horrenda. Quod autem Aristoteles μαινόμενον & ἀνάλγητον pro eodem usurpat, arbitror huc respexisse Diogenem, qui rogatus quis ipsi uideretur Socrates, μαινόμενον & inquit: uidelicet eo quòd aduersus omnem corporis molestiam obduruerat, quum alioqui esset omnium iniuriarum tolerantissimus: nisi fortè Diogenes hoc quoque stupori tribuebat non uirtuti, quòd ne colaphis quidem prouocari posset, ut uel tantillum excandesceret.

Calceos mutare. xiii

Non sine specie prouerbij Ciceroni dictus est mutasse calceos, qui nullo suo merito senatoriam dignitatem usurpauit, cuius insigne erat nigro calceo addita lunula circa talũ. M. Tullij uerba sic habent. Est etiam Asinius quidam senator uoluntarius, lectus ipse à se. Apertam uidit curiam post Cæsaris mortem, mutauit calceos, pater conscriptus repente factus est. Quemadmodum clauus aureus in toga signum erat senatoriæ dignitatis, ita nigra aluta circa talos addita, declarabat eandem dignitatem.

Campana superbia. xiiii

Felicitatis comes esse solet ferocia. Campaniam autem Italiæ quondam fuisse regionem longe beatissimam testantur, tum alij complures, tum Plinius lib. 3. cap. 5. Hinc inquit felix illa Campania est, ab hoc sinu incipiunt uitiferi colles, & temulentia nobilis, succo per omnes terras inclyto, atq; ut ueteres dixere, summum Liberi patris cum Cerere certamen: & cætera quæ sequuntur, de fertilitate simul & amœnitate Campaniæ. Constat autem Capuam olim cum Roma de principatu concertasse. Hinc Campana superbia, & Campana arrogantia in prouerbium uenit. M. Tull. in oratione pro Rullo. Itaq; illam Campanam arrogantiam, atq; intolerandam ferociam, ratione & consilio maiores nostri, ad inertissimum ac desidiosissimum ocium perduxerunt. Sic & crudelitatis infamiam effugerunt, quòd urbem ex Italia pulcherrimam non sustulerunt, & multum in posterum prouiderunt, quòd neruis urbis omnibus exectis urbem ipsam solutam ac debilitatã reliquerunt. In eadem aliquãto post, Capuam domicilium superbiæ sedemq; luxuriæ uocat. Itaque electi coloni Capuæ in domicilio superbiæ atq; in sedibus luxuriæ collocati. Quemadmodum in oratione habita in senatu post reditum suum: Capuæne, inquit, te putabas, in qua urbe domicilium quondam superbiæ fuit, consulem esse, sicut eras eo tempore. Rursus in fragmento orationis contra eundem: Qui locus propter ubertatem agrorum, abundantiamq; rerum omnium superbiam & crudelitatem genuisse dicitur. Ac mox: Si luxuries Annibalem ipsum Capuæ corrupit, si superbia nata inibi esse, ex Campanorum fastidio dicitur. Titus item Liuius lib. primæ Decad. 9. scribit Campanis ingenitam esse superbiam. Ad hæc A. Gellius libr. 11. cap. 24. Næuianum epitaphium, quod in seipsum tumidius prædicat, ait esse plenum Campanæ superbiæ. Opinor autem Næuium fuisse Campanũ. Ita quemadmodum olim omnem insignem perfidiam populus Punicam appellat, sic cuiuslibet ferociam Campanam appellabat. At nunc de moribus gentis nihil dicam, cæterum cum ipse per Campaniam iter facerem, nusquam repperi succum illum per omnes terras inclytum. Nusquam gutta uini, Phalerni, Caleni, Massici, Setini, Cecubi, Surrentini. Imò minimum abfuit, quin in ipsa, quæ nunc monstratur, Capua uinaria angina fuerimus præfocati. Impleuimus totam phialam saccaro contuso, Vicit uinum, quouis aceto acerbius. Fere defrutis utuntur, quòd alioqui non durant usq; ad proximam uindemiam. Et ubi sunt illa laudata uina, quorum nomen patriamq; uetustas deleuit? Pulueris affatim hausimus. Adeo natura nihil in rebus humanis patitur esse perpetuum.

Αὐτοβοᾶν. xv

Ante retulimus prouerbium αὐτὸς αὐτὸν αὐλᾶ, id est, Ipse sibi tibicen est. Huic simillimum est quod unico uerbo Græci dicunt αὐτοβοᾶν, si quis sua uoce seipsum prædicat, hoc est, ipse sui præconem agit. Solent enim præcones hominum uenalium artes ac dotes emulgare, quo magis emptorem irritarẽt. Ridiculum autem habetur, hominem sui præconem esse. Congruit cum eo quod alibi diximus οἰκεῖον ὁ μάρτυς. Prouerbium refertur apud Suidam. Simili figura dicũt Attici αὐτοῖς ῥήμασιν ἀπόλοιο, una cum ipsis dictis pereas, & Aristoph. in Equitibus, τὸν παφλάγονα αὐτὸν αὐτοῖσι βυλαῖς ἀπολέσειαν οἱ θεοί. id est, Papblagonem ipsis cum consilijs perdant dij. Et

mox

Ayuntamiento de Madrid

mox, ἀυτᾶις διαβολαῖς. id eſt, Vna cum ipſis calumnijs.

Sterilem fundum ne colas. XVI

Στεῖρον ἀγρὸν μὴ σπείρῃς. *id eſt, Agrum ſterilem ne colas.* Refertur inter leges Platonicas. Hoc ænigmate lex apud Platonem uerecunde deterret à uenere maſcula, *ſi ſatis commemini.* In octauo De legibus ait illos facere ſementem in petras. Poteſt tamen ad alios uſus accommodari: Ne doceas indocilem, ne felicitatem quæras in diuitijs. Non enim pariunt homini beatitudinem. Plautus in Amphitryone. Nam uxorem uſurariam perinde eſt præberier, ac ſi agrum ſterilem ſarriendum colloces.

Scarabeus citius faciet mel. XVII

Ad τῶν ἀδυνάτων claſſem pertinent, quæ referuntur in Epigrammate Palladæ, Citius mel faciet ſcarabeus aut lac culex,

Θᾶττον κοπρος μέλι κάνθαρος ἢ γάλα κώνωψ. *id eſt,*
Mel citius faciet ſcarabeus, & ante culex lac.

Terram uideo. XVIII

Qui moleſti prolixiq; laboris finem adeſſe ſignificabat, dicere ſolet, γῆν ὁρῶ, *id eſt, terram uideo.* Sumptum à nauigantibus. Q. Curtius libr. 4. haud ſecus quàm profundum æquor ingreſſi terram oculis requirunt. Plautus in Mercatore: Equidem iam me cenſebam eſſe in terra. M. Tullius in oratione pro L. Murena, Quod ſi portu ſoluentibus, ij qui iam in portum ex alto inuehuntur, præcipere ſummo ſtudio ſolent, & tempeſtatum rationem, & prædonum, & locorum: quòd natura affert ut eis faueamus, qui eadem pericula quibus nos perfuncti ſumus, ingrediantur: quo tandem animo me eſſe oportet propè iam ex magna iactatione terram uidentem, in hunc, cui uideo maximas reipub. tempeſtates eſſe ſubeundas. Idem in Catone ſeniore. Quaſi terram uideam: ſentiens inſtare uitæ finem. Diogenes quum prolixum uolumen recitans tandem eo peruenisſet, ut libri finem uideret, Bene habet, inquit, amici, γῆν ὁρῶ, *id eſt, terram uideo.*

Incantatione quauis efficacius. XIX

Πίσης ἐπῳδῆς ἐνεργότερον. *id eſt, Quauis incantatione efficacius.* Priſcis perſuaſum erat prodigioſam ineſſe uim uocibus incantatorum, adeo ut myſticus quoq; pſalmus mentionem faciat uenefici incantantis ſapienter, & populum numinis iuſſis nequaquam obtemperantem comparat aſpidi ſurdæ, Plato in epiſtola ad Hermiam, Eraſtum, & Coriſcum, οἶμαι γὰρ ἀλλά τε καὶ ἀκοῆ τὰς παρ' ἡμῶν ἐντεῦθεν ἐλθόντας λόγους ἐπῳδῆς ἡσυχῇ μᾶλλον ἂν συμφῦσαι καὶ σωθῆναι πάλιν ἂς τῶν προυπάρχουσαν φιλότητά τε καὶ κοινωνίαν. *id eſt, Arbitror enim ſermones hinc à nobis profectos, iuſtitia ac pudore uos quauis incantatione magis conciliaturos ac redacturos in priſtinam concordiam.*

Inuidus uicini oculus. XX

Alicłytus Eucymoni: Δυσμενὴς γὰρ καὶ βάσκανός ὁ τοῦ γείτονος ὀφθαλμὸς, φησὶν ἡ παροιμία. *id eſt, Maleuolus & inuidus uicinorum oculus, inquit prouerbium.* Reſpexit ni fallor, ad Heſiodium dictum de figulo, cantore, & uicino, quod alibi retulimus. Sic Ouidius,

Fertilior ſeges eſt alieno ſemper in agro,
Vicinumq; pecus grandius uber habet.

Eodem collyrio mederi omnibus. XXI

Leges, admonitiones & obiurgationes non oportet omnibus eaſdem admouere, ſed pro gentium, temporum & ingeniorum uarietate ſermonem attemperare. Hanc dexteritatem beatus Hieronymus enarrans epiſtolam ad Epheſios, laudat in apoſtolo Paulo, qui factus eſt omnia omnibus, ut omnes lucrifaceret. Verba Hieronymi citantur diſtinct. 29. Nec ad inſtar, inquit, imperiti medici uno collyrio omnium oculos uult curare. Alibi retulimus ex Galeno, Eundem calceum omni pedi inducere.

Funditus, radicitus &c. XXII

Quod prorſus ac citra ſpem inſtaurationis perditur, funditus ac radicitus tolli dicitur, quorum alterum ſumptum eſt ab ædificio, quum æquatur ſolo, alterum ab arboribus, quum non ſolum amputantur rami, uerumetiam ipſa ſtirps incidatur, aut unà cum radicibus tollitur. Acinetus Phœbianæ exprobrans amicæ, quòd ab ea rebus omnibus exutus iam faſtidiretur, ὅτως, inquit, ὅλον μὲ ἀυτὴ καὶ τὴν παροιμίαν ἀνατρέψασα διελέναι ἐπιωάγκασας. *id eſt, Sic ubi me iuxta prouerbium totum ſubuertiſti, inſuper & in ſeruitutem redegiſti.* Plautus in Trinummo. Qui illius ſapientiam & meam ſimulatam, & celatam omnis pene ille ignauus funditus peſſum dedit, Idem in Moſtellaria pro eodem dixit, cum fundamento. Non uideor mihi ſarcire poſſe ædes meas quin totæ perpetuo ruant, quin cum fundamento perierint, nec quiſquam eſſe auxilio queat. Quod nos dicimus radicitus ſiue à ſtirpe, Græci dicunt ἀπορριζοῦν, quaſi dicas extirpare. Quo uerbo uſus eſt Cicer. libello De fato: Extirpari autem & funditus tolli ut is ipſe & c. Idem pro Sext. Roſcio Amerino: Et ex eo T. Roſcius, non paululum neſcio quid in rem ſuam conuertit, ſed hunc funditus euertit. Idem in Verrem lib. 4. Nam me dies, uox latera deficient, ſi hoc nunc uociferari uelim, quàm miſerum indignumq; ſit iſtius nomine apud eos diem feſtum eſſe, qui ſeſe iſtius opera funditus extinctos eſſe, arbitrantur. Rurſus in eundem libr. 5. Labefactarat enim uehementer aratores iam ſuperior annus: proximus uerò funditus euerterat. Idem pro domo ſua ad pontifices. Et funditus euerteres ciuitatem. In eadem: ut eius qui pernicioſa Reip. conſilia cœpiſſet, omnis memoria funditus ex oculis hominum ac mentibus tolleretur. Item in epiſt. ad Q. fratrem prima: Sin autem omnibus in rebus obſequemur, funditus eos perire patiemur. Rurſus ad eundem: Remp. funditus amiſimus. Item in eadem: Vides ne me non radicitus euellere omnes actiones tuas? Multum accedet gratiæ, ſi ad animum deflectatur: ueluti ſi quis dicat ambitionem, auaritiam, ac libidinem funditus ac radicitus ex animo euellendam.

In ore atq; oculis. XXIII

Quæ propalam fiunt, in ore atq; oculis omnium fieri dicuntur. M. Tullius in Verrem libr. 5. Quum hæc confeſſus eris quæ in foro palàm Syracuſis in ore atque oculis prouinciæ geſta ſunt. Rurſus in diuinatione: In mentem tibi non uenit, quid negotij ſit cauſam publicam ſuſtinere: uitam alterius totam explicare? atq; eam non modo in animis iudicum, ſed etiam in oculis conſpectuq; omnium exponere? & c. Os fortaſſis hic dixit pro aſpectu. Alioqui in ore omnium dicuntur eſſe, de quibus rumor eſt publicus. Et in oculis ferre dicimur, quos obſeruamus, curæq; habemus.

Myconiorum more. XXIIII

Μυκονίων ἄκλητος. *Myconiorum more dicebantur ad conuiuium accedere, qui ultro uenirent non uocati. Myconus una Cycladum eſt: ipſa gens ob rerum inopiam cogebatur ſeſe cõuiuijs ingerere: unde iocus prouerbialis. Apud Athenæum Archilochus lacerat Periclem, quòd inuocatus irrueret in conuiuia,* μυκονίων ἄκλητα, *quem locum & alibi retulimus. Myconiorum morum ueſtigia uideas & hodie in quibuſdam Hybernis, qua de re clariſſimus uir Guilielmus Montioius olim fabulam mihi non illepidam recitauit, imo non fabulam, ſed rem ipſo teſte geſtam. Hybernus quidam ignotus, ingreſſus aulam principis tempore prandij, non inuitatus accubuit menſæ regiorum ſatellitum. Qui uidẽtes suem peregrinum, rogarunt cuias eſſet. profeſſus eſt patriam, rogarũt num quod officium haberet in aula, nullum inquit, ſed habere cupio. Illi demirantes hominis impudentiam, iuſſerunt ſurgere atq; abire, hoc inquit faciam. prãſus. quid multis? Vicit improbitate, nec locũ in acie deſeruit Hybernus. Tandẽ ira uerſa in riſum, rogarunt hominem*

qua tand

Ayuntamiento de Madrid

qua tandem fronte ausus esset ignotus & alienus sese in regiam familiam ingerere. Quoniam, inquit, sciebam regem satis esse diuitem ad dandum mihi prandium.

Solem adiuuare facibus. XXV

Alioqui retulimus τοφω ἥλιῳ λαμπάς. Huic simillimum est, quod refert Gratianus ex Anacleto Papa, Causa 6. quæst. 1. in eos qui hic usurpant sibi diuinum iudicium, quod nullus hominum poterit effugere. Nam incerta sunt hominum iudicia, neque secus sese habent ad iudicia dei, quàm fax ad solem. Si omnia, inquit, in hoc seculo uindicata essent, locum diuina iudicia non haberent. Superuacuis laborat impendijs, qui solem certat facibus adiuuare &c. Quanquam in libris uulgaribus librarij pro facibus depranarunt fascibus.

Censoria uirgula. XXVI

Tritissimum est apud eruditos, Censoriam uirgam appellare iudicandi autoritatem, præsertim cum supercilio, à magistratu Romano sumptum. Cuius formæ est quod ait beatus Hieronymus in dialogo aduersus Luciferianos, Nemo potest Christi palmam sibi assumere, nemo ante diem iudicij de hominibus iudicare. Videtur autem Hieronymus alludisse ad caput Deuteronomij 25. ubi iustitiæ palma dicitur, quæ à iudicibus tradebatur ei qui probasset suam innocentiam, causamq; uicisset. Hanc palmam uere Christus habet, nec eam tradit indigno, quoniam solus iudicio non fallitur, quum in humanis iudicijs plurimum sit & erroris & caliginis.

Trochi in morem. XXVII

Βέμβικος ἄλιλα. id est, Trochi in morem, de uersatilibus & inconstantibus dici solitum. Est enim bembix trochus quem pueri flagello circumagunt. Suidas citat ex Aristophane, βέμβικος ἀλλὴν διαφέρειν δεῖ id est, Non oportet quicquam à trocho differre. Locus is est in Auibus. Hesychius dictum putat in eum qui in fuga non tenuerit rectam uiam, sed in orbem fuerit circumactus, Quod mihi quondam usu uenit à Sletstadio petenti Basileam. Forte incidimus in quendam equitem, quo duce quum in nemore diutius obequitarem, rogabam an certò nosset uiam. Aiebat, quum non esset finis, oportet inquam nos errare. Nam tres iam horas uersamur in nemore, quod intra horam solemus emetiri. Quid multis? Compertum est minimum abfuisse, quin eò rediremus unde ueneramus. Bembix autem magno impetu mouetur, sed in orbem, ut fugiens non effugiat. Simili tropo stultorum inconstantiam notat Sirach ille sapiens Hebræus, cap. 33. Præcordia fatui quasi rota carri, & quasi axis uersatilis cogitatus illius. Apud Plautum interdum dicitur aliquis trocho aut rota figuli uersatilior.

Præstat canem irritare quàm anum. XXVIII

Refertur ex Menandro,

Πολὺ χάρον ὄφιν ἐρεθίσαι γραῦν ἢ κύω.α. id est,

Plus est periculi anum lacessere quàm canem.

Hebræorum sententiæ negant ullam iram atrociorem esse ira muliebri. Irritabile enim ac uindex mulierum genus, partim ob rationis inopiam, partim ob animi humilitatem. Nam ueræ magnanimitatis est quasdam iniurias negligere, neque quosuis homines dignari ira sua. Est autem formidabile animal mulier quum ad sexus uicium accedit senectus. Canis irritatus tantum oblatrat, interdum & mordet: at aniculæ præter linguæ uenenum, interdum instructæ sunt malis artibus, ueneficijs, & incantamentis. Itaq; nonnulli ingenti suo malo experti sunt esse uerissimum, quod dixit Menander.

Pecuniosus damnari non potest. XXIX

M. Tullius in Verrem Act. 2. ait hoc omnium sermone percrebuisse, non apud Romanos tantum, uerum etiam apud exteras nationes, in iudicijs illorum temporum, pecuniosum, quamuis sit nocens, neminem posse damnari. Et in eundem oratione tertia: Reus est enim inquit, nocentissimus. Qui si condemnatur, desinent homines dicere, his iudicijs pecuniam plurimum posse. Sin absoluitur, desinemus nos de iudicijs transferendis recusare. Huic affine, quod aliquoties repetitur apud Salustium in bello Iugurthino, Romæ esse uenalia omnia. Nunc amisit Roma imperium, utinam & dictum non hæreret.

Inter manum & mentum. XXX

Festus Pompeius indicat esse prouerbium apud Latinos, sed ex illo Græco ductum, πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἀκροῦ. Cuius originem ita refert: quum Chalcas uitem sereret, quidam augur uicinus præteriens, dixit illum errare. Non enim ei fas esse nouum uinum degustare. Tantum colligere licuit è fragmentis, quæ nobis quorundam stoliditas superesse uoluit ex autore undiquaq; doctissimo. Prouerbium admonet in hominum uita nihil esse certi. Nam sæpenumero fit, ut quod nos maximè tenere credimus, casus aliquis inopinatus interuertat. Veluti cum quis manu tenet poculum, minimumq; spacij sit inter manum & mentum, tamen interdum fit, ut is moriatur antequam bibat. Hoc prouerbium uarijs modis effertur, eiusq; originem alij aliter prodiderunt, de quibus satis opinor dictum est in prouerbio, multa cadunt inter calicem supremaq; labra. Hic ideo retulimus quod alijs uerbis commemoretur à Festo, in quibus nonnihil est gratiæ ex prosonomasia, Manum & mentum.

Colophonium calceamentum. XXXI

Κολοφώνιον ὑπόδημα. i. Colophonium calceamentum dicebatur cauum. Nam antiqui fere soleis utebantur, quæ infimam pedum partem tantum munirent. Vidi apud nostrates calceamenti genus ex ligno cauato confectum, quod uulgata lingua cauum truncum appellant. Vnde quadrabit in hominem stolidum & incompositum, & rusticanum, per lutum ituris conuenit tale calceamentum. Venustè itaq; dixeris, in sordidis autoribus uersaturo opus esse calceis Colophonijs. Huic contrarium uidetur calceamentum Sicyonium, cui cognomen inditum à Sicyone ciuitate Peloponnesi ut indicat Stephanus, atq; etiam Sext. Pompeius Festus, neuter tamen indicat usum adagij. M. Tullius indicat Sicyonios calceos fuisse perbellos, sed aptiores fœminis & effœminatis quàm uiris. M. Tullij uerba subscribam. Quin etiam quum & scriptam orationem disertus orator Lysias attulisset ad Socratem, quam si uideretur edisceret, ac pro se in iudicio uteretur, non inuitus legit, & commode scriptam esse dixit: Sed inquit, ut si mihi calceos Sicyonios attulisses non uterer, quamuis essent habiles & apti ad pedes, quia non essent uiriles: sic illam orationem disertam sibi & oratoriam uideri, fortem & uirilem nõ uideri.

Manduces. XXXII

Manduces dicebantur, uehementer famelici. aut qui minis inanibus terrorem incuterent. Festus Pompeius tradit in pompis olim inter cæteras ridiculas ac formidolosas imagines ire solere effigiem, magnis malis, late debiscente rictu, & ingentem dentibus sonitum facientem. Eam manducem appellabant. Apud Plautum in Rudentibus, ita loquitur Charmides parasitus: Quid si aliquo ad ludos pro manduce me locem. quapropter? quia pol clare crepito dentibus. Enatarat parasitus è naufragio, totusq; horrebat præ frigore. Vnde paulo post dicit se omnia coruscа loqui. Aut de hac aut de simili effigie sentire uidetur Martialis quum ait,

Sum figuli lusus, rufi persona Batuui.
Quæ tu derides, hæc timet ora puer.

Hoc genus imaginum Græci uocant μορμολύκια, quod lupina specie terrerent pueros, ut à plorando desisterent.

Vbi tu Caius, ibi ego Caia. XXXIII

Plutarchus in Problematibus Romanis, quærit unde mos ille natus sit, ut qui sponsam ad sponsum deducerent, iuberent illam hæc uerba profari, ὅπου σὺ Γάϊος ἐγὼ Γάϊα. id est, Vbi tu

Caius

Ayuntamiento de Madrid

Caius, ego Caia. Dubitatq; an priſci uoluerint ſponſam his uerbis depeciſci cum ſponſo, ut inter ipſos omnia eſſent communia, pariterq; imperarent in familia, quaſi diceret, ut tu dominus domus & autor, ita & ego domina domus atque hera. Forma ſermonis ſumpta uidetur à iuriſconſultis, qui pro quibuſuis nominibus ponunt C. Seium & L. Titium, quemadmodum philoſophi Dionem ac Theonem. Vnde & illud prouerbium, quod alibi citauimus ex Varrone, Idem Actij quod Titij, quum par duorum ius ſignificatur. An potius ominis cauſa Caia nominetur, quòd fuerit quædam Caia Cecilia, mulier cùm eleganti forma, tum probatiſſimis moribus, antea dicta Tanaquil: quæ nupſit uni è filijs Tarquinij, uidelicet Tarquinio Priſco. Huic Caiæ Romani poſuerunt ſtatuam æream in templo Sancti. Sic enim ſcribit Plutarchus ἐν τῷ τοῦ σάγκτου ἱερῷ. *Is erat deus olim hoc nomine cultus apud Romanos, unus è numero duodecim ſelectorum. Ibidem antiquitus erant repoſita illius ſandalia & colus, quorum illa teſtabantur eã domi manentẽ familiæ curam habuiſſe, hæc induſtriã ſignificabat, quod nulliebres operas diligẽter obierit, lanificij ſtudioſa. Huius itaq; nominis mentio ſponſam admonebat, ut talis eſſet ſuo marito, qualis Caia Cecilia fuerat ſuo. Inter priſcas nuptiarum cæremonias ſeruabatur & illud, quod inauſpicatum habebatur, uel ſponſum uel ſponſam proprijs appellare nominibus. Quin & in hodiernum uſq; diem obſeruatur, ut ſponſa relicto cognomento gentilicio tranſeat ad cognomen uiri, ut Hectoris Andromache. Prouerbium è coniugio natum inter coniuges maneat, niſi quod poteſt & ad ſororem fratremq; accommodari.*

Rumor publicus non omnino fruſtra eſt. XXXIIII

Carmen Heſiodi celebratiſſimum citat Ariſtoteles libr. Moralium Nicomach. 7.

Φήμη δ' ἥτις πάμπαν ἀπόλλυται ἥντινα λαοὶ
Πολλοὶ φημίζωσιν. *id eſt,*
Haud quaquam in totum rumor perit ille, per ora
Qui uolitat populis compluribus.

Philoſophus hunc uerſiculum adducit uelut argumentum probabile, uoluptatem eſſe ſummum bonum, quòd eam & homines expetant & bruta animantia.

Quadratus homo. XXXV

Ariſtoteles Moralium Nicomach. primo diſputans aduerſus eos, qui felicitatem hominis bonis externis definiunt, quæ fortunæ arbitrio dantur ſimul & eripiuntur, dicit ad hanc rationem felicem, Chamæleontem quempiam induci, ut qui ſubinde mutatis rebus nunc felix ſit nunc infelix, quemadmodum Chamæleon ad ſpeciem rerum quibus admouetur, mutat colorem, quum uera felicitas præcipue ſita ſit in bonis animi. Vnde colligit, qui uerè beatus ſit, nihil obſtare quo minus per omnem uitam ſit beatus, ac ſubijcit, ἀεὶ γὰρ ἢ μάλιστα πάντως πράξει καὶ θεωρήσει τὰ κατ' ἀρετὴν, καὶ τὰς τύχας οἴσει κάλλιστα καὶ παντὶ πάντως ἐμμελῶς, ὅν' ὡς ἀληθῶς ἀγαθὸς καὶ τετράγωνον ἄνδρα φύγῃ. *i. Semper enim aut quàm maximè, omnino faciet & contemplabitur quæ ſunt uirtutis, ac fortunæ caſus optimè feret, ac prorſus omni ex parte modulate, is ſanè qui uerè bonus eſt & quadrangulus, carens omni uitio. Libro Rhet. 3. meminit huius dicti inter genera metaphorarum. Hæc autem figura in quamcunque partem uoluatur, ſui ſimilis eſt. Ita ſapiens quæcunque inciderit fortuna, non mutat animum. Veneſtius erit, ſi uiri fortis animum nec ullis fortunæ caſibus labefactabilem, dicamus* τετράγωνον.

Merces conſtituatur. XXXVI

Plutarchus in uita Theſei tradit fuiſſe quendam Pittheum auum Theſei maternum, à quo Hippolytus ille pudicus fuerit inſtitutus. Is gnomologijs, quæ tum temporis præcipua habebatur ſapientia, clarus erat. Ex eius ſententijs hanc unam fuiſſe ferunt,

Μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ ἁρμὸς ἀρκιος ἔστω. *id eſt,*
Aequa uiro merces ſic præſtituatur amica.

Ariſtoteles 9. Moralium Nicomachiorum, narrat Protagoram cum nemine diſcipulorum ſolere paciſci, uerum ubi iam didiciſſent quæ uolebant, iuſſit ipſos diſpicere, quanti æſtimarent ea quæ didicerant, & quicquid ab illis dabatur accipiebat: Hoc animo qui ſunt, ijs in hoc genere commerciorum putat eſſe ſatis Pittheï præceptum, qui iubet amico uiro ſtatui mercedem iuſtam & æquam. Bene haberet, ſi medici quoque nihil paciſcerentur, ſed ægro leuato acciperent quod daretur. Nam quod Ariſtoteles inibi refert de quibuſdam ſophiſtis, qui neminem recipiebant in diſciplinam, niſi numerata mercede, mox acceptis numnis non præſtabant quod erant polliciti: uidemus interdum fieri à chirurgis ac medicis male fidei: ac ferè comperiuntur eſſe impoſtores, qui ſtipulantur ingens præmium, nec admouent manum niſi aut tota ſumma aut maxima pars ſtatim numeretur.

A' bonis bona diſce. XXXVII

Ariſtoteles Moralium Nicomach. 9. oſtendens uirtutem optimè diſci conuictu bonorum, quòd amici ſe mutuo corrigunt ſi quid erratum eſt, & ſeſe uiciſſim ad honeſtas excitant actiones, citat carmen ueluti notum, ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἀπ' ἐσθλά. *Verſus autem eſt Theognidis, cuius meminit Xenophon in commentario De dictis ac factis Socratis. Aiebat enim inter unguenta nullum oleum melius olere, quàm quo ungebantur athletæ. Amaracinum & foliatum fœminis eſſe relinquenda. Rogatus quid deceret olere ſenes, reſpondit probitatem. Dein rogatus ubi hoc unguentum uenderetur, Theognidis hemiſtichio reſpondit,*

ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἀπ' ἐσθλὰ διδάξεαι. *id eſt,*
Qui bonus eſt ab eo bona diſcito.

Itidem & noſter γνωμογράφος: Diſce, ſed à doctis.

Aſinus ſtramenta mauult quàm aurum. XXXVIII

Ariſtoteles libr. Moralium Nicomachiorum 10. diſputans non eandem omnibus eſſe uoluptatem, quum alijs rebus delectetur canis, alijs equus, alijs homo, citat Heraclitum qui dixerit ὄνοις σύριγματ' ἂν ἑλέσθαι μᾶλλον ἢ χρυσὸν, ἥδιον γὰρ χυσὸς βορὰ ὄνοις. *id eſt, Aſinos ſtramenta malle quàm aurum, quòd aſinis pabulum auro ſit iucundius. Atq; hac quidem in parte aſini plus ſapiunt quàm homines. Illi rem æſtimant uſu, nos inutilibus atque etiam noxijs rebus ex animi perſuaſione ingentia ſtatuimus precia. Notus eſt apologus de gallo qui gemmam in ſterquilinio repertam contempſit. Gallus enim mauult putre granum, quàm margaritum aut adamantem. Ita qui uentris ſunt mancipia, comparationem temulentum omnibus diſciplinis liberalibus anteponunt.*

Iocandum ut ſeria agas. XXXIX

Eodem libro refert ſententiam Anacharſidis, qui taxarit eos qui ſeria agunt ut iocentur, quum iocus in hoc interdum admittendus ſit ut ſerijs rebus uacare liceat. Velut qui per omnem uitam magnis laboribus hoc agunt, ut fiant boni ſaltatores, aut egregij tibicines. Ariſtotelis uerba ſunt hæc, σπουδάζειν οὐ καὶ παυσαμένῳ παιδιᾶς χάριν, ἡδίονος φάνεται καὶ λίαν παιδικῆς, παίζειν οὐ ὅπως σπουδάσῃ, κατ' ἀνάχαρσιν ὀρθῶς ἔχειν δοκεῖ. *i. Studere uerò ac laborare ludendi gratia, ſtolidum uidetur atque admodum puerile. At ludere ut agas ſeria, iuxta Anacharſidis ſententiam rectè uidetur habere.*

Cyclopum more. XL

In eodem rurſus libro Cyclopicam uitam appellat, ubi nullis publicis legibus uiuitur, ſed quiſque ſuo arbitratu res gerit, ἐν ᾗ ταῖς πλείσταις τῶν πόλεων ὀλιγωροῦνται περὶ τῶν τοιούτων, καὶ ζῶσιν ἕκαστος ὡς βούλεται, κυκλωπικῶς θεμιστεύουσι παίδων ἢ ἀλόχων. *id eſt, In cæteris autem ciuitatibus ſuper his, hoc eſt educ*

Ayuntamiento de Madrid

eſt educatione liberorum, nulla eſt habita cura, ſed quiſque uiuit ut uult, Cyclopum ritu de liberis & uxore fas nefasq; ſtatuens, Cyclopes enim ſparſim habitare feruntur in montibus, nulla ſpecie uitæ ciuilis, ſed in ſuo quiſq; antro facit quod lubet ne religio quidem apud illos ulla. κύκλωπ& βί& alibi nobis dictus eſt.

In leporinis. XLI

ἐν λαγώοις. i. In leporinis carnibus uiuere dicebantur, qui laute atq; in delicijs uitam agebant. Nam leporinam olim in delicijs habitam declarat Martialis,

Inter aues turdus, ſi quis me iudice certet,
Inter quadrupedes gloria prima lepus.

Atteſtatur & prouerbium: tute lepus es, & pulpamentum quæris, Ariſtophanes in Veſpis. Sunt, inquit, mille ciuitates, quæ nunc nobis tributum ſoluunt. Harum unicuiq; ſi quis imperet ut uiginti alat uiros,

Δύο μυριάδες τῶν δημοτικῶν ἕξων ἐν πᾶσι λαγώοις
Καὶ τετράσιν πανδοκοῖσιν, καὶ πύῳ καὶ πυαρίτῃ.

id eſt, Viginti milia populorum uiuerent in omnibus leporinis omnigenisq; coronis, & pyo & pyarite. Πύον autem Græci uocant lac, quod animal primum reddit à partu, & pyariten hinc factam decoctionem. Interpres citat carmen ex Homero ni fallor.

Πύον λαινόμενοι κ' ἐμπιπλάμενοι πυαρίτιν. id eſt,
Epulantes pyo, & explentes ſeſe pyarite.

Rurſus Ariſtophanes in Equitibus, quum Cleon & aduerſarius certatim promittunt lautiſſimas epulas populo: multis deliciarum generibus nominatis, promittuntur & leporinæ carnes, quaſi ſummæ exquiſitæq; deliciæ.

Matrem ſequimini porci. XLII

ἔπεσθε μητρὶ χοῖροι. i. Poſt matrem adeſte porci. Id ſubinde repetitur apud Ariſtophanem in Pluto. Interpres admonet iocum eſſe prouerbialem in ſtupidos & indoctos. Sus enim Mineruæ opponitur iuxta prouerbium. Veluti ſi quis diceret indocti præceptoris indoctis diſcipulis, ἕπεσθε μητρὶ χοῖροι. Quadrabit & in gulæ uentriq; deditos.

Ariſtylli more. XLIII

Idem eodem in loco, σὺδ' ἀείσυλλ& ὑποχάσκων ἔρεις. Tu uero Ariſtyllus ſubhians dices. Interpres admonet Ariſtyllum fuiſſe pœtam, deformem ore ſemper hiante. Quem obiter taxat Ariſtophanes, cuius & meminit ἐν ἐκκλησιαζούσαις. Tragicum autem eſt & hiſtrionum, ore nimium diducto loqui. At mihi uidetur magis taxatus Ariſtyllus, quòd ore paululum diducto loqueretur, ut uox magna ex parte prodiret per nares ſtridula, qualis eſt porcorum: quod uitium in quorundam pronuntiatione cantuq; uidemus.

Citeria. XLIIII

Citeriæ conuicium in homines impendio loquaces olim iactatum eſt. Cato in M. Cælium: Quid ego dicerem amplius, quem denique credo, in pompam ueſtitatum iri ludis pro Citeria, atq; ſpectatoribus ſermocinaturum. Feſtus Pompeius admonet Citeriam dictam fuiſſe quandam effigiem argutam ac loquacem, quæ ridiculi gratia in pompis uehi ſoleat crepitum & ſtrepitum aßidue ædens. Nunc in pompis non circunfertur Citeria, ſed multi Citerias habent domi, factitijs illis multo magis obſtreperas.

Oſtrei in morem hæret. XLV

Ὥσπερ λιπὰς προσίσχεται. id eſt, Oſtrei ſiue conchylij in morem hæret. Ariſtophanes dixit in anum quæ ægrè à iuuene diuellebatur.

ὦ Διόνυσε φίλτατε τοῦ γραιδίου
ὥσπερ λιπὰς ἁπτ& μεμακὼς προσίσχεται. id eſt,
O Iuppiter, quàm fortiter conchæ modo
Iſthæc anicula adhæret adoleſcentulo.

Eſt concharum genus quod capillamentis quibuſdam inter ſe cohæret, quo tutius ſit aduerſus undarum motus.

Hodie nihil ſuccedit. XLVI

Plautinus Amphitryo in ſui nominis fabula citat adagij titulo: nihil eſt, ut dici ſolet, quod hodie bene ſuccedat mihi. Alluſit autem ad uulgi ſuperſtitionem, cui quidam dies credebantur rebus gerendis auſpicati, quidam infelices. Quod ſi unum atque alterum parum ſucceßit ex ſententia, binc æſtimantes totum diem, dicunt, hodie nihil ſuccedet, & ab omnibus negotijs abſtinent.

Nec currimus, nec remigamus. XLVII

Ariſtophanes ἐν ἐκκλησιαζούσαις facit mulieres hoc molientes ut occupent Remp. quod hactenus ab omni functione ſubmotæ nihil egerint,

Νῦν μὲν γὰρ οὔτε θέομεν, ὅτ' ἐλάυνομεν. id eſt,
Neq; currimus nunc, nec iuuamur remige.

Metaphora ſumpta eſt à nautis ad Reipub. gubernationem. Nautæ currere dicuntur, quum uenti ſunt ſecundi, ἐλάυειν, quum deſtituti uentis remigio nauim impellunt, qui curſus dicitur ſecundarius ὁ ἐλατὸς& πλοῦς. Sentiunt ſe nec pace, nec bello ad ulla uocari munia. Apte torquebitur & in illos qui fruſtra conantes nihil proficiunt, uidelicet aduerſante fortuna.

Vt luti baiuli. XLVIII

ὥσπερ πηλοφοροῦντες. id eſt, Vt lutum baiulantes. Apud Ariſtophanem in Concionatricibus queruntur fœminæ, populum Athenienſem non conuenire ad concionem, niſi dato ſingulis obolo, quum ante ſuo uictu conſultarent de Rep. πηλοφορίαν autem poſuit pro omnium quæſtuariarum artium ſordidiſſima. Apte torquebitur in eos qui functionibus honeſtis ad abiectum quæſtum abutuntur: ueluti qui concionantur, ſacrificant, ſepeliunt, miniſtrant ſacramenta, non factiuri, niſi detur aliquid in manum ὥσπερ οἱ πηλοφοροῦντες. Nota eſt ſacra hiſtoria de Hebræis apud Aegyptios ἐν πάλῳ καὶ πλίνθῳ ſeruientibus.

Tam multa quàm ſapiens. XLIX

Ariſtoteles lib. Rhet. 3. admonens ne orator nimium crebris enthymematibus utatur, ſed tantum intermiſceat, ſubijcit hoc carmen, Homeri ni fallor, ceu uulgò iactatum,

ὦ φίλ' ἐπεὶ τόσα οἶσθ', ὅσ' ἄρ' ἔπεα μυθήσ& ἀνήρ.
Quandoquidem nobis tam multa locutus amice es,
Quàm multa prudens uir diceret atq; peritus.

Conueniet in hominem multa loquentem potius quàm opportuna. τόσα, inquit Ariſtoteles, ἀλλ' οὐ τοιαῦτα. id eſt, Tam multa, at non talia. Neq; enim perinde refert quàm multa loquamur, ſed quàm ad rem facientia. Quemadmodum philoſophus quidam dixit, non eos pro doctis habendos qui multa didiciſſent, ſed qui utilia.

Hoc iam & uates ſciunt. L

Idem aliquanto poſt diſſerens quòd in conſultationibus apud populum dicere multo ſit difficilius quàm in iudicijs cauſas agere, eo quòd qui ſuadet, de futuris loquitur, qui accuſat aut defendit de præteritis, & ad hæc legem habet pro fundamento, quo habito facile eſt reperire demonſtrationem: Subiungit Epimenidis Cretenſis ſententiam, ὃ ἐπιχωρίου ἤδη τινὸς μάντεως. id eſt, quod uidelicet factum, ſciri iam poteſt à diuinis. Addit Epimenidem ſolere non de futuris, quæ ſciri non poſſunt, ſed de præteritis uaticinari, uerum occultis. Nam eſt hoc quoddam diuinandi genus. Beatus Paulus Epimenidem prophetam appellat. Apte torquebitur iocus in rem tandem compertam, quæ diu fefellerat.

Noui nummi. LI

Ex Plauto apparet non eſſe nouum, publicam monetam in ſingulos annos cudi deteriorem. Sic enim præfatur in Caßinam:

Qui utuntur uino uetere ſapientes puto,
Et qui libenter ueteres ſpectant fabulas.

Antiqua

Ayuntamiento de Madrid

Antiqua enim opera & uerba cum uobis placent,
Aequum placere eſt ante ueteres fabulas.
Nam nunc noua quæ prodeunt comœdiæ,
Multo ſunt nequiores quàm nummi noui.

Θράτταν. LII

Dictum eſt nobis in ſuperioribus κρατῆρα abijſſe in prouerbium fraudulentiæ. Idem obſcurius indicatur per Θράτταν, quæ uox Græcis ſignificat turbare aut moleſtum eſſe. Quod ſi reſpicias ad Θράτας, quæ ſunt ancillæ Thraciæ, ſignificat decipere, & Thracijs dolis tractare. Theodorus de Nicone Citharœdo dixit, Θράττῃ σε Nicon autem erat Thrax. Hoc ſi neſcias, dictum amittit gratiam. Refert Ariſtoteles libro Rhetor. 3. Arbitror huc alluſiſſe Ariſtophanem in Equitibus ubi Nicias iuſſus audacter eloqui quod haberet, reſpondit, ἀλλ' ἀνεύμοι τὸ Θρῆττε. interpres admonet Θρῆττε barbaricam eſſe uocem, quæ fiduciam ſignificet, & ad audendum animet, quaſi ſi quis dicat, ſume Thracum audaciam.

Necꝫ dicta, necꝫ facta. LIII

Μήτε λεχθέντα, μήτε πραχθέντα Non dubium quin prouerbiali ſchemate uehementer falſa dicamus, neq; dicta, neque facta. Quod genus illud, neq; ſcriptum, neq; pictum. Nam de ueris mendacio mixtis dicimus, facta atq; infecta. Ariſtophanes in Concionatricibus, ἀλλὰ τέλεσον μόνον, μήτε λεχθέντα μήτ' ἀπραχθέντα πω πρότερον. Age perora tantum, neq; facta neque dicta unquam prius. Comicus ioco monet ut omnia noua dicat, quòd uetera cum faſtidio audiantur. Egregie uerò nouum ſit oportet, quod neq; dictum eſt antea, neq; factum, cum iuxta Sapientis Hebræi dictum, nihil ſit nouum ſub ſole. M. Tullius in orationibus frequenter Nouo more factum ait, cuius nullum unquam extitit exemplum.

Saluete equorum filiæ. LIIII

Apparet ioco uulgari fuiſſe iactatum, in eos qui emolumenti gratia blandiuntur. Refert Ariſt. libro Rhet. 3. In certamine mulorum cum is qui uicerat, dixiſſet exile pretium pro carmine, Simonides recuſauit, indignans mulos celebrare ſuo poëmate, uerum ubi uictor dediſſet ſatis magnum præmium, carmen tale fecit.

Χαίρετ' ἀελλοπόδων θυγατέρες ἵππων. id eſt,
Saluetote uolucripedum ſoboles equorum.

Siluit enim quòd eſſent ex aſinis quoque nati, & quod honeſtius erat expreſſit, equorum filias appellans.

Mithragyrtes non daduchus. LV

Is qui in functione quapiam ſordidas contemptaſq; partes agit, Mithragyrtes dicetur, daduchus eſſe negabitur. Eoſq; Iphicrates Calliam μιθραγύρτην ὁ δᾷδοῦχον appellabat. Significans illum non fuiſſe initiatum ſacris, ſed tamen uelle uideri. Mithras apud Perſas ſol dicitur, quem illi deorum ſummum iudicant. Vnde Mithragyrtæ dici uidentur, qui obambulant cum ſimulatis myſterijs, ac rudibus imponunt. Nam hoc genus hominum & olim fuiſſe declarat Apuleius aſinus, non diſſimiles ijs qui hodie diui Antonij, Cornelij, aut Ioannis Baptiſtæ reliquias ad quæſtum circumferunt, potius quàm ad pietatem.

Sibi parat malum, qui alteri parat. LVI

Verſiculum hunc Ariſt. Rhet. 3. citat, titulo Democriti Chij,

Οἷσ' αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ ἄλλῳ κακὰ τεύχων. id eſt,
Ipſe ſibi mala cudit quiſq; alij mala cudens.

Nemo poteſt alterũ iniuria afficere, niſi prius lædat ſeipſum. Qui alium fraudat pecunia, ſeipſum ſpoliat bona mente, grauius ſeipſum lædit quàm alterum, uerißimè itaque dictum eſt, Ipſus ſe lædit alium qui lædere quærit.

Trabem baiulans. LVII

Ariſtoteles libro Rhetor. 3. diſputans de quibuſdam uerbis quæ non habent gratiam, niſi pronunciatione geſtuq; adiuuentur, alioqui, inquit, γίνεται ὁ τῶν λοιδόρων φέρων. id eſt, Fit ille trabem geſtans. Id accidit in dictionibus, præſertim nominibus proprijs ac pronominibus, & uocibus crebro repetitis, quæ tacitam habent Emphaſin: ut Therſites contemnit Achillem. Et tu me aſinum uocas? Similiter & in aſyndetis, ut ueni, uidi, uici. Et ſi qua ſunt ſimilia, quæ ſine commendatione actionis non habent eandem gratiam. Quod genus Terentianum illud: Excluſit, reuocat, redeam? Et mox. Egóne illam? quæ illum? quæ me, quæ non. Sine modo. Rurſus illud in Adelphis. Storax, non rediit hac nocte Aeſchinus à cœna. Storax enim uocantis uox eſt, & ob id clarius pronuntianda, reliqua ſecum loquitur. Nihil addubito quin aſſumptum ſit ex fabula quapiam. Nam ὁ τὴν λοιδόρων φέρων, finis eſt iambici trimetri. Qui trabe onuſtus eſt, non eſt idoneus ad geſticulationem, ſed oneri ſeſe accommodet oportet. Talis opinor perſona riſus gratia alicubi producta fuerat in comœdia. Interdum inducuntur σκευοφόροι geſtantes ſarcinas. Cuiuſmodi ſunt quibus dicitur in Andria, Vos iſthæc intrò auferte. Et in Hecyra, Soſia. Tales aut nihil dicunt, aut geſtu non reſpondent pronuntiationi. Vide, num Ariſtoteles ſentiat de Atlantibus, qui trabibus ædificium ſuſtinentibus ſupponi ſolent. Videntur enim laborare, quum nihil agant. Actio autem quaſi uita eſt orationis. Vitæ indicium eſt motus. Tale quiddam in tragœdijs erat λογυπόρημα, tantum adſtabat, nihil agens. Et fortaſſis pro ὁ λοιδόρων φέρων ſcriptum erat, ὁ λογυφορῶν, ſed nihil pronuntio. Excutiant eruditi.

Quæ quis ipſe facit. LVIII

Ariſtoteles Rhetor. lib. 2. diſputans de affectibus, refert hoc dictum ut uulgò iactatum, ἃ γάρ τις αὐτὸς ποιεῖ, ταῦτα λέγεται τοῖς πέλας μὴ νεμεσᾶν. id eſt. Nam quæ quis ipſe facit, hæc dicitur uicinis non uertere uitio. Conuenit cum illo Terentiano: homine imperito nil quicquam eſt iniuſtius, qui nihil iuſt quod ipſe facit rectum putet. Sunt enim qui damnant, quicquid ipſi non poſſunt aſſequi.

Cognatio mouet inuidiam. LIX

Ariſtoteles eodem lib. docens inuidiam oriri ergà uicinà & cognatos: nullus enim inuidet olim defunctis, aut diuerſi generis aut immenſo interuallo ſuperioribus, inferioribúsue: adducit huius uerſiculi teſtimonium.

Τὸ συγγενὲς γὰρ καὶ φθονεῖν ἐπίσταται. id eſt,
Etenim inuidere nouit ipſa affinitas.

Vnde qui eo altitudinis proceſſerunt, ut inuidiam gloria ſuperarint, extra omnẽ aleam extráq; inuidiæ tela eſſe dicuntur.

Sapiens non eget. LX

Ibidem inter ſententias refert hoc carmen.

Χρὴ δ' ὃ μηδ' ὅτις ἀρτίφρων πέφυκ' ἀνὴρ. id eſt,
Haud unquam eget qui mente ſana eſt præditus.

Siue quod magnæ ſint opes habere bonam mentem, ſiue quod ſapienti facile eſt diteſcere ſi uelit. Velut Ariſtippus eiectus naufragio reperit à quibus humaniter exciperetur. Idem quum Dionyſius talentum petenti diceret, Nónne dicebas ſapientem non egere? Dà, inquit, & reſpondebo. Dedit rex, ac mox exegit reſponſum. Tum Ariſtippus, nónne uera dixi ſapientem non egere?

Multa incredibilia. LXI

Idem in eodem opere citat hunc ſenarium ceu prouerbialem,

ἄπιστ' ἀκούδῃ πολλὰ συμβαίνει βροτοῖς.

Hac ſententia putat utendum ei qui gaudet mentiri, & quod fingit, nullt haberi pro uero. Et aliquanto poſt eandem ſententiam refert ex Agathone,

Τάχ' ἄν τις εἰκὸς αὐτὸ φῆθ' εἶναι λέγοι,
Βροτοῖσι πολλὰ τυγχάνειν εἰκότα. id eſt,
Probabile hoc fortaſſis aliquis dixerit,
Permulta hominibus inopinata obtingere.

Lecythum habet in malis, LXII

ἔχειν λήκυθον πρὸς ταῖς γνάθοις. id eſt, Lecythum habere ad malas

Ayuntamiento de Madrid

malas, tectum & ænigmaticum conuiuium est in anus, quæ rugas illitis pigmentis dissimulant. Qualis erat Phryne meretrix, iam uetula nec tamen à quæstu recedens. Aristophanes in Concionatricibus.

Φρύνιν ἔχοσαν λήκυθον πρὸς ταῖς γνάθοις. id est,
Phrynen gerentem lecythum iuxta genas.

Lecythum appellat uasculum unguentarium unde fucatur facies. Eadem solita est dicere, multos bibere fecem ob uini nobilitatem, quòd ad illam ἑξωζον, propter scorti celebre nomen commearent amantes, quo gloriari possent sibi cum Phryne fuisse rem.

Piscis eget sale. LXIII

ἰχθῦς ἁλᾶται ἁλὸς. i. Piscis eget sale. De re absurda & incredibili. Nec enim uerisimile est, pisces in mari agentes opus habere sale. Hoc uidetur à populo reclamatum Androclidi Pitensi, quum legem quandam reprehendens dixisset, ἁλοῦται εἱ νόμοι νόμῳ διορθώσουσιν. i. Egent leges lege correctrice. καὶ γὰρ ἰχθῦς ἁλὸς. Nam & pisces sale. Leges enim in hoc datæ sunt, ut ad harum regulam corrigantur hominum actiones. Quod si ipsæ leges indigent correctione, leges non sunt. Idq; non minus absurdum sit, quàm si pisces marini dicantur egere sale. Refert Aristoteles in Rhetoricis.

Baccæ egent oleo. LXIIII

Ibidem mox subijcit aliud eiusdem formæ, τὰ σίμφυλα ἁλᾶται ἐλαίου. id est, Baccæ egent oleo. Neque enim credibile est illi opus esse oleo unde nascitur oleum. E᾽ baccis autem oliuarum exprimitur oleum. Cognatum illi quod ante retulimus, Ipsi fontes sitiunt.

Auis ex auibus. LXV

ὄρνις ἐκ τῶν ὀρνέων. id est, Auis ex auibus, prouerbij forma dictus est Aristophani per ironiam uir nobilis, quasi bonus ex bonis prognatus,

Τὸν ἔποπ᾽ ὃς ὄρνις ἐγένετ᾽ ἐκ τῶν ὀρνέων. id est,
Vpupam hancce quæ prognata ab auibus est auis.

Qui de nobilitate gloriantur, repetunt ab auis & atauis gentis stemmata. Nam empta nobilitas, aut nuper parta, non perinde magni fit.

Da lapidiuolam. LXVI

Interpres Aristophanis indicat pueros si quando uiderint aues, dicere solere, Da lapidiuolam, & cadent omnes. Conuenit ubi quis sectatur quæ non possit assequi, aut minatur ijs quibus non potest nocere. In comœdia quispiam ait se uelle strepitu excitare aues: alter iocans respondet, σκίλλα δίνει πλὴν πέτραν. id est, Tibia lapidem ferit. Atq; interim aues nihil habent incommodi, sed manus aut pes percutiens saxum: eoq; iubet alter, ut ipse capite percutiat lapidem, quo strepitus fiat duplex.

Ne quæras deus esse. LXVII

Μὴ ζήτει θεὸς γενέσθαι. i. Ne quære fieri deus. In hominem undequaq; beatum in hac uita. Pindarus in Olymp. hymno 5.

ὑγιείᾳ δ᾽ εἴτις ὄλβον
ἄριστ᾽ ἀνθρώποις κτεάνεσσι, καὶ
Εὐλογίαν προσθείς, μὴ ματεύ-
Σῃ θεὸς γενέσθαι. Si quis autem opes cum sanitate coniunctas auget, ac suis possessionibus contentus est, atq; his adiunxit honestam famam, ne petat à dijs ut fiat deus. Itidem apud nostrates uulgò dicitur: Sat fortunatus es. Quid tibi uis? Num postulas esse deus?

Operi incipienti fauendum. LXVIII

Celebratissimum est, bonos alit artes, & uirtus laudata crescit. Ita Pindarus Olympiacon hymn. 6. ἀρχομένῳ δ᾽ ἔργῳ πρόσωπον χρὴ θέμεν τηλαυγές. In initio facinoris, oportet faciem illustrem addere: hoc est fauendum aliquid egregij facinoris aggredientibus simul ut ipsis addatur animus, & alij ad æmulationem prouocentur. At nunc plerique molestè obstrepunt si quis quid tentet eximium. Potest & hic sensus accipi: Qui famam affectat, hunc oportet ab egregio quopiam facinore auspicari. Permagni siquidem refert, unde nominis sumas exordia.

Nec apud homines, nec in mari. LXIX

Ibidem & illud prouerbiali schemate dictum est, ἀκίνδυνοι δ᾽ ἀρεταὶ ὅτε παρ᾽ ἀνδράσιν, ὅτ᾽ ἐν ναυσὶ κλαναῖς τιμιαι. id est, Virtutes autem periculi expertes, neq; apud homines, neq; in cauis nauibus habentur in pretio, pro eo quod erat, nusquam, quasi dicas, neq; terra neq; mari. Ipsa autem sententia conuenit cum illo Hesiodio decantatissimo:

Virtutem posuere dei sudore parandam.

Nemo magnam laudem parauit absq; periculo. Eoq; Pindarus bellum appellat κυδιάνειραν. quod uiris pariat illustre nomen. Tropus prouerbialis est in his uerbis, nec in terra, nec in mari. Et pugnatur terra mariq;.

In hoc calceamento pedem habet. LXX

Dictum ibidem & illud adagij forma, ἴσῳ γὰρ ἐν τούτῳ ποδὶλῳ δαιμόνιον πόδ᾽ ἔχων i. Nouit enim se in hoc calceamento fortunatum habere pedem, pro eo quod est, nouit has laudes in ipsum competere. Olim magnæ deliciæ erant in soleis & calceis. Nam pedilon Græcis est calceamenti genus uarium ac picturatum, dictum παρὰ τὸ περὶ ποδὶ πεπαλεῖσθαι, eo quod pedi applicetur. Vt autem non omnis calceus conuenit cuilibet pedi, ita nec quæuis laus in quemuis congruit.

Virtus gloriam parit. LXXI

In eodem Encomio, τιμῶντες δ᾽ ἀρετὰς, ἐς φανερὰν ὁδὸν ἔρχονται. τεκμαίρεσθαι χρὴ μ᾽ ἕκαστον. i. quibus uirtutes in pretio sunt, ij perueniunt ad illustrem uiam. Nobilitat autem suum quenq; opus. Sentit benefactis potius quàm opibus parari ueram gloriam. Nec uno modo contingere honestam famam, sed sua quenq; uirtute fieri clarum. Homerum illustrauit poëtice, Demosthenem eloquentia, Aristidem integritas, Themistoclẽ res præclare gestæ, ititem & alij alijs modis inclaruerunt.

Bonum est duabus niti ancoris. LXXII

Rursus in eodem, ἀγαθὰ δὴ τὰ πέλονται
Τ᾽ ἐν χειμερίᾳ νυκτὶ θοᾶς
ἐκ ναὸς ἀπεσκίμφθαι, δύ᾽ ἄγκυραι.
Bonæ sunt in hyberna nocte duæ ancoræ, ad laxandum è celeri naui, id est, Bonum est duplici præsidio niti, ut si alterum destituat, altero iuuemur: quemadmodum is uictor quem laudat geminam habebat patriam, ut si quid accidisset alteri, ad alteram se reciperet. De hoc dictum est nobis aliàs, ἐπὶ δυοῖν ὀρμεῖν.

E᾽ domo in domum. LXXIII

Hanc sermonis formam aliquoties habemus obuiam apud Pindarum, & Aristophanem οἴκοθεν οἴκαδε, quum significant aliquem proprijs uirtutibus quippiam egregiæ laudis peperisse suæ domui patriæue. Velut in eodem Encomio, οἴκοθεν οἴκαδ᾽ ἀπὸ συμφαλίων τέχεων. i. A᾽ domo in domum à Stymphali mœnibus. Gratiosior minusq; inuidiæ obnoxia uirtus est, quæ ab auis atauisq; demanauit ad posteros.

Quod dici solet. LXXIIII

Plautus in eadem fabula, rem dictu obscœnam, tropo subindicat. Iurat illic quidam per omnes deos, cuidam nihil esse rei cum puella: ut ille cum illa neq; cubat, neq; ambulat, neq; osculatur, neq; illud quod dici solet.

Domi pugnans more galli. LXXV

ἐνδομάχας ἅτ᾽ ἀλέκτωρ id est, Domi pugnax more galli. In eum qui semper domi desidens, non audet uel in bellum, uel in certamina proficisci foras. Nam hoc animal pugnacissimum quidem est, sed domi. Nihil autem conferit Reipub. nec ea certamina celebrantur. Ita quidem interpretes, sed addubito tamen an scriptum sit, ἐνδομύχας, id est, domi abditus. ἐνδομάχης dictio noue composita, ab ἐντὸς & μάχομαι. Hærebit in istos

qui-

Ayuntamiento de Madrid

qui domi perpetuo rixantur, quũ foris ſint placidiſſimis moribus. Conuenit cum eo quod alibi diximus, Domi leones.

Nec deus, nec homo. LXXVI

Hoc ſchema prouerbiale frequẽter obuium eſt apud poëtas, dijs hominibusq; inuitis, proh deum atque hominum fidem. Ibi de diuinis atque humanis cernitur. Horatius,

Non dij, non homines, non conceſſere columnæ.

Pindarus in Pythijs hymno tertio,

Κλέπτᾳ τέμιν, οὐ θεὸς, οὐ βροτὸς, ἔργοις ὔτε βυλαῖς. id eſt,

Nec deus illum fallit nec homo, nec factis nec conſilijs.

Laudat Apollinẽ, qui quũ omnia ſciat, nihil tamen mentiatur.

Apud matrem manere. LXXVII

Παρὰ μητρὶ μένειν, dicebantur qui per ignauiam ſemper domi manentes, nihil audent præclari facinoris. Pindarus Pythiorum Oda 4. μή τινα λειπόμενον τ' ἀκίνδυνον παρὰ μητρὶ μίναν. id eſt, ne quis immunis à periculo relictus apud matrem maneret. Loquitur ni fallor, de argonautis, qui audaci peregrinatione quærebant gloriam, Iunonis auſpicijs. Molles & effœminati temporibus Auguſtini, μαμμόθρεπτοι dicebantur, Siue quod ab auijs eſſent educati, quæ nepotulos ſuos tenerius amant quàm ipſæ matres, ſiue quod Græci μάμμην diminutiue dicunt materculam, quin & hodie uulgus matris filium appellat adoleſcentem delicatius educatum, ac tales dicebantur Matriſſare.

Sine canibus & retibus. LXXVIII

ἄνευ κυνῶν τε καὶ λίνων. id eſt, Abſque canibus & retibus. Hoc quidem ſchemate Pindarus Nemeorum Oda 3. ſignificauit ſummam celeritatem. Quis enim pedibus aſſequatur ceruos, niſi aut à canibus remorentur, aut implicentur retibus, Conueniet tamen in eos, qui clancularijs artibus capiunt prædam. Pindari uerba ſic habent: κτάνοντ' ἐλάφους ἄνευ κυνῶν δολίων δ' ἑρκέων. id eſt, Ceruos occidentem ſine canibus ac doloſis retibus. Dicetur & in eos qui non alienis præſidijs, ſed proprio Marte rem gerunt.

Et Scellij filium abominor. LXXIX

Hic eſt affectus humanus, ut ſi quis uel hominem uel quamcunq; rem uehementer oderit, non ſolum à commemoratione, uerumetiam à cognatis uocibus abhorreat. Id eleganter expreſſit Ariſtoph. in Auib. Ibi perſona quædam ſic loquitur.

ἀεὶ ζηλοτυπεῖσθαι δῆλός εἶ κτῶν. id eſt,

Ariſtocratiam palàm eſt te quærere. Altera reſpondet,

Ηκιστα, καὶ τὸν σκελλίν' βδελύττομαι. id eſt,

Minimè, ſed ipſum Scellij natum quoque Abominor.

Scellij filius dictus eſt Ariſtocrates. Hoc nomen iure inuiſum eſt deteſtanti Ariſtocratiam, quòd ea uox abominandæ rei memoriam renouet.

Larinum uerbum. LXXX

Λαρινὸν ἔπος. id eſt, Larinum uerbum appellabant ingens atq; egregium, hinc orto prouerbio quòd in Lariſſa boues ſint prægrandes ac præpingues. Alij putant Larinos dictos obeſos ac prægrandes à Larino quodam paſtore ſupra modum magno corpore. Boues autem prægrandes paſci in Epiro, poſteritatem boum Geryonis. Ariſtophanes in Auibus:

ἀλλὰ λέγειν ζητῶ τι πάλαι

Μέγα καὶ λαρινὸν ἔπος τι. id eſt,

Sed tibi Iam quæro dudum grande uerbum dicere,

Atque Larinon. Huc pertinet quod Græci rebus ingentibus bouem addunt, ut βοφάγος, edax. Simili modo Latini ucteres Lucam dicebant pro grandi.

Hernioſi in campum. LXXXI

Κόκκυ, χωλοὶ πεδίονδε. id eſt, Coccy, hernioſi in campum. Ariſtoph. in Auibus refert prouerbij loco, τῦτ' ἄρ' ὀκεῖν' ἦν τ' ὄπος ἀληθῶς, κόκκυ χωλοὶ πεδίονδε, Quorum uerborum hic ſenſus. Hoc eſt uere quod prouerbio dicitur, coccu, hernioſi in campum, ſubaudi uenite, quòd hæc auis canit paulo ante meſſem, uelut agricolas prouocans ad laborem metendi, unde Heſiodus ἦμος κόκκυξ κοκκύζῃ. Quod autem χωλοὶ dixit pro agricolis, obiter taxauit Aegyptios, apud quos plerique ſunt execti, qui omnes ad uocem cuculi cogantur eſſe in agris. Fingit enim olim apud Aegyptios regnaſſe cuculum priuſquam fieret auis. Quin hodie parum uiri, & ob hoc uxores cum alijs habentes communes, uulgò cuculi uocantur. Aliâs annotauimus ex Horatio, cuculos à uiatoribus appellari ſolere, qui tum demum ueniſſent ad colendam uineam, quum auditus eſſet cuculus. Canit autem iam adulto uere, quia ſero prorepit è nido, quem ſibi parat ſub hyemem in cauis arboribus, exuens ſe plumis, atq; his ſeſe inuoluens congeſtis in commeatum malis ac pyris. Interpres Ariſtophanis admonet eſſe prouerbium κόκκυ χωλοὶ πεδίονδε, quum ſegnes ipſum tempus prouocat ad induſtriam.

Μελλονικιᾶν. LXXXII

Nicias traducebatur quòd conctator eſſet in re militari, qualis apud Romanos fuiſſe narratur Fabius, eoq; iocularem uocem finxit uetus comœdia, μελλονικιᾶν, ex μέλλειν, quod eſt cunctari, & νικίας, qui fuit dux Athenienſibus. Ariſtophanes in Auibus, οὐχὶ νυςάζειν.

ἔτι ὥρας ἡμῖν οὐδὲ μελλονικιᾶν,

ἀλλ' ὡς τάχιςα δεῖ τι δρᾶν. id eſt,

Porrò oſcitandi tempus haud eſt amplius,

Nec more Niciæ decet cunctarier,

Sed oportet aliquid agere quàm celerrimè.

Fumus. LXXXIII

Καπνὸς dicuntur promiſſa magnifica quidem, ſed inania. Vnde fumos uendere, & fumos offundere. Hoc nomen inditum Theageni cuidam, qui quum pauper eſſet, affectauit tamen haberi prædiues ac magnificus negotiator, unde uulgò dictus eſt καπνὸς. Ariſtophanis interpres autorem citat Eupolim Comicum in fabula cui titulus δῆμοι.

Pariter remum ducere. LXXXIIII

Qui ſimul remigant, certis numeris impellunt remos ut inter ſe conſentiant, alioqui nihil acturi. Hinc Ariſtophanes in Auibus dixit, ὁμοῤῥοθῶ, pro aſſentior, & eodem cultor quo tu. Vox compoſita eſt ab ὁμοῦ, ſimul, & ῥοθέω, impetu feror. ὁμοῤῥοθῶ, συνθλῶ, συμπαραινέσας ἔχω. id eſt, Eodem nitor, conſentio, collaudo. Interpres admonet hoc uerbum eſſe ſumptum è fabula Sophoclis, cui titulus πολεῦς.

Ipſis & Chijs. LXXXV

Αὐτοῖς καὶ Χίοις. Non obſcurum eſt has uoces ex ſolenni more uulgò iactatas, quoties aliquis ſibi bona precabatur & amicis. Sic enim precatur apud Ariſtophanem Auis,

Διδόναι νεφελοκοκκυγιεῦσιν

ὑγίειαν καὶ σωτηρίαν αὐτοῖσι καὶ Χίοισι. id eſt,

Vt detis Nephelococcygienſibus,

Bonam ualetudinem & incolumitatem, Ipſis & Chijs.

Interpres oſtendit hunc ſermonis colorem ductum ex publica Athenienſium conſuetudine, qui in ſolennibus comprecationibus ac ſacrificijs bona à dijs precantes reipublic. addebant καὶ Χίοισιν. Atque huius hiſtoriæ teſtem citat Theopompum in 12. lib. rerum Philipp. opinor quòd è Chio nonnullam haberent Athenienſes commoditatem. Qui ſibi uni bene precatur, nulla facta mentione amicorum aut bene meritorum, facete ſuccinetur, καὶ Χίοισιν.

Alas addere. LXXXVI

ἀναπτερῶν uulgò dicebantur, qui uerbis alicui adderent animum, inq; bonam ſpem erigerent. Ariſtophanes in Auibus,

Οὐκ ἀκήκοας ὅταν λέγωσιν οἱ πατέρες ὑμᾶς τοῖς μαγακίοις ὧν τοῖσι καρδίοισιν τάδε.

Δεινῶς τε μοῦ τὸ μαρτύριον διατρέφει

Λέγων ἀνεπτέρωκεν ὥσθ' ἱππυλατεῖν. id eſt,

Num tibi auditum illud eſt

Ayuntamiento de Madrid

Quod officinis undique in tonsorijs
Cani patres loquuntur adolescentibus:
Mire Diotrephes & meo adolescentulo
Alus loquendo affixit, ut iam gestiat Equitare.

Narrant Diotrephem fuisse quempiam prædiuitem, qui maiorem in modum delectatus est alendis equis, unde & postea Hipparchus factus est: huius hortatu exemploq; multi iuuenes accendebantur ad curas equestres: patres autem oderunt hoc studij genus in filijs, quòd immodicis constet impendijs.

Χιωαλώπηξ. LXXXVII

Theagenes quòd esset garrulus ac stupidus more anserum, & uersipellis more uulpium, uulgari ioco dictus est χιναλώπηξ, uoce composita ex anser & uulpe. Quanquam Didymo magis probatur anseris nomen additum, quod auitio ac præsertim anserinis supra modum delectaretur, uidelicet uulpium more. Anseris iecur olim in summis erat delicijs. Huius adagij meminit Aristophanes in Auibus.

Concinere. LXXXVIII

Τὴν ξωαυλὰν κλείειν. Est ijsdem de rebus similiter queri. Aristophanes in equitibus, ἵνα

Ξωαυλὰν κλαύσωμεν, ὀλυμπιν νόμον. id est,
Modos uti concinnemus tibijs Olympicos.

Ξωαυλὰν appellant, siue cum plures tibijs eandem canunt cantionem, siue cum citharæ tibia accinitur. Olympus autem fuit Marsyæ discipulus, qui scripsit de modis lugubribus. Quin & hoc ipsum Olympi modos, de querulis habet prouerbij speciem, quemadmodum ἰαλεμίζειν, & Carica musa.

Respublica nihil ad Musicum. LXXXIX

Hæc persuasio quemadmodum olim multorum animos occupauit, ita nunc quoq; multis inhæret, ut credant doctos ac probos uiros non esse accommodos ad gubernandam remp. Plato abstinuit, Socrates frustra tentauit, Demostheni ac Ciceroni parum feliciter cessit. Deniq; mater Neronis deterruit filium à studio philosophiæ, quòd existimaretur inutile gesturo principatum. Ad hæc D. August. redarguit in epistola quosdam, qui iactabant Euangelicam philosophiam officere rempub. administranti. Id uenuste expressit Aristoph. in Equitibus, Nam illic principatum recusanti quòd nusices esset imperitus, ita respondetur,

ἡ δημαγωγία γὰρ ὁ τρὸς μισικοῦ
ἔστ' ὄντιν' ἀνδρὸς ἄλλ' χρηστοῦ τὸν τρόπον. id est,
At gerere nunc reimpub. non est uiri,
Qui musicus sit, ac probatis moribus. Musices nomine omnem liberalem eruditionem designabant ueteres.

Verbis coquinarijs. XC

ῥήματα μαγειικὰ. id est, Verba coquorum, uenuste dixit in eadem fabula, pro uerbis mollibus, blandis ac dulcibus, Coquorum enim est condimentis edulcare cibum per se subausterum. Monetur illic quispiam ut populum Athen. blandiloquentia demulceat. Carmen sic habet:

Ὑπογλυκάνων ῥήμασιν μαγειικοῖς. id est,
Deliniens eos coquorum uerbulis.

Μαγειικοῖς dixit, pro μαλικίοις. hoc est, placidis ac dulcibus. Habebit gratiam, si quis dicat Epicuri philosophiam demulcere uulgarium animos ῥήμασι μαγειικοῖς, quòd uoluptatem asserat esse summum bonum.

Liba Coalemo. XCI

Σπένδεσθαι κοαλέμῳ. id est, Liba Coalemo. Competit in eum cui sua improbitas fuit bono. Fingit enim Comicus demonis nomen, improbitatem innuens. Perinde quasi quis dicat, sacrificare μωρίᾳ, si quis morionem agens, euectus sit ad opes ac dignitatem. Nam Græcis κοάλεμος fatuum ac stultum significat, à κοῦ pro νοῦ. Nam Callimachus pro γόησιν dixit ὀόησιν. Hinc ἀναλόγως κοῦς, pro νοῦς, & ἀλάω, quòd mente erret. Simili figura gratijs litasse dicuntur, qui fortunati sunt in amicitijs conciliandis. Habent & temulenti Conum deum, & fures deam Lauernam. Itaq; furtis dicato, facete diceretur, Liba Lauernæ.

Spirat Cæcias. XCII

De Cæcia uento nubes ad se pertrahente, satis dictum est nobis in superioribus. Ad uenti naturam alludens Aristophanes in Equitibus dixit,

ὡς δὴ τὴν χαυλίας, καὶ συκοφαντίας πνεῖ, id est,
Vt iste spirat Cæcias & sycophantias iam.

Interpres admonet prouerbij, quanquam in Aldina æditione, pro χαυλίας deprauate legitur καυλίας, cum hanc uocem metri ratio non admittat. Cæcias autem poëta posuit pro turbis ac litibus. Notatur enim ibi Cleon ut delator & criminator.

Latum & angustum. XCIII

Nemini obscurum arbitror prouerbiali schemate dictum esse apud Aristoph. in Equitibus, sub persona Cleonis: cui cum esset obiectum, quòd nutricum more male pauisset populum, qui pullulum præmansi insereret in os, maximam partem ipse deglutiret, respondet,

Κοὐκ ἀλλ' ὑπόγε δεξιότητος τῆς ἐμῆς
Διῶσαμαι πατεῖν τὸν δῆμον ἀρχὴν καὶ φρένα. id est,
Ita per Iouem. Nam dexteritate ego mea
Exilem & amplum ualeo populum reddere.

Macrescunt enim pueri male pasti, rursus bene pasti fiunt obesi. Apposite torquebitur in eos qui adolescentes rectè docent aut secus, qui ue populo dextrè concionantur aut secus. Siquidem hæ res plurimum habent momenti ad mores populi, uel ad honesta formandos, uel ad uitia deprauandos.

Scarabeo citius persuaseris. XCIIII

Θᾶσσον ὁ κάνθαρος ἂν μεταπεισθείη. id est, Citius Scarabeum in diuersam sententiam pertraxeris. De ijs qui malis assueuerunt, à quibus tamen reuocari non possunt, eò quod assuetis uideantur optima. Lucianus in Pseudologista. ὅτε γὰ αὐτός ποτε βελτίων γένοιο πρὸς τὴν ὑπερμισίαν, ὁ μᾶλλον ἢ κάνθαρος μεταπεισθείη ἂν μηκέτι τοιαῦτα κυλινδεῖν, ἅπαξ αὐτοῖς σωκόπρις γνόμενος. id est, Neque enim ipse unquam fieres melior increpatione mea, nihilo magis quàm scarabeo persuaderi posset, ne amplius talia uoluat, postquam semel illis assuenit. Scarabeus fœtus suos educat in stercore præcipue caprino, & indidem pascit, atque ibidem habitat. Excrementa uerò fingunt in sphærulas, easq; in nidum deuoluunt, capite in terram demisso, posterioribus pedibus in altum erectis. Nemo facilè abducitur à uitijs in quibus natus & educatus est, & quæ per se sunt fœdissima, uidentur & pulchra & dulcia diutinæ consuetudinis commendatione.

Alienis soleis uti. XCV

ἀλλοτρίοις βλαυτίοις χρῆσθαι. id est, Alienis soleis uti dicuntur, qui moribus aliorum ad suum abutuntur emolimentum. Aristophanes in Equitibus,

Οὐκ ἀλλ' ὅπερ πίνων ἀνὴρ πέπονθ' ὅταν χεσθῇ,
Τοῖσιν βόποις τοῖς σοῖσιν, ὥσπερ βλαυτίοισι χρῶμαι.

Quibus uerbis negat se circumuenire populum Atheniensem, sed facere quod solent qui desident in cõpotationibus, & urgente aluo surgunt arreptis alienis soleis, siue quòd festinant, siue quòd ebrij sunt. Ita ille abutebatur moribus populi Athenienſis, qui cibo corrumpi uolebat, & blanda libentius audiebat quàm salutaria. Apparet olim Græcos absq; soleis solere accumbere. Exituri domum poscebant soleas. Hinc quæstus Lopodytis. Quidam etiam nudi accumbebant.

Longum procœmium audiendi cupido. XCVI

Prouerbij speciem habet quod est apud Platonẽ lib. De repub. 4. μακρὸν τὸ προοίμιον ἐστὶ ὑπομονῆτι ἀκροάσεως. id est, Longum procœmium audiendi cupido. Qui rem ipsam cupit cognoscere, huic longum est omne procœmium. Vnde illud Terent.

uab

Ayuntamiento de Madrid

uah, etiam proœmium mihi occeptat. Et Athenis præco, qui dicendi potestatem faciebat, rhetoribus præfabatur ἀνευ προοιμίων καὶ παθῶν. id est, Sine proœmijs & affectibus: quòd hæc extra causam sint.

Omnia præclara dicis. XCVII

Socrates apud Platonem in Euthydemo, ἀξιωνίων suo more, quòd aduersarius absurda quædam collegisset, uidelicet Socratem scire quod nesciebat, & rursum nescire quod sciebat, εἶεν, inquit, ὦ Εὐθύδημε, τὸ γὰ λεγόμενον, καλὰ δὴ πάντα λέγεις. id est, Esto ô Euthydeme. Nam ut dici solet, omnia sanè præclara dicis. Marsilius pro esto, uertit en, Εοᾳ; legisse uidetur, non εἶεν, sed ἆρ aut εἶνι, quòd Græcis sonat En. Vt sit admirantis εἰρωνικῶς. Putoq; hanc fuisse germanam Platonis scripturam. Nam esto nihil facit ad præsentem sententiam. Nihil enim concedit, sed ut rem inauditam admiratur per irrisionem, ut omittam interim, quòd εἶεν magis est optantis quàm concedentis. Plato alijs aliquot locis adagij titulo citat pulchre dicis, quod arbitror è poëta quopiam desumptum. Nam apud Theocritum Praxinoë loquitur: ναί, καλὰ εἶπας. id est, Sic est, dixisti pulchre.

Quod recte datum est. XCVIII

Plato in Philebo, ostendit prouerbium à pueris usurpatum, non oportere reposci quod semel datum est. ἡμεῖς γὰ δὴ λέγομεν, καθάπερ οἱ παῖδες, ὅτι τῶν ὀρθῶς δοθέντων, ἀφαίρεσις οὐκ ἔστι: id est, Nos autem dicimus id quod solent pueri, quæ rectè data sunt, non licere rursus eripi. Hoc eo dicebat, quòd Socrates solet ab integro repetita disputatione, quæ prius concessa fuerant rursus in dubium uocare. Simile quiddam & hodie iactatur inter pueros ubi quis quod dedit, reposcit. Adeo dicta huiusmodi per tot secula, per q; tot nationes ad nos usque demanarunt.

Funiculum ad lapidem. XCIX

Τὴν σπάρτον πρὸς τὸν λίθον ἄγε. i. Funiculum lapidi admouere dicuntur, qui curam omnem adhibent ne quid geratur in repub. secus quàm oportet. Beatus Chrysostomus Homilia in priorem ad Corint. epist. 35. σκόπει πῶς πάλιν ἡμᾶς πρὸς τὴν σπάρτον τὸν λίθον ἄγει τὴν οἰκοδομὴν πάντα χὲ ζητῶν ἀκριβῆ. id est, Considera ut hic rursus funiculum admouet ad lapidem, ubique quærens ædificationem ecclesiæ. Translatum est ab architectis, qui non credunt oculis suis, sed ad perpendiculum explorãt lapidum æqualitatem. Quod est exactæ diligentiæ.

Hoc tu mihi dices. C

Apud Platon. lib. De repub. 9. Socrati interroganti, quo pacto uiueret uir tyrannicus, respondet Adimantus, τὸ τῶν παιζόντων τρόπον καὶ ἐμὲ ἐρεῖς. id est, Istud, tu mihi, quod ioco dici solet, dices. Vsus erit, quum responsio inuidiosa reijcitur in percontatorem, aut quum his qui percontantur talis est, ut oporteat ipsum rectius scire quod ab alio cupit discere.

CHILIADIS QVARTAE CENTVRIA IX.

Nummo addicere. I

APVD Iurisconsultos prouerbiale est nummo addicere, pro eo quod est, minimo uendere. Est autem fucus quo legibus imponitur prohibentibus donationes. Vlpian. lib. Pandect. 19. tit. Locati. *Si quis conduxerit nummo uno, conductio nulla est, quia & hoc donationis instar inducit.* Idem lib. 1. tit. De re iudicata: *Si quis & conduxit & rogauit precario uti posideret, siquidem nummo uno conduxit, nulla dubitatio est, quin & precarium solum teneat.* Verum addubito num in his exemplis pro conduxit & conductio, legendum sit condixit & condictio. Suetonius in Iulio *Cæsare: Bello ciuili supra alias donationes ampliſsima prædia nummo addixit.* Valerius Maximus lib. 2. cap. De gratitudine: *Pollinctoribus exequiarum apparatus sestertio nummo ipsis præsentibus est addictus.* Itidem Plautus in Pseudolo: *Nunquam hoc eris nummo diuitior. Nummum dixit, pro uilissimo precio.*

Vero uerius. II

Cum nihil possit esse uero uerius, tamen prouerbiali tropo dicimus, uero uerius quod prorsus indubitatum haberi uolumus. Martialis in Gallicum quendam, cui ex more sæpe repetebatur illud,

Dic uerum mihi Marce, dic amabo:
Vero uerius, inquit, ergo quod sit, audi.
Verum Gallice non libenter audis.

Non dissimili forma dicimus certo certius, quanquam nihil prohibet aliud alio certius esse. Vlpianus lib. Pand. 26. tit. De testamentaria tutela. Testamento datos sponsores non esse cogendos satisdare rem saluam fore, certo certius est.

Vento uiuere. III

Hodieq; uulgò tritissimum est, ut eos dicant uento uiuere qui nullo uiuunt impendio: & addunt, more siluri, quod pleriſq; creditum est eum piscem aura saginari, quod idem creditum est de Chamæleonte. Alexander imperator lib. Codicis 5. tit. De aliment. pupil. præst. *Nec ferendus, inquit, est iuuenis, qui cum præsens esset, studijsq; eruditus atq; alitus esset, si ea per alium se consecutum non probet, sumptus recusset, quasi uento uixerit, aut nullo liberi hominis studio imbui meruerit.*

Tuas res tibi habeto. IIII

Caius iurisconsultus Pandect. lib. 24. tit. De diuortijs, ostendit *fuisse receptum, ut diuortium his uerbis perageretur: tuas res tibi habeto, tuas res tibi agito. Quorum altero reddit dotem, altero abdicat ab se tutoris numus in rebus uxorijs. Hæc autem forma uerborum perscripta est, ne uel non ratum esset diuortium, si nullis solennibus uerbis perageretur, uel inauspicatum & odiosum si uerbis inciuilibus perageretur.* Itidem in discutiendis sponsalibus uisum est uti his uerbis, *Conditione tua non utor. Hæc prouerbij gratiam habebunt, si cui ciuiliter renuntiabimus amicitiam. Sed festiuius erit, si ad res animi transferantur, ueluti si quis dicat: Monachi uitam professus est, mundum iussit sua sibi habere, suas sibi res agere.* Item *si quis ambiat consortium nostrum, quem iudicamus nobis inutilem, huic apte dicetur: tua conditione non utor, pro eo quod erat, non utor tua familiaritate.* Eleganter usus est Plautus in Trin. ubi Lysiteles adolescens multa queritur de miserijs amantium, ac meditatur amorem eijcere ex animo. Apage sis amor, tuas res tibi habe, amor mihi amicus ne fuas unquam, sine tropo usus est in Amphi. Valeas, tibi habeas res tuas, reddas meas.

Gamma Betam persequitur. V

Procopius lib. 3. De bello Vuandalico refert Carthagine antiquum prouerbium à pueris iactari solere, Quod Gamma quandoque Betam, & rursus Beta Gammam persequitur. Suspicor puerorum lusum huc spectasse, quòd inter uicinos frequenter oriatur dissidium. Verum hic puerile dictum detortum ad rerum euentum, quod Gizericus Bonifacium expulisset: postea Gilimerem Belisarius. Prouerbium non est. natum ex euentu, sed puerorum Carthaginiensium ænigma fuit, uelut oraculum eius quod accidit postea.

Pulchrum sepulcri elogio. VI

Non uidebatur in prouerbiorum classem referendum, nisi nonnatim prouerbij titulo referretur apud Procopium libro De bello Persico 1. sub persona Augustæ Iustinianum maritum sic alloquentis. Igitur optimè imperator, uolenti nunc uiuere procul dubio nullo negotio licet, pecuniæ nobis magna uis, mare opportunum, nauigia multa. Considera tamen, ne ser-

Ayuntamiento de Madrid

uato tibi contingat, uitæ iucunditatem cum mortis ad extremum acerbitate commutare, mihi autem antiquum sanè placet prouerbium, quàm pulchrum est in sepulchri elogio imperatorem asscribi. Quosdam noui, qui in extremo uitæ magnis impendijs redemerunt galerum cardinalicium, ut in sepulcro titulus asscriberetur.

Primum apes abigendæ. VII

Agathias de bello Gothico lib. 3. Placebant hæc dicta Vlilago Herulorum præfecto, unde id usurpatum prouerbium & barbarum & parui momenti, utile tamen & alicuius energiæ. Identidem prædicabat: primum abigendus apes, deinde & mel subtrahendum. Sensit Buzes primum hostium copias aduentantes esse submouendas, quo possint Asia potiri, sumptum à curatoribus apum, qui quo mel eripiant ex aluearibus, apes fumo, aut alio quouis modo abigunt.

Porrigere manus. VIII

Porrigere manus, pro auxilio esse, uulgatissimum est, sed elegans. Vlpian. Pandect. lib. 42. ti. De re iudicata: Sed si emptor cui pignora sunt addicta, exequente iudice, precium non soluit, utrum aduersus emptorem porrigere manus debent ijdem iudices, qui sententiam exequuntur, uidendum est. M. Tullius in oratione post reditum. Qui mihi primus afflicto & iacenti, consularem fidem, dextramq; porrexit. Festiuius erit de rebus animi: ueluti si dicas, animo deiecto manum porrigit philosophia: aut in theologiæ difficultatibus æstuanti sæpe manum porrigit dialectica, aut linguarum peritia.

Optima quidem aqua. IX

ἄριστον μὲν ὕδωρ. id est, Optima quidem aqua, uidetur in prouerbium abijsse, quoties rei uehementer laudatæ præfertur aliquid melius: quemadmodũ Pindarus auspicans hymnos Olympiacos, aquam quidem fatetur esse optimam, sed aurum præfert, quod ignis in morem noctu luceat. Sunt enim hæc duo præcipua elementa, aqua & ignis: unde aqua & igni interdicitur quos uita indignos iudicamus. Aristoteles lib. Rhet. 3. ut uulgò iactatum citat, ὅθεν inquit, λέγεται, ἄριστον μὲν ὕδωρ. Quædam enim ob id præferuntur, quod sint rariora. Alioqui aqua est magis necessaria quàm aurum. Meminit adagij Plutarchus in commentario, in quo quærit utrum aqua an ignis sit utilior. Supra modum efferenti philosophiam, is qui fatetur quidem philosophiam esse rem præclaram, sed qua potior sit theologia, facete succinet illud Pindarici carminis fragmentum, ἄριστον μὲν ὕδωρ.

Non oportet hospitem semper hospitem esse. X

Aristoteles lib. Rhet. 3. nullo autore citat ceu uulgò iactatum, δεῖ τὸν ξένον, ξένον ἀεὶ εἶναι. id est, Non oportet hospitem semper hospitem esse. Hospites dicuntur ignari eius loci in quo uiuunt. Sed turpe est diu in eadem ciuitate uiuere, & semper esse peregrinum. Videtur Iambicus trimeter corruptus. Turpe est in eadem disciplina diu uersatum esse, & nihil scire.

Moriendum priusquam &c. XI

Ibidem commemorat Alexandridæ dictum, ut uulgò celebre ac laudatum. καλόν γ' ἀποθανεῖν πρὶν θανάτου δεῖσθαι ἄξιον. id est, Honestum est mori, priusquam aliquid morte dignum commiseris. Sensus est, ut ipse exponi Aristoteles: Decet mori morte indignum: siue honestum est mori, cum nihil morte dignum admiseris.

Sustollere manus. XII

Qui uehementer gaudent, quasi res diuinitus geratur ex animi sententia, sustollere manus dicuntur. M. Tullius Epist. lib. 7. Sustulimus manus ego & Balbus. Tanta fuit opportunitas, ut illud nescio quid non fortuitum, sed diuinum uideretur. Idem in Academicis. Hortensius autem uehementer admirans, quod quidem perpetuo Lucilio loquente fecerat, ut etiam manus sæpe tolleret. Horatius Satyra 5.

Importunus amat laudari, donec ohe iam
Ad cœlum manibus sublatis dixerit, urge.

More Romano. XIII

In eadem epistola M. Tull. non sine prouerbij specie dixit more Romano pro eo quod est simpliciter & absque fuco potius quàm erudite. Tales enim fuerunt illi Romani prisci, Græcorum dissimiles. De quo, inquit, homine tibi spondeo, non illo uetere uerbo meo, quod cum ad te de Milone scripsissem, iure lusisti: sed more Romano, cum honines non inepti loquuntur, probiorem hominem, meliorem uirum, prudentiorem esse neminem. Penes Romanos erat rusticana ueritas. Talem inducit libro De finib. 2. Quod nostri quidem optimè disputant, nihil opus esse eum qui philosophus futurus sit, scire literas. Itaque ut maiores nostri ab aratro adduxerunt Cincinnatum illum, ut dictator esset, sic uos de Pelasgis omnibus colligite, bonos quidem uiros, sed certè non semper eruditos. Idem ad Trebatium lib. 7. Balbus mihi confirmauit te diuitem futurum: id utrum Romano more locutus sit, bene nummatum te futurum, an quomodo Stoici dicunt, omnes esse diuites qui cœlo & terra frui possunt, postea uidero. Romano more dixit, pro indocto & simplici. Nam Stoici similiter definiunt diuitem ac pauperem. At mox ad eundem: Ego te Balbo cum ad nos proficiscetur, more Romano commendabo.

Lacryma nihil citius arescit. XIIII

Marcus Tullius libro De inuentione priore, præcipiens ne orator posteaquam iudicis animum commouit ad misericordiam, diutius commoretur in quæstione, adducit Apollonij dictum, δάκρυ θᾶσσον ξηράνειεν λακρύσαι. id est, Lacryma nihil citius arescere, quòd uehemens affectus facilè uertitur in tædium.

Ex potestate exisse. XV

Exisse è potestate dicebantur, qui à mente excidissent, & qui spreta ratione, cupiditatum arbitrio præcipites ferebantur. M. Tullius lib. Tuscul. quæst. 3. Eos, inquit, sanos intelligi necesse est. Itaq; nihil melius quã quod est in cõsuetudine sermonis Latini, cum exisse è potestate dicimus eos qui effrenatiseruntur, aut libidine, aut iracundia. Ac mox: qui igitur exisse è potestate dicuntur, ideo dicuntur, quia non sunt in potestate mentis, cui regnum totius animi à natura tributum est. Hæc M. Tullius: unde compotes atque impotes mentis dicimus, & impotenter commoti dicuntur, qui animum non habent in sua potestate, sed fruuntur affectuum arbitrio. Formula sermonis detorta uidetur à iureconsultis, apud quos filij ex iustis nuptijs procreati dicuntur esse in potestate parentum, nisi emancipentur, aut nisi pater emoriatur. Rursus emancipati dicuntur exisse de potestate parentum.

Gallonius. XVI

Etiam ipsa luxuries multos nobilitauit, ut Æsopum & Apicium. M. Tullius celebrauit Gallonium à Lucilio traditum, idq; locis compluribus. In oratione pro Cecinna: Quid ergo est? Non usque eo tamen ut in capita fortunasq; honestissimorum uirorum dominentur hi qui relicta bonorum uirorum disciplina, & quæstum & sumptum Gallonij sequi maluerunt. Item pro P. Quintio meminit Gallonij. Rursus lib. De finib. 2. refert è Lucilio, O Publi, ô gurges, Galloni es homo miser, inquit, cœnasti in uita numquam bene, cum omnia consumis squillis, accipenseres cum decumano. Hæc Lucilius facit loquentem Lelium lapatho cœnare solitum, Gallonio lurconi, & omnia gulæ uentrisq; delectatione metienti. Gallonij meminit M. Tullius libro De finib. 2. Sed qui ad uoluptatem omnia referens uiuit ut Gallonius, loquitur ut frugi ille Piso, non audio.

Vultu sæpe lædituꝛ pietas. XVII

M. Tullius in oratione pro Roscio, obiter citat sententiam à sapientib

Ayuntamiento de Madrid

ſapientibus iactatum. Etenim, inquit, ſi id quod præclare à ſapientibus dicitur, uultu ſæpe læditur pietas, quod ſupplicium ſatis acre reperietur in eum qui mortem obtulerit parenti, pro quo mori ipſum ſi res poſtularit, iura diuina atque humana cogebant. Prouerbium admonet pietatem erga parentes adeò religiosè colendam, ut non ſolum non offendamus, eos uerbis aut factis impijs, ſed ne uultu quidem atrociore aut contumaciore. Habent enim oculi, frons & ipſe uultus ſuum ſermonem. Euangelium altius repetit, nimirum ab ipſo fonte cordis in quo concipitur ira. Ea erumpit in uocem indignationis, ſed incertam: proximus gradus eſt manifeſtum conuicium, tertius homicidium.

Culleo dignus, aut non uno culleo dignus. XVIII

Cum hominem enormiter ſceleroſum ſignificare uolumus, eum culleo dignum dicimus. Hoc ſupplicium erat parricidis, id eſt, qui parentem occidiſſent. Quanquam apud priſcos parricidium dicebatur, quoties homo hominem occidiſſet, hoc eſt, par parem, uidelicet eo ſeculo, quo crudelitas erat occidiſſe bouem, auem, aut gallum gallinaceum. Dein quum cœpiſſet eſſe uulgare, ut homo occideret hominem, parricidij uox ad ſummæ impietatis ſignificationem deflexa eſt. Culleus autem erat ſaccus coriaceus, cui inſuebatur parricida, ſimul immiſſa uipera, ſimia, & gallo gallinaceo, atque ita proijciebatur in profluentem. M. Tullius pro Roſcio Amerino: Quanto maiores noſtri ſapientius, qui quum intelligerent nihil eſſe tam ſanctum, quod non aliquando uiolaret audacia, ſupplicium in parricidas excogitauerunt, ut quos natura retinere in officio non potuiſſet, magnitudine pœnæ à maleficio ſummo arcerentur: inſui uoluerunt in culleum uiuos, atq; ita in flumen deijci, ô ſingularem ſapientiam iudicum, nónne uidentur hunc hominem ex rerum natura ſuſtuliſſe & eripuiſſe, cui repente cœlum, ſolem, aquam terramq; ademerunt: ut qui eum necaſſet, unde ipſe natus eſſet, careret his rebus omnibus, ex quibus omnia nata eſſe dicuntur &c. Proin Iuuenalis impietatem cuiuſdam exaggerans, negat illi ſatis eſſe ſerpentem unum, aut culleum unum. Narrat Suetonius quoſdam ſtatuæ Neronis appoſuiſſe culleum cum elogio, Meruerat, ſed ego quid poſſum?

Ratio quidem apparet &c. XIX

Plautus in Trinummo: Nequaquam. Argenti ratio comparet tamen, cui Staſinus, Ratio quidem Hercle apparet, argentum οἰχεται. Nam hæc eſt germana eius loci lectio, quam alij uariè mendoſam comminiſcuntur, Vſus eſt M. Tullius in Piſonem: Quas rationes ſi cognoris, intelliges nemini pluſquam mihi literas profuiſſe. Ita enim ſunt perſcriptæ ſcite & literate, ut ſcriba ad ærarium qui eas retulit, perſcriptis rationibus ſecum ipſe caput ſiniſtra manu perfricans, commurmuratus ſit: Ratio quidem Hercle apparet, argentum οἰχεται. Itidem Geta Terentianus in Phormione: non ratio nobis, ſed argentum deerat. M. Tullius ad Q. fratrem libri ſecundi epiſtola ulti. Quanquam ſunt facta uerbis difficiliora. Eodem pertinet illud, pulchre dixti.

Omnia præter animam. XX

Quum nihil non datum ſignificamus, præter uitam, dicimus omnia tradita, præter animam. M. Tull. pro Roſcio Amerino: Quod ſi tibi cauſa nulla eſt, quur hunc miſerum tanta calamitate affici uelis, ſi tibi omnia ſua præter animam tradidit, nec ſibi quicquam paternum, ne monumenti quidem cauſa reſeruauit &c. Simili figura animam debere dicuntur, qui pluſquam omnia debent. Terent. quid ſi animam debet? Rurſus: omnia debet, præter animam.

De reduuia queritur. XXI

Περὶ ἁλωπυχίας μέμφεται ὁ (ὡς) μείζονι ξυοχῷ κακῶ, id eſt, De reduuia queritur maiori obnoxius malo, Vbi quis prauo pudore, leuiſſimis malis quærit remedium, diſſimulans maiora. Hoc affectu ſunt complures, ut etiam apud medicum diſſimulent morbum, præcipue podagrici. Narrat Plutarc. quendam conſuluiſſe medicum de uitio unguium, quum color argueret illum eſſe uitiato hepate. At medicus intelligens ineptum hominis pudorem, nihil inquit, tibi periculi eſt à reduuia, ſed grauius malum urget te. Huc alluſit M. Tullius in oratione pro Roſcio Amerino: Intelligo me ante tempus hæc perſcrutari, & propemodum errare, qui quum capiti Sexti Roſcij mederi debeam, reduuiam curem.

Ad libellam debere. XXII

Qui pecuniam præſentem ac iuſti ponderis debet, ad libellam debere dicitur. Nam olim ad libram dabatur pecunia, non ad numerum. Inde illa uulgata expendere, expenſum ferre, dependere, rependere, impendere, pro ſumptum facere, ſumptuum rationem reddere, ſoluere, reſoluere, & inſumere. M. Tullius pro Roſcio Amerino: Niſi planum facit HS. LIII. ad libellam ſibi deberi, perdit litem.

Hoc municeps aut uicinus nuntiauit. XXIII

M. Tullius in eadem oratione: Soletis quum aliquid huiuſcemodi auditis, iudices, continuo dicere, neceſſe eſt aliquem municipem aut uicinum dixiſſe, Solent enim à uicinis ac municipibus uicinorum ac municipum ſcelera potiſſimum prodi. Quod & hodie uulgò dicunt, dedecus homini à conterraneis aut ciuibus oriri. Nam ſi quod fortunæ incommodum, ſi qua uitæ labes, ab illis quoniam ſciunt proditur.

Dea excogitauit. XXIIII

Ariſtophanes in Equitibus:

Τὸ μὲν νόημα θεᾶ, τὸ δὲ κλέμμ' ἐμόν. id eſt,
Excogitauit dea, meum ſed furtum erat.

Non ſine prouerbij ſpecie dictum eſt in Rhetores, qui apud populum iactabant, Mineruam ipſis quod ſuaderent miſiſſe in mentem, & tamen rerum geſtarum gloriam ſibi uindicabant. Color ſumptus eſt ex Homero, ubi quoties facti ratio reddi non poteſt, Pallas dicitur ſuggeſiſſe. Pallas Athenienſium erat protectrix. Comicus autem ioci gratia, pro πρᾶγμα poſuit κλέμμα, notans Cleonis rapacitatem.

Vſus eſt altera natura. XXV

Nihil eſt hoc dicto celebratius, ἔθος ἄλλη φύσις, id eſt, Vſus altera natura. Natura nihil efficacius potentiúsue. Vnde Satyricus,

Cuſtode & cura natura potentior omni.

Huic parem aut certè proximam uim habet aſſuetudo. Ariſtoteles lib. Rhet. 1. diſputans de iucundis, docet ea iucunda eſſe, quæ uel ſecundum naturam ſunt, uel quod huic proximum eſt, conſueta. Nihil enim putat intereſſe inter naturam, & uſum, niſi quod intereſt inter ſemper & plerunque. Perpetuum enim eſt quod indidit natura, frequens quod uſus aſſixit. Proinde ſanctiſſimum conſilium dedit, qui iuſſit ut à teneris ſtatim annis optima eligamus, quæ poſt uſu futura ſint etiam iucunda.

Neceſsitas moleſta. XXVI

Mox eodem in loco citat ſententiam ceu uulgò iactatam, oſtendens eſſe moleſta quæ ſecundum naturam non ſunt. Vis autem pugnat cum natura, eoq; moleſta omnibus neceſſitas, ἡ δὲ βεβῶς inquit, εἴρηται, πᾶν γὰρ ἀναγκαῖον πρᾶγμα ἀνιαρὸν ἔφυ. id eſt, Et rectè dictum eſt. Quicquid enim eſt neceſſarium natura moleſtum eſt. Verum optimis non aſſueſcimus, niſi initio adhibeatur aliqua uis: ſed quod prius erat uiolentum, ac proinde moleſtum, aſſuetudine primum fit leue, poſtea etiam iucundum.

Iucunda malorum præteritorum memoria. XXVII

Inibi refert & hanc ſententiam prouerbialem ex poëta quopiã,

Ayuntamiento de Madrid

ἀλλ' ἥδιον τὸν σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων. id est,
Meminisse laborum suaue qui seruatus est. Item illud.
Καὶ μέγα γάρ τε καὶ ἄλγεσι τέρπεται ἀνὴρ
Μνήμενος, ὅστις πολλὰ παθὼν καὶ πολλὰ μογήσας. id est,
Magnopere est iucunda uiro renouata dolorum
Mentio, qui permulta tulit, permultáq; gessit.
Huius & alibi meminimus.

Suffragium optimum. XXVIII

Aristoteles Rhetoricorum libro primo, uidetur hoc attingere tanquam in foro iactatum, γνώμη ἀρίστη. id est, suffragio optimo. Quum enim multa sint probationum genera, quæ extra causam petuntur, ac Græcis dicuntur ἄτεχνοι, uelut leges, testes, pacta, tormenta, iusiurandum, optima probatio est ex coniecturis quæ illi ἐνδοξα uocant, μάρτυρας μὲν μὴ ἔχοντι, ὅτι ἂν τῶν ἐνδόξων λάβῃ κρίνειν. καὶ τοῦτο ἐστὶ, τὸ γνώμῃ τῇ ἀρίστῃ. id est, Ei uerò qui testes non habet, hic erat locus, ex probabilibus signis esse iudicandum: & hoc est quod dicitur, suffragio optimo.

Tanquam ad aram. XXIX

De sacra ancora dictū est aliàs. Illi similimū est ad aram, quum extremum refugium intelligi uolumus. Inde sumptum, quòd olim qui extrema necessitate urgebantur, ad aras deorum soleant confugere, unde nefas erat quenquam detrahere. M. Tullius in oratione pro Roscio Comœdo: Quod item nuper in Erote Comœdo usu uenit, qui posteaquam è scena nō modo sibilis, sed etiam conuicio explodebatur, sicut ad aram confugit in huius domum, disciplinam, patrocinium, nomen. Idem lib. 3. De natura deorum: Quod uos inquit, quum facere non potestis, tanquam ad aram confugitis ad deum. Idem actione in Verrem 4. Magistratuum autem nostrorum iniurias ita multorum tulerunt, ut nunquam antehac ad aram legum, præsidiumq; uestrum publico consilio confugerent. Ouidius Epistolarum libro quarto:

Vnica fortunis ara reperta meis.

Plautus in Mostellaria, Ad aram confugisti.

Ad asylum confugere. XXX

Huic cognatum est, ad asylum confugere. M. Tullius actione in Verrem 3. Se quæstorem prohibitum esse dicebat, quo minus à phano Dianæ seruum suum qui in illud asylum confugisset, abduceret. Hæc fient uenustiora & παρομιωλίσεα, si ad animi res transferantur.

Arx. XXXI

Non abhorret ab hac forma arcis metaphora, quum tutissimum ac ualidissimum præsidium significamus. M. Tull. in Verrem actione 6. Idem ad nos priuatim iudices confugit, utitur hac lege quæ iudicium est, communi arce sociorum. Rursus in eadem: Hic locus est igitur unus quo perfugiant, hic portus, hæc arx, hæc ara sociorum. Item pro Roscio Comœdo: Hæc lex socialis est, hoc ius nationum exterarum est, hanc habent arcem minus aliquanto munitam quidem quàm antea, uerumtamen &c. Item pro Sylla: Ego uitam omnium, statum orbis terræ, urbem hanc denique, sedem omnium nostrum, arcem regum ac nationum exterarum, lumen gentium, domicilium imperij, quinque hominum amentium ac perditorum pœna redemi. Idem in Epist. famil. scribens P. Lentulo, quod erat in causa præcipuum arcem causæ uocat. Non potuit inquit, magis in arcem causæ illius inuadere. Aristoteles præfans in rhetorica ad Alexandrum, εἰδότας καλῶς ὡς ἀκροπόλεις ἔστι συστάσεις, ἢ μὰ τὸ συμφέρον & γνωμῶν διαιρέσεις, quum pulchre nossent, arcem esse salutis, utilitatis considerationem quæ fit oratione.

Ne uestigium quidem. XXXII

Quoties hominem aut rem penitus abolitam significamus, ne uestigium quidem superesse dicimus. M. Tullius actione in Verrem 3. Nam si alienam uicem pro nostra iniuria dolere-

mus, uestigium istius in foro non esset relictū. Rursus quinta. Prouidendum diligenter, ne quod in uita uestigium libidinis appareat. Item in oratione contra Rullum: Corinthi uestigium uix relictum erat. In eadem: ut ipse locus eorum qui cū hac urbe de imperio certarūt, uestigia calamitatis ostenderet. Item pro Cluentio: Quum interea Cluentianæ pecuniæ uestigium nullum inuenitis. Idem pro lege Manilia: cuius legiones sic in Asiam uenerunt, ut non modo manus tanti exercitus, sed ne uestigium quidem cuiquam pacato nocuisse uideatur. Item pro L. Flacco: Legatos in uincula coniectos, nominis prope Romani memoriam, cum uestigio imperij, non modo ex ædibus Græcorum, uerum etiam ex literis esse deletam. Idem pro Sylla: ut qui paulo ante consul designatus fuisset, repente nullum pristinæ dignitatis uestigium retineret. Idem ad Cn. Plancum libro 5. Ne uestigium quidem ullum est reliquum nobis dignitatis. Rursus ad Papirium Pætum lib. 9. Ego autem existimes licet quod lubet, mirifice capior facetijs maxime nostratibus, præsertim quum eas uideam primum oblitas Latio, tum quum in urbem nostram est infusa peregrinitas, nunc etiam braccatis & transalpinis nationibus, ut nullum ueteris leporis uestigium appareat. Pro uestigio dixit imaginem Philippica 5. Quæ nisi autoritate senatus rescindantur, quoniam ingressi in spem Reip. recuperandæ sumus, imago nulla liberæ ciuitatis relinquetur. Idem in epistola ad Q. fratrem. Non enim uidisses fratrem tuum, non eum quem noras, nō eum quem flens flentem, prosequentem proficiscens dimiseras, ne uestigium quidem eius nec simulacrū; sed quandam effigiem spirantis mortui. Idem alijs uerbis expressit, ad Attic. lib. 4. epistola, Occupationum mearum. Amisimus mi Pomponi omnem non modo succum ac sanguinem, sed etiam colorem & speciem pristinæ ciuitatis. Rursus epistola prima libri decimi familiarium: Nec omnino simulacrum aliquod aut uestigium ciuitatis.

Diobolares. XXXIII

Quem minimi pretij uolumus intelligi, diobolarem olim uocabant. Obolus enim nummus erat æreus. Id primum dictum est in meretrices plebeias minimoq; uenales, post deflexum est ad quemuis hominem aut rem egregie uilem & contemnendam. Meminit Festus Pompeius: Plautus uile scortum diobolarium appellat.

Equitandi peritus ne cantet. XXXIIII

ἱππασίου λέβητος μὴ ἄδειν. id est, Equitandi peritus, ne cantet. Sumptum à poëta quopiam, in eum qui professus res seruas uersatur in nugis. Equitatio militaris est, & ad bellum pertinet. Musici sunt imbelles ac uoluptatum infectatores. Gregorius Theologus in epistola ad Eudoxum rhetorem ἱππασιώου λεβάτα μὴ ἄδειν ἐθέλει ἡ ποίησις, μάτι γένηται, μὴ καὶ ἡ ἱππασιώνης διαμάρτῃς, καὶ ἡ ᾠδὴς. id est, Eum qui didicit artem equitandi, non uult canere poësis, ne qua euenirat, ut simul & in equitando aberres & in canendo. Nondum liquet è quo poëta sumptum sit, sed dictum uidetur in Thebanos, qui duas artes præcipue discebant, equitandi & canendi tibijs, quum altera parum alteri congruat.

Spartæ serui, maximè serui. XXXV

Plutarchus in uita Lycurgi refert, ceu uulgò iactatum, ἓν λακεδαίμονι τὸν ἐλεύθερον μάλιστα ἐλεύθερον εἶναι, καὶ τὸν δοῦλον μάλιστα δοῦλον. id est, Apud Lacedæmonios qui liber est, eum maximè liberum esse. Contra qui seruus est, maximè seruum esse. Apud Lacedæmonios ingenuis non erat phas discere, aut exercere ullum opificium, aut negotiationem, aut agriculturam, sed hæc omnia per Helotas, id erat seruorum genus, quibus nephas erat ullam artem liberalem uel discere uel exercere, agebant: quos ipsos durissimè tractabant. Cogebantur adesse conuiuijs, & illic inebriari, cantiones ridiculas canere, & saltationes indecoras agere, ut

horum

Ayuntamiento de Madrid

horum exemplo ingenui discerent, quàm indecora fœdaq; res sit temulentia. Quin & Ephori quum inirent magistratum solent Helotibus bellum indicere, quo pluas esset illos occidere. His rationibus ad tantam seruitutem adigebantur, ut nihil auderent iniussu dominorum: adeo ut quum Thebam, qui eruptione facta in Laconicam quosdam ex Helotibus ceperant, iuberent illos canere cantiones Terpandri. Alcmanis & Spondontis Laconici, responderint, id heriles filias nolle. Generosior Spartano, aliàs nobis dictum.

Vespertilio. XXXVI

Vespertiliones uidentur appellari, qui grauati ære alieno, luce domi se continent, ne à creditoribus appellentur, noctu prodeunt. Vlpianus lib. Pandect. 21. tit. De Euictionibus: Si quis ita stipulanti spondeat, sanum esse, furem non esse, uespertilionem non esse &c. inutilis stipulatio quibusdam uidetur, quia si quis est in hac causa, impossibile est quod promittitur. Si non est, frustra est. Sed ego puto uerius hanc stipulationem furem non esse, sanum esse, uespertilionem non esse, utilem esse: hoc enim continere, quod interest horum quid esse, uel horum quid non esse. Hactenus Vlpianus. Quanquam hoc loco quidam pro uespertilione legunt uespillonem aut uerspellem. Alciatus inter iureconsultos undequaque doctissimus in commentarijs suis De rerum significationibus, putat uespertilionem dictum, quemadmodum modo diximus, qui metu creditorum interdiu latitat, noctu prodit. Nam animal hinc dictum quod uesperi uolet, indicat Nonius Marcellus. Adagium esse sumptum uidetur ex apologo quopiam, siue Aesopi, siue alterius illum imitati (nam Aesopo uidetur indignus) qui narrat uespertilionem, mergum & rubum, iniisse societatem, ut conflatis fortibus pariter negotiarentur. Vespertilionem contuliisse pecuniam à fœneratoribus mutuo sumptam, Mergum aliud quippiam, rubum uestem. Quum omnes è naufragio nudi enatassent, uespertilionem metu creditorum interdiu latitare, noctu uolare tantum: mergum obsidere littora, ac subinde collum demittere in fundum, sicubi reperiat merces suas, uel eiectas in littus, uel in fundo hærentes: rubum præterea nullum adhærere uestibus, si quam forte suam reperiat. Poterat uideri parum quadrare, seruum ære alieno grauatum esse, quis enim credat seruo? nisi legeremus apud Terentium, Dauum Getæ quod debebat reddidisse. Mihi tamen uidetur uespertilionis nomen & in fugitiuum seruum competere, qui noctu ab hero solitus sit subducere sese, latitatq; ubi periculũ est ne agnoscatur. Nam inibi mox proximo capite, pro uespertilione ponit erronem ac fugitiuum, quum quis, inquit, stipulatur furem nõ esse, fugitiuum non esse, erronem non esse. Prisci tamen ea uoce secus usi sunt, uidelicet pro homine ancipitis fidei, qui nec huius ordinis sit, nec illius, quum utroque tamen colludat: eo quòd uespertilio sic est utrunque, ut nec inter uolucres, nec inter mures habeat locum. Alas habet, sed pennas non habet: uolitat, sed sub uesperam. Dentes habet, quod auium nulla. Varro in Agathone citante Nonio: Quid multa? factus sum uespertilio, neque in muribus plane, neque in uolucribus sum. Vespertilionis conuitium torqueri poterit & in amantes qui noctu uolitant, quos Plautus in Trinummo uocat tenebricolas. Elegans, inquit, despoliator latebricolarum hominum corruptor.

In folle offerre. XXXVII

Callistratus lib. Pandect. 35. tit. De cond. & demonst. cap. Cum seruus: Nos inquit, neque conditionem meram putamus esse, quæ in datione existit, neq; meram conditionem quæ in facto consistit, sed eam conditionem quæ ex quadam mixtura consistit. Nam non utique si ille in folle reliqua obtulit, liber erit: non enim testator hoc sensit, sed illud, ut rationes reddat, quomodo seruus reddere solet: id est legendas offerre rationes primum, deinde computandas: ut explorari possit, computationes probæ an improbæ referantur, acceptæ, relatæ recte an non recte. Apparet in folle dictum, pro eo quod erat, inexplorate, inexplicate & confuse, sicut qui syngraphas & pecuniam sacculo inclusas offert.

Malus choraules, bonus symphoniacus. XXXVIII

Diuus Augustinus in epistola ad Aurelianum, Et refertur in Decretis Causa 16. Quæst. prima, can. Legi epistolam: commemorat uulgò illud iactatum: Malus choraules, bonus symphoniacus: ubi quis in suo genere contemptus, in præstantiore habetur in pretio: ueluti si quis poëta ineptus profiteatur medicinam, & inter præclaros medicos habeatur. Augustini uerba sunt hæc: Ordini clericorum fit indignissime iniuria, si desertores monasteriorum ad militiam clericorum eligantur, quum ex his qui in monasterio permanent, non tamen nisi probatiores ac meliores in clerum assumere soleamus: nisi forte sicut uulgares dicunt, malus choraules, bonus symphoniacus est, ita ipsi uulgares de nobis iocabuntur, dicentes, malus monachus, bonus clericus est. Sumptum apparet ex M. Tullio, qui in oratione pro Murena ita loquitur. Itaque mihi uidentur initio multo hoc maluisse, postquam id assequi non potuissent, illuc potissimum sunt delapsi, ut autem in Græcis artificibus eos aulœdos esse, qui citharœdi fieri non potuerint, sic nonnullos uidemus, qui oratores euadere non potuerunt, eos ad iuris studium deuenire.

Nutu ac renutu. XXXIX

Cui summam potentiam adscribimus, eius nutu ac renutu cuncta geri dicimus. Multum est uerbo efficere quod uelis, at plus est idem efficere nutu ac renutu. M. Tullius actione in Verrem tertia. Nisi ad nutum tuum præsto fuerit, nisi libidini tuæ cupiditatiq; paruerit. Idem pro Cæcina: An certius quicquam obijci potest, quàm quod is cui obijcitur ne nutu quidem infirmare conetur. Idem contra Rullum: Tamen omnes uobis pecunias ad nutum uestrum penderent. Idem Epist. famil. 11. Interfecto enim rege, regios omnes nutus tuemur. Rursus lib. 13. epist. prima. Nec dubitat, quin ego à te nutu hoc consequi possim. In eodem ad Silium proprætorem. Vt libentissimis Græcis, nutu quod uelis consequare. Plinius lib. Epist. primo, ad Octauium Rufum indicat esse sumptum ex Homero, qui fingit Iouem solo nutu probare aut reijcere hominum uota. Verba Plinij asscribam. Vide in quo me fastigio collocaris, quum mihi idem potestatis idemq; regni dederis, quod Homerus Ioui Optimo Maximo,

Τῶ δ' ἕτερον μὲν ἔλλωβε πατὴρ, ἕτερον δ' ἀνένευσεν. id est,

Nam ego quoque simili nutu ac renutu respondere uoto tuo possum.

Ne bestiæ quidem ferre possent. XL

Prouerbialis hyperbole est apud M. Tullium actione in Verrem 5. Postremo ut odor Apronij teterrimus oris & corporis quem, ut aiunt, ne bestiæ quidem ferre possent, uni isti suauis & iucundus uideretur. Consine est illi quod alibi retulimus, Balbinum polypus Agnæ delectat. Idem in Catil. inuectiua 5. Tantus enim illorum temporum dolor inustus est, ut iam ista non modo homines, sed ne pecudes quidem mihi passuræ esse uideantur. Paulo diuersius dixit in epist. ad Atticum, cuius initium, Quæris ex me. lib. 1. Et quod omnes non modo homines, uerum etiam pecudes factum esse sciebant.

Cossi. XLI

Olim uulgari conuitio Cossi dicebantur homines natura rugosi, à similitudine uermium qui lignis innascuntur. Ii natura rugas habent, ut se contrahant ac porrigant. Horum Plinius meminit compluribus locis, ut lib. 11. cap. 33. Rursus lib. 30. cap. 13. libri uero 17. cap. 24. indicat huius generis grandiores in cibis atque etiam in luxu fuisse antiquitus. Meminit &

Ayuntamiento de Madrid

Hieronymus aduersus Iouinianum libro 2. Græci ἀγεφύρους uocant, qui quum sint iuniores, tamen uultu senium præ se ferunt. Autor Festus Pompeius.

Menia columna. XLII

Quemadmodum dicimus de triuio, aut de lapide, hominem uehementer contemptum significantes, ita M. Tullius in Verrem actione prima à columna Menia dixit. Tanta ne, inquit, uobis inopia esse uideor amicorum, ut mihi non ex his quos mecum adduxerim, sed de populo subscriptor adduatur: uobis autem tanta inopia reorum, ut mihi causam præripere conemini, potiusquam aliquos à columna Menia uestri ordinis reos reperiatis? Asconius Pedianus indicat apud columnam Meniam sordidos reos, ueluti fures, aut seruos nequam apud triumuiros capitales solere iudicari, cognomen autem inditum à Menio, qui quum domum suam uenderet Catoni & Flacco censoribus, ut ibi basilica ædificaretur, exceperat ius sibi unius columnæ, super quam tectum proijceret, & proaolantibus tabulatis, inde ipse & posteri eius spectare munus gladiatorium possent, quod etiam tum in foro dabatur. Hinc Meniæ cognomen. ad tales autem causas quæ illic agebantur, adhibebantur sordidi causidici.

Circeo poculo. XLIII

De Circes uirga nobis ante dictum est. Adsimili forma M. Tullius usus est Circeo poculo, de homine subito in alium mutato, Actione in Verrem prima. Sed repente è uestigio ex homine tanquam aliquo Circeo poculo factus est uerres, redit ad se, atque ad mores suos. In uerbis Ciceronis tacita allusio est ex ambiguo nocis. Nam Verris porcus est maialis nondum castratus.

Ex sinu illius. XLIIII

Quos ex intima familiaritate uolumus intelligi, hos è sinu illius aut illius esse dicimus. M. Tullius actione in Verrem 3. Verres simul ac tetigit prouinciam, statim Messanam literas dedit. Dionem euocauit, calumniatores ex sinu suo apposuit, qui illam hereditatem Veneri Erycinæ commissam esse dicerent. Idem actione 4. satis'ne uobis magnam pecuniam Venerius homo, qui è Chelidonis sinu in prouinciam profectus esset, Veneris nomine quæsisse uidetur? Idem in Catilinam inuectiua 2. Postremum autem genus est, non solum numero, uerum etiam genere ipso atque uita, quod proprium est Catilinæ, de eius delectu, imò uerò de complexu eius ac sinu. Plutarchus in uita Catonis Vticensis simili forma dixit, γαβίνιον παῦλον ἐκ τῶν πομπηίου κόλπων ἀνθρωπον. id est, Gabinium Paulum ex Pompeij sinu hominem. Qui locus nobis antea citatus est in prouerbio: In sinu gaudere, sed sensu nonnihil diuerso. De grege illo nobis ante dictum est. Marcus Tullius aliquoties gregales appellat, eiusdem sodalitij congerrones.

Circumpedes. XLV

Qui proximè adsunt, cinguntq; quempiam ad obsequium parati, circumpedes esse dicuntur. M. Tullius actione in Verrem 3. Circumpedes autem homines formosos & literatos suos esse dicebat, se emisse. Ita perpetua familiaritate iunctos dixit circumpedes, quemadmodum à manibus, à pedibus appellamus, qui nobis domestice inseruiunt.

Ne tempestas quidem nocere possit. XLVI

In homines insigniter nudos & inopes, non sine prouerbij specie dixit M. Tullius actione in Verrem 5. Cæteros Leontinos quibus non modo Apronius in agris, sed ne tempestas quidem ulla nocere potuit, expectare nolite. Etenim non modo incommodi nihil ceperunt, sed etiam in Apronianis illis rapinis, in quæstu sunt compendioq; uersati &c. Allusum est autem in Apronij uocabulo ad aprum Calydonium. Et qui possident aliquid rerum, aut habent in agris, aut in mari: his tempestas nocere potest. Cui uerò nulla tempestas nocere potest, is nec in agris possidet quicquam, ut agricolæ, nec in auibus, ut negotiatores.

Ballio. XLVII

Nomina quædam ob insignem improbitatem abierunt in prouerbium, quod interdum à ueris interdum à fictis in comœdia personis sumitur. Nam M. Tul. in actionibus suis subinde C. Fannium Chæream quendam Ballionem appellat, ueluti pro Roscio Comœdo. Qui idcirco capite & supercilijs, inquit, semper est rasis, ne ullum pilum boni uiri habere dicatur. Cuius personam præclare Roscius in scena tractare consueuit, neque tamen pro beneficio ei par gratia refertur, nam Ballionem illum improbissimum & periurissimum lenonem quum agit, agit Chæream: persona illa lutulenta, impura, inuisa, in huius moribus natura uitaq; est expressa. Rursus in eadem: Vix medius fidius tu Fanni à Ballione aut aliquo eius simili postulare auderes & impetrare posses. Ballionem inducit Plautus in Pseudolo, lenonem impurissimum, rapacissimum, improbissimum, nomen confictum est à βάλλειν, quòd semper aliquid prædæ uenetur leno: uel à βαλλίζω, quòd lasciuiarum ac saltationum sit architectus.

Ostiatim. XLVIII

Elegantèr nec sine prouerbij specie M. Tull. dixit, ostiatim, pro singulatim, siue nominatim, in Verrem actione sexta. Hic nolite expectare, dum ego hoc crimen agam ostiatim ab Aeschylo Tyndaritano pateram abstulisse, abs Thrasone item Tyndaritano patellam &c. Iucundius erit si transferatur ad res animi: ut si quis è singulis libris, aut capitulis autorum petat testimonia, aut probationes, dicetur ostiatim petere. Eodem fermè sensu ad Atticum lib. 2. Epist. Accepi aliquot, dixit κῆπος. Ac ne forte quæras κῆπος de singulis rebus, uniuersa res eo est deducta spes ut nulla sit.

Domi nobilis. XLIX

Qui non opibus tantum aut potentia clarus est, sed ex nobilibus nobilis prognatus est, hunc Cicero subinde domi nobilem uocat. Actione in Verrem tertia. Ignem ex lignis uiridibus atq; humidis in loco angusto fieri iussit: ibi hominem ingenuum, domi nobilem, populi Romani socium atq; amicum, fumo excruciatum seminiuum reliquit. Idem actione quarta. Sopater quidam fuit Halicienſis, homo domi suæ cum primis locuples atque honestus. Rursus actione quinta. Itaque cum Pillenus Herbitensis, homo diserтus & prudens, & domi nobilis. Item pro Cluentio: Quas literas A. Aurius uir fortis & experiens, & domi nobilis: Rursus ad Q. fratrem Epistol. lib. 2. M. Orfium equitem Romanum commendat, hominem domi splendidum, gratiosum etiam extra domum. Conueniet in eum qui suis uirtutibus magnus & clarus est.

Obtorto collo. L

Qui ui compellitur, obtorto collo trahi dicitur. Marcus Tullius Actione in Verrem sexta. Hinc illa Verrea nata sunt, quòd in conuiuium Sextum Cominium protrahi iussit, in quem scyphum de manu iacere conatus est, quem obtorta gula de conuiuio in uincula atque in tenebras abripi iussit. Idem pro Cluentio: Nec quicquam prius est factum, quàm ut illum persequeretur, & collo obtorto ad subsellia reduceret, ut reliqua posset perorare. Plautus in Amphitryone dixit, obstricto collo. Ob istud indignum dictum obstricto collo hac te diripiam. Item in eadem fabula: Quin ego hinc Amphitryonem collo obstricto traham. Idem in Pœnulo: dubito fugere hinc in malam crucem, priusquam obtorto collo ad prætorem trahor. Rursus in Rudentibus: opta ocyus rapi te obtorto collo mauis, an trahi. Atque inibi paulo post: Subueni mi Charmides, rapior obtorto collo.

Canes uenatici. LI

Qui uenandi studio tenentur, habent canes emissarios, qui uestigior

Ayuntamiento de Madrid

ſtigiorum odore feras exploratas & repertas latratu produnt. De Coryceis alibi diximus. M. Tull. Actione in Verrem ſexta. Apponit de ſuis canibus quendam, qui dicat ſe Diodorum Melitenſem rei capitalis reum uelle facere. Ibidem aliquanto poſt: qui ſimul atq; in oppidum quopiam uenerat, immittebantur illi continuo Cybiratici canes, qui inueſtigabant ac perſcrutabantur omnia. Duos fratres Cybiratas appellat canes, quòd ad furandum Verres illorum oculis, ſed ſuis manibus uteretur. Solet autem canibus à regione cognomen indi, ut Melitæis. Ac ſuperius in eadem: Qui poſteaquam uenerunt, mirandum in modum canes uenaticos diceres, ita odorabantur omnia & ueſtigabant &c.

Mercenarium præconium. LII

Laudes non ex animo tributas, ſed commodi gratia per adulationem oblatas M. Tull. Actione in Verrem tertia Mercenarium præconium appellat. Itaq; cum à te caput illud tam nullis uerbis mercenario præconio eſſet ornatum, ecquis inuentus eſt poſtea prætor qui illud idem ediceret? Quanquam in uulgatis codicibus me non fugit, pro præconio haberi proœmio, an recte, docti uiderint.

Manus precium. LIII

M. Tullius Actione in Verrem tertia: lapis aliquis cædendus & apparandus fuit, machina ſua, Nam illo non ſaxum, non materia aduecta eſt: tantum operis & in iſta locatione fuit, quantum paucæ operæ fabrorum mercedis tulerunt, & manus precium machinæ. Manus precium appellare uidetur, mercedem non quæ datur pro materia, ſed quæ artis nomine, debetur Architecto. Idem in Piſonem: cum uero non modo non poſtulante atq; cogente, ſed inuito atq; oppreſſo ſenatu, non modo nullo populi Romani ſtudio, ſed nullo ferente ſuffragium libero, prouincia iſta tibi manus precium fuerit, non euerſæ per te, ſed perditæ ciuitatis, & cætera. Ita Caius in lib. De uerborum ſignificationibus, cap. Mulieris: Quoniam in manus precio plus eſt quàm in re. Et paulo ante præcedit, Res abeſſe uidentur, ut Sabinus ait, & Pedius probat, etiam ea quarum corpus manet, forma mutatur: & ideo ſi corruptæ ſunt uel transfiguratæ, uideri abeſſe, quoniam &c. Detorqueri poterit in eos qui inſtitutione formant ad uirtutem, aut corrumpunt diſcipulos.

Decumanum. LIIII

Olim decumanum omnem dicebant, & fluctum decumanum pro magno, quod à ruſticis ac nautis obſeruatum ſit, decimum quodq; omnem naſci cæteris maius, & decimum quemq; fluctum cæteris eſſe uehementiorem. Vnde Ouidius:

—Decimæ ruit impetus undæ.

Hinc quicquid ingens eſſet decumanum uocari cœptum. Vt Lucil. Acipenſere cum decumano.

Palmarium facinus. LV

Palmarium facinus, pro inſigni ac triumpho digno dixit Terentius in Eunucho. Tum hoc alterum id uero eſt, quod mihi puto palmarium. Pro eodem M. Tullius dixit, Palmas. Vt pro Sexto Roſcio Amerino: Si quemadmodum paratum eſſe audio teſtis prodierit, tum alias quoque ſuas palmas cognoſcet. Rurſus Philippica 11. Sexta palma urbana, etiam in gladiatore, difficilis: ſed hæc iudicum culpa non mea eſt. Plautus in Moſtellaria, palmam item uſurpauit in malam partem, loquens de adoleſcente qui ex moribus continentiſſimis degenerarat ad mores corruptiſſimos. Is nunc in aliam partem palmam poſſidet.

Commouere ſacra. LVI

Plautus in Pſeudulo: Commouere ſacra dixit, pro eo quod erat extrema experiri præſidia. Hinc dictum apparet, quod rebus deſperatis, ſoleant homines ad deorum præſidia confugere. Velut hodie Lutetiæ, cum ſupra modum inundat Sequana, corpus diuæ Genouefæ à montis acuti templo deferatur, ad ædem uirgini matri ſacram. Sed uide num pro ſacra legendum ſit ſaga, ut intelligas arma, de quo iam diximus. Sequitur enim protinus, quo pacto & quantas ſolerant turbellas dare. Deinde uerba ſunt quaſi bellum denunciantis: Nunc ne quis dictum ſibi neget, dico omni pube præſente in concione omni populo, omnibus, amicis notiſq; edico meis: In hunc diem, à me ut caueant ne credant mihi. Idem ſeruus & deinceps bellica loquitur.

Quaſi dies dicta ſit. LVII

Olim rei ſolent eſſe mœſti ſqualidiq; ac lugentibus ſimiles, quo iudices ad miſericordiam inflecterent. Hinc illud Plautinum in Aſinaria:

Quem uideam æque mœſtũ eſſe, ut quaſi dies dicta ſi ſiet.

Βιργαΐζειν. LVIII

Stephanus ſcribit Βίργην eſſe ciuitatem Thraciæ, ſiue ut Strabo refert, uicum. Eius gentis improbi mores in prouerbium abierunt, ut dicerentur Βιργαΐζειν, qui nihil ſani loquerentur. Tota enim natio Thracum multis nominibus male audiebat, ſed præcipue ob morum truculentiam ac perfidiam. Thrax erat Polymneſtor, qui uictricia arma ſecutus, Polydorum obtruncauit, & auro ui potitus eſt.

Summo pede. LIX

Ἄκρῳ ποδὶ. i. Summo pede, eadem figura dictum eſt, qua ſummo digito. Negatur ſummo pede attigiſſe diſciplinam, qui nunquam ingreſſus eſt, nec attigit limen illius. Extat apud Platonem in Lachete, cuius loci alibi ni fallor, ſecimus mentionem.

Vſuræ nauticæ. LX

Apud Iuriſconſultos uſuræ nauticæ dicuntur centeſimæ magneq;. Negotiaturi fortè interdum accipiunt mutuo. Quoniam autem qui nauticam exercent negotiationem, ſe ſuaq; uentis & undis committunt, fœneratores maiorem uſuram exigebant. Interdum accipiebant mutuum in una ciuitate, quod in alia redderent: ueluti ſi negotiator Venetiæ pecuniam acciperet, reddendam Brugis. Hoc genus negotiationis quod utriuſq; periculo fit, à Græcis dicitur ἀμφοτερόπλοια, Idq; mutuum uocabatur δάνειον ναυτικόν. Vſus eſt Demoſthenes in oratione aduerſus Dionyſodorum. Dicebatur & ἔκδοσις, quo uerbo uſus eſt Demoſthenes contra Aphobum, quòd foris daretur. Porrò de fœnore nautico titulus eſt in Pandectis lib. 22. Eam pecuniam Modeſtinus uocat traiectitiam, ſed non ſolus. Paulus appellat uſuras maritimas. Idem titulus eſt in Codice libro 4. Hoc indicare, ſatis eſt paræmiographo. Qui quærit exactiora, inde petat.

Philoſophari. LXI

Qui ſententias ſerias dicunt Græcis dicuntur φιλοσοφεῖν, quod aliquoties eſt apud Plautũ. Hinc translatum eſt ad cuiuſcunq; rei uehemens ac ſerium ſtudium. Sic uſus eſt Iſocrates in oratione De pace. Et Menander in Thraſyleonte: φιλοσοφᾷ ὁ τὸν ὅπως καλλαπρέξεται γάμον. i. Hoc ſtudet ut conficiat nuptias. Philoſophari pro temperare affectibus, & aduerſus res acerbas infracto eſſe animo, frequenter uſurpat Chryſoſtomus, eamq; animi moderationem appellat philoſophiam: quibus uocibus apparet fuiſſe delectatos, & diuum Baſilium, & Gregorium Nazianzenum. M. Tull. libr. ad Atticum 2. Sed quid ego hæc quæ cupio deponere, & toto animo atq; omni cura φιλοσοφεῖν. Et alibi in iiſdem, ſed φιλοσοφητέον, ſentiens omnia æquo animo ferenda. Sic & Flaccus, atq; mea me Virtute inuoluo. Aliiſq; compluribus locis utitur in hunc modum ea uoce, ueluti lib. 4. uobis ἐμφιλοσοφῆσαι poſſum, hoc eſt, in amicitia ueſtra ſic acquieſcere, ut reliqua negligam forti animo. Occurrit aliquoties & apud Plautum, ſi quid dicitur grauius ac ſententioſius. In Captiuis, Salua res eſt, philoſophatur quoq;, iam non mendax modo eſt.

Doribus Dorice loqui. LXII

Prouerbij faciem habet, quod Gorgo in Syracuſiis apud Theocritum

Ayuntamiento de Madrid

critum respondet hospiti, admonenti ut desinant turturum more garrire:

Δωρίσδειν δ' ἔξεστι καὶ τοῖς Δωριεῦσι. id est,

Dorissare tamen fas Doribus arbitror esse.

Conuenit in homines natura loquaces, Aut cum oratio respondet moribus & ingenio, uelut cum Pœnus fraudulenter loquitur, aut leno lenone digna.

Somnium hybernum. LXIII

Χαμαιεπὸς ὄναρ. id est, Hybernum somnium dicitur prolixa narratio, sed inepta, quòd hyeme noctes sint longiores, & proinde longiora somnia. Lucianus in Somnio, μεταξὺ ὁ λέγων· Ἡράκλεις ἐφην, ὡς μακρὸν τὸ ἐνύπνιον καὶ διακαυσόν. εἶτ' ἄλλος ὑπολαβών, χαμαιεπὸς ὄναρ. id est, Sed interim dum hæc loquor, Papæ, dixerit aliquis, ut longum insomnium ac forense, mox alius subiecerit, Hybernum somnium, Dicanicum dixit, uel quod duæ personæ inter se decertent, uel quod forenses causæ multis clepsydris perorentur.

Alios tragœdos prouocat. LXIIII

Τοὺς ἑτέρους τραγῳδοὺς ἀγωνίζεται i. Aduersus reliquos tragœdos sese parat. Refertur ex Lycurgi sophistæ oratione aduersus Demadem. Didymus ostendit dici solitum in eos qui sese componunt instruuntq; aduersus partem aduersam. Translatum uidetur à certaminibus Baccho sacris, in quibus tragœdorum feruebat concertatio.

Delerere uadimonium. LXV

Olim & turpe erat & damnosum uadimonium deserere, nec excusabatur uadimonij promissor, nisi ob causas egregie graues. Marcus Tullius inuectiua in Catilinam secunda: Itaque ego illum exercitum ex Gallicanis legionibus, & cum hoc delectu, quem in agro Piceno & Gallico Q. Metellus habuit, ex his copijs quæ à nobis quotidie comparantur, magnopere contemno, collectum ex senibus desperatis, agresti luxuria, ex rusticis mendiculis, ex decoctoribus, ex his qui uadimonia deserere quàm illum exercitum maluerunt. Et Horatianus ille garrulus qui uadato respondere debebat, dubitat utrum mallet Horatium deserere an uadimonium. Alibi commemoratum est nobis, dignum ob quod uadimonium deseratur, de re maximi momenti.

Πομπεύειν. LXVI

Veteres πομπεύειν dicebant conuiciari, πομπὰς conuicia, hinc natum quod in pompis Bacchanalibus quidam è curribus conuicia iaciebant in alios, & uicissim ab illis impetebantur. Citantur hi uersus è Menandri Perinthia,

Ἐπὶ τ' ἁμαξῶν εἰσὶ πομπεῖαί τινες

Σφόδρα λοιδορικοί. id est,

In curribus nonnulla sunt dicteria Acerba ualde.

De plaustro loqui, dictum est aliàs.

Securim inijcere. LXVII

Securim inijcere dicuntur, qui uehementer lædunt ac uulnerant. M. Tullius pro L. Murena. Sed tamen Serui, quam te securim putas iniecisse petitioni tuæ, cum tu populum Romanum in eum metum adduxisti. Atq; inibi paulo superius, quòd hic securim dixit, uelut exponens appellat plagam. Atq; ex omnibus illa plaga est iniecta petitioni tuæ, non tacente me maxima. Item pro Plancio: quam grauiorem potuerunt reip. infligere securim. Idem in epistola ad Q. Fratrem libr. 2. Tenediorum igitur libertas, securi Tenedia præcisa est. Et Demosthenes Phocionem appellare solet suorum argumentorum securim. Frequentia sunt apud Plautum, inijcere tragulam, inijcere pilum, inijcere telum. Omnia tela in patriam intenta, dixit Cicero De prouincijs consularibus.

Sale nihil utilius. LXVIII

Comperio & hoc à doctis prouerbij titulo commemoratum: Humano corpori nihil esse utilius sale & sole. Salem etiam hodie omnibus cibis admiscemus, olim apricatio uehementer laudabatur à medicis. Apud Hebræos nefas erat ullam immolare uictimam absq; sale.

Apud equum & uirginem. LXIX

Aeschines aduersus Timarchum refert, Athenis fuisse quendam tantæ seueritatis, ut filiam quòd impudice se gesserit, nec integritatem suam seruarit usq; ad matrimonium, deportarit in locum desertum, atq; ibi una cum equo incluserit haud dubie, fame perituram. Eiusq; domicilij solum sua etiamnum ætate superfuisse tradit, quod ex re dicebatur, παρ' ἵππον καὶ κόρην id est, Apud equum & uirginem. Dici potest in exemplum immodicæ seueritatis.

Ad uinum diserti. LXX

Cicero in oratione pro M. Cælio, ad uinum disertos appellat, qui ad serias causas agendas inepti, inter pocula multa garriunt, ubi nihil opus: Qui se nunquam profecto, si istum in locum processerint, explicabunt, quam uolent in conuiuijs faceti, dicaces, nonnunquam etiam ad uinum diserti sint. Alia fori uis est, alia triclinij. Notum est illud Flacci,

Fœcundi calices quem non fecere disertum?

M. Tullius alluserit ad morem priscum, quo causæ ad aquæ modum agebantur. Ea diuidebatur in tres partes, una infundebatur actori, altera reo, tertia iudici. At qui ad uinum diserti sunt, ad aquam ferè muti sunt.

Sicco iunco. LXXI

Prouerbij speciem habet quod est apud Aeschinem περὶ τῆς παραπρεσβείας, ὁλοσχοίνῳ ἀβρόχῳ. id est, Iunco siue funi sicco. πυγὰς δὲ λόγων ἀφθόνους ἔχων ἐπηγγέλλετο, καὶ περὶ τῆς δικαίως ἢ ὑπὲρ ἀμφιπόλεως καὶ τῆς ἀρχῆς τῆς πολέμιος τοιαῦτα ἐρεῖν ἔφη, ὥστε ἀποβάλειν τὸ φιλίππιον κόμμα ὁλοσχοίνῳ ἀβρόχῳ. id est, Iam uero & rationum copiosos fontes habere se iactabat, atq; de iure Amphipolis, deq; belli origine talia dicturum, ut Philippi os sicco funi obuincturus esset. ἄβροχος dici potest, uel siccum quodq; non rigatur, uel quod laqueum non habeat. Nam iunci gaudent humido, & ex his interdum texuntur funes. Hesychius indicat ὁλόσχοινον idem esse quod ὀξύσχοινον. id est, Iuncum marinum, ad hæc ὁλότροχον. id est, uersatilem. Denique & περιφερῆ λίθον. id est, rotundum ac uolubile saxum. Itaque perpendat eruditus lector, an ὁλόσχοινον ἄβροχον, intelligat orationem salsam, non aqua marina, sed acribus ac pungentibus rationibus. Quin & in illis uerbis πυγὰς λόγων, subest prouerbium: cum ingentem copiam significabant. Frequens est apud Chrysostomum.

Supercilium salit. LXXII

Quoties bona quædam spes titillat animum nostrum, dicere licebit nobis salire supercilium. Ita Pseudolus apud Plautum in sui nominis fabula, amanti de argento quærenti, At id futurum unde? respondet, unde dicam, nescio, nisi quia futurum est, ita supercilium salit. Sumptum à uulgi superstitione, qui futurorum augurija captat ex corporis affectibus, ut si quod membrum pruriat præter euidentem causam, si dexter oculus saliat, si auris dextra tinniat. Non me fallit aliter legi apud Plautum: Verum & ipsa sententia & metri ratio docet esse legendum, ut à me positum est. Sic enim legendi sunt senarij Iambici,

Verum ego te amantem ne paue, non deseram.
Spero alicunde hodie me bona opera, aut hac mea
Tibi inuenturum esse auxilium argentarium.
At id futurum unde? unde dicam, nescio,
Nisi quia futurum est, ita supercilium salit.

Duobus digitis primoribus. LXXIII

Quod auide arripimus, tota manu sumimus, aut, ut habet prouerbium, ambabus. Contrà qui parce sumunt, duobus digitis accip

Ayuntamiento de Madrid

accipiunt. Plautus in Bacchidibus. Quid igitur ſtulte, quoniam occaſio ad eam rem fuit, Mea uirtute parta, ut quantum uelles, tantum ſumeres, Hoc tu digitulis duobus ſumebas primoribus. ſentit opinor de pollice & indice. Rurſus in Pœnulo. Tenetis rem. uix quidem Hercle, ita pauxilla eſt, digitis primoribus. Ad res animi translatum pluſculum habebit Veneris, ut, Tanta occaſio non erat tibi duobus digitis primoribus accipienda, ſed toto arripienda corpore.

Maduſa. LXXIIII

In Pſeudolo Plautina ſeruus ebrius, ita loquitur: Ego nunc probe habeo maduſam. Feſtus Pompeius indicat apud priſcos maduſam dici ſolere tenulentum, dubitatq; utrum à Græcis dictum ſit, quibus ebrius eſt μέθυσος, an à Latino uerbo madere, quod probe poti uino madidi dicantur. Quod ſi Maduſa ſonat ebrium, non ebrietatem, abſurdus ſermo eſt, habeo maduſam, Vnde ſic arbitror legendum.

Ego nunc probe habeo maduſa, ita uictu ecurato.

Seruus in ebrietate uidetur ſibi felix, ut ſolutus omni metu curisq;, & omnium triſtium oblitus. Dixerit aliquis, quid hæc ad prouerbia? Imò quemadmodum peregrina uocabula nouitatis commendatione in prouerbium abierunt, ita & obſoleta quædam.

Talum reponere. LXXV

Τὸν πεττὸν ἀναθέσθαι. id eſt, Rurſus talum ponere dicebantur, qui quod parum ex ſententia euenerat, curis, ut aiunt, poſterioribus corrigebant. Antiphon in oratione De concordia, ἀναθέσθαι ὥσπερ πεττὸν τὸν βίον ὀκ ἔξεστιν. id eſt, Vitam perinde atq; talum denuo ponere non licet. Vitam ſemel actam rurſus iterare non eſt datum. Licet tamen iuxta Miſsionis Terentiani dictum, prioris uitæ lapſus melioribus factis corrigere. Amiſſa uita non eſt quod corrigas.

Dorice concinere. LXXVI

Qui diſſentiunt, dicuntur non concinere harmonia Dorica. Id prouerbio iactatum uidetur in eos quorum oratio diſſentiret à factis. Plato in Lachete, ἐκ ἄρα πρὸς ταῦτ' τὸν λόγον ἁρμοσόμεθα ἐγώτε καὶ σὺ ὦ Λάχης. τὰ γὰρ ἔργα ὁ συμφωνεῖ ἡμῖν τοῖς λόγοις. id eſt, Nequaquam igitur iuxta ſermonem tuum Dorica concinimus harmonia ego ac tu Laches. Nam facta nobis haud conſonant uerbis. Inter muſices genera Doricum maxime probatum eſt, ut medie temperatum inter Lydium & Phrygium.

Præſentibus rebus conſulendum. LXXVII

Procopius belli Gothici lib. 1. Vetus nimirum me ſubit dictum, quod utiq; præſentibus rebus ut conſulatur iniungit. Arbitror eſſe idem quod aliàs ex Platone retulimus δεῖ τὸ παρὸν εὖ τιθέναι. quod præterijt, in integrum reuocari non poteſt: conſultationem de futuris uariæ interrumpunt occaſiones, quod urget in primis curandum eſt.

Mutare ueſtem. LXXVIII

Mutare ueſtem præter uſum uulgarem frequenter uſurpatur à M. Tullio, ut mutare ueſtem dicantur, qui lugerent mortuum, aut eſſent rei. Non rei quoque pullati aut ſqualidi quõdam incedebant, ſtultiſſimo more. Cur enim lugeant nondum damnati? & ut ſæpe fit, innocentes? Quanquam & ſenatus mutata ueſte dolorem ſuum aliquando teſtatus eſt. M. Tullius pro Sextio: Lex erat lata, nullo ac relicto fõro, & ſicarijs ſeruiſq; tradito, & ea lex, quæ ne ferretur, ſenatus fuerat ueſte mutata. In eadem: Erat igitur in luctu ſenatus, ſqualebat ciuitas publico conſilio, mutata ueſte. Ac mox: Cum ſubito edicunt duo conſules, ut ad ſuum ueſtitum ſenatores rediret. Item mox: Neue hunc ſuum dolorem ueſte mutata ſignificarent, ſiue illa ueſtis mutatio ad luctum ipſorum, ſiue ad deprecandum ualebat. Idem Epiſt. ad Q. fratr. lib. 2. Cato legem tulit de imperio Lentuli abrogando. Veſtem filius mutauit. Rurſum in eadem. Qui ne ueſtitum quidem deſcindiſſem, &c. Veſtitum appellat, qui ueſtem non mutarat. Prouerbialius erit ſi dicas. Hic caſus indignus eſt, ob quem quis ueſtem mutet, hoc eſt, indignus eſt graui luctu.

Fumolæ imagines. LXXIX

Καπνώδεις εἰκόνες. id eſt, Fumoſæ imagines, in eos dicebatur, qui iactarent peruetuſtam generis nobilitatem. M. Tullius in Piſonem: Obrepſiſti ad honores errore hominum, commendatione fumoſarum imaginum, quarum nihil ſimile habes præter colorem. Iuuenalis ueteres ceras appellat.

Tota licet ueteres exornent undiq; ceræ
Atria, nobilitas ſola eſt atq; unica uirtus.

Ibidem facetiſſime deridet, Curios iam dimidios, naſumq; minorem Coruini.

Sal & menſa. LXXX

Apud priſcos hoſpitij ius fuiſſe ſanctiſſimum aliàs nobis eſt dictum. Id contrahebatur ſalis & menſæ conſortio. Quemadmodum apud Germanos acceptus à propinante cyathus adimit omne ius agendi iniuriarum. Aeſchines De perperã obita legatione. τὸς γὰρ τὰ πόλεως ἄλας καὶ τὴν δημοσίαν τράπεζαν περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι φασὶ πάντων. id eſt, Etenim ciuitatis ſalem, publicam q; menſam, ait ſe plurimi facere. Non exciderat hoc prouerbium antea commemoratum, uerum hoc exemplum hoſpitij publici religionem nobis commendat: eoq; commemorandum putaui. Manent huius hoſpitalitatis publicæ ueſtigia in hunc uſq; diem apud Germanos.

Saliares dapes. LXXXI

Vetuſtiſſimum ſacerdotum genus, fuit apud Romanos Salij, dicti quod ancylia quæ credebantur cœlo delapſa, ſaltantes ferrent. Hinc opiparum conuiuium ac magnificum Saliare dicitur, Horatius in Odis,

Nunc eſt bibendum, nunc pede libero
Pulſanda tellus, nunc ſaliaribus
Ornare puluinar deorum
Tempus erat dapibus ſodales.

Reor autem Horatium ſaliares pro pontificales dixiſſe, hoc eſt ſpeciem pro genere. Nam in omnibus ſacris adhibebatur apparatus ſplendidus ac magnificus, quæ cura delegata erat ſeptem uiris epulonibus. Ariſtippus reprehenſus quòd homo philoſophus ſumptuoſe uiueret, ſi inquit, hoc eſſet crimen, dij non paterentur in ſuis ſacris. De pontificali cœna nobis alibi dictum eſt.

Falſum probrum. LXXXII

Sententia prouerbialis eſt apud Aeſchinem in oratione περὶ παραπρεσβείας. τὸ γὰρ ψεῦδος ὄνειδος οὐ περαιτέρω τῶν ὠτῶν ἀφικνεῖται id eſt, Falſum probrum non peruenit ultra aures. Qui audit conuicium cuius ſibi conſcius eſt, grauiter animo uulneratur. At qui falſo probro aſpergitur, non perinde commouetur. Non enim deſcendit altius in animum hominis rectæ conſcientiæ.

Ne inſciens quidem uerum dicit. LXXXIII

Aliquanto poſt addit hyperbolẽ prouerbialem, συμπέπλεγμαι γὰρ τῇ πολιτείᾳ, καθ' ὑπερβολὴν ἀνθρώπῳ γόητι καὶ πονηρῷ ὃς εὖ ἴσθ' ἂν ἄκων ἀληθὲς οὐδὲν εἴποι. id eſt, In repub. uero intricatus ſum cum homine ſupra modum impoſtore & improbo, qui ne inſciens quidem quicquam ueri poſſit dicere. Hoc tropo notat hominem inſigniter uanum. Alioqui ſolent etiam natura mendaces, interdum lapſu linguæ, ac per incogitantiam aliquid ueri dicere. Fertur & hodie, uulgò apud noſtrates de uano: Fortunatus eſt ad dicendum uerum: quaſi nunquam loquatur uerum, niſi imprudens. Quod enim accidit præter animi deſtinationem, fortunæ tribuitur.

Capillis trahere. LXXXIIII

Τῶν θριχῶν ἕλκειν. i. Capillis trahere dicuntur qui ui perpellunt,

Ayuntamiento de Madrid

lunt,quod & hodie dicitur,auribus trahere. Aeſchines in oratione quam modo citaui, οὐ κατασχοίμην τὼν ὦθεν, ἀλλὰ παραδεδεγμανδεὶς ὥθ' ἡμᾶς ἐξία ξενοδόκον & τ ἑταίρων τὶς & φιλίππε, ἐλκοίμην & ϑριχῶν, καὶ λαβὼν ῥυτῆρα μαστιγοῖμι τὴν ἀχμάλωτον γυναῖκα. i. Non perpeſſus fuiſſem contumeliam, ſed incanduiſſem cum nos exciperet conuiuio quidam è Philippi amicis excipiendis hoſpitibus præfectus, & capillis traxiſſem, & arrepto loro flagellaſſem captiuam mulierem. Plautus in Menæchmis, ſed quis hic eſt qui me capillo hinc de curru deripit. Opinor alluſum ad Palladem Homericam quæ Achillem capillis reuocauit à pugna. Idem in Mercatore. Me iſtam capillo pertracturum in uiam, niſi hinc abducit. De naribus trahi, obtorto collo, obtorta gula, nobis aliàs dictum eſt. Quo longius à rebus corporeis recedet metaphora, hoc erit uenuſtior, ueluti ſi quis dicat: Laſciuiam capillis trahendam & ieiunijs laboribuſq; caſtigandam.

Scytha malus. LXXXV

Tanta erat barbaries immanitasq; Scythicæ gentis, ut ipſa etiam appellatio ceſſerit in prouerbium, quemadmodum hodie crudelem hominem appellamus Turcam, & immane facinus Turcicum. Aeſchines in oratione περὶ παραπρεσβείας, καὶ δέομαι σῶσάί με, καὶ μὴ ϑῷ λογογράφῳ καὶ σκύϑῃ κακῷ ὄντι παραδοῦναι. Obſecro ut ſeruetis me, néue logographo maloq; Scythæ me tradatis.

Mali principij, malus finis. LXXXVI

ἀρχῆς κακῆς τέλος κακὸν. id eſt, Orſus mali finis malus, Iambicus dimeter ex Aeolo poëta refertur. Quæ rectis conſilijs inſtituuntur, etiam ſi qua incidat difficultas, tamen ſortiuntur aliquando lætum exitum: contrà quæ prauis rationibus inceptantur, quamuis initio ſuccedant, tamen habent infœlicem exitum.

Laureolam in muſtacijs quærere. LXXXVII

M. Tullius in Epiſtolis ad Atticum: Bibulus cœpit laureolam in muſtaceo quærere, hoc eſt ex friuolis negotijs captare famam haud præclaram, neq; magnificam. Eſt autem muſtaceum ſiue muſtaceus libi genus, cui aliquid additur de uirga Lauri deraſum, ac decoquitur ſuppoſitis lauri foliis, ut indicat Cato lib. De agricultura. Vnde Plin. lib. 15. cap. 30. Muſtaceum dictum putat tertium Lauri genus, quod ad eum uſum adhibebatur. Alioqui laurus erat triumphalis, ornamentum ædium principalium ac pontificiarum. Hanc qui non poterant aſſequi laurum, in muſtaceo quærebant laureolam. M. Tullius Epiſtolarum ad Atticum libr. 5. Epiſtola cuius initium, Saturnalibus mane: Bibulus, inquit, credo uoluit hac appellatione inani nobis eſſe par. In eodem Amano cœpit laureolam in muſtaceo quærere. Cicero in prouincia res præclaras geſſerat, Bibulus frigebat. Idem ad M. Cœlium Ruffum libr. 2. qualemcunque triumphum laureolam appellat. uelles enim, ais, tantum modo ut haberem negotij, quod eſſet ad laureolam ſatis.

Si tu proreta. LXXXVIII

Non tam ficus ficui ſimilis eſt, quàm eſt ſimile prouerbio, quod eſt apud Plautum in Rudentibus,

Si tu proreta iſti naui es, ego gubernator ero.

Quo licebit uti, quoties neuter alteri in negotio quopiam uult cedere. Nam prora ea pars nauis eſt, quæ in appellendo percutit littus: puppis eſt poſterior, in qua ſedet qui clauum regit. Habent enim naues ſingulis diſtributa munia, quorum præcipua ſunt proretæ & gubernatores. Vnde prouerbium, prora & puppis. Prora Græca uox eſt, cui parti qui præſidet πρῳρεὺς & πρῳρᾶτης illis appellatur, unde πρῳρατεύειν, proram regere. Suſpicor autem Plautum & alteram uocem Græce poſuiſſe ut priori Græcæ reſponderet κυβερνήτης. Nam ſi gubernator legas, uerſus trochaicus antepenultimo loco habebit breuem ſyllabam, gubernator ero, quod carminis ratio nullo pacto recipit. Si tu proreta iſti nauis es, ego κυβερνήτης ero. Verum hoc quicquid eſt eruditorum iudicio relinquo. Honeſtior autem nauis pars eſt puppis. Vnde Vergilianus Aeneas ſtat celſa in puppi. Et Marcus Tullius Cornificio lib. 12. Quamobrem mi Quinte conſcende nobiſcum, & quidem ad puppim.

Hedera laſciuior. LXXXIX

Non ſine prouerbij ſpecie dictum eſt, quod hederæ natura ſit omnia complexu ſuo uincire. Vnde Flaccus arctiſſimum amicæ complexum ſignificare uolens ait in Odis:

Arctius atq; hedera procera aſtringitur ilex,
Lentis adhærens brachijs.

Rurſus alibi: Laſciuis hederis ambitioſius. Sed complexu ſuo enecat arbores, quod idem amantibus faciunt laſciuæ puellæ. Vnde Romæ Flamini diali nefas erat tangere hederam, atque adeo ne nominare quidem fas erat. Hoc ænigmate declarauit antiquitas, quanta puritas, quantaq; caſtitas deceat ſacerdotem, atq; adeo quanta libertas. Nam amare mera ſeruitus eſt. Nec anulum ſolidum geſtare conceſſum erat, aut ullum omnino in corpore nodum habere, ut teſtatur Feſtus Pompeius, opinor quòd oporteat ſacerdotem ab omni angore liberum eſſe, nec ullius mali ſibi conſcium.

Nugæ theatri. XC

Plautus in Comœdia Pſeudolo, nugas theatri appellat, quotidiana conuicia quæ in meretrices, lenones & paraſitos iactebantur à comœdiarum actoribus. Sic ibi Ballio leno rogatus quid ipſi dixiſſet quiſpiam? Nugas inquit theatri, uerba, quæ in comœdijs ſolent lenoni dici, quæ pueri ſciunt, Malum & ſceleroſum & periurum aiebant eſſe me. Sic leno. His autem conuicijs non oportebat quenquam offendi, ut aiebat Socrates, nihilo hercle magis quàm in magno conuiuio, liberius dictis. Quin etiam totum hoc quod in comœdijs agitur, nugæ theatri dici poterunt: ueluti iuuenes amare, ſenes obiurgare, ſeruos heris imponere, lenas ſitire, &c. Aliquanto ſecus dictum eſt M. Tullio, qui theatri uocem traxit ad ſignificationem oſtentationis. Velut in oratione pro Rabirio. Multas equidem C. Cæſaris uirtutes magnas incredibilesq; cognoui, ſed ſunt cæteræ maioribus quaſi theatris propoſitæ & penè populares, caſtris locum capere & cætera. Vnde & Theatrica dicuntur quæ multitudinis fauorem captant.

Ἐν τῷ τομῇ. XCI

M. Tullius Epiſtolarum ad Attic. libr. 5. epiſtola cuius initium, Saturnalibus mane. Hoc iam ſic habeto, nec hoc exercitu, hic tanta negotia geri potuiſſe. Quæ cognoſces ἐν τῷ τομῇ. Sic enim concedis mihi proximis literis. ἐν τῷ τομῇ dixit, pro eo quod erat, διὰ βραχέων, ſummatim & compendio, reciſis ijs, quæ minus ad rem pertinent. Hinc enim Græca uox dicitur ἐπιτέμνειν. id eſt, accidere. Cui contrarium uidetur, quod alibi dictum eſt ἐν πλάτει.

Iuxta cum ignariſsimis. XCII

Non ſine prouerbij ſpecie Simo ſenex apud Plautum in Pſeudulo rogatus à Ballione, Iam ne ſcis quæ ſit hæc res, reſpondet, iuxta cum ignariſsimis. Sentiens ſe nihil omnino ſcire, nihiloq; plus quàm hi qui maxime ſunt ignari. Conſimilis forma ſermonis frequens eſt apud ueteres, ad perſonam, ut tam mihi charus es, quàm qui chariſsimus. ad tempus, ut, Pamphilus amabat, ut quum maxime. ad rem, iſtud officium tam mihi fuit gratum, quàm quod eſt gratiſsimum. Tam odi temulentiam, quàm quæ maxime.

Pleno modio. XCIII

Ante dictum eſt nobis plena manu fieri, quod largiter, minimeq; maligne dicitur. M. Tull. ad Atticum lib. 6. Epiſt. 1. ſimillima figura dixit, pleno modio, Si illa iam habent pleno modio, uerborum honorem, inuitationem crebram &c. Nam antea dixerat, ſe publicanorum uſuras affatim laudaſſe.

Agnin

Ayuntamiento de Madrid

Agninis lactibus alligare canem. XCIIII

Ballio in Pſeud. Plautina: *Quia pol qua opera credam tibi, una opera alligem fugitiuum canem agninis lactibus. Qui canem alligat inteſtinis agninis, is non modo canem amittit, uerum & prædam ultro dederit fugitiuo. Sic qui credit homini malæ fidei, & rem perdit & fruſtra obligatum habet eum, qui non eſt ſoluendo. Lactes enim dicuntur inteſtina molliora.*

Superauit dolum Troianum. XCV

Apud Plautum in Pſeudolo, *ſenex laudans ſeruum ſuum, quod arte noua, ſtructis inſidijs per ſubornatum quendam impoſuerit Ballioni lenoni, ita loquitur.*

Superauit dolum Troianum, atq; uicit Pſeudolus.

Sentit autem de equo Troiano è trabibus contexto, de quo iam ſæpius diximus. Quemadmodum autem Græci per ſubornatum Sinonem impoſuere Troianis, ita Pſeudolus per Harpagem impoſuit lenoni.

Laryngizein. XCVI

Λαρυγίζειν Græcis dicuntur, *qui nõ loquuntur naturali modo, ſed dilatato gutture effundunt immanem uocem. Quemadmodum & canunt nonnulli. Hoc uicium Demoſthenes obiecit Aeſchini, quod non ex animo loqueus uocem præter naturam intenderet, Neq; enim oratoris eſt, affectus clamore mouere, ſed argumentis, & rem uelut oculis ſubijciendo.*

Oculis ac manibus. XCVII

Quod omnibus modis compertum eſt, oculis & manibus deprehenſum dicitur. M. Tullius pro Cluentio: Quum manifeſte uenenum deprehendiſſet, quod uir matris Oppianicus ei parauiſſet, & res non coniectura, ſed oculis ac manibus teneretur, neque in cauſa ulla dubitatio poſſet eſſe, accuſauit. Oculis magis creditur quàm auribus. Quidam porrò adeo ſunt δυσπιθεῖς, ut niſi manibus contrectent, non credant. Quemadmodum de Thoma Didymo narrat Euangelica hiſtoria.

Vt herba ſolſtitialis. XCVIII

Apud Plautum in Pſeudolo amans de ſpe ſubito deiectus, *ita loquitur: Quaſi ſolſtitialis herba puliſper fui, repente exortus ſum, repentino occidi. De Ephemero animalculo nobis aliàs dictum eſt. Sunt qui hoc loco ſolſtitialem herbam intelligi uelint Heliotropium. Atqui tametſi heliotropium circumagitur ad ſolem ſpectans, nuſquam tamen legimus eam, eodem die naſci ac mori. Vero propius eſt Plautum ſentire de herba Ephemero, cuius aliquot locis meminit Dioſcorides, ueluti libr. 4. cap. 698. Item alijs nonnullis. Rurſus lib. 6. cap. 111. Is duo facit genera, alterum Colchicum quod illic affatim prouenit, à quibus bulbus erraticus ſiue agreſtis dicitur, quod ſub exitum autumni florem effundit ſubcandidum, non diſſimilem croceo. Alterum quod Irim ſylueſtrem appellant, ſolijs lilij ſed tenuioribus, caule pari, florem habet cæruleum amarum, cuius deſcriptionem habet Plin. lib. 25. cap. 13. Colchicon bulbi ſimilitudine allicit ignaros, & iugulat, quemadmodum & fungi. Sed præſens remedium eſt Lac bubulum. De hac herba non dubium eſt quin Plautus ſenſerit. Nam Dioſcorides ait prouenire ſub exitum autumni, hoc eſt, ni fallor, circa ſolſtitium brumale, Nam autumnus Romanis & Græcis ſerior eſt quàm nobis. Et Theophraſtus Ephemeron appellatam putat quod ultra diem non uiuat, idem prædicans de herba quod Ariſtoteles de animante eiuſdem nominis.*

In herbis. XCIX

In herbis eſſe dicuntur, quæ nondum maturuerunt, ſed ſpem modo bonam de ſe præbent: dixit M. Tullius in oratione pro M. Cælio: Sed ego non loquor de ſapientia quæ non cadit in hanc ætatem, de impetu animi loquor. de cupiditate uincendi, de ardore mentis ad gloriam, quæ ſtudia iam in his ætatibus noſtris contractiora eſſe debent, in adoleſcentia uero tanquam in herbis ſignificant, quæ uirtutis maturitas, & quantæ fruges induſtriæ ſint futuræ. Hoc prouerbium alibi nobis dictũ memini, ſed hunc locum adijcere uiſum eſt. Ex quo ſi quid damni capit lector, eſt quod queratur: ſi quis cauilletur me captare numerum, ſilebit, ſi perpenderit innumera prouerbia cæteris admixta, non referri in Chiliadum numerum.

Nullius coloris. C

Alibi commemorauimus de modis omnibus ignoto ſolere dici, albus an ater ſit neſcio. Huic ſimillimum eſt, quod ait Harpax apud Plautum. Quem Pſeudolum, quas tu prædicas fallacias mihi, Quem ego hominem nullius coloris noui? Vehementius eſt, quàm ſi dixiſſet, albus an ater. Et paulo poſt, pro eo quod dici ſolet, non noui hominem. Neq; iſtum, inquit, Pſeudolum mortalis qui ſiet noui, neque ſcio. Rurſus in eadem: Qui ſuum repetunt, alienum reddunt nato nemini. Idem in Rudentibus: Dominus huic ne fruſtra ſis, niſi ego nemo natus eſt. Rurſus in Moſtellaria: curabitur, tanquam ſi intus nemo in ædibus habitet. Iterum in eadem: natus nemo in ædibus fuit.

CHILIADIS QVARTAE CENTVRIA X.

Et prædam & præmium. I

Quoties ſignificamus omnino quippiam auferendum, ſiue iure, ſiue iniuria, dicemus & præmium & prædam auferendum. Præmium datur pro meritis, præda per uim aut arte abducitur. Ballio in eadem fabula: Auferatur id præmium à me, quod promiſi per iocum. Cui reſpondet ſenex. De improbis uiris auferri præmium & prædam decet. Sentiens malos quouis modo ſpoliandos, eo quod ſi quid male ſit malis, beneficium eſt. Sicuti bene dictum eſt, quod dignis male dicitur.

E natali emortualem facere. II

In eadem fabula Ballio leno coactus reddere argentum dicit: Certũ eſt mihi hunc emortualem facere ex natali die. Emortualem dixit pro triſti ac funeſto, natalem pro læto ac felici.

Catone hoc contenti ſumus. III

Inter ea quæ Cæſar Auguſtus quotidiano ſermone ſolet uſurpare, Suetonius & illud commemorat, quod quoties ſignificabat præſentem rerum ſtatum eſſe boni conſulendum, dicebat, contenti ſumus hoc Catone. Cato Vticenſis conatus eſt tueri præſentem Reip. ſtatum excluſa tyrannide, at non ſucceſſit, uicit ea pars quæ tyrannidem uidebatur affectare. Auguſtus autem in hoc cum Catone ſentiebat, quod præſentem Reip. ſtatum nollet immutari. Itaq; ipſe quodammodo fuit temporis Cato fuit. Retulimus ex Macrobio inter apophthegmata, Cæſarem Auguſtum aliquando ueniſſe in ædes in quibus habitauerat Cato. Hic quum Strabo in gratiam Auguſti incuſaret Catonis peruicaciam, quòd ſibi necem conſciſcere, quàm Iulio uictori ſe ſubmittere maluiſſet: Auguſtus reſpondit, Quiſquis præſentem ciuitatis ſtatum mutari non uult, is & ciuis & uir bonus eſt. Eodem dicto & Catonis memoriam tutatus eſt, & ſibi conſuluit, ne quis in poſterum affectaret res nouas.

Edax triremis. IIII

ἀδηφάγος τριήρης. *i. Edaces triremes, dicuntur quod magnis conſtent impendijs. Translatum uidetur ab egregijs equis & ad certamina alitis, quos oportet eſſe uoraces. Extat apud Lyſiam orator em. Alcæus autem in conœdotragœdia, lucernas bibulas ἀδηφάγους dixit, quod multum abſumant olei. Prouerbij ſpeciem hæc habebunt, ſi ad hominem prodigum immodicíq; impendij transferantur, quemadmodum edax currus, de quo nobis eſt dictum prius.*

Obolo dignus. V

ἄξιος ὀβολοῦ. *id eſt, Dignus obolo per iocum dicebatur, qui in aliquo numero uellet haberi. Translatũ à conſuetudine reip.*

Athen

Ayuntamiento de Madrid

Athenienſium, qua qui per ſenatum aſſcribebantur in numerum uirorum, & ob id δόκιμοι uocabantur, ijs in ſingulos dies dabatur obolus ex ærario publico, quemadmodum tradit Ariſtoteles in Politicis. Alij malunt duos dari ſolitos. Et fieri poteſt, ut poſt duplicata ſit mercedula. Huius rei meminit Lyſias in oratione περὶ τῆ ἀδωνάτε. Et haud ſcio an huc alluſerit Ariſtophanes in Equitibus. ἀνὴρ γεγένηται τοῖσι πολλοῖς τὸβολὸ. ἀδύνατοι dicebantur, qui trium menſium ſpacio corpore claudicarent, Quemadmodum ἀδοκίμαστοι dicebantur, qui nondum erant in uirorum numerum aſſcripti, necdum obolo digni iudicati.

Areopagita taciturnior. VI

ἀρεοπαγίτε σιγαπώτερος. i. Areopagita taciturnior dicebatur, qui commiſſum arcanum optime contineret. Alciphron in epiſtola quadam γνοῦ μοι τὸ νῦν ἀρεοπαγίτε σιγαπώτερος. i. Eſto mihi nunc Areopagita taciturnior. σιγανὸς enim dicitur, non qui tacet ipſe: ſed qui continet arcanum, nec effutit uſquã. translatum eſt à uaſis ſolidis nec ulla ex parte perſtillãtibus. Athenis in Areopago cauſæ capitales audiebãtur, idq; noctu, magna attentione. Et fortaſſis nefas erat illis quæ ibi fuiſſent acta apud uulgus effutire. Extant & hodie apud Veſphalos reliquæ generis iudicum. Certi uulgò dicuntur. Qui in hunc ordinem admittuntur, magna religione adiguntur ad ſilentium. Eſt enim ratio quædam deprehendendi crimina, quam nullus intelligit, præter illos iuratos.

Ἀδελφίζειν. VII

ἀδελφίζειν dicuntur, qui uocabulis adoptiuis alicui blandiuntur, quod hodieq; apud Italos eſt uulgatiſſimum, ut quibus blandiuntur fraterculos appellent. Dictum eſt autem ἀδελφίζειν appellare fratrem, quemadmodum dicimus δουλωνίζειν καὶ μακαρίζειν. Horatius in Satyris,

_Frater, pater adde.

Vt cuiq; eſt ætas, ita quenq; facetus adopta. Rurſus alibi,

Pater audiſti coram, nec uerbo parcius abſens.

Huius exemplum eſt apud Ariſtophanem in Equitibus. Item apud Plautum, cum alias, tum in Pſeudolo. Sic amans herus blanditur ſeruo ſuo:

Dic utrum patrem an matrem te reſalutem Pſeudole?

Veterata uaticinari. VIII

Alibi retulimus ἀρχαῖα λέγειν, friuola loqui. Ballio in Pſeudolo Plautina ad atrocia conuicia, quibus à duobus impetitur, reſpondet, uetera uaticinamini. Conueniet in eos qui nihil adferunt noui, ſed iam olim uulgò iactatum. Nam uatum eſt, aut aliquid noui dicere quod nondum accidit, aut aliquid proferre, quod nulli cognitum eſt. Solent enim prognoſtæ quidam mira quædam diuinare de præteritis annis. Lenoni nihil eſt noui audire, ſceleſtus, periurus, ſacrilegus.

Eadem queri. IX

Ξωαυλίαν κλαίειν, dicuntur, qui ſimul ijſdem de malis querũtur, inde ſumptum quod apud ueteres interdum duo tibicines eandem cantionem ſonabant. Ariſtophanes in Equitibus.

Ξωαυλίαν κλαύσωμεν, ὀλύμπε νόμον. id eſt,

Modis Olympi concinamus triſtia.

Olympus quidam fuit Marſyæ diſcipulus. Is conſcripſit de lugubribus modis tibia canendis. At Marſyæ male ceſſit ſua muſica. Diſcipulus igitur magiſtro accinit lugubria.

Schœnicolæ. X

Feſtus Pompeius indicat olim ſchœnicolas appellatas ſcorta plebeia ac uilia, ab unguento uiliſſimo quo oblinuntur. Plautus in Pœn. Miſeras, ſchœno delibutas, ſchœnicolas ſordidas.

Luto lutulentior. XI

Auaros quæſtusq; ſupra modum auidos, impuros ac ſordidos dicimus. Id Plautus ὑπερβολικῶς exaggerat in Pœnulo: Sed lenone iſthoc Lyco illius domi non lutum eſt lutulentius. Nonnunquam declarat hominem ſceleroſum & contaminatum potiuſquam ſordidum. Vt Cicero in oratione pro domo ſua ad Pontifices. O cœnum, ò portentum, ò ſcelus. Et Piſonem ni fallor alicubi lutum appellat. Sic enim appellat lutum, quemadmodum ſubinde uocat ſceleroſum, Labem ac maculam. Itidem ſubinde facem, procellam ac tempeſtatem appellat tumultus autorem.

Διακωδωνίζειν. XII

Διακωδωνίζειν, Demoſthenes dixit pro explorare atq; examinare. Sumptum putant ab ijs qui noctu cum tintinnabulo circumeunt excubias, ne quis dormiat, aut ut hoc ſigno declarent ſe uigilare. Siue ab ijs qui coturnices tintinnabulo experiuntur, num ſint ad pugnam idoneæ, ut uiſum eſt Ariſtarcho. Nec deſunt qui malint inde ductum, quòd ad eundem modum explorari ſoleant equi, an tubarum & armorum ſtrepitum laturi ſint. Simili modo conuicijs olim explorabantur initiandi myſterijs, cuius conſuetudinis ueſtigium adhuc ſeruant Theologorum ſcholæ.

Ferrum & flamma. XIII

Quum exitiabile bellum ſignificamus, ferro flammaq; rem geri dicimus, ſiue ferro igniq;. Marcus Tullius in oratione pro L. Flacco: O dij immortales quid hoc miſerius, nos qui P. Lentulo ferrum & flammam de manibus extorſimus, imperitæ multitudinis iudicio confidimus. Mox in eadem: O nox illa quæ pene æternas huic urbi tenebras attuliſti, quum Galli ad bellum, Catilina ad urbem, coniurati ad ferrum & flammam uocabantur. Rurſum pro Sylla: Cuius nuper ferrum retuderim, flammamq; reſtinxerim. In oratione pro domo ſua, addit ſaxa, Deinde quum ille ſaxis & ignibus & ferro uaſtitatem meis ædibus intuliſſet. Item pro Planco: Quorum uidiſti toto illo anno ferrum in foro, flammam in ædibus, uim in tota urbe uerſari.

Montes frumenti. XIIII

De montibus auri nobis alibi dictum eſt. Sed quemadmodum muſca ad quaſuis res transfertur, quum negamus quicquam tale eſſe, nulla mihi muſca in ædibus, ita montes ad quarumlibet rerum affluentem copiam transfertur. Plautus in Pſeudolo, Quibus cunctis montes maximi acerui frumenti ſunt domi. Vox hæc montes ſupereſt ſermoni, niſi quod ex uſu uulgari addita auget copiæ ſignificationem. Itidem in uſum uenit oppido pro ualde, quum tantam rerum copiam intelligerent agricolæ, quanta ſatis eſſet uel oppido. Plautus in Moſtellaria, Montem erroris dixit pro errore grauiſſimo. Nec ſalus nobis ſaluti iam eſſe ſi cupiat poteſt, Ita alium erroris montem maximum ad portum modo conſpicatus ſum, herus aduenit peregre, perijt Tranio. Si legas, ita mox alium, conſtabit uerſus trochaicus. In Milite dixit montes argenti, Tum montes argenti non maſſas habet.

Poſt homines natos. XV

Quoties uniuerſos homines intelligi uolumus, poſt homines natos dicimus. M. Tullius in oratione pro domo ſua ad Pontifices: Quid homini poſt homines natos turpiſſimo, ſceleratiſſimo, contaminatiſſimo, quis illam opimam fertilemq; Syriam, quis bellum pacatiſſimis gentibus, quis pecuniam ad emendos agros conſtitutam ereptam ui ex Cæſaris rebus actis, quis imperium infinitum dedit? Rurſus in eadem: At id quod crimini dabatur non modo peccatum non erat, ſed erat res poſt homines natos pulcherrima. Item pro Cornelio Balbo: Etenim quum pro ſua patria pauci poſt genus hominum natum reperti ſint, qui nullis præmijs propoſitis, uitam ſuam hoſtium telis obiecerint, &c. Idem pro Milone: Vnius poſt homines natos fortiſſimi uiri. Item in Antonium: Duo teterrima & ſpurciſſima capita poſt homines natos, Dolobella & Antonius. Idem de optimo genere oratorum: Optimus longe poſt homines natos. Idem in Bruto: Longe autem poſt natos homines improbiſſimus Caius Seruilius Glaucia.

Poſt

Ayuntamiento de Madrid

Poſt hominum memoriam. XVI

Huic ſimillimum eſt, Poſt hominum memoriam. M. Tull. in orat. ad Pontif. pro domo ſua: Graue crimen eſt hoc, & uehemẽs, & poſt hominum memoriam, iudiciq; de pecunijs repetundis conſtituta grauiſſimum. Item in oratione De aruſpicum reſp. Vobis uero referentibus poſt hominum memoriam fortiſſimi atq; optimi conſules. Idem pro Planco: Aderat mecum ſenatus, & quidem ueſte mutata, quod pro uno poſt hominum memoriam publico conſilio ſuſceptum eſt. Ibidem: Nihil poſt hominum memoriam glorioſius. Item pro eodem: Conſules poſt hominum memoriam teterrimi atq; turpiſſimi. Item ad Plancum Epiſt. fam. libr. 10. Nihil poſt hominum memoriam glorioſius, nihil gratius, ne tempore quidem ipſo opportunius accidere uidi, quàm tuas Plance literas. Rurſus ad Brutum lib. 11. Quare hortatore tu quidem non eges, ſi ne in illa quidem re quæ à te geſta eſt poſt hominum memoriam maxima, hortatorem deſideraſti. Rurſum pro Seſtio: Quid enim quiſquam poteſt ex omni memoria ſumere illuſtrius quàm pro me uno ciue, & bonos omnes priuato conſenſu, & uniuerſum ſenatum publico conſilio muniſſe ueſtem. Idem in Catilinam. In hoc autem uno poſt hominum memoriam maximo crudeliſſimoq; bello. Ibidem: Bellum inteſtinũ ac domeſticum poſt hominum memoriam crudeliſſimum & maximum. Idem pro Rabirio perduellione: Poſt hominum memoriam rem nullam maiorem. Idem pro lege Manilia. Quæ in omnibus hominibus noua poſt hominum memoriam conſtituta ſunt. Rurſus in Vatinium teſtem: In omni memoria inauditum.

Ἐξορχεῖσθαι. XVII

Qui fugiunt & ab eo quod agitur aliò ſe uertunt, Græcis ἐξορχεῖσθαι dicuntur, ſumpta metaphora à ſaltationibus præſertim ſacris, unde ſubtrahere ſeſe inauſpicatum erat: quemadmodum indicatum eſt in prouerbio, Omnia ſecunda, ſaltat ſenex. Notum eſt quod refert Herodotus De Hippoclide, qui indecora ſaltatione excidit à ſpe nuptiarum & audiuit, ἀπορχήσαό γε τὸν γάμον.

Periſtromata Campanica. XVIII

Origenes opus quoddam uarias tractans materias, στρωματεῖς inſcripſit, ſumpta metaphora ab aulæis & ſtragulis picturatis, quibus olim diuites impenſe delectabantur. Quod ad hominem uerſipellem transferri poteſt. Siquidem aulea explicata aut complicata, & rurſus aliter atq; aliter complicata, uarias rerum formas præbent. Leno in Pſeudolo Plautina minitatur ſuis famulis hoc modo: Ita ego ueſtra latera loris faciam ut ualide uaria ſint, ut ne periſtromata quidem æque picta ſint Campanica. Campania quum floreret opibus, præter modum luxui ac delicijs indulgebat. Campanicis periſtromatibus Plautus adiungit Alexandrina tapetia. De Attagena dictum eſt aliàs.

Fors domina campi. XIX

In creandis magiſtratibus non ſemper uincebat, qui potior eſſet, ſed cui fortuna fauebat. Nam à populi ſuffragijs res omnis pendebat. M. Tullius in Piſon. Sed omitto ut ſit factus uterq; noſtrum, ſit ſanè Fors domina campi, magnificentius eſt dicere, quemadmodum geſſerimus conſulatum.

Fulmentum lectum. XX

Nonius Marcellus indicat prouerbium quoddam eſſe frequens apud Varronem: Fulmentum lectum ſcandunt. Nec exponit quid ſit fulmentum, neq; quis ſit prouerbij ſenſus: tantum indicat fulmentum dici neutro genere, & fulmentas fœminino.

Parthi quo plus biberint. XXI

De Parthis uetere prouerbio dictum eſt, quo plus biberint, eo plus ſitire. Habet hoc temulentia, ut poſteaquam obſurduit palatum, magis ac magis cupiant haurire. Apte dicetur in auaros, aut ſtudioſos, creſcit enim diſcendi cupido cum eruditione.

Scraptæ. XXII

Scraptæ populari conuicio dicebantur mulieres nugaces nullius rei, à ſcreo quod eſt oris purulentiam ejicio cum ſonitu. Vnde ſcrea pro rebus uilißimis accipiebant. Fortaſſe quadrabit in anus, ſubinde ſcreantes ac tuſſientes. Ita Feſtus. Nonius autem putat eſſe conuicium in deformes meretrices, citans hunc Plauti uerſum ex Vidularia,

Scraptæ, ſcrupedæ, ſtricliueleſ ſordidæ.

Ex Phelleo. XXIII

ἐκ φελλέως ἐλθεῖν. id eſt, Ex Phelleo uenire dicebantur, qui ex humili fortuna aſperaq; uita ad dignitatem emerſiſſent. Nam Græcis φελλεὺς dicitur locus aptus paſcendis capris, aſper, pumicoſus, ac ſterilis. Nam huiuſmodi paſcuis capræ delectantur. Ariſtophanes in Nebulis.

ὅταν μὲν ὄρτυγας ἐν τῷ φελλέως
ὥσπερ ὁ πατήρ σου διῳδήραν ἐνημμένος.

Eſt huius nominis locus Atticæ montanus ac petricoſus, cuius meminit & Stephanus, niſi quod montem φελλὰς uocat, fortaſſis ſcriptura mendoſa. De his nonnihil attigimus in prouerbijs, ſubere leuior, & phellinas.

In foro ueritas. XXIIII

ἐν ἀγορᾷ ἀψευδεῖν. id eſt, In foro abſtinendum à mendacio. Lex erat apud Athenienſes, ut in foro rerum uenalium uanitas omnis abeſſet. Theophraſtus in libris De legibus oſtendit Agoranomis duo præcipue curanda, ut omnia in foro compoſite citraq; tumultum agantur, deinde ut abſtineant à mendacijs, non uendentes modo, uerum etiam ementes. Hinc eſt quod apud Laërtium Anacharſis ait ſe mirari, quòd Athenienſes lege prohiberent in foro mendacium, cum nuſquam frequentius aut impudentius mentirentur.

Oculum excludere. XXV

Hac figura uulgus admit omnem ſpem petenti, ut dicat, ſi hoc impetraris, oculum mihi excludito, aut dentem extundito. Senex in Pſeudolo Plautina, Excludite Hercule oculum ſi dedero. Senſit quidnis potius futurum, quàm ut ſeruo daret argentum pro amica filij. Itidem Phormio Terentianus: Vel oculum excludito, eſt ubi ulciſcar locus.

Aut terra, aut mari. XXVI

Plautus in Pſeudolo, aut terra, aut mari, dixit pro quacunque ratione. Sumptum eſt ab hiſtoricis qui referunt res terra mariq; geſtas, & gentes terra mariq; expugnatas. Cicero pro Cluentio: cuius tantæ res geſtæ terra mariq; extiterunt. Item pro lege Manilia: Quantas ille res domi militiæq;, terra mariq; quantas feliciter geſſerit. Rurſus in eadem: Vt aliquando uere uiderenur omnibus gentibus ac nationibus terra mariq; imperare. Item in Verrem libro 2. Quàm multæ mihi à Verre inſidiæ, terra mariq; factæ ſint. Ad Atticum libro 7. quà aut terra, aut mari perſequar eum, qui ubi ſit, neſcio. Demoſthenes in clauſula orationis pro Cteſiphonte, ἀλλ' ἅπα ἔχουσιν ὅπως ἀνιάτως, πάντας μὴ ὠπτὸς καθ' ἑαυτὸς ἀζώλας καὶ πρώλας ἐν γῇ καὶ θαλάσσῃ ποιήσατε. id eſt, Quòd ſi uſqueadeò ſunt inſanabiles, iſtos quidem per ſe ſolos exitio pernicieq; dignos terra mariq; reddite. Plauti uerba ſunt hæc: Ego in hoc triduo aut terra, aut mari alicunde euoluam id argentum tibi. M. Tullius lib. De finibus 5. addit tertium. Vna pars eſt diſſerendi, altera uiuendi, tertia natura ſic ab his inuestigata eſt, ut nulla pars cœlo, mari, terra, ut poëtice loquar, prætermiſſa ſit. Addit poëtice, quod poëtæ tria tantum elementa referant: ut Ouidius,

Ante mare & terras, & quod tegit omnia, cœlum.

Terentius. O cœlum, ò terra, ò maria Neptuni. Plaut. in Amphitryone: Ita mihi uidentur omnia, mare, terra, cœlum conſequi.

Ἐκφυλλοφορῆσαι. XXVII

Quibus ius ferendi ſuffragij adimebatur, & ex albo iudicum ſubmoueb

ſubmouebantur, olim dicebantur ἐκφυλλοφορεῖσθαι, quemadmodum exauctorari dicebantur milites quibus ius pugnandi adimebatur. Olim non calculis, ſed ſolijs ferebantur ſuffragia, quaſi dicas à ſolijs ferendis excludi.

Lacunam explere. xxviii

Lacunam explere, pro ſarcire damnum, non ſine prouerbij ſpecie dixit Cicero, actione in Verrem quarta, Cenſores fecerunt idem quod in noſtra repub. ſolent ij qui per largitionem magiſtratus adepti ſunt: dederunt operam, ut ita poteſtatem gererent, ut illam lacunam rei familiaris explerent. Detrimentum facultatum appellat lacunam. Idem in epiſtolis ad Atticũ. Vide ne qua lacuna ſit in auro, hoc eſt, ne quid deſit. A. Gellius Noct. Atticarum libro 1. cap. 3. famæ lacunam dixit pro macula, Minimaq; illa labes, & quaſi lacuna famæ imminentis, partarum amico utilitatum ratione ſoluitur. Quin & in libris mẽdum dicitur, quod deprauatum eſt, lacuna ubi deeſt aliquid: illud eluitur, hæc expletur.

Nullam corporis partem. xxix

Aeſchines De perperam obita legatione, ὁ δ' οὐδὲν ἄπρακτον ἔχων μέρος ἢ σώματος, οὐδ' ὅτιν' οὐκ ἐποίησε, ὡς ὤν Αἰσχέδλυς τὸς φόρυς τάξας τοῖς ἕλλησιν, ὁ λίχας ὑπικαλόμινος, λυσχερὰς καὶ καταπύδονας ἀνθρώπους. id eſt, At is qui nullam corporis partem habet ociosam, ne eam quidem qua uocem promit, perinde ac ſi eſſet Ariſtides qui uectigalia præſcripſit Græcis, & iuſti cognomen meruit, indignatur ac deſpuit munerum acceptionem. Diſpiciat prudens lector, an pro ἄπρακτος legendum ſit ἄπρατος, id eſt, ἀπρίατος, ut intelligas illi omnia membra fuiſſe uenalia, etiam os & uocem. Tametſi dici poteſt ἄπρακτος, qui nihil exigit. Vt intelligas non manibus tantum, ſed toto corpore rapacem.

Purus putus. xxx

Plautus in Pſeud. purum putum dixit, pro prorſus ac uere: Purus putus eſt ipſus noui herus Polymachæroplacides, quaſi dicas ipſiſſimus eſt. Color ſermonis reſedit ex antiquitate: putum enim illi dicebant purgatum, unde & uites putare dicunt, & reiectamenta nucum aut ſimilium rerum dicuntur putamina. prouerbium ortum uidetur ex aurificum officinis, qui ea forma dicebant purum putum, quemadmodum qua iureconſulti dicunt, ſarta tecta.

Meis auſpicijs. xxxi

Meis auſpicijs pro meo arbitrio, meisq; præſidijs dixit Maro Aeneid. quarto.

Quòd ſi fata meis paterentur ducere uitam
Auſpicijs, & ſponte mea componere curas.

Translatum ab imperatoribus Romanis, quibus mos erat, non committere prælium niſi conſultis auſpicijs. Eius autem auſpicijs res geri dicebatur, penes quem ſumma rei gerendæ poteſtas erat. Huic ſimillimum eſt quod alibi retulimus, meo Marte. Tullius in Verrem libr. 5. Præſertim cum uos uestro Marte his rebus omnibus abundetis. Noſtro Marte ſit, quod ſit nullis auxilijs aliunde aſcitis.

Veſtigijs inhærere. xxxii

Qui imitatur exempla progenitorum, maiorum ueſtigijs inhærere dicitur. M. Tullius pro P. Seſtio: Quem in maiorum ſuorum ueſtigijs ſtare oportebat. Translatum à uiatoribus, qui obſeruant ueſtigia præcedentium, ne quid aberrent. Similiter qui degenerant à progenitorum aut præceptorum exemplis, ab illorum ueſtigijs dicuntur recedere. Et alienis ueſtigijs ingredi, qui nihil ex ſe gignunt noui, ſed aliorum inuentis inhærent.

Dulce & amarum. xxxiii

Plautus in Pſeudolo non ſine prouerbij ſpecie dixit dulce & amarum, pro lætis ac triſtibus. Amans adoleſcens de epiſtola amice: Dulce amarumq; unà nunc miſces mihi. Idem in eadem fabula: Dulcia atque amara apud te ſum elocutus omnia. Scis amorem, ſcis laborem, ſcis egeſtatem meam. Idem in Truculento: Nunc poſteaquam ſcio dulce atque amarum quid ſit de pecunia.

Hyberno puluere, uerno luto. xxxiiii

Feſtus Pompeius ex antiquo carmine citat, nec aſſcribit autoris nomen: unde intelligitur uulgò decantari ſolitum. In eo inducitur pater de agricultura præcipiens filio, his uerbis, Hyberno puluere, uerno luto, grandia farra Camille metas. Quibus uerbis arbitror ſignificatum, far ſi ſeminetur ſerena hyeme, & ſuccedat uer humidum, copioſius prouenire.

Αἰξωνίνισθαι. xxxv

Quemadmodum multa prouerbia retulimus è gentium moribus deſumpta, ita ἀξωνίνισθαι olim dicebantur calumniandi morbo obnoxij, quòd is populus hoc nomine taxatus ſit ueterum comœdiarum ſalibus, quemadmodum indicat Stephanus, docens Aexoniam eſſe Magneſiæ ciuitatem. Eſt autem ἀξωνὴ ultima acuta, populus tribus Cecropidis, ab utraque uoce deducitur αἰξωνικὸς. Citant teſtem Menandrum ἐν καινῇ φόρῳ. Plato in dialogo De fortitudine, ὀλίγ' ἐμοὶ πρὸς ταῦτα ἀπόκριναι, μὴ μέφης ὡς ἀληθῶς αἰξωνέα εἶναι. id eſt, Nihil ad iſta reſpondeo, cum quod dicam, habeam, ne me merito dicas Aexonenſem eſſe. Marſilius uertit maledicum & calumniatorem.

Gallam bíbere oportet. xxxvi

Qui plus ſatis indulgent uentri gulæq;, prouerbiali ioco iubebantur gallam bibere. Is eſt fructus ſub autumnum adnaſcens arboribus præcipue robori, ſpecie rotundæ nucis. De cuius natura multa prodiderunt Plinius, Dioſcorides, Galenus ac Theophr. Vim habet aſtringendi exiccandiq;, & ob id utilis ad multa. Inde illud Lucil. cum nepotes ac lurcones iubet Gallam bibere, & rugas inducere uentri, ſentiens coarctandos eſſe uentres. Refert Sex. Pomp. Feſtus. Simile eſt Horatianum illud, cum ſcribit uentres nepotum inurendos candenti lamina.

Sontica cauſa. xxxvii

Næuius poëta citante Feſto, Sonticam cauſam appellat admodum grauem, in hoc trochaico catalectico,

Sonticã eſſe cauſam oportet, quamobrẽ pedas mulierem.

Translatum à duodecim tabulis, quæ ſonticum morbum appellant non uulgarem, ſed tam moleſtum, ut reus non cogatur apud iudices comparere.

Macula, Labes. xxxviii

Frequens eſt apud M. Tullium, ut hominem infamem ac ſceleroſum, maculam, labem, ſordes, lutum appellet: pro eo Plautus citante Feſto, ſuaſum dixit,

Quia tibi ſuaſo infeciſti propudioſa pallulam.

Suaſum Feſtus putat eſſe maculam quæ ſit in ueſte alba è ſtillicidio fumoſo. Plautinus Trochaicus quadrabit in eos qui famam honeſtam uel à maioribus traditam, uel bene factis partam, aliquo ſcelere contaminant.

Capere crines. xxxix

Plautus in Muſtellaria, capere crines dixit, pro arripere occaſionem oblatam, & arreptam retinere. Sumptum uel ex illo deo quem Græci uocant καιρόν. Nam eum fingunt fronte capillata, occipitio caluo: uel ex hominum conſuetudine, qui crinibus remorantur quem nolint abire. Si tibi acceptum eſt fore tibi unicum, ſempiternum, atque illum amatorem tibi proprium futurum in uita. Soli gerendum cenſeo morem, & capiendos crines, ut fama eſt, hominis, exin ſole pecuniam inuenire.

Nihil eſt miſerius quàm animus conſcius. xl

Sæpe etiam eſt olitor ualde opportuna locutus, ut habet prouerbium. Apud Plautum in Muſtell. Tranio ſeruus nequiſſimus

Ayuntamiento de Madrid

mus ſententiam profert, quouis dignam theologo, nihil eſt miſerius quàm animus hominis cõſcius. Conuenit cum Hebræorum dicto, Iecura mens quaſi iuge conuiuium. Item cum illo, conſcientia mille teſtes. Et Horatius felix eſſe iudicat,

Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.

Celei ſupellex. XLI

Vilem & ruſticanam ſupellectilem Celei fuiſſe dictam indicat Maro Georg. lib. 1.

Virgea præterea Celei uilisq; ſupellex.

Item Ouidius lib. Faſt. 4.

Sors ſua cuique loco eſt, qui nunc Cerealis Eleuſis
Dicitur, hic Celei rura fuere ſenis.
Ille domum glandes excuſſaq; mora rubetis
Portat & arſuris arida ligna focis.
Filia parua duas redigebat monte capellas.
Et tener in cunis filius æger erat.

Celeus rex erat Eleuſine, pater Triptolemi, cui Ceres quòd eſſet ab illo excepta hoſpitio, commonſtrauit omnem agriculturæ rationem. Verba Plauti ſunt hæc: quaſi ſupellex Celionis, palus palo proximus eſt. Mirum eſt autem à Plauto primam ſyllabam in Celione produci, cum ab alijs corripiatur. Nam Celionem pro Celio dictum, nihil eſt noui, ſic & ſcorpium dicimus & ſcorpionem.

Ampullacea. XLII

Plautus in Menæchmis uidetur ampullaceam uocare mulierem magnifice cultam. carmen ſic fertur: quando te auratum & ueſtitam bene habet, ampla ſpem. Recte perhibent, melius ſanam eſt mulier mentem ſumere. Ampulla ſpem, certum eſt deprauatas eſſe uoces. Quidam reponunt ampulloſam, uerum hanc dictionem trochaici carminis ratio non patitur. Ampullaceam & metro congruit & ſenſui. Plinius libr. 15. inter genera pyrorum commemorat ampullacea. Qui tamen locus haud ſcio an mendo uacet. uerba Plinij ſic habent, Ab odore myrrhapia, laurea, nardina, à tempore, hordearia, à collo ampullacea, & Coriolana.

Cyatho non emam. XLIII

Non abſque ſpecie prouerbij Miles apud Plautum in Pœnulo dixit: Proh nebulæ, cuius ego cyatho ſeptẽ noctes non emam. Loquitur de muliere faſtidioſa, ſed non perinde formoſa, & cyathum dixit pro minimo precio miles, cui res erat cum cyathis. Cyathus minimum erat poculum, crater amplius.

Rex ſum. XLIIII

Quemadmodum olim inſignem felicitatem ſignificantes dicebant, deus ſum, aut in cœlo ſum. Ita Plautus in Pœnulo dicit, Rex ſum, ſi ego illum hodie ad me hominem allexero. Verba ſunt Lyci lenonis, ſperantis ſe diuitem fore, ſi quendam bene nummatum ad ſe pertraxiſſet.

Cribro crebrius. XLV

Scite dictum eſt Plauto, nec ſine prouerbij ſchemate, cribro crebrius, pro eo quod erat plurimis locis, ac paſſim. Villam integundam intelligo totã mihi. Nam nunc pellucet ea quàm cribrum crebrius. Vulgus de futili ac loquaci dicit, tam ſolidus eſt quàm cribrum.

Et operam & retiam perdere. XLVI

Plautus in Rudentibus: Iam nunc & operam ludos facit & retiam. Id quidem citra tropum dictum eſt à ſene, qui Grippum ſeruum piſcatum miſerat, cum eſſet noctu orta tempeſtas grauiſſima. Venuſtius erit, ſi tropo adhibito dicatur in captatorem, cui non ſucceſſit aucupium. Porrò retiam Plautus antique dixit pro rete. Affine eſt illi quod alibi retulimus, Oleum & operam perdidi: & opera & impenſa perijt.

Virtute duce, comite fortuna. XLVII

M. Tull. Epiſt. famil. lib. 10. ad Plancum. Omnia ſumma conſecutus es, uirtute duce, comite fortuna. Hoc adeo grauiter commodeq; dictum eſt, ut à quibuſdam publicitus ſymboli uice ſit uſurpatum. Virtus eligit quod eſt optimum. Quod ſi non ſuccedit, tamen in rebus præclaris, ut in magnis, etiam uoluiſſe pulchrum eſt. Sin ſuccedit, prima laus debetur uirtuti, tanquam egregij facinoris duci: proxima fortunæ quæ uirtuti ſubſeruierit.

Crœſi pecuniæ teruncium addere. XLVIII

M. Tullius libro De finibus 4. Itaque in quibus propter earum exiguitatem obſeruatio conſequitur, ſæpe accidit, ut nihil intereſſe noſtra fateamur, ſint illa nécne ſint: ut in ſole, quòd à te dicebatur, lucernam adhibere, nihil intereſt, aut teruncium addere Crœſi pecuniæ. Teruncij nummi à tribus uncijs dicti uilitas prouerbio locum fecit. Crœſus Lydorum rex inter prodigioſe diuites celebratur.

Barbati. XLIX

Apparet apud Romanos prouerbiali ioco barbatos dici conſueſſe, homines priſcis ac ſimplicibus moribus, ruſticanæq; ueritatis: quod illic ſero receptum ſit barbam radere, aut tonderi. Siquidem autore Plinio, P. Ticinius Mena primus è Sicilia tonſorem induxit, anno ab Vrbe condita CCCCLIIII. cum hactenus fuiſſent intonſi. Marcus Tullius libro De finibus 4. Hoc uero te ferre non potuiſſe, quod antiqui illi quaſi barbati, ut nos de noſtris ſolemus dicere, crediderunt: eius qui honeſte uiueret, ſi idem & bene ualeret, & bene audiret, copioſusq; eſſet, optabiliorem fore uitam, melioremq; & magis expetendam quàm illius, qui æque uir bonus multis modis eſſet, ut Ennij Alcmæon,

Circumuentus, morbo, exilio atque inopia.

Illi igitur antiqui non tam acute optabiliorem illam uitam putant præſtantiorem, beatiorem. Stoici autem &c. Eò ſpectat illud Iuuenalis,

Facile eſt barbato imponere regi.

Veſtigium ponere. L

Veſtigium ponere, pro attingere, dixit M. Tullius libro De finibus 5. Quanquam id quidem infinitum eſt in hac urbe: quacunq; enim ingredimur, in aliquam hiſtoriam ueſtigium ponimus. Refertur quiddam perquàm facetum cuiuſdam, Stratonici ni fallor, qui in oppido quodam ſumnis pedibus ingrediebatur, circumſpectans interim: rogantibus quid ageret, reſpondit ſe timere, ne quem calcaret præconem, innuens illic eſſe præconum immodicam turbam. M. Tull. eiuſdem operis lib. 5. Quid enim? Sapientia pedem ubi poneret, non habeat, ſublatis officijs omnibus. Scio mihi alibi factam mentionem prouerbij, pedem ubi ponat, non habet. Verum hic locus tum non occurrebat, indignus qui prætermitteretur, eo quod oſtendit elegantem uſum huius metaphoræ in rebus animi. Sentit enim nullum eſſe locum ſapientiæ, ſi tollatur officiorum delectus.

Priſcis credendum. LI

M. Tull. in libello De uniuerſitate, Credendum, inquit, nimirum eſt ueteribus, & priſcis ut aiunt uiris, qui ſe progeniem deorum eſſe dicebant. Incertum utrum Cicero ſentiat eam ſententiam fuiſſe uulgò decantatam, an notet uocem priſci, qua declaramus homines extremæ antiquitatis, quorum origo, quoniam poſteris erat incognita, ferè reſtrebatur ad deos.

Omnes intus. LII

Theocritus in Syracuſanis,

Κάλλιϛ', ἐνδοῖ πᾶσαι, ὁ τὰρ νυὸϛ εἶπ' ἀποκλάξας. id eſt,
Optime habet, cunctæ ſunt intus, fertur ut olim
Incluſa ſponſa ſponſus dixiſſe.

Scholiaſtes admonet eſſe prouerbium, è tali caſu natum, ut conijcio. Sponſus quidam pertæſus ſponſam excluſit ædibus: cumq; illa pulſaret fores cupiens recipi, ſponſus reſpondit ἐνδοῖ πᾶσαι. id eſt, Omnes ſunt intus. ſorte cum ſponſa ex more duceretur ad ædes ſponſi, ille occluſis foribus ita locutus

Ayuntamiento de Madrid

est. Accommodari potest ad usum magis serium, ueluti si amabienti in amicorum numerum recipi, qui sit indignus amicitia, respondeatur, πᾶσαι ἐνδοῖ. Aut, quod uero propius est, cum significabimus omnia esse in tuto. Siquidem ἀποκλείω non solum sonat excludo, uerumetiam includo quod semotum in tuto esse uolumus, unde ἀπόκλεισμα pro custodia. Itaque fieri potest ut sponsus sponsa in thalamum recluſa cæteras submouerit dicens, omnes intus. Sponso una sufficit, cæteras ut superuacaneas excluſit. κλὰξ Siculis dicitur clauis, inde ἀποκλάζω ἀποκλείω.

Esurienti ne occurras. LIII

In eodem Idyllio prouerbij faciem habet & illud in fine. Gorgo hortans ad reditum, quòd maritus esset iracundus adjicit,

Παυῶντίγε μηδὲ ποτ' ἠῶθις. id est,

Absit ut unquam occurreris esurienti.

Fames enim exasperat iracundiam. Vnde apud Plautum aliquis iracundius loquentem, rogat quàm pridem edisset. Apud eundem est,

Fames & mora bilem in nasum conciunt.

Opus ad opus. LIIII

Addam & illud ex eodem, ἔργον ἐπ' ἔργῳ, quo nullum operæ finem significamus. Verba sunt mulieris de marito conquerentis, quòd emisset lanam sordidam ac rudem, in qua plurimum esset operis sibi. Ita Maro de uite colenda,

Cui nunquam exhausti satis est.

Tredecim cubitorum. LV

Homines insigniter procero corpore & hisce temporibus populari ioco taxantur, ut ignaui & inutiles. Quod ut alia plerague manasse uidetur ab antiquitate. Sic enim in eodem carmine Praxinoa de marito loquitur, ἀνὴρ τρισκαιδεκάπηχυς. id est, Vir tredecim cubitorum, hyperbolicos significãs enormiter procerum, cum esset tam insulsus, ut è mercatu pro nitro, sulem attulerit. De Caliga Maximini nobis aliàs dictum est. Prisci prælongos homines ridiculi gratia Longuriones appellabãt. Varro in Triphalo apud Nonium, Ego nihil narro, adeo hæc ita curat, qui ante me est, nescio qui longurio.

Volam pedis ostendere. LVI

Τὸ κοῖλον ἢ πολὺς λάξαι. id est, Cauum siue uolam pedis ostendere dicuntur, qui in bello fugiunt, quod apud historicos frequentissime dicitur, Vertere terga. prouerbium refertur ab Hesychio. Dicitur & hodie uulgò in fugaces, calcaneum ostendere.

Factum transactum. LVII

Apud iurisprudentes solennia sunt hæc. Factum transactum, quoties sentiunt nihil prætermissum, quòd ad negotij tractationem pertinet. Marcus Tullius in Catilinam inuectiua tertia: Atque illud quod faciendum primum fuit, factum atque transactum est. Est alicubi & apud Terentium, aliosq; complures melioris notæ scriptores.

Mæandri. LVIII

Cùm res agitur non simpliciter, sed uafris & obliquis consilijs, Mæandros dicimus, metaphora sumpta à fluuio Mæandro, qui sinuosus ac flexuosus labitur: unde & nomen habere uidetur, quasi oberret quærens hominum consortia. M. Tull. in Pisonem. Quos tu Mæandros dum omnes solitudines persequeris, quæ diuerticula flexionesq; quæsisti? utitur & Prudentius in hymno, quod alibi nobis citatum est in prouerbio Labyrintho. fluuius est Lydiam flexuosis recursibus perfundens. De quo Plinius lib. 5. cap. 29. Mæander ortus è lacu in monte Aulocrene, plurimisq; affusus oppidis, & repletus fluminibus, crebris ita sinuosis flexibus, ut sæpe credatur reuerti: Apamenam primum peruagatur regionem: mox Eumeneticam, ac dein Bargylioticos campos, postremo Cariam, placidus omnesq; eos agros fertilissimo riguus limo: ad decimum à Mileto stadium, lenis illabitur mari. Est & picturæ genus Mæander, in morem labyrinthorum flexuosis ambagibus implexum, quod oris chlamydum addi solet. Vnde Maro Aeneidos libro quinto,

Victori chlamydem auratam, quam plurima circum
Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit.

Masculum. LIX

Masculus apud ueteres non semper significat sexum, sed interdum quicquid uegetum solidum ac robustum est, masculum dicitur. Exemplum Nonius Marcellus citat ex Varronis fabula, cui tit. ὄνος λύρας, uincor non esse masculum ad rem. Grammatici putant ab Horatio marem uitellum dictum, solidum ac firmum. de ouis oblongis ita loquitur in Sermonibus.

Namque marem cohibent calloſa uitellum.

Vergilius quoq; masculà thura dicit alba, & meliora. Lepidius erit, si ad incorporea transferatur, ueluti cum excelsum fortemq; animum masculum appellamus.

Intra labia risit. LX

De risu Sardonio nobis aliàs dictum est. Similè describit Theocritus in Thalysia,

Καί μ' ἀβέμας εἶπε σιαρὸς
ὄμμασι μαδιόωντι, γέλως δέ οἱ ἔσχετο χαλεὺς. id est,
Et me affatus, diducto leniter ore
Arridenti oculo, risus uero labium intra Hesiſt.

Homerus risum Sardonium dixit amarulentum. Hic describit risum modestum & amicum, qui si erumpat, cachinnus fit indecorus.

Pingui mensura. LXI

Πίονι μέτρῳ. id est, Pingui mensura dixit in eodem carmine, pro eo quod erat affatim & largiter.

Μάλα γάρ σφισι πίονι μέτρῳ.
Ἀ δάμως ἐνέβαλε ἀνεπλήσατο ἀλωᾷ. id est,
Illis fortunante deo bona copia frugum
Arearum campos mensura impleuit opima.

Simillimum est illi quod ante diximus, Plena manu, & Amabus manibus.

Fato Metelli. LXII

Asconius Pedianus in oratione pro Milone, refert Næuij poëtæ Senarium iactatum in familiam Metellorum, quòd Consules designarentur, arbitrio fortunæ, quæ campi domina dicitur uerius, quàm suis meritis.

Fato Metelli Romæ fiunt Consules.

Ad id tum Metellus Consul iratus, respondit Senario hypercatalectico, quem ait & Saturnium appellari.

Dabunt malum Metelli Nævio poëtæ.

Ad id tecte alluſit M. Tullius, cum ait, Te non fato, ut cæteros ex nostra familia. dictum facete & contumelioſe in Metellos, torqueri poterit in eos qui præter meritum situm ad opes ac dignitates prouehuntur.

Non habet cui indormiat. LXIII

Theocritus in Hodœporis,

Οὐδέ γ' ὁμίκτα ἑῷ λελασότιν ἦς τοι ἐνεῦδεν. id est,
Eumaræ siquidem domino nec uellus erat, cui Indormiret.

Hoc colore Lacon pastor designat extremam caprarij cuiusdam inopiam, cui nec pellis esset hircina, in qua somnum caperet. Solent enim ueteres in animantium tergoribus & discumbere & dormire. Apud Homerum proci in bubulis tergoribus agitant cõuiuia. Et hodie dicimus, non habet lectum, aut non habet stramenta quibus indormiat.

Asinus asino, & sus sui pulcher. LXIIII

ὄνος ὄνῳ κάλλιστον. id est, Asinus asino pulcherrimus, simile simili placet. Alcimus apud Diogenem Laërtium inter multa quæ collegit ex Platonis philosophi & Epicharmi comici scriptis, quibus persuadere conatur philosophum à comicis multa fuisse furatum, & hos refert Senarios.

Θαυμαστὸν ὅλως ἔστί μοι ταῦθ' ὅτῳ λέγω,

Ayuntamiento de Madrid

Καὶ ἀσβάστερ αὐτοῖσιν αὐτὸς, καὶ δοκεῖν
Καλῶς πεφυκέναι, καὶ γὰ ἡ κύων κυνὶ
Κάλλιστον εἶμεν φαίνεται, καὶ βοῦς βοΐ.
Ὅν τ' οὐκ κάλλιστον, ὡς ὃ ὗς συΐ; id eſt,
Res mira non eſt, iſta ſi ſic proloquor,
Ipſíq; nobis ſi placemus inuicem,
Pulchreq; nati ſi uidemur, nam & cani
Pulcherrimus canis uidetur, bos boui.
Aſinus aſello pulcher eſt, & ſus ſui.

Conueniet ubi inter inhoneſtos ſimilitudo morum & inſtituti conciliat beneuolentiam, ueluti quum miles placet militi, aleator aleatori, potator potatori, ſophiſta ſophiſtæ. Mirum eſt ab Epicharmo præteritum ſimium, quum nullum animal ſibi placeat impenſius.

Pediculi Platonis. LXV

Οἱ πλάτωνος φθεῖρες. id eſt, Platonis pediculi, in prouerbium abierunt. ut refert Lærtius in uita huius philoſophi, teſtatur Myronianus in opere cui titulum fecit De ſimilibus, hinc coniectans hoc morbo periiſſe Platonem, quod uulgò pediculi Platonis appellarentur. Græci φθειρίασιν appellant. Morbus eſt fœdus & crudelis, quo perijt & L. Sylla: tametſi de genere mortis uariæ ſunt ſcriptorum opiniones. Myronianus nullum indicat uſum prouerbij. Suſpicari tamen licet, dictum in ſordidos, quòd philoſophi minimum indulgeant nitoribus externis, dum circa mentis cultum toti ſint occupati.

Vates ſecum auferat omen. LXVI

In eos qui nobis dira minitantur, aut acerba prænuntiant, conueniet illud Theocriticum in Bucoliaſtis:

αὐτὰρ ὁ μάντις ὁ τήλεμος ἐχθρὸς ἀγορεύων
ἐχθρὰ φέροι ποτ' οἶκον, ὅπως τεκέεσσι φυλάξῃ. id eſt,
Telemus at uates, mihi qui canit omnia dira,
Dira domum referat, quo natis illa reſeruet.

Iurarat Cyclops per unicum oculum ſuum, qui uideret omnia ſemperq; uiſurus eſſet. At Telemus uates illi prædixerat fore, ut ab Vlyſſe exocularetur. hoc omen Cyclops reijcit in uatem & illius liberos. Ita Vergilius.

Quod dij prius omen in ipſum Conuertant. Et rurſus:
Dij capiti ipſius generiq; reſeruent.

Itidem Homerus Iliad. Δ.

Σὺν σφῇσιν κεφαλῇσι γυναιξίτε καὶ τεκέεσσι.

Simile illi Platonico, In tuum ipſius caput.

In ultimas terras. LXVII

ἐπ' ἔσχατα γῆς. id eſt, Ad extrema terræ, quum locum uehementer ſemotum intelligi uolumus. Theocritus in Syracuſijs:

Ταῦτ' ὁ παράφρων τῆνος ἐπ' ἔσχατα γῆς ἔλαβ' ἰνδῶν
ἱλεὸν ἐκ οἴκων. id eſt,
Huc ueniens meus ille inſulſus ad ultima terræ
Antrum non ædes poſuit.

Vxor incuſat maritum quod in loco nimium ſemoto domicilium ſibi parârit, & cauum uerius quàm domicilium. Eſt frequens apud Cicer. in ultimas terras, Velut actione in Verr. 6. Quemadmodum accepturas hoc nationes cæteras, quemadmodum huius tui facti famam in regna aliorum atque in ultimas terras peruenturam putaſti? Idem pro P. Sylla. Iam uero illud quàm incredibile, quàm abſurdum, qui Romæ cædem facere, qui hanc urbem inflammare uellet, eum familiariſſimum ſuum dimittere ab ſe, emendare in ultimas terras? Item Philippica 13. Saxum uero Decidium præterire qui poſſum, hominem deductum ex ultimis gentibus. Rurſus ad P. Lentulum epiſt. fa. li. 1. Recordare enim quibus ex ultimis terris miſeris, nec hoc pertimueris. Idem libr. 15. ad M. Marcellum. Nos quidem longinqui & à teipſo miſſi in ultimas gentes. Apud diuum Hieronymum frequens eſt, monſtrum in ultimas terras deportandum. Plautus in Muſtell.

Sed etiam in terras ſolas, orasq; ultima ſum circumuectus.

Talia gignit bellum. LXVIII

Senarium hunc M. Tullius epiſt. ad Q. fratrem lib. 2. ceu uulgò iactatum adducit:

Τοιαῦθ' ὁ πλέμως πόλεμος ἀξεργάζεται. id eſt,
Similia bellum calamitoſum perficit.

Sentiens è diſſidijs eorum qui rempublic. adminiſtrant multa gigni abſurda. uerba Ciceronis ſic habent: Summum ocium forenſe, ſed ſeneſcentis magis ciuitatis quàm acquieſcentis. Sententia autem mea in ſenatu eiuſmodi, magis ut alij nobis aſſentiantur quàm noſmetipſi. τοιαῦθ' ὁ πλέμως πόλεμος ἀξεργάζεται. id translatum ad priuatam diſcordiam pluſculum habebit gratiæ.

Vera fronte. LXIX

Quæ ex animo citraq; fucum dicuntur geruntúrue, uera fronte fieri dicuntur. M. Tullius pro C. Rabirio: At ſi uerum tum ueriſſima fronte dixerunt, nunc mentiuntur: ſi nunc mentiti ſunt, doceant nos uerum. Contra, dicemus mendaci fronte fieri quod geritur per ſimulationem. Quemadmodum M. Tull. ad Q. fratrem, ſi non fallit titulus, ait: frons, oculi, uultus perſæpe mentiuntur, oratio uero ſæpiſſime. Frons & oculi maxime declarant animi affectum: nam uerba fingere non eſt difficile, ſed ut ait Ouidius, perdifficile eſt crimen non prodere uultu. Et apud Maronem Dido.

Spem uultu ſimulat, premit altum corde dolorem.

Terentius in ſene ſeipſum excruciante. Vah, etiam uultus fingit carnifex. Et in Phormione Geta cõponit uultum antiphonis in congreſſum patris, quem tamen retinere non potuit.

Porcus Troianus. LXX

Gulæ ueteres architecti & hoc commenti ſunt, ut bos aut camelus totus apponeretur, differtus intus uarijs animantium generibus. Hinc & porcus Troianus uenit in populi fabulam, cui hoc nomen inditum eſt, quod ita uarias animantium ſpecies utero tegeret, quemadmodum Durius equus texit armatos uiros. Macrobius libr. Saturnalium 3. refert Cinciam in oratione qua ſuaſit legem Fanniam de moderandis ſumptibus, obiecciſſe ſuo ſeculo, quòd porcum Troianum menſis inferrent. Mihi ſi detur optio, malim porcum Troianum quàm equum: conueniet in opipara conuiuia, aut in hominem uarijs delicijs expletum.

Pilus in medio. LXXI

Minimum diſcriminis ſignificantes dicimus pilum intereſſe, id uehementius eſt quàm ſi dicas culmum latum. Theocritus in Thyonicho.

Λασὼ ὁ μανὲς πόκα. δεῖξ ἀὲὰ μέσσον. id eſt,
At me imprudentem capiet ueſania tandem.
Vix pilus in medio eſt.

Verba ſunt amantis ac metuentis ne tandem amor exeat in inſaniam, à qua tam parum abſit, ut uix pilus ſit in medio. Conſimili tropo Plautus dixit in Moſtell. Pluma haud intereſt patronus an cliens probior ſiet, Homini cui nulla in pectore eſt audacia. Non intereſt pluma, dixit, pro nihil omnino refert. Aſinius Pollio M. Ciceroni, Nullum enim ueſtigium abs te diſceſſurus ſum.

Muſopatagos. LXXII

Μυσοπάταγος, dicitur qui percitus eſt & attonitus furore muſarum. Ita Maro in Georg.

-Quarum perculſus amore Sacra fero.

Transfertur ad eos qui ſua pœmata ſic amant quemadmodum parentes liberos. M. Tullius ad Q. fratrem lib. 2. Non me Hercle quiſquam μυσοπάταγος libentius ſua recentia pœmata legit, quàm ego te audio. Horatius,

Verſus amat, hoc ſtudet unum.

Vt Phrygius amauit Pieriam. LXXIII

Plutarchus in lib. περὶ γυναικῶν ἀρετῆς oſtendit ad ſuam uſque ætatem duraſſe conſuetudinem ut uxores optarent ſic amari à

Ayuntamiento de Madrid

uiris ὡς φρύγι & ἠράσθη περέας. id est, Quemadmodũ Phrygius amauit Periam. Id ortum est ab huiusmodi historia. Ionum qui in Miletum commigrarant, nonnulli seditione mota aduersus Nelei filios, secesserunt Myuntẽ, atq; ibi sedem constituerunt, multis iniurijs affecti à Milesijs, qui cum illis bellũ agitabant ob defectionem, uerum nec atrociter, nec excluso omni commercio, sed nõnullis diebus festis mulieres è Myunte Miletum itabant. Erat autem ex his qui secesserant uir quidam nomine Pythes, cuius uxor dicta est Hippygia, filia Pieria. cum autẽ Mileti die festo sacrificaretur Dianæ, quam illi Neleidam cognominant, misit eò uxorem & filiã id precatas, ut sibi festo liceret interesse. Ex Nelei uero filijs longe potẽtissimus erat Phrygius. is captus amore Pieriæ, cogitabat qua re posset puellæ quàm maxime gratum facere. Cumq; illa dixisset nihil accidere posse gratius, quàm si efficeret sibi liberũ frequenter Miletum commeare multis uirginibus comitatam: ex his uerbis Phrygius intelligens ab illa quæri pacẽ & amicitiam ciuibus suis, bellum composuit. Hinc Pieriæ nomen & apud Milesios & apud Myuntios mire gratiosum esse cœpit, adeo ut puellæ quæ uiris nuberent, ominis causa precari solent, utinam sic amer à uiro, ut Pieriam amauit Phrygius.

Vita hominis peregrinatio. LXXIIII

Παροικία τις ὁ βίος. id est, Peregrinatio quædam est uita. Socrates in Axiocho Platonis adfert hanc sententiam ut uulgò apud omnes decantatam. quanquàm is dialogus habetur inter nothos. uidetur esse potius hominis Christiani, qui Platonem uoluerit imitari. Hæc enim sententia frequenter occurrit in sacris uoluminibus, uitam hanc esse exilium, esse incolatum & peregrinationem: quanquàm & Socrates Platonicus narrat animas hominum è cœlo fuisse delapsas, quò sibi per philosophiæ studium parant reditum.

Tota hulcus est. LXXV

In eodem dialogo, ad laudatam agriculturam, ita respondet Socrates, ἀλλ' ἔχ ὅλη ὡς φασιν ἕλκος, ἀλλ' ὑπνος προφασιν εὐσχήμονα. id est, Verum an non tota quod aiunt hulcus est, semper molestiarum occasionem ex se gignens. Id quidem esse uerum declarauit Vulteius Horatianus: cæterum quicquid nobis uehementer molestum est, hulcus uomicam & Carcinoma solemus appellare. Quemadmodum de Cæsare Augusto literis proditum est, quòd Iulias, filiam & neptem, & Agrippam prius adoptatum, postea abdicatum, non aliter appellare solet, quàm tres uomicas suas ac tria Carcinomata: adeoq; detestabatur mores illorum minime frugales, ut ad omnem illorum mentionem soleat exclamare uersus Homerico:

ἀλλ' ὄφελον ἄγαμός τε μένειν, ἄγονός τ' ἀπολέσθαι. id est,
O utinam cœlebs mansissem, orbusq; perissem.

Atque hic quoque uersus inter prouerbiales merito referendus est, usurpandus ab his qui infeliciter duxerunt uxores, aut liberos pœnitendos susceperunt. Conueniet & in hominem molestis moribus. Theocrit. in epitaphio Adonidis, acerbum dolorem ποτικάρδιον ἕλκος appellat.

ἄγελον ἄγελον ἕλκος ἔχει χροὶ μηδὲν ἄδωνις,
Μεῖζον δ' ἀ κυθέρεια φέρει ποτικάρδιον ἕλκος. id est,
Dirum dirum uulnus habet circa inguen Adonis.
Sed maius Cytherea gerit sub pectore uulnus.

Ex cohorte prætoris. LXXVI

Qui ad omnem nutum præsto sunt, & cum autoritate deleganter ad hoc, aut ad illud exequendum, ex cohorte prætoris appellari dicuntur. M. Tullius ad Q. frat. epist. prima. Quos uero aut ex domesticis conuictoribus, aut ex necessarijs aparitoribus tecum esse uoluisti, qui quasi ex cohorte prætoris appellari solent, horum non modo facta, sed etiam dicta nobis præstanda sunt &c. Ministri prætorum non egent alia excusatione, quàm ut dicant se quod fecerunt illorum iussu fecisse: ut iam in prætorem sit actio, non in ministros. Simile imperium in quosdam cibo officijsq; sic deuinctos, ut nihil ausint recusare.

Lucernam accendere possis. LXXVII

Vehementem iram hac hyperbole exaggerauit Theocritus in Thyonico:

Κἤρατ' ἐτ'. ἐνμαρέωσκεν ἐπ' ἀυτῆς ἢ λύχνον ἅψαις. id est,
Incaluitq; ira, facile accendisse lucernam Ex ipsa ut possis.

Verba sunt amantis ac de proteruia puellæ conquerentis, quæ quum in conuiuio fleret, quidam illi dixit, non loqueris, lupum uidisti: illa ad nomen lupi uehementer incanduit. Aderat enim adolescens nomine lupus, quem adamabat. Irati dicuntur ardere. Similis hyperbole, licet sordidior, & hodie fertur apud nostrates ita loquentes, Adeo exarsit ira, ut ouum ad illius frontem posses decoquere.

Semper aliquem uirum magnum. LXXVIII

ἀλλ' ἀεί τινα φῶτα μέγαν. hoc hemistichium M. Tul. ut uulgò iactatum adducit in epistola ad Q. fratrem, cuius initium: Statius ad me uenit. Quod autem expectationem tui concursumq; cum qui erat futurus si unà tecum decederet, neque antea uisus esset sustulit, id mihi non incommode uisum est accidisse. Exhaustus est enim sermo hominum & multæ emissæ iam eiusmodi uoces, ἀλλ' ἀείτινα φῶτα μέγαν, quæ te absente confecta esse lætor. Vnde sumptum sit hemistichium nondum liquet, nisi quòd fortasse pro ἀεὶ legendum est, ἄιτε, id est, postula. aut ἀιτεῖ. id est, postulat & requirit.

Ne si ad Iouis quidem aulam. LXXIX

Qui metuunt malum, ad asylum, ad aram, ad arcem, ad statuas principis, ad diuorum phana confugiunt. Verum à morte nullum est effugium. Id ita Sophocles expressit uersibus.

ὅταν γὰρ ὁ κακοὺς ἢ θανεῖν ἐλθὼν τύχῃ
οὐδ' ἂν πρὸς αὐλὰς Ζηνὸς ἀκφύγοι μολών. id est,
Vbi mortis urget tempus, ad Iouis atria
Si fugeris, effugere non possis tamen.

Prouerbij species est in illis uerbis, uel ad Iouis quidem atrium: quod pro tutissimo posuit refugio. Huc confugerat Aquila insectante scarabeo.

Oracula loqui. LXXX

Χρησμὸς λέγειν. id est, Oracula loqui dicuntur, qui certa & indubitata loquuntur. Theocritus in Syracusijs,

Χρησμὸς ἁ πρισβῦτις ἀπώχετο θεσπίξασα. id est,
Hæc anus abscessit diuorum oracla loquuta.

Τὰ ἐκ τρίποδος & aliàs dictum est, & Sibyllæ folium. Marcus Tullius ad Brutum epistola cuius initium. Scripta & obsignata iam. Hæc ex oracuło Apollinis Pythij edita tibi puta. Idem De finibus quinto: quia quum à Zenone inquam hoc magnifice tanquam ex oraculo æditur, uirtus ad beate uiuendum sese ipsa contenta est.

Non ab Hymetto. LXXXI

Crassum philosophiam ac rusticanam, quam discimus ex congressu plebeiorum non ex commentarijs Zenonis aut Platonis, M. Tull. ad Q. fratrem lib. 2. appellat philosophiam ab area Syra. Nos enim inquit, ita philologi sumus ut uel cum fabris habitare possimus, Habemus hanc philosophiam non ab Hymetto, sed ab area Syra. Hymettus Atticæ mons est, unde Hymettia mella. Cui opponit aream Syram, subindicans rusticanam simplicitatem. Nam paulo ante non nihil attigerat de dicterijs argutis. Apparet id temporis M. Tullium in prædio quodam ædificasse. Quanquam haud scio an hic locus, quoniam uarius habetur in exemplaribus, mendo uacet. Dispiciat eruditus lector, an pro area Syra legendum sit, ex hara Syra. sic enim loquitur in Pisonem: ex hara productæ non schola. Syri barbaric nobiles erant id temporis, quemadmodum Attici lepore dictorum.

Cymbalum mundi. LXXXII

Plinius maior in præfatione ad imperatorem Vespasianum refert,

ſert, Apionem grammaticum à Tyberio Cæſare Cymbalum mundi conſueſſe uocari, ob nominis ut opinor, celebritatem: quum publicæ inquit, famæ tympanum potius uideri poſſet. Is Apion aiebat eos ab ſe donari immortalitate ad quos aliqua componebat. Huc Tyberius alludens appellabat illum cymbalum mundi: quòd hominem honeſta fama donaret, quæ per uniuerſum mundum amabiliter reſonaret. Plinius autem ob arrogantiam mauult illum appellari tympanum publicæ famæ, quòd famam daret potius quàm. honeſtam famam. Nam reſonat & tympanum, ſed inamœno ſtrepitu. Alluſiſſe uidetur huc, quòd tympana fiunt è pelle aſinina.

In beato omnia beata. LXXXIII

A' diuitibus omnia magnifice fiunt, à tenuibus frugaliter, Praxinoë in Charitibus Theocriti, laudans Ptolemæum, quod Adonidis feſtum magnificis ſumptibus apparaſſet, non ſine prouerbij ſpecie dixit,

ἐν ὀλβίῳ ὄλβια πάντα. id eſt,

In diuite ditia cuncta.

Vſus erit, ſi dicas ab homine docto omnia docte fieri, à pio, pie, à rege regaliter.

Digitum qua proferat. LXXXIIII

Schemate prouerbiali M. Tullius dixit pro A. Cæcina, digitum qua proferat non habet, hyperbolicos indicãs illi nihil prorſus eſſe quod dicat agitue. locus ſic habet. Denique iſta nimia quæ dominatur in ciuitate potentia, in hoc ſolo genere quieſcit, quid agat, quomodo aggrediatur iudicem, quà denique digitum proferat non habet. Sumptum eſt à geſtu rhetorum qui uarius traditur à Quintiliano. ſimpliciſſimus eſt proferre digitum, quod plebeiorum eſt & ruſticorum.

Triſtis litera. LXXXV

M. Tullius pro Milone: quod niſi uidiſſet poſſe abſolui eum qui fateretur, quum uideret nos fateri, neq; quæri unquam iuſſiſſet, nec uos hanc tam ſalutarem in iudicando literam, quàm illam triſtem dediſſetis. Triſtem literam appellat θ. ſalutarem τ. quòd hac abſolueretur reus, illa damnaretur. de quo non nihil attigimus in prouerbio Theta præfigere. Aſconius Pedianus, ſi modo codices mendo uacant, indicat θ. fuiſſe notam damnationis, τ. abſolutionis, N. L. ampliationis, hoc eſt, non liquere. T. Liuius dixit triſtiorem notam.

Iouis germen. LXXXVI

ἐκ Διὸς ἔφυς. id eſt, Ex Ioue germen dicebatur inſigni uirtute præditus. uerba ſunt paſtoris ad paſtorem muſices pulchre peritum, cui honoris gratia clauam dono dedit. Clava autem geſtamen eſt Herculis ex Ioue prognati. obſeruatum eſt à priſcis, à poëtis Iouis filios ſemper induci ciuiles & humanos, contrà Neptuni truces & aſperos. Muſica autem ciuilitatis magiſtra eſt. Carmen ſic habet:

Οὔνεκεν ἐσσὶ
Παῦρ' ἐπ' ἀληθέα πεπλασμένον ὡς Διὸς ἔφυς. id eſt,
Es ſiquidem tu,
Reuera factum ac prognatum ipſo ex Ioue germen.

Interpres tamen mauult eò referre, quod qui uera loquuntur ex Ioue prognati dicuntur, adducens carmen Homericum:

Οὐ γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον ἔπλετο μῦθον,
Οὐδ' ἀπατήλιον. id eſt,
Haud etenim fallax erit aut reuocabile quicquam
Quod capite annuero.

Paſtor ob id laudatur quod ingenue profiteatur ſe non cõferendũ cũ inſignibus muſicis. Qualis inducitur & à Marone.

Me quoque dicunt
Vatem paſtores, ſed non ego credulus illis.

Muſarum aues. LXXXVII

Μουσῶν ὄρνιθας, id eſt, *Muſarum aues, non abſq; proverbij ſpecie Theocritus in Thalyſia appellat poëtas, quòd luſciniarum in morem aſſidue canant ſua poëmata. Scholiaſtes admonet omnes aues canoras muſarum aues appellari. Sentit autem ſibi diſplicere poëtas, qui cuculorum more audent Homero occinere.*

Nullus dies omnino malus. LXXXVIII

Aſtrologi deſignant quoſdam dies fortunatos aut infelices, ſed his aut his rebus: nullo tamen die indulgendum eſt ocio, quòd nullus ſit adeo inauſpicatus, quin alicui negotio ſit felix, ſi quis recte utatur conceſſo tempore, dies infauſtus gerendo bello, aut nauigationi: felix eſt adminiſtrandæ rei familiari, Nullus autem dies non proſper parandæ bonæ menti. Fatetur hoc Heſiodus περὶ ἔργων καὶ ἡμερῶν,

Καὶ ὅποτε πάγκακον ἦμαρ. id eſt,
Omni ex parte dies malus haud obuenerit unquam.

Guttam aſpergere. LXXXIX

Quum ex magno lucro paululum quiddam alicui deciditur, guttam aſpergi dicimus. Marcus Tullius in oratione pro A. Cluentio. Atque etiam ipſe conditor totius negotij, Guttam aſpergit huic Bulbo. Itaque minime amarus is uiſus eſt, qui aliquid ex eius ſermone ſpeculæ deguſtarat. Eodem ſchemate dicimus micã auri, pro nunima portiuncula. Sed in uerbis M. Tullij præter tropum prouerbialem ſubeſt facetiſſima alluſio in proprijs nominibus. Stelemus promiſerat magnam pecuniæ uim iudici Bulbo. Nam id erat iudici nomen. Stelemus autem qui totum hoc negotium condiebat, hinc enim dictus eſt conditor media producta, non à condendo conditor prima acuta, adiungit Bulbo alterum iudicem cui nomen Gutta. ea res bulbum reddidit alacriorem, Solent autem coqui bulbis, id eſt ceparum genus, addere condimenta quo fiant dulciores. Ad id alludẽs Cicero, Itaq;, inquit, minime amarus is uiſus eſt. Hinc & guttatim fieri dicitur, quod fit paulatim. Plautus in Mercatore, Cor guttatim contabeſcit, quaſi in aquam indideris ſalem. Et guttatim donat, qui ſæpe, ſed minuta largitur.

Rectam inſtas uiam. XC

Rem acu tetigiſti, huic ſimillimum eſt quod habet Plautus in Aſinaria: eſt ne hoc ut dico Libane? Lib. Rectam inſtas uiam, ea res eſt. Vt qui falluntur dicuntur tota aberrare uia, ita qui rem bene coniectant, dicuntur rectam inſiſtere uiam quod ſchema nũc tritum eſt & hodie uulgo illiterato. Sinuli ſchemate dictum eſt in Caſina, Nunc pol ego demum in rectam redij ſemitam, pro eo quod erat, rem ipſam deprehendi.

Aeacidinæ minæ. XCI

In eadem ita loquitur mercator: ſiquidem hercle Aeacidinis minis animiſq; expletus incedit. Iratus ſi me tetigerit, iratus uapulabit. non ſine prouerbij ſpecie dictum eſt, pro atrocibus, ac ſuperbiſſimis minis. uerſus patitur ut pro Aeacidinis legatur Aeacinis. Nam id nonnulli diuinant, ſed probabilius eſt poëtam ſentire de Achille Aeaci nepote, quem Homerus ubique facit ſtomachabundum ac minabundum: uelut in primo ſtatim Iliad. lib. ubi ſic incandeſcit in Agamemnonem ut manum admoueat capulo, à conuicijs ad pugnas uenturus, niſi Pallas cum capillis reuocaſſet. Quin & ipſum opus ab Achillis ira habet exordium μῆνιν ἄειδε θεά. *Quod quidam adferunt de Aeaco manium iudice, non uideo quid ad hunc faciat locum. Quicquid etiam inuictum & inſuperabile uolumus intelligi, Achilleum dicimus.*

Oleo nitidius. XCII

Olei nitor adeo uenerat in prouerbium, ut myſticæ quoque literæ iubeant facie oleo uncta diſſimulare triſtitiam ieiunij. Plautus in Truculento, de amica pulchre compta. Feruide ut tota floret, ut oleum nitide nitet. Oleum nitorem ac lucem addit rebus omnibus.

Herculis quæſtus. XCIII

Herculis quæſtum pro magnis impendijs dixit Plautus in Moſtellaria. Dapſiles ſumptus facit. perdidit patrem, unus iſtic ſeruus acerrimus Tranio. is uel Herculis conterere quæſtum

Ayuntamiento de Madrid

potis est. Aliàs dictum est, olim pleroſq; decimam lucri partem Herculi uouere ſolitos, Huius fauore perſuaſerunt ſibi rem fore auctiorem, Ex tam multis autem decimis oportuit immenſam pecuniarum uim conflari. Quæſtum appellat facete, quaſi Hercules ſuum fauorem uendiderit.

Poſterius dictum. XCIIII

Doctum doces, memorem mones, Scienti loqueris, Aliáq; eius formæ antea retulimus. Eundem ſenſum feſtiuiſſime extulit Plautus in Aſinaria: quum enim Demænetus queritans de moribus uxoris dixiſſet, fateor eam eſſe importunam atq; incommodam, reſpondit Libanus ſeruus, Poſterius iſtuc dixti quàm credo tibi. hoc eſt ſciebam priuſquam diceres. Nec uideo quamobrem Nonius hic poſterius interpretetur minus. Ne id quidem caret prouerbiali ſchemate quod mox ſequitur. Tu primus ſentis, nos tamen prænoſcimus. Dedecus ille domus ſciet ultimus, ait Satyricus, & Terentius, Is ſolui neſcit omnia: ſed aliena mala licet priores intelligamus non dolent nobis: ſenſus igitur mali primùm ad illos peruenit, ad quos res attinet, noticia ad alios.

Tanquam de ſpecula. XCV

Qui futura longe proſpiciunt priuſquam eueniant, tanquam de ſpecula prænidiſſe dicuntur. M. Tullius ad Ser. Sulpitium lib. 4. Multo enim ante tanquam ex aliqua ſpecula proſpexi tempeſtatem futuram &c. Habent enim non oppida tantum & arces, ſed & naues ſpeculas ſuas, inde periti naucleri proſpiciunt imminere uentos aut turbines.

Verbis conceptis peierare. XCVI

Olim iuraturo ſolennibus uerbis præibatur, quo inſiurandum eſſet firmius. Plautus in Aſinaria: Vbi conceptis uerbis ſciens libenter peieraueris. Idem in Bacchidibus. Ego inſiurandum uerbis conceptis dedi, daturum me hodie mulieri. Interdum iurans tenebat aram, quo maior eſſet iuriſiurãdi religio. Itaq; ſanctiſſimum iuſiurandum ſignificantes, dicebant nec ſi aram tenens iuraueris, credam tibi. M. Tullius in oratione pro L. Flacco: Ergo is qui ſi aram tenens iuraret, nemo crederet, per epiſtolam quod uolet iniuratus probabit?

Agones. XCVII

Admonuimus Antigonum regem Demetrij nepotem militari ioco dictum Doſonem, quod omnibus polliceretur dicens Δώσω, nec præſtaret ſemper pollicita. Ita qui apud Romanos percutiebant victimam Agones dicti ſunt, quod ex more priuſquam ferirent, populum rogabant agon'? id eſt, ago ne? Ouidius in Faſtis,

Semper agáne rogat, nec niſi iuſſus agit.

Agonum meminit Lactantius Statij enarrator. Quadrabit in contatores, qui ſemper deliberant, neque quicquam aggrediuntur.

Fungus putidus. XCVIII

Senem iam delirum & inutilem Plautus in Bacchid. fungum putidum appellat. fungi licet natura inſipidi olim in delicijs erant, & adhuc ſunt apud Italos, ſed teneri ac recentes: uetuſtis nihil inſipidius. Verba Plauti ſic habent: Terræ odium ambulat. Iam nihil ſapit, nihil ſentit, tanti eſt, quanti fungus putidus. Quin & hoc ipſum, terræ odium, prouerbij figuram habet, uelut illud, telluris inutile pondus. Idem in Bacchidibus inter ſoliditatis conuicia ponit & fungos. Stulti, ſtolidi, fatui, fungi, bardi, Blenni, buccones. In Moſtellaria pro ſtolido fruticem appellat. Nec ueriſimile loquere, nec uerum frutex. In cæteris arboribus eſt nonnulla imago dignitatis ac prudentiæ. Frutex temere naſcitur, expers cultus, & aut nullum habet fructum, aut ſylueſtrem & inutilem.

Viuum noueris. XCIX

Antea retulimus, uiuorum meminiſſe oportet. Id meretricula in Truculento Plautina detorquet in alium ſenſum, amatorem pro mortuo ducens, qui deſierat eſſe dando. Dum uiuit, inquit, hominem noueris, ubi mortuus eſt, quieſcas: Te dum uiuebas, noueram. Pecunia iuxta Heſiodum, anima eſt mortalibus, ea amiſſa, exanimis eſt homo.

Lippo oculo ſimilis. C

Video quoſdam his moribus, ut eos æquo animo ferre nõ queas: rurſus ita induſtrios & ad obſequium expoſitos, ut quoties ſeſe offert occaſio, non poſsis cauere, quin aliquid illis committas. Lippus oculus manuum contactu læditur, & tamen naturale eſt nobis illic habere manum ubi dolet. Plautus in Perſa: Ego nec libenter ſeruio, neq; ſatis ſum hero ex ſententia. Sed quaſi lippo oculo me herus meus, manum abſtinere haud quit tamẽ: Quin mihi imperet, & quin me ſuis negotijs præfidiat. Item in Bacchidibus Lippi illic oculi ſeruus eſt ſimillimus. Si non eſt, nolis eſſe, neque deſideres: Si eſt, abſtinere quin attingas non queas.

CHILIADIS QVINTAE CENTVRIA I.

Tu in legione, ego in culina. I

IN Truculento Plautina militi atrociter minitãti coquus reſpõdet. Sis tu in legione bellator ſi uis, at ego in culina Ares. Auxit coquus bellatoris uerbum. Mars enim deus belli eſt. Quod autem dixit Ares pro Mauors, non eſt Plauto nouum Græcas uoces admiſcere Latinis. Quanquam in nonnullis exemplaribus habebatur aues, in nonnullis aries, ſed mendoſe.

Citius quàm formicæ papauer. II

Non caret adagij ſpecie, quod eſt apud Plautum in Trinummo: Conſit citius, quàm ſi tu obijcias formicis papauerem. Verba ſunt Staſſini ſerui, narrantis quadraginta minus intra quindecim dies fuiſſe conſumptas, utpote in comeſſationes, compotationes, balnea, in piſcatores, piſtores, Luios, coquos, olitores, myropolas, & aucupes diſſipatas, non aliter quàm ſi papauer obijcias agmini formicarum. Mox enim diſtrahitur acernus, dum una quæque ſuum arripit granulum.

Itidem ut Acheronti. III

Apud eundem in eadem fabula, amanti repoſcenti quæ dederat, reſpondet ſcortum. Nam itidem ut Acheronti hic ratio accepti ſcribitur, Intrò receptum, quando acceptum eſt, non poteſt ferri foras. Sentit nihilo magis ad amantem redire, quod in meretricis domum eſt datum, quàm redeunt ab inferis mortui, unde iuxta Catullum negant redire quenquam.

Mus non uni fidit antro. IIII

Nil hodie eſt decantatius apud uulgus, quàm eum miſerum eſſe miſerum, cui non eſt niſi unus cauus. Idem Plautus expreſſit in Truculento:

Sed tamen cogitato mus puſillus quàm ſit ſapiens beſtia,
Aetatem qui uni cubili nunquam committit ſuam.
Quia ſi obſideatur unum, aliunde præſidium gerit.

Locus erit adagio, ſi quem admonebimus, ut ſibi plures amicos paret, aut una cum opibus ſtudeat philoſophiæ, ut ſi fortuna quod ſuum eſt, eripiat, in literis ſit præſidium.

Poſt rem deuoratam ratio. V

Quemadmodum de ſera ope dicitur, poſt bellum auxilia, ita de ſera parſimonia dicitur, poſt abſumptam rem ſupputatio. Staſſinus in Trinummo Plautina: Sero atque ſtulte, prius quod cautum oportuit, poſtquam comedit rem, poſt rationem putat. Loquitur ſeruus herili filio ſupputanti rationem accepti, cum tota ſumma iam eſſet nequiter abſumpta. Nimirum hoc eſt numerare præteritas undas, cum uenientes oporteat cenſere.

Cœna popularis. VI

Quemadmodũ Phormio Terentianus cœnam dubiam appellat, uarijs

Ayuntamiento de Madrid

narijs epulis inſtructam, ubi tu dubites quid ſumas potiſſimum, ita Philto Plautinus cœnam populárem appellat magnificam, egregiéq; lautam, atq; adeo gratuitam quoq;, quales ſolent exhiberi populo. Verba Plautina ſic habent: Quid tu ſi in ædem ad cœnam ueneris, atq; ibi opulentus tibi par ſortè ut uenerit, appoſita ſit cœna, populárem quam uocant. Si illi congeſtæ ſint epulæ à clientibus, &c.

Apud menſam uerecundari neminem decet. VII

Sequitur ibidem aliud prouerbium, quod ex tanta antiquitate per manus traditum, hodieq; uerſatur in ore omnium,

Verecundari neminem apud menſam decet,
Nam ibi de diuinis atq; humanis cernitur.

Niſi quod uulgus addit, nec in lecto. Sententia eſt non philoſophi, ſed Staſini ſerui conuici, cum nuſquam magis habenda ſit uerecundiæ ratio, quàm in lecto & in conuiuio. Sunt tamen qui ruſtico pudore moleſti ſint conuiuæ, ſemper expectantes ut ipſis præminiſtretur, & quod datum eſt reponentes. Iam hoc ipſum de diuinis atq; humanis cernitur, prouerbiale eſt, quo tropo ſignificabant de ſumma rerum agi. Dictum ſèruo dignum, qui felicitatis puppim ac proram in uentris expletione collocarat.

Salillum animæ. VIII

In eadem ſcena Philto hominem uocat Salillum animæ, ſentiens hominis breuiſſimam eſſe uitam, uidelicet quantulum ſalis cuiq; in conuiuio apponitur. Locus Plautinus ſic habet,

Dei diuites ſunt, deos decet opulentia,
Et factiones, nos homunculi ſumus
Salillum animæ, quam cum extemplo amiſimus,
Aeque mendicus atq; ille opulentiſſimus
Cenſetur, ad Acherontem mortuus.

Quanquam extremo ſenario deſunt duæ ſyllabæ. Pelops cenſetur, aut cenſetur Cræſus, aut aliquid ſimile.

Nummus plumbeus. IX

Quemadmodum aſſis, obolus ac teruncius, ita & nummus plumbeus abijt olim in uilitatis prouerbium. Plautus in Trinum. Cui ſi capitis res ſiet, nummum nunquam credam plumbeum. Idem in Caſina, Cui homini hodie peculi nummus non eſt plumbeus. Aereos nummos & hodie nouit Flandria, plumbeos Anglia. At Marcus Tullius libro ad Atticum 5. Vatinium ſemiſſem hominem uocat utiliſſimum & contemptiſſimum. Simul ucrò ſemiſſis homo contra me arma tulit. Et treſſis agaſo pro contemptiſſimo dictus eſt alibi. Plautus in Muſtell. Tace ſis faber, qui cudere ſoles plumbeos nummos.

Baſilica facinora. X

Ante admonuimus quicquid magnificum eſſet appellari ſolere βασιλικὸν, ut uidere βασιλικῶς. & magnificas ædes baſilicas appellabant, Plautus in Trinummo de ſeruo nullius rei, ſed philoſophica quædam loquente: Dij, inquit, immortales, baſilica hic quidem facinora inceptat loqui. Notum eſt illud Pori reſponſum, qui roganti Alexandro à quo fuerat bello ſuperatus, quomodo te tracto? βασιλικῶς, inquit. Roganti, numquid aliud? reſpondit, ὑφ' ἓν βασιλικῶς omnia comprehendi. Nihil enim humile decet reges. Duriuſculum eſt quod Plaut. dixit in Epidico, Dij immortales, ut ego perij baſilice.

Nec caput, nec pedes. XI

Negotium ita perturbatum, ut neſcias quo pacto uel expedias, uel amittas, ueteres dicebant, nec caput habere, nec pedes. Sic enim M. Tullius ioczatur reſpondens ſuo Curioni: Sulpitij tibi operam intelligo ex tuis literis non multum fuiſſe opus, propter res tuas ita contractas, ut quemadmodum ſcribis, Nec caput, nec pedes. Equidem uellem pedes haberent, ut aliquando redires. Antea nobis dictum eſt ex Platone ἀκέφαλον καὶ ἄνευ οὐρᾶς. Sine capite fabula.

Somnum non uidit. XII

Cum ſomnus non uideatur, ſed ille potius occludat oculos, dubium non eſt quin prouerbiali ſchemate dictum ſit: Somnum oculis non uidit. Nam his uerbis ſignificant ſummam uigilantiam. M. Tullius Curio lib. 3. Epiſt. Ita Caminio conſule, ſcito neminem prandiſſe. Nihil tamen eo conſule mali factum eſt. Fuit enim mirifica uigilantia, qui toto ſuo conſulatu ſomnum non uiderit. Dicti argutia in hoc eſt, quod is unum modo diem conſul fuit. Prouerbij ratio eſt in tropo.

Manum ad os apponere. XIII

Hoc geſtu ſignificamus nos ſcire quippiam, quod tamen nolimus efferri. Celius Ciceroni libro 8. At Donatius cum manus ad os appoſuit, ſe ad 9. Calend. Iunij ſubroſtrarij, quod illorum capiti ſit, diſſipaſſe periſſe.

Emendus cui imperes. XIIII

Cuique in ſuos ſeruos imperioſum eſſe licet, in alienos aut in liberos non item. Ita Plautinus Staſimus in Trinummo hero imperioſius renocanti, quem herum eſſe neſciebat, aut ſcire diſſimulabat. Emere, inquit, melius eſt cui imperes. Item in Perſa. Emere oportet quem tibi obedire uelis. Huc pertinet illud Theocriticum quod alibi recenſuimus, non ſum ſollicita ne mihi uacuam abſtergeas. Mulier indigne fert obiurgari ab illo cui non erat ancilla, nec uxor. Addit & illud συρακουσίας ἐπιτάττεις. id eſt, Syracuſanis mulieribus imperas, hoc eſt, non tuis, ſed liberis.

Omnium quos ſol uidet. XV

Sunt & illæ figuræ prouerbiales, omnium quos terra ſuſtinet, aut quos ſol uidit peſſimus optimúsue. Plautus in Sticho: facile inuenies & peiorem & peius moratum patrem quàm illa fuit, meliorem neq; tu reperies, neque uidit ſol. Idem in Bacchid. Quia ædepol certo ſcio,

Vulcanus, luna, ſol, dies, dij quatuor
Sceleſtiorem nullum illuxere alterum. Vergilius,
Sol qui terrarum flammis opera omnia luſtras.

Vnde & oculus mundi dictus eſt. Simile eſt illud, quodcunq; in ſolum uenit. M. Tull. Epiſt. famil. lib. 9. epiſt. ult. Conuiuio delector, ibi loquor, quicquid in ſolum, ut dicitur, & gemitum, & riſus. Sentit ſe in conuiuio de quibuslibet rebus loqui, ſeu lætis, ſeu triſtibus. Citatum eſt nobis hoc adagium in ſuperioribus ex 1. libr. De natura deorum, ſed hic locus tum non occurrebat, qui tamen ad prouerbij fidem pertinere uiſus eſt. Plautus in Pœnulo,

Quantum hominum terra ſuſtinet ſacerrimo.

Sale & aceto. XVI

Parcum tenuéq; prandium ſignificans Grippus piſcator in Rudentibus ait, Sed hic rex cum aceto prandurus eſt, ſine bono pulmento. Miſeris, obſoniorum loco ſal eſt cum aceto. Marcus Tullius ad Papirium Petum lib. 9. Tyrotarichi meminit, ceu plebei condimenti, id erat ius è caſeo confectum, quod & hodie Itali uocant menestron. Meminit & pompili piſcis utiliſſimi, qualis erat & gobio. Quem, inquit, tu mihi pompilum, quem denarium narras, quam Tyrotarichi patinam? De pompilo piſce, crebra eſt apud Plinium mentio. Denarium ſuſpicor eſſe uocem depraua tam. Certè mihi nondum liquet quid ſibi uelit. Acetum tamen nonnunquam uſurpatur in ſignificationem acuminis, ut Plautus, Acetum habet in pectore, & Perſius. Mordaci lotus aceto. Varro in ſeſquiulixe citante Nonio, Alteram uiam deformaſſe Carneadem uirtutis, à cupis acris aceti, hoc eſt, magna ſubtilitate.

Caſſa glande. XVII

Inter uilitatis adagia retulimus & illud, Caſſa nuce non emam. Simillimo tropo Plautus in Rudentibus dixit caſſam glandem. Promittens indicium, quærit pretium. Alter licitatur nummos trecentos. Grippus reſpondet, tricas. Lab.

Ayuntamiento de Madrid

Quadringentos. Grip. Tramas putidas. Lab. Quingentos. Grip. Caſſam glandem. Lab. Sexcentos. Grip. Curculiunculos minutos fabulare. Caſſam glandem dixit, pro uitioſa glande, & inani putamine.

Veruecea ſtatua. XVIII

Plautinus Egio in Captiui duo, ſeruum ſtupidum appellat ſtatuam ueruecam, quaſi dicas, brutum ac mutum hominem: Vos, inquit, ite intro, interim ego ex hac ſtatua ueruecea uolo erogitare, meo minore quid ſit factum filio. Quidam pro ueruecea legunt uerberea, quaſi uerberonem plagis aſſuetum, pro ſtatua marmorea dixerit uerberam. Certè dictionem ueruecam non patitur carminis trochaici ratio, ſupereſſet enim una ſyllaba, niſi in cea facias ſynæreſim.

Hoc age. XIX

Cum aliquem iubemus eſſe attentum, dicimus, hic eſto, aut, hoc age. Audiuit Caligula Imperator ab iis qui uenerant illum interfecturi, hoc age. Et Plautus in eadem fabula, Hoc agamus.

Quàm in tragœdia comici. XX

Vbi quis in aliena uerſatur harena, inducti dicentur in tragœdiam Comici. Diuerſi generis ſunt Tragœdia & Comœdia, nec phas eſt tragicas perſonas in comœdiam inducere, nec contra. Plautus in Pœnulo: Quin ædepol indoctior ſum quàm in tragœdia Comici. Ego legendum arbitror, inductior ſum. Alluſit enim Colabiſcus ad id quod dixerat Milphio. Fac modo ut conducta tibi ſint dicta ad hanc fallaciam. Reſpondit iocans, inductior ſum, id eſt, inſtructior ſum.

Non magis quàm canem. XXI

Odium & contemptum uulgò declarant canis uocabulo. Hor. Odit cane peius. Et Plautus in Amphitryone: Valuiſtin' uſq; ? Expectatus aduenio? Soſ. Haud uidi magis. Expectatum eum ſalutat haud quiſquam magis quàm canem. Sic enim legendum opinor, ut conſtet ratio carminis trochaici, tetrametri, catalectici.

Gralatorius aut teſtudíneus gradus. XXII

Plautus in Amphitryone: Blep. Non potuimus noſtros grandius grandire gradus. Amphitr. Siue gralatorius, ſiue teſtudineus fuerit, certum eſt mihi hunc ſceleſtum perdere. Item in Pœnulo: Vinceretis ceruum curſu, gralatorem gradu. Grala dicuntur fuſtes quibus innixi quidam ingrediuntur, quos gralatores appellauit antiquitas, Græcis καλοβάται dicuntur, quemadmodum ſcbœnobatæ uocantur funambuli. Ii fuſtes quo ſunt longiores à gradu cui pes innititur, hoc gradus ſunt maiores. Tantum elicere licuit è corruptiſſimo loco apud Nonium, præſertim in æditione Aldina. Idem Plautus in Menæchmis: Atque eccum incedit, moue formicinum gradum. Formicæ uidentur currere, cum minimum promouent. Rurſus in Pœnulo: Viciſtis cochleam tarditudine. In eadem cardos appellat ſpiſſigradiſſimos, & tardiores quàm ſint corbitæ in tranquillo mari. Rurſus talium gradum dicit eſſe ſuccretum cribro pollinario, quod ſimilia per anguſta foramina, paulatim defluat.

Dædaleum remigium. XXIII

Ad celeritatem ſignificandam Plautus in Amphitryone dixit, remigijs Dædaleis, pro uolatu. Non ocyus quiui, ſi Dædaleis me tuliſſem remigijs.

Argentum accepi, imperium uendidi. XXIIII

Nihil hac ſententia decantatius, qui accipit beneficium, perdit libertatem. Demænetus eleganter expreſſit in Aſinaria:

Argentum accepi, dote imperium uendidi.

Nam pauper uxorem duxerat pulchre dotatam, ſed in quam nihil haberet imperij. Talis inducitur & Nauſiſtrata in Phormione Terentiana.

Deſpuere malum. XXV

Manet & hodie in uulgi moribus, ut ſi quid audiant execrandum, quod ſibi nolint euenire, deſpuant uelut abominantes. Id autem hæſit ex ueterum ſuperſtitione, qui ſibi perſuaſerant deſputationem eſſe remedium aduerſus imminentia mala, præcipue aduerſus morbum comitialem: cui non hinc tantum eſt nomen inditum, quòd in hominum frequentia ſæpius oboriatur, uerumetiam quòd prohibeat comitia fieri: & in admouendis remedijs ter expuere habebatur ſalutare. Velut etiam aduerſus incantationes, ut refert Plinius. Simili ſuperſtitione contra improbæ ſpei faſcinum, ter in ſinum expuebant. Plautus: Et illic iſti qui ſputatur morbus uenit, cui reſpondetur: Ain' uerbero mihi eum morbum eſſe, qui me opus ſit inſputarier? Hic rurſus alter, Ne uerere, multos illic morbus homines macerat, quibus inſputari ſaluti fuit, atque illis projuit. Idem in Amphitryone: Teq; obſecro hercle, ut quæ locutus deſpuas.

Χρῶσει καὶ κτήσει. XXVI

Qui ſe totum alicuius haberi uolebat, dicebat χρῶσει καὶ κτήσει, tuus ſum, hoc eſt, & uſufructu & proprietate. Siquidem in poſſeſſionibus ſæpenumero fit, ut penes alium ſit dominium, penes alium uſus fructus. Marco Tullio Curius lib. 8. Si uales, bene eſt, jam enim χρῶσει μὲν tuus κτήσει δὲ Attici noſtri. Ergo fructus eſt tuus, mancipium illius. Sentit Curius ſe ſic eſſe addictum Attico, ut tamen bene uelit Ciceroni. Id Marcus Tullius uelut exponens, ita reſpondet. Et niſi haberem ſtudiorum meorum ſocium Atticum noſtrum, cuius quando te proprium eſſe ſcribis mancipio & nexu, meum autem uſu & fructu, contentus iſto jum, id enim cuiuſque eſt proprium quo quiſque fruitur atque utitur. M. Tullius ludens cum Iureconſulto, oſtendit proprietatem bifariam conſtare, mancipio & nexu, nec hoc ius deſiderat, modo liceat uti frui, propterea quòd quandiu manet ius utendi fruendi, perinde eſt ac ſi res ſit propria.

Ferire frontem. XXVII

Qui ſupra modum & impotenter indignantur, frontem ferire dicuntur. Marcus Tullius ad Atticum epiſt. 1. Puto te in hoc aut riſiſſe, aut ingemuiſſe, ut frontem ferias, ſunt qui etiam Cæſonium putant &c. Quæ prius dixerat, iudicabat eſſe digna, uel riſu uel gemitu, cæterum de Cæſonio tam eſſe indignum, ut Atticus frontem ferire debeat. Qui hoc negant eſſe prouerbium, eadem opera negent eſſe prouerbium, perfricare frontem, & premere pollicem, & alia complura quæ à geſtu corporum ducta ſunt.

Virtutem omnem explica. XXVIII

Eodem libro uſurpat Homericum carmen, ut uulgò celebre, πανδείης ἀρετῆς μεμνήμεθα. Curaq; & effice, ut ab omnibus & laudemur & amemur. Carmen ita reddi poteſt:

Omnijugæ tibi uirtutis ſuccurrat imago. id eſt, In hoc negotio expedi omnes uires, omnesq; ingenij neruos.

Clemens laniſta. XXIX

Antea commemorauimus Græcum prouerbium, ἤπιος σφακτής. id eſt, Beneuolus mactator, huic ſimillimum quod habet M. Tullius epiſtola ad Atticum libr. 1. (epiſtolæ initium eſt, Quæris ex me) laniſta clemens. Nam ut retectio facta eſt clamoribus maximis, cum accuſator tanquam cenſor bonus homines nequiſſimos reijceret, reus tanquam clemens laniſta frugaliſſimum quenque ſecernit, ut primum iudices conſederunt, ualde diſſidere boni cœperunt.

Præpoſtere. XXX

Cum ſentiemus rem præpoſtere geri, ueluti cum populus imperat principibus, aut diſcipulus docet præceptorem, conuenit illud M. Tull. ex eadem epiſt. Ego, inquit, reſpondebo tibi ὑστερον πρότερον ὁμηρικῶς, Eſt autem figura grammaticorum, quam illi & πρωθύστερον, ſiue ὑστερόπροτον appellant, cum

Ayuntamiento de Madrid

cum quod prius est natura, posterius referatur, ueluti si quis dicat: Cornelia Gracchos educauit ac genuit. In Homero talis tropus frequenter est obuius.

Consessus in talario ludo. XXXI

Nec prouerbij specie caret quod habetur in eadē epistola. Consessus talarius, pro conuentu hominum parum honoratorum. Nam consessus Græcè σωέδριον proprie dicitur senatus, aut iudicum qui solent ex honestissimis deligi. In consessu talario qui nequissimus est, primas tenet, uerba Ciceronis sunt hæc: Non enim unquam turpior in ludo talario consessus fuit, maculosi senatores, nudi equites, tribuni non tam ærarij quàm ut appellantur ærati: pauci tamen boni inerant &c. Quanquam & is iocus est prouerbialis, quòd ait illos uulgò appellari solere pro tribunis ærarijs, tribunos æratos, hoc est obæratos, aut certè bene nummatos peculatu.

Contrahere uela. XXXII

In eadem epistola dixit contrahere uela, pro eo quod est reprimere sese, & cautius agere. Contraxi, inquit, uela, perspiciens inopiam iudicum, neque dixi quicquam pro testimonio, nisi quod erat ita notum atque testatum, ut non possem præterire. Itidem Horat. Et idem,

Contrahes uento nimium secundo Turgida uela.

Sumptum est à nautis, qui uehementius spirante uento, uela contrahunt, quo tutius nauigent: uento languidiore pandunt, captantes auram.

ἔασετε νιῦ μοι. XXXIII

In eadem carmen Homericum festiuissimè usurpat ad continuationem narrationis,

ἔασετε νιῦ μοι μῦσαι, ὅπως δὴ πρῶτον ἔπειθε. *id est,*
Dicite nunc Musæ, dixistis quippe priora.

In commemoratione rerum ridicularum habebit gratiam. In Aldina æditione hemistichium modo refertur, ἔασετε νιῦ μοι μῦσαι. Neque enim semel habetur apud Homerum, licet finis non sit idem, ueluti illud, ἔασετε νιῦ μοι μῦσαι ὀλυμπια δώματ' ἔχοντες. Iliad. B.

In dierectum. XXXIIII

Quibus precamur exitium, eos iubemus ire in malam crucem, ad cornua, ad cynosarges, pro eodem prisci dixerunt in dierectum, quòd illi derectos, appellarent in crucem suffixos. Nonius citat ex Varrone, Apage in dierectum à domo nostra istam insanitatem. Derectos dici putat quasi in diem erectos, fortassè scriptum erat in dium erectos, quod qui crucifiguntur, sub dium exponuntur. Præsertim cum addat à domo nostra. Sub dium rapiuntur, quæ domo efferuntur. Insanitatem autem pro insania dixit M. Tull. ne quis mendum suspicetur.

Mittere sanguinem. XXXV

Olim militibus si quid grauius deliquissent, ignominiæ causa incidebatur uena, id appellabant sanguinem mittere. M. Tullius in eadem Epist. Missus est sanguis inuidiæ sine dolore. Sentit se liberatum aliqua parte inuidiæ, quod in eo iudicio nō ualuisset ipsius testimonium, idq; citra dolorem suum, quòd omnes scirent iudices fuisse corruptos. Idem li. 6. epist. 1. Sic Appius cum ex ἀφαιρέσεως prouinciam curarit, sanguinem miserit, quicquid potuit, detraxerit, mihi tradiderit enectam &c. Quin hoc ipsum ex ἀφαιρέσεως curare, παροιμιῶδες est in hominem furacem ac rapacem. Metaphora sumpta est à medicis qui in certis morbis corpus inaniunt, inedia aut uenarum incisione superflua detrahentes.

Faba nummus. XXXVI

Dictum est aliàs olim fabis ferri solita suffragia, quòd innuisse Pythagoram existimant, cum uetaret edere fabas. Corrupta itaque suffragia lepidissimo tropo significauit. Marcus Tullius in eadem epistola. Sed heus tu, uidésne consulatum illum nostrum, quem Curio ante ἀποδέωσιν uocabat, si hic factus erit, fabam nummum futurum? Hæc ille. Vbi faba nummus est, ibi redemptum est suffragium.

Nihil est, aut nihil curæ est. XXXVII

Idem in eodem libro, epistola cuius initium, Cum è Pompeiano, uersiculum Rhintonis, ut uulgò iactatum refert. Illud tamen, inquit, uelim existimes, me hanc uiam optimatum post Catuli mortem, nec præsidio ullo, nec comitatu tenere. Nam ut Rhinton, ut opinor,

Οἱ μὴ πᾶρ' οὐλίῳ ἐσιν, οἷς δ' οὐλίῳ μέλῃ. *id est,*
Nihili quidem hi sunt, cæteris curæ est nihil.

Sentit se non uti præsidijs magnatum, quòd partim nihil possint, partim negligant res.

E terra spectare naufragium. XXXVIII

Aliàs nobis dictum est, de muris iudicare Achiuos, pro eo quod est in tuto spectare aliorum pericula. Idem alia metaphora festiuius extulit M. Tul. lib. ad Attic. 2. epist. De geographia. Nunc uerò cum cogar exire de naui, non abiectis, sed ereptis gubernaculis, cupio istorum naufragia ex terra intueri, cupio, ut ait tuus amicus Sophocles.

Κἄρ ἀπὸ τειχῶς ἀκόδρ' ἔυκυκλος ἔυλέσῃ φρενί.

Quanquam hic uersiculus in alijs codicibus habebatur uarius, sed æque deprauatus, in alijs erat omissus. Videtur esse uersus trochaicus catalecticus, κἄρ ἀπὸ τείχως ἀκόδρ ἔυκυκλος ἔυλέσῃ φρενί. pro ἔυκυκλος, quidā codices habebant ψάκαλος, quod quid sit, non intelligo, ἔυκυκλος, non patitur carminis ratio. Sensus autem hic uidetur esse: optat de tecto audire tumultus aliorum, ipse tacitus & quietus animo.

Qui prior læsit. XXXIX

In eodem libro epist. Subito cum mihi dixisset &c. usurpat uersum Homericum, minitans uindictam ei qui prior laceſſeret. Nam nos quidem, inquit, si per istum tuum sodalem Publium licebit, σοφιζέσθω cogitamus. Si ille cogitat tantum duntaxat nos offendere, & quod proprium est artis huius, ἐπαγγέλλομαι.

ἀλλ' ἀπαμύνεσθ' ὅς τις πρότερος χαλεπήνῃ. *id est,*
Denuntio
Vlturum me hominem, quisquis prior iritarit.

Quod datur. XL

Nonius Marcellus citat hunc uersiculum è Cæcilij Plotio, Patiere quod dant, quando optata non dantur. Danunt antiquè dictum est, pro dant. Conuenit cum eo quod alibi retulimus ex Cicerone, τὰ μὴ διδόμενα, & huic similibus.

Chimæra. XLI

Hominem inconstantem ac uarijs moribus, aut opus sibi non cohærens, M. Tullius designat festiuiter illo uersu Homerico, Quod de Quinti, inquit, fratris epistola scribis, ad me quoq; fuit, πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χιμαίρα. Quid dicam, nescio, nam ita deplorat primis uersibus mansionem suam, ut quemuis mouere posſit: ita rursus remittit, ut me roget, ut annales suos emendem atque edam. Epistolam sibi inæqualem, appellat Chimeram.

Nihil dulcius quàm omnia scire. XLII

M. Tull. ad Attic. lib. 4. epist. Delectarunt me, refert hunc Senarium ceu uulgò celebrem.

Οὐδὲν γλυκύτερον ἢ πᾶν εἰδέναι. *id est,*
Nil dulcius quàm scire prorsus omnia.

Versus corruptus constabit, si addas ἔστιν, sic οὐδὲν γλυκύτερόν ἐστιν ἢ πάντ' εἰδέναι. aut ἢ πᾶν εἰδέναι. Ac mox subijcit: quare ut homini curioso, ita perscribas ad me, quid primus dies, quid secundus, quid censores, quid Appius, quid illa populi Apuleia. Est & illud aliquoties obuium in Epistolis M. Tullij πάντα περὶ πάντων.

De statu demigrare. XLIII

Quemadmodum de gradu deijci dicuntur, qui depelluntur à proposito, quo de nobis antea dictum est, ita Marcus Tullius ad Atticum libro 4. epistola Occupationum mearum, dixit

Ayuntamiento de Madrid

dixit de ſtatu demigro, pro eo quod erat recedo à uitæ inſtituto, Diſrumpantur inquit, ij qui me poſſe aliquid doluerunt: multa mihi dant ſolatia, nec tamen ego de meo ſtatu demigro: quæq; uita maximè eſt ad naturam, ad eam me refero. Translatum uidetur uel ab athletis, uel à prælijs, ubi laudi erat non ceßiſſe loco.

Strumam dibapho tegere. XLIIII

Strumam dibapho tegere, dixit M. Tullius ad Atticum, pro eo quod eſt infamiam aliqua dignitate obliterare. Vatinij, inquit, ſtrumam ſacerdotij dibapho tegere. Dibaphon appellat purpuram bis tinctam. Struma eſt tumor corporis, ueluti gibbus. Ea deformitas interdum purpura diſſimulatur. Idem ad M. Cœlium libr. 2. Nam Curtius noſter Dibaphum cogitat, ſed eum infector moratur. Dibaphi nomine deſignat magiſtratum cui fas erat dibapho uti. Sed iocatur illi rem parum ex ſententia cedere, quod tinctor eſſet in mora. Eſt autem hæc una ratio obliterandæ infamiæ, ſplendore dignitatis hominum calumnias deterrere, mediocris enim fortuna patet inuidiæ. Nec deſunt fortaſſe qui hoc conſilio enituntur ad mitras & ad galeros Cardinalitios.

Multa in medio. XLV

Antea commemorauimus, multa cadunt inter calicē ſupremaq; labra. Idem alia metaphora extulit M. Tull. ad Attic. libr. 6. Epiſt. Et ſi nil ſani. Non quo me aliquid iuuare poſſes, quippe res in manibus, tu autem abes longe gentium.

Πολλὰ δ' ἐν μεταιχμίῳ
Νότῳ κυλίνδῃ κύματ' ἐυρείας ἁλός.

Ita Cicero ſentit multas rerum nouationes exorituras antequam Atticus qui procul aberat poßit opitulari. Senarij ſunt quos ita uertas licet,

Sed interim in medio notus
Multas patentis uoluit undas æquoris.

Preces armatæ. XLVI

Idem libro nono Epiſt. cuius initium, Tuas 11. calend. ποθαναγκλω appellat, ſuaſionem cum neceſſitate uiq; coniunctam. Quales ſunt principum preces, id quod eleganter Ouidius expreßit in Ioue: precibusq; minas regaliter addit. Ciceronis uerba ſubſcribam, ego autem non tam γοητείαν huius timeo, quàm ποθαναγκλω. οὐ γὰρ τ τυράννων δεήσεις, inquit Plato, οἷσθ' ὅτι μεμιγμέναι ἀνάγκαις ἐσίν. id eſt, Non tam fucos huius timeo quàm parendi neceſſitatem: nam tyrannorum preces, ut ait Plato, ſcis neceſſitati admixtas eſſe. Extat & ille mimus celebris,

Cogit rogando qui rogat potentior.

Libero lecto nihil iucundius. XLVII

Marcus Tullius ad Atticum libr. 14. epiſt. cuius initium, O mi Attice: de Quinto loquens, à ducenda autem uxore ſic abhorrens, ut libero lectulo uideat quicquam eſſe iucundius &c. Expertus fuerat Quintus uxorem, ea mortua torquebatur etiam magna cura de debitione dotis. Cœlibem itaque uitam iudicabat eſſe ſuauiſſimam. Eam appellat lectulum liberum. Siquidem ut ait Iuuenalis, Minimum dormitur in illo lecto, in quo nupta iacet.

Benefactis penſare delicta. XLVIII

Eodem libr. Epiſtola cuius initium, Certior à Pylio factus, citat hunc Senarium citra nomenclaturam, ut uulgò celebrem.

ἄλλοις ἐν ἐσθλοῖς τόν δ' ἀποδοῦναι ψόγον. id eſt,
Alijs beneſactis hocce depellunt probrum.

Loquitur ni fallor, de Bruto & Caßio qui occiderant Cæſarem, locus ſic habet: Itaque idus Martiæ me non tam conſolantur quàm antea, magnum enim mendum continent, & ſi illi iuuenes, ἄλλοις μὲν ἐσθλοῖς &c. conuenit cum illo οὐ κακῶς τῶν λεγόντων λέγεις.

Tempeſtas rerum. XLIX

Quum ſignificabimus magnam rerum confuſionem, uti licebit illis uerſibus Homericis quos uſurpat M. Tullius libr. Epiſt. ad Q. frat. 3.

ὕματ' ὀπωρινῷ ὅτε λαβρότατον χέῃ ὕδωρ
Ζεὺς, ὅτε δὴ ἀνέρεσσι κοτεσσάμενος χαλεπήνῃ. id eſt,
Menſibus autumni uehementem Iuppiter hymbrem
Effundit, quum ſuccenſens mortalibus inſtat.

Subijcit idem protinus alios duos uerſus, quibus ſignificat ob iniuſtitiam hominum à ſuperis immitti mala:

ἢ βίῃ ἐν ἀγορῇ σκολιὰς κρίνωσι θεμιστὰς,
οὐκ ἐν δίκῃ ἐλάσσωσι θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες. id eſt,
In uue foro uiolenta ferunt ſuffragia praui, at
Vindictam accerſunt, ſpernentes iuſſa deorum.

Altius Oromedonte. L

Theocritus in Thalyſia,

ὥς μοι καὶ τέκτων μέγ' ἀπέχθεται, ὅστις ἐρίνῃ.
ἴσον ὄγδοος κορυφᾶς τελέσαι δόμον ὠρομέδοντος. id eſt,
Sic mihi magnopere faber eſt inuiſus, in altum
Qui ſtruit, adnitens ſuperare iugum Oromedontis.

Allegoria prouerbialis eſt, deterrens ab inſolentia, ne quis ſe præponat ijs, quibuſcum nullo pacto eſt conferendus. Scholiaſtes indicat Oromedontem eſſe montem in inſula Co. Suſpicor alluſum ad poëtam Coum. Nam paulo poſt, Homerum appellat poëtam Chium.

Primas tenere. LI

M. Tullius ad Q. frat. Epiſt. lib. 3. carmen adfert ueluti παροιμιώδες. Illud uerò, inquit, quod à puero adamaram, ἄ ἱερ ἀριστεύειν καὶ ὑπερέχειν ἐμμεναι ἄλλων, totum occidiſſe. Queritur enim illic oppreſſa repub. nullum eſſe locum uel exercendæ uirtuti, uel tuendæ dignitati. Carmen ſuſpicor eſſe Homeri, quod ita uerti poteſt,

Primas uſq; tenere, alios q; excellere laude.

Idem uſurpat libro 13. ad Cæſarem.

Auriculam mordicus. LII

Et hodie uulgus illiteratum quum impotentem inimicitiam ſignificant, impatientemq; uindictæ cupiditatem, aiunt, uel auriculam illi lubens mordicus amputaſſem. Marcus Tullius ad Q. frat. Epiſt. libr. 3. Ad inimicitias res ueniſſet, ſi cum Eſernino Samnite Pacidianus comparatus uideretur, auriculam fortaſſe mordicus abſtuliſſet, cum Clodio quidem certè rediiſſet in gratiam. Hæc M. Tull. Aptius dicetur in hominem qui quantumuis indignetur, magis cupiat quàm poßit lædere. Mulierum enim ac puerorum eſt auriculam mordicus arripere. De Eſernio ſiue Eſernino & Pacidiano nobis alibi dictum eſt ex autoritate Flacci.

Φαινοπροσωπεῖν. LIII

Hac uoce Marcus Tullius uidetur delectatus. Ita ſubinde uſurpat in epiſtolis. Eſt autem uultu frontēq; præferre hilaritatem ac beneuolentiam, quum aliud geras in animo. Vnde illud Maronis:

Spem uultu ſimulat, premit altum corde dolorem.

Faciles partus. LIIII

Theocritus in Encomio Ptolemæi:

ῥηΐδιαι γοναὶ, τίκτει δ' ὅ ποθ' ἑωυτὸν ἐοικότα πᾶσι. id eſt,
Sunt faciles partus, ſed proles nata parentem
Ore refert nunquam.

Pater eſt iuxta iuriſconſultos quem nuptiæ deſignāt, ſed proles non ſemper facie maritum parentis exprimit. Eoq; iuxta Flaccum, Laudantur ſimili prole puerperæ. Quanquam & hic natura ludit uarietate, quemadmodum fermè in omnibus. Proles non ſemper refert matrem aut patrem, ſed interdum auum paternum aut maternum, interdum auiam, interdum patruum aut propatruum.

Præficarum more. LV

Præfice dicebantur mulieres in hoc conductæ, ut in funere lamentarentur, ac defuncti laudes prædicarent, alijs plorandi

Ayuntamiento de Madrid

randi modum præirent, unde & præficæ dictæ sunt, quasi præfectæ. Ab his iocus sumitur in eos qui simulant amorem aut dolorem, quum lucri causa faciant quicquid faciunt. Lucilius citante Nonio:

Mercede quæ conductæ flent alieno in funere præficæ,
Multo & capillos scindunt & clamant magis.

Id imitatus est Horatius,

Vt quæ conductæ plorant in funere, dicunt
Et faciunt prope plura dolentibus ex animo.

Plautus apud Nonium in Friuolaria,

Superauere omnes argutando præficas.

Conuenit & in illos, qui præ inuidia non sustinent laudare nisi uita defunctos. Nævius apud Festum, Hæc quidem me Hercle opinor præfica est, quæ sic mortuum collaudat. Id familiare est uxoribus, ut maritum defunctum in alterius inuidiam sine fine prædicent. Quadrabit & in illos, qui quum ipsi nihil habeant quod laudem promereatur, Laudandis aliis affectant uideri aliquid. Plautus in Truculento, Sine uirtute argutum ciuem mihi habeam pro præfica, alios quæ collaudat eapse sese uerò non potest.

Socratis gallus: aut callus. LVI

Nonius Marcellus è Varrone citat Socratis gallum in significationem caluiciei: inuenisse se, quum dormire cœpisset tum glaber quàm Socratis gallus, esse factum ericium cum pilis & proboscide. Sentit quisquis illic loquitur, se quum iret cubitum, fuisse leui corpore, nec ullos habuisse pilos toto corpore. In somno transformatum in ericium, qui totus hirsutus est, & suum more proboscidem habet. Scio locum esse mendosum, nec me fugit quid habeat Aldina æditio, quæ pro gallo legit caluum, lectio tolerabilis esset, si pro caluum legamus callum, hoc pacto: inuenisse se, quum dormire cœpisset tum glaber quàm Socratis callus siue callum, esse factum Ericium &c. Socrates corporis erat patientissimi, quod ad omnẽ laborem occalluerat, ambulabat nudis pedibus, dormiebat humi. Hinc iocus in Socratis callum. Non ignoro quid nutrent de gallo deplumato, quem Diogenes, ni fallor, immiserat in scholam Platonis, sed magis placet, ut legamus callum, facilis enim transitus est, à c in g, cognatum literam. In corporis partibus quæ callum habent, non prouenium pili, uelut in pedum cauo, & uola manuum. Vulgus illiteratum significans nihil esse quod det, ostensa uola manus dicere solet. Hinc mihi pilum euelle. Adagium conueniet in nudos & inopes.

Vt ex bulga matris. LVII

Nonius Marcellus refert hunc Trochaicum tetrametrum catalecticum è Lucilio,

Ita uti quisq; nostrum è bulga est matris in lucem æditus.

Id ad nuditatem inopiamq; referri potest. Potest & ad æquum omnibus uitæ conditionem. Natiuitas enim non distinguit Crœsum ab Iro, non regem à plebeio. Eædem sunt uoces reginæ parturientis & mendicæ. Idem uagitus Cæsaris emergentis & tenuissimi cuiuslibet. Neq; mundius est caput unde se profert monarchæ filius, quàm unde prodit ancillæ proles. Festus indicat uocem esse Gallorum qui folliculos, aut crumenas, aut facculos scorteos, hoc est è pellibus factos olim appellabant bulgas. Lucilius Satyrica libertate matricem siue uuluam bulgæ nomine designauit. Quod Græci dicunt, Nudus tanquam ex matre, alibi nobis commemoratum est.

Esurienti leoni prædam exculpere. LVIII

Nonius Marcellus ex Lucilio citat hunc uersum:

Vt esurienti leoni ex ore exculpere prædam.

Versus constat, si amoueas ut, aut quod uerò propius est, pro ut, legas, ui: & si in esurienti corripiatur ti, aut si legas esuriente. Metrum durius est, quod nullam habeat cæsuram, sed non abhorrens à compositione Lucilij. Adagium simillimum est illi quod aliàs retulimus, clauam extorquere de manu Herculis, & lupo agnam eripere.

Halopanta. LIX

Halopantam ueteres appellabant omnia mentientem. Plautus in Curculione, Aedepol mugatorem lepide nactus est hunc Phædromus Halopantam an sycophantam magis hunc dicam nescio. Verba sunt militis conquerentis de Curculione, qui annulo militis impoſuerat leoni. Nonius Marcellus citans hunc Plauti locum, hæc refert: Halopantam aut sycophantam, hominum genus nequam, quod ob fuenda mendacia, miserrima mercede conducitur. Festus hunc in modum: halopanta significat omnia mentientem. πάντα enim Græci omnia, ἁλιτόμβροχον fallentem appellant. Quantum autem tribuendum sit eiusmodi fragmentis non minus deprauatis quàm decurtatis, nescio. Aldina æditio habuit aliam etymologiam, sed magis etiam mendosam, nam si halopanta uenit ab ἁλὸς siue ἁλιπλοΐας, neutra dictio habet primam aspiratam: & utraque corripit primam, quum apud Plautum sit producta, ut exigit Trochaici carminis ratio. Rursus si uenit ab ἅλως, conuenit quidem aspiratio, sed hæc quoque uox habet primam breuem. Adde quòd est noua compositionis forma à nomine non à uerbo, mollius erat παυδαλάστης. Quoniam autem est in his uocibus duabus schema. παρονομασίας, propius alludit ad sycophantam, halophanta, quàm halopanta. ἁλοφάντης autem dici uidetur, qui defert eos qui telonia conantur fraudare uectigalibus, quemadmodum sycophantæ dicti sunt qui deferebant exportantes ficos Athenis. Si legamus ἁλεφάντην, quasi aliena loquentem uaricq; mentientem, conuenit quidem metri ratio, sed abijcienda est aspiratio primæ uocalis. Metrum tamen constabit, si Græce pronuncies halophanten, aut sycophanten. Tum enim in primo loco erit anapæstus pro spondeo. Plautus autem non raro græcissat in comœdia. Verum hoc doctis relinquo discutiendum.

Quadra propria. LX

Et hodie uulgò dicitur, Nihil æque sapere ut cibum proprium domi sumptum. Nonius citat hoc hemistichium ex Priapeis Catulli. De meo ligurire libido est. Ligurire dixit, pro gustare cum uoluptate. At dij Homerici malunt inuitari ad nidores hostiarum quàm uiuere οἰκόσιτοι. Citat & ex Plauti Persa: Tuburcinari de suo, si quid domi est.

Mansum ex ore dare. LXI

Quos tenere amamus, his mansum ex ore dare dicimur, quòd à matribus ac nutricibus mutuo sumptum est. Lucilius citante Nonio:

Sperans si ætatem eandem proferre potesset,
Mansum ex ore daturum.

Quanquam M. Tullius & A. Gellius paulo diuersius usurparunt præmandere, quemadmodum antea monuimus.

Medullitus, oculitus. LXII

Intimum affectum ueteres uarijs modis exprimebant, ex corde, ex animo, toto pectore, de quo diximus, penitus, ex intimis præcordijs, medullitus, animitus, oculitus. Plautus apud Nonium in Cornicibus: Qui ancillam meam sedulum oculitus. Amantium enim est oculum appellare, quod unice charum est. In Mustellaria, Euge oculus meus. Rursus: Volo placere meo Philolachetі, meo oculo, meo patrono.

Sapientia gubernator nauis. LXIII

Dictum est à sapientissimis uiris etiam in bellis plus habere momenti consilia quàm uires. Idem eleganter expressit Titinius, citante Nonio:

Sed in sapientia gubernator nauim torquet non ualentia.

Nouum cribrum, nouo paxillo. LXIIII

Nequaquam obscurum est prouerbio fuisse iactatum quod

Nonius

Ayuntamiento de Madrid

Nonius citat ex Varronis Eumenidibus, ubi dicitur primus Zeno nouam hæresim, nouo paxillo suspendisse. Zenonem notat, qui primus Athenis inuexit sectam Stoicorum, idq; nouis rationibus ac paradoxis. Idem in Bimargo: Nouum ut cribrum, nouo paxillo pendeat. Sic enim habet Aldina æditio. Quadrabit in eos qui noui quippiam comminiscuntur.

Sarcinator summum centonem. LXV

Apud eundem citatur hic uersus ex Lucilio: Sarcinatoris esse summum fuere centonem optimè. Videtur esse uersus trochaicus, tetrameter, catalecticus: & constat elisso, s in sarcinatoris. Sarcinator à sarcina dicitur, non à sarciendo. Conuenit cum illo quod alibi retulimus: Boni poëtæ est in extremo actu esse optimum. Lucilianum tamen dictum germaniorem ac uenustiorem habet adagij speciem.

Prælio uictus non bello. LXVI

Non statim uictor est, qui in uno alteróue negotij actu discessit superior, sed qui totum causam euicit. Prælium enim est conflictus bellicus, bellum totum hoc tempus dicitur, etiamsi cessetur à prælijs, aut si intercedant inducie. Sola pax finit bellum, inducie dirimunt congressus. Nonius hos trochaicos citat ex Lucilio: Vt Romanus populus uictus ui, & superatus prælijs sæpe multis, bello uerò nunquam in quo sunt omnia. Congruunt illi, Vir fugiens & denuo pugnabit.

Curre denuo. LXVII

Τρέχ' αὖθις. id est, Curre denuo. Hoc ita refertur à Luciano in tragœdia cui titulus ὠνίησις. quasi sit in tonstrina natum. Quanquam totum hoc poëmation mendis scatet, nec ullam habet micam salis Lucianici. Inducitur illic podagrosus iuuenis, qui tamen affectabat uideri ὠκύπους. Is rogatus à sene, unde accidisset pedis dolor, respondit se cum magna celeritate curreret, distrinxisse talum, atq; hinc esse cruciatum. Huic respondet senex,

Τρέχ' αὖθις ὥςτις εἶπορ ἢ καθήμενος
Πώγωνα τίλλοι κηρίων ὑπ' ὠλένας.

Si legas, εἶπεν ὅς, sensus erit, curre denuo sicuti dixit quidam, qui sedens uellit barbam sub cubitis tonsorum, hoc est qui curatur à tonsore. Podagrosi remedium petunt à tonsoribus, & tamen nolunt uideri podagram, sed pedem alioqui læsum, ut ex immodico cursu. Interim aliquis eorum qui tondentur, sentiens fictam esse causam, respondet Τρέχ' αὖθις. Nam id solet esse remedium in simili malo. Posteaquam enim neruus incaluit uiolento motu, cessat dolor. Quod quotidie uidere est in equis, qui post cursum aut non claudicant, aut leuius claudicant. Probabilius tamen est pro κηρίων legendum, κνεῶν participium à uerbo κνεάω, quod est hirsutum esse & tonsoris egere: quemadmodum aliquis dixit: qui sedens in tonstrina uellit barbam quam habet hirsutam sub alis, illic enim desident ociosi & garruli. Horatius:

Cultello proprios purgantem leniter ungues.

Hæc mea diuinatio si cui non placet, sequatur quod magis arridet, res non est magni momenti.

Nutricis pallium. LXVIII

Nutrices quoniam tractant infantes, sæpe uestes habent, bua, saliua, mictu foriq; contaminatas. Vnde Plautus in Bacchid. Si unam peccauisses syllabam, fieret corium tam maculosum quàm est nutricis pallium. In arcanis literis crebra mentio panni menstruatæ.

Cum ramento. LXIX

Tropo prouerbiali cum ramento reddidisse dicitur, qui totum reddidit nulla ex parte decurtatum, sumptum apparet à fabris ærarijs, qui sibi seruant quod lima deraserint. Plautus in Bacchidibus: Quia patri omne cum ramento reddidi, cum Ramento additum ἐπιτάσεως gratia, idem uelut interpretatur, subijciens omne oppido, hoc est omne prorsus, cum puluisculo, & cum ærugine, aliàs nobis dicta sunt. Plautus in Rudentibus,

Conuerret iam hic me totum cum puluisculo.

Mortuo uilior. LXX

Nihil abiectius cadauere. Plautus in eadem fabula. Eia bonum habe animum. Vnde habeam? Mortuus pluris pretij est quàm ego sum. Et in Persa, quidam alterum per contemptum appellat morticinum. Non Hercle si os præciderem tibi, metuam morticine.

Quàm Clinia ex Demetrio. LXXI

Plautus in eadem fabula, Plura ex me audies hodie mala quàm audiuit unquam Clinia ex Demetrio. Quidam eruditi hoc loco pro Clinia legunt Lamia. Et uerum est Lamiam fuisse supra modum adamatam à Demetrio rege Macedonum, quo nomine ipse quidem male audiebat uulgò, sed eam à rege fuisse conuicijs affectam nusquam leginus: præterea uocem Lamiam carminis ratio non admittit. Vero propius est sumptum è comœdia Turpilij, cui titulus Demetrius, uel alia quapiam, ubi pater prolixius & acerbius obiurgat filium. Talis enim inducitur Clinia in sene seipsum excruciante, qui à patre nimium sæpe nimiumq; acerbe obiurgatus, tandem profugit in militiam. Et haud scio an ad hanc fabulam alludat Plautus. Nam fieri potest ut Terentius pro Demetrio senem appellarit Menedemum. Nec obstat quod Terentius Plauto fuit posterior, quum Græcus autor fabulæ fuerit utroque prior.

Pleno gradu. LXXII

Qui leuiter rem quampiam attigerunt, summo pede dicuntur ingressi: contra qui magno studio instituerunt aliquid, pleno gradu dicuntur ingressi. Trebonius Ciceroni libro duodecimo, Nam illum paratum uideo & ingressum pleno gradu, cohortari non intermittemus, quo in dies longius discendo exercendoq; se procedat.

Ad pila ubi uentum. LXXIII

M. Tullius in libello De re militari, si tamen non fallit titulus: Prima autem inquit, & secunda acies, quum ad pila, ut dicitur, uentum fuerit, totum sustinet bellum. Pilum autem est genus hastæ Romanæ breuius. Itaq; quum de propinquo res geritur, ad pila uentum dicitur. Videor mihi alicubi hoc adagium retulisse, sed in præsentia locus non occurrit.

Velatis manibus orare. LXXIIII

Qui suppliciter orant, uelatis manibus orare dicuntur. Sumptum ab antiquo more oratorum, quo qui pacem petituri uenirent, ramum oliuæ prætendebant, uelatis autem dictum arbitror pro uittatis. Plautus in Amphitryone: Postridie in castra ex urbe ad nos ueniunt flentes principes, uelatis manibus orant, ignoscamus peccatum suum.

Cicadæ sibi canent. LXXV

Οἱ τέττιγες ἑαυτοῖς χαμᾶθεν ᾄσονται. id est, Cicadæ sibi ipsis ex humo canent. Hoc exemplum Aristoteles libr. 3. adducit ex Stesichoro schematis, quo quis dicit quod non dicit. Nec aliud addit, unde posßis dicti sensum deprehendere: nisi quod suspicor poëtam his uerbis comminatum, ijs à quibus erat læsus, quos si ulcisci alioqui non posset, certè carminibus suis esset illos infamiæ traditurus, adducit idem eiusdem operis libr. 2. inter sententias obscure dictas, ὅπερ φησίχορον ἐν λοκροῖς εἶπεν, ὅτι δεῖ ὑβριςὰς εἶναι, ὅπως μὴ οἱ τέττιγες χαμᾶθεν ᾄδωσιν. Quod quidem Stesichorus apud Locrenses dixit: Non oportere cuiquam iniuriam facere, ne cicadæ ex humo canant. Cicadæ poëtarum habent symbolum, χαμᾶθεν. dixit ob inopiam & conditionis humilitatem. Vnumquodque animal minatur his armis quibus à natura instructum est. Poëtæ præter uersus nihil habent, quibus tamen hominem uel album uel nigrum ad posteros transmittunt. Vnde & Plato dicitur

Ayuntamiento de Madrid

tur amicos admonere ſolitus, ne quem hominem poëticum ſibi redderent inimicum. Eſt enim, ut ait Flaccus, genus iritabile uatum, & in his ſunt qui fœnum habeant in cornu. Doctis tamen nonnullis placet, aliò ſpectare Steſichori dictum. Quoniam cicadæ ſolent, Marone atteſtante, in arboribus canere, apparet Steſichorum ciuiliter hoc ænigmate Locrenſes admonere, ne per petulantiam à finitimorum iniurijs parum temperantes, tandem arma illorum in ſe concitent, qui cum exercitu fines illorum ingreſſi, quicquid arbuſtorum ſit in agris hoſtiliter excidant, itaq; fiat ut cicadæ illis iam humi canere incipiant, ſublatis arboribus quibus inſideant. Fortaſſe tale quiddam refert Gregorius Nazianzenus, cuius in hoc opus commentarios uidimus Venetiæ.

Fama prodit omnia. LXXVI

Aeſchines in oratione contra Timarchum refert ſententiam Euripidis:

Φήμη τὸν ἐσθλὸν κἂν μυχῷ λέκτρων σῆς. id eſt,
Virum bonum fama aperit uel in terræ cauis.

Interpretatur autem hoc ſenſiſſe poëtam, non uiuentium tantum uirtutem illuſtrari fama, uerum etiam ſepultorum. Terra corpus tegit, ſed fama non ſinit occultari quod quis bene geſſit in uita. Eodem in loco citat Heſiodi uerſum quem antea commemorauimus,

Φήμη δ' ὅτις πάμπαν ἀπόλλυται, ἥν τινα λαοὶ
πολλοὶ φημίζωσι, θεὸς νύτις ἔσσι καὶ αὐτή.

Quem locum citat & in oratione, περὶ τῆς παραπρεσβείας.

Bœotiſſare. LXXVII

Inter conuicia quibus Aeſchines lapidat Demoſthenem, etiam illud obiecit, quod Bœotorum more uociferaretur immodice & indecore. ταῦτα δέ μου μεταξὺ λέγοντος ἀναβοᾷ πάμμιγδὲς ἅπαν θόρυβος, ὡς ἴσασι πάντες οἱ συμπρέσβεις ἡμῶν. καὶ γὰρ πρὸς τοῖς ἄλλοις κακοῖς βοιωτιάζει. id eſt, Hæc me loquente uehementer exclamat Demoſthenes, quemadmodum ſciunt omnes qui nobis in ea legatione fuere collegæ. Nam præter alia mala, etiam Bœotiſſat. In clamore fit alluſio ad boum mugitum. Quanquam βοιωτιάζειν accipi poteſt, pro fauere Bœotorum partibus.

Surculus ſurculum ferens. LXXVIII

Qui ſinguli ſunt infirmi, tamen concordia iuncti multum habent roboris. Ita Ennius apud Feſtum, Vnus ſurus ſurum ferre, tamen defendere poſſent. Veteres enim, ut Feſtus admonet, ſurum dicebant, unde nos dicimus ſurculum diminutiue. Non me fugit carmen eſſe uitiatum etiam in Aldina æditione: fortaſſe legendum, Si unus ſurum ſurus ferret, cum, aut ſe defendere poſſet aut poſſent. Stirps habet robur, ſurculi nihil habent uirium niſi iuncti.

Salacones. LXXIX

Quemadmodum Irus & Codrus ob inopiam in uulgi fabulam abierunt, ita & Salacon quidam extremæ paupertatis homo effecit, ut omnes fortuna tenui Salacones dicerentur, & ipſa paupertas Salaconia. Meminit Heſychius, ſed idem indicat eodem nomine fuiſſe notatos faſtuoſos & arrogantes: unde ductum ſit uerbum σαλακωνίζειν καὶ σαλακωνίειν, pro eo quod eſt, facto delicatoq; gradu incedere. Addunt teſtem Theophraſtum, qui σαλάκωνα dixerit eum qui ſua profundit temere. Ex his colligere licet, adagij conuicium non hæſiſſe in quoſuis pauperes, ſed in eos duntaxat qui faſtu luxuq; redacti ſunt ad inopiam. Vox autem dicta uidetur, à uerbo σαλάξαι, quod eſt labefactari & ad ruinam tendere.

Archilochi melos. LXXX

ἀρχιλόχειος μέλος. id eſt, Archilochi cantio, dicebatur hymnus qui ad multos poterat accommodari, qualem ferunt Archilocho fuiſſe repertum, qui fuerit ante Pindarum, & alios hoc genus lyricos, qui ſingulos proprijs laudibus exornabant. Archilochi carmen erat idem in omnes, quod citbara canebatur. Citharœdus tantum ad ſingula cantionis interualla, uictorum nomina uoce ſua repetebat: uelut ſi Herculem laudabat accinebat. Tenella Callinice χαῖρε ἄναξ ἡράκλεις. Aut aliud, ſi quem alium canebat. Huic non diſſimile eſt quod refert Horatius de pictore, qui depicta cupreſſo nauem rogabat, ecquid uellet addi. quadrabit in rem priſcam ac rudem. Meminit Ariſtophanis & Pindari interpres. Sumptum eſt à Pindari Olympiorum Encomio 7. τὸ μὲν ἀρχιλόχειον μέλος φωνᾶεν ὀλυμπίαι καλλίνικος. Quo quidem loco uaria commenta refert enarrator, quæ repetere non uidetur ad hoc quod agimus neceſſarium.

ὁλοσχερῶς. LXXXI

Antea retulimus ex oratione Aeſchinis, περὶ ὁλοσχερῆ ἀθρόχειρ, quum lexicographi pro ὁλοσχερῆ habeant ὁλοχλῆρ. qui adiecit ſcholia in Demoſthenem, citat orationem Aeſchinis aduerſus Demoſthenem περὶ παραπρεσβείας, & Theophraſtum in 4. lib. Apud Aeſchinem repperi ὁλοσχερῆ. Similiter Theophraſtus lib. De plantis 4. inter ea quæ proueniunt in aquis facit (quod admonet ſcholiaſtes) tria σχοῖνα, hoc eſt ſparti ſiue iunci genera: quorum unum ſit acutum, quod appellant maſculum, id eſt, infrugiferum: alterum frugiferum, quod à nigro fructu uocant μελαγκραν. tertium quod dicitur ὁλόσχοινος pinguitudine, magnitudine & calloſitate cæteris præſtans. Hoc ultimum putat accommodatius ad plectendos funes, quod mollius ſit & carnoſius. Dioſcorides libro 4. paulo ſecus diſtinguit genera, ſed admonet tertium quod ὁλόσχοινος dicitur eſſe cæteris & aſperius & calloſius. Vt autem quidam pro σχοῖνος ſcriberent ἐχῖνος ſuſpicor in cauſa fuiſſe, quod Theophraſtus meminit carnoſitatis, quaſi nouum ſit audire carnem mali aut cæraſij. Echinus tamen terreſtris, quem appellant Erinacium, in hoc conuenit cum holoſchœno, quòd habet aſperitatem: unde & cutis detracta cum ſpinis, utilis eſt ad defricanda uaſa. Proinde dictum uidetur de duro & procaci ſermone, quo uelut os alicui percellimus. Hoc quicquid eſt appendicis, lectorem celare nolui.

Apologus Alcinoi. LXXXII

ἀπόλογος Ἀλκινόου. Commemoratur in Græcorum collecta. ut ante nobis commemoratum eſt. Originem autem tum diuinauimus ex Homeri Odyſſea, apud quem in conuiuio multa de ſe mentitur Vlyſſes: nec abſurdum eſſet commentum, ſi Alcinoi apologus dici poſſet ficta narratio apud Alcinoum habita. Ariſtoteles tamen Rhetoric. 3. quum obiter meminit huius apologi, ſic loquitur, ut uideri poßit notaſſe ſcriptorem aliquem qui finxerit orationem ad Penelopen, contexens omnia quæ multis annis geri potuerint, ficta narrans pro ueris. Fortaßis ſcriptor cui nomen Alcinous, induxit perſonam Vlyßis apud Penelopen plurima commemorantem, quaſi uel in bello, uel in itinere uere paſſus eſſet ea. Locus apud Ariſtotelem ſic habet: ἔτι πειραγμένα δεῖ λέγειν ὅσα μὲν πραττόμενα ἢ οἵτινος ἢ δέοντος φέρει. παράδειγμα ὁ Ἀλκινόου ἀπόλογος, ὅτε πρὸς τὴν πηνελόπην ἐν ἐξόμοντα ἔτεσι πεποίηται. Trapezontius interpres legiſſe uidetur ἔτι μὴ πειραγμένα δεῖ λέγειν ὅσα πραττόμενα &c. At ne ſic quidem locus uidetur uacare mendis. Quæ ſuſpendemus hic ſententiam, donec uel è Gregorij Nazianzeni commentarijs in hos libros, uel aliunde compertius aliquid fuerimus nacti.

Virtus æterna. LXXXIII

Pindarus in Olympijs Encomio 9. refert huiuſmodi ſententiam: ἀθάνατοι λάθεται ἔργμασι πραθέντας ἀνήρ, id eſt, Orci obliuiſcitur uir qui ſe digna geſſit. Vita breuis eſt, ſed immortalis eſt benefactorum memoria: eoq; qui res præclaras & æternæ memoriæ dignas geſſerunt, æquiore animo decedunt uita, nec perinde mortem horrent, quòd intelligant ſe gloriæ nominis ſemper apud poſteritatem uicturos.

Doceat

Ayuntamiento de Madrid

Doceat qui didicit. LXXXIIII

Idem in eodem Encomio, τὸ διδαξάτω δέ τοι ἐλλόγιμος ῥᾴτερον. i. Docere porrò facilius ei qui didicit. Iuxta illud: Discе, sed à doctis. Nemo facilius artem tradit alteri, quàm qui eam exacte calleat. Nouit enim multa in compendium contrahere, nouit obscuris dare lucem. Proinde quod quidam tot ambagibus circumagunt ac detinent adolescentes in disciplinis, in causa est, aut quæstus, aut liuor, aut imperitia.

Celeritas in malis optima. LXXXV

Sophocles in Antigona:

Βράχιστα γὰρ κρατίστα τ' ἐν κακοῖσι κακά. id est,
Vrgentibus malis celeritas optima est.

Verba sunt Chori ad Creontem in uario luctu domus cupientem è medio tolli. Nam cito perire quem uitæ tædet, nonnihil est lucri. Nihil molestius quàm diu animo discruciari, si quid mali imminet, quod uitari non queat: optimum est dare operam ut sit quàm breuissimum.

Nullus sum. LXXXVI

In eadem fabula.

ἄγετέ μ' ὀπτοδὼν
Τὸν οὐκ ὄντα μᾶλλον ἢ μηδένα. id est,
E medio me abducite.
Qui non magis sum quàm ille qui iam nullus est.

Hac figura significabant exitium sine spe recuperandæ salutis. Scio me prius commemorasse, fuimus Troes, & Nullus sum, sed ob nouatum sermonis formam hoc adijcere libuit.

Prima felicitatis pars sapere. LXXXVII

In eiusdem fabulæ clausula:

πολλῷ τὸ φρονεῖν εὐδαιμονίας πρῶτον ὑπάρχει. id est,
Vt sis felix longe primum Sapere est.

De Creonte dictum est, qui dum mauult animo suo quàm rectis consilijs obtemperare, & suos & se funditus perdidit. Magna fortuna facilè uertitur in magnam calamitatem, si absit sapientia. Idem paulo ante contrarijs expressit uerbis de Hæmone loquens, qui sibi mortem conscisuerat.

Δείξας ἐν ἀνθρώποισι τὴν ἀβουλίαν
ὅσῳ μέγιστον ἀνδρὶ προσκεῖται κακόν. id est,
Monstrans quòd inconsulta temeritas uiro
Adiuncta, sit longe malorum maximum.

Sero uidit iustitiam. LXXXVIII

Rursum in eadem:

Οἵ' μ' ἔοικας ὀψὲ τὴν δίκην ἰδεῖν. id est,
Prob ut uidere iusta sero cernere.

De Creonte dictum est, qui prius nec Tiresiæ, nec cuiquam suorum obtemperat, magnis doctus cladibus incusat suam stultitiam. Eadem sententia repetitur in clausula tragœdiæ, sed diuerso schemate.

Μεγάλας γὴ πλαγὰς τῶν ὑπερφρονούντων
ἀποτίσαντες,
Γήρᾳ τὸ φρονεῖν ἐδιδάξαν. id est,
Diuti pœnas postquam atroces
De uerbis sumpsere superbis,
Aetate docent sapere extrema.

Conuenit cum illo, Sero sapiunt Phryges.

Vindicta uelox. LXXXIX

De sera uindicta numinum aliquot prouerbijs testatum est, quæ supra retulimus. Sed quod ait Sophocles expeditam deorum uindictam, magis huc conducit, ut in aliquod prolapsi malum, mature resipiscamus. Verba sunt chori ad Creontem.

ὅσον γ' ἄνευ ξ τάχιστα. σωτήμονσι γὰρ
Θεῶν ποδώκεις τὰς κακόφρονας βλάβαι. id est,
Rex ista facito quam potes celerrimè.
Noxæ citipedes numinum improbos uiros
Subitò occupant iunctæ simul compendio.

Id euenit Creonti, cui uindicta pene prius adfuit quàm absolueretur Tiresiæ uaticinium.

Fato non repugnandum. XC

In eadem Creon ita loquitur,

ἀνάγκη δ' ὀχλὶ δυσμαχητέον. id est,
Sed fata contra, quando id est perquam arduum,
Non est reluctandum.

Eandem sententiam aliàs ex uarijs citauimus autoribus. Nemo potest uitare quod deus nobis immittit. Quod autem uitari non potest, ferendum est, non culpandum. Ducunt enim uolentem fata, nolentem trahunt, ut ait Tragicus.

Vati non conuitiandum. XCI

In eadem fabula Creon Tiresiæ more uatum incandescenti ac liberioribus dictis impetenti regem, ita loquitur:

Οὐ βέλομαι τὸν μάντιν ἀντειπεῖν κακῶς. id est,
Vati uicissim nolo proloqui male.

Quod Horatius ait: _Genus irritabile uatum.

Non tantum ad poëtas, sed multo magis ad diuinos pertinet. Eblandiendum est, si quid ab eis uelis exculpere, quos si prouoces, diuinant omnia mala. Conueniet uti, ubi quis nos impetierit impotenti conuitio, uelut afflatus furore quodam, cui honoris gratia nolimus uicissim maledicere, quum non desit quod retorqueatur: aut quum libertatem eam tribuimus iræ, ueluti furori cuidam. Cum irato enim nihilo sanius decertes conuitijs quàm cum furioso, finitimum est illi quod ante retulimus: Omitte uatem. Præterea illi: Ni pater esses, quod est in hac eadem fabula sub persona Hæmonis.

Vatum genus auarum. XCII

In eadem scena Creon ita loquitur Tiresiæ,

Τὸ μαντικὸν γὰρ πᾶν φυλάργυρον γένος. id est,
Genus omne uatum est appetens pecuniæ.

Hoc nomine olim male audiebant diuini augures & haruspices. Nunc utinam præter meritum idem audiant, qui diuina tractant. Vera non potest semper loqui, qui corruptus muneribus ad hominum gratiam loquitur.

Non mouenda loqui. XCIII

Eodem in loco iam iratior Tiresia sic minatur Creonti:

ὄρσεις μὲ τ' ἀκίνητα δεῖν' ἐμοῦ φρενῶν φράσαι. id est,
Tu me excitas ut quæ latent in pectore
Immota, cogar proloqui.

Vsus erit, quoties aduersariorum improbitas eo nos compellit, ut quæ decreueramus silentio tegere, efferamus. Creon enim illum conuitio tetigerat, dicens:

Σοφὸς σὺ μάντις, ἀλλὰ τ' ἀδικεῖν φιλῶν. id est,
Tu doctus augur, at fuetus lædere,

Quod ipsum conuenit in hominem prudentem aut eruditum, sed improbum. Confine est illi, non mouenda moues.

Mortuos rursus occidere. XCIIII

Ibidem uerba Tiresiæ sunt ad Creontem, suadentis ut Polynicis corpus sinat condi sepulcro.

ἀλλ' εἶκε (φῶ) θανόντι, μηδὲ' ὀλωλότα
Κέντει, τίς ἀλκὴ τὸν θανόντ' ὑπικλαυσεῖν; id est,
Age, mortuo concede, nec qui extinctus est,
Stimulato, quæ nam est fortitudo, mortuum
Necare rursum?

Confine est illi quod alibi retulimus, Iugulare mortuos.

Deo nemo potest nocere. XCV

Sententia pia est, sed à Creonte impio animo dicta,

Θεὸν μαίνειν ὅστις ἀνδρώπων σθένει. id est,
Violare, siue polluere diuos, nemo quit mortalium.

Veteribus persuasum erat offendi diuos inferos, si mortuo negaretur sepultura: offendi Ioucm supplicium, si quis supplicem reijceret. At Creon putabat nihil huiusmodi rerum curæ esse dijs, quod illi non queant à quoquam lædi. Hoc carmen occini potest ijs qui indignum deo putant, in matrice uirginis latitasse, & per uterum uirginis exisse, unde prodeunt homines

Ayuntamiento de Madrid

homines cæteri, aut qui putant corpus domini pollui, quod in ſtomachum hominis immundum deſcendat.

Θεὸς μιάνειν, ὅτις ἀνθρώπων οὐδένα.

Neque ſol polluitur, tot cloacas ac paludes luſtrans

Auſcultandum bene loquenti. XCVI

Tireſia in eodem ſermone:

Εὖ σοι φρονήσας, εὖ λέγω. τὸ μανθάνειν
Δ' ἥδιστον εὖ λέγοντα, κἀκρῶς λέγειν. *id eſt,*
Tibi beneuolus, bene loquor, ſuauiſſimum eſt
A bene loquente, lucra ſi ferat, diſcere.

Eandem ſententiam antea dixerat Hæmon:

Καὶ τῶν λεγόντων εὖ, καλὸν τὸ μανθάνειν. *id eſt,*
Recte loquentem audire par eſt, ac decet.

Conueniet cum illo, Audi quæ ex animo dicuntur. Item cum Heſiodio, quo probatur & is qui paret recta monenti.

Fortunæ nouacula. XCVII

Eiuſdem Tireſiæ uerba ſunt ad Creontem admonentis ut in ſummo diſcrimine poſitus ſapiat.

Φρονῶ βεβῶς αὖ νῦν ἐπὶ ξυρῷ τύχης. *id eſt,*
Sapio, denuo nunc poſitus in nouacula Fortunæ.

Calamitati quam excitarat Eteoclis & Polynicis contentio, ſucceſſit hæc quam offenſis dijs excitauit Creon. Quanquam hic uerſus obiter nobis alibi citatus eſt, in prouerbio, In acie nouaculæ.

Exemplum utile. XCVIII

Creon Hæmoni filio liberius agenti minitans malum, ita loquitur:

Κλαίων φρενώσας, ὧν φρενῶν αὐτὸς κυρῶ. *id eſt,*
Plorando facies mentem ut habeant cæteri,
Mente ipſe uacuus.

Quum improbi luunt ſtultitiæ ſuæ pœnas, quanquam ipſi nihilo fiunt meliores, tamen alijs exemplo ſunt, ne per incogitantiam in ſimiles incurrant calamitates.

Peruicacia ſtultitiæ dat pœnas. XCIX

In eadem tragœdia Tireſia, Creontem admonens ne præfractus ac rigidus perſiſtat in ſententia, ita loquitur:

Αὐθαδία τοι, σκηπτόν' ὀφλισκάνει. *id eſt,*
Præfracta mens amentiæ pœnas luit.

Intractabilis illa ferocia fere ſolet magnæ cuiuſdam calamitatis eſſe præludium, quemadmodum indicant & Hebræorum prouerbia: Contritionem præcedit ſuperbia, & ante ruinam exaltatur ſpiritus. Hoc Tireſiæ dictum eleganter expreſſit Hæmon in eadem fabula, duplici metaphora, arborum & nautarum. Carmen ſic habet:

ὁρᾷς παραῤῥεόντων χειμάῤῥοις ὅσα
Δένδρων ὑπείκει, κλῶνας ὡς σώζοντα,
Τὰ δ' ἀντιτείνοντ' αὐτόῤῥιζ' ἀπόλλυται,
Αὔτως δὲ, ναὸς ὅστις ἐγκρατὴς, πόδα
Τείνας ὑπείκῃ μηδέν, ὑπτίοις κάτω
Τρόπαις τὸ λοιπὸν σέλμασιν ναυτίλλεται. *id eſt,*
Vides ut in torrentium decurſibus,
Quæ cedit arbor ſurculos ſeruat ſuos.
At quæ reſiſtit, ſtirpe cum ipſa deperit.
Nauclerus itidem, qui tenens clauum, nihil
Concedit auræ & fluctibus, denoluitur
Ac iam ſupinis nauigat uixus foris.

Nauigationis ſocius. C

Ante retulimus, In eadem eſſe naui, qui communi tenentur periculo. Ad hoc alluſit Iſmene, in eadem fabula, dicens ſe non recuſare, quo minus ſubiret idem periculum, quod ſubiret Antigone ſoror.

ἀλλ' ἐν κακοῖς τοῖς σοῖσιν οὐκ αἰσχύνομαι
Ξυμπλοῦν ἐμαυτὴν τῇδε πάθεσι ναυμαχεῖν. *id eſt,*
Sed in tuis non erubeſco me malis
Rate uecta eadem calamitati adiungere.

CHILIADIS QVINTAE CENTVRIA II.

Nuntio nihil imputandum. I

HIC ferè eſt hominum affectus, ut triſtia nuntianti perinde indignentur, quaſi fecerit quod factum nuntiat. Creonti itaque ſuccenſenti nuntio, quòd parum læta adferret, ita reſpondet:

ὁ δρῶν αὐτὰ τὰς φρένας, τὰ δ' ὦτ' ἐγώ. *id eſt,*
Qui fecit, animum diſcruciat, aures ego.

Eiuſdem nuntij uerſus eſt:

Στέργει γὰρ οὐδεὶς ἄγγελον κακῶν ἐπῶν. *id eſt,*
Nemo hunc amat, qui uerba nuntiat mala.

Accommodari poterit ad eum qui lapſum admonet, ut magis ſibi ipſi ſuccenſeat qui crimẽ admiſit, quàm ei qui neceſſariam admouet correptionem. Nam correptio ad tempus moleſta eſt auribus, ſed ſceleris conſcientia perpetuo mentem fodicat.

Quod fieri non poteſt, nec inciſpiendum quidem eſt. II

Prius retulimus, ἀδύνατα ῥηξᾶς. *id eſt, Impoßibilia uenaris.*

Quod alijs uerbis expreſſit Sophocles in Antigone:

ἀρχὴν δὲ θηρᾶν ὃ πρέπει τ' ἀμήχανα. *id eſt,*
Quæ efficere nequeas, nec uel ordiri decet.

Verba ſunt Iſmenes deterrentis Antigonem, ne Polynicen ſepeliat aduerſus regium edictum.

Cor calidum in re frigida. III

Eadem Iſmene dehortans Antigonem ab audaci facinore ait,

Θερμὸν ἐπὶ ψυχροῖσι καρδίαν ἔχεις. *id eſt,*
Profecto tu cor calidum habes in frigidis.

Alibi diximus calidum facinus audax & præceps appellari. Frigida hic appellat, quorum feliciter perficiendorum exigua ſpes erat.

Fruſtra niti dementiæ eſt. IIII

Rurſus in eadem ita loquitur: τὸ δὲ

Πιέζεσθαι πρὸς κρείσσονα οὐκ ἔχει νοῦν οὐδένα. *id eſt,*
Fruſtranea agere inſignis eſt amentiæ.

Non ſolum amentiæ eſt, iniuſta agere, uerum etiam ſuperuacanea. Ex iniuſtis interdum aliquod eſt lucrum, ex ſuperuacancis nullum.

Principi obtemperandum in omnibus. V

Non ſine prouerbiali ſchemate dictum eſt in eadem tragœdia, quod ait Creon,

ἀλλ' ὃν πόλις στήσαι, τόνδε χρὴ κλύειν
Καὶ σμικρὰ καὶ δίκαια καὶ τἀναντία. *id eſt,*
Sed principatum ciuitas cui tradidit
Hic audiendus, ſiue leuia præcipit,
Siue æqua mandat, ſiue & his contraria.

Vox autem tyranni eſt, non principis. Neque enim princeps eſt, qui præſcribit iniuſta.

Ciuitas non ciuitas. VI

Hæmon Creontem tendentem ad tyrannidem, ita tangit:

Πόλις γὰρ οὐκ ἔσθ' ἥτις ἀνδρὸς ἔσθ' ἑνός. *id eſt,*
Quæ unius hominis, illa non eſt ciuitas.

Dixerat Creon ipſius eſſe non alterius imperare regioni. Hæmon negat eam eſſe ciuitatem, ubi ſumma rerum penes unum hominem eſt. Polis enim Græcis uel à uerſando, uel à multitudine dicta uidetur. Latini Rempublicam appellant. At reſpublic. non eſt, ubi unius arbitratu aguntur ferunturq; omnia. Itaq; quum Creon reſpondiſſet, ciuitatem cenſeri illius, qui illi imperat, ſubijcit Hæmon:

Καλῶς, ἐρήμης γ' ἂρ σὺ γῆς ἀρχὴς μόνος. *id eſt,*
Recte unus ut deſerto in agro regem agas.

Regium eſt imperare liberis, neque quicquam abſque ciuium conſenſu tentare.

Ayuntamiento de Madrid

Mens cœli, terræq; regina. VII

Socrates apud Platonem in Philebo: ὡμῆς γὰ συμφωνοῦμεν ὅτι σοφὴ, ἐστὶν, ὅτῳ συμβαίνοντες, ὡς νοῦς ἔστι βασιλεὺς ἡμῖν ὅρανοῦ ὡ γῆς. id est, Omnes enim sapientes consentiunt hoc pacto seipsos honestantes, quòd mens nobis regina cœli & terræ. Sentit sapientia gubernari omnia potius quàm uoluptate. Quum enim Philebus probasset felicitatem ex sapientia & uoluptate mixtam, quæri cœptum est utra duarum plus haberet momenti ad beatitudinem. Quoniam autem Plato dicit in hoc omnes consentire, subindicat fuisse uulgò iactatum. Conuenit huic quod habet Hæmon Sophocleus:

Πάτερ, θεοὶ φύσιν ἀνθρώποις φρένας,
Πάντων ὅσ' ἔστι κτημάτων ὕπερτατον. id est,
Pater, dei mentem inserunt mortalibus,
Quæ res, opes exuperat omnes maximè.

Primas iactare hastas. VIII

M. Tullius libr. De oratore 2. primas iactare hastas dixit, pro uelitari, quod ad oratorem transfert, cuius dictio initio debet esse lenis ac sedata, ut paulatim incandescat oratio. Notat ibi Philippum oratorem, qui solitus sit ita ad dicendum surgere, ut nesciret primum uerbum quod esset dicturus: sed aiebat se posteaquam concalefecisset brachium tum pugnare. Atqui non attendit, inquit, eos ipsos unde similitudinem ducit, illas primas hastas ita tractare leniter, ut & uenustati uel maximè seruiant, & reliquis uiribus suis consulant. παρομοίως erit, si ad disputationis aut contentionis exordium transferatur. Idem unico uerbo dicitur uelitari.

Omissis fontibus consectari riuulos. IX

In eodem lib. non sine prouerbij specie dixit riuulos consectari, pro eo quod est minus ad rem pertinentia dicere, omisso eo quod est negotij caput. Hac metaphora uidetur admodum delectatus Hieronymus. M. Tullij uerba sic habent, Tamen tardi ingenij est, riuulos consectari, fontes rerum non uidere. Etiam ætatis est, usuq; nostri à capite quod uelimus arcessere, & unde omnia manant uidere.

Res palæstræ & olei. X

Quæ non ad serium negotium, sed ad lusum & ostentationem adhibentur, palæstræ & olei dicuntur, quum in prælio maioribus opus sit uiribus. In palæstra non armati sed uncti contendebant, tum quo difficilior esset apprehensio & elapsus facilior, tum quo corpus esset nitidius, certabant enim nudi. M. Tullius lib. De oratore 1. nitidum quoddam genus est uerborum & lætum, sed palæstræ magis & olei, quàm huius ciuilis turbæ ac fori. Huiusmodi fermè est in scholis quibusdam trita sophistica, quæ ad ostentationem ac ludicram concertationem reddit hominem inuictum, ad serias tractationes inutilem, itaq; rectè in eodem lib. monet quidam ut dictionem ex domestica exercitatione & umbratili, medium in agmen, in pulueren, in clamorem, in castra atq; in aciem forensem educamus. Consimiliter libr. 2. De Isocratis discipulis agens, Sed eorum, inquit, partim in pompa, partim in acie illustres esse uoluerunt. Eodem spectat quod ait lib. De legib. 1. Fannij autem ætate coniunctus Antipater, paulo inflauit uehementius, habuitq; uires, agrestes ille quidem atque horridas sine nitore ac palæstra, sed tamen admonere reliquos potuit, ut accuratius scriberent. Hæc ibi. Quod prius dixerat oleum, hic uocat nitorem. Et in libr. De claris oratoribus, unctius uocat, quod est nitidius. Iam inquit, erat unctior quædam splendidiorq; consuetudo loquendi. Rursus in oratore ad Brutum, Numerus autem nondum depromebatur, neq; habebat aliquam necessitudinem aut cognationem cum oratione: itaq; serius aliquanto notatus & cognitus, quasi quandam palæstram & extrema lineamenta orationi attulit. palæstram appellat uenustatem ad ostentationem adhibitam. In his porrò uerbis, nec illud absq; prouerbij specie dictum est, extrema lineamenta, pro extrema manu, metaphora ducta à pictoribus.

Operarij. XI

Ibidem non absq; prouerbij specie operarios appellat, qui citra philosophiæ cognitionem causas agunt. Architectus ex arte rationem operis præscribit, operarij uerò non iudicium suum sed tantum operam adhibent, iuxta præscriptum. At qui philosophiam callet, ex se paratus est de quauis re rectè dicere. M. Tull. de Mnesarcho loquens, Hos quos nos oratores uocamus, nihil esse dicebat nisi quosdam operarios, linguæ celeri & exercitæ: oratorem autem nisi qui sapiens esset, esse neminem. Rursus in Bruto. Nam illud minus curo, quòd concesseris operarios omnis, ut mihi uideantur mori uoluisse nonnulli, ut à te in oratorum numerum referrentur. Huius generis oratores libr. De claris oratoribus appellat uocales. Addamus, inquit, huc etiam, ne quem uocalem præteriisse uideamur, C. Cosconium Calidianum. Transferri poterit ad concionatores, qui quod parum exercitati sunt in sacris literis, è Collectaneis ediscunt quod apud populum multo clamore, multaq; corporis iactatione detonent. Aut qui in templis ingenti boatu canunt non intellecta, Non concionatores sed operarij, non cantores sed operarij.

E scholà cantilena. XII

Plautus ut ante admonui, Theatri nugas appellat, quæ solent in comœdijs recitari. M. Tullius è scholis cantilenam appellat orationem declamatoriam ac iuuenilem, plus habentem ostentationis quàm sapientiæ: locus sic habet eodem libr. gerendus est tibi mos adolescentibus Crasse, qui non Græci alicuius quotidianam loquacitatem, neq; ex scholis cantilenam requirunt, sed ex homine omnium sapientissimo atq; eloquentissimo, atque ex eo qui non in libellis, sed in maximis causis & in hoc domicilio imperij & gloriæ, sit consilio linguáque princeps. Conuenit in illos qui nunquam uersati sunt in bonis autoribus, nec ex ipsis fontibus hauserunt eruditionem solidam, sed tantum in scholis decantata tenent. Quod genus sunt illa, non crederem Euangelio, nisi me ecclesiæ compelleret autoritas, & ingratum est spiritui sancto quicquid offertur, eo prætermisso quod debebatur. Multa fecit dominus IESVS quæ non sunt scripta. Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.

A deo ficti. XIII

Qui uehementer ad aliquid natura compositi sunt, hos prouerbiali sermone ad hoc natos fictos sculptosq; dicimus: insigne autem naturæ dexteritatem M. Tull. eleganter expressit eodē lib. Sunt autem inquit, quidam ita naturæ numeribus in ijsdē rebus habiles, ita ornati, ut non nati, sed ab aliquo deo ficti uideantur. Allusit autem ad Pandoram quam finxit Vulcanus, cæteris item dijs sua munera in unam conferentibus.

E circulo. XIIII

Hominem è triuio, plebeium & contemptum appellamus. Marcus Tullius, pro eo dixit è circulo. Circulum autem uocat conuenticulum hominum in foro aut in plateis confabulantium. Ita Crassus eodem quem modo citaui libro, Effudi uobis omnia quæ sentiebam, quæ fortasse si quemcunque patremfamiliàs arripuissetis ex aliquo circulo, eadem uobis percontantibus respondisset.

Causa cadere, formula cadere. Ex iure manu consertum. XV

Quemadmodum prisci iureconsulti dicebant aliquem ex iure manu consertum uocari, cui lis intendebatur, ita causa cadere dicebatur, qui male agendo ius agendi perdidisset, utrunque fiet παρομοίως, si accedat translatio: ueluti si quis dicat, Theologi Laurentium Vallam ex iure manu conseritū uocare non desinunt, quod homo grammaticus materias theologicas occupauerit, utrunq; est apud M. Tul. eodem lib. sub persona

Scæuolæ

Ayuntamiento de Madrid

Scæuolæ, Quod uerò in extrema oratione quaſi tuo iure ſumpſiſti, oratorem in omni ſermonis diſputatione copioſiſſimè poſſe uerſari, id niſi in tuo regno eſſemus, non tuliſſem, multisq; præceſſem, qui aut interdicto tecum contenderent, aut te ex iure manu conſertum uocarent, & aliquanto poſt, quum Hypſeus maxima uoce plurimis uerbis à M. Craſſo prætore contenderet, ut ei quę defendebat cauſa cadere liceret: Gn. autem Octauius homo conſularis, nõ minus longa oratione recuſaret, ne aduerſarius cauſa caderet. Idem pro L. Murena: & ſi tu turpe exiſtimas te aduocato illum ipſum quem contra ueneris, cauſa cadere. Meminit & Quintil. lib. 7. cap. 4. Apud priſcos ſuperſtitioſè ſeruabatur, ut qui in actione inſtituenda uel uerbo lapſus eſſet, cauſa caderet, cuius ſuperſtitionis ueſtigia non exigua adhuc reſident apud Anglos, interdum totum inſtrumentum reijcientes, ſi cognomẽ aliquod una litera ſecus fuerit ſcriptum. Iuſtinianus Inſtit. iuris lib. 4. tit. De actio. §. ſi quis. Si quis, inquit, agens in intentione ſua plus cõplexus fuerit quàm ad eum pertineat, cauſa cadebat, id eſt, rem amittebat, nec facilè in integrum reſtituebatur, niſi minor erat 25. annis. Proximo autem §. uocem hanc plus oſtendit quadriſariam intelligi, re, tempore, loco & cauſa. Re, ſi quis pro decem aureis petat uiginti, Tempore, ſi quis ante diem uel ante conditionẽ petat, Loco, ſi quis Romæ petat, quod Epheſi promiſſum eſt cauſa, ſi quis ſtipulatus Stichum aut uiginti aureos petat Stichum pura actione, cum electio ſit promiſſoris. Pro eodem dici uidetur rem amittere, litem perdere, & formula cadere. Iuſtinianus lib. 4. tit. De except. §. Appellatur: cum temere, inquit, rem in iudicium deducebant, & conſumebant, qua ratione rem amittebant. Horatius in Sermonibus.

Et caſu iam reſpondere uadato
Debebat, quod ni feciſſet, perdere litem.

Quintil. lib. 3. cap. 8. Neq; ignoro multa transferri in omnibus ferè cauſis, in quibus cecidiſſe quis formula dicitur: hæ ſunt quæſtiones: an huic, an cum hoc, an hac lege, an apud hunc, an hoc tempore liceat. Seneca lib. Epiſtolarum 6. epiſt. 49. De philoſophis agens, qui uocũ argutijs oſtentabant eruditionem. Quid enim, inquit, aliud agitis, quum eum quem interrogatis, ſcientes in fraudem ducitis, quàm ut formula cecidiſſe uideatur? Sed quemadmodum illum prætor, ſic hos philoſophia in integrum reſtituit, ita Seneca. Quin hoc ipſum in integrum reſtituere, ſi à foro transferatur ad alia, παροιμιῶδες eſt, poterit ita deflecti ut dicatur cauſa cecidiſſe, qui ius obiurgandi filium amiſit, quod eum ſuo exemplo aut largitione ad nequitiam prouocarit. Illa porrò ſermonis formula, ex iure manu conſertum, ab ipſis duodecim tabulis ſumpta uidetur, quemadmodum indicat A. Gellius lib. Noctium Attic. 20. cap. 9. Antiquitus inter quos erat de agro aut ſimili de re controuerſia in rem præſentem ueniebant, & apud prætorem uindiciarum cauſa manus conſerebant, hoc eſt, alter alterius manum corripiebat. Sed quum propagatis Italiæ finibus, grauarentur prætores uindiciarum cauſa longius proficiſci, inſtitutum eſt, ut litigantes non ex iure apud prætorem manum conſererent, ſed ex iure manu conſertum uocarent, hoc eſt, alter alterum ex iure ad conſerendum manum in rem de qua ageretur uocaret: ſimulq; profecti in agrum de quo litigabatur, terræ aliquid ex eo, aut unam glebam in ius in urbem ad prætorem deferrent, & in ea gleba tanquam in toto agro uindicarent. M. Tullius lib. Epiſt. 7. ſcribens Trebatio iureconſulto: tantum metuo ne artificium tuum tibi parum proſit. Nam ut audio, iſthic

Non ex iure manu conſertum, ſed magis ferro
Rem repetunt, regnamq; petunt, uadunt ſolida ui.

Huiuſmodi uindiciarum formulam M. Tull. facetiſſimè expreſſit in oratione pro L. Murena: itaque irati illi quod ſunt ueriti, ne dicrum ratione peruulgata & cognita, ſine ſua opera lege poſſet agi, notas quaſdam compoſuerunt, ut omnibus in rebus ipſi intereſſent, quum hoc fieri beliſſimè poſſet. Fundus Sabinus meus eſt, imo meus, deinde iudicium, uoluerunt. Fundus inquit, qui eſt in agro qui Sabinus uocatur, ſatis uerbosè. Cedo, quid poſtea? Eum ego ex iure meũ eſſe aio. Quid tum? Inde ibi ego te ex iure manu conſertum uoco. Quid huic tam loquaciter litigioſo reſponderet ille unde petebatur non habebat, Tranſit iureconſultus, tibicinis Latini modo. Vnde tu me, inquit, ex iure manu conſertum uocaſti, inde ibi te reuoco. Hactenus M. Tullius. Metaphora ſumpta eſt à bellis in quibus manus conſerere dicuntur, qui cominus conſligunt, quemadmodũ indicat M. Varro lib. De lingua Latina ſecũdo.

Herciſcere. XVI

Quædam uoces ob hoc ipſum habent prouerbij gratiam, quòd ſint uel obſoletæ uel alicui profeſſioni peculiares, ueluti priſci iureconſulti, herciſcere dicebant hæreditatem diuidere. Inde apud Iureconſultos actio herciſcundæ familiæ, Porrò familiæ uox omnem hæreditatem ac res hæreditarias complectitur. Hæc actio nata eſt è duodecim tabulis, quarum hæc uerba recitantur, in Codice. coheredes à communione diſcedere uolentes agunto. Id ſi transferatur ad alterius rei diuiſionem erit prouerbiale, Veluti ſi quis dicat: inter Gulielmum Budæum, & Leonardum Portium, de aſſis inuentione concertantes, Ianum Laſcarem datum herciſcundæ gloriæ arbitrum. Et hoc ſeculo nonnulli monachi rem prius communem inter ſe non dubitarunt herciſcere, idq; ſine prætore.

Lapides flere. XVII

De re uehementer miſeranda prouerbiali hyperbola dici ſolet, eam eſſe tam lamentabilem, ut uel lapides cogantur ad fletum. M. Tullius in eodem libro, Tu uerò uel ſi teſtamentum defenderes, ſic ageres, ut omne omnium teſtamentorum ius in eo iudicio poſitum uideretur: uel ſi cauſam ageres nullis, patrem eius, ut ſoles, dicendo à mortuis excitaſſes, ſtatuiſſes ante oculos, complexus eſſes filium, flensq; eum cõtumultis commendaſſes, lapides me hercle omnes flere ac lamentari cõgiſſes, ut totum illud uti lingua nuncupaſſes, non in duodecim tabulis, quas tu omnibus bibliothecis anteponis, ſed in magico carmine ſcriptum uideretur, hæc ille. Simili hyperbola ſemel atq; iterum uſus eſt Dominus, quum phariſæis reſpondet, ipſos lapides clamaturos, ſi tacerent homines. Rurſus quum Iudæis de generis nobilitate gloriantibus, ait deum uel è lapidibus ſuſcitaturum filios Abrahæ. Sed Chriſto fortaſſe nihil eſt hyperbolicum qui poteſt quicquid uult efficere. In uerbis autem Ciceronis, ad prouerbium alludit magici carminis mentio, Quod enim uehementer commouet animum, quauis incantatione efficacius dicitur, ſicut alibi retulimus.

Amentatæ haſtæ. XVIII

Arma parata ad pugnam M. Tullius appellat haſtas amentatas, Amentum enim lorum eſt haſtæ affixum, cui manum inſerit haſtam miſsilem torturus. Transferri poteſt ad dictum, aut orationem ab alio ſuppeditatam, locus eo quem hactenus citaui lib. ſic habet. In eo autem iure quod ambigitur inter peritiſſimos non eſſe difficile oratori eius partis, quamcunque defendet, autorem aliquem inuenire, à quo quum amẽtatas haſtas acceperit, ipſe eas oratoris lacertis uiribusq; torquebit. Idem in Bruto de T. Accio Piſaurenſi loquens, Reſpondi pro A. Cluẽtio, qui & accurate dicebat & ſatis copioſè, eratq; præterea doctus Pythagoræ præceptis, quibus & ſi ornamenta non ſatis opima dicendi, tamen ut haſtæ uelitibus amentatæ, ſic apta quædam & parata ſingulis cauſarum generibus argumenta traduntur. Rurſus in Topicis, de iuriſconſultis agens. Nam & adſunt multum, & adhibentur in conſilium, & patronis diligentibus ad eorum prudentiã confugientibus haſtas miniſtrant. Item Quintil. lib. 12. cap. 5. Neq; ego noſtri moris ignarus oblitúsue eorum qui uelut ad arculas ſedent, & tela

Ayuntamiento de Madrid

agentibus ſubminiſtrant: neque idem Græcos quoque neſcio facitaſſe, unde nomen his pragmaticorum datum. Telum igitur paratum ad torquendum, ut inuentio ſit alterius, dictio tantum tua rectè haſtam amentatam dixeris. Non diſſimile eſt illi quod ante retulimus de calceamento quod ab alio conſutum alius induerat. Tale telum taliſq; calceus erat oratio Lyſiæ, quam Socrates probabat quidem ut perelegantem, ſed negabat ſibi conuenire.

Diſcum quàm philoſophum audire malunt. XIX

Vulgus hominum propenſius eſt ad quamuis ineptas uoluptates, quàm ad frugifera. Quod eleganter expreſſit M. Tullius lib. De oratore 2. Diſcum, inquit, audire malunt quàm philoſophum. Erat autem publici exercitamenti genus quo diſcus æneus arte ſimul & uiribus ita ab humo torquebatur in altum, ut intra certum ſpacium decideret, in iiſdem autem locis in quibus huius modi luſus peragebantur, gymnaſia uocant, diſſerebant & philoſophi, Sed crepitu ad diſcum uocante, philoſophum ſubito deſerebant omnes, uerba Craſſi apud Ciceronem ſunt hæc, Nam & ſeculis multis ante gymnaſia inuenta ſunt quàm in his philoſophi garrire cœperunt, & hoc ipſo tempore quum omnia gymnaſia philoſophi teneant, tamen eorum auditores diſcum audire quàm philoſophum malunt: qui ſimul ut increpuit, in media oratione de maximis rebus & grauiſſimis diſputantem philoſophum omnes unctionis cauſa relinquunt: ita leuiſſimam delectationem grauiſſimæ ut ipſi ferunt, utilitati anteponunt, per iocum transferri poteſt ad diſcum eſcarium, cuius crepitum multi libentius audiunt, quàm uocem philoſophi.

Conchas legere. XX

Summi ocij eſt conchas & umbilicos legere in litoribus, qui luſus eſſe ſolet puerorum. Quanquam transferri poteſt ad eos, qui aliud agentes obiter etiam leuiora quædam animi gratia admiſcent. Craſſus orator apud Ciceronem lib. De oratore 2. de Lelio & Scipione loquens: non audeo, inquit, dicere de talibus uiris, ſed tamen ita ſolet narrare Scæuola, conchas eos et umbelicos ad Caietam & ad Lucrinum legere conſueuiſſe, & ad omnem animi remiſſionem ludumq; deſcendere. Vmbelicos opinor appellat, uel conchas uel calculos umbelici formam imitantes, uel herbam quæ Veneris umbelicus dicitur, autore Dioſcoride. In conchis enim incredibili uarietate luſit natura, quemadmodum refert Plinius lib. 9. cap. 33. Tot inquit, colorum differentiæ, tot figuræ: planis & concauis, longis & lunatis, in orbem circumactis, dimidio orbe cæſis, in dorſum elatis, leuibus, rugatis, denticulatis, ſtriatis, uertice muricatim intorto, margine in mucronem emiſſo, foris effuſo, intus replicato. Iam diſtinctione uirgulata, crinita, criſpa, cuniculatim, pectinatim, imbricatim undata, cancellatim reticulata, in obliquum, in rectum expanſa, prædenſata, porrecta, ſinuata, breui nodo ligatis, toto latere connexis, ad plauſum apertis, ad buccinã recuruis &c. In ſubterraneo domicilio quod oſtenditur iuxta Cumas Italiæ, quod uulgus fingit fuiſſe antrum Sibyllæ, quum ueriſimile ſit fuiſſe ſpeluncam prædonum ac piratarum, uiſuntur parietes uario concharum contextu muſaicum opus imitantes. Val. Max. lib. 8. cap. 8. De Scipione & Lælio refert idem quod narrat Cicero.

Liber non eſt qui non aliquando nihil agit. XXI

Qui in ſummo ocio uerſabantur ab omnibus feriati negotijs, ij nihil agere dicebantur. M. Tullius in eodem lib. ſub perſona Craſſi ad Scæuolam. Quid igitur, inquam, quando ages negotium publicum, quando amicorum, quando tuum? quando denique nihil ages. Tum illud addidi, mihi enim liber eſſe non uidetur, qui non aliquando nihil agit, hæc ille, mox interpretatur quid declaret, nihil agere, In qua, inquit, permaneo Catule ſententia, meq; quum huc ueni, hoc ipſum nihil agere, & plane ceſſare delectat. Nam ceſſare dicuntur non tantum ij qui deſiſtunt à negotio, ſed qui ſunt in ocio. Expedit autem interdum nihil agere, ut cætera rectè agamus. Aliàs oſtendimus eos nihil agere dici qui inanem ſunuunt operam.

In herba luxuries. XXII

Ruſtici ſemina copioſius quàm expedit herbeſcentia, dicunt luxuriare: eam præproperam lætitiam appellant luxuriem, quam immiſſis in agrum iumentis aut pecudibus corrigunt, quod illi uocant depaſcere. Maro,

Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba.

M. Tullius eodem libro quem modo citaui. Quod ſi hic noſter Sulpitius faceret, multo eius oratio eſſet preſſior, in qua nunc interdum, ut in herbis ruſtici dicere ſolent, in ſumma ubertate ineſt luxuries quædam, quæ ſtilo depaſcenda eſt.

Lacinia tenere. XXIII

Qui leuiter rem tenent, lacinia tenere dicuntur, hoc eſt extrema ueſtis oræ cui contrarium eſt illud, medius teneris. M. Tullius lib. De oratore 3. Nam illud alterum genus, quod eſt temporibus, locis, rebus definitum obtinent, atque id ipſum lacinia. Non dubium eſt, quin Cicero metaphoram duxerit à populari ſermone, nam idem dictum & hodie durat apud noſtrates, ſi quem inuitant non ex animo. Inde illud, ſcindere penulam. Et apud Terentium Mida Getam reſupinat pallio. Cicero uidetur alluſiſſe ad illud Plauti in Aſinaria: Lacrymantem lacinia tenet lacrymans.

Surculum defringere. XXIIII

Simili forma dixit eodem in loco, ſurculum defringere, pro eo quod eſt, non callere totam diſciplinam, ſed ex ea paululum quod ad rem præſentem faciat decerpere: quemadmodum iureconſulti nonnunquam aliquam ſententiam aut fragmentum adducunt è Theologorum diſciplina, locus apud Ciceronem hunc in modum habet. Atque hactenus loquuntur, etiam hac inſtituendi diuiſione utuntur, ſed ita, non ut iure aut iudicio, ut denique recuperare amiſſam poſſeſſionem, ſed ut ex iure ciuili ſurculum defringendo uſurpare uideantur.

Mendacium utile. XXV

Dines ille apud Satyricum Iuuenalem dicit, Quid enim ſaluis infamia nummis? & Dorionem Terentianum non pudet uanitatis, dum ob rem, ſed honeſto propius eſt, quod ait Oreſtes in Electra Sophoclis,

Δοκῶ μὲν οὐδὲν ῥῆμα σὺν κέρδει κακόν. id eſt,

Nullum reor uerbum quod eſt lucro, malum.

Conuenerat enim ut fingerent ipſum eſſe mortuum. Sentit igitur famam mortis uiuo nihil nocituram, ſed ad id quod conſtituerant fore accommodum, uenerant enim ulturi Agamemnonis mortem, idq; perfecerunt.

Equi generoſi ſenectus. XXVI

ἵππου γῆρας, aliàs dictum eſt, de his qui poſt res præclare geſtas ob ſenium reijciuntur. Sed Sophocles in eadem fabula declarat generoſi equi ſenectutem, his uerſibus,

ὥσπερ γὰρ ἵππου σὺγγνὼς κἂν ᾖ γέρων
ἐν τοῖσι δεινοῖς θυμὸν οὐκ ἀπώλεσεν,
ἀλλ' ὀρθὸν ὄς ἵησιν, ὡσαύτως δέ σου
ἡμᾶς τ' ὀτρύνεις, κἀντὸς ἐν πρώτοις ἵπῃ. id eſt,

Generoſus ut equus, conſenuerit iam licet,
Animum tamen nunquam in periclis abijcit,
Sed auribus rectis ſtat, itidem tu quoque
Et incitas me, & ipſe cum primis ades.

Verba ſunt Oreſtis ad pædagogum ſenem, cuius conſilio & auxilio occidit Clytemneſtram & Aegiſtum.

Cunctatio noxia. XXVII

In eadem fabula. Electra de Oreſte qui reditum proferebat ita loquitur,

Μέλλων γὰ ἀεὶ δρᾶντι τὰς ὅσας τέμε

Ayuntamiento de Madrid

Καὶ τὰς ἀπόσας ἐλπίδας διέφθορεν. id eſt,
Dum facere ſemper prorogat quæ adſunt ſimul,
Simul & futuras perdidit mihi ſpes meas.

Prouerbij ratio eſt in tropo, quo præſentes & abſentes dixit pro omnes.

In arduis contanter agendum. XXVIII

Ibidem Electræ quærenti de fratre:

Φησίν γε, φάσκων δ' ὀδὲν ὧν λέγει ποιεῖ. id eſt,
Dicit quidem, ſed è dictis facit nihil:

Ita reſpondet chorus.

Φιλεῖ γὰρ ὀκνεῖν πρᾶγμ' ἀνὴρ πράσσων μέγα. id eſt,
Qui facinus ingens tentat, ille lentus eſt.

Sentiens in arduis ac periculoſis negotijs non eſſe præcipitandum conſilium. huic rurſus ita reſpondet Electra,

Καὶ μὴν ἔγωγ' ἔσωσ' ἐκεῖνον ὀκνῶ. id eſt,
At is quidem haud contante me ſeruatus eſt.

Sentiens pernicioſam eſſe contationem quum urget præſens periculum.

E' paucis uerbis ingens bonum aut malum. XXIX

Ibidem Electra ſic loquitur ſorori Chryſothemidi.

Πολλάκις σμικροὶ λόγοι
ἔσφηλαν ἤδη καὶ κατώρθωσαν βροτούς. id eſt,
Sermo profecto rebus in compluribus,
Deiecit homines, ſimul & erexit, breuis.

Sentit interdũ ex paucis uerbis perperam intellectis, magnos naſci errores, atq; etiam erroris correctionẽ ex paucis recte intellectis. De leuiſſimæ rei grauiſſimis pœnis dictũ eſt aliàs.

Vni cum duobus non eſt pugnandum. XXX

In eadem Chryſothemis, Electræ ſorori, & choro concorditer hortantibus ita reſpondet,

Δράσω, τὸ γὰρ δίκαιον οὐκ ἔχει λόγον
Δυοῖν ἐξίζειν. id eſt,
Factura ſum, non æquum enim eſt, reſiſtere
Vnam duabus.

Affine eſt illi, ne Hercules quidem aduerſus duos. Huc alluſit & Catullus in epithalamio, Noli pugnare duobus.

Mala malis eueniunt. XXXI

Clytemneſtra obiurgans Electram filiam, quòd per eam traduceretur, ut uiricida, uicißim audit,

Αἰσχροῖς γὰρ αἰσχρὰ πράγματ' ἐκδιδάσκεται. id eſt,
E' turpibus enim facta turpia diſcimus.

Significans quòd filia de matre parum honeſte loqueretur, ei imputandũ, quæ necando maritũ & filij necem moliendo, docuiſſet liberos odiſſe matrẽ. id paulo poſt, dicit explanatius.

Τὰ δ' ἔργα τοὺς λόγους ἐυρίσκειν. id eſt,
Porrò ipſa facta, uerba reperiunt ſua.

Scitum eſt illud Socratis, ut ſe quiſq; talem præſtaret re, qualis haberi cuperet. Fama enim è factis uelut è fonte naſcitur, è bonis bona, è malis mala. proinde qui factis ignominioſis ſibi peperit ignominioſam famam, ne ſuccenſeat male loquẽtibus, ſed ſibi qui ora aperuit populo: nec moliatur uindictam in maledicos, ſed benefactis rumorem fœdum abolere ſtudeat.

Numinis ira ineuitabilis. XXXII

Apud Homerum Iuppiter uxori minitans, appellat manus ſuas ἀάπτους, quod Ledant quoſcunque uelit, quum à nemine uiciſſim læsi queant. Simile eſt quod in eadem fabula dicit Oreſtis pædagogus,

Ὅταν δέ τις θεῶν,
Βλάπτῃ, βλάπτει δ' οὐδὲν ἄν ἰσχύων φυγεῖν. id eſt,
At ubi uiro nocet deorum quiſpiam,
Vitare poſſit nemo quamlibet potens.

Solent homines calamitates ſuas in hanc aut illam cauſam reijcere, quum pleraq; mala ſic præter omnem expectationem accidant, ut appareat à ſuperis immitti. Aduerſus numinis decretum nihil ualet humana prouidentia.

Quò terrarum raperis. XXXIII

Qui non ſunt attenti ad rem propoſitam, negantur eſſe domi. Qui longius aberrant à uero, in alia regione eſſe dicuntur. Electra ſorori nuncianti Oreſtem uiuere qui dictus erat mortuus, ita reſpondet,

ὡς οἶσθ' ὅποι γῆς, οὐδ' ὅπου γνώμης φέρῃ. id eſt,
In quod ſolum rapiare non intelligis,
Nec quò ferat mens.

Prouerbium eſt in tropo. Sic in eum qui aberrat à re propoſita apte dicetur illud, Quo nunc ſe proripit ille? Aut in quam regionem abripitur? Translatum uidetur à nautis.

Bene natis turpe eſt male uiuere. XXXIIII

Quidam arbitrantur ob hoc ipſum ſibi licere turpiter uiuere, quòd honeſtis maioribus orti ſunt, quum contrà generis claritas, quaſi fax addita faciat, ut nobilium errata plus habeant dedecoris, quàm obſcuro genere natorum. Hoc in eadem fabula ſic expreßit Electra,

Ζῆν αἰσχρὸν αἰσχρῶς τοῖς καλῶς πεφυκόσι. id eſt,
Natis honeſte, turpe uiuere turpiter.

Quanquam Electra putat eos turpiter uiuere, non qui ſunt improbis moribus, ſed qui uiuunt in ſeruitute quum ſint ingenui nati, ut cum illo conueniat, Vbi non ſis qui fueris, non eſt cur uelis uiuere.

Mortui non dolent. XXXV

Eadem in eadem fabula, ſignificans ſe ſponte nea morte quæſituram malorum finem, ait:

Τὸν γὰρ θανόντας οὐχ ὁρῶ λυπούμενον. id eſt,
Nam mortuum dolere uideo neminem.

Eoq; Plinius exiſtimat nullum beneficium à dijs datum homini maius, quàm quod cuiq; in manu eſt quum uelit è uita excedere. Melius Socrates, qui docet eſſe nephas animam inuiſſu imperatoris dei è corporis præſidio decedere.

Omnibus modis nocens. XXXVI

Ibidem Oreſti percontanti quibus modis eſſet moleſta Clytemneſtra, manibus an ueneno, reſpondet Electra,

Καὶ χερσὶ καὶ λύμασι καὶ πᾶσι κακοῖς. id eſt,
Manu & uenenis & malis demum omnibus.

Quadrabit in hominem, modis omnibus pernicioſum, factis, uijs, uerbis, factis.

A' capite arceſſere, à fonte ducere. XXXVII

Cum res ab eo repetitur, quod eſt in negotio præcipuum, à capite arceßi dicitur. Marcus Tullius lib. De oratore 2. Etiam ætatis eſt uſus; noſti, à capite quod uelimus arceſſere, & unde omnia manant uidere. Item libr. De legibus 1. Alte uero & ut aiunt, à capite frater repetis quæ quærimus. Et paulo poſt ibidem, Vis nc ergo ipſius iuris ortum à fonte repetamus? Quod ante dixit à capite, hic dicit à fonte. Rurſus in Topicis, Cum autem à genere ducetur argumentum, non erit neceſſe id uſq; à capite arceſſere. In Tuſculanis quæſtionibus alicubi dicit, à capite ducere, pro eo quod erat ab exordio repetere.

Latini tibicinis more. XXXVIII

In Marci Tullij uerbis quæ paulo ante retulimus ex oratione pro L. Murena, prouerbium inerat, quum ait iureconſultum inſtructo petitore, Latini tibicinis more tranſire ad eum à quo petitur, & illum ſolennibus uerbis inſtructurum. Vnde nata ſit ſimilitudo, non admodum liquet, niſi quod probabilis coniectura uidetur, ductum à priſcis illis Latinis, qui in pagis aut oppidis unico tantum tibicine fabulas agitabant, ad cuius modulatum uocem ac geſtum accommodabant hiſtriones, alioqui ob imperitiam, non ſeruaturi carminis rationem.

Ayuntamiento de Madrid

Is igitur tibicen postea quam uni actori præcinuerat, cogebatur ad alterum huic responsurum transire, eiq; uicissim incentu tibiæ metri modulos præire, atq; hinc rursus ad alium, quòd rusticani homines absq; præcunte tibicine non possent aptè saltare uersus aut Mimos. Hanc coniecturam adiuuat locus qui est apud M. Tullium in Oratore ad Brutum, ubi agit de uersibus ita compositis, ut posset oratio libera solutaq; uideri. Quorum, inquit, similia sunt quædam etiam apud nostros, uelut illa in Thyeste, Quemnam te esse dicam: qui tarda in senectute: & quæ sequuntur: quæ nisi quum tibicen accessit, orationi sunt solutæ simillima. Prior locus ex oratione, refertur in prouerbio, Causa cadere.

In quadrum redigere. XXXIX

Superius ex Aristotele docuimus, uirum constantis animi appellari tetragonum, quòd ea figura ex omni parte sui similis est. Vnde quicquid congruit & aptum est, quadrare dicitur. Id M. Tull. in Orat. deflexit ad orationem concinnam & aptis numeris compositam: ita q; postquam est nata hæc circumscriptio, uel comprehensio, uel cõtinuatio, uel ambitus, si ita licet dicere, nemo qui aliquo esset in numero, scripsit orationẽ generis eius quod esset ad delectationẽ cõparatum, remotumq; à iudicijs forensiq; certamine, quin redigeret omnes ferè in quadrũ numerumq; sententias. Metaphora ducta est à marmorarijs. Non sum immemor hoc à nobis alibi positũ, sed locum euidentius ostendere uolui: illic enim tantum indicaram.

Ἀπάλαιστοι. XL

Motus & homines inconditos & arte carentes M. Tull. in eodem opere testatur à Græcis appellari ἀπαλάιστους, quasi dicas à palæstra alienos, quòd in palæstra exercitati, etiam in cæteris actionibus uenustatem quandam habent, quemadmodum indicat in Oratore ad Brutum, Non inquit, ut in ea tamẽ omnia sint, sed ut sic adiuuent, ut palæstra histrionem. Talis est saltatio Cyclopica & Sileni. Verba Ciceronis adscribam. Itaq; qualis eorum motus quos ἀπαλάιστους, Græci uocant, talis horum mihi uidetur oratio, qui non clauduntur numeris sententias. In lib. De optimo genere dicendi, dixit palæstrice sphaciari, pro decoro numeroso q; gestu incedere. Hæc inquit, uitauerunt ferè omnes qui aut Attici numerantur aut dicunt Attice, sed quatenus uoluerunt sani & sacri duntaxat habeantur, sed ita palæstrice in Xysto spaciari ut liceat, non ut ab Olympijs coronam petant. Quin hoc ipsum ab Olympijs coronam petere, prouerbij speciem habet, pro eo quod est, è rebus arduis magnum ac solidam affectare laudem, hoc est in causis seruis & grauibus uincere. Qui priuatim in porticibus ad uoluptatem disserunt, in Xysto spaciantur: qui in foro causas graues agunt, in solem & puluerem prodeunt, magnum periculum magnæ laudis spe suscipientes.

Cadere in cursu. XLI

Cadere in cursu M. Tull. dixit pro eo quod est expetita laude frustrari, quemadmodum si quis ad lauream theologicam contendens emoriatur, priusquam ad summum eius nominis fastigiũ peruenerit. M. Tull. lib. De claris orat. de Galba loquẽs. Laudabant hunc patres nostri, fiuebant etiam propter patris memoriã, sed cecidit in cursu, Nam rogatione Manilia lugurthinæ coniurationis inuidia, quum pro se ipse dixisset oppressus est. Simili tropo dicimur eos è cursu reuocare, quos ab instituto, ad aliud quippiam retrahimus. Et in cursu esse dicuntur, qui magno studio contendunt aliquò. Metaphora sumpta est à publicis certaminibus pedibus aut equis currentium.

Titius. XLII

Titium saltare dicebantur qui incomposite ac solute gesticebant. Fuit enim huiusmodi saltationis genus, quod à Titio quodam mimo oratore nomen inuenit. M. Tullius eo quod modo citauimus opere: Quos Sextus Titius consequutus, homo loquax sanè & satis acutus, sed tam solutus & mollis in gestu, ut saltatio quædam nasceretur, cui saltationi Titius nomen esset. Ita cauendum ne quid agendo dicendóue facias, cuius imitatio rideatur. Citat hunc Ciceronis locum Quintilianus libro undecimo capite de pronunciatione: Similia his sunt saltare Cyclopem. Horatius,

Saltaret uti Cyclopa rogabat.
Et saltare cordacem, more Sileni.

Vt Phidiæ signum. XLIII

Quæ primo statim aspectu probantur omnium suffragijs, ut Phidiæ signum placere dicuntur. Nam quædam signa non statim arridents, sed frequenter & propius inspecta paulatim incipiunt placere. M. Tullius eodem libr. Nam Q. Hortensij admodum adolescentis ingenium, ut Phidiæ signum simul aspectum & probatum est. Is L. Crasso, Q. Scæuola consulibus primum in foro dixit, & apud hos quidem consules, & quum eorum qui adfuerunt, tum ipsorum consulum qui omnes intelligentia anteibant, iudicio discessit probatus. undeuiginti annos natus erat eo tempore: hæc ille. Arbitror autem Ciceronem sentire de Ioue Olympio, quem finxit insignis statuarius Athenienſis Phidias, quemadmodum refert Plinius lib. 34. cap. 8. & lib. 36. cap. 5.

In numerum peruenire. XLIIII

Qui in aliquo precio haberi incipiunt, in numerũ aliquem peruenire dicuntur: quemadmodum in aliquo numero esse dicuntur, qui sunt alicuius existimationis, & in nullo numero esse, qui plane contempti sunt. M. Tul. in eod. lib. His enim rebus infimo loco natus, & honores & gratiam & pecuniam consecutus, etiam patronorum sine doctrina, sine ingenio, aliquẽ in numerum peruenerat. & aliquanto post, de C. Sicinio loquens. Has ille tenens & paratus ad causas ueniens, uerborum non egens, ipsa illa comparatione disciplinaq; dicendi iam in patronorum numerum peruenerat.

E' neuo cognoscere. XLV

E' neuo cognoscere, est ex re quapiam minima totum hominis ingenium æstimare, quemadmodum dicimus leonem ex unguibus agnoscere, & Protogenes ex linea agnouit Appellen. M. Tullius in lib. De claris oratoribus. Nunc quoniam totum me non è neuo aliquo aut crepundijs, sed corpore omni uideris uelle cognoscere, complectar nonnulla etiam quæ fortasse uideantur minus necessaria. Metaphora sumpta est ab ijs qui infantibus quos ablegant exponunt'ue, addunt crepundia, per quæ agnoscantur si fortè inciderit occasio. Aut neuum aliquem in corpore notant parentes. Tale signum interdum syngraphis suis addunt trapezitæ.

Ne pudeat artem. XLVI

Versus erat olim populari sermone iactatus. Ne pudeat artem proloqui quam factites. Multos non pudet turpi quæstu uiuere, quum pudeat nomen eius quæstus profiteri. Quemadmodum si quis usuram exercens, uocari malit negotiator. Versum citat M. Tullius eodem libro. Me autem siue pernulgatissimus ille uersus, qui uetat.

Artem pudere proloqui quam factites,
Dissimulare non sinit, quin delectet: siue tuum studium hoc à me uolumen expressit.

Δωριάζειν. XLVII

Δωριάζειν, olim dicebantur qui corpore parum decore nudato incedebant, ductum à uirginibus quæ in Peloponneſo discinctæ, & absq; tunicis esse consueuerunt, tantum pallio tectæ utrinque fenestrato, per quod patebant nuda corporis. Apud Lacedæmonios autem uirgines certis diebus totæ nudæ incedebant. De Romanorum multitijs pellucentibus multa queritur Iuuenalis.

Aetoli. XLVIII

Αἰτωλικὰ dicti sunt olim ioco prouerbiali, qui iuxta mores Aetolorum petaces essent & improbi. Alluſum est enim ad

uocem,

Ayuntamiento de Madrid

uocem, quemadmodum auidi nummorum Dorice loqui dicebantur, ſic ἀτωλοὶ dicti uidentur, quòd omnia petant, παρὰ τὸ ὅλον ἀτεῖν. Meminit Stephanus.

Χαρωνῖται. XLIX

Olim Charonitarum cognomen apud Romanos populari ioco tributum eſt iis qui ex defuncti commentarijs tuebantur quod perperam agebant. Hinc ortum. Quum M. Antonius oratione funebri prolata; C. Cæſaris ueſte populum in eius interfectores concitaſſet, arripuit Cæſaris Commentarios, in quibus acta illius continebantur, ijsq; aſſcripſit quæ libuit. Atque horum autoritate ſe facere ſimulabat quicquid agebat, alijs tribuens magiſtratus, alios ab exilio reuocans, alios à uinculis liberans. Hi omnes quoniam ſe defuncti commentarijs excuſabant, uulgari ioco dicti ſunt Χαρωνῖται, ut refert Plutarchus in uita M. Antonij. Simili artificio quidam abutuntur teſtamentis, in quos competet itidem cognomen.

Oculis ferre, & ſimilia. L

Prouerbialia ſunt & illa, oculis ferre, in ſinu ferre, ſi quis quem inſigniter amat fouetq;. Translatum à matribus tenere liberos ſuos amantibus, à quibus non dimouent oculos, ſolicitæ ne quid illis accidat incommodi, geſtantq; in ſinu atque complexu. Exempla utriuſque ſunt apud M. Tullium crebra. Non diſſimile eſt, quod eſt apud Platonem libro De repub. 10. ἐπὶ τῶν κεφαλῶν περιφέρειν. id eſt, Super capita ferre. καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ σοφίᾳ ὅτῳ σφόδρα φιλοῦνται ὥςτε μόνον δ' ἐπὶ τῶν κεφαλῶν περιφέρουσιν αὐτὸν οἱ ἑταῖροι. id eſt, Et ob hanc ſapientiam in tantum amantur, ut ſectatores eos tantum non in capitibus circumferant.

Iapeto antiquior. LI

Ἰαπέτου ἀρχαιότερος. id eſt, Iapeto antiquior. Iupiter apud Lucianum ſic alloquitur Cupidinem puerilitatem excuſantem, σὺ παιδίον ὢν ἔτους, ὃς ἀρχαιότερος ἦν τοῦ Ἰαπέτου.

FINIS.

LVGDVNI APVD
SEBASTIANVM
GRYPHIVM.
ANNO M. D. LVI.

Ayuntamiento de Madrid

SEBASTIANVS

VIRTVTE DVCE,



COMITE FORTVNA.

GRYPHIVS

EXCVDEBAT

LVGDVNI,

ANNO

M. D. LVI.

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid